Lb 209.
2°

EX BIBLIOTHECA
SENATVS GEDANENSIS

~~VI (Bondygia) f A 1~~ 6

100648

… WOJSKA

DIONYSII

PETAVII

AVRELIANENSIS

E SOCIETATE IESV,

DE

DOCTRINA TEMPORVM

PARS ALTERA:

In qua Temporum τὰ ἱστορούμενα diſputantur, tùm Doctrinæ vſus atque fructus Chronico Libro traditur.

LVTETIAE PARISIORVM;

Sumptibus SEBASTIANI CRAMOISY, viâ Iacobæâ, ſub Ciconiis.

M. DC. XXVII.

CVM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISS.

Petri Crügeri.

ZUR DANZIGER STADT-BIBLIOTHEK

AD POSTERIOREM PARTEM
OPERIS
DE DOCTRINA TEMPORVM
PROLEGOMENA.

IN QVIBVS POTISSIMVM DISPVTATVR illud, quantum ad Chronologiam vtilitatis, imò neceſſitatis habeat Solis ac Lunæ motuum, ac numerorum, adeóque totius artificioſæ methodi peritia.

A QVÆ vniuersè temporum ad ſcientiam pertinebant, in Prolegomenis partis Operis huius prioris expoſuimus. vbi & genus quod eſſet illius: quæ ſubiecta materies: quibus conſtaret partibus: quaſnam aut ipſa ſuperiores haberet, aut ſubiectas contineret artes: quæ officia cuiuſque: ac demum totius Operis noſtri partitio quænam eſſet, abundè illo loco diſputauimus. Quibus ex omnibus recordari maximè illud oportet, Doctrinæ temporum, quæ quidem verè, ac propriè ſcientia dicitur, quæque ex æternis, & eodem modo ſemper habentibus principiis oritur, duas artes eſſe ſubiunctas: alteram, quæ à multis Computiſtica dicitur: alteram χρονολογικώ. De quarum & inter ſe, & à ſuperiori, ac nobiliori, diſcrimine nonilla repetam hoc loco, quæ inde ſatius ſit aſſumere. Computiſtica facultas ſparſim in priore Tomo, præſertim
B autem ſeptimo in libro tradita eſt: ac vel vnicuique diſputationi, quæ de propriis variarum gentium annis, ac periodis inſtituebatur, adiuncta: vel ea principia, & quaſi fundamenta poſita ſunt, quibus notatis, & cognitis non magno labore confici, exprimique poſſit. Ars eſt altera reliqua, quam χρονολογικὼ vocant. quæ tametſi non à principe solùm ſcientia; ſed ab ſocia, & quaſi germana Cõputiſtica demonſtrandi, probandique firmitate, hoc eſt ſciendi conſtantia ſuperetur; ſtudia tamen ad ſeſe allicit hominum, & oblectat magis. Quamobrem nemo hanc ferè temporum diſciplinam aliam ob cauſam expetit, quàm vt Chronologiam certius, faciliúſque condiſcat. A quo ſtudioſorum hominum inſtituto, & conſilio vti non abhorremus; ſic errori quorun-

dam obſiſtimus, qui cum magiſtra temporum, & principe ſcientia A
Chronologiam reipſa, & appellatione confundunt. Sunt enim ambo hæc à ſe inuicem genere, materia, principiis, definitione diſtincta. appellatio quidem ipſa ferè eadem vtriuſque. quod & aliis in diſciplinis, cæteriſque rebus accidit, in quibus vniuerſi generis nomen à præcipua quadam vel notiſſima parte, formáve transfertur.

Quid ab hiſtoria diſtet Chronologia.

Minus illud verendum arbitror, ne quis Chronologiam ab Hiſtoria non ſecernat. Quanquam ad eam propiùs, quàm ad ſuperiorem illam temporum ſcientiam accedit. Nam ab illâ, conditione, ac materia non differt: quamuis appellatio ſit diſpar amborum. Vtraque enim rerum in geſtarum, ac præteritarum memoria conſiſtit: tempúſque non aliter, quàm vt elapſum eſt, reſpicit. Hoc tamen inter illas intereſt, quòd hiſtoria rerum ſiluam, ac materiam præbet alteri. hæc illi viciſſim ordinem, & collocationem, quæ eſt veluti forma, ſuppeditat. Huius or- B
bata præſidiis manca, & inermis, ac cæca eſt hiſtoria. Itaque tritum illud, quia veriſſimum erat, in prouerbium abiit: Hiſtoriæ oculum eſſe Chronologiam.

Huic nos arti, propter & varietatem ipſius, infinitámque rerum copiam, ac ſubtilitatem, & ad vſum literatorum fructúmque, commoditatem maximam: tùm vt ardentioribus in ipſam maioris partis hominum, quàm in cæteras eâdem ex diſciplina, ſtudiis obſequerer, partem operis totius alteram ſeponimus; in qua τὰ ἱστορούμενα temporum, id eſt quæſtiones omnes, quæ de ſacra pariter; & profana hiſtoria ſolent oriri, arte ac via diſputantur. In hanc omnia illa, quæ ſuperiore Tomo tradita ſunt, præſidia doctrinæ temporum, & inſtrumenta contulimus. De qui- C
bus, quoniam dubitari à quibuſdam ſolet, ecquid Chronologicam ad rem neceſſaria ſint, breuis hîc à nobis inſtituendus eſt ſermo.

Quorundã opinio de Chronologica re diſcutitur.

Sunt enim Chronologiæ, & Annalium ſcriptores aliqui ſanè pereruditi: ſed huius artificij contemptores, qui ad ordinem temporum methodum aliam nullam requiri cenſeant, quàm authoritatem, ac teſtimonia veterum, cum nonnulla in iis vtendis, ac digerendis induſtria: quæ iudicij, potiùs, & ingenij, quàm artis eſſe; ſcientia verò, ac demonſtratione conſtare nullo pacto videtur. Quicquid igitur ex illa Solis, ac Lunæ motuum, vel cyclorum, aut eclipſeon reliqua omni ſubtilitate petitur, id ad Chronologiam eſſe ſuperuacaneum, & otioſum exiſtimant. Nam vt iſtorum omnium ſumma in illius ſcriptore ſcientia ſit, nihilo plus inde vel adiumenti veritatis ad inueſtigatio- D
nem, vel ad argumentandum roboris, ac firmitatis aſſumi. nihilominus enim totum id humana fide, ac teſtium authoritate conſtare. Acciderit, necne huius, vel illius tempore principis, Solis aut Lunæ defectio, non aliunde, quàm ex eorum, qui tunc viuebant, & ea mandabant literis, teſtificatione comperimus. Ad id enim per nulla demonſtrationum, argumentorúmque veſtigia perueniri poteſt. Iam cyclorum, & numerorum, ac feriarum artificioſa collocatio nonne arbitrio, ac voluntate inſtituitur hominum? Cur enim hic potiùs, quàm iſte cyclus anno cuilibet attributus ſit, ne fingi quidem ratio poteſt alia,

A quàm nationum in id conſenſio temporis diuturnitate firmata. Poſtremò vel illi ipſi, qui hanc methodum ad Chronologiam adhibent, nihilo plus, quàm illius neglectores, ac rudes, in definienda temporum ratione concordant. quod tamen profectò facerent, ſi ad conciliandam veritatem vis vlla foret in illa arte conſtituta.

Hæc ſunt præcipuè, quæ aduerſus τεχνικὴν μέθοδον non priuatis modò ſermonibus vſurpare quoſdam meminimus: ſed palam etiam Chronologicis in libris ſuis, commentiſque profiteri. Tantum in pleriſque candoris ingenui, ac ſimplicitatis fuit, vt cuius artis opus in lucem ederent, eius inſcitiam vltrò faterentur.

Docetur artificioſæ methodi ad Chronologiam neceſſitas.

Atqui ſi ars eſt vlla Chronologiæ, regulas habeat, ac præcepta neceſſe eſt, quibus operis exequendi rationem præſcribat. Cuiuſmodi ergo faciendi operis præcepta ſunt? Opinor talia, quibus accommodatis, B quantum quidem in ipſis eſt, vitetur error: iiſdem è contrario ſpretis, & abiudicatis, frequens ſit, ac turpis offenſio. At horum alterum experiuntur ij, qui ſine artis ſubſidiis Chronologiam attingunt, vt non lapſu, ſed ruina proſternantur. alterum, vt errorem declinent, conſequuntur ij ſolùm, qui illarum ſibi regularum ſcientiam, vſúmque pepererunt. Quid igitur? Nunquámne peccant Chronologi iſtiuſmodi rebus eruditi? Non hoc dicimus. Nam nec artifices cæteri id perpetuò cauent, quamuis artis ſuæ peritiſſimi. neque propterea vel artium illarum præcepta nulla ſunt: vel non ad euitandum errorem valent, ſi iis obſequare; ſi apud te ſis; ſi quæ ſint regulis conſentanea tenere potueris.

Principia Chronologiæ tria.

Tria ſunt, quæ ad Chronologiam concurrunt, principiorum genera. C Nam alia demonſtratione, ac per cauſas intelligimus: vt quæ media ex Mathematicorum ſcientia promuntur. quædam nulla cauſarum notitia conſtant: quæ ſunt rurſus diuiſa bifariam. Alia ex ὑποθέσεως aſſumuntur; cuiuſmodi ſunt ea, quæ Mathematici poſtulata nominant. Exempli cauſa Chriſtianam æram, ſiue vulgare Chriſti annorum initium ab hinc anno milleſimo ſexcenteſimo, ac viceſimo ſeptimo cœpiſſe, poſtulatum eſt: quod etſi non demonſtratione, ſed vſu, & conſenſione nititur: tamen neque negari ab vllo poteſt, & ad concludendam demonſtrationem valet. fit enim eo conceſſo quod conſequens eſt neceſſarium. Alterum genus, quod & principiorum tertium eſt, au-D thoritate, ac teſtimonio nititur. Vt eſſe hodie Hieroſolymam: imperare Conſtantinopoli Turcam: terris maria circunfundi, & huius generis alia nemo, qui non oculis viderit, aliter, quàm fama, & auditione cognoſcit. & tamen ſic ea perſuadet ſibi tanquam viderit: vix vt prioribus illis certius aſſentiatur. Ita quædam ab Hiſtoricis, cæteriſque Scriptoribus accepimus adeo ſcripta conſtanter, vt de iis ambigere non dicam literati hominis, ſed vix hominis eſſe videatur. Talia ſunt iſta quoque: Fuiſſe quondam apud Græcos Olympiaca certamina, quæ quinto quoque anno redibant, Vrbem Romam poſt inſtitutas Olympiadas à Romulo conditam fuiſſe: Thucydidem, Xenophontem, Herodotum, & id genus authores illarum initio poſteriores eſſe. tùm

eoſdem res ætate ſua, ac memoria geſtas hiſtoriæ mandaſſe. Hæc & A
huiuſmodi multa, quæ longum ſit percenſere, quia confeſſa ſunt in-
ter omnes, nec ea quiſquam niſi vel communis ſenſus, vel pudoris ex-
pers inficiari poteſt, meritò inter Chronologiæ principia numerantur.
Ex his tribus colligatis inuicem, & connexis Chronologicæ proba-
tiones, & argumenta ducuntur. Sed eorumdem principiorum priora
duo ἀποδεικτικὰ ſunt, concludúntque neceſſariò. poſtremum apud ſanos,
& prudentes perinde vim demonſtrationis obtinet. Quare quid poteſt
eo ratiocinandi modo fingi certius, quod vel neceſſitate cogat ad aſ-
ſenſum: vel cui perſuaderi non poſſit, is aut ſtolidè vecors, aut impu-
denter peruicax habeatur?

Illuſtratur exemplis vſus artis in Chronologia.

Hæc vt exemplis illuſtriora fiant, age propoſitum id Chronologo
ſit, oſtendere, quoto ante hunc, qui ſupra milleſimum, ac ſexcenteſi-
mum, ſeptimus & viceſimus æræ Chriſtianæ putatur annus, Pelopon- B
neſiacum bellum Lacedæmonios inter, & Athenienſes cœperit: ad hunc
ille modum colliget, itáque concludet. Quoniam enim Thucydides, qui
ætate illa floruit, primo belli iſtius anno Solem poſt meridiem obſcu-
ratum eſſe refert: tùm in annum belli quartum, Olympicum incidiſ-
ſe certamen: item anno belli octauo rurſum defeciſſe Solem; Lunam
verò anno decimo nono: quo tempore Nicias Athenienſium impera-
tor in Sicilia bellum adminiſtrabat. ad hæc vltimo belli eiuſdem anno,
Olympiade nonageſima quarta Solem defeciſſe teſtis eſt, qui eâdem vixit
ætate Xenophon. (quorum teſtimonia libro IX, ac X Operis huius addu-
ximus.) ex his autem omnibus neceſſe fit, anno ante Chriſti epocham
quadringenteſimo triceſimo primo Peloponneſiaci belli primordia ceci-
diſſe. à Chriſtiana verò ἐποχῆς ad hoc tempus anni ſunt mille ſexcenti vi- C
ginti ſeptem. Igitur anno abhinc bis milleſimo, & quinquageſimo
octauo bellum iſtud incœptum eſt. Hæc argumentatio ex triplici prin-
cipiorum conflata genere neceſſariò quod propoſitum erat efficit. Nam
Thucydidem & Xenophontem haud iſta temerè falſóve ſcripſiſſe, ter-
tium ad genus refertur. Quòd autem hæc illorum vera eſſe nequeat
hiſtoria, niſi anno ante communem æram quadringenteſimo triceſimo
quarto bellum inchoatum ſit, ex Aſtronomiæ fontibus, ac demonſtra-
tione concluditur. Itaque primum ad genus principiorum, quod eſt
reliquis certius, & ἐπιστημονικόν, pertinet. Adde iam Lunæ, Soliſque, ſi
lubet, cyclorum numeros, vt ab cæteris annus ille ſecerni poſſit. me-
dio ex principiorum genere argumentatio illa proficiſcetur. Libet ex D
his Chronologicæ artis irriſoribus quærere, quid in illa ratiocinatio-
ne deſit ad probandi perſuadendique firmitatem. Fac pertinacem, quàm
voles, aduerſarium. dum is ratione, communique ſenſu velit vti, quid
habere contra poteſt quod obiiciat? An aut Thucydidem & Xenophon-
tem ſub illud tempus non fuiſſe, ac non iſta ſcripſiſſe cauſari poterit;
aut obſcurationes iſtas ſiderum aliis annis potuiſſe contingere? Si priùs
dixerit, riſum non tenebimus. Si poſterius, facilè coarguemus. Innu-
numeræ ſunt in hac arte probationes eiuſdemmodi. vt quibus Olym-
piadum, Vrbis conditæ, Nabonaſſari, ac ſimilium interuallorum titu-

A los, atque epochas poſteriore Tomo ſtabilimus. E quibus inſignis eſt, & commemoranda maximè, qua vulgarem Chriſtianorum æram oſtendimus cum anno quarto Olympiadis centeſimæ nonageſimæ quartæ; Vrbis verò conditæ ſeptingenteſimo quinquageſimo quarto exeunte concurrere. ac biennio proinde vel vno ſaltem anno pleroſque falſos eſſe Chronologos, qui alienis temporibus illigarunt.

At non omnia ſunt eiuſmodi. Ne in Philoſophia quidem. An propterea ſcientia nulla Philoſophorum eſt? Hîc nimirum coniecturis, opinioníque locus eſt. vt ſit quædam pars illius στοχαστικὴ, ſiue *opinabilis*, & *coniecturalis*; longè infima, neque contemnenda tamen: quæ in aliorum Chronologia, quos ἀτέχνοις, & ἀμεθοδεύτοις appellare licet, ſola
B dominatur.

Medicorũ genera duo.

Præclarè meo iudicio Cornelius Celſus, author valdè bonus, cùm in duas ſectas diuiſam eſſe Medicinam dixiſſet; vnam rationalem, quæ abditarum, & morbos continentium cauſarum notitiam profitetur: alteram ἐμπειρικὴν, quæ vſum ſibi tantùm & experientiam reſeruat: mox allatis vtriuſque partis argumentis, mediam inter diuerſas ſententiam amplectitur, & eam medendi rationem anteponit, quæ ex vtraque compoſita, ita ſingularum opportunitates, ac præſidia colligit, vt vitia, & incommoda declinet. Non ſecus in Chronologia noſtra, ſi rectè iudicamus, eam demum optimam fore putabimus, quæ ex vtroque genere temperata ſit; vt & rationem, ac methodum, ſicubi res feret, adhibere nouerit, & eandem vbi materiæ conditio reſpuet, ſola ſe con-
C iecturæ ſagacitate, ac prudentia ſuſtentet. Ita fit vt cùm illi noſtra non habeant, nos illorum præſidiis, & adiumentis minimè careamus. Cæterùm ex hac, vt ita dicam, coniecturali Chronologiæ parte opinionum illa diuortia & conflictus oriuntur, quæ ad minuendam artificij noſtri commendationem obiici vulgò ſolent. Etenim vbicumque certæ temporum notæ ſunt, ad quas methodus adhæreſcere noſtra poteſt, in his Chronologorum vel omnium, vel quamplurimorum ſatis magna concordia cernitur. Itaque Scaliger, qui in cæteris ferè lapſus eſt, quęcumque ex ingenio ſuo protulit, & ad peruagatam, aut ab aliis occupatam doctrinam addidit: in communibus, & optimorum Chronologorum vſu contritis interuallorum epochis non multùm aberrat.

Chronologorum item genera duo.

Veræ Chronologiæ conſtantia.

Vt in excidio belli Peloponneſiaci, quo in exemplo iam vſum illius
D doctrinæ periclitati ſumus, conſentanea ſecum eſt, & cum hiſtoria Methodicorum, vt ſic appellem Chronologia. Nam omnes annum illum præfiniunt, qui eſt ante Chriſtum quadringenteſimus triceſimus primus: quique aureo numero VIII, Cyclo Solis XXVII, Indictione VIII κατὰ περίληψιν, vt moris eſt, præditus dicitur. In id conſentiunt omnes illi ferè, quos methodicos nominamus.

Sic in Olympiadum initio, & annis Vrbis Varronianis, aut Capitolinis, Nabonaſſareis, Iulianis, Diocletianeis & ſimilibus, quæ anſam aliquam arti ac methodo præbent, nulla inter illos fermè contentio

eſt. non quod eundem omnes annum ab orbe condito cuiuis epochæ A
præſtitutum habeant. ſed quod diſpares numero licet anni, & ab diuerſis initiis profecti, in eundem quaſi communem terminum incidant; hoc eſt pari interuallo ab epocha Chriſti vulgari, vel ab eo, in quo verſamur, anno diſtent: &, quod ex eo conſequens eſt, ſi retrò omnes cycli numerentur, iidem in tanta computandi varietate omnium in annos incurrant.

Anni ab orbe condito variè conſtituti.

Etenim annorum ab orbe condito numerus, quoniam ex antiquioribus, & ἀχαρακτηρίστοις interuallis oritur, penè totus ad στοχαστικὴν illam Chronologiæ partem refertur. ex quo ſententiarum varietas exiſtit. At illa, quæ dixi, methodi, & artis inſtumenta, & quaſi κριτήρια, vel ex certiſſimis Aſtronomiæ principiis; vel ex communibus nata B
poſtulatis, minimum hæſitationi locum, falſitati nullum relinquunt. Quòd ſi qui tamen ex Methodicis in tritis illis, & characteriſmo ſuo affectis epochis errauerint, non ars ipſa, ſed artis vſus in culpa eſt. Siquidem falſis iidem, vel malè acceptis veterum teſtimoniis decepti, pluſculum coniecturabili, & opinabili doctrinæ parti, quàm ἐπιστημονικῇ tribuerunt. Tùm aut illi rari admodùm fuerunt: aut non magno in errore verſati ſunt: atque in hoc ipſo reprehenſores ferè cæteros, ſectatores paucos habuerunt. At στοχαστικοὶ, & ἀμεθόδευτοι (ſic enim appellandi mihi ſunt) quotquot vnquam Chronologiam aggreſſi ſunt; niſi peritos alterius ſectæ duces imitati ſunt, non longiùs ab omni veritatis, & hiſtoriæ fide, quàm à ſe ipſi receſſerunt. Quod is facilè deprehendere poterit, qui expoſitam libro VII, cap. VIII, & lib. IX, C
cap. I, rationem cuiuſlibet examinandæ Chronologiæ tenere voluerit. Nam vt vnius vel alterius exemplo quod diximus oculis penè ſubiiciatur; age primùm ex Ioannis Funccij Chronologia certa capita seligamus omnium alioquin exploratiſſima, & quàm bellè ſuis illa temporibus aptata ſint, paulatim inquiramus. Eſt autem ille inter ἀμεθοδεύτοις non ignobili loco, & ætate ſua celeberrimus fuit: ac plerique illius Chronologiam ſic tanquam certiſſimum temporum canonem aſſumpſerunt.

Funccij Chronologia falſa.

Belli Peloponneſiaci primordium, vti paulo antè docuimus, extra omnem controuerſiam poſitum eſt, & in annum cadit Iulianæ Periodi 4283. Apud Funccium tribuitur anno Mundi 3537, Olympiadis D
LXXXVIII anno primo. Natus eſt Chriſtus in eâdem Chronologia anno Mundi 3962: ita vt æra Chriſti cœperit anno Mundi 3963. Deductis annis 3962. de anno 4713 Periodi Iulianæ, in quem communis natalis incidit, ſuperſunt 751: qui perpetua methodo additi ad annos mundi, efficiunt annum Iulianæ Periodi, quo cum annus mundi comparatur. Ad annos ergo 3537, adde 751, fiunt Per. Iul. 4288. Ita quinque annis tardius belli epocham aſſignat. Sic Athenienſium in Sicilia clades, & mors Niciæ contigit anno Periodi Iulianæ 4301, quo inſignis Lunæ defectio nocte illa facta eſt, quę inter Auguſti

A xxvii, & xxviii interceſſit. Hanc verò Funccius in annum mundi reiicit 3555, qui eſt Per. Iul. 4306. Quinquennio itaque lapſus eſt. Sic Olympiadem primam, quæ anno Per. Iul. 3938, vt ſuo loco demonſtratum eſt, neceſſariò congruit, imputat idem Funccius anno mundi 3189. Additis 751, conflatur annus 3940, biennio tardior.

Ioannes Carrio Chronicon ſcripſit, quod à Philippo Melanchthone locupletatum valdè ſuperiore ſæculo vſu, & approbatione floruit. In eo bellum idem Peloponneſiacum tribuitur anno mundi 3535. Nam deſiiſſe ſcribit anno mundi 3563 poſt expletos annos xxvii, & menſes ſex. Natum verò ponit idem Chriſtum anno mundi 3962, quod & Funccius ſecutus eſt. Ideo quemadmodum in huius Chronologia fecimus, adiungantur anni 751 ad 3535, fiunt anni Per. Iul. 4286. Quare triennio calculus redundat. Carrionis item.

B Beroaldus non obſcuri inter Chronologos iſtos nominis, in Chronico ſuo ad annum mundi 3501 ignorari dicit annum belli Peloponneſiaci, ac Medici; nec ante tempus Philippi, Macedonum regis certi aliquid in Græca hiſtoria deprehendi poſſe. Quid hac ignoratione fœdius? Nam Olympiadum, & vtriuſque illius belli principio nihil in omni doctrina temporum expeditius eſt. Sunt & alia ſæculi eiuſdem, imò antiquioris, geſta non dubiis veritatis indiciis affecta, quæ in Chronico noſtro, ac libro ix ſuis annis reddidimus. Sed hæreticos miſſos facio.

Genebrardus vir pius, & apprimè doctus lib. I Chronol. ſuæ pag. 130 ait Olympiacum agonem primum antecedere Nabonaſſari æram, cuius Ptolemæus meminit, annis xvi; Vrbis verò conditum Nabonaſſari epocha poſteriorem eſſe annis octo. Atqui primus annus Nabonaſſari Ptolemaicus conuenit anno Periodi Iulianæ 3967, qui eſt tricеſimus ab Olympiadum exordio. Ergo quatuordecim annis minus ille dixit. In annis autem conditæ Vrbis dupliciter peccat. Etenim in annum Vrbis conditæ 752 natalem Domini refert, quem & Mundi facit 4090. à quo nihilominus Chriſtianam æram auſpicatur. Detractis proinde 4089 de 4713, ſuperſunt 624. vt anno Periodi Iulianæ 625 initium conditi orbis à Genebrardo conſtitutum ſit. Deduc annos 752 de 4090: reliqui ſunt anni mundi 3338. Ergo anno 3339 condita Roma eſt, qui ſit Periodi Iulianæ 3963. poſt quem anno quinto cœpit æra Nabonaſſari. At ille poſteriorem facit Vrbis epocham. Quare nec verum dicit; & ſecum repugnat. Idem porro libro II Chronici ſui, pag. 263, initium Alexandri conſignat anno mundi 3779: mortem autem eiuſdem anno 3791. Additis vtrobique annis 624, cœperit Alexander anno Per. Iul. 4403: mortuus autem fuerit anno 4415. Atqui regnare cœpit anno 4378, & cùm duodecim imperaſſet annis, obiit anno 4390. quod eclipſis illa Lunæ, quæ ſub Arbellicum prælium eſt commiſſa anno 4383, ſecundo Olympiadis cxii demonſtrat. Igitur annorum quinque & viginti metachroniſmo peccat Genebrardus. quod in hiſtoria minimè ferendum, nedum in Chronologia diſſimulandum erit. Genebrardi non minus mendoſa.

C D

Iam cæterorum calculi biennio ferè à ſeipſis pariter, & hiſtoria diſ-

ſentiunt, vt ſæpius hoc in Tomo ſignificabimus. Neque neceſſe eſt appellare ſingulos: quorum hac in re peccata, diſſidentéſque ſententias eadem illa, quam adhibuimus, Periodi Iulianæ methodus oſtendet. Ex quo fructus artis illius haud mediocris apparet, vel, vt deſint cætera, magni faciendus: quòd qui magiſtram illam ſequitur, tametſi nonnunquam à veritate ipſa per imprudentiam aberret, ſibiipſi tamen conſentaneus ſit, nec antecedentia dogmata conſequentibus elidat, quod eſt in eo genere turpiſſimum. A

Vtilitas methodi Chronologicæ.

Prætereà cùm ſcire rem is propriè dicatur, vt in Prolegomenis prioris Partis explicatum eſt, qui & ſcire ſe nouit, & idipſum ab contrariæ falſitatis oppugnatione poteſt defendere; vtrumque noſtri perbellè faciunt; cæteri neutrum admodum. Nam neque cauſſas, & principia concluſionum, hoc eſt decretorum ſuorum: nec amborum inter ſe nexum, & conſenſionem vident: non abſtruſiora Chronicorum, aut Annalium vitia diſpicere: non eorum origines aperire: non ſi quid ſpecie ipſa probabile de cœleſtium præſertim obſeruatione corporum contra communem, receptámque doctrinam oppoſitum fuerit, id cuiuſmodi ſit explorare ac diiudicare poſſunt. Tritam igitur ab artificibus noſtris, & impreſſam viam teneant neceſſe eſt, ſi aberrare ipſi noluerint; nec ab ea diducant oculos. quòd ſi ad ipſos inde deiiciendos noui impetus fiant, eorumdem ſe patrocinio tueantur. Quanto feliciùs affabrè quodammodo & ex arte factus Chronologus? Hic enim non modò niti ipſe per ſeſe contra incurſus aliorum poterit: verùm etiam, ſi qua in re titubatum in Chronologia fuerit, protinus animaduertet; ad idque ſic, tanquam peritus aurifex, lapidem admouens, fraudem, ac vitium omne dignoſcet. B C

Equidem, vt alios omittam, de me hoc poſſum profiteri; magno mihi ad hoc ipſum vſui fuiſſe, quicquid ex illa ſcientia conſequi potui: quod eſſe mediocre non nego. Huius ope Scaligeriani primùm errores, quibus tandiu ſcientia temporum obſoleuerat, patefacti ſunt à nobis ac deterſi, ſuúſque, quantum ſperamus, præſtantiſſimæ diſciplinæ reſtitutus eſt nitor. Tùm aliorum inſuper aduerſus eandem impetus & conatus repreſſimus: qui ſi propagati longiùs eſſent, non vni, alterı́ve parti, ſed vniuerſæ Chronologiæ peſtiferi, & exitiales fuiſſent. In quo illud prætereà ſum expertus, ad hæc omnia, quæ huius ſunt propria ſcientiæ, præſtanda non ſufficere mediocrium, vt vocant, Solis, ac Lunæ motuum peritiam. Quanquam & hoc à pleriſque Chronologis aſſeritur: neque aut illi ferè altiùs aſſurgunt; aut in omni doctrina ſua Scaliger vltra eoſdem progreſſus eſt. qui quidem in veris motibus, ac defectionibus pronunciandis aliorum ex fide, & induſtria pendet, præcipuè Buntingi; vt vir doctus Ioannes Heruartus obſeruat. Qua ex aliorum aſſectatione homini nonnunquam obortus eſt error; quem ſuis locis indicauimus. Cæterùm qui mediorum, quos vocant, motuum ſcientia contentus eſt, emergere ex omnibus ſalebris, & acutorum aduerſariorum petitiones retundere difficilè poterit, & perhal- D

A lucinationem identidem offendet. Quod ex ſequentibus libris, ac præcipuè duodecimi fine licebit animaduertere.

Satis reſponſum iis arbitror, qui artificij genus illud, quod ex temporum doctrina petitur, à Chronicis, & Annalibus abiudicant: nec eorum ſcriptori quicquam, præter hiſtoriam, ac ſimplicem veterum authoritatem relinquunt. quaſi conſutor annorum, & colligator quidam, non gubernator, & arbiter Chronologus eſſe debeat. Nunc ad ea conuertam orationem meam, quæ de poſteriori hac parte, itidem vt in priore, cognoſcere ſtudioſi lectoris interſit.

Methodus hîc primùm eadem, quæ in prioribus libris, nec diſſimilis partitio. Officium enim duplex: vnum ἀνασκευαστικὸν, alterum κα-
B τασκευαστικόν. Illius eſt Scaligerianæ de ſingulis capitibus opinionis explicare ſummam; ac vel ſubinde, vel expoſita ſententia noſtra, quod alterius eſt partis, illius conuincere falſitatem. Ac præter Scaligerum aduerſus alios quoſdam experienda pars illa doctrinæ prior fuit, qui id agebant, vt communem, & quæ à nobis veriſſima iudicatur, temporum rationem certis argumentis euerterent. Contra quos ſic à me diſputatum eſſe confido, vt & illud, quicquid eſt, audaciæ ſuſcepti neceſſitati Operis adſcribant: nec de modeſtia in repugnando mea, vel æquitate iure poſſint conqueri.

Altero diuiſionis genere pars hæc in libros eſt tributa quatuor, quibus Opus artis, & fructum continens quintus adiungitur. Primus li- Liber I.
ber illuſtres omnes temporum titulos, ſiue epochas pertractat, tam ex
C ſacra, quàm profana hiſtoria deſumptas, quæ ab Orbe condito ad Cyaxaris, & Alyattis bellum vſque decurrunt. Secundus inde ad He- II, III, & IV.
rodis obitum. Tertius ab Herode cætera deinceps proſequitur. Quartus, idémque totius Operis duodecimus, præcipuas quaſdam, & ſelectas quæſtiones continet, de Natali, & Paſſione Chriſti; de LXX annis Hieremiæ, ac totidem Danielis hebdomadibus. Poſtea in quorundam Chronologicos commentarios, quibus vetus, & à nobis conſtituta temporum ratio potiſſimum oppugnatur, inquiſitum eſt; nimirum in Opus illud, quod ſub *Nouæ, veræque Chronologiæ* titulo, & elogio publicatum eſt ante annos quatuordecim: tùm in alterum Hieronymi Vecchieti. quorum opiniones expoſitæ ſunt, & excuſſæ, ac nouorum aduerſus receptam Chronologiam argumentorum vis eſt om-
D nis expenſa. Quintus ad hos, ac totius Operis tertius-decimus acceſ- V.
ſit Chronicon, ſiue vſum doctrinæ fructúmque complexus. Hunc ab Orbe condito ad annum poſt Chriſtum DXXXIII perduximus. Neque enim vlterius progredi hoc quidem tempore licuit. Nam neq; propoſiti noſtri fuerat initiò Chronologiam ſcribere: & eò nos aliorum rogatu hortatúque potiùs, quàm ſponte noſtra ſumus inducti. Id autem aliâs, vti ſpero, confici à nobis poterit, ac ſeparatim etiam in vſum Scholarum vnum aliquod in volumen coniici.

Operis denique totius in calce quaſdam veterum epiſtolas, vel Opuſcula nondum edita præbuimus: velut Proterij Alexandrini Epiſtolam;

Dionyſij Exigui duas, & id genus alia: quorum iis in libris teſtimoniis vtimur, quæque ſunt ad Paſchatis celebrandi morem & inſtitutum cognoſcendum apprimè neceſſaria. Epiſtolam Dionyſij primam ex Bibliotheca regia Cl. V. Nicolaus Rigaltius nobis pro ſua humanitate ſuppeditauit, cætera ex R. P. Sirmondi codice veteri deſcripſimus; in quo & Dionyſij Epiſtolæ continebantur.

Sunt penes nos alia Scriptorum Opuſcula veterum; imprimiſque Græcorum; vti Maximi Computus, tùm Andreæ Cretenſis, & huius argumenti quædam alia: quæ nos olim Appendicis inſtar huic Operi deſtinauimus. Sed cùm illorum locum ſibi Chronicon vſurpauerit, ne in immenſum moles operis excreſceret, eorum editionem alterius in opportunitatem libri ac temporis reiecimus.

CONSPECTVS
POSTERIORIS PARTIS
OPERIS DE DOCTRINA TEMPORVM,
& Summa Capitum omnium.

LIBER NONVS.

CAP. I. *De Periodo Iuliana eiúſque praxi in annis Euſebianis, Iudäicis, Prutenicis, & cæteris omnibus.* 1.

II. *De variis Græcorum veterum putationibus ab orbe condito.* 3.

III. *De triplici Græcorum recentiorum æra ab orbe condito, & earum inter ſe, & cum Dionyſiana comparatione: ſecundum quam duas eſſe monſtratur.* 5.

IV. *De trium illorum computorum origine.* 11.

V. *Quæ de triplici Græcorum computo ſcripſit Scaliger excutiuntur, ac refutantur. Tum qua ratione epactæ ad illos computos applicentur.* 12.

VI. *De conditu mundi, & annorum inde ad nos numero, ac putandi varietate. Autumno creatum eſſe mundum.* 16.

VII. *Expenditur* ἀπόδειξις *epochæ mundi ex apogei progreſſu, quæ ad opinionem noſtram accommodatur.* 19.

VIII. *De diluuij epocha: ac primùm de annorum ab orbe condito putatione ad diluuium.* 20.

IX. *De anni forma, quæ tempore diluuij extitit. Refellitur falſa quorundam ratio, & probabilis aſtruitur.* 22.

X. Διάρθρωσις *hiſtoriæ diluuij, & menſium veriſimilis deſcriptio variis ex formis eligitur.* 24.

XI. *De anni, in quem diluuium incidit, charactere Chronologico.* 29.

XII. *De Aſſyriorum Imperij epocha. Scaligeri in Aſſyriorum primordiis error exponitur ac refellitur.* 30.

XIII. *Aſſyriorum epocha ſtabilitur, & certa ratione deprehenditur. Babylonicarum obſeruationum antiquitas è Simplicio.* 32.

XIV. *De generis humani propagatione, & Aſſyrij regni progreſſu.* 34.

XV. *De Aſſyriorum regum epocha.* 36.

XVI. *Sicyoniorum regum epocha.* 36.

XVII. *De natali Abraami. Ortus Arphaxad, & de Cainan inſititio.* 37.

XVIII. *Quoto anno Tharæi genitus ſit Abraamus, vbi ſeptuageſimo id anno factum docetur.* 40.

De Argiuorum regni primordiis. 43.

Conſpectus Capitum.

XIX. *De poſteris Iacob, eiúſque profectione in Ægyptum, & ratione temporum in propagatione ſtirpis.* 44.

XX. *De Iobo, eiúſque tempore & origine. Oſtenditur Idumæum fuiſſe: & contrariæ opinionis argumenta ſoluuntur.* 47.

XXI. *De Athenienſium regno.* 51.

XXII. *De exitu Iſraelitarum ex Ægypto. Scaligeri & aliorum ſententia declaratur.* 51.

XXIII. *Quæ à Scaligero, eiúſque diſcipulis de Exodi tempore demonſtratiuè colliguntur, excutiuntur, ac refelluntur omnia.* 52.

XXIV. *Quod in tempus epocha Iſraeliticæ migrationis inciderit, vbi & annorum ab Abraamo ad exitum numerus, & primi menſis tempus illuſtratur.* 54.

XXV. *De primo anno Sabbatico, & aliis conſequentibus. Scaligeri, & eius ſectatorum explicatur, ac refellitur ſententia.* 57.

XXVI. *Quanam ratione tam primus annus Sabbaticus, quàm reliqui conſtituendi ſint. Oſtenditur probabiliter, non demonſtratiuè ſeriem illorum colligi.* 58.

XXVII. *De Iubileis annis. Refellitur eorum opinio, qui per annos quinquaginta vertentes numerari ſolitos putant. Oſtenditur nonniſi* XLIX *plenos annos habuiſſe.* 60.

XXVIII. *De Ilij excidio; Scaligerianæ doctrinæ ſumma.* 63.

XXVIII. *Elenchus ſuperioris doctrinæ, vbi variæ de Troiano excidio veterum opiniones explicantur.* 64.

XXIX. *Vera Troiani excidij epocha. Halicarnaſſenſis locus illuſtratur. Chronologorum aliquot errata caſtigantur.* 66.

XXX. *De Heraclidarum in Peloponneſum expeditionibus. déque Æolica & Ionica migratione. tùm de Homeri tempore.* 69.

XXXI. *De Lacedæmoniorum, & Corinthiorum regnis ab Heraclidis fundatis.* 71.

XXXII. *De conditu Templi Salomonici. Quanta ſit computandi ab Exodo ad hanc epocham temporis difficultas, & de variis ſuper ea ſententiis, quæ minus probantur.* 72.

XXXIII. *Quæ ſit verior interualli ab exitu ad Templum conditum annorum deſcriptio. Explicatur locus ille* III *Reg. Quadringentorum octoginta annorum numerum, non ab exitu ex Ægypto; ſed ab ingreſſu Palæſtinæ putari. Explicatum qui fuerint Iudices.* 76.

XXXIV. *De Arbacis, ac Medorum primordiis, déque Regum ſucceſſione.* 84.

XXXV. *De rediuiuo Aſſyriorum regno. déque Niniues inſtauratione, ac Ionæ tempore.* 85.

XXXVI. *De Macedonici regni primordiis.* 86.

XXXVII. *De initio Olympiadum, & primo anno Iphiti. Scaligeri doctrina tam in lib.* V *de Emendat. pag.* 358, *quàm in Animaduerſ. Euſeb. & Iſag. Canon.* 87.

XXXVIII *De veterum Olympiadum temporibus ante Iphitum, ex Pauſania & Euſebio. quibus Scaligeriana ſomnia diſcutiuntur.* 88.

XXXIX. *De anno Græcorum ad Olympiadas accommodato: déque menſe ac*

die ludicri Olympici, & eiuſdem epocha. 90.

XL. *Expenditur de luſtro Olympico coniectatio Scaligeri. Demonſtratur nunquam Iulianum quadriennium pro Olympiade ſumptum. Auſonius explicatur. Socratis itidem loca varia.* 93.

XLI. *De primo Olympiadum Iphiti anno, qui demonſtratiuè colligitur imprimus ex Thucydidis eclipſibus.* 96.

XLII. *Memorabilis Cenſorini locus, quo cùm Olympiadum epocha, tùm aliæ nonnullæ definiuntur.* 98.

XLIII. *De Copernici, Ioannis Lucidi, ac recentiorum quorumdam erroribus in putandis Olympiadibus: tum Euſebij ratiociniis.* 100.

XLIV. *De tribus Olympiadibus ab Elidenſibus è catalogo detractis: de quibus expenditur noua eruditi Chronologi ſententia, qui à Polybio illius metachroniſmi rationem haberi credidit. quod ipſum refutatur, & Olympiadum communis epocha defenditur. Illuſtrantur Polybij ac Liuij hiſtorica quædam.* 103.

XLV. *De Romæ conditu, ſiue primis Palilibus Vrbis. Scaligerianæ doctrinæ ſumma ex lib.* V *de Emendat.* 107.

XLVI. *De duplici Vrbis epocha: quarum alteram Catoni falsò & à Scaligero, & à pleriſque tributam aſſeritur.* 108.

XLVI. *De Halicarnaſſenſis opinione, ac duplici eius hallucinatione, quarum poſterior hactenus non animaduerſa.* 109.

XLVII. *Variæ Scaligeri hallucinationes, nec non Liuij, Onufrij, Caluiſij, & aliorum error.* 112.

XLVIII. *De Romuli conceptu, ac tam eius, quàm Vrbis natali, & L. Tarrutij Firmani ſententia, & eclipſibus, quæ vtriuſque natalibus attributæ ſunt: tum in iis multorum errata caſtigantur. Vrbem videri autumno conditam. Manilius explicatur.* 113.

XLIX. *De variis annorum Vrbis rationibus, ac duabus præſertim, quæ reliquis celebriores ſunt. Déque iis veterum quorumdam opiniones expenſæ, tùm Onuphrij & aliorum.* 117.

L. *De capite annorum ab V. C. déque epochæ illius characteribus Chronologicis. Solini locus illuſtratur.* 121.

DE ÆRA NABONASSARI.

LI. *Quoto anno cœperit è cæleſtibus obſeruationibus eruitur. Exponuntur lunaria quædam deliquia à Ptolemæo notata. Cenſorinus illuſtratur.* 123.

LII. *De initio Chaldaici regni à Nabonaſſaro, & quis ille fuerit.* 125.

LIII. *De initio Mardokempadi, qui videtur eſſe Merodach.* 127.

LIV. *De interuallo à conditu Templi Salomonici ad eiuſdem excidium. Exponitur vtriuſque regni Iudaici ſeries.* 127.

LV. *Explicantur quæſtionum omnia capita, quæ ad vtriuſque regni tempora, & annorum ſeriem pertinent.* 129.

LVI. *De initio Ezechiæ, eiúſque anno quartodecimo, & expeditione Sennacherib.* 133.

LVII. *De initio Nabonaſſari regis Chaldæorum. Quæ ſit Scaligeri ſententia in lib.* V *de Emend. & in Iſag. Canonibus: nec non in Appendice. tum eiuſdem pugna ſecum.* 135.

LVIII. *De initio Nabopolaſſari vera & certa ratio conſtituitur. Refellitur eorum ſententia, qui Nabopollaſſarum eundem cum Nabuchodonoſoro ſtatuunt.* 136.

LIX. *Confutantur ea, quæ perperam à Scaligero prodita ſunt de Neuruz Nabopollaſſari, & Enthroniſmi, & id genus commentis.* 138.

LX. *De anno quarto Ioakimi, & primo Nabuchodonoſori regis Babyloniæ. Scaligeri variæ ac diſcrepantes inuicem ſententiæ refelluntur.* 140.

LXI. *Definitur ex rei veritate quartus annus Ioakim, & primus Nabuchodonoſori. De Ioſiæ poſteris. Hieremiæ & Ezechielis loca conciliantur. Annus primus Nabuchodonoſori. Inſignis Beroſi locus illuſtratur.* 142.

LXII. *De Tyriorum regum originibus, déque Tyri obſidione à Nabuchodonoſoro patrata. De Hiromi regno. Ioſephi, & Menandri hallucinatio. De priſca regum Tyriorum ſucceſsione, déque Tyri, & Carthaginis conditu.* 144.

LXIII. *De poſterioribus Tyri regibus, déque obſeſſa à Nabuchodonoſoro per annos tredecim vrbe Tyro. Illuſtrantur annales Tyri. Ioſephus caſtigatur. Scaligeri error, & inconſtantia. Tyrum à Nabuchodonoſoro non videri penitus euerſam.* 147.

LIBER DECIMVS.

CAP. I. *De memorabili Solis defectione, quæ Cyaxare, & Alyatte rege pugnantibus accidit. cuius ignotus hactenus annus exponitur.* 152.

II. *Ex illa Solis defectione Herodotea hiſtoria plurimùm illuſtratur. Scythicæ graſſationis, & Lydorum ac Medorum pugnæ tempus aperitur. Alexandri Polyhiſtoris locus eximius.* 156.

III. *De ſecundi Aſſyriorum imperij temporibus poſtremis, déque Niniues excidio, quod bis accidiſſe monſtratur.* 157.

IV. *De vtriuſque Tobiæ temporibus ſecundum Græcos, Latinóſque codices.* 159.

V. *De Lydorum regno.* 160.

VI. *De excidio vrbis & caſu Sedeciæ. Scaligeri falſa opinio conuincitur; ac probabilis ratio conſtituitur. Annum Sedeciæ x non eſſe Sabbaticum.* 161.

VII. *De Nabuchodonoſori ſucceſſoribus. Beroſi, Abydeni, ac Ioſephi teſtimonia declarantur. huius etiam caſtigatur error. tum probabilis illorum hiſtoria deſcribitur.* 163.

VIII. *De Nabonido Beroſi, & Dario Medo Danielis. Expenduntur, & inter ſe comparantur veterum ſententiæ.* 165.

IX. *Darium Medum eſſe Nabonidum Beroſi, non Baltaſarem: déque ea re Ioſephi ac recentiorum error conuincitur. De Herodoto, Cteſia, Xenophonte iudicium.* 167.

X. *Explicantur quæ contra ſuperiorem ſententiam à Chronologis, & ſacrorum librorum Interpretibus obiiciuntur. Ruffini vehemens hallu-*

cinatio. 169.

XI. *Illuſtratur eadem illa ſententia diſcußis argumentis, quæ contra nos vir eruditus nuper explicauit.* 170.

XII. *De initio Cyri. Scaligeri variæ ſuper eo diſſentientéſque ſententiæ diſcuſſæ.* 174.

XIII. *Rerum à Cyro geſtarum hiſtoria ex Herodoto, Cteſia, & Beroſo perſtringitur.* 176.

XIV. *De epocha Perſici regni à Cyro initi, quæ & ex Hiſtoria, & Aſtronomicis obſeruationibus adſtruitur.* 178.

XV. *De Cyri altero initio, quod eſt Babylonici imperij.* 179.

XVI. *De Cambyſis initio, & Cyri obitu.* 180.

XVII. *De tempore occupatæ à Perſis Ægypti, déque poſtremis Ægypti regibus ex Herodoto. Cuius ex Ezechiele hiſtoria caſtigatur: & eiuſdem Prophetæ locus illuſtratur.* 181.

XVIII. *De initio Darij Hyſtaſpis F. déque eclipſibus duabus, quæ illo imperante contigerunt: & hallucinatione Chriſtmanni.* 183.

XIX. *De anno primo Romanorum Coſſ. & Regifugij. Refelluntur quæ à Scaligero de anno illo diſputata.* 186.

XX. *De fragmento Paſchalis magni, quod à Ioanne Cuſpiniano producit Scaliger, déque abſurda eiuſdem ſuper eo conflictatione.* 187.

XXI. *Conſtituitur verum tempus epochæ Regifugij: hoc eſt annus ac dies. Eclipſis Solis ſub mortem Romuli. variæ de Romanorum regum annis ſententiæ.* 190.

XXII. *De anno Marathonij conflictus tam Scaligeri falſa refellitur, quàm noſtra ſententia comprobatur.* 192.

XXIII. *De initio & tranſitu Xerxis in Græciam. Scaligeri ſententia, & inconſtans opinio, maximè ſuper tranſitu.* 193.

XXIV. *Annus* διαβάσεως *accuratiſsimè ex Herodoto, Thucydide, &c. definitur. Herodoti, Halicarnaſſenſis, & Plutarchi error aperitur. Scaligeri commenta refelluntur.* 194.

XXV. *De duplici initio Artaxerxis Longimani hactenus non animaduerſo. Expenduntur & conciliantur inter ſe diuerſæ Scriptorum ſententiæ. Plutarchus caſtigatur. Perſarum mos in cõſtituendis regibus.* 196.

XXVI. *De ſolſtitio Metonis, & anno primo Enneadecaëteridis eiuſdem.* 198.

XXVII. *De initio belli Peloponneſiaci, quod certis characteribus adſtruitur.* 199.

XXVIII. *De labe Xenophonteæ hiſtoriæ, quod ad annos attinet belli Peloponneſiaci.* 201.

XXIX. *De Artaxerxis Longimani, Darij Nothi, Artaxerxis Mnemonis, & reliquorum Perſidis regum epocha, déque regni totius interuallo.* 203.

XXX. *De Alienſi Romanorum clade. variæ hallucinationes Scaligeri. verum illius tempus oſtenſum.* 205.

XXXI. *De Leuctrica pugna.* 207.

XXXII. *De initio Alexandri magni, eiúſque natali. Errata Scaligeri. Plutarchus ab eius reprehenſione vindicatus.*

XXXIII. *De Carthaginienſium Sicula clade.* 209.

XXXIV. *De clade Athenienſium, ac Bœotorum ad Cheroneam.* 209.

Conſpectus Capitum.

XXXV. *De euerſis ab Alexandro Thebis Bœotiis.* 210.

XXXVI. *De conflictu Alexandri M. ad Arbela cum Dario, & initio Aſiatici imperij: déque Lunæ defectione, quæ ſub illum contigit. Plutarchus ab Scaligeri reprehenſione defenditur: & Scaliger ipſe grauiſſimi erroris arguitur. Alexandriæ conditæ annus illuſtratur.* 210.

XXXVII. *De initio Calippicæ Periodi. Declarantur Lunares defectiones tres à Ptolemæo deſignatæ; ac Ptolemæus ipſe caſtigatur.* 212.

XXXVIII *De epocha annorum Philippi, & mortis Alexandri. ac primùm Scaligeri, aliorúmque falſa de illius nomine & inſtitutione opinio reiicitur.* 214.

XXXIX. *Conſtituitur verum tempus epochæ annorum Philippi, ſiue mortis Alexandri. vbi & de annis iſtis accuratè diſſeritur.* 215.

XL. *Expenditur noua quædam opinio de anno obitus Alexandri, qui duodecim annis tardiùs, quàm vulgo hactenus factum eſt, ponitur.* 218.

*XLI. *De æra contractuum, ſiue Dhilcarnaim.* 219.

* Cuius capitis titulus ab operis prætermiſſus eſt.

XLII. *De diuerſis eiuſdem æræ primordiis, qui anni Græcorum in libris Machab. appellantur. Scaligeri, & aliorum error.* 220.

XLIII. *Vera epocha annorum qui in libris Machab. Græcorum dicti ſunt, vbi Scaligeri hallucinatio caſtigatur, & libri Machabæorum ab eius reprehenſione vindicantur.* 224.

XLIV. *De initiis Ptolemæi Philadelphi, & Philometoris.* 227.

XLV. *De Seleucidarum, ſiue Regum Syriæ ſtemmate, & ſucceſſione, rebúſque geſtis.* 228.

XLVI. *Ptolemæorum in Ægypto ſucceſſio.* 234.

XLVII. *De Pontificum Hebræorum ſerie, ac ſucceſſione.* 238.

XLVIII. *De Pontificibus, qui ab Aarone ad conditum templi Synagogæ præfuerunt.* 239.

XLIX. *De Pontificibus, qui à templo condito ad eiuſdem excidium Synagogæ præfuerunt.* 242.

L. *De Hebræis Pontificibus à deportatione Babylonica ad Haſamonæos, ac præſertim Menelao, Lyſimacho, Iaſone, Alcimo.* 243.

LI. *Quis ille ſit Onias, ad quem Arius Lacedæmoniorum rex Epiſtolam ſcripſit. Oſtenditur primum hunc eſſe, Iadduæ filium. Diodori, Scaligeri, & aliorum errata caſtigantur.* 245.

LII. *De Haſamonæis, ſiue Machabæis Pontificibus, ac primùm de Mathathia, Iuda, Ionatha.* 246.

LIII. *De Simone Pontifice Mathathiæ F.* 248.

LIV. *De reliquis ad Herodem vſque Pontificibus Hamaſonæis, atque Hyrcano præſertim & Ariſtobulo.* 249.

LV. *De Pontificibus cæteris ab Herode ad excidium vrbis.* 251.

LVI. *De duobus Pontificibus, Caiapha, & Anna: vtrum aliquando Pontifices duo ſimul, eodem præditi iure, præfuerint. BeZæ, Scaligeri, & Caſauboni hallucinationes.* 253.

LVII. *De C. Iulij Cæſaris Conſulatibus, & Dictaturis. Veterum ſententia aduerſus communem & hodiernam adſtruitur.* 255.

LVIII. *De Solis defectione, quæ ciuile Pompei, & Cæſaris bellum anteceſſit.* 259.

LIX. *De primo anno Iuliano, & anno Confuſionis.* 260.

LX. *De hallucinatione Scaligeri in epocha anni Confuſionis. Hirtij ex libro de bello Hiſpanienſi locus explicatur.* 261.

LXI. *Refellitur Pauli Foroſempronienſis opinio de anno Iuliano primo.* 263.

LXII. *De Antiochenorum æra, quem* χρηματισμὸν τῆς Ἀντιοχείας *appellant.* 265.

LXIII. *De anno, quo C. Cæſar in Senatu eſt occiſus: déque luminarium deliquiis, quæ circa tempus illud acciderunt.* 268.

LXIV. *De Augusti primordio. Explicantur varia Scriptorum loca: imprimis Horatij, Feſti, Ruſi, &c.* 271.

LXV. *De initio Herodis magni.* 274.

LXVI. *Scaligeri in capite de Herodis initio errata caſtigantur.* 275.

LXVII. *De cyclo lunari Romano.* 277.

LXVIII. *De æra Hiſpanienſi, eiúſque origine, initio, & vſurpatione.* 278.

LXIX. *De Actiaca pugna: déque annis Actiacis.* 281.

LXX. *De annis Auguſtorum Romanis.* 283.

LXXI. *De Thoth Ægyptiorum fixo, ſiue anno Iuliano ab iis recepto: déque eius ab anno Actiaco quinquennali diſcrimine noua & probabilis obſeruatio. Theo, & Georgius Monachus illuſtrati. Scaligeri* παρεμπτωσεία. 285.

LIBER VNDECIMVS.

CAP. I. *De Herodis obitu ex Ioſepho præſertim, & Dione: deque regni illius annis.* 290.

II. *De Euſebij hallucinatione in annis Herodis.* 292.

III. *Inquiritur in Nouæ Chronologiæ ſententiam de Herodis initio.* 293.

IV. *Scaligeri de Herodis exceſſu ſententia refellitur.* 295.

V. *De Herodis genere, & vtrum Idumæus fuerit, atque alienigena dici potuerit. Scaligeri & Caſauboni error.* 297.

VI. *De Auguſti obitu & ætate: & initio Tiberij. Tum de Lunæ ac Solis defectionibus, quæ per illud tempus accidiſſe memorantur.* 300.

VII. *De initio Tiberij Cæſaris. Inquiritur in nouam doctorum virorum ſententiam, qui Tiberium ante Auguſti mortem annis aliquot imperare cœpiſſe putant. Ea verò refellitur. De Proconſulari dignitate eiuſdem Tiberij, quam citra principatum habuit.* 301.

VIII. *De initio, & imperio Cai Caligulæ, deque Conſulatibus eiuſdem.* 304.

IX. *De Claudij, ac Neronis initio. Suetonius explicatur. Veteres item Inſcriptiones, nec non Seneca, & Plinius caſtigantur, & illuſtrantur.* 306.

X. *De Herodis poſteris, eorúmque temporibus, & iis maximè, quorum in Scriptura mentio.* 309.

XI. *De Syriæ Præſidibus, & Iudææ Procuratoribus, qui ab Auguſti fere obitu ad excidium Hieroſolymorum præfuiſſe leguntur.* 312.

XII. *De nonnullis rebus geſtis, quarum Lucas in Actis meminit; déque ſingularum temporibus.* 316.

XIII. *De Antiochena, & Romana Petri ſede. Spalatenſis & aliorum argumenta contra communem Catholicorum de ea re fidem diſſol-*

uuntur. 319.
XIV. *Conſtituitur probabilis epocha Cathedræ, ac ſedis vtriuſque: tùm necis Apoſtolorum.* 322.
XV. *De agone Neroneo, obitu, & ætate Neronis. Scaligeri error. Suetonij locus caſtigatur.* 324.
XVI. *De Imperio Galbæ, Othonis, Vitellij, & Veſpaſiani.* 325.
XVII. *De Hieroſolymorum, & templi poſterioris excidio.* 326.
XVIII. *De initio Titi & Domitiani.* 328.
XIX. *De Imperio Domitiani.*
XX. *De agone Capitolino Domitiani. Explicantur Iuuenalis Statij, & Anthologiæ loca.* 330.
XXI. *De Neruæ ac Traiani temporibus. vbi & hallucinatio Scaligeri notata.* 332.
XXII. *De initio Hadriani. Scaligeri hallucinatio diſcuſſa, & vera ſententia conſtituta. Ptolemæus explicatus.* 332.
XXIII. *De initio Antonini.* 334.
XXIV. *De initio Alexandri Seueri, & Gordiani, præſertim iunioris.* 336.
XXV. *De Philipporum initio, & ludis ſæcularibus.* 338.
XXVI. *De initio & obitu Decij, Galli, & Voluſiani; Valeriani & Gallieni, Claudij, Aureliani, Taciti.* 338.
XXVII. *De Probi Imperat. initio, & Faſtorum vulgarium perturbatione.* 340.
XXVIII. *De Cari, Carini, ac Numeriani primordiis.* 344.
XXIX. *De initio Diocletiani. Quæ de hac epocha Scaliger lib. v. de Emendat. & in Animad. Euſeb. atque Iſagog. Canon. ſcripſit excutiuntur, ac refutantur.* 345.
XXX. *Annus ac dies, quo Diocletianus imperare cœpit, probabili ratione conſtituitur aduerſus inueteratam Chronologorum ſententiam.* 348.
XXXI. *De initio Maximiani Herculii, & Faſtorum varietate.* 349.
XXXII. *De perſecutione Diocletiani.* 350.
XXXIII. *De Diocletiano, & Maximiano in ordinem redactis.* 353.
XXXIV. *De variis Auguſtis, & Cæſaribus, qui per idem tempus extiterunt.* 354.
XXXV. *De obitu Conſtantij Chlori.* 355.
XXXVI. *De initio Conſtantini magni, & eius imperio.* 357.
XXXVII. *De Maxentio à Conſtantino magno deuicto.* 358.
XXXVIII *De Indictione Conſtantiniana. Scaligeri de Indictione ſententia declaratur, & conuincitur, nec non Chronici Alexandrini, Georgij Monachi, & aliorum errata redarguuntur.* 360.
XXXIX. *De Indictione quid à veteribus traditum cõpertúmq; ſit exponitur.* 362.
XL. *De anno conſeſſus Nicæni. Refellitur eorum ſententia qui triennio duraſſe putant, vt Scaligeri: cuius & errata quædam alia notantur. De morte Criſpi. Euſebij Chronicon recenſetur.* 366.
XLI. *De Encæniis, & conditu nouæ Romæ, ſiue Conſtantinopoleos.* 369.
XLII. *De Conſtantini M. obitu, & initio Conſtantij, déque Solis defectionibus variis, quæ hoc imperante contigerunt.* 370.
XLIII. *De Iuliani, Valentiniani vtriuſque initio: & morte.* 373.
XLIV. *De obitu S. Martini Turonenſis Epiſcopi.* 374.
XLV. *De Stiliconis Conſulatu* II, *& Honorij* VII, *&* VIII *Conſulatus ab*

Idatio qua ratione digeſti. 375.
XLVI. *De exilio S. Ioannis Chryſoſtomi, eiúſque, & Eudoxiæ, atque Arcadij morte. Georgius Alexandrinus ſcriptor notatur.* 377.
XLVII. *De Roma ab Alarico capta. Faſtos illius æui Conſulares integros eſſe contra Scaligerum aſſeritur. Idatius illuſtratur.* 378.
XLVIII. *De primorum Franciæ regum initiis. Illuſtratur Gregorij Turonenſis hiſtoria. Scaligeri errata varia.* 380.
XLIX. *De Heraclij initio & obitu. Tum de SS. Anaſtaſij Martyris, & Ioannis Eleemonis tempore.* 385.
L. *De initio Muhammedis, & annorum Hegiræ.* 386.
LI. *De æra Iezdegirdis Perſæ, quæ à morte illius incipit, déque primo Phrauardin illius, & occaſu Perſici imperij. Tum inſignis Anonymi Scriptoris locus illuſtratur.* 387.
LII. *De primo Phrurdin Gelali, ſiue Sultaneo.* 390.
LIII. *De anno quo Conſtantinopolis à Turcis expugnata eſt.* 393.
Epilogus librorum IX, X, XI *de Doctrina temporum.* 394.

LIBER DVODECIMVS.

CAP. I. EXPLICANTVR *veterum, imprimiſque Bedæ, ac cæterorum Computiſtarum ſententiæ de anno natali Chriſti.* 399.
II. *De æra Dionyſiana, eiúſque ſuper Incarnatione, & natali Chriſti ſententia. Oſtenditur diuerſam eſſe ab ea, quam illi Beda, cæterique hactenus imputarunt: & noua quædam ac vera illius ratio traditur. Hodiernam æram à Dionyſiana diſcrepare.* 401.
III. *De cyclo Dionyſij. in quo itidem vt in æra hactenus aberratum eſt. Oſtenditur Dionyſianum cyclum nonniſi* XCV *annorum fuiſſe. De falſo Cyrilli cyclo, cuius Beda, & Iſidorus meminerunt: cuius certum tempus eruitur.* 404.
IV. *De æra communi à Beda, Computitiſque reliquis tradita, & hodierno vſu recepta. tum de Græcorum opinione.* 406.
V. *Expenditur Lucæ locus, ex quo ætas Chriſti colligitur; cuius germana interpretatio traditur, reiecta ea quam plerique tribuunt.* 410.
VI. *Conſtituitur probabilis epocha Dominici Natalis. Refellitur noua quædam de ea ſententia. Annum immutari quid ſit.* 415.
VII. *De die, quo Chriſtus natus eſt. Exponitur Scaligeri & aliorum coniectura, qui ex Ephemeriarum Sacerdotalium ordine nouam ſententiam inuehunt: eáque redarguitur. Defenditur communis Eccleſiæ traditio.* 416.
VIII. *De cenſu Quirini, & Magorum aduentu. Multiplex ab Auguſto inſtituta cenſio. eam verò, quæ à Quirinio facta, ſcriptis à nemine proditam eſſe diſputatur.* 419.
IX. *De anno Dominicæ Paßionis. Variæ antiquorum ſententiæ.* 422.
X. *Excutitur Bedæ, aliorúmque de annis* XXXIV *Chriſti ſententia.* 425.
XI. *Ecquid Luna* XV *paſſus ſit Chriſtus. Demonſtratur non accuratis Lunæ motibus, ſed corrupto cyclo vſos eſſe Iudæos.* 427.
XII. *Conſtituitur annus ac dies Dominicæ Paßionis.* 428.

Conſpectus Capitum.

XIII. *De die Paßionis vulgata Computiſtarum opinio retractatur.* 430.

XIV. *De noua quorumdam opinione, qui anno Chriſti* XXXIV, *Maij* XXV, *Luna* XV *paſſum eſſe Dominum aſſerunt, Geminis duobus Conſulibus, ac Tiberij nihilominus anno decimo ſeptimo, vel decimo octauo. Quæquidem falſitatis conuincitur. Epiphaniani Cycli Iudaici confiсta ratio diſcutitur.* 434.

XV. *Ecquid Chriſtus eâdem, qua Iudæi cæteri, die Paſcha celebrarit.* 438.

XVI. *Expenduntur vtriuſque momenta partis; & pridie, quàm Iudæos pleroſque, Chriſtum Paſcha celebraſſe defenditur.* 441.

XVII. *Tria, an quatuor, quinqueue poſt Baptiſmum Paſchata Chriſtus obierit. Oſtenditur tria duntaxat ab eo peracta.* 445.

XVIII. *Euangelicæ hiſtoriæ concordia ad Epiphanij, & veterum aliorum ſententiam accommodata. Geſta anni primi vſque ad Paſcha.* 447.
Geſta anni ſecundi à Paſchate primo ad alterum Paſcha. 448.
Geſta anni tertij vſque ad Paßionem. 450.

XIX. *Dominicæ Paßionis, & eorum, quæ poſt eam acciderunt, hiſtorica* διαρθρωσις. 451.

XX. *Reliqua Dominicæ hiſtoriæ poſt mortem geſta.* 454.

XXI. *De Solis admirabili deliquio, quod Paßionis tempore accidit.* 458.

XXII. *De annis* LXX *ab Hieremia commemoratis. Exponitur quæſtionis ſtatus, & variæ cùm cæterorum ea de re ſententiæ, tùm Scaligeri ipſius afferuntur.* 459.

XXIII. *Explicatur vera de* LXX *annis Hieremiæ ſententia.* 461.

XXIV. *Quæ contra ſententiam noſtram afferri poſſunt ſoléntque, diſcutiuntur, ac Scaligeri imprimis errata caſtigantur.* 462.

XXV. *De Perſarum regum ſerie, quæ in ſacris libris expreſſa legitur.* 466.

XXVI. *De Iudith tempore & hiſtoria.* 468.

XXVII. *De Hiſtoria libri Eſther, eiúſque coniuge ac tempore. Scaligeri de ea re ſententia explicatur, & refellitur.* 470.

XXVIII. *Verum tempus Eſtheris.* 471.

XXIX. *De ſeptuaginta Danielis hebdomadibus. Iudaicarum rerum, quæ ad illam quæſtionem pertinent, ſumma. Tum Perſidis reges, tam Vrbis quàm Templi reſtituendi poteſtatem feciſſe.* 472.

XXX. *Proponuntur, expenduntúrque variæ de* LXX *hebdomadibus ſententiæ.* 474.

XXXI. *Scaligeriana de Hebdomadibus Danielis ſententia in vtraque editione refellitur.* 477.

XXXII. *Probabilis in opinione noſtra* LXX *hebdomadum ratio diſputatur.* 480.

XXXV. *Danielis verba ex cap.* IX *ſingillatim explicantur.* 482.

PARS ALTERA LIBRI, IN QVA nouæ quorumdam ſuper Annalium ordinatione opiniones excutiuntur.

XXXVI. *Operis illius, cui Nouæ, veræque Chronologiæ titulus inſcribitur, ſumma breui compendio declaratur: cuius author plures annos in Faſtis vulgaribus ſuperfluos eſſe defendit.* 486.

XXXVII. *De octo annorum labe, quam Faſtis vulgaribus nouæ Chronologiæ author tribuit. Oſtenditur fruſtra id opinari virum doctum, & hac ex parte integros Annales eſſe. Eclipſes pleræque ſuis temporibus conſtitutæ.* 488.

XXXVIII *De annorum trium labe, quam fruſtra Noua Chronologia Faſtis attribuit. Explicantur Liuij, Meſſallæ, Eutropij, & aliorum authorum loca.* 491.

XXXIX. *De ſexennij anachroniſmo, quem poſt annum Vrbis ſexcenteſimum in Faſtis deprehendit Nouæ Chronologiæ Scriptor. Expenduntur Ciceronis, Macrobij, Cenſorini, Feneſtellæ, ac Plinij teſtimonia: quibus perperam niti nouam illam opinionem oſtenditur.* 494.

XL. *De annorum quinque vitio, quod in Faſtis deinde reſediſſe Noua Chronologia putat. Quæ eius ſuſpicio tollitur. Nonnulla Iulij Obſequentis loca declarantur.* 496

XLII. *De quinquennali Faſtorum labe rurſus diſſeritur. Plutarchi, Velleij loca quà caſtigata, quà inter ſe conciliata. Pompeij ætas, & Carneadis obitus.* 500.

XLIII. *Pergitur in refellendo quinquennali anachroniſmo, ac Philoſtrati, Dionis, Senecæ, Taciti, Diodori teſtimoniis occurritur.* 502.

De Hieronymi Vecchietti anno primitiuo, eiúſque Chronologicis erroribus contra communes ſententias nuper aſſeueratis.

XLIV. *Explicatur ac refellitur anni Primitiui ab illo excogitati methodus. oſtenditur eius ſtructuram ſecum ipſam confligere.* 506.

XLV. *Exponuntur hiſtorici errores à Vecchietto commiſſi: & argumenta eius omnia diluuntur.* 508.

XLVI. *Quantum in Herodis tempore à Paſſione Chriſti Vecchiettus hallucinatus ſit, palam demonſtratur.* 512.

XLVII. *Refellitur opinio Vecchietti ſuper annis tribus, quos in vulgares Faſtos inculcandos aſſerit.* 513.

LIBER DECIMVS-TERTIVS.

Qui Chronologiam, hoc eſt temporum ſeriem, & vſum doctrinæ fructúmque continet. 516.

LIBRORVM DE DOCTRINA
Temporum Paralipomena.

I *DE Athenienſium regno, addenda ad Caput* XXI, *libri* IX, 847.

II. *De Macedonum regibus. Explicantur dubia quædam de illorum ſucceſſione, præſertim de Perdiccæ tempore: ſuper quo Euſebij, & vulgaris Chronologiæ error; item Athenæi, & aliorum conuincitur. Plato item defenditur. Addenda ad Caput* XXV, *libri* IX. 848.

III. *De Olympicorum agonum tempore. Expenditur, ac refellitur nupera quædam eruditi viri coniectura, qui autumno celebratos eſſe docuit. Exponuntur Pauſaniæ, Philoſtrati, Thucydidis, Ciceronis lo-*

ca. Demonſtratur æſtiuo tempore ludos celebrari conſueuiſſe. Addenda poſt caput XLIV libri IX. 805.
IV. De Ægyptiorum quadrienniis. quid Piromides fuerint. déque iis eiuſdem viri docti coniectatio diſcutitur, qui Piromidas totidem quadrienniis reſpondere credidit: quod ipſum refutatur. Herodotus illuſtratur. 853.
V. De tempore agonis Capitolini à Domitiano inſtituti. addenda ad caput XX libri XI. ſed hæc propter diſputationis ſeriem priori ſunt annexa. 855.
VI. De Piſiſtrato Athenienſium tyranno, Solone, Periandro Corinthio, atque Crœſo. Herodoti error, & Euſebij. 856.
VII. De ortu, & obitu Alexandri M. retractantur, & illuſtrantur aliqua, quæ lib. X, cap. XXXII, & XXXIX dicta ſunt. 859.
VIII. De Ægyptiorum regibus emendanda quædam lib. X, cap. XLVI. 860.
IX. De Veſpaſiani Conſulatibus. addenda poſt caput XVI, libri XI. 860.
X. De Conſtantini M. ac Licinij bellis, & huius clade: quæ ſuis temporibus aptantur. Codex Theodoſianus caſtigatur. 861.
XI. De Democriti Abderitæ tempore animaduertenda ad lib. XIII, annúmque Periodi Iulianæ 4214. 862.
Regum aliquot, vel Principum ſucceſſiones. 864.

APPENDIX OPERIS VETERVM quorumdam Opuſcula continens de Paſchatis ratione.

Epiſtola S. Proterij Alexandrini. 871.
Epiſtola prima Dionyſij Exigui. 874.
Epiſtola ſecunda Dionyſij Exigui. 876.
Prologus Theophili Alexandrini Epiſcopi ad Theodoſium Imperatorem. Græcè, & Latinè. 879.
Prologus S. Cyrilli. 881.
Epiſtola S. Cyrilli Epiſcopi. 883.
Hilari ad Victorium Epiſtola. 884.
Epiſtola Victorij ad Hilarum Papam. 885.
Victorij Præfatio Paſchalis feſti. 885.
Ad Appendicem, id eſt, Scriptorum veterum Opuſcula Notæ. 889.

Problema Librorum IX, X, XI, de Doctrina Temporum.

QVacumque libro quinto Scaligeri de Emendat. Temporum: tùm in tertio Iſagogicorum Canonum de inſignibus hiſtoriarum epochis diſputans Scaliger ex ingenio ſuo aliorum ad inuenta, & ſententias adtexuit; ſi duo, triáve ſatis commodè dicta ab eo exceperis; ea partim falſa, vel minimè probabilia; partim ſibi inuicem contraria ſunt.

DIONYSII PETAVII
E' SOCIETATE IESV
B
DE DOCTRINA TEMPORVM
LIBER NONVS.

De Periodo Iuliana, eiúſque praxi in annis Euſebianis, Iudaicis Prutenicis, & cæteris omnibus.

CAPVT I.

IN omni Scaligeriana temporum doctrina nihil eſt melius, & vtilius, quàm Periodi Iulianæ methodus, quam ille ad Chronologiæ
C munimentum adhibuit. Ea conſtat annis 7980, hóc eſt Dionyſiana periodo annorum 532 per Indictionũ orbem, id eſt quindecim, multiplicata: vt ex tribus cyclis in ſe ductis vniuerſa conſtituta ſit; nempe Solis, annorum XXVIII; Lunæ, annorum XIX; & Indictionis annorum XV. Hi ſunt temporum characteres, ac notæ certiſſimæ, quibus à ſe inuicem diſcernuntur. ſine quibus penè inutilis eſt omnis Chronologi labor: moleſtiſſimus certè eſt, ac difficultatibus innumeris obſitus; quæ vſu periodi iſtius, & cyclorum nullo negotio deuitantur. Sed de Periodi Iulianæ & characterum Chronologicorum opportunitatibus dictum eſt libro ſeptimo cap. VIII. Redeo enim ad Scaligerum, qui periodi illius vtilitates, & commoda non ſine cauſa prædicauit. Ac profectò in tot ſcriptis ab eo Chronologicis libris nihil ferè eſt, quod momentum aliquod ad rem vllam habeat; quódque reprehenſionem effugiat, præter particulam iſtam, qua Iulianæ periodi methodum explicauit. Itaque vt reliqua illius meritò damnamus, atque ob intolerandos errores ab omni
D Hiſtoriæ vſu reiicimus: ita artificioſum hunc annorum orbem, vſúmque cyclorum magni pro eo, ac debemus, facimus. vt ex eo candorem noſtrum Lector agnoſcat: ac nos intelligat non Scriptoris odio, vel æmulatione gloriæ; ſed veritatis amore ductos, in eam doctrinæ totius inquiſitionem incumbere.

Quanquam in eo caſtigandus eſt nonnihil Scaliger; quòd ſe periodi illius inuentorem, ac methodi fuiſſe glorietur. Hanc enim à Græcis tranſtulit; qui annos ab orbe condito numerantes, horum τὴν ὁμάδα per eoſdem illos tres cyclos partiri ſolent; vt poſteà dicetur. Tametſi non eoſdem Solis ac Lunæ cyclos computent, quos Romani. Exempli cauſa annus Natalis æræ communis, qui cyclo notatur Solis IX, Lunæ I, Indict. III, vel à Septembri, IV; eſt annus in Græcorum æra vulgari 5509. Quos ſi per 28, & 19, ac 15 diuidas, relinquetur cyclus Solis XXI, Lunæ XVIII, Indictio IV. Quare Græcorum imitatione Scaliger trium cyclorum vſum ad communem Latinorum æram accommodauit. in quo vti ſua laude fraudandus non eſt; ſic iſtius inuenti gloriam ſibi omnem arrogare non de-

bet. Vtrum verò perinde Græci artificioſam epocham, ac periodum conſectati A
ſint; an potiùs reipſa illum condito ab orbe numerum annorum inierint, poſteà
diſputabitur.

Præterea in hoc capite libri huius, quo periodum Iulianam expoſuit, nonnul-
la obiter aſperſit falſitatis pleniſſima; vt de Nicæni Concilij tempore, ac cæteris,
quæ ſuis locis excutientur.

Atque vt Iulianæ periodi magis ac magis vſus approbetur: vtque quod libri hu-
ius, ac ſecundæ Partis inſtitutum eſt, certis annorum interuallis ſuas in illa perio-
do ſedes aſſignemus; primum illud vniuersè conſiderandum eſt; quod & alibi ſcri-
pſimus; nonnullos eſſe hiſtoriæ, Chronologiæque cardines; hoc eſt memorabiles
quaſdam epochas temporum; de quibus, citra controuerſiam vllam, conſtans eſt
authorum vel omnium vel plurium certè potiorúmque conſenſio. Quæ quidem
velut κριτήρια ſunt, & Lydij lapides, quorum beneficio dubiis, & obſcuris lucem
afferimus; & Chronologorum omnium ſiue errata deprehendimus; ſiue rectè ab
iiſdem conſtituta probamus, ac defendimus. Qui igitur Chronologicum cuiuſ-
piam opus experiri velit; is vnum aliquod, vel plura ex confeſſis illis & conteſta- B
tis interuallis arripiat, quorum ſitum in Iuliana periodo notatum habeat: ad ea-
que num reliqua conueniant ſubtiliter inquirat. Talis eſt autem imprimis Chriſti
communis epocha; à qua 1623 hic annus putatur. Neque enim hîc de vero Natali
anno Saluatoris agitur: ſed de æra tantummodo, titulóve temporũ; qui in eo an-
no fixus eſt, à quo milleſimus ſexcenteſimus & viceſimus tertius iſte numeratur.
Huic igitur aunus in periodo Iuliana tribuitur 4713, quo natus ponitur Chriſtus.
Sic & annus primus Olympiadicus, vel Iphiti, qui ſeptingẽteſimus ſeptuageſimus
ſextus eſt ab eodem natalis anno, conuenit in annum Per. Iul. 3938. Annus primus
Vrbis Varronianus in annum 3961. Capitolinus autem in 3962. Annus primus Na-
bonaſſari cœpit 3967. quæ omnia ſingillatim poſtea demonſtranda ſunt. Acce-
dunt anni reliqui cœleſtibus, & indubitatis phænomenis, tanquam characteribus
inſignes. de quibus itidem poſtmodum dicetur. His itaque veritatis veſtigiis ac
notis inſtructos ad temporum examen aggredi nos oportet. Poſteaquam enim an-
num eiuſmodi aliquem in Chronologica ſerie deſignatum habueris, & ad perio-
dum Iulianam applicaris; de anno periodi Iulianæ ſubtrahe annos ab initio mun- C
di; vt anni primi conditus rerum ab authore illo conſtituti in periodo Iuliana ſi-
tum agnoſcas. Reliquos deinde annos eadem in periodo facilè conſequeris. qui
vt ad illa, quæ paulò antè dixi, κριτήρια quadrabunt, aut è contrario diſſidebunt;
ita firmam, ac ſinceram eſſe Chronologiam, aut caſtigatione dignam animaduer-
tes. Hoc vt exemplo aliquo declaremus; age Euſebianum Chronicon explore-
mus. Neque enim parui alioqui refert, ſcire quemadmodum cum cõmunibus, ac
noſtris Euſebiani calculi conciliandi ſint: qua in re pleroſque non leuiter halluci-
natos eſſe cernimus. Nam quod ad annos Chriſti pertinet, ij neq; ab Euſebio nota-
ti fuerant; neque qui illius hodie Chronicis intexti ſunt, cum noſtris congruunt.

Ratio examinandæ Chronologiæ cuiuſuis.

De Euſebio itaque primum illud valde probabile eſt: annorum caput non
aliunde ipſum, quàm ab autumno circiter deducere; à quo & Antiochenorum, &
Alexandrinorum tempora proficiſcuntur. Hoc verò vno vel altero argumento
colligimus. Chriſtus Dominus menſe primo verno citra controuerſiam paſſus eſt;
ante Olympiadicum Solſtitium menſibus circiter tribus. Hunc annum Olympia- D
dis CCII quartum putat Euſebianum Chronicon ex Hieronymi fide. Idem porro
& Abraami 1047, & Tiberij 18 ponitur. Olympias verò CCII ad Tiberij 16; Abraa-
mi verò 1045 adſcribitur. Cùm igitur tertius annus ab eo, cui Olympias affixa eſt,
quo & paſſus eſt Chriſtus; quartus ſit Olympiadis ex Euſebij ſententia: hinc ap-
paret initium anni ciuilis Euſebiani ſumendum in anno illo, qui præcedit eum ad
quem Olympias applicatur. vt annus, exempli cauſa, primus Olympiadis CCII
cœperit anno Abraami 1044, Tiberij exeunte decimo quinto, atque ita deinceps.
Sic anno Abraami 1973 Iulius Cæſar occiſus eſt, quem ad annum primus Olym-
piadis CLXXXIV appoſitus eſt. Eſt hic annus ante communem æram quadrageſi-
mus quartus; per. Iul. 4670, quo anno agon Olympicus centeſimus octuageſi-
mus quartus circa Solſtitium commiſſus eſt. Proinde annum primum Olympiadi-
cum putat Euſebius ab autumno, qui Solſtitium illud anteceſſit. Quamobrem an-

Euſebij epocha declaratur.

A nus primus Iphiti, cuius Olympias ad annum Abraami 1241 adſcribitur; iniit anno ipſo 1240, cui ſubiicitur; Aeſchyli videlicet Athenienſium Archontis anno ſecundo; cùm tamen ad tertium appoſitus ſit. Iam verò ſi de anno periodi Iul. 4669, quo Abraami 1973 ab autumno cœpit, deducantur anni 1973; primus Abraami cadet in autumnum anni per. Iul. 2697. Vnde ex methodo perpetua, additis 2696 ad annos Euſebianos, habebis ineuntem annum Abraami. Hac ratione primus Chriſti annus Euſebianus inchoatur ab autumno anni per. Iul. 4711: adiectis videlicet 2696 ad 2015: ad quem annum primus Chriſti annus adnotatur in editione Pontaci. Cætera ad eundem modum tractabis. Nihil hac methodo ad certam Euſebianorum annorum ineundam rationem, atque illius errores agnoſcendos expeditius eſt.

De Iudæorum annali computo, quo vtuntur hodie, ſatis multa libro II diſſeruimus. quæ ſi animo tenes; omnium penè, quæ in caput huius libri de epocha Iudæorum artificiali congeſſit Scaliger, inanitatem, ac falſitatem intelliges cum B ſumma dogmatum inconſtantia coniunctam. Quoniam autem Iudæis iſtis Natalis communis incidit in annum à Tiſri & autumno 3761; apparet primum annum computi Iudaici iniiſſe ab autumno anni per. Iul. 953. Scal. pag. 356.

Sic & Prutenicarum tabularum epocham inueſtigaturus in annis à Diluuio, initium ſtatues in anno per. Iul. 2407. Quippe annum natalis Chriſti ab orbe condito numerant 3962. quibus de 4713 detractis, reliqui ſunt 751. Adde annos 1656. cõfient anni 2407. Quæ obſeruatio ad vſum illarum tabularum perutilis eſt. Hæc ratio valet in iis computis, qui periodi Iulianæ caput non ſuperant. quales ſunt fermè Chronologorum huius ætatis omnes. Quòd ſi quis vltra ſummam illam excurrat: cuiuſmodi Græcorum computi ſunt; de quibus ſubinde dicetur: tum ad annum 4713, in quem Natalis communis incidit, applicanda periodus integra annorum 7980: & ex collecta ſumma annorum 12693 deducendus computi illius numerus. Exemplum. annus æræ communis Chriſti eſt in Panodori computo 5493. Subtrahe de 12693, annos 5493: relinquuntur anni 7200. Igitur anno per. Iul. C prolepticæ 7201 conditus eſt mundus. Sic annis 5507 ſubductis, annus reſidebit 7185, quo ex vulgari Conſtantinopolitanorum epocha conditi orbis contigit in periodo Iuliana antecedente. Eraſmus Reinholdus Can. IV.

De variis Græcorum veterum putationibus ab orbe condito.

CAPVT II.

LATINORVM, qui Hebraicos codices ſecuti annorum condito ab orbe ſummam redegerunt, etſi magna diſſenſio eſt; ea tamen annis ſolis, non annorum centuriis continetur. Apud Græcos longe maior opinionum varietas eſt. Nam plurium ſæculorum interuallo à ſeipſis plerumque diſſident. Quam diſcrepantiam Sixtus Senenſis lib. v Bibliothecæ in Laterculo deſcripſit. Sed in authorum ſententiis ac ſummis re- D ferendis non parum lapſus eſt. Nos ex antiquioribus paucos duntaxat in medium adducemus. Quid enim vetuſtiſſimi quique de conditi orbis initio ſtatuerint, multum ad inſequentem diſputationem ſcire attinet. Igitur vt ab Ioſepho repetamus initium, quem Sixtus Senenſis numerare annos aſſerit, à rerum primordio ad Natalem Chriſti, 4103. Primum ab Adamo ad Diluuium annos putat 2656. Sed ex ſingulis γενεαῖς, quas ibidem deſcribit, non plures quàm 1660 conſiunt. Inde ad ortum Abraami cum Hebræis conſentiens annos putat 292. Hinc ad Iſraëlitarum exitum ab Ægypto annos 505, vt ex libro II, cap. vi colligitur. Ab exitu Iſraëlitarum ad Salomonem anni 592. A Templo condito ad eiuſdem vaſtitatem, annos 1130, menſes 7, dies 15. Colliguntur anni ab Adamo ad excidium Templi 4180. Deductis 70, manent anni ab Adamo ad vulgarem natalem 4110. At idem libro Orig. VIII, cap. II, interuallum ab Adamo ad Templi fabricationem concipit annorum 3102. quibus ſi annos 1131 ferè, qui ad excidium inde fluxerunt, addideris, cõficies annos 4233. Deductis 70, reſident anni ad Natalem vulgarem, 4162. I Orig. cap. IV. Lib. I, cap. VII. Lib. VIII. Or. cap. II. Lib. VII. ἁλωσ. cap. XXVII.

I Strom. pag. 247. Clemens Alexandrinus ex Barbarorum, id eſt Iudæorum, & quidem Helleniſtarum ſententia, colligit ab Adamo ad Commodi necem annos 5818. Porro Commodi mortem refert in annum à Natali Chriſti 194. Proinde ab rerum exordio ad natum Dominum anni intercedent 5624. Ita enim computat. A

Ab Adamo ad Diluuium anni	2148
A Diluuio ad Abrahamum	1250
Ab Iſaaco ad diuiſionem agri	616
Hinc ad Samuëlem	463
Sub Regibus Hebræis	572
Sub Perſarum Imperio	235
Sub Regibus Macedonum	312
Hinc ad Commodi necem	222
Colliguntur anni	5818
Deductis	194
Reſidui ſunt	5624

Theophilus Lib. I ad Autolycum numerat annos 5695 ab Adamo ad Aurelij Veri Imperatoris obitum. Is autem anno æræ vulgaris 180 deceſſit. quibus de ſuperiore ſumma deductis; reliqui ſunt anni ad æræ communis initium, 5515.

Africanus ad annum Incarnationis Dominicæ annos ſtatuit 5500, vt author eſt Georgius Monachus; quem calamo ſcriptum penes nos habuimus: Paſſionem verò contigiſſe anno 5531: quo nomine reprehenditur à Georgio. qua B

pag. 66. de controuerſia loco ſuo dicetur. Et ſanè in Scaligerianis collectaneis idipſum legitur ex Africano deſcriptum.

Euſebius in Chronico, pro editionum varietate, & Librariorum interpolatione, diuerſas ab orbe condito ſummas concipit. Quidam codices, iidémque caſtigatiores, vt teſtatur Pontacus, qui à Diluuio ad Abraamum annos computant 1072, vniuersè colligunt annos ab orbe cõdito ad Natalem Chriſti, 5329. Alij codices interuallum à Diluuio ad Abraamum annorum 942 definito, totam ſummam conficiunt annorum 5199. quod & vulgò deinceps, tanquam ex Euſebij, & Hieronymi mente, receptum, & Romano Martyrologio intextum eſt VIII Kalend. Ian. Nec aliter ferè ætatis mediæ Chronologi, qui ab Euſebianis calculis ægrè diuellebantur.

Quam in ſententiam illuſtris eſt locus apud authorem Operis Librorum de Mirabilibus ſacræ Scripturæ, quod inter S. Auguſtini Opera cuſum eſt. Nam Libro II, Cap. IV anni mundi per Victorini cyclos putantur; quos ad ætatem ſuam Scriptor ille duodenos pręteriiſſe ſignificat. Quippe ab rerum primordio ad Diluuium cyclos abſolutos quatuor numerat, cum anno 114 de quinto. qui ſunt anni 2240. Hunc verò vltimum terminat anno poſt Diluuium 418. Sextus cyclus deſinit in annũ octauũ ætatis Abraami. Ita fient ab orbe cõdito ad Abraamũ anni 3192, à Diluuio, 1052. Septimus cyclus deſinit in annum ab exitu Iſraëlitarum 35. Octauus in annum Aſa 31. Nonus in annum ab inſtauratione Templi 108. Decimus in annum 92 poſt Paſſionem Chriſti, Alia & Sparſa Coſſ. quibus ſucceſſerunt Paternus & Torquatus. quorum conſulatus anno primo cycli vndecimi dedit exordium. Hunc autem deſinit author ille in morte Manichæi Hibernienſis vnius è Sapientibus. Duodecimi porrò cycli anno tertio iſta ſcribebat. Paternus & Torquatus Coſſ. à Caſſiodoro, & antè à Victorino Aquitano in Faſtis manuſcriptis ponuntur anno Vrbis conditæ 876. quos Faſti Capitolini & Onuphrius vocant Pætinum & Apronianum. Congruunt iidem in annum Chriſti CXXIII. At anno ſuperiore in Faſtis omnibus leguntur Coſſ. *Auiola & Panſa*. Sed in membranis Victorini *Aulia & Parſa*. Quare author Libri de Mirab. vitioſum codicem Victorini nactus erat. Qui cùm anno tertio duodecimi cycli Victorini vel Dionyſij ſcriberet, is eſt annus mundi 5855, à Paſſione 627. Si igitur de annis mundi 5228, detrahas annos 627, reliquus eſt annus mundi 5228, quo paſſus eſt Chriſtus. Inde porrò detractis 30, reſtat annus 5198, vel 5199, quo natus eſt Chriſtus ex veteri putatione, quam Martyrologium Romanum ſequitur. Chriſtum autem anno triceſimo paſſum eſſe, fuit multorum opinio. Cæterùm quemadmodum annos mundi per Victorini cyclos annorum 532 Scriptor ille diſtribuit: ita etiam Georgius Monachus: vti poſteà dicetur: & ante hunc Maximus. C D

Euſebium ſequitur Oroſius. qui in fine Hiſtoriæ ſcribit anno V. C. MCLXVIII, quo Conſtantius Vualliam ad pacem petendam perpulit, qui eſt annus Chriſti CCCCXIX; ab initio mundi eſſe 5618. Deductis 419 de 5618, reſidui ſunt 5198. Quare tritam ex Euſebiano Chronico rationem amplexus eſt Oroſius. quem tamen

A Sixtus putare ſcribit ab initio rerum ad Chriſtum annos 5049. Sed omnes omnium calculos hîc deſcribere, otioſum & ineptum ſit. Quare pauca illa ex antiquiorum opinione commemorata ſufficient. quæ ne ipſa quidem attigiſſemus; niſi ad ſequentem diſputationem præcipuam ea res opportunitatem haberet.

De triplici Græcorũ recentiorum æra ab orbe condito, & earum inter ſe, & cum Dionyſiana comparatione: ſecundum quam duas duntaxat eſſe monſtratur.

CAPVT III.

CHRISTIANORVM quidem veterum, qui ex LXX ſeniorum authoritate Mundi tempora digeſſerunt, opiniones ſunt, vti capite ſuperiori vidimus, admodum variæ. Poſterioribus ſæculis ad duo, vel tria faſtigia omnis illa diuerſitas abiit. Itaque triplex Græcorum æra
B celebratur. Prima eſt, quæ ab initio rerum ad Natalem Chriſti putat annos 5493. Secunda anno mundi 5501 eundem natalem aſſignat. Tertia anno 5509. Poſtrema hæc omnium hodie celeberrima; qua Conſtantinopolitana Eccleſia, eique ſubiectæ omnes vtuntur. Itaque in Codice iuris Orientalis Imperatorum edicta hac æra conſignantur. Tum Alexandrinum Chronicon, ac Græci denique recentiores illam adhibent. Secundam Georgius monachus, Theophanes, Nicephorus, & ante hos S. Maximus Monachus vſurpant. quam Africani antiqui ſcriptoris eſſe capite ſuperiori diximus. Primam autem Panodorus Ægyptius Monachus, qui Arcadio imperante vixit, amplexus eſt: &, vt arbitror, illius author fuit. Hunc enim Georgius Syncellus refert anno Mundi 5493 natum aſſeueraſſe Chriſtum.

Vt horum trium interuallorum origines, & in iis diſputandis Scaligeri, & aliorum errata patefaciamus; tria quædam in illis animaduertenda ſunt.

C Primum annorum initium; quòd alij ab autumno, alij à vere putare annos incipiunt. alterum, Natalis Chriſti; in quem velut in communem terminum computi illi deſinunt. tertium, cyclorum characteres annis ſingulis attributi. Horum ἀκρίβωσις in triplici Græcorum computo magnopere neceſſaria eſt. quorum ex neglectu, vel ignoratione multiplex error admittitur.

Quod ad initium igitur annorum pertinet, alij, vti diximus, annos ſuos ab orbe condito ita dinumerant; vt eorum primordium in verno menſe conſtituant. Varia annorum initia.
Chronici Alexandrini ſcriptor, qui tertiam æram ſequitur; hoc eſt vltra 5500 Chriſti Natalem extendit annum; caput annorum ab æquinoctio verno, & Martij XXI deducere ſe profitetur. & imprudens tamen interdum orditur à Septembri: quæ res & Chronicon ipſum conturbat, & lectoris confundit ingenium.

Chriſtum ecce baptizatum refert anno mundi 5536, Ianuarij VI, Indict. I, Tiberij decimo quinto, Rufo, & Rubellino Coſſ. Paulo pòſt verò annum ſequentem 5537 à XXI Martij docet incipere, eadem Indictione prima. Tum apertiùs deinde Indi-
D ctione II, anno Tiberij XVI, notat annum mundi 5538 ab orbe condito, & eius initium repetit à XXI Martij. pag. 496. pag. 500. pag. 510.

Verùm eâdem pagina, in qua primum Paſcha tribuerat anno mundi 5537, quem & à XXI Martij die inchoari dixerat, ſubinde annum eundem 5536 numerat. Neque hic Librarij error eſt. Nam & illius numeri partitio per 19, ad cyclum eruendum, & epactarum Solis inueſtigatio demonſtrant, ipſummet annum, quem ab orbis initio 5537 putauerat, mox ſtatui 5536. pag. 500.

Præterea author idem ſcribit ab orbe condito ad XX Martij diem eius anni, quo baptizatus eſt Chriſtus, Indictionis primæ, colligi annos 5537, ac ſtatim Indictione II, Tiberij XVI, annũ 5538 inire à XXI Martij anno nono cycli lunaris, ſolaris XXII. Manifeſtè annũ 5538 incipit à XXI Martij eius anni Iuliani, in quo Chriſtus à Ioanne baptizatus eſt, quique cyclis Romanis prædìtus fuit, Solis X, litera B, Lunæ XI. Si quidem Chriſtum ait baptizatum eſſe feria V, Ianuarij VI. proinde litera B, anno mundi 5537. & poſt tres menſes, Indictione II, anno Tiberij XVI, mundi 5538, primum Paſcha celebraſſe: cuius decima quarta Luna contigit Aprilis XV, feria ſex- pag. 510. pag. 498.

ta. Fuit itaque cyclus idem, qui & anteà, Solis, nimirum x, Lunæ verò xi. Hæc ambo cum Indictione II in alium annum competere nequeunt, quàm 4742 periodi Iulianæ, vt ex methodo lib. vii, cap. ix intelligi poteſt. Igitur eodem anno Iuliano deſiit annus mundi 5537 die Martij xx, & ſequenti, annus 5538 iniit. Atqui annus idem ille 5537, nonniſi 5536 ab eo putabatur. Quocirca duplex initium anni in animo ille ſcriptor habuit, & vtrumque per imprudentiam permiſcuit. Annus Conſtantinopolitanus vnà cum Indictione, à Septembri incipit. Annus Chriſtianus, quo Chronici author vti ſe profitetur, init à xxi Martij, ſex menſibus poſt ciuilem. Quare Chriſtus baptizatus eſt anno mundi 5537 à Septembri, à Martio verò, 5536. Chronicon verò præpoſterè annum illum 5537 à Martio putauit. Vnde pag. 470. & 471. ſequentis Martij xxi die 5538 iniit. Quod enim ita ſe res habeat, ex eo patet, quoniam anno 5507 mundi currente natum aſſerit Chriſtum, Lentulo & Piſone Coſſ. Poſt hos verò Coſſ. paria xxxi ſubiicit. quorum in poſtremum, nempe Rufi, & Rubellini, baptiſmum coniicit. Si ad annos 5507 currentes à Septembri addideris 31, annus 5538 à Septẽbri ordietur. At ille ſcriptor, quaſi annus 5537 à Martio procederet, 5538 non à Septembri ſequente, ſed à Martio putauit. Non aliter extricari iſta poſſunt, quam hac probabili cõiectura. Quanquã in illa tota diſputatione Chronologica de Natali, & Paſſione Chriſti mirè perplexus eſt, & annos duos diſſimulat, ac ſupprimit. quod loco ſuo declarabitur. Ex eadem hallucinatione, Indictiones, pag. 449. quas à Septembri inchoari ſcripſerat, à Martio ſimiliter orditur. Quippe Indictionem II, vnà cum anno Tiberij xvi, & mundi 5538, à xxi Martij proficiſci docet. pag. 510.

Maximus quoque Monachus in ea re valdè perplexus eſt. Scribit enim annorum ab orbe condito numerum ad eum annum, in quem incidit Heraclij xxxi, Indict. xiv, eſſe 6133. Quibus per xxviii & xix diuiſis, cyclos Solis & Lunæ congruentes eruimus. Heraclius imperium auſpicatus eſt anno Chriſti 610, Nonis Octobris. Eius porrò xxxi iniit anno vulgaris æræ 640; eodémque & Indictio xiv cœpit à Septembri. Quare annus 6133 inchoari videtur à Septembri anni eiuſdem vnà cum Indictione xiv. Atqui Cap. xxiii, cùm de Solis epactis agit, non ſolùm anni caput in Kalend. Aprilis collocat, ſed etiam exemplum ſubiicit, quod alia omnia perſuadeat. Docet enim ἐν τῷ παρόντι ἔτει, de quo videlicet proximè loquebatur, quémque Indictione xiv notauerat, epactas Solis, ſiue vltimam Martij fuiſſe feriam ſextam, & Kal. Apr. feriam vii: quod contigit anno Chriſti 640, cyclo Solis Romano v, litera A, currente adhuc Indictione xiii, & anno Heraclij xxx. Quocirca ſi is annus Conſtantinopolitani computi fuit 6133, cœperit neceſſe eſt Indict. xiii, & à vere anni 640. Sed augetur difficultas ex eo, quod idem Cap. xiii tradit, primum annum Enneadecaëteridis incipere Martij xxiii, poſtremum verò deſinere Martij xxii: atque vt Lunæ epactas habeamus, multiplicandum eſſe propoſitum annum per xi, & per xxx quod collectum eſt, partiendum eſſe. Iam ſi primus Enneadecaëteridis annus à xxiii Martij menſis inchoetur, erit idem omninò Græcus iſte cyclus cum Romano, ſiue Dionyſiano; hoc eſt primus vnius erit alterius primus.: ſiquidem Martij xxiii, cyclus I adſcriptus eſt. Diuidantur anni 6133 per xix, reliqui ſunt xv, qui epactas ex methodo gignunt xv. Conuenit autem cyclus Lunæ xv anno Dionyſiano 641. Proinde ſi anni caput à verno menſe ducatur, qui 6133 numeratur, iniit anno 641, non, vt ſuperiora monſtrabant, anno 640. At ecce turbat iterum Cap. xix, vbi rationem inueſtigandi Paſchatis oſtendit. Hoc enim anno ab Adamo 6133, cyclo Lunæ xv, Solis I, Paſchalem terminum, ſiue decimam quartam incurriſſe dicit in Kalend. Apr. feria I, cùm epactæ Solis eſſent vii. Conueniunt characteres iſti in annum Dionyſianum 641. Quæro quî fieri poſſit, vt eidem anno 6133, epactæ Solis duplices competant, nempe vi, & vii. Hæc ſunt ænigmatis ſimilia.

Verùm Maximus, niſi fallor, duplicem annum in anno habuit. Alius enim ciuilis, alius Eccleſiaſticus, & Paſchalis fuit. Annus ciuilis vnà cum Indictione à Septembri cœpit: Eccleſiaſticus ab Aprili; quo cum cyclus Lunæ, Soliſque cum epactis vtriuſque initium habuerunt. Quod ab Aprili annus Eccleſiaſticus inierit, oſtendit epactarum tam Solis quàm Lunæ methodus. Nam epactæ Solis eſt feria vltimæ diei Martij; epactæ Lunæ ætas eiuſdem III Kalend. Apr. Præterea epactas anni primi docet eſſe tantùm ix, non xi: videlicet quod Nouilunium anni pri-

Maximi hallucinatio.

A mi Enneadecaëteridis incidat in xxiii Martij; à quo ad Kalend. Apr. nouem ſunt reliqui dies. His animaduerſis, annus ciuilis ab Adamo 6133 cœpit anno Dionyſiano 640 à Septembri vnà cum Indictione xiv, currente adhuc cyclo xiv Lunæ, Solis xxviii, cum epactis Solis vi, à menſe verno. At cyclus Lunæ xv, Solis I, epactæ Solis vii in anno Dionyſiano 641, imputari cœperunt anno 6133. Idem enim ciuilis annus duobus cyclis reſpondet. Cùm autem Maximus παρόντι ἔτει dicit epactas Solis fuiſſe vi, de Eccleſiaſtico anno loquitur, non ciuili.

Quòd ſi annus computi illius 6133 cœpit anno Dionyſiano exeunte 640, conſequens eſt Natalem vulgaris æræ incurrere in annum 5493 ineuntem à Septembri. Et quamuis 5493 per xix diuiſi dant cyclum Lunæ II, nondum tamen à Septembri cyclus ille currebat; ſed primus, anno periodi Iulianæ 4713, qui eſt cycli Dionyſiani primus: Cyclus verò ſecundus eidem anno 5493 attributus eſt anno Dionyſiano ſequente, verno, vti diximus, tempore. At Iſaacus Monachus ſcribit annum ratione cycli Solis inire ab Octobri ratione lunaris à Kalendis Ian. in quo ab
B aliis diſcrepat. Hæc ſi verè conſtituta ſunt, affirmandum videtur, Græcas æras, quatenus ad Dionyſianam velut regulam diriguntur, eſſe tantummodo duas, non autem tres. Etenim ſi Natalem annum Chriſti Conſtantinopolitanum conſideres, non tres, ſed multò plures computos diſtingues. Sin annum aliquem certum, cui vulgaris æræ noſtræ Natalis competat, obſerues: inuenies in duobus computis tam annorum 5501, quàm 5494, vno & eodem anno Chriſti Natalem incidere; nimirum, vt Panodoro placebat, anno 5493. quem quidem alij à Septembri, alij ab Aprili antecedente numerare cœperunt. Quod hac ratione demonſtrare licet. *Quis ſit gnomon Græcorum computorum.* Quoniam enim in annis Conſtantinopolitanis cycli Solis, ac Lunæ à Romanis magnopere diſſentiunt, non poſſumus illis ducibus Dionyſianos annos in Conſtantinopolitanis computis inuenire. Vnde vel Indictione opus eſt, vel certus aliquis annus ex feriarum, aut Lunæ characteribus deſignandus, qui in Dionyſianis annis inueſtigetur. Sumamus igitur annum illum Heraclij xxxi, qui à Maximo ſtatuitur mundi 6133, Indict. xiv. Cœpit hic, vt dictum eſt, anno Dionyſiano 640.
C Heraclij quippe xxxi iniit eodem anno, vt ad Nicephori Breuiarium olim obſeruauimus. Mortuus eſt verò anno Dionyſiano 641, Martij xi. Igitur ex Maximi doctrina Natalis Dionyſianus incurrit in annum computi Græci 5493, quatuor iam menſibus inchoatum, Indictione ineunte iv.

Theophanis computus excutitur. Hoc ipſum & Theophanem ſecutum eſſe, non vana fortaſſe coniectura fuerit. Ac Georgius quidem Monachus, cuius opus Chronologicum à Theophane continuatum eſt, anni exordium in xxv die Martij fixum & ſtabile poſuit, vt paulò antè notauimus. Theophanes verò deinceps annos ſingulos vnà cum Indictione à Septembri inchoaſſe videtur. Sic annus mundi 6102, quo Heraclius imperium exorſus eſt, cum Indictione xiv iniit circa Octobrem menſem, perſeuerauitque ad Iulium & Auguſtum vſque ſequentis anni Dionyſiani. Item annus 6103 ſimiliter Maium & Auguſtum anni inſequentis occupauit. Sed in priore exemplo pro anno 6102, ſcribendus eſt 6103, vt paulò pòſt dicetur. In quo illud obſeruandum venit; poſteriore in iſto computo, ad Indictionem habendam annis mundi vnitatem adiici. quod ex Maximo perinde ac Theophane liquet. Maximus enim annum He-
D raclij xxxi cœpiſſe dicit Indict. xiv, anno mundi 6133. Quòd ſi annos 6133 per xv diuidas, reliqui erunt xiii. Deeſt igitur, ad Indictionem vnitas: quod Maximus minimè prætermiſit, qui & cauſam affert eiuſmodi. Nimirum quòd prima Indictio contigit anno II Auguſti, mundi 5460; qui per xv partiti, dant xv. vnde cùm idem hic annus numeretur Indictionis primus, vnitate minor eſt annorum mundi computus, quàm Indictionum. Hæc ille parum probabiliter. Neque verò nos in exquirenda cauſa nimis eſſe ſolicitos decet, dum de re ipſa conſtet. De Theophane, quo plura ſunt in eius Annalibus exempla, clariùs idipſum oſtenditur. Scribit anno mundi 5944, Indictione v, Octobri, Calchedonenſe Concilium celebratum eſſe. Annus erat Chriſti 451, quo Indictio v cœpit à Septembri. Iam ſi 5944 per xv partiare, reſtabunt iv. Igitur ad annos mundi vnitas additur, vt propriam anni cuiuſque Indictionem obtineas. Sic anno mundi 6036, Indictione vii, Septembris vi, feria I, ingens terræ motus extitit. Annus hic fuit Chriſti 543, cyclo Solis xx, litera D. Si annos 6036 in xv tribuas, reliqui erunt vi, non, vt po-

ſtulabat Indictio, VII. Idem & in anno mundi 6053 periclitari potes: quo Septemb. A IX, feria V, Indictione IX fama ſparſa eſt de obitu Iuſtiniani, qui erat annus Chriſti 560, litera D C. Similiter & in anno mundi 6071, Indictione XII, qui reſpondebat anno Chriſti 578. Atque ita reliquis in annis ferè conſtanter obſeruabis, annos mundi per XV diuiſos vnitate minus, Indictionem Conſtantinopolitanam reddere. Ex quo conſequens eſt, quod proximè ſignificauimus, annum illum mundi, quo Heraclij Imperatoris primus iniit, malè apud Theophanem numerari 6102, & Chriſti 602. Debet enim eſſe mundi 6103, Chriſti 603. Annus enim hic erat Chriſti Dionyſianus 610, quo à Septembri Indictio Conſtantinopolitana cœpit XIV. Diuide annos 6103 per XV, reſtant XIII. Rectè vt ex ſuperioribus apparet. Itaque addenda eſt vnitas, vt Indictionem conficias. Nos Theophanis manuſcriptos codices duos nacti ſumus; alterum, qui ſincerior eſt, ex Bibliotheca Cl. V. D. Leuuillæi; alterum ex ea, quam Illuſtr. Card. Ioieuſa nobis legauit: qui & à priore multùm diſcrepat, & ab aliquo interpolatus videtur. In illo itaque concipitur annus mundi 6102, Chriſti 602, in poſteriore 6106, Chriſti 606. mendoſè vt ex annis ſe- B quentibus patet. Imperitus enim Librarius ϛρϛ hoc eſt 6106 pro ϛργ, id eſt 6103 ſcripſerat. Ita enim vtrobique legendum. Atque indidem conſtat Græcos annos à Chriſto longè pauciores computare, quàm non modò rei veritas, ſed & Dionyſiana æra poſtulet. Velut ecce annus primus Heraclij, qui in Dionyſianum exeuntem 610 incurrit, anno Chriſti 603 tribuitur; quod & ex Maximo colligitur, qui annum XXXI Heraclij ait eſſe Chriſti 633. ex quo fit, vt primus eiuſdem Imperatoris cadat in annum 603; rectéque propterea ſit à nobis emendatus Theophanes. In cuius computo & illud apparet; Natalem æræ vulgaris conuenire in annum mundi 5493. Si enim anno 5943 ineunte cœpit annus Chriſti 451, quo ſynodus Calchedonenſis habita eſt: primus eiuſdem æræ, adeóque Natalis vulgaris congruet anno 5493 ante menſes IV inchoato. Proinde verum eſt, quod monuimus in vtraque æra, tam primâ, quàm ſecundâ, Natalem Chriſti vulgarem eundem in annum competere. Præterea manifeſtum eſt Natalem Chriſti Conſtantinopolitanum in aliis omnibus æris, præter primam, Dionyſiano tardiorem eſſe: vt ſuo loco fuſiùs C explicabitur.

Georgius Monachus principium annorum à XXV Martij cepit. Quinetiam addit Niſan Hebraicum ab eadem die ſemper incipere. Ἀνέστη, inquit, τῇ μετὰ τὴν αὐτὴν παρασκευὴν ἐπιφωσκούσῃ τρίτῃ ἡμέρᾳ, μιᾷ Σαββάτων, πρώτῃ δὲ τοῦ παρ' Ἑβραίοις Νισὰν πρώτου μηνός· ἥ τις ἀεὶ τῇ κε' τοῦ Μαρτίου μηνὸς μία, καὶ ἡ αὐτή ἐστιν. *Reſurrexit tertia die poſt paraſceuen ineunte, prima Sabbatorum, eadémque Niſan Iudaici menſis primi, quæ in* XXV *Martij vna ſemper & eadem incurrit.* Hæc ſunt imperitiſſima. Nam & falſum eſt primo die Niſan reſurrexiſſe Chriſtum, & Iudaici Niſan caput eſſe fixum nequaquam poteſt. Veruntamen annum, vti dictum eſt, à XXV Martij incipit. Κόσμου ἔτη (paulò pòſt ait) ͵εφλδʹ, τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη λδʹ, πρώτη ἡμέρα τοῦ τοῦ ἔτους Μαρτίου κεʹ. *Anni mundi 5534, diuinæ Incarnationis 34, prima dies anni illius Martij 25.*

Atqui Theophanes, qui Georgij Monachi opus continuauit, annos ſingulos cum Indictionibus inchoauit à Septembri. Sic annus mundi 6102, quo Heraclium iniiſſe ſcribit, cùm Indict. XVI cœpit, & Iulio adhuc, Auguſtóque Iuliani inſequen- D tis anni tenuit. Item annus 6103 ſimiliter Maium & Auguſtum anni ſequentis obtinuit. Sed in priore exemplo pro anno 6102, ſcribendum eſt 6103, vt paulò pòſt conſtabit.

Natalis Chriſti quomodo Græcis cōputis accōmodetur.

Proximum eſt, vt Natalem annum Chriſti ad Græcos illos computos accommodemus. Qui quidem dupliciter ſpectatur. Nam aut Natalis ille agitur, quem ex opinione ſua Græci conſtituunt: aut vulgaris, quem in communi vſurpamus æra. Si de priore ſermo ſit, non ſolùm totidem ſunt, quot computi. Sed in eodem quoque computi genere variè definiuntur. In prima quidem æra, quæ infra 5500 annos conſiſtit, Panodorus incarnatum aſſerit, natúmque Chriſtum anno 5493. Alij tamen anno 5494, alij 5495 Natalem tribuunt. Cedrenus, exempli gratia, primum Heraclij annum ſcribit eſſe mundi 6103, Chriſti 609. Detractis annis 609 de 6103, reſident 5494. Primus igitur incidet in 5594, vel 5595. Sic annum mundi 6188 confert cum anno Chriſti 694. Vnde ſequitur annum primum Chriſti conuenire in

A alterutrum annorum, quos dixi. Idem & ex anno 6273 conficitur, quem cum anno Chriſti 779 comparat. Tametſi variat interdum, & hallucinatur Cedrenus. In æra ſecunda Natalis Chriſti confertur in annum 5501. Alij reiiciunt in 5500. In tertia denique, quam vltra 5500 annos excurrere docuimus, Natalem Chriſti Chronici Alexandrini author aſſignat anno 5507.

At ſi de Natali æræ communis loquamur, à quo Chriſti annos vulgò computamus; duplex tantummodo conſtituendus eſt. adeóque non plures æræ, ſiue computi, quàm duo. Itaque priores duo in vnum coaleſcunt. Quippe anno 5493 Natalis communis attribuendus eſt tam in æra prima, quàm in ſecunda. In tertia verò, anno 5509. quod hac ratione demonſtratur. Quoniam enim in annis Conſtantinopolitanis cycli Solis, & Lunæ à Romanis magnoperè diſſentiunt; non poſſumus iis ducibus Dionyſianos annos in Conſtantinopolitanis computis inuenire. Ideo vel Indictione opus eſt: vel certus aliquis annus ex feriarum, aut Lunæ cha-
B racteribus deſignandus, qui in Dionyſianis annis inueſtigetur. Sumamus igitur annum illum Heraclij XXXI, qui à Maximo ſtatuitur mundi 6133, Indictione XIV. Cœpit hic, vt dictum eſt, anno Dionyſiano 640. Igitur ex Maximi ſententia, Natalis vulgaris incurrit in annum 5493 ineuntem, Indictione IV. Sic apud Theophanem, qui & ipſe ſecundum computi genus amplectitur; annus primus Heraclij cœpit anno mundi 6103, Indictione XIV. In annis verò Dionyſianis iniit anno 610; cuius à Septembri cœpit Indictio XIV. Quare annus Chriſti 610 cœpit quarto mẽſe iam exacto anni 6102. Detractis ergo 610 de 6102, reſtant 5492. Quare anno 5493, eiúſque quarto menſi Natalis Chriſti vulgaris aſſignandus eſt. Ita Calchedonenſem Synodum author idem celebratam eſſe ſcribit anno mundi 5944, Indict. V, Octobri menſe. Huic annus reſpondet exiens Dionyſianus 451, quo Indictio Conſtantinopolitana V cœpit à Septembri. Hac ratione ſequitur anno 5493 Natalem Chriſti vulgarem incidiſſe. Rurſus Theophanes idem anno mundi 6050 ineunte Iuſtiniani 31, ſcribit Octobris XIX, feria VI, Indictionis V, terram mouiſſe,
C cùm inſtaret Sabbatum. Eſt hic annus vulgaris æræ, 557, cyclo Solis VI, litera G. Proinde Octobris XIX, feria VI. Indictio verò V cœpit à Septembri. Vtroque ergo charactere munitus hic annus oſtendit æræ vulgaris initium cadere in annum mundi 5493. Sic anno ſequenti, mundi 6051, Maij VII, fuit III feria. Annus hic eſt Dionyſianus 558, quo litera Dominicalis erat F. Item anno mundi 6054, Indictione X, Octobris die XII, feria IV fuit. Iuſtiniani anno XXXV. Hic eſt annus æræ communis 561, quo & Indictio X cœpit à Septembri, & cyclo Solis X, litera fuit B. Ex iis euidens eſt annum Natalem Chriſti communem in ſecundo illo computo quadrare in annum mundi 5493.

At in tertio computo, qui ſupra 5500 annos, ſeptem, vel nouem ad Chriſti Natalem adiicit; idem hic Natalis Chriſti communis cadit in annum 5509. quod eodem argumenti genere; id eſt, Indictionum, & characterum beneficio colligitur.

Atque Alexandrinum quidem Chronicon in anno Chriſti natali fœdiſſimè conturbat, vt ſuo loco demonſtrabitur. Quare nihil hinc ad inſtitutum noſtrum transferri poteſt. Verùm ex anno, quo Nicænum Concilium peractum eſt, Conſtantini
D ſcilicet XX, demonſtrare licet. Hunc ab orbis initio numerat Chronicon 5833, Indictione XIII. Conſtat autem anno vulgaris æræ CCCXXV, Indictione XIII labente Concilium illud eſſe celebratum. Annus ergo Chriſti CCCXXV cœpit fine anni mundi 5832. ſiquidem annorum caput à Martij XXI author ille repetit. Detractis 325 de 5832, reſtant 5507. Igitur anno 5508 exeunte, & ante Martium, à quo annus 5509 profectus eſt, primus annus æræ communis incipit. Quod ſi annus à Septembri incipiat; anno ipſo ineunte 5509 primus Chriſti annus iniit: vt erat propoſitum. Hoc ipſum multò intelligetur magis ex characteribus triplicis illius computi. quod è tribus à me propoſitis vltimum erat. Sic igitur Græci characteres iſtos eruunt. Annos mundi per 28, & 19 partiri iubent. quotus erit annus cycli Solis, aut Lunæ. Sic eoſdem annos per 15 diuidunt, vt habeatur Indictio. Tametſi in primo computi genere vnitatem adiiciunt. Itaque ſi annos 5493 per 28 diuidas, exiſtet cyclus Solis V: ſi per 19; cyclus Lunæ IV. Si per 15, vnitate addita; Indictio IV. Anni verò 5501, dant cyclum Solis 13; Lunæ 10, Indictionis 11. At anni 5509, cyclos offerunt, Solis 21; Lunæ 18, Indictionis IV.

De characteriſmis annorum in Græcis computis.

Porro in cyclis illis affingendis diligenter obſeruandum erit illorum exordium. A
Neque enim ciuilis anni caput cum cyclorum initio concordat. Annus ciuilis à Septembri incipit vnà cum Indictione, cycli Solis ac Lunæ à menſe verno. Maximus ab Aprili Eccleſiaſticum annum inchoat. Iſaacus Monachus annum ratione cycli Solis, ab Octobri: ratione Lunæ, à Kal. Ian. incipit. Sed Maximi ratio illa communior eſt. ſecundum quam anni Conſtantinopolitani duobus cyclis reſpondent. Exempli cauſa annus Mundi 5493, quo natus eſt Chriſtus, iniit cum Indictione IV, cyclo Lunæ adhuc labente I, Solis IV. quibus affectus eſt primis ſex menſibus. poſt Martium, cyclus Lunæ II, Solis V putari cœptus eſt. Quocirca anni computi huius per vtrumque cyclum diuiſi in priore ſemeſtri vnitate mutilandi ſunt. Ita Natalis Chriſti vulgaris cùm in priorem anni partem incubuerit, cœpit cyclo Solis IV; Lunæ I. Indict. IV. quod neque Scaliger animaduertit: & vulgò prætermitti ſolet.

De calculo Indictionũ in Græcis computis.

Ad methodum Indictionum vnitas additur: ſi quidem iſtæ à Septembri, non ab Aprili ineunt; niſi per ſcriptorum imprudentiam. Docet hoc imprimis Maximus; eiuſque rationem affert minimè probabilem. nempe Indictionem anno Auguſti ſecundo initium habuiſſe, mundi 5460. qui per 15 partiti dant 15. Vnde cùm idem annus ſit Indictionis I, vnitate minor eſt annorum mundi computus, quàm Indictionum. Sed veram huius inſtituti cauſam caput ſequens aperiet. Anno itaque, quem in exemplum producit Maximus, Heraclij XXXI, mundi 6133 Indictionem notat XIV. Diuiſis annis 6133 per 15, relinquuntur 13. Vnitas igitur addenda. Ex Theophanis Annalibus idipſum adſtruitur. Scribit anno mundi 5944 Indict. V, Octobri menſe Calchedonenſe Concilium celebratum eſſe. Annus erat Chriſti 451. quo Indictio V cœpit ab Octobri. Deinde annos 5944 per 15: reſtabunt 4. Ergo vnitas deeſt. Sic anno mundi 6036, Indictione VII, Sept. V, feria I, ingens terræ motus accidit. Fuit hic annus æræ noſtræ 543, cyclo Solis Romano XX. litera D. Si annos 6036 per 15 diuidas, exiſtet Indictio tantummodo VI. Idem & in anno mundi 6053 periclitari potes: quo Septembris IX, feria V, Indict. IX, fama ſparſa eſt de obitu Iuſtiniani, qui erat annus Chriſti 560: litera D C. Sic & in anno 6071, Indict. 12; qui annus reſpondebat Chriſti 578. Ex quo ſequitur annum quo Heraclius imperare cœpit mendosè in Theophanis codice numerari 6102, & Chriſti 602. Debet enim eſſe Mundi 6103, Chriſti 603. Erat annus æræ communis 610, quo à Septembri cœpit Indictio XIV. Diuide annos 6103 per 15, ſuperſunt 13. vt ex methodo vnitas addenda ſit. In altero Theophanis exemplari ſcriptum erat anno mundi 6106. Sed imperitè librarius ,ϛρϛ pro ,ϛργ ſcripſerat.

Ceterùm anni Græci computi ſecundi, ratione epochæ Chriſti, à ſe inuicem diſcrepant: in Indictione conſentiunt. propterea quod illi ſeptem annis tardiùs Chriſti Incarnationem, & Natalem collocant, quàm noſtri. Exempli cauſa annus mundi 5501 Græcis illis eſt annus Incarnationis, Indictione XI. Annus verò 6103 eſt annus Chriſti 603, Indictione XIV. Nobis verò hic ipſe annus eſt Chriſti 610; & Indictio à Septembri XIV. At annus primus Chriſti noſter Indictione IV cœpit.

Ex iis apparet, id eſſe veriſſimum, quod paulò antè diſputauimus, in ſecundo iſto computo Natalem vulgarem conuenire in annum Mundi 5493, adeóque ratione Natalis huius, ambos illos computos in vnum conflari. & ita duo duntaxat D
eſſe Computorum faſtigia. quorum prius Natalem communem exhibet anno 5493. poſterius anno 5509. Hic enim numerus per 15 diuiſus dat 4, quæ eſt Indictio Natalis hodierni, licet in priore vnitas præterea ſit addenda.

A

De trium illorum computorum origine.

Capvt IV.

NVnc trium illorum apud Græcos computorum pandamus origi-
nem, déque eorum antiquitate diſputemus. Equidem ſic exiſtimo;
cùm ex LXX Seniorum libris Græci potiſſimum annos ab orbis initio
colligerent; non omnes eadem interualla ſtatuiſſe: neque velut ex
compacto, vel certæ methodi cauſa, in eandem æram conſpiraſſe. ſed
pro eo ac quiſque illuſtrium epocharum ſpatia dimenſus eſſet, ſummam ex illis ali-
quam ſibi confeciſſe; longè tamen ea maiorem, quæ ex Hebræis codicibus non ſo-
lùm à Iudæis; qui anguſtiſſimè circumſcribunt: ſed à noſtris etiam vulgò ſubdu-
B citur. Itaque alij, vti dictum eſt, aliter iſta digeſſerunt. Vetuſtatis nihilominus pal-
mam è tribus hactenus expoſitis, & vſitatis obtinet illa, quam ſecundam poſui-
mus; quæ ab Africano definitur. Hic enim incarnatum, ortúmque Dominum aſ-
ſeruit anno à mundi conditu 5501. vt ex eius Chronicis refert Georgius Mona-
chus: qui manuſcriptus penes nos erat. Ab hac æra propagatæ ſunt reliquæ; præ-
ſertim è tribus duæ: quarum interpolandarum cauſam, niſi fallor, habuerunt, non
tam diuerſam computandorum annorum rationem. (quanquam & hoc ipſum vel
interuenire antè potuit; vel conſultò poſteà ad hypotheſin adſcitum eſt:) quàm
certorum cyclorum opportunitatem: præſertim Indictionis, & Lunæ. qui vt com-
modè quadrarent, paucorum annorum ad veterem illam, ac peruagatam ſummam
adiectione, vel detractione conſequi ſtuduerunt. Anni 5500, per cyclos tres diuiſi
dant Solis quidem, 12; Lunæ verò 9, & Indictionis 10. De cyclis iſtis ad ſummam
ſuam applicandis neque Africanus; neque Euſebius; neque cæteri paulò anti-
quiores cogitarunt: verùm ſimpliciter, & vt cuique interualla computare animus
fuit, ita ſtatuerunt. Poſt Nicænam Synodum cycli lunaris. poſt Arcadij & Theo-
C doſij tempora, Indictionum vſus frequentari cœpit. Tùm igitur ambos illos cyclos
ad æram ſuam applicare inſtituerunt. Hoc enim rationi conſentaneum eſt viſum;
vt ab rerum initio perpetua ſerie cyclorum iſtorum reuolutiones decurrerent: vt-
que anno primo mundi primi ex omnibus cycli congruerent: ac deinceps cum
recentiore Alexandrinorum: vel, vt alij maluerunt, Iudæorum lunari cyclo,
& vulgari Indictionum putatione congruerent. Princeps, vt eſt coniectura,
Panodorus Monachus, cùm animaduerteret Alexandrinorum cyclum lunarem,
cuius Theodoſij magni temporibus in Eccleſiis vſus feruere cœpit; nequa-
quam ad receptam illam Africani ſummam conuenire, mutare eſt aggreſſus.
Ac fortaſſis ad annum illum reſpexit, quo Theophilus Paſchalem ſuum com-
putum inchoauit, qui eſt Chriſti vulgaris annus 379. quo labente, ab ipſa Neo-
menia Thoth, id eſt Auguſti 29 die, cyclus Lunæ primus Alexandrinus incepit.
Hic erat annus Africani ab orbis initio 5880, quibus per 19 tributis, reliqua ſunt
9. demptis 8, ſupereſt 1. Quare pro 5880, putare maluit 5872. de quibus ſubdu-
D ctis 380, Natalis inciderit in annum mundi 5493. Sed hac ratione Natalis Chriſti à
Panodoro conſtitutus incurrit in hodiernum, & vulgarem. quod mirum videri
poteſt, & eſt reuera. Sed id alio loco viderimus. Floruit autem, eodem authore
Georgio, Panodorus Arcadio imperante, & Alexandrinam Eccleſiam regente
Theophilo. Cæterùm vti lunaris cyclus in hoc computo cum Alexandrino con-
ſentiebat: ſic Indictio diſcrepabat. Ideo ad methodum Indictionis vnitas accedit;
vt ex Maximo iam diximus.

At Græci poſteriores, qui Indictionis præcipuè rationem habendam eſſe
cenſuerunt: ad Africani æram annos addiderunt octo: vt Chriſtum natum
eſſe dicerent anno mundi 5509. quibus per 15 partitis, ſuperſunt 4. Atque
illi quidem æræ Victorianæ notitia iam adſperſi erant. quem Latinorum
anteſignanum fuiſſe notiſſimum eſt. Eiuſmodi verò Latinorum cyclus fuit, vt
triennio ab Alexandrino differret, & cum Iudaico ferè congrueret. Quod qui-
dem in hoc computo factum cernimus. Nam 5509 per 19 diuiſi, relinquunt 18.

qui eſt Alexandrinorum I. Vtriuſque igitur opportunitatem, ſed præſertim Indictionis, amplexi ſunt qui æram illam conformarunt. quæ cùm reliquis ætate ſit poſterior; paulatim eas abrogauit. vt hodie præcipuo Græcorum in vſu; imò verò toto ferè Oriente dominetur. A

Hæc ſi non certa penitus (neque enim affirmare volumus) veriſimillima certè mihi videntur: & iis probabiliora longè, quæ de triplici illo Græcorum computo Scaliger, & eum ſecuti quidam aſſeuerant. quorum opinionem capite ſequenti coarguemus. Quin & nouum illud commentum indidem euertitur, quod non nemini ſuccurrit; de annis octo, qui in faſtorum Conſularium ſerie redundare videntur. quod neque probabiliter excogitatum eſt: neque ex illa Computorum varietate ſtabiliri poteſt: vt alio loco demonſtrabitur.

Quæ de triplici Græcorum Computo ſcripſit Scaliger excutiuntur, ac refutantur. Tum qua ratione epactæ ad illos computos applicentur. B

Caput V.

Quemadmodum Iudaicum ab orbis initio computum Periodum Iudaicam appellauit Scaliger: ita Græcam, ſiue Conſtantinopolitanam periodum, & artificialem epocham eſſe iuſſit. Mirus enim ac fœcundus periodorum eſt artifex. Duplex eſt præcipuè Græcorum æra, in quam refundi reliquas omnes capite ſuperiori diximus: altera, in cuius annum 5509 cadit Natalis Christi vulgaris: altera, quæ anno 5493 Natalem eundem exhibet. Vtramque vocat artificialem epocham. ſed priorem Paſchalem; poſteriorem lunarem.

I. Eccleſiam ait Conſtantinopolitanam nouum inſtituiſſe computum, in quo nouilunium primum in ipſam caderet Indictionem; id eſt XXIV Septembris. Vnde & Paſchalem illum vocat; quia primus annus cycli Paſchalis incidit in principium anni veteris Indictionis. Quem quidem imperitos ait à mundi conditu repetere; cùm reuera nihil aliud ſit, quàm artificioſus computus ad methodum cyclorum ab illis inſtitutus. Atque huius anno 5509 conuenit Natalis Chriſti vulgaris. C

Scaligeri doctrina lib. v. de Emend. pag. 341. & 342.

II. Computus alter ab eodem lunaris appellatur: cuius anno 5495 Natalis Chriſti tribuitur. quem propterea credit inuentum fuiſſe, vt per epactas aureis numeris congruentes Luna deprehendi poſſet. quemadmodum in methodo Dionyſij Exigui cyclus alius eſt Paſchalis; alius lunaris: atque ex Paſchali tria detrahuntur, vt lunares epactæ formentur. Exempli cauſa; cyclo Paſchali I, epactæ erant XI; quando nouilunium cadebat in XXIII Martij, ſæculo Diocletiani: Dionyſij verò, in XXII diem eiuſdem Martij. Opus eſt igitur epacta VII; quæ cum vnitate compoſita, & cum XXII Martij, dabit XXX, nempe nouilunium. Itaque pro cyclo I aſſumendus eſt XVII, qui dat epactas VII. At in Conſtantinopolitano computo è contrario addenda ſunt tria; quoniam à Septembri annum ordiuntur. Ita anno Dionyſiano CCLXXXV, cyclo Lunæ I, epacta Paſchalis XI: nouilunium XVI Sept. Iuſtiniani verò tempore, XV Sept. Opus ergo eſt epacta XIV, & pro cyclo I vſurpandus eſt IV. Non igitur detrahenda ſunt; ſed addenda tria. Anno 5509 cyclus Paſchalis Dionyſianus eſt I; Conſtantinopolitanus XVIII. Atqui debet eſſe IV. Aut igitur addenda ſunt V, aut detrahenda XIV. Maluerunt detrahere; vt Natalis Dionyſianus caderet in annum 5495. Hinc duplex ille manauit computus; epocha duplex. Primus, qui & Paſchalis, natalem communem in annum confert 5509. alter lunaris: cuius anno 5495 Natalis idem competit.

Confutatur ſuperior illa doctrina.

Hæc Scaliger. in quibus falſa pleraque ſunt; vt ex ſuperioribus capitibus euinci poteſt. Nam quod imprimis ambos illos computos artificioſas eſſe periodos credit; valde fallitur. Sunt enim annorum numeri, quos ab Orbe condito plus minúſve fluxiſſe reipſa ſibi Græci perſuadent. Quanquam non eſt negandum, quod proximè antecedens caput expoſuit, cùm ad receptam cyclorum methodum, ac præſertim Indictionum, accommodare vellent, paucos annos vel addidiſſe, vel

detraxiſſe

A detraxiſſe ſummæ. ſed non eo vſque, Periodus vt dici mera debeat: quemadmo-
dum Iuliana Periodus; quæ methodi ſolius cauſa conficta eſt. Quod vnum ſi in
tanto annorum numero conſtituendo Græci ſpectare vellent; aut eiuſmodi præ-
terea annum Natali Chriſti deligere, qui anno primo cycli nouilunium haberet in
XXIV Septembris; breuiore annorum inſtituto numero, hoc ipſum conſequi potue-
runt. Vt ſi ad annum Natalem Chriſti putaſſent annos 4977: detractis videlicet
annis 532; ſiue integra Dionyſij periodo. Tum enim nouilunium anni primi in
XXIV Sept. congrueret. At Indictio alio computo repræſentari poſſet; vt in aliis
Græcorum computis accidit. Quare non ſolius methodi gratia certus ille deſcri-
ptus eſt annorum numerus. Sed neque vera eſt illa cauſa, quam adiicit; nouilu-
nium primum in XXIV Sept. anno primo cycli ſui quadrare voluiſſe: cùm plerique,
qui alterutrum computum aſſumunt, ratione cyclorum aliunde quàm à Septem-
bri ordiri ſoleant; vti ſuprà demonſtrauimus. Demum ex iis duobus computis ve-
tuſtiſſimum falſò cenſet illum, qui in annum 5509 Natalem Chriſti vulgarem con-
iicit. Eſt enim iſte trium recentiſſimus. Nam primus eſt, qui anno 5501 Natalem
B exhibet, non vtique communem; nedum Dionyſianum: quem à communi non
diſcernit Scaliger: cùm tamen anno toto poſterior ſit. ſed Conſtantinopolita-
num. Proximus eſt vetuſtate computus ille, cuius anno 5493 natus ponitur Chri-
ſtus. In quo peccat etiam Scaliger: qui anno 5495 huius computi Natalem Chriſti pag. 343 de Emend. &
conuenire docet. Atqui hoc pacto communis Natalis caderet in cyclum Lunæ 4. pag. 702.
cùm in ſecundum incidat à Septembri: à Ianuario, primum. Omnium infimus
eſt, qui anno 5509 Natalem exhibet.

De altero quoque Computo, quem lunarem nuncupat, perabſurdè diſputa- Inſcita Scaligeri ſententia de cyclo duplici.
uit. Imprimis enim Latinorum duplicem cyclum, Paſchalem, & lunarem, non
intellexit: alioqui tam ridiculam reprehenſionẽ non attuliſſet. Dionyſiũ ait *duplici*
illo cyclo Chriſtianorum inſcitiam traduxiſſe, qui cùm ad Lunæ rationes Paſchatis celebrita- pag. 342.
tem exigere ſe profiterentur, alium tamen cyclum Lunæ, alium Paſchatis inſtituiſſent; pro-
indéque demonſtrarent ſe non, vt profitebantur, Paſcha ad rationes Lunæ dirigere. Hæc
mera eſt inſcitia. Nam vterque cyclus ad Lunam directus & lunaris fuit; quatenus
C iis diebus adſcriptus eſt, in quos Nicæni Concilij tempore nouilunia compete-
bant. Neque verò lunaris alter cyclus appellatus eſt: quòd qui Paſchalis diceba-
tur, nouilunia non exhiberet. Vterque enim ad eundem diem adſcribebatur. Ve-
luti ad XXIII Martij tam aureus numerus I, quàm lunaris cyclus XVII adnotatus
eſt. Verùm lunaris ille dictus eſt, qui per epactas congruentes, ſine vllis regulari-
bus, vel cum vnitate ſola, ad primi menſis dies adiunctus, nouilunia repræſentat.
De qua re vide quæ in VI libro vberrimè pertractata ſunt, ne bis in idem argu-
mentum incidamus. Ex iis verò præterea cognoſces; perperam hîc à Scaligero,
& contra Veterum authoritatem vſurpatum eſſe; cyclo I currente epactas eſſe XI.
Nam erant XXX. Quippe cyclus XIX, cùm ſit vltimus, nullas epactas relinquit, hoc
eſt, 0, vel XXX habet; quæ anno ſequenti tribuuntur. Quanquam ſcio vulgus ali-
ter inſtituere, &, vt Scaliger hoc loco facit, per adiectionem denarij numeri ad
cyclum Paſchalem epactas conficere. Sed aliter Computiſtæ veteres, Dionyſius,
D Beda, Paulus Foroſemp. & alij. Peccat inſuper in eo Scaligeriana methodus, quod
cyclo verbi gratia, Paſchali I, lunari XVII, epactas lunares VII cum XXII Martij
componit, non cum XXIII; quoniam, vt ait, nouilunium Dionyſij tempore à XXIII
die Martij ad XXII migrauerat. Neque enim προηγήσεως vllius rationem habuere
Dionyſius, Beda, cæteríque Computorum artifices. ſed vt cyclum Paſchalem, ac
lunarem iiſdem diebus retinuerunt, quibus Nicæni Concilij tempore congrue-
bant: ſic epactas vtriuſque cycli ad eoſdem dies applicarunt. Porro epactæ lunares
cum ποσιαία menſis compoſitæ, ſine vllis regularibus, in primo menſe neomenias
referunt. Dant enim XXXI, non, vt putat Scaliger, XXX. tribus exceptis; nempe
XVII, XVIII, XIX: quorum epactæ citra regularem XXX conficiunt. Exempli cauſa:
aureo numero currente X, cyclo lunari VII, epactæ lunares XVII cum XIV die
Martij dant XXXI dies, atque ita cæteri, præter illos tres numeros. cuius varietatis
cauſam lib. VI reddidimus.

Quin & ipſemet Scaliger lib. II, & III Iſag. Can. cap. III, epactarum lunarium
formam illam præſcribit, vt ad complementa ſua primo in menſe ponantur. Ita-

que xxix ad Kalendas Martias applicat, &, qui aliter inſtituerant, Clauium, cæteróſque Kalendarij conditores, hoſtiliter vexat. quoniam ad xxx complenda deeſt vnitas. Item ad xxiii Martij appoſuit epactas vii. & ita per reliquos dies. At hoc in libro de Emendat. v ad epactarum & dierum ſummam vnitas additur, vt triginta compleat. A

Ad ſummam, vt non modò Computi illius duplicis originem ex epactarum cum diebus comparatione quæſitam, falſiſſimam eſſe cognoſcas: ſed ne Scaligerum quidem ipſum quid ſcriberet, aut de quibus diſputaret, intellexiſſe: primum illud ante oculos habendum eſt; epactarum ratiocinia, vt & cyclorum Solis, ac Lunæ, à Græcis ipſis computandi magiſtris nequaquam à Septembri; ſed à Martio repeti, vt paulò antè docuimus. Alterum; ab illorum pleriſque ſic epactas formari, quomodo ex Dionyſij, Bedæ & antiquorum omnium ſententia conflari oportere libro ſexto planum fecimus. Quòd ſi quis vulgari modo per decadum acceſſionem ad aureum numerum componendas cenſeat; longè tamen alia ratione id præſcribere; quàm vt ad Scaligeri commentum, & inuentam ab eo Computorum Græcorum originem accommodetur. quod deinceps oſtendemus.

Chronicon igitur Alexandrinum aliquot locis epactarum methodum ac nouilunij inueſtigandi rationem explicat; quam quidem à Martio menſe deducit, & ab eius xxi die. Nam xx primos dies perpetua lege ad epactas adiicit. Epactas autem non eodem modo computat. Quippe alibi populari calculo decem ad aureum cyclum Lunæ labentem adiungit: aliâs ex Dionyſij, Bedæ, cæterorúmque Computiſtarum præſcripto, decem ad anni ſuperioris cyclum addit. Exempli cauſa anno mundi 3838, quo Exodum conſignat, cyclum Lunæ xix numerat, eíque tribuit epactas xxx. Hæc eſt plebeia epactarum methodus. At verò anno 5507 in quem Natalem Chriſti confert, cyclum Lunæ computat xvi, epactas verò xv. Vbi epactas appellat dies reſiduos ex anno ſuperiore, ac iam præterito; quomodo & Dionyſius, ac Beda vſurpare ſolent. Ita cyclo x epactas aſſignat ix: & cyclo ix epactas xxviii. Hoc igitur modo cùm & à Martio epactarum ratiocinia procedant, & præteriti anni reſidui dies aſſumantur, falſa erit Scaligeriana methodus, qua iccircò decurtatam æram annis xiv exiſtimat, vt à Septembri epactarum progreſſione factâ, nouilunia diebus ſuis redderentur. Nam in illa Chronici doctrina, epactæ ſolæ abſque regularibus vllis, cum diebus menſis copulatæ neomenias exhibent in primo menſe. In cæteris regulares adhibentur: Aprili videlicet I, Maio, 2, &c. Septembri, 7. Doceamus hoc vno, alteróve exemplo. Eſto cyclus Dionyſianus xii, Conſtantinopolitanus x: epactæ ex Alexandrino Chronico erunt ix. Eæ porro cum xxii Martij die, dant xxxi, ſiue Nouilunium. At in Septembri iiſdem cyclis, epactæ ix cum xv die Sept. & regularibus vii totidem dies conficient, nempe xxxi. Item cyclo Dionyſiano xi, Conſtantinopolitano ix, epactæ xxviii ex Alexandrini Chronici methodo cum tertio Martij die coniunctæ dant xxxi. In Septembri quoque, additis regularibus vii, epactæ xxviii cum xxvi Sept. ad quem cyclus Dionyſianus xi, Conſtantinopolitanus ix conuenit, dies xxxi, ſiue Nouilunium referunt. Ita cyclo Dionyſiano xviii, Conſtantinopolitano xvi, epactæ Chronici xv cum xvi die Martij dant nouilunium. In Septembri eædem epactæ xv cum regularibus vii & ix diebus Septembris idem nouilunium oſtendunt. Apparet ergo nulla computi mutilatione opus eſſe ad lunares epactas procudendas, quæ cum ποϛιαίᾳ menſis, & regularibus Neomenias exhibeant: ſiquidem æra illa communis, cuius in annum 5509 Dionyſianus Natalis competit, citra diminutionem vllam, idoneas ad lunarem methodum epactas efficit. Quòd ſi epactarum calculus à Septembri initium ſumeret, tum quidem additis ad cyclum Dionyſianum tribus, epactæ propagarentur, quæ cum ποϛιαίᾳ menſis & vno prætereà regulari, xxxi conflarent. Sed ex eo minimè ſequitur Conſtantinopolitanos computum iſtum illius rei cauſa annis xiv mutilaſſe: cùm, vt oſtendimus, annus Natalis vulgaris non in annum 5495 æræ illius decurtatæ, ſed in 5493 incidat.

Margin: pag. 177. — pag. 473. — pag. 513. — pag. 512. — B — C — D

Poſtremò ſi in eadem æra, cuius annus 5509 vulgari Natali congruit, epactas plebeio more formaueris, additis ad cyclum anni labentis decem, tum præter epactas, regulares aſſumendi erunt, & quidem plures: quemadmodũ & in Dionyſiano

A cyclo accidit. In quo epactæ, quæ ex aureis numerus conſurgunt, regulares om-
nibus in menſibus exigunt. Eſto cyclus Dionyſianus IX, Conſtantinopolitanus
VII: epactæ XVII cum XVIII die menſis relinquunt V. Addendi igitur regulares
XXVI. Sed hæc methodus minus eſt priore illa probabilis.

Maximus in Computo, quem in calcem Operis huius coniecimus, epactas ali-
ter inſtituit. Nos ſuperiori capite docuimus, annum Natalem vulgaris æræ in eo
computo, quem ſequitur Maximus, eſſe annum 5493: adeo vt cyclus Lunæ in
priore ſemeſtri Dionyſianum excedat vnitate: in poſteriore plane cum eo con-
ſentiat. Nam & annus 6133, qui iniit à vere anni Dionyſiani 640, cyclum ex-
hibet Lunæ XV; cùm Dionyſianus cyclus in Septembri duntaxat ſit XIV; & an-
nus 5493, quem in anno primo cycli Dionyſiani, ſiue periodi Iulianæ 4713 inchoa-
ri volumus, Lunæ cyclum habet II: cùm tamen Dionyſianus cyclus ipſo anni ini-
tio ſit tantummodo I. Igitur epactæ ex Maximi doctrina ſic formantur, vt vulgares
ſolent. Iubet enim cyclum per XI multiplicari, & de collecto detractis duobus, reſi-
B duum per XXX diuidi. Hoc modo cùm annus 6133, per XIX diuiſus cyclum Lunæ
relinquat XV; epactæ fiunt, duobus detractis, tredecim. Cur perpetua methodo
duo ſubducantur, cauſam hanc affert Maximus, quoniam primus annus epactas
habet tantùm IX, non XI. Etenim annus à Kal. Apr. incipit. Neomenia porro
anni primi lunaris init Martij XXIII, & IX diebus Kalendas ſiue anni epocham an-
tecedit. Ridiculè verò Scaliger duo iccircò deduci putat, quòd à temporibus Chri-
ſti ad Maximum Luna biduum anticipauerat. Hoc eſt abſurdiſſimum. Nam vt
προσθήκην lunarem obſeruarit Maximus, non eam à Chriſti temporibus, ſed à
Nicæno potiùs Concilio putare oportuit, quæ eſt methodi Paſchalis apud Chri-
ſtianos epocha. Ab eo verò tempore ad Maximum vnius tantùm diei προσθήκης
interceſſit. Quam vnius ſanè diei anteceſſionem animaduertiſſe videri poteſt Ma-
ximus: ídque ex eo ſubodorari licet, quod cùm breuem & expeditam lunarium e-
pactarum methodum proponit, conſiderare iubet quota Luna ſit III Kal. Apr. hoc
eſt XXX die Martij. Atqui caput anni ſunt ipſæ Kalendæ: & anno exempli cauſa
C cycli primo, epactæ φυσ. ſunt XI; τεχνικῶς IX, quod XXIII dies Martij nouem tan-
tum diebus epocham anni, id eſt Kal. Apr. antecedat. Itaque XXX dies Martij octa-
uam ſolùm Lunam habuit. Epactæ proinde cycli illius VIII fuerint, non IX, ſi tri-
ceſima dies Martij canon eſt epactarum. Ita cyclo Lunæ XV; vtputa anno Conſtan-
tinopolitani computi 6133, æræ communis 641, epactæ debent eſſe XV. ſed quod
in primo cyclo duo ſubducantur, erant XIII. Ex illa verò Maximi regula, qua
ἡ ποσταία τῆς σελήνης in III Kal. Apr. epactæ ſunt, Lunæ annus ille XII epactas ha-
bet. Manifeſtè προσθήκην vnius diei Maximus agnouit, & ad veram Neomeniam
vnum diem de epactis detraxit. Qua quidem in Maximi methodo ſingulari ob-
ſeruatione dignum illud occurrit, de cyclo Dionyſiano tria detrahi ad formandas
epactas; non, vt Scaligero placebat adiici: adeò vt cyclus ille, cui epactæ Maximi
φυσ. reſpondent, ſit idem cum Latinorum cyclo, & in Martio menſe eædem epa-
ctæ cum diebus menſis compoſitæ ſine vllis regularibus nouilunium referant.
Verbi gratia, cyclo XV, epactæ ſunt XII: quod & biduum ex perpetua regula detra-
hatur, & vnus præterea dies: quoniam triceſimo die Martij Luna eſt XII. Proinde
D cyclus erit XII, cuiuſmodi & Latinorum erat. Item cyclo IV, epactæ ſunt XI, quæ
propriè cyclo I conueniunt. In cyclo verò Conſtantinopolitano, & Romano I,
epactæ Maximi ſunt VIII, cùm tamen ex methodo VII eſſe debuerint, ſumpto vi-
delicet cyclo VII pro I. Cuius rei cauſa eſt, quod ad ſaltum Lunæ compenſan-
dum, cyclus Romanus I vno die anteuertitur, & ad XXIII Martij diem adſcribi-
tur, cùm ad XXIV apponi debuerit. Verùm annus ille, qui cyclum habet XIX, & à
IV die Aprilis incipit, dies tantùm habet CCCLIII, ac XXII Martij terminatur.
Quo fit, vt cycli XVII, XVIII, & XIX, eíſque congruentes epactæ verſus menſis ini-
tia promoueantur: atque ita cyclus, exempli cauſa, primus longius à Kal. Apr. vno
die remoueatur, & epactarum numerum augeat. Hinc eſt etiam quòd epactæ cy-
clorum iſtorum cum ποσταίᾳ menſis triginta ſolùm conficiunt, non, vt reliquæ
XXXI: de quo alibi dicetur.

Iſaacus Argyrus Monachus in Canone Paſchali epactarum diuerſam viam in-
greditur. Iubet annum propoſitum ab orbe condito per XIX diuidi; reſiduum mul-

tiplicari per xi; quod collectum eſt, per triginta partiri, & ad ſummam addi III. Ita formantur epactæ. Scribebat anno Dionyſiano 1372 exeunte, quem annum numerat 6880 ab orbe condito: ita vt 6881 à Kalendis Ianuarij anni 1373 inierit, ratione cycli lunaris, quem à Ian. Kalend. auſpicatur. Diuiſis 6880 per xix, reſtant II, epactæ xxii. quibus addita tria dant epactas xxv anno toto Dionyſiano 1372. At ineunte 1373, erunt epactæ vi. cyclus enim inibit III, cuius epactæ III cùm totidem ob methodum adiunctis dant vi epactas anni 6881. Proinde Ianuarij xxv nouilunium: cùm tamen Nicænum nouilunium cadat in xxviii, cyclo vi. Sed Iſaaci tempore ob προήγησιν tridui ad xxv peruenerat. Quocirca epactæ Iſaaci ſunt eædem cum lunaribus epactis Latinorum veterum, quæ ad ποσιαίαι primi menſis additæ ſine regularibus dant ætatem Lunæ. Nam epactæ vi reſpondent cyclo vi: cuiuſmodi Latinorum cyclus ad xxv Ianuarij appoſitus eſt cum cyclo Nicæno ix. Sed de Iſaaci Argyri doctrina ſatis hactenus. A

Concludamus ex iis omnibus plurimum in Græcis iſtis computis lapſum eſſe Scaligerum, ac nonnullos qui in illis explicandis operam adhibuerunt. Non enim illos rectè cum æra Dionyſiana compararunt. Scaliger quidem in Notis ad Eclogas computi Maximi triplicem proponit æram à Græcis vſurpatam, & in vnaquaque diſcrimen addit, quo ab annis Chriſti diſcrepat. Annis ergo Chriſti propoſitis iubet addere differentiam ærarum, & annorum Chriſti. Ita annis 1597 adiice 5494, habes 7091 æræ lunaris. Adde 5508, habebis 7105 æræ Paſchalis. Adde 5500, habes 7097 æræ Orientalis. Rurſus de priore æra duobus detractis, tam hanc, quàm cæteras per xix, & xxviii diuidit, vt Solis ac Lunæ cycli colligantur. Sed in ſola ſecunda, quam Paſchalem nominat, cuiuſque in annum 5509 Natalis communis incidit, vera eſt iſta methodus. Quanquam ſi Chronicon Alexandrinum ſequimur, annorum vt & cyclorum caput non à Septembri, ſed à Martio ducitur. quæ res nonnullam varietatem adferre poteſt, & Scaligeri ratiocinia conturbare. In reliquis duabus multùm ſententiâ fallitur. Neque enim Natalis æræ vulgaris in ea, quam lunarem vocat, annum 5495 occupat; ſed 5493. & fruſtra duo ad Lunæ methodum ſubduci præcipit: corrupto Maximi loco deceptus. qui cùm initio Eclogæ annum illum, quo ſcribebat, Heraclij xxxi, mundi 6133 eſſe dixiſſet; poſteà in capite ψηφισμὸς τῆς ἀναστασίμου ἑορτῆς, ait eſſe 6135: ſed errore manifeſto; vt res ipſa loquitur. Quare falſum eſt, Natalem Chriſti æræ communis in annum 5495 competere. Falſiſſimum verò altera in æra, quam Orientalem nominat, incidere in annum 5501. Etſi enim Natalis Chriſti Conſtantinopolitanus huic anno congruat, non tamen Dionyſianus, ſiue potiùs communis. Quippe, vt oſtendimus, Natalis Chriſti Conſtantinopolitanus in hac æra noſtro & communi ſeptem annis tardior eſt. quod & alibi pleniùs explicabitur. Ideo Natalis communis ad annum pertinet 5493: nec iſtius comparatione ambæ illæ à ſe inuicem æræ diſcrepant; ſed in vnam, eandémque coaleſcunt, & eoſdem denique Romanos cyclos tam lunares, quàm ſolares exigunt. B C

De conditu mundi, & annorum inde ad nos numero, ac putandi varietate. autumno creatum eſſe mundum. D

CAPVT II.

TEMPORVM interualla, quæ ab Orbis initio ad Chriſti Natalem intercedunt, variè Chronologi atque Hiſtorici digeſſerũt: ſic vt neminẽ vnum reperias, qui cum altero omni ex parte conſentiat. Facit obſcuritas rei, & argumentorum ad veri inueſtigationem inopia, vt impunè cuiuis quod libitum erit opinari liceat. Neque id verò magnopere reprehendendum, dum ea moderatione agatur: primùm vt ne certam illam, & indubitatam, quamcumque tibi præſcripſeris, temporis rationem eſſe velis: tum vt aliter ſentire minimè nefas arbitrêre, cæterorumve ratiocinia temerè condemnes. Quod vtrumque tam hîc, quàm in Euſebianis Animaduerſionibus, & in Iſagogicis Canonibus à Scaligero commiſſum eſt. Quibus in locis cùm ſuam de an-

A norum ab orbe condito numero ſententiam explicaſſet, ac ſingula interualla
partitus eſſet, Chronologos omnes ſuis legibus, ac numeris adſtringere ſolita illa
confidentia, vel temeritate potiùs inſtituit. Ego verò vt illam à Scaligero initam
annorum partitionem haud adſurdam eſſe iudico: ſic eandem incertam, ac parum
exploratam eſſe defendo: non modò vt aliter numerare Chronologis liceat, ſed
vt melior ac commodior temporum ſubductio quærenda ſit. Eiuſmodi eſt enim
quam illis locis adſtruit. Primum ab orbis conditu ad Diluuium annos colligit
1656. à Diluuio ad natum Abraamum 292. Hinc ad Exodum, 505. Fiunt ab orbis
initio ad Exodum anni 2453. Ab Exodo ad caſum Sedeciæ annos putat 907. à
conditu rerum 3360. Totidem omnes vno ore Chronologos ſtatuere dicit. Dein-
ceps quot anni à Sedecia ad Chriſti Natalem fluxerint, haud ita certò colligi do-
cet. Ipſe verò manifeſtis, vt putat, argumentis ex Nabopolaſſari obitu, & Nabu-
chodonozoris initio deducit. Etenim Nabopolaſſarus obiit, vt ſcribit Ptolemæus,
B anno Nabonaſſari 152, Per. Iul. 4119. Is autem annus, quintus eſt abſolutus
ante caſum Sedeciæ, vt docet Ezechiel. proindéque anno Per. Iul. 4124, Se-
deciæ caſus accidit. Deductis 3360 de 4124, remanet annus 764, in quo con-
ditus rerum, & mundi Natalis ſtatuendus. Atqui Natalis æræ communis incidit
in annum Per. Iul. 4713, vt capite I libri huius oſtendimus. Igitur à conditu re-
rum ad Natalem æræ communis anni ſunt 3949, menſes tres. Mundi enim ori-
ginem XXVI Octobris attribuit anni Per. Iul. 764. Ita Scaliger; qui hanc an-
norum deſcriptionem adeo certam atque firmam exiſtimat, vt cæterorum
rationes futiles, & ineptas eſſe coniecturas affirmet.

Verùm cùm vitioſus eſt annorum iſte calculus; & argumenta, quibus nititur,
imbecilla ſunt, imò falſa; tùm illa dubia in re confirmanda vana eſt, ac præceps
fiducia. De rationum, quibus rem à ſe confectam credidit, momentis accura-
tiùs in ſequentibus capitibus per partes agetur. Nunc & difficultatis cauſas breui-
ter aperiam, & meam ipſe ſententiam exponam. Sed hæc primùm diſceptationis
C ſumma ſit: Annorum ab orbe condito ad hæc tempora numerum, neque certa ratione compertum eſſe, neque citra Diuinam ſignificationem poſſe comperiri. Numerus annorum
Errare proinde qui id non modò certò definire audent; ſed qui alios inſuper, ab orbe condito
quod ad ſummam ſuam aliquid adiecerint, aut detraxerint, proteruè, atque ar- cur certò
roganter inſectantur. ſciri nequeat.

Principiò annorum calculus omnis non aliunde, quàm è ſacrorum libro-
rum monimentis petitur. In iis porro celebris imprimis occurrit Græcorum
& Hebræorum Latinorúmque codicum varietas. Nam LXX Interpretes He-
bræorum numerum in primo interuallo ſuperant annis DLXXXVI, vel pluri-
bus. In ſecundo interuallo ferè nongentis. in quo etiam Cainan quidam
in generationum ſerie à Græcis intexitur, quem Hebræi Latiníque præter-
eunt. hodie verò frequentes Chronologi retinendum exiſtimant, Lucæ po-
tiſſimùm authoritate commoti. In reliquis temporum ſpatiis ſua quoque, &
haud paulo grauior difficultas cernitur; maximè in eo, quod ab Exodo
ad Dauidem, vel Salomonem extenditur. Nam Iudicum tempora prope in-
extricabilem quæſtionem continent. Adde regni vtriuſque ſucceſſiones, quas
D libri Regum duo, totidémque Chronicorum exhibent. Illîc verò multis de
cauſis intricata, & perplexa Chronologia eſt; neque multum inter peritiſſimos
temporum de annorum numero conuenit. Quarum difficultatum capita hoc
in libro ſingillatim pertractabimus. Poſtremò omnibus annorum interuallis
communis obſcuritatis ſeges eſt; quod ſatis conſtare nequeat, quoties hic
aut ille tot annos vixiſſe, regnaſſéve legitur, vtrum vertentes & integri, an
inchoati ſolùm, & labentes intelligendi ſint. Solent enim Chronologi annos
illos, qui in ſacris libris memorantur, pro ſolidis, & completis accipere. cu-
iuſmodi fuerint néne, cùm explorari certò nequeat, ad ſummam tamen ipſam
non mediocriter pertinet. His de cauſis, aliiſque quas omittimus, fieri non
poſſe dicimus, vt annorum numerum, qui condito ab orbe lapſi ſunt, certò,
ac ſine errore, vel ſaltem dubitatione ſtatuamus. Proinde coniectura, & probabili
ratiocinatione opus eſt. qua ſi contentus eſſet Scaliger, neque aut opinionem
ſuam certiſſimæ ſcientiæ, demonſtrationiſque loco propoſuiſſet: aut reliquos

omnes calculos tam fidenter, & acerbè damnaſſet, tolerandus vtique fuiſſet. A
Nunc eius & ancipiti in re odioſa fiducia eſt; & putatio ipſa minus exacta. Quod poſtea per ſingula capita declarabitur. Nos verò primum illud tenentes, nihil certi de accurata annorum ſumma perueſtigari poſſe: quod reliquum eſt, veriſimilem, vt quidem nobis viſa eſt, rationem inibimus.

Annorum calculus ex noſtra ſententia.

Quocirca annos ab orbe condito ad æram Dionyſianam fluxiſſe credimus 3983. Quam opinionem noſtram alteri quoque ante nos in mentem veniſſe poſtea comperimus. Munſterus enim in Computo Hebræorum, pag. 7, cùm varias de mundi conditu ſententias percenſet, Carolum quendam Bouillum ait annos numerare 3984. Interualla porro ita deſcribimus. Ab orbis initio ad Diluuium anni 1656. A Diluuio ad Abraami ortum, 292. Hinc ad Iſraëlitarum migrationem ex Ægypto, anni 505 fiunt ab orbe condito ad Exodum anni 2453. Deinceps ab Exodo Salomonici Templi fabricationem, annos numeramus 520: vbi communi ab ſententia neceſſariò diſcedimus. A conditu Templi vſque ad laxatam Babylonicam ſeruitutem, anni 474. Hinc ad Chriſtum, 536. Fiunt ab orbe condito ad B
Chriſti Natalem, anni completi 3983 cum menſibus tribus: ita vt Natalis in 3984 incurrat, ſi annorum caput ab Autumno repetatur. Hanc nobis ſummam, & ſingulorum interuallorum putationem certis argumentis perſuaſimus quæ ſparſim, ac ſuis locis explicabuntur. Neque verò opinioni iſti penitus confidimus; aut libertati cuiuſquam detractum volumus, quo minus aliter ſentire ipſe, ac pronunciare poſſit. Quibus de cauſſis tutiorem illam Chronologiam, & liquidiorem eſſe duco, quæ ad annos mundi, ſi quidem præterire nolit, Iulianæ periodi annos adiungit. Quæ cùm ex triplici charactere methodi gratia contexta ſit, annos ſingulos propriis quibuſdam notis ac ſignis afficit, qui ſunt illorum indices, & memoriam rerum, ſublata omni perturbatione, fideliſſimè cõſeruant. Hoc adempto præſidio, cæca & obſcura eſt Annalium ſeries; nec niſi per ambages annorum ſitus explorari poteſt. Vt ſi ego primam Olympiadem anno mundi 3208 celebratam eſſe dixero, nihil admodum profecero, niſi & annorum numerum adiiciam, quem ad æram Chriſtianam fluxiſſe ſtatuam. de quo cùm tam variæ ſint Chronologorum ſententiæ, varias itidem epochas adnotari neceſſe eſt. Quæ res faſtidium ac mo- C
leſtium parit. At qui periodo Iuliana vti velit, cùm in ea ſemel epocham æræ Dionyſianæ fixerit, quemcumque deinceps in annum mundi Natalem coniecerit, quantum is ab æra vulgari diſtet, vno momento perſpiciet. Quamobrem nos in omni re Chronologica periodi Iulianæ adminiculo libenter vtimur, præſertim hac in Operis parte, qua inſignes omnes temporum epochas perſequimur. Quarum cùm princeps ea ſit, quam hoc capite proponimus, primam omnium ſuis characteribus, hoc eſt Iulianæ periodi certo anno conſignabimus.

Diximus Natalem Chriſti communem ex ratiociniis noſtris incidere in annum mundi 3983; quæ ſumma ſingulorum ex interuallorum ſpatiis colligitur; de quibus erit poſtea dicendi locus. Cùm ergo Natalis idem in periodo Iuliana annum occupet 4713, cyclo Solis IX, Lunæ I, Indict. Romana III: ſi de 4713 deducas 3983, reliqui erunt anni 730. Itaque primus annus orbis conditi erit Iulianæ periodi 731. Ac ſi mundum creatum cenſeas verno tempore, indéque annos incipias, aut certè à Kal. Ian. more Iuliano, erit, vti dictum eſt, primus annus mun- D
di ſeptingenteſimus triceſimus primus; Natalis verò Chriſti 3983 exiens. Sin eſt vt mundi conditum ad Autumnum referas, indidémque annos ordiare, mundus quidem anno 730 creatus eſt; Chriſtus verò anno 3984 ineunte natus. At ſi annorum caput in Ianuarias Kalendas conferas, mundus creatus erit anno exeunte 730, Chriſtus anno 3983 natus, itidem exeunte. Quare perpetua methodo ad annos mundi adiice 730, vt annos Iulianæ periodi conficias ex a. d. Kalend. Ian.

Mundus autumno conditus eſt.

De anni cardine, in quem procreatio mundi conuenit, lis eſt inter Chronologos; nec minor apud Philoſophos quæſtio. Quorum plerique vernam tempeſtatem præferunt: alij cenſent autumno creatum eſſe mundum. Pro ſe quique & argumentis ſuis certant, & contraria labefactant. Nos in ea ſemper opinione fuimus, vt autumno potiùs quàm vere productum eſſe mundum arbitraremur. Quod idem & Scaligero in poſteriori editione placuit, cùm in priori verno tempore id

A accidiſſe ſcripſerit. Idem cenſet & Serrarius noſter in caput v Ioſue, Quæſt. xxvii; nec abhorret Perrerius. Mouet me verò vt ita ſentiam potiſſimum iſtud, quod ante Moyſem anni caput erat in autumno. Etenim Exod. xxiii, 16 iubet Moyſes Tabernaculorum feſtum celebrare menſe ſeptimo בצאת שנה, *in exitu anni*. Et cap. xxxiv, 22 eandem celebritatem indicit בתקופת השנה, *anno vertente*. Neque dubium eſt quin primus Moyſes Dei iuſſu anniprincipium ad Niſan traiecerit: quod primitùs inſtitutum Exodi xii, 2. Proinde ante Moyſem aliud erat initium, quo veteres Patriarchas vſos eſſe, ídque ab rerum exordio πατροπαράδοτον manaſſe, nemo iure dubitauerit. quod & Ioſephus confirmat lib. I Orig. cap. iv. Quæ in veris gratiam afferuntur in Annalibus, & ſcholaſtico more pinguntur, magis nos ſpecie ipſa, & venuſtate delectant, quàm diſputationis momentis, ac ponderibus inflectunt. Quocirca nec in illis diſcutiendis, aut refellendis hærebimus. Satis habemus, quod probabilius videtur, in medium adducere. Qui aliud exiſtimet, & contrariam partem affirmet, non magnam rem fecerit. Neque enim vtram in par-
B tem inclines magnopere intereſt.

Tempus conditi orbis in ipſo Libræ cardine conſtituimus; qui ex æquabilis anni methodo conuenit xxvi Octobris. Anno verò periodi Iulianæ 730, litera Dominicalis fuit A, cyclo Solis II, Lunæ ix. Quare Octobris xxvi feria prima; quo die mundi fabricationem aggreſſus eſt Deus. Plenilunium medium ex Tabulis noſtris incidit in Octobris xxvii, feria 2, hor. 9, 5′, 42″ à media nocte. Verùm autem hora 8, 47′ circiter. Luna itaque paulò infrà plenilunium condita fuerit, quarto die, qui eſt Octobris xxix. Quanquam Auguſtinus libro Imperfecto de Geneſi ad literam, cap. xiii abſurdum eſſe iudicet, Lunam plenam primitùs eſſe factam, quaſi nos non à prima, ſed à ſexta decima, vel quintadecima numerandi ſumamus exordium. Et in Lib. II de Geneſi ad literam cap. xv neutrum ſe dicit aſſerere. Nihil intereſt qua ſpecie Luna primùm condita dicatur: præſertim cùm de anno, quo reuera mundus creatus eſt, certò nemini conſtare poſſit. Pro noſtra tamen coniectura dici illud poteſt; conſentaneum videri, vti Deus Lunam in eo aſpectu,
C ac ſchemate produxerit, vt infra plenilunium eſſet: nempe vti primo totius opificij die, decima quinta, ſi tum foret condita, numerari poſſet. Primam ergo Lunæ ſpeciem ad vſum ciuilium temporum, ac lunarium menſium direxit; itaque procedere iuſſit, vt primus orbis conditi dies ciuile plenilunium, hoc eſt decimam quintam Lunam obtineret.

Expenditur ἀπόδειξις *epochæ mundi ex apogei progreſſu; quæ ad opinionem noſtram accommodatur.*

Capvt VII.

Christianvs Longomontanus, qui ante trienniũ Danicã Aſtronomiam ad Tychonis Brahe obſeruationes exactam edidit, lib. I Theoricorum cap. II & III, certa ratione mundi ſe natalem annum re-
D periſſe putat; ex apogei ſitu, quem initio rerum extitiſſe probabile eſt. Sic enim arbitratur: non variari Solis ἐκκεντρότητα; ſed eandem, & immutabilem eſſe, qualis eſt 35714 ad 10000000, vel vnius ad vigintiocto: moueri autem quotannis apogeum ſcrup. 1′, 1″, 50‴, 14⁗. Quamobrem cùm apogeum Hipparchi ſæculo, id eſt anno Per. Iul. circiter 4557, inuentum ſit in gradu Geminorum 5, 30′; vel vt ipſe reſtituit in gradu 5, 16′: Tychonis verò tempore in gradu Cancri, 5, 30′: ſi motum illum proportione diſtribuas, anno ante Tychonis obſeruationem, quæ in Chriſti 1588 incurrit, 5554, fuit apogeum in principio Arietis; perigeum in principio Libræ. Eſt autem veriſimile, Solis apogeum initio rerum in nobiliſſima illa Signiferi parte fuiſſe conſtitutum.

Sed nihilo certior hæc eſt ratio demonſtrandi rerum ortus, quàm quæ per Hiſtoriæ interualla procedit. Nec enim liquidò conuenit de æquabili motu ſummæ apſidis; neque quanto tempore gradum vnum percurrat: vti Libro iv fusè diſputatum eſt. Prætereà demus anno, vt putat Chriſtianus, mundi 3810, qui eſt Per. Iul.

4557, apogeum in gradu 65, 16′ fuiſſe. Igitur in annis 1744, qui ab illo tempore ad annum Chriſti 1588 interiecti ſunt, progreſſum eſt gradu 30, 14′. Proinde ex regula proportionis, in annis 5509 ferè conficiet gradus 95, 30′. Atqui annos idem ille author aſſignat 5554. Quòd ſi Hipparchi ſæculo præciſè apogeum erat in gradu 65, 30′, & annorum 1744 interuallo proceſſit gradus 30; ex eadem proportionis regula conſurgent quidem anni 5551 ab Orbis initio ad Tychonis ætatem. verùm cùm Chriſtianus non in ſcrupulo 30′, ſed in 16′ per illud tempus verſatum eſſe cenſeat, eius ratiocinia minimè procedunt. A

At epocha noſtra, quæ anno mundi 3983 Natalem Chriſti communem aſſignat, ex illa ipſa ſummæ apſidis progreſſione ſitúque longè firmius adſtruitur. Etenim vt Hipparchi tempore in gradu Geminorum, 5, 30′, reuera conſtitutum apogeum eſſe velimus, id non anno per. Iul. 4557 præciſè conuenit potiùs, quàm anno 4552, quo Hipparchearum omnium τηρήσεων prima conſignatur. Igitur fingamus anno antecedente, id eſt Per. Iul. 4551, apogeum in gradu 65, 30′ ab æquinoctio verſatum fuiſſe. Interuallum ad annum Periodi Iulianæ 6301, qui eſt Chriſti 1588, ſunt anni 1750. quo ſpatio gradibus 30 apogeum progreſſum eſt. Iam ſi gradus 30 poſtulant annos 1750: gradus 95, 30′ auferent annos ferè 5571, hoc eſt $5570\frac{5}{6}$. Proinde vel ex Chriſtiani Longomontani ratione non minus noſtra, quàm ipſiuſmet opinio comprobatur. Eſt enim annus Chriſti 1588 ab Orbe condito ſecundum putationem noſtram, 5571. Sed, vt ingenuè quod res eſt profitear, non magnum præſidium arbitror in illa progreſſione apogei alterutram in partem eſſe poſitum: cùm ob incertam apogei variationem. tùm quòd minimè conſtet, vtrum Hipparchi, an Ptolemæi ſæculo magis ille ſitus apogei conueniat. Vide quæ de hac re Libro IV, Cap. XX ſuprà diſputauimus. Quod ſi verus eſſe poteſt calculus noſter, vt in annis 5571, gradus 95, 30′ apogeum confecerit: motus eius annuus, peræquatione facta, conſurget 1′, 1″, $42'''\frac{4358}{5571}$. B

De Diluuij epocha: ac primùm de annorum ab Orbe condito putatione ad Diluuium. C

CAPVT VIII.

ANNORVM, qui ab rerum primordio ad Diluuium fluxerunt, numerus ex generationum, quę à Moyſe deſcribuntur, ſerie, ac ſucceſſione pendet. In quo Græcorum ab Hebræis, ac Latinis voluminibus tritum eſt, & vulgare diſcrimen. Latinorum, Hebræorúmque calculus annos efficit MDCLVI. Græcorum ratiocinia variant; & vt hodie extant, deprauata videntur. Vulgò enim annorum ſumma conficitur MMCCXLII. At olim viginti amplius, hoc eſt MMCCLXII imputabantur. Author Libri de Mirabilibus ſacræ Scripturæ Libro II, Cap. IV, annos duntaxat MMCCXL, vti ſuprà Cap. III referebamus. alij aliter numerant. Nos amborum maximè ſummas, Græcorum videlicet, & Hebræorum in Laterculum conferemus: additis etiam Samaritanorum, & Africani numeris, quos ex Georgio Monacho collegit Scaliger, & in Euſebiana Græca coniecit. D

LATERCVLVM ÆTATIS PATRIARCHARVM ab Orbe condito ad Diluuium.

	Generant anno ætatis ſecundum				Vixerunt poſtquam genuerunt ſecundum			Vitæ totius tempus ſecundum	
	LXX Interpret.	Heb. & Latinos.	Samaritanos.	Africanum.	LXX Interpret.	Hebr. ac Latinos.	Samaritanos.	LXX Interpret.	Hebr. ac Latinos.
Adam	230	130	130	230	700	800	800	930	930
Seth	205	105	105	205	707	807	807	912	912
Enos	190	90	90	195	715	815	815	905	905
Cainan	170	70	70	170	740	840	840	910	910
Malaleel	165	65	65	165	730	830	830	895	895
B Iared	162	162	62	164	800	800	785	962	962
Henoch	165	65	60	165	200	300	300	365	365
Mathuſalem	167	187	67	185	802	782	653	969	969
Lamech	188	182	53	188	565	595	600	753	777
Noë	600	600	600	600					
Summa	2242	1656	1302	2267					

Ex Græcorum putatione, quæ in quibuſdam libris extat; magnum abſurdum ſequitur; nempe Mathuſalem quatuordecim annis Diluuio ſuperfuiſſe. Vixit enim annos 969: anno verò 167 genuit Lamech: Lamech anno ætatis 188 genuit Noë. Conſiunt anni 355. Adde 600, quibus Noë Diluuium anteceſſit, colliguntur anni ab ortu Mathuſalem 955. Atqui vixit 969. Quare poſt Diluuium quatuordecim annis ſuperſtes fuit. Mendum igitur eſt in Septuaginta Interpretum editione, & pro 167 Mathuſalem reponendus Latinorũ numerus 187. vt in quibuſdam exemplaribus legitur. Ita fient in totum anni 2262. Quæ eſt Epiphanij, Chronici Alexandrini, aliorúmque ſumma: imo etiam Africani, eodem teſte Chronico. C Quamuis in Excerptis Euſebianis quinque amplius imputet. Sed altera ſumma germana eſt, & ab ipſis LXX concepta. Quæ ſit porrò tantæ Græcos inter, & Hebræos varietatis cauſa, in Chronicis & Annalibus accuratè diſſeritur. Nunc ad Diluuij epocham accedamus.

Scaligeri verba ſunt. *A conditu rerum, ad Diluuium, annos 1656 abſolutos eſſe, ex epilogiſmis annorum, quibus natalis, & mors Adami & poſterorum eius à Moſe ſignata ſunt, tam certum eſt, quàm nemo hactenus dubitauit. Diluuium igitur incidit in annum 1657 à conditu mundi.* Quod tam audacter, ac præfractè annos illos, qui ex ſingularum γενεῶν epilogiſmo conficiuntur, vertentes, ac ſolidos fuiſſe definit, nimium temerè diſputat. Nam quis illum docuit, nullas incidere fractiones annorum, neque inchoatos annos, quod aliàs vſitatum eſt, pro completis haberi? Quocirca cùm veriſimile ſit aliquot ſaltem ex vltimis ſingularum generationum annis, quos habuiſſe tum cùm gignerent Patriarchæ dicuntur, libatos duntaxat fuiſſe; longè tutius eſt de ſumma D deducere, quàm ad eam adiicere. Propterea Diluuium anno MDCLVI ineunte contigiſſe credimus potiùs quàm ſequenti. Tametſi ante illud quoque tempus euenire potuit. Sed nos, pro eo ac Chronologi ſolent, annos omnes, qui in aliqua ſerie deſcripti ſunt, pro integris accipimus, quandiu nihil occurrit, quod ſecus opinari cogat; quódque alia ratione, quàm adhibitis annorum fractionibus explicari nequeat.

Quod autem nondum exactis MDCLVI annis, ſed in horum poſtremo Diluuium inciderit, Moſes haud obſcurè docuit, cùm ait anno ſexcenteſimo vitæ Noë cœpiſſe Diluuium. Nam ſexcenteſimus annus Noë, eſt milleſimus ſexcenteſimus & quinquageſimus ſextus ab orbis initio. In Iuliana Periodo idem annus ex epilogiſmo noſtro iniit ab autumno anni 2385, maiorémque partem inſequentis obtinuit. Gen. VII.

 A

De anni forma, quæ tempore Diluuij extitit. Refellitur falſa quorumdam ratio; & probabilis adſtruitur.

Capvt IX.

Historia diluuij, quam Moyſes Geneſeos vii, & viii capite deſcribit, quæſtionibus variis, ac difficultatibus obſita eſt. Illud enim dubitatur imprimis, quæ fuerit apud veteres illos Patriarchas anni forma; lunaris, an ſolaris, an alterius generis. Deinde cùm ſeptimus, ac decimus, verbi cauſa, menſis appellatur; vtrum ab anni principio, an à diluuio ordinales iſti deducendi ſint. Ad hæc incertum eſt, vtrum xl dies, quibus pluuia continuò decidit, in illis cl contineantur, quibus inualuerunt aquæ, ſecundum quos eædem paulatim imminutæ ſunt; an verò ſeparatim numerandi ſint. Accedit & Græcorum ab vtraque, hoc eſt Hebræa Latináque editione diuerſitas. Nam Hebræi ac Latini initium Diluuij ſtatuunt menſe ſecundo, die xvii; Græci die xxvii. Item deſiiſſe ponunt omnes menſe vii: ſed Hebræi die xvii; Latini pariter ac Græci die xxvii. B

Declaratur è ſcriptura diluuij hiſtoria.

Sed hiſtoriæ ſacræ ſynopſis adſcribenda videtur, vti quæſtionis ſtatus faciliùs animaduerti poſſit. Anno ergo ſexcenteſimo vitæ Noë, menſe ſecundo, eiúſque xvii die cœpit pluuia. Ea quadraginta diebus ac noctibus perſeuerauit. Obtinuerúntque aquæ terram cl diebus: quæ minui cœperunt poſt cl dies: requieuítque arca menſe ſeptimo. Tum decreuerunt aquæ vſque ad decimum menſem: cuius prima die apparuerunt cacumina montium. Cúmque tranſiiſſent xl dies, Noë coruum emiſit: inde columbam, quæ ad eum reuerſa eſt. Expectatis autem vltra ſeptem diebus aliis, iterum columbam dimiſit; rurſúmque poſt alios ſeptem. quæ non amplius reuerſa eſt. Proinde anno ſexcenteſimo primo, primo menſe, & prima die menſis imminutæ ſunt aquæ: ac demum ſecundo menſe, die vel xvii, vt Hebræi legunt; vel, vt Latinis Græcíſque placet, die xxvii, arefacta eſt terra. Ex hac Diluuij narratione, ac deſcriptione menſium, primùm anni quantitatem, ac formam inueſtigare Chronologi ſtudent. Ac triplex anni potiſſimum ratio controuerſiam facere poteſt. Aut enim ſolari vſi ſunt anno veteres illi Patriarchæ. aut ad ſolarem certè proximè accedente, nempe ccclxv dierum, cum appendice, quæ iuſtum Solis curriculum expleret; prout eius modum comperire potuerant. Aut lunaris annus fuit trecentorum ac quinquaginta quatuor circiter dierum. Aut denique ccclx, cum acceſſione v dierum ex Ægyptiaca forma. Scaliger cùm hoc loco, tum expreſſiùs libro III Patriarchis illis veteribus anni formam adſcribit eam, in qua menſes ſinguli triginta diebus conſtarent; ad quos quinque præterea dies appenſi ſunt. Ita cùm quarto quoque anno dies ſolidus abeſſet; poſt cxx annos, tricenum dierum anteceſſione collecta, menſem vnum tricenarium intercalatum fuiſſe, quoad veterem epocham caput anni reuocatum eſt. Verùm de Chaldaica iſta ciuilis Hebræorum anni ratione diximus libro III, vbi commentum illud exagitauimus. Nunc, quatenus è Moſis verbis eandem certiſſimè colligi putat, & qui ſecus iudicant, ab illius authoritate deſciſcere, more ſuo, ſine ratione præſcribit. C D

Scaligeri ſententia de annis Patriarchalibus excutitur.

Tricenarios ergo menſes extitiſſe, inde clariſſimum eſſe dicit in tertio libro, quòd Diluuium inierit die menſis ſecundi xvii. ſecuti ſunt cl dies, ita vt cli fuerit xvii dies menſis ſeptimi. Iam xlvi dies ante diluuij initium fluxerant, & poſt vſque ad decrementum aquarum, cli; qui fiunt cxcvii. & per triginta diuiſi relinquunt menſes vi præteritos, & diem xvii menſis ſeptimi. Iam die primo menſis decimi; hoc eſt die cclxxi à capite anni, iuga montium nudata ſunt. Expectauit Noë dies xl, cùm iam cccxi dies ab anni capite fluxiſſent. Emiſit poſtea coruum, qui eundo, ac redeundo quadraginta dies alios conſumpſit. Colliguntur cccli; tum ſeptem: inde alij ſeptem. Summa dierum ccclxv.

Hæc Scaligeri ſententia neque omni ex parte probabilis eſt; neque expreſſa, & neceſſaria ſcripturarum authoritate; ſed coniectura ſola defenditur. Nam duo ſu-

A mit, quæ neque in ſacris literis leguntur, & negantur ab aliis. Primum eſt, quadraginta pluuiæ dies illis CL contineri. Hoc enim niſi conceditur, plures quàm CCXCVII dies conſurgent. Alterum eſt bis quadraginta diebus ſuperſediſſe Noëmum, priuſquam coruum dimitteret. Moſes enim ſemel tantùm quadraginta dierum moram interceſſiſſe narrat. Quinetiam ridicula eſt περιεργία, & ſecum ipſe ac cum ſcriptura velitatur. Nam coruum ait poſt XL primos dies, totidem alios eundo, ac redeundo conſumpſiſſe. Inde columbam emiſſam. ac poſt XL iſtos dies poſteriores, aquas penitus exhauſtas, &, vt ille loquitur, exſuctas fuiſſe. Hoc verò cum Scriptura ex diametro pugnat. Quippe columbam refert, cùm emiſſa eſt, non reperiſſe vbi pedem collocaret: & poſt XIV dies, intellexiſſe demum Noëmum aquas ceſſaſſe. Falſum eſt itaque poſt XL dies, qui quatuordecim anteceſſerunt, aquas exſuctas fuiſſe.

Aliis Chronologis lunarium menſium deſcriptio magis probatur. Sed mirifica quædam eſt anni forma, quam nonnulli procudunt, qui ex lunaris, & ſolaris an- Refellitur anni forma à quibuſdam conſtituta.
B ni contextu monſtrum neſcio quod biforme finxerunt. Aſſerunt enim veteres illos lunaribus vſos eſſe menſibus; annum verò fuiſſe ſolarem, dierum CCCLXV. Sanè Græcos refert Geminus ab Oraculo monitos annum ciuilem ad Solis rationes, menſes autem ad Lunæ interualla direxiſſe. Sed hoc ipſum ab eo ita declaratur, vt tam menſes ſinguli, quàm anni, planè lunares extiterint, quantum captus illorum temporum tulit: iidem tamen anni menſéſque certis annorum orbibus cum Sole congruerent. vt in cyclo decemnouennali accidit, quo qui vtuntur, non alios menſes, aut annos adhibent, quàm merè lunares; tametſi ſyſtema ipſum annorum, hoc eſt annus maior, cum Sole paria faciat. Atque vt in omnes ſeſe partes opinionis illius authores conuertant, nunquam efficient, vt lunares menſes aliter ad vſum accommodentur, quàm ſi & anni ipſi ſimplices perinde lunares exiſtant. Quid eſt menſis lunaris? Qui ab aliqua Lunæ φάσεως ad eandem reuertitur; vt à nouilunio ad nouiluniũ. Quid eſt lunaris annus? Syſtema menſium eiuſmodi, vel duodecim, ac dierũ circiter CCCLIV, vt in annis ſimplicibus. vel tredecim, dierúm-
C que fere CCCLXXXIV; vt ſunt, quos embolimæos appellant. Vt autem menſes omnes lunares ſint; annus verò, ſolaris, dierúmve CCCLXV: nulla vi, aut ratione conſequi poſſumus. Ac ne Deus ipſe quidem annum iſtiuſmodi moliri queat; propterea quod manifeſtam, vt loquuntur, contradictionem implicat. Etenim fingamus annum primum, ac menſem ab nouilunio cœpiſſe. Quoniam igitur menſes omnes, ac ſinguli ex hypotheſi illa lunares ſunt, peræquè ab nouilunio cœpti in nouilunium deſinent. At verò duodecim menſes à nouilunio ad nouilunium, diebus CCCLIV definiẽtur, & horis inſuper aliquot. Quocirca exacto priore anno, vndecim ferè dies erunt ad ſolarem modum reliqui. Qui ſiue priori anno velut appendices arrogentur, ſequens annus non à nouilunio, ſed à Luna XII; tertius à XXII inchoabitur: adeóque lunares cæteri menſes non erunt. ſiue poſteriori tribuantur: annus primus, itidémque ſequentes, diebus non CCCLXV; ſed CCCLIV circunſcribentur. Accedit ad erroris cumulum, quod in forma illa Lunæſolari, menſem identidem intercalatum iidem ſcriptores affirment: quaſi poſt expletos CCCLXV dies, quos annis ſingulis affingunt, tantum ſuperet dierum, vt, quod in cyclo decem-
D nouennali fit, tam crebro repeti intercalatio iſta poſſit. Sed de noua illa, inuſitata, & abſona anni conſtitutione nimium multa.

Equidem, quod potiſſimum anni genus amplexos veteres Patriarchas exiſtimem, nondum ſatis apud me definire poſſum. Neque enim certi quicquam è ſacris vel profanis literarum monimentis extricare licet. Quæ verò de Chaldæorum, & Perſarum anno; tum Hebræorum antiquiorum, docuit Scaliger, ac recentiores permulti ſequuntur: ea ſunt à nobis refutata ſecundo libro. vt eſt illud præ cæteris: poſt CXX annos menſem integrum ex Iulianis quadrantibus conflatum intercalari conſueuiſſe; atque ita caput anni, quod tricenis diebus in anteriora receſſerat, ſuam in ſedem reſtitutum; ídque CXX annorum ſpatium Cheled appellari. Quod commentum nullo ſolido fundamento nititur, vt ibidem docuimus.

Quapropter ſiue lunarem annum, menſéſque lunares ad Diluuij hiſtoriam applicemus; ſiue tricenarios menſes, annúmque præter propter dierum CCCLXV

ſtatuamus, nihil aduerſus Moſis narrationem peccabimus; vt paulò pòſt declarabimus. A

Quid nobis videatur eſſe probabilius.

Verùm neſcio quo modo propẽſiores in eam coniecturã ſumus, vt & tricenarios fuiſſe menſes arbitremur, & appendices quinque, vel ſex, aut plures paucioréſve dies acceſſiſſe, prout ſolaris anni modum animo præceperant: vel etiam ex appendicibus iiſdem diebus collectum tricenarium menſem opportuno tempore extra ordinem inculcatum fuiſſe. Eſt enim antiquiſſima illa ratio, menſtrua interualla diebus triginta definiendi; quòd hic modus ad Lunæ circuitus propiùs accedere videatur: quem & Græcos veteres adſciuiſſe libro primo demonſtrauimus. Itaque Patriarcharum, ac Diluuij tempore nihil prohibet menſes ſingulos tricenarios extitiſſe. quod reliquum erat ex anno ſolari, id eſt in calcem anni reiectum, aut certis annorum euolutis ſpatiis admiſſum. Quantum porro illud fuerit, ideo certò pronunciari nequit, quoniam quis ab illis ſolari conuerſioni modus præſtitutus ſit, inueſtigare minimè poſſumus. Et probabile eſt, dierum προσαφαιρέσει annorum ſuorum labem illos identidem correxiſſe; vt de Græcis oſtenſum eſt. Vide B omnino, quæ lib. I de Græcorum anno diſputauimus. Quin illud præterea cogitandum eſt, non ſolùm ex Moſis verbis, atque ex Diluuij deſcriptione nihil de propria temporis illius anni forma poſſe concludi; ſed etiam licet manifeſtè menſium, annique totius quantitas ibidem eſſet expreſſa, non ideò tamen de anno illo, quo Patriarchæ ſub Diluuij tempus vſi ſunt neceſſariò colligi. Hoc enim afferri poteſt, Moſem eos menſes atque eiuſmodi formam anni ad Diluuij exponendam hiſtoriam accommodaſſe, quibus tùm Iudæorum populus, cùm ſcriberet, vtebatur. Imo etiam non ciuiles illos annos menſéſque, ſed Eccleſiaſticos, ac recens conſtitutos adhibuiſſe, qui à Niſan inchoati ſunt, & fortaſſe lunares fuerunt. Quemadmodum in Annalibus & Chronicis noſtris, Græcorum, Ægyptiorum, cæterorúmque geſta, quæ diſſimilibus apud eos menſibus notata ſunt, menſibus noſtris conſignata produntur. Ita planè dubitari poteſt, ecquid Moyſes Diluuij hiſtoriam, eiúſque partes ſingulas, quæ tum aliis menſibus conueniebant, ad ſuos ac populares direxerit. Exempli cauſa; cùm Diluuij tempore anni caput in Octobri fixum eſſet, & ſeptimo vel octauo menſe Diluuium cœpiſſet, hoc eſt Aprili, vel Maio: Moyſes Eccleſiaſtico Iudæorum vtens anno menſem illum C ſecundum aut ſeptimum appellare potuit; qui Patriarcharum æuo ſeptimus, atque primus fuit. haud ſecus ac ſi nos idipſum menſe tertio quartóve incidiſſe dicamus, nempe ab Ianuario numerantes. Qua ex re coniecturarum iſtarum vanitas maiorem in modum eluceſcit: & Scaligeri, cæterorúmque temeritas diſcutitur, qui tam obſcura, tam ambigua, tam incerta de re, certas ſuas eſſe ſententias, atque omnibus ſine vlla dubitatione perſuaderi cupiunt. Nobis, ſi minus veritas conſtat, danda ſanè opera eſt, vt ne idipſum ignoremus ſaltem; nondum illam hactenus conſtare; néve in affirmando præcipites agamur.

Διάρθρωσις hiſtoriæ diluuij, & menſium veriſimilis deſcriptio variis ex formis eligitur. D

Caput X.

Sed ne Scepticorum more dubia in quæſtione ſic aſſenſum omnem cohibeamus, nihil vt à nobis præter hæſitationem Lector auferat; ac ne, tanquam in ciuili tumultu & ſeditione, committamus illud, quod Solonis lege vetitum accepimus, neutras vt partes ſequamur; exponam hoc capite, quid expenſis omnibus veriſimilius exiſtimem, ſi prius conflictum ipſum ſententiarum, eiúſque cauſas paulo accuratiùs expendero. Illud vero ante omnia, quod in controuerſiam adduci meritò poſſe duximus, remittendum eſt; in Diluuij deſcriptione, Moſem ea menſium forma vti voluiſſe, quæ illorum propria temporum fuit, non quam ipſe deinceps inſtituit. Porro cùm nulla alia via liceat menſium quantitatem, annique formã ſubodorari, quàm CL diebus, qui inundationi tribuuntur, cum ſuperiori, & inſequenti menſe comparandis,

A randis, ac certa ratione partiendis, quatuor illis ex cauſis, quas ſuperioris capitis initio propoſuimus, multiplex opinionum varietas conſurgit. Aut enim Hebræorum, aut Latinorum, aut Græcorum lectionem amplectimur. (Latinos enim ac Græcos nonnihil à ſe inuicem diſcrepare ſcimus, quod illi Diluuium ſecundi menſis die XVII cum Hebræis iniiſſe ſentiunt; Græci XXVII.) Rurſus aut XL dies perpetuorum imbrium à CL ſeparamus, aut iis ipſis includimus. Item menſes aut Lunares ſunt, id eſt alternis pleni ac caui; aut æquabiles. Ad hæc menſis ſeptimus, in quo aquæ minui cœptæ ſunt, aut ab anni principio, primóque menſe ſeptimus appellatur, aut ab initio Diluuij. Totidem de cauſis variæ Diluuij explicandi rationes oriuntur, quæ ad XXIV plus minus reuocari poſſunt. Earum porro dimidia ferè pars ob id reiicienda, & abſurda cenſetur, quòd aquarum imminutio poſteriùs incidat, quàm arca ſuper montes Armeniæ reſederit. Quippe poſt CL dies, ait Moſes, aquæ minui cœperunt: arca verò ſeptimi menſis die vel XVII, vel XXVII requieuit. Vt autem diligentia noſtra hac in parte lectori probetur, breuiter illa varietatis capita perſtringam.

B Igitur ſi Hebræos codices ſequimur, qui & pluuias XVII die ſecundi menſis iniiſſe volunt, & XVII die ſeptimi aquas decreuiſſe: menſes aut lunares erunt, aut æquabiles, ac tricenarij: vtrobique verò ſeptimus menſis aut ab initio pluuiæ cadentis, aut ab anni epocha ſumitur. Denique XL dies pluuiæ aut cum ſequentibus CL permiſcentur, aut ab iis ſeparatim numerantur.

Si Lunares menſes fuiſſe placeat; quadripartita ratio naſcitur. Prima; vt & ſeptimus menſis ab ineunte pluuia deducatur, & XL dies pluuiæ ſeiungantur ab reliquis. Ita enim cùm ab imbrium exordio ad aquarum decrementum, XL & CL, id eſt CXC dies intercedant: ad arcæ verò quietem, CXCIV. (ſiquidem lunares menſes VI dies colligunt CLXXVII; quibus additi XVII, conficiunt CXCIV) manifeſtum eſt quatuor totis diebus, antequam arca ſederet, aquas minui cœpiſſe. Prima ratio.

Secunda: ſi ſeptimo perinde menſe ab imbrium initio numerato, XL pluuiæ dies ſequentibus CL contineantur. Nam hoc modo ab initio pluuiæ ad aquarum imminutionem dies erunt CL. cùm autem ad arcæ quietem CXCIV putentur, quadraginta quatuor diebus antè decreuit aqua, quàm in montibus arca ſubſiſteret. II.

C Sin menſis ſeptimus ab anni ipſius epocha ſumatur, totidem modis explicari res poterit.

Tertia itaque ratio eſt, vt XL dies ſeorſim numerentur. Quo pacto quoniam ab anni primordio ad quietem arcæ, id eſt diem XVII menſis ſeptimi, dies interiecti ſunt CXCIV; ab eodem verò anni initio ad aquarum decrementum dies CCXXXVI; hoc eſt XLVI ante pluuiam: & ab huius exordio CXC, neceſſe eſt diebus, antequam aquæ decreſcerent, XLII arcam ſubſediſſe. III.

Quarta denique; ſi dies XL cum reliquis CL confundantur: tùm & aquæ poſt CXCVI dies ab anni epocha minui cœperunt, & biduo antequam decreſcerent, arca requieuit. IV.

Vt autem æquabiles & tricenarij menſes conſtituantur, quadrifariam itidem totum iſtud negotium explicabitur.

D Primò enim ſeptimus menſis ab initio imbrium numerabitur, & XL dies ſeparatim cenſebuntur: atque ita cùm ab anni epocha ad XVII diem ſeptimi menſis, dies interiecti ſint XLVI, & CXCVII, hoc eſt CCLXIII: ad aquarum verò decrementum, CCXXXVI: aqua diebus ſeptem antè decreuit, quàm arca requieſceret. V.

Secunda ratio; ſi ſeptimus menſis ab ineunte pluuia numeretur, & XL dies cum CL miſceantur; fiunt ad XVII diem menſis ſeptimi ab anni epocha dies CCXLIII; ad aquarum verò deminutionem dies CXCVI. Ideo quadraginta ſeptem diebus ante arcæ quietem aquæ decreſcere cœperunt. VI.

Tertiò; ſeptimus menſis ab anni primordio putatur. qua ratione quadraginta diebus à CL ſeiunctis; colliguntur ab anni epocha ad XVII diem menſis ſeptimi, dies CXCVII; ad aquarum verò decrementum, dies CCXXXVI. Proinde quieuit arca, priuſquam aquæ decreſcerent, diebus XXXIX. VII.

Quartò denique, ſeptimus menſis ab anni principio nominatur; & XL dies in VIII.

cl comprehenduntur. Inde & ab initio anni ad arcæ quietem dies conſurgunt cxcvii, & ad aquarum imminutionem cxcvi. Altero ergo die poſtquam minui aquæ cœperunt, arca reſedit. A

Iam ex Latinorum ratiociniis totidem interpretationum diuortia naſcuntur. Ac primùm Lunares menſes; pòſt æquabiles ad hiſtoriam applicabimus.

IX. Quocirca lunaribus conſtitutis menſibus; ſi ſeptimus menſis ab initio duntaxat pluuiæ numeretur; & quadraginta dies ſeparentur: cùm ab anni Neomenia ad xxvii menſis ſeptimi dies intercedant ccl. (Nam ſex lunares menſes dies ſunt clxxvii, quibus additi xxvii conficiunt cciv, qui cum xlvi coniuncti, qui pluuiam anteceſſerunt, dant ccl dies) ab eodem verò anni initio ad aquæ diminutionem, dies ſint ccxxxvi: ſequitur quatuordecim diebus ante minui cœptas aquas, quàm arca ſubſederit.

X. Secunda ratio & menſem ab initio pluuiarum ſeptimum nominat, & xl dies partem illorum cl conſtituit. Quo fit vt à primi menſis Neomenia ad xxvii diem ſeptimi menſis dies interiecti ſint ccl, quando arca requieuit. ad id verò temporis, quo decreſcere aquæ cœperunt, dies cxcvi. Proinde diebus ante quietem arcæ liv, aquæ decreuerunt. B

XI. Tertiò ſumatur ab anni exordio menſis ſeptimus, & xl dies cum cl iungantur. Fient ad xxvii menſis ab anni primordio, dies cciv. Decreuerunt aquæ poſt cxcvi dies ab eadem epocha. Priùs ergo diebus octo diminui cœpit aqua, quàm arca reſideret.

XII. Quartò menſis ſeptimus ab anni epocha numeretur, & xl pluuiæ dies à cl ſeparentur; dies confient ab exordio anni ad arcæ quietem, vti priùs, cciv. ad aquarum verò diminutionem, ccxxxvi. Igitur antequam aquæ decreſcere cœperint, arca reſedit diebus ferme xxxii.

Quòd ſi menſes æquabiles ad Latinorum calculos accommodemus, quadripartita perinde ratio conſurget.

XIII. Prima ſeptimum menſem à pluuiarum principio repetit, & xl dies ſecernit. Colliguntur ergo ab initio anni ad xxvii diem menſis, quo in montibus arca ſubſtitit, dies ccliii; ad aquarum verò decrementum ccxxxvi. Interuallum ab aquarum imminutione ad arcæ quietem, dierum xvii. C

XIV. Secundò, ſi menſis ſeptimus à pluuiarum epocha ſumatur, & xl dies in ſequentibus includantur, erunt ad quietem arcæ ab ineunte anno dies ccliii: ad eum verò diem quo decreſcere cœperunt aquæ, cxcvi. Ergo diebus ante quietem arcæ quinquaginta ſeptem, aquæ decreſcere cœperunt.

XV. Tertiò, ſeptimus menſis ab exordio anni repetatur; ſi xl dies extra cl computentur, fient ad arcæ quietem dies à Neomenia primi menſis ccvii. aquæ porrò minui cœperunt poſt ccxxxvi dies ab eodem anni principio. Igitur diebus xxix ante deminutionem aquarum arca ſubſedit.

XVI. Quartò denique menſis ſeptimus ab anni primordio numeratur, & xl dies pluuiæ cum cl miſcentur. Hoc modo dies ab anni initio ad arcæ quietem ſunt ccvii: ad aquarum decrementum, cxcvi. Vndecim ergo diebus antequam arca reſideret, aquæ minui cœperunt.

Poſtremò ſi lxx Interpretum lectionem amplectimur, ſecundum quam pluuiæ à xxvii die ſecundi menſis ineunt, & xxvii die menſis ſeptimi arca conſtitit, octo perinde modis per lunares, & æquabiles menſes deduci res poterit. D

XVII. Nam ſi lunaribus vtare, prima ratio eſt, vt ſeptimum menſem ab initio Diluuij repetas, & xl dies ab reliquis ſepares: fient ab exordio anni ad aquarum imminutionem ccxlvi dies. Iam ab eadem anni epocha dies ad arcæ quietem colliges cclx. Ita xiv diebus ante quietem arcæ decreſcere aqua cœpit.

XVIII. Secundò menſis ſeptimus ab initio Diluuij ſumitur, & xl dies in reliquis continentur. Colliguntur ab anni principio ad Arcæ quietem dies cclx: ad aquarum verò diminutionem ccvi. Ergo antequam arca quieſceret, diebus liv aquæ decreſcere cœperunt.

XIX. Tertiò ſeptimus menſis ab ineunte anno numeretur, & xl dies ſeiungantur ab cæteris, confient ab initio anni ad xxvii menſis ſeptimi, quo quieuit arca; dies cciv: ad aquarum verò reciprocationem dies ccxlvi. In-

A teruallum ab arcæ quiete ad aquarum decrementum dies XLII.

Quartò, ſi ſeptimus menſis ab initio anni ducatur, & XL dies includantur in CL, fient ad arcæ quietem dies CCIV; ad aquarum decrementum ab eâdem epocha anni, dies CCVI. biduo igitur antequam aquæ decreſcerent, arca requieuit. XX.

Ad extremum ſi æquabiles menſes adhibeas, totidem modis hiſtoriam Diluuij declarare licebit.

Primùm, ſeptimus menſis ab ineunte pluuia numeretur, & XL dies ante CL decurrant. conſurgunt ab epocha anni ad XXVII menſis ſeptimi, dies CCLXIII; ad aquas imminui cœptas, dies CCXLVI. Ergo ante XVII dies quam arca ſubſideret, aquæ minui cœperant. XXI.

Secundò, ſeptimum menſem ab eiuſdem exordio pluuiæ putemus, & XL dies cum CL miſceamus; erunt ad arcæ quietem ab anni primordio, dies CCLXIII; & ad aquarum imminutionem, CCVI. Itaque diebus LVII priùs aquæ decreuerunt, quàm arca reſideret. XXII.

B Tertiò; ſi ſeptimus menſis ab anni epocha deducatur, & XL dies ſeparentur; fient ad arcæ quietem dies CCVII; ad aquarum verò decrementum ab anno ineunte dies CCXLVI. Igitur arca antè ſubſtitit, quàm aquæ decederent, diebus XXXIX. XXIII.

Quartò, ſeptimus menſis ab initio anni numeretur, & XL dies cum CL iungantur; erunt, vti priùs, dies CCVII ad quietem arcæ; dies autem ad imminutas aquas, CCVI. Quare vno die anteà decreuerint aquæ, quàm arca ſubſideret. XXIV.

His omnibus modis Diluuij tempus digeri enarraríque poteſt. Quanquam vt æquabiles menſes vſurpemus, paruum triplici in editione diſcrimen erit. Sed ex variis illis rationibus complures abſurdæ ſunt. nimirum illæ, quæ aut arcæ quietem poſteriorem aquarum decremento faciunt. Hoc enim priùs accidiſſe, & ratio ipſa, & ſcriptura conuincit. Deinde quæ pluſculum dierum ab eo tempore, quo diminui aquæ cœperunt, ad arcæ quietem computant. Atque vt tandem in re tam incerta probabile aliquid ſtatuatur.

C Imprimis quod ad menſem ſeptimũ, alióſque ordinales attinet, exiſtimo non ab exordio pluuiæ, ſed ab anni capite, ſiue menſe primo, computari. Alioqui impeditè nimium, & perplexè Moſes narrationem ſuam inſtituiſſet; ſi eoſdem numerales ordines modò ab anni principio, modò ab ineunte Diluuio arceſſeret. Nonne menſis ſecundus, cuius XVII die pluere cœpit, & menſis primus, ac ſecundus anni ſequentis ab epocha anni, non aliunde ſumuntur? Ergo & menſis ſeptimus, ac decimus interiecti, ab anni capite, non à Diluuio, pluuiáve numerantur. Sed vtrum annorum, qui in Moſis deſcriptione memorantur, initium illud ipſum ſit, à quo ciuiles tum inchoabantur anni, nempe ab Autumno; an cùm anni vitæ Noë recenſeantur; primus, ſecundus, ſeptimus, decimúſque menſes à Noëmi Natali putentur, dubium videtur. Ac Perrerio placet menſes illos à Noëmi natiuitate nuncupari. Nam cùm Moſes annum ſexcenteſimum, & ſexcenteſimum alterum vitæ vtriq; Noëmi percenſeat, conſentaneum eſt, vt menſis primus, ſecundus, ac reliqui ab eadem epocha proficiſcantur. Verùm ego menſium ordinem ab anni ciuilis capite libentiùs deduxerim; in quo maiorem Scriptorum partem conſentire video. nec illud abſurdum, aut inuſitatum iudico, annorum caput aliunde, quàm menſium putari. Hoc enim ſæpiùs ab Hiſtoricis vſurpatur. Qua in re duo ſunt diligenter obſeruanda: Alterum; Scripturam ipſam, adeóque Hiſtoricos cæteros, cùm annos Regis alicuius, aut alterius cuiuſlibet numerant, nonnunquam illorum primordium non ab eo menſe, vel die, quo natus eſt, aut imperium iniit, petere ſolitos; ſed ab anni ciuilis initio. Quo fit vt cum Natalis illorum tam vitæ, quàm regni dies in labentem incumbat annum, & vertente anno ciuili, nondum ad alterius anni principum iſtorum metas peruentum ſit; nihilominus cum nouo ciuilis anni principio, nouus perinde illorum annus numeretur. Quæ res infinitis exemplis adſtrui poteſt. Ita Ioſephus, & Chriſtiani permulti Tiberij annos ab eo capite numerant, quod ei anno, quem ſequebantur, congruit; nempe à Niſan, aut à Ianuario, non autem à Septembri, quo imperium adiit. Quod idem & in aliis Imperatoribus, ac Regibus paſſim oſtendimus in Animaduerſionibus ad Epiphanium, & exempla deinceps occurrent. Ex quo pro-

Caput anni Diluuij.

D

babiliter coniici poteſt, Moyſem annum ſexenteſimũ Noëmi non abruptè ab anni ciuilis ea parte computaſſe, in quam natalis eius incideret; ſed redeũte noui anni ciuilis capite, nouum vitæ illius annorum initium cepiſſe. Exempli cauſa, Noë anno ab orbe cõdito 1655, menſe ſexto vel ſeptimo annum vitæ ſuæ quingẽteſimũ nonageſimum nonum inchoarit: hunc ipſum à primo menſe anni 1655 Moyſes putare cœpit. Ideo anno ineunte 1956 annus ſexcẽteſimus numerari cœptus, tametſi nondum eum Noëmus attigiſſet. Aut, niſi iſtud placet, fingamus anno 1655 labente Noëmum ſexcenteſimum vitæ annum attigiſſe: anno 1656 ineunte, Moyſes eundem ſexcenteſimum vitæ Noëmi pertexuit: non quod anni caput idem & ſexcenteſimi illius eſſe vellet; ſed quod ciuili anno incipiente, ſexcenteſimus adhuc iſte decurreret. Alterum in ea re obſeruandum eſt; ſi verum eſt, quod ſuſpicatur Scaliger; menſium nomina ciuilium nulla per illud tempus propria fuiſſe; ſed primum, ſecundum, tertium, & ita reliquos appellatos; hoc ipſum ad coniecturam noſtram firmandam valdè pertinere. Cùm enim Moyſes dicit anno ſexcenteſimo vitæ Noë Diluuium accidiſſe; tum menſe ſecundo, ſeptimo, decimo, hæc & illa contigiſſe; vocabula iſta loco propriorum nominum accipienda ſunt; perinde ac ſi quis diceret, Tiberij anno xv, Ianuario menſe Chriſtum eſſe baptizatum. Nam ſi Romani nullas alias menſibus ſuis appellationes tribuerent, quàm vt Ianuario primum; inde ſecundum, tertium, & ita reliquos nominarent; tum quiſpiam ita conciperet, anno Tiberij xv, menſe primo, Chriſtum eſſe baptizatum, nemo primum menſem alium, quàm ciuilis anni principem intelligeret. His duobus fretus argumentis, perſuaſum habeo, menſium ordinem in Diluuij narratione ab anni ciuilis exordio eſſe repetitum. Ex quo & altera controuerſiæ pars deciditur; vtrum xl pluuiæ dies à cl ſecernendi ſint. Nam in iſtis includi perſpicuum eſt; cùm ſiue lunares, ſiue tricenarios menſes adhibeas, non aliter ratiocinia tua explicare poſſis, quàm ſi ab decimaſeptima die menſis ſecundi ad xvii, vel xxvii ſeptimi cl dies, non plures computes. Eadem enim ratio poſt appellationes ſecundi menſis, & ſeptimi; idem vtriuſque caput. Quocirca ſi xl dies à cl diſtinguas, & dies cxc ab initio Diluuij ad xvii menſis ſeptimi numeres, immanis erit ſingulorum menſium modus, ac dierum amplius xxxvi. quod eſt abſurdum.

Vtrum 40. dies pluuiæ in 150 contineantur.

Nactus ſum tamen, qui hæc alia quadam ratione diſputaret; & Hebræos affirmaret annum ſimplicem dierum ccclx definiſſe, quinque autem appendices ſexto quoque anno, cùm ſcilicet collecti iam eſſent xxx dies, intercalaſſe, ſextum inter & ſeptimum: ita vt bis ſeptimus numeraretur. Vnde qui ſeptimus à Moyſe vocatur, is reuera octauus erat; ſed qui ipſum anteceſſerat, extra ordinem inſertus fuerat. Quam ego ſententiam magis non probare poſſum, quàm certis argumentis refellere.

Cæterùm ex tribus editionibus, Hebraica, Græca, Latina, quamcumque delegeris, potes è ſuperioribus probabilem aliquam rationem excerpere, quæ ad lunares, aut æquabiles menſes conueniat. Nobis in Hebraica lectione, ſiue lunaribus vtare menſibus, quartus modus imprimis probatur. ſecundum quem biduo antè decreſcere aqua cœpit, quam arca ſubſideret. Siue æquabiles menſes aſſumere malis, quartus itidem explicandi modus perplacet: in quo altero die, quàm aquæ diminui cœperunt, arca requieuit. In Latina perinde in lunaribus, & æquabilibus menſibus, poſtremæ rationes reliquis anteponendæ ſunt. Quod ad lxx ſeniores attinet, ſi lunares menſes accommodes, vix vlla probabilis via reperiri poteſt. Quæ enim omnium maximè conſentanea videri poteſt, quarta, iccirco eam minus amplectimur, quod arcam requieuiſſe priùs admittat, quàm aquæ decreſcerent. Hoc autem minùs ad Scripturæ mentem facit. In æquabilibus menſibus, quartus itidem modus aſciſcendus eſt.

A

De anni, in quem Diluuium incidit, characterе Chronologico.

CAPVT XI.

TAMETSI vtra vtri ſit anteponenda lectio, Latina, an Hebraica, di-
ſceptare nolimus. (Septuaginta enim Interpretes cõſultò prętermitti-
mus) nihilominus vt ne dubij, incertíque pendeamus, ad Hebraicam
fidem, quæ prima nobis occurrit, calculos noſtros accommodabimus.
Eos verò poſteà facillimum erit ad Latinorum rationes applicare.

Conſtitutum eſt in ſuperioribus, anni formam per illud tempus ad ſolarem mo-
dum directam tricenariis menſibus cum appendicibus conſtitiſſe. Quam cùm an-
tiquiſſimi populi, vt Ægyptij, quondam tenuerint; probabile viſum eſt, eandem
apud Patriarchas illos extitiſſe; niſi quòd vagam & ſolutam anni licentiam, ac
B Neomeniæ anticipationem minùs credimus ad illorum inſtitutum facere. Ideò
caput anni ciuilis ab autumno deducimus. Etſi verò penitùs eſt ignotum, vtrum
in eâdem epochâ, à qua primum annum mundi cœpiſſe volumus, ſub Diluuij quo-
que tempus hæſerit; id eſt eodem in Iuliano die, qui fortaſſe fuit Octobris XXVI.
(Potuit enim iuſto maior eſſe modus anni ciuilis, vt κατὰ μετέμπτωσιν labem contra-
xerit; aut caſtigatione aliqua ad Libræ caput, quod κατὰ προήγησιν retroactum fuerat,
εἰς τὰ προηγούμενα ſummoueri.) nos tamen methodi gratia fingemus ab Noë Pa-
triarcha, vel alio quolibet, anni ciuilis labem ſub Diluuij tempus emendatam eſſe;
ita vt primi menſis Neomenia ad initium Libræ reuocata fuerit. Ac Solis in Li-
bram progreſſum ex tabularũ noſtrarũ regula metiemur: quamuis exploratum eſſe
nequeat, ecquid temporibus iſtis modus ille anni congrueret. Secundum hæc re-
petendum eſt animo, quod ſuprà Cap. VII definitum eſt, annum primum mundi
cœpiſſe Periodi Iulianæ anno 730, Octobris circiter XXVI; verùm quia maiori ſui
parte cum 731 concurrit, & Periodi Iulianæ annos à Kalendis Ianuarij ordimur,
C indidémque & annos mundi putare ſolemus, idcirco nos primum annum mundi
ex a. d. Kalend. Ianuar. anni Periodi Iulianæ 731 auſpicamur, ac perpetua metho-
do iubemus ad annos mundi 730 adiici, vt Periodi Iulianæ annos inueſtigemus.
Itaque annus mundi 1656, cuius menſe ſecundo Diluuium iniit, ex Kalendis Ia-
nuariis anni Periodi Iulianæ 2386 numeratur, etſi reuera ab Octobri anteceden-
tis anni 2385 cœperit. Ideo ab hoc anno characteriſmi noſtri deriuandi ſunt.

Anno ergo mundi 1656 ineunte, Periodi Iulianæ 2385 ex Pariſinis tabulis Sol Li-
bram ingreſſus eſt, motu medio Octobris X, hora 22, ſiue Octobris XI. At motu
vero, Octobris IX horis 22, 0, à media nocte, hoc eſt Octobris X, more Aſtronomi-
co. Conſtituatur ergo in Octobris X caput anni ciuilis, quod Zygonos Neomenia
concurrat in parapegmate cœleſtis anni. Nouilunium Tiſri anno illo fuit Septem-
bris XV, cuius character 6, 13, 707, anno Iudaico 1433 embolimæo, cyclo Solis Ro-
mano V, litera Dominicalis B A. Ideo Neomenia Tiſri feria VI. Tiſri XXVI dies
cadit in X Octobris feria tertia, cyclo Lunæ Romano X. προήγησις lunaris ab hoc
tempore ad Nicænum ſæculum ſeptem dies ſolidos prætergreſſa, in octauum no-
D uilunia contulit. In anno Ægyptiaco, quem προληπτικῶς extendimus, Neomenia
Thoth contigit Martij XXVII, feria III. Proinde Octobris X fuit Phamenoth XVII,
feriâ III. Poſſumus hîc & aliarum Periodorum annos applicare, quarum Scaliger
meminit, niſi commentitiæ eſſent omnes, à nobíſque refutatæ. Omnium verò
maximè Chaldaica; quæ ſi vera eſſet, præ cæteris ad illa tempora foret adhibenda.
Sed quanti ea facienda ſit, oſtendimus in Libro tertio. Quòd ſi, vt in Ægyptiacis
annis inſtituimus, Perſicos inſuper ad illud tempus accommodare placeat, ſic ha-
beto. Quoniam, vt Libro III demonſtratum eſt, Periodis magnis canicularibus,
annorum Iulianorum 1460, vſi ſunt Perſæ, atque anno Chriſti CCCXXV, noua Pe-
riodus inchoata eſt, Iſaaco Monacho teſte; à quo tempore ad æram Iezde-
girdis anni ſolidi completi ſunt CCCVII: ita vt trecenteſimus octauus inie-
rit anno Chriſti DCXXXII, quo anno Alphrurdin, qui primus apud Perſas men-
ſis eſt, incidit in Iunij XVI; quem diem anno Chriſti DCXXIX ingreſſus eſt: ex
eo ſequitur anno Chriſti CCCXXV Phrurdin Auguſti XXXI cœpiſſe, anno Periodi

Iulianæ 5038, ab eáque epocha caniculares Periodos inchoari. Vnde ſi retrò numeres, & Periodos caniculares duas, videlicet annos 2920 deducas de annis 5037, inuenies anno Periodi Iulianæ 2118 nouam iniiſſe Periodum, cuius annus cclxviii cœpit anno Periodi Iulianæ 2385, quo Diluuium inchoatum eſt. Quo quidem anno Neomenia Phrurdin Iunij xxvi competebat, in quo iam triennium exegerat. Siquidem anni cclxviii biſextiles dies conficiunt 67, qui à xxxi Augusti retro putati deſinunt in xxvi Iunij. Quare Octobris x, quæ eſt Neomenia anni Patriarchici, conuenit dies xvii Thir. A

Igitur Nouembris xxviii decima ſeptima die menſis ſecundi, Diluuium iniit, feria vi, Chaſleu xvi, Pachon vi. Menſe ſeptimo, die xvii, aquæ decreuerunt; hoc eſt Aprilis xxvii, anno Periodi Iulianæ 2386, cyclo Solis vi, litera Dominicalis G, feria vi; Niſan Iudaici xviii: cuius character 3, 6, 858, Aprilis x, feria III: Paophi I. montium cacumina apparere cœperunt Neomenia menſis decimi. Fuit hæc Iulij dies x, feria III; Thamuz iv, Choiac xv. Quadrageſimo pòſt die coruus emittitur, nempe menſis vndecimi die circiter x, Auguſti xviii. Sequens annus mundi 1657, iniit Octobris x, feria v, Tiſri xi; cuius character 5, 21, 589, B quinto Octobris, feria vi, propter naturalem tranſlationem: Phamenoth xx. quo die Noë terram exaruiſſe deprehendit, poſtquam arcam retexit. Die viii Decembris, qui fuit viceſimus octauus menſis ſecundi, Pachon xvi, Chaſleu vi, feria v, Noë Soteria celebrauit.

De Aſſyriorum Imperij epocha. Scaligeri in Aſſyriorum primordiis error exponitur ac refellitur.

Capvt XII.

Præter inſignes illos temporum titulos, de quibus hoc in Libro diſputauit Scaliger, multos alios, quos ille prætermiſit, quóſque in Animaduerſionibus Euſebianis, & in Iſagogicis Canonibus attigit, intexemus, ne quid Chronologiæ ſtudioſi deſiderent: néve pars vl- C la Scaligerianæ doctrinæ eâdem contagione falſitatis infecta animaduerſionem noſtram effugiat. Ac de Aſſyriorum Imperij primordiis adeò abſurdè ſcripſit, reliquos vt omnes errores hic ſuperet vnus, & longo interuallo relinquat. Quod cùm in Animaduerſionibus ad Epiphanium liquidò monſtrauerimus, hoc loco propter & argumenti ipſius opportunitatem, & tractationis ſeriem, repetendum, vberiúſque diſputandum eſt.

Quoniam igitur multùm à ſe veteres Chronologos in Aſſyriorum annis diſcrepare ſentiebat Scaliger; & ab aliis mille ac trecentos imputari; ab aliis quadringentos, aut eo amplius octoginta, ſupra mille; (quod Africanus in fragmentis Euſebianis apud Scaligerum amplectitur) non dubitauit ille poſtremam hanc Africani ſententiam ſequi, ac reliquas omnes inſectari: præſertim eam, quam in Chronicis Euſebius Cæſarienſis expoſuit. Quocirca ſuum illum Euſebium paſſim redarguit, & obtorto collo in iudicium rapit, quaſi mala fide, & vt ad opinionem ſuam Aſſyriorum Faſtos nolentes, inuitóſque traheret, quoſdam ex albo regum D Aſſyriorum expunxerit. Caput ergo accuſationis iſtud eſt; Euſebium ex Africano Regum illorum ſeriem, & annorum interualla deſcripſiſſe: ac proinde illius à veſtigiis, & authoritate deſciſcere minimè debuiſſe. De hac expoſtulatione Scaligeri dicemus paulò pòſt, ſi prius abſurdiſſimam, quam dixi, eiuſdem opinionem explicauerimus. Ea porrò tam in Animaduerſionibus Euſebianis pag. 14, quàm Libro II Iſagog. Canon. pag. 118, & 131, nec non tertio Libro pag. 247, & deinceps; ac denique pag. 281 continetur. Quibus omnibus ex locis conſtat, Belum Aſſyrij regni fundatorem iniiſſe anno Periodi Iulianæ 2357, mundi 1594. Semiramidis verò decimum octauum annum incidere in annum Periodi Iulianæ 2481. Denique Sardanapali necem, & Aſſyriorum finem anno Periodi Iulianæ 3840, mundi 3077 conuenire. Medos verò anno ſequenti rerum potitos.

Atqui ex hac annorum putatione error ille ſequitur; Aſſyriorum primordia

A pluribus annis Diluuium anteceſſiſſe. Quippe mundum anno Periodi Iulianæ 764 conditum eſſe, Scaligeri ſententia eſt. Natalem verò Chriſti vulgarem conii-cit in annum eiuſdem Periodi 4713, mundi 3950. Diluuium porrò accidiſſe mundi anni 1657, Periodi Iulianæ 2420. Cùm igitur Belum anno Per. Iul. 2357, mundi 1594 iniiſſe velit: anno ſexageſimo quarto ante Diluuium cœperit oportet. Item ab anno mundi 1657, quo Diluuium contigit, ad Sardanapali necem, qui eſt annus mundi 3077, anni ſunt 1420; Aſſyrij verò annis 1484 imperarunt. Deſunt itaque anni 64, quibus Diluuium anteceſſerunt. Neque verò poſtulatitij ac proleptici temporis methodo excuſari poteſt Scaliger; vt ita dicatur; non ex ſententia ſua, aut quod tanto ante Diluuium accidiſſe iſta crederet, epochas illas deſignaſſe. Nam Lib. II Iſagog. Canon. pag. 118. & Lib. III, pag. 274, tempus Prolepticum ab Hiſtorico diſtinguit, & primam hiſtorici temporis epocham ſtatuit mundi conditum, anno Periodi Iulianæ 764. Quemadmodum ergo mundum reuera putat Scaliger anno 764 à Deo procreatum, Diluuium autem anno 2420 in-
B cidiſſe, ac reliquæ deinceps epochæ tanquam veræ, & hiſtoricæ ponuntur: ita Beli, & Aſſyriorum epocha, quæ inter illas deſcribitur, perinde ab eodem hiſtorica cenſetur. Præterea annum XVIII Semiramidis confert in annum Periodi Iulianæ 2481, à quo Babyloniorum æram ex Medorum Tabulariis deducit: idque rationi magis eſſe conſentaneum aſſerit, pag. 281, quàm quod Cteſias prodidit, ab anno primo Nini propagari. Cùm igitur ante Semiramidem Belus annos LV, Ninus LII regnarint, vt Scaligero placet: additis Semiramidis XVII, anni fient CXXIV, qui de 2480 deducti, relinquunt epocham Aſſyriorum anno Periodi Iulianæ 2357. Semiramis porrò anno poſt Diluuium XLIII cœpit. Ninus ante Diluuium annis plus minus IX. Poſtremò quid attinebat Euſebium, cæteróſque Chronologos tam vehementer inſequi, quod falſis illis Africani rationibus relictis, probabilem aliquam, & ab abſurditate remotam temporum putationẽ inſtituiſſent? Cur, inquam, reprehenditur Euſebius, quod minus ſpatium Aſſyriorum Imperio tribuerit, ex quo intra Diluuij epocham, & Phaleci ortum illorum primordia continentur?
C Si vera eſt Africani ſupputatio, Belus & Ninus ante Diluuium regnarunt. Sin, vt reuera eſt, falſa & προληπτικὴ iudicanda ſit, vera eſt & hiſtorica, quam Euſebius propoſuit. Malè igitur à Scaligero caſtigatur. malè in Animaduerſionibus pag. 24 dicit eandem aduerſus & authoritatem Scriptorum, & veri maieſtatem annos plures ex Africani calculo detraxiſſe. Quo enim iudicio vllum ante Diluuium iniiſſe regnum, indidémque ſine vlla interruptione propagatum exiſtimat? Hoc non modò falſum, ſed etiam Scripturæ authoritati contrarium eſt.

Sed quibus argumentis Euſebium oppugnet, videamus. Regum, inquit, Aſſyriorum ſeriem, ac tempora ex Africano mutuatus eſt. Africanus autem & XLI Reges, & annos 1484 numerat. Non rectè igitur Euſebius reges XXVII, annos autem circiter 1300 imputat; quod & Georgius Syncellus eidem obiicit. Verùm quis Euſebium cogebat, vt Africanum potiùs hac in re ſequeretur, quàm Diodorum, Cteſiam, hiſtoricóſque cæteros, qui totidem annos, hoc eſt 1300 ferè tribuebant? Diodorus ecce, cuius locum citant Euſebiani Chronici fragmenta pag. 20, Sardanapalum à Nino quintum ac triceſimum recenſet. Addito Belo, fient XXXVI.

Euſebius cõtra Scaligerum defenditur.

D Annis verò 1300 regnatum ab Aſſyriis Iuſtinus author eſt. Quamobrem alios authores, quàm Africanum, & haud paulò fide digniores adhibuit Euſebius. Quanquam impunè, tam hic, quàm Græci omnes Africani ratiocinia ſequi potuerunt, incommodo illo vitato, in quod Scaligeri Chronologia delapſa eſt. Siquidem Diluuium inter & Abraami ortum laxius interuallum à Græcis ſtatuitur, quod Aſſyriorum προχρονισμοὺς illos exhauriat, ſic vt ante Diluuium nequaquam excurrant: imò verò longè pòſt diſſipatum per terras genus humanum incidant. quod ita factum eſſe, ratio & Scripturæ authoritas conuincit. A Latinorum verò ψηφισμοῖς, præſertim Scaligeri, numerus Africani prorſus alienus, & abſonus eſt. Itaque verior eſt, quem Euſebius exponit, & à nobis, ac Chronologis omnibus amplectendus. Nihil hîc de anterioribus Chaldæorum, & Arabum epochis obiicimus Scaligero, quos ante Aſſyrios imperaſſe iiſdem ex Africani fontibus prodidit, eorúmque tempora dinumerauit. Quæ quidem planum eſt è ſuperioribus multò abſurdiora & intolerabiliora videri.

 A

Aſſyriorum epocha ſtabilitur, & certa ratione deprehenditur. Babylonicarum obſeruationum antiquitas è Simplicio.

Capvt XIII.

Pag. 26. ed. H. S. PEROBSCVRA ſunt ob antiquitatem Aſſyriorum exordia; & quamuis diuturnum hoc Imperium extitiſſe conſentiant omnes, de tempore tamen ipſo valdè diſſident. Herodotus Lib. I, Aſſyrios annis DXX ſuperiorem Aſiam obtinuiſſe refert. Diodorus Lib. II, ἡ μὲν οὖν ἡγεμονία τῶν Ἀσσυρίων ἀπὸ Νίνου διαμείνασα μὲν τριάκοντα γενεὰς, ἔτη δὲ πλείω τῶν χιλίων, καὶ τετρακοσίων, ὑπὸ Μήδων κατελύθη. Triginta generationes, annos verò ſupra MCCCC imputat Aſſyriis. Idem Libr. II, pag. 77, è Cteſia annos, ait perſeueraſſe MCCCLX. Sed ab aliquo perperam addita fuiſſe illa verba probabile eſt: ἔτι δὲ ἑξήκοντα. Neque enim ſatis apta eſt ſeries orationis πλείω τῶν χιλίων, καὶ τριακοσίων, ἔτι δὲ ἑξήκοντα. Quis non videt ab imperita manu eſſe hanc appendicem, eius qui excurrentem numerum importunè concepit, aut ad æram adnotauit: vnde poſteà in contextum à Librariis inculcatus eſt? In Euſebianis fragmentis à Scaligero concinnatis pag. 30, ex Diodoro non anni MCCCC, ſed ατ', id eſt MCCC numerantur. Quinetiam Clemens Alexandrinus I Stromat. totidem annos ex Diodoro, & Cteſia tribuit. Quibus etiam authoribus conſtat, vigeſimum ſextum à Nino fuiſſe Teutanem, qui aduerſus Græcos Troianis auxilia duce Memnone ſubmiſit, cùm iam ſupra annos mille Aſiæ dominarentur Aſſyrij. quod & ipſum de Teutanis & Troiani belli tēpore Cephalio celeberrimus Hiſtoricus approbat. qui quidem Teutanem viceſimum ſeptimum regem numerat: & à Semiramide ad Mitræum Teutanis anteceſſorem annos putat mille: cùm tamen ex Euſebij calculo octingenti circiter, & quinquaginta quinque conſurgant. Hæc in Euſebianis fragmentis. Iuſtinus Aſſyrios MCCC annis imperaſſe prodit; atque ita Cteſiam & Diodorum ſcripſiſſe veriſimile eſt. Africanus tamen, vti dictū eſt, annos MCCCCLXXXIV Aſſyriis arrogat, & à Belo ad Sardanapalum reges recenſet XLI: cùm Diodorus Lib. I Hiſtor. XXX ſolùm à Nino: in Collectaneis verò Euſebianis XXXV percenſeat ex Diodoro, & Cteſia. Euſebius vno amplius, nempe XXXVI. Ac Græci quidem fermè Ninum primum Aſſyriorum regem faciunt. Africanus & Euſebius Belum. Idem porrò Euſebius Chronico priore annos à Nino putat MCCXL. In poſteriore à XLIII Nini, quo natalem Abraami conſignat, annos MCXCVII. Additis XLII Nini prioribus, fiunt anni MCCXXXIX. In Græcis Scaligeri Collectaneis prioris Chronici, anni duntaxat à Nino MCCXXVIII conſurgunt ex regum collectis annis. A Belo MCCLXXXIII. Huic enim LV anni, vti & ab Africano, tribuuntur, cùm alibi LXV numerentur.

Quocirca nos cum Euſebio, Iuſtino, & Auguſtino XII de Ciuit. Cap. X, ac pleriſque veterum, Aſſyriorum regnum duraſſe credimus annos præter propter MCCC à Belo. Reges autem nonniſi XXXVII iiſdem authoribus percenſemus. Quòd ſi quis quatuor illos ab Africano memoratos, ab Euſebio prætermiſſos adiiciendos putet; ita demum aſſentiemur; ſi de ſingulorum regum ſpatiis ita detrahat, vt Euſebianam ſummam ὁμαδὸν ipſa non excedat: ſed intra MCCC annos vniuerſa conſiſtat. Neque enim vlterius prorogari ſine veritatis diſpendio poteſt. Supereſt vt conſtituto annorum interuallo, illius Imperij primordia certa ratione demonſtremus. Quod vt præſtare poſſimus, deligenda nobis eſt in Iuliana Periodo fixa aliqua, & ſtabilis epocha; de qua inter omnes conſtet; vbi fixo gradu tutò ad anteriora calculos noſtros extendimus. Ea, niſi fallor, erit Cyri ac Perſici regni primus annus, qui eſt conſenſu omnium Olympiadis LV primus. Nam ex omnibus Chronologiæ partibus, nulla certior eſt, neque maiore Scriptorum concordia firmata; vt Africanus apud Euſebium Libro X προπαρασκ. pag. 287 aſſerit. Quare cùm nemo id in controuerſiam adducat, hoc ipſo Chronologiæ noſtræ fundamento poſito, cætera, quæ ſunt obſcura, peruestigabimus. Sed illud non ſatis conſtat, vtrum cùm Cyrum dicimus anno primo LV Olympiadis iniiſſe, de eo anno Iuliano loquamur,

A quo cœpit Olympias, ſiue priore ſemeſtri, an de poſteriore. Sumamus id, quod ſuo loco demonſtrabitur, poſteriore anni primi ſemeſtri iacta eſſe Perſici regni primordia; eſt hic annus Iulianæ Periodi 4155, mundi 3425. Celebratus enim eſt Olympiacus agon anno 4154. Prætereà non minus inter authores conuenit Perſas Medis ſucceſſiſſe, Medos Aſſyriis. Medis annos alij tribuunt CCC, alij plures; pauciores Euſebius, de qua re poſteà. Vtut ſe res habet; quandoquidem epocha Cyri anno Periodi Iulianæ 4155 congruit, mundi 3425: Diluuium porrò anno Periodi Iulianæ 2386, mundi 1656; à Diluuio ad initium Cyri anni ſunt 1769. Intra hoc ſpatium conſiſtere neceſſe eſt imperia omnia, quæ Perſicum anteceſſerunt. Quin anguſtiore inſuper interuallo circunſcribendæ ſunt: quoniam ante linguarum diuiſionem, & ortum Phalegi, nemo antiqua illa regna conſtituta dixerit. Quare cùm Phaleg annis non minus centum poſt Diluuium ortus ſit, reliqui erunt 1669 anni, Aſſyriis, Mediſque præfiniti. Nos Cteſiam, & Diodorum ſecuti, Medis imputamus annos CCCXVII. qui de anno Periodi Iulianæ 4154 deducti,
B relinquunt annos 3837. Ideò Medorum & Arbacis initium collocamus in anno Periodi Iulianæ 3838, mundi 3108, centum annis ante primam Olympiadem. interuallum à Diluuio, anni 1452; à Phalegi ortu, 1352. Cúmque mille ac trecentis annis Aſſyriorum imperium definitum anteà ſit: conſequens eſt anno poſt Diluuium circiter 153 cœpiſſe, mundi 1809, Periodi Iulianæ 2539. Hoc eo libentiùs amplectimur, quo ſub ipſum Phalegi natalem non putamus turrim Babylonicam extructam fuiſſe, mortaléſque poſt linguarum diſſidia vbique diffuſos; ſed annis aliquot ab illius ortu. Tum verò quod vulgò perſuaſum eſſe video, Belum Nini patrem eundem eſſe, quem Moſes Nembrot appellat, non repudiamus. verùm Aſſur minimè credimus proprium Nini eſſe nomen; ſed gentilitium: ac vel populum Aſſyrium, vel regem ſignificare. quo ſenſu paſſim in ſacris literis vſurpari ſolet. Quamobrem de terra Sennaar egreſſus eſt Aſſur, id eſt Aſſyrius Ninus, qui Niniuem ædificauit.

Ex iis falſa illa conſtat eſſe, quæ de Chaldæorum, & Arabum imperiis, quæ ante
C Aſſyrium extiterint, Euſebius in Chronicis ex Africano commemorauit. quorum etiam rationem habuit Scaliger; vt eo nobis abſurdiorem Chronologiam pareret; in qua Beli & Aſſyriorum exordium ante Diluuium annis amplius ſexaginta contigit. Quibus ſi Chaldæos & Arabas illos adiungas, quibus ſupra ducentos annos ex Africano Scaliger aſſignat; vides quo demum res euaſura ſit, quantóque ante Diluuium tempore frequentari terrarum orbis regnis, atque imperiis cœperit. quæ ne communi quidem generis humani clade, & inundatione ſint extincta. Ne igitur in hæc abſurda reuoluamur, Arabum, Chaldæorúmque vetuſtiſſimas res illas, aut fictas & fabuloſas eſſe dicimus: aut iiſdem, quibus Aſſyrij florebant, temporibus extitiſſe. Quod idem & de Ægyptiorum Dynaſtiis, & originibus aſſerimus, quas in immenſum Africanus, & ex eo Scaliger, vltra generis humani non modò memoriam, ſed ortum ac primordium extendit.

Simplicius Comment. XLVI in librum II de Cælo, ſcribit Calliſthenem Ariſtotelis rogatu miſiſſe Babylone perſcriptas à Chaldæis antiquiſſimas obſeruationes
D annorum 1903 ad Alexandri Macedonis vſque tempora. Simplicij verba ſunt: διὰ τὸ μήπω τὰς ὑπὸ Καλλισθένους ἐκ Βαβυλῶνος πεμφθείσας παρατηρήσεις ἀφικέσθαι εἰς τὴν Ἑλλάδα, τοῦ Ἀριστοτέλους τοῦτο ἐπισκήψαντος αὐτῷ· ἅς τινας διηγεῖται ὁ Πορφύριος χιλίων ἐτῶν εἶναι, καὶ ἐνακοσίων τριῶν μέχρι τῶν χρόνων Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος σωζομένας. *Propterea quod nondum obſeruationes illæ cæleſtes, quas Ariſtotelis mandato Calliſthenes Babylone miſit, in Græciam peruenerant. quas quidem annorum fuiſſe mille nongentorum trium author eſt Porphyrius, ad Alexandri Macedonis vſque tempora ſeruatas.* Si de anno 4383, quo capta eſt ab Alexandro Babylon, deducantur anni 1903, reliqui erunt 2480, qui ſunt ab initio rerum anni 1751; à Diluuio 95. Sed ſi tanta fuit obſeruationum illarum antiquitas: neceſſe eſt Aſſyriorum regni primordia quaſdam ex illis anteceſſiſſe, ac generis humani diſperſione fuiſſe priores. quod ego non grauatè conceſſerim.

pag. 123.

 A

De Ægyptiorum Regum epocha.

CAPVT XV.

QVo in originibus ſuis vetuſtati mandandis audaciores fuerunt Ægyptij, quàm reliquæ nationes, eo fœdioribus mendaciis illorum eſt hiſtoria omnis adſperſa. Africanus ex Manethone Dynaſtias eorum XXXI recenſet, quibus annos imputat 5354. Harum Dynaſtiarum ſeriem fragmenta Euſebiana continent. Quam meritò repudiauit Euſebius, & in Chronicis alteram eſt amplexus, quæ ad annos mundi, & hiſtoricam veritatem eſſet aptior. Herodotus lib. II Ægyptiorum reges aliquot, eorúmque geſta percenſet; vt & Diodorus lib. I, qui ex Ægyptiorum fide memorat indigenas reges annis ampliùs MMMDCC in Ægypto regnaſſe. Sed ea gentis eſt fabuloſa vetuſtas. B nec minus cum veritate pugnant tot illæ Dynaſtiæ, quas ex Africano digeſſit Scaliger; in quo Euſebium fruſtra redarguit, quòd ab illa Dynaſtiarum ſerie deſciuerit.

Atqui Dynaſtias iſtas confictas, & ridiculas eſſe temporum longinquitas oſtendit. Porro qui Chronologiam, & verorum temporum hiſtoriam profitetur, Prolepticos illos, & poſtulatitios annos omittere debet, nec ante Diluuium; multo verò minus ante mundi conditum imperij vllius originem inchoare. quod ſine vllo iudicio fecit Scaliger.

Quamuis igitur Ægyptiacarum Dynaſtiarum incerta ſunt initia, coniecturæ tamen locus eſt, eas ſub idem tempus, quo Aſſyriorum regnum conditum eſt, exortas fuiſſe. Quocirca in poſtremis Dynaſtiis epocha aliqua conſideranda eſt, in qua ratiocinia noſtra figantur. Ea verò omnium aptiſſima eſt, Cambyſis annus quintus, quo Ægyptum in poteſtatem redegit, paulo poſt Amaſidis necem. Ad hoc enim tempus ſex & viginti Dynaſtias recenſet Africanus, quas annos expleſſe dicit 5159. De Cambyſis primordio poſtea diſputabitur. Et eſt illud cœleſtibus C obſeruationibus apud Ptolemæum longè munitiſſimum. Conuenit autem anno Periodi Iulianæ 4185. Annus ergo quintus eiuſdem eſt Periodi Iul. 4189, mundi 3459. A Diluuio ad hoc tempus anni fluxerunt 1803. Quo interuallo Dynaſtiarum coërcenda ſunt ſpatia. Sed detrahendi prius anni, qui Diluuium inter, & linguarum diuiſionem interiecti ſunt. Sunto illi, vt in Aſſyriorum imperio conſtituimus, 152: ſupererunt anni 1650, ab Ægyptiorum exordio ad Cambyſis annum quintum, Perſarúmque dominatum; per quos ſi lubet omnium, quæ apud Africanum leguntur, Dynaſtiarum ſeries diſpenſari poteſt. quod ego friuolum otioſúmque iudico. De Scaligeri in poſtremis Ægyptiis regibus hallucinatione, & inconſtantia dicetur alibi.

Sicyoniorum regum epocha.

CAPVT XVI. D

SICYON vrbs eſt in Peloponneſo Iſthmo & Corintho ſubiecta; in qua Græciæ totius antiquiſſimum regnum fuiſſe perhibetur. Meminit Pauſanias Corinthiacis, & regum ſeriem proponit, quæ apud Africanum, & Euſebium extat; ſed diuerſa nonnihil. Tamen vtrobique reges numerantur ſex & viginti. De annorum numero diſſentiunt authores. Caſtor in fragmentis Euſebianis, 959 imputat: quibus reges imperarunt. poſtea ſucceſſere Carnij Iouis ſacerdotes, annis tribus & triginta. Colliguntur anni 992. At Euſebius ipſe tribuit annos 967, regibus: ſacerdotibus, 33. Fiunt anni mille, quot Apollodorus definit. Rurſus Euſebius poſtremum Sicyoniorum regem facit Zeuxippum, cui ſacerdotes ſubiicit. Pauſanias poſt Zeuxippum numerat Hippolytum, quo regnante Sicyonios inuaſit Agamemnon. Addit & Laceſtadem

A ſtadem regem, ſub quo à Dorienſibus ſubacti ſunt Sicyonij. Verùm Euſebius Zeuxippi mortem, & Sicyonij regni finem confert in annum Abraami 889, annis poſt Troianum excidium LIV. Contigit enim Troiæ ἅλωσις anno Abraami 835. Difficilis eſt in tanta obſcuritate, & monimentorum inopia inueſtigatio veritatis. Sed ne penitus in dubio res iaceat, Sicyoniorum regno tribuimus annos mille;& ad Agamemnonem vſque eius ſpatium extendimus. Anno Per. Iul. 3530, mundi 2800, poſt Diluuium 1144, Troiæ ἅλωσις incidit. Regnauit Agamemnon annos XV. Decerpantur ex illis obſidioni decem;neceſſe eſt quinque primis annis Sicyonios expugnarit. Iniit Agamemnon anno circiter Per. Iul. 3514, mundi 2784, poſt Diluuium, 1128. Vt igitur eodem anno, quo regnum capeſſiuit Agamemnon, Sicyonios deuicerit, ac primi illi terminentur anni regum Sicyoniorum, videlicet 967: dicendum eſt, anno ferè poſt Diluuium CLXII Sicyonios cœpiſſe, poſt Aſſyriorum exordium annis fere XII, anno Periodi Iulianæ 2548, mundi 1818.

Sicyoniorum regum laterculum Operis in calce proponimus ex Euſebij, & B Pauſaniæ fide. qui cùm in aliis à ſe mutuò diſſident; tùm in eo præſertim, quod Polybo, qui viceſimus ordine cenſetur, Euſebius Ianiſcum ſucceſſorem dedit: Pauſanias Adraſtum. Nam Polybus Talao Argiuorum regi Biantis filio Lyſianaſſam filiam in matrimonium dedit: è qua natus videtur Adraſtus. Is Argis profugus cùm Sicyonem veniſſet ad Polybum, eidem mortuo ſucceſſit. Poſtea tamen Argos reuerſus eſt:& Ianiſcus ex Attica profectus Sicyone regnauit. At Euſebius Polybo Ianiſcum: huic Phæſtum: Phæſto Adraſtum ſubtexuit. Et videtur Euſebianus calculus temporum rationi conſentaneus magis: ſi quidem Adraſtus ille eſt ipſe qui Polynicem & Tydeum hoſpitio, ac filiarum nuptiis excepit: de quo Apollodorus lib. III. Statius Thebaide. Etenim ſeptem ducum expeditio, Thebanúmque bellum annis circiter 38 Troianum excidium anteceſſit. Congruit enim anno Per. Iul. 3493, ex noſtra Chronologia. Quare paucis antè annis Polynices ad Adraſtum Argis regnantem ſeſe receperat. Secundum Pauſaniam Adraſtus Polybo ſucceſſerit anno Per. Iul. 3372 circiter; ante Troianam ἅλωσιν, 158. C At Euſebianus epilogiſmus idipſum refert ad annum 3422 Per. Iul. ante Troiam captam 108. Adraſtus ergo poſtquam annis quatuor Sicyonem tenuit, Argos eſt reuerſus: vbi multis poſt annis duos illos hoſpites generos aſciuit. Hæc ſatis ad hiſtoriam congruunt. Nam ab anno 3422 ad Thebanum bellum anni ſunt 71: vt longæuus admodum expeditionis illius tempore fuerit Adraſtus: ſi quidem per illa tempora diutiſſimè viuebant homines. At ex Pauſaniæ ratiociniis Adraſtus tum ſuperſtes eſſe non potuit.

DE NATALI ABRAAMI.

Ortus Arphaxad, & de Cainan inſititio.

CAPVT XVII.

D IISDEM ex fontibus huius interualli ad Abraamum à Diluuio ratio petitur, vnde & ſuperioris ab Adamo ad Diluuium: nimirum è ſacris libris; in quibus γενεαὶ, ſingularúmque tempora deſcribuntur. Qua in re Græci rurſum ab Hebręis & Latinis codicibus diſcrepant. Nam ex illorum calculo 1172 anni à Diluuio fluxerunt ad ortum Abraami. Latinorum & Hebræorum rationes ad ſeptuageſimum annum Tharæi annos putant 292. Sed non deſunt qui anno iſto ſeptuageſimo negent Abraamum ortum habuiſſe, ſed longiùs natalem eius ſummoueant. Quinetiam Cainan à pleriſque in ſeriem intruditur. Ita multiplex oritur quæſtio. Quæ omnia cùm à Chronologis vberrimè, & interdum ad odium, & faſtidium vſque ſcrupuloſè perquiri ſoleant, nos magis ne quid prætериiſſe videamur, quàm quod neceſſe ſit, raptim iſta perſtringemus. Atque hoc imprimis, quod antea dictum eſt, repetendum eſt animo: nullo ex argumento certò poſſe colligi, vtrum qui anni Patriarcharum in ſcriptura numerantur, comple-

ti ſint, ac vertentes, an inchoati. deinde nec illud conſtat, an rotundo numero A
vſus Moyſes ſexcenteſimum exempli cauſa Noë, aut centeſimum Sem vſurparit,
cum vno alteróve plus vel minus imputandi alioqui forent. Nam vtrobique con-
ſuetudo ipſa τὴν ἀκρίβειαν excludit; neque quicquam è Scripturis explorari poteſt.
Ac denique credibilius eſt non omnium ſaltem Parriarcharum annos integros
fuiſſe, cùm genuerunt; ideóque de annorum mundi ſumma deducendum eſt po-
tiùs, quàm ad eam adiiciendum. Triplex porro controuerſiæ caput eſt in ſecunda
illa Patriarcharum ſerie ad Abraamum à Diluuio perducta.

Primum de Semo Noëmi filio dubitatur, ecquid conuenit ipſum biennio poſt
Diluuium Arphaxad genuiſſe, cùm centum eſſet annorum. vt eſt Geneſ. XI, 10.
Etenim cùm Noë ætatis anno quingenteſimo tres filios genuerit, quorum ma-
ximus Sem fuit, Geneſ. V. 32; Diluuium autem anno Noë ſexcenteſimo contige-
rit: neceſſe eſt Sem biennio poſt Diluuium annum ſecundum ac centeſimum æta-
tis egiſſe. Non deſunt, qui hac ratione conuicti Semum putent non primum li- B
berorum fuiſſe Noë, ſed ſecundum; ac poſt Iaphet in lucem editum; primum au-
tem ideo nominatum, quòd cæteris ob ſtirpis ſuæ præſtantiam anteponendus eſ-
ſet. Alij conſtanter negant, id ex Moſis hiſtoria neceſſariò ſequi; quod & proba-
bilius reor. Enimuero nimis interdum anxia eſt Chronologorum induſtria, & in
aridis iſtis, atque exilibus quæſtionum tricis moroſè conflictari ſolet, ac verbo-
rum omnium, imò literarum captare minutias. Nam quid in hoc, quo de agitur,
eiuſmodi eſt, vt nouæ diuinationis & interpretationis occaſionem præbeat? Scri-
pſit Moyſes anno quingenteſimo Noë genuiſſe Sem, Cham, & Iaphet. Poſſumus
annum expletum: poſſumus inchoatum accipere: poſſumus vnum admetiri, vel
alterum. Nihilominus enim quingenteſimo anno, vel, vt Scriptura loquitur, cùm
quingentorum eſſet annorum, genuiſſe dicetur, ſi biennio poſt quingenteſimum
ſuſceperit. Quod ipſum & de Sem pronunciare licet, cùm biennio poſt Diluuium
genuit Arphaxad, centum cùm eſſet annorum. Quamobrem vel Noë anno ver-
tente quingenteſimo, ineunte altero & quingenteſimo, genuit Sem; cui annum C
centeſimum ſecundum auſpicanti natus eſt Arphaxad. Vel anno Noë quingente-
ſimo ſecundo ineunte Sem genitus eſt, ipſe verò centeſimo expleto genuit. Obii-
citur Geneſ. x, 21, Iaphet appellari maiorem אחי יפת הגדול *Sem frater Iapheti maioris.*
Ita enim R. Selomoh. & Kimhius interpretantur. Sed nihil eſt neceſſe. Ac Latinus
noſter melius; *fratre Iaphet maiore.* Video & qui Hebræorum admiſſa conſtructio-
ne, vt הגדול in gignendi caſu poſitum ſit, maiorem dici putet Iaphetum non Sem
ipſo, ſed Chamo, cuius ſtirpem proximè deſcripſerat.

Huic leuiſſimæ diſputationi ſuccedit altera ſanè difficilior, & haud paulò vehe-
mentiùs agitata, de Cainano, quem Arphaxadi filium Græci codices Geneſeos
XI, & I Paral. cap. I, & Lucas ipſe Euangelij cap. III commemorant: Hebræi verò,
ac Latini Teſtamenti veteris codices omittunt. Si penes ſolos Septuaginta, & in
vetere Teſtamento Cainan iſte reſideret, res eſſet explicatior. Idem enim de eo
vocabulo poſſet excipi, quod de numeris præſcribi ſolet, qui in Græcis mirum in
modum redundant: nempe perperam irrepſiſſe nomen illud aduentitium; ac pro-
inde Græcorum libros ex noſtris eſſe caſtigandos. Sed Lucæ authoritas grauio-
rem, &, vt plurimis viſum eſt, inextricabilem reddit controuerſiam. Plerique D
Cainanum omnino inculcandum exiſtimant, & annis triginta longius interual-
lum à Diluuio ad Abraamum faciunt. A quibus ego diſſentio. Quocirca neuti-
quam ab Hebræorum & Latinorum codicum fide ac teſtimonio recedendum ar-
bitror; &, quod in annorum numeris accidiſſe modò dixi, hoc ipſum & de Cai-
nani nomine affirmari nihil prohibet, mendoſè hîc inſertum fuiſſe, atque ex prio-
ri Patriarcharum genealogia in hanc poſteriorem irrepſiſſe Librariorum errore,
vel incuria. Nam quod à quibuſdam temere pronunciari video; olim in Hebrai-
cis codicibus Cainani nomen comparuiſſe; gratis iſtud, atque eludendi gratia ap-
paret eſſe confictum. Mea hæc itaque ratio eſt: quoniam is, qui ex inſtituto vete-
rum Patriarcharum origines, ac γενεὰς pertexuit, Moyſes Cainanum præteriit,
nullum ei locum in ſerie nepotum Noëmi tribuendum. Quod enim à Moſe præ-
termiſſus ſit, perſuadet Hebræorum, ac Latinorum, qui ex Hebræis expreſſi
ſunt, librorum conſenſio; in quibus conſtanter ille reiicitur. Ac non modò in hi-

A ſtoria Geneſis, ſed etiam in lib. I Paralip. vbi eædem generationes enumerantur, abeſt Cainani vox, nec alibi, quàm apud Græcos extat. Duo ſunt quæ ab illius ſuffragatoribus obiiciuntur. Alterum LXX Interpretum authoritas propemodum ſacroſancta, & Propheticæ ſuppar: alterum Lucæ haud paulò grauius teſtimonium, eundem illum aſciſcentis. Operæ pretium eſt videre qui ita diſputant, quàm conſtanter Græcis ipſis interpretibus faueant. Etenim illi ipſi, ſicubi commodum eſt, ſeptuaginta ſuos faceſſere iubent, aut eorum codices deprauatos eſſe defendunt. In duplici genealogiarum ordine, quem ab Adamo ad Diluuium, & à Diluuio ad Abraamum Moyſes perduxit, ſcimus quàm diuerſi ſint Græcorum calculi ab Hebraicis & noſtris. Neque verò recens eſt diſcrimen iſtud, ſed ab antiquiſſimis notatum Scriptoribus, vt proinde mendi nonniſi leuis poſſit eſſe ſuſpitio. Hîc illi, qui Græcos Interpretes tanti faciunt, & Prophetas appellant, ab eorum rationibus diſcedunt nihilominus, eáſque falſas, & conturbatas eſſe non dubitant. Quare cur non idem & in Cainani nomine vſurpare nobis liceat, & Græcis illis codicibus

Quæ pro Cainano ſolent afferri.

Refellūtur.

B Hebræorum, ac vulgatæ noſtræ Editionis authoritatem præferre? Præſertim cùm plerique ex iſtis Cainani Græcorúmque propugnatoribus, Moyſen fateantur cōſultò Cainanum præteriſſe. Quod ideò factum ab illo putant, quia decem in ſingulis ordinibus capita numerare decreuerat. quemadmodum Matthæus, cùm per teſſareſcædecadas interualla digereret, tria in ſecundo nomina prætermiſit. Iam hoc vehementiſſimum nobis argumentum iſta ipſa de Moyſe confeſſio ſuppeditat. A quo enim tutiùs hiſtoriæ veteris, ac Patriarchalium originum veritas exquiratur, quàm ab vnico illo, & quidem ſacro, & omnium antiquiſſimo Scriptore? De Matthæo quod opponitur, perleue eſt. Non enim ob eam cauſam, quòd XIV in ſingulis ſpatiis, nomina conſectaretur, tres ab illo reges omiſſi ſunt. ſed ob ſingulare quoddam myſterium: quoniam perfidæ, & alienæ ſtirpis ad tertiam, quartámve generationem propagandum erat piaculum. vt Ambroſius, Hilarius, aliíque Patres interpretantur. Quocirca nihil admodum cauſam illorum ſeptuaginta Interpretum fides ſubleuat. Vnicum proinde in Lucæ authoritate præſidium ſupereſt.

C Contra quod illud imprimis poteſt excipi: ab Helleniſtis Chriſtianis in Lucæ contextum eadem inculcatum eſſe licentia Cainanū, quâ & in LXX Seniorum editionem priùs irrepſerat. Nec de vetuſtate lectionis, aut Græcorum ac Latinorum exemplarium integritate præſcribi coniecturæ iſti poteſt. Quid enim antiquius, quàm quod vulgò apud Matthæum in Chriſti genealogia hodiéque legitur; *Ioſias autē genuit Iechoniam, & fratres eius?* &c. Atqui mendoſum hunc eſſe locū primi veteres animaduerterūt: recentiores non approbarunt modò, verùm etiam fugitiuum nomen inſeruerunt. Quippe cùm ex Hiſtoria Regū, & Chronicis euidēs ſit, Ioſiam genuiſſe Ioacim, Ioacim autem Iechoniam. Epiphanius qui Ioacimum Iechoniæ appellatum vocabulo cum pleriſque credidit; ita Matthæum recenſuit. *Ioſias autē genuit Iechoniam, Iechonias autem genuit Iechoniam*, &c. Noſtri nō dubitant, quin Ioacim potiùs ſubſtituendus ſit, quàm Iechonias. Id quod ego in vetuſtiſſimis membranis Catenæ Græcæ ex Chriſtianiſſ. Regis Bibliotheca adnotatum ad marginem reperi; hoc modo. Ιωσίας δὲ ἐγέννησε Ιακεὶμ· Ιακεὶμ δὲ ἐγέννησε Ιεχονίαν. Verùm ne hoc quidem contenti eruditi illi Interpretes, ampliùs immutādum exiſtimant,

Mendoſus apud Matthæum locus.

D atque ita legendum: *Ioſias autem genuit Ioacim, & fratres eius in tranſmigratione Babylonis. Ioacim autem genuit Iechoniam*, &c. Niſi ita malis: *Ioſias autem genuit Ioacim, & fratres eius. Ioacim autem genuit Iechoniam in tranſmigratione Babylonis.* Nam Babylonicæ deportationi propior eſt Iechoniæ, quàm Ioacimi generatio: primæ inquam illi, quæ Ioacimi quarto anno contigit. Sed hæc aliàs; quæ idcirco à me paulò fuſiùs commemorata ſunt, vt ne mirum, aut incredibile cuipiam videatur, ſi Cainani nomen ex LXX corruptis libris in Euangelium Lucæ redundaſſe ſuſpicemur. Quod niſi quis vti iſta defenſione velit. at eſt obuia & perfacilis explicādę rei ratio, quam Interpretes, & Chronologi multi, viri graues, & Catholici iam pridē ſecuti ſunt: velut Ianſenius cap. XIV Concordiæ, & Genebrardus: nec improbat Perrerius. Cùm enim Lucas Gręcorū præcipuè, ſiue ἑλληνιστῶν in gratiam Euangelium inſtitueret, non debuit aliunde, quàm ex ipſorū libris, Patriarcharū origines, ſucceſſionéſque prodere. neque propterea falſitatis culpam Euangeliſta ſuſtinet, qui hoc, quod in eorū libris reperit, ipſorum cauſa trāſcripſit. Poterat enim eodē iure & an-

tribuemúſque annos Argiuis DCLXXV. Ita Per. Iul. anno 2856, mundi 2126 Inachus regnare cœpit, annis poſt Diluuium elapſis fere 471, poſt Abraami natalem 179, ante Iſraëlitarum migrationem circiter 325. Fauet huic opinioni Chronicon Euſebij. in quo Argiuorum regnum anno Abraami CLXI cœpiſſe ponitur. qui ex methodo capite primo libri huius tradita, Iulianæ Periodi annus eſt 2857. A

Verùm in Catalogo regum Argiuorum, quem in Operis finem coniecimus; diuerſus abit ab Euſebio cæteriſque Pauſanias cùm in pleriſque aliis, tùm in eo primùm, quod Abantis filios Prœtum & Acriſium regnum inter ſe partitos eſſe dicat: & illum quidem Heræum, Midiam & Tirynthem obtinuiſſe; Acriſium verò Argis hæſiſſe. At Euſebius Abantis ſucceſſorem Prœtum, huius Acriſium inducit. Item Argiuorum regem Talaum Adraſti patrem commemorat. nec non Adraſtum ipſum. Neutrum tamen in Argiuorum regum ſerie percenſent Euſebius, aut Pauſanias. Ex iis verò, quæ ſuprà capite de Sicyoniorum regno, & Adraſto conſtituta ſunt; probabile fit Talaum poſt Acriſij mortem Argis regnaſſe, poſtquam Perſeus Mycenas domicilium tranſtulit: quem cum Megapenthe Prœti filio regnum permutaſſe idem refert Pauſanias. Moritur Acriſius anno circiter Iul. Periodi 3401. Adraſtus verò Sicyone relicta Argos repetiit anno fere 3427. Quocirca Perſeo interim Mycenis regnante; nec non Euryſtheo & Atreo, Adraſtus regnauit Argis; vt vera ſint quæ de ipſo Statius & Apollodorus referunt. Sed hiſtoriæ illæ omnes fabulis infectæ ſunt; in quibus tam exacta temporum inquiſitio locum non habet.

Pauſan. Corinth. pag. 50.

pag. 58. B

1. Strom. Clemens Alexandrinus ab Inacho ad Troianum excidium viginti γενεὰς numerat; annos verò ſupra quadrigentos. Sed longè plures anni colliguntur. γενεαὶ quoque viginti, ſi centum anni tres efficiunt; vt idem Clemens libro illo ſcribit; propemodum ſeptingentos annos conficiunt. Scribendum ergo fuit ἑξακόσια pro τετρακόσια.

De poſteris Iacob eiúſque profectione in Ægyptum, & ratione temporum in propagatione ſtirpis. C

CAPVT XIX.

GENESEOS capite XXIX, & ſequentibus, Iacobeæ ſtirpis fœcundiſſima propagatio deſcribitur, ex duabus vxoribus, & ancillis totidem: quam Moyſes diligenter, ordinéque percenſuit. Tametſi in nonnullis obſcura ſit annorum partitio: neque ſatis explorari queat, eodémne, an diuerſis annis in lucem prodierint. At Demetrius author vetus, quem Alexander Polyhiſtor apud Euſebium citat, libro IX Præpar. Euang. ſingulorum generationes ſuis annis, imo menſibus aſſignat. Sed in eius oratione pleraque mendoſa ſunt, quæ nos obiter caſtigabimus. Primum Iudam ait anno, quam ſeruire ſocero Iacob cœpit, vndecimo, menſe quarto, editum fuiſſe. Ραχὴλ τε μὴ τίκτουσαν ζηλῶσαι τὴν ἀδελφὴν, καὶ παρακομίσαι τῷ Ἰακὼβ τὴν ἑαυτῆς παιδίσκην Ζελφαὶ, τῷ αὐτῷ χρόνῳ, ᾧ καὶ Βάλλαν συλλαβεῖν τὸν Νεφθαλείμ, τῷ ἑνδεκάτῳ ἔτει, μηνὶ πέμπτῳ καὶ τεκεῖν τῷ δωδεκάτῳ ἔτει, δευτέρῳ μηνὶ υἱὸν, ὃν ὑπὸ Λείας Γὰθ ὀνομασθῆναι. *Rachelem verò, cùm non pareret, inuidiſſe ſorori ſuæ, & ancillam ſuam Zelpham ad dormiendum cum Iacobo dediſſe, eodem tempore, quo & Bala Nepthalim concepit, anno vndecimo, menſe quinto: ac duodecimo anno, menſe ſecundo, filium peperiſſe, qui à Lia Gad nominatus eſt.* D

pag. 247.

Demetrij locus caſtigatur. Perſpicuum his in verbis eſt mendum. Neque enim Rachelis ancilla fuit Zelpha, ſed Liæ. Bala quippe illius erat ancilla. Tum Danis omiſſa generatio eſt, quam Iacob è Bala ſuſcepit. Nephthalim etiam ex eadem Rachelis famula ſuſceptus eſt, non è Zelpha. Præterea ſi anno vndecimo, quo Iudas natus eſt, Rachel Balam ancillam ſuam Iacobo tradidit, ex eáque genitus eſt Dan, quomodo Nephthalim eodem anno, menſe quinto parere eadem ancilla potuit? Itaque deſunt apud Alexandrum Polyhiſtorem nonnulla verba. Dan verò eodem anno natus videtur, quo & Iudas; nempe vndecimo ex quo Iacob in Meſopotamiam venit, qui erat ætatis ipſius LXXXVIII, vel LXXXIX. Anno ſequenti natus eſt è Bela Nephta-

A lim: tùm è Zelpha, Gad. Anno verò XIII ſeruitutis naſcitur ex eadem Zelpha
Aſer: è Lia verò Iſſachar ineunte anno: & exeunte, Zabulon. Anno XIV ſer-
uitutis, ætatis Iacobi XCI, Lia Dinam, Rachel Ioſephum enixæ ſunt, eodem men-
ſe, vt apud Demetrium ſcribitur. qui non leui errore Danem anno ſeruitutis XIV
natum prodidit: niſi exſcriptorum vitio ſuo loco verba iſta luxata ſint. Nato Io-
ſepho, Iacobus miſſionem à ſocero petit, nec impetrat. Sex igitur annis apud eun-
dem habitat. Inde anno, quàm ad eum venerat, expleto viceſimo, ætatis ſuæ
XCVII, vel XCVIII ineunte, clam è ſoceri domo profugit, & in Sochoth habitauit.
inde in Salem Sichimorum migrauit, Iordane tranſito. Neceſſe eſt autem pluri-
bus annis aut hîc, aut illîc degiſſe Iacobum: ſi quidem Dina in Sichimis à princi-
pe conſtuprata eſt, quæ eodem anno, quo Ioſephus, nempe XIV ſeruitutis, nata
ſeptimum duntaxat ætatis annum ageret, ſi eodem anno, quo Iacob ab ſocero
diſceſſit, ſtuprum ei eſſet oblatum. Vtro verò in loco diutiùs commoratus ſit, in-
ter Chronologos, & Interpretes ſacrorum librorum quæritur. Alexander Polyhi-
ſtor nulla Sochotorum mentione facta, decem annis in Sichimis hæſiſſe refert: Di-
B nam ergo anno ætatis XVI corruptam. Idem cenſet Auguſtinus Quæſt. CVIII in
Gen. diu nimirum in Sichimis manſiſſe. quod ex eo probat, quia & agrum emiſ-
ſe, & tabernaculum collocaſſe, & aram conſtituiſſe dicitur, Gen. XXXIII. 19. A-
bulenſis verò in Sochoth decem annis hæſiſſe putat: paulo verò poſtea quàm in
Sichima venit, patratum flagitium. quoniam Sichimorum rex Emor populum al-
loquens haud obſcurè ſignificat nuper admodum peregrinos illos adueniſſe. A-
liud argumentum Torniellus adfert; quòd tùm primum egreſſa videatur eſſe Di-
na ad videndas mulieres, quaſi recens eò veniſſet. Etſi vtraque coniectura proba-
bilis eſt, priori tamen accedimus; & in Sochoth vno vel altero anno manſiſſe Ia-
cobum credimus; in Sichimis octo circiter. Quare XVI ferme annos erat nata Ia-
cobi filia, quando ſtuprum huic oblatum eſt; cùm per ſolenne gentis illius feſtum,
vt Ioſephus tradit, ad videndas mulieres eſſet egreſſa. Accidit hoc anno ætatis Ia-
cobi CVII deſinēte, & ineunte CVIII. Mundi 2414. Per. Iul. 2944. Quo etiam anno
Beniamin naſcente, mortua eſt Rachel, quam in Iacobi matrimonio tribus & vi-
ginti annis fuiſſe, Alexander Polyhiſtor memoriæ prodidit. Ioſephus deinde an-
C no vel eodem, vel ſequenti, cùm annos XVI exegiſſet, & XVII ageret, à fratribus
diſtractus eſt. Sed omiſſis annorum minutiis, quæ in Chronologica Tabula dige-
rentur, ſupereſt non leuis quæſtio de Iacobi filiis, qui cum eo profecti ſunt in
Ægyptum, ac de Iudæ potiſſimum liberis, Gen. XLVII, 9. Etenim anno CXXX æ-
tatis ſuæ accitus Iacob à Ioſepho, qui tum XL annum inibat, in Ægyptum perre-
xit cum ingenti comitatu. *Cunctæ animæ* (Moſis verba ſunt Gen. XLVI, 26)
*quæ ingreſſæ ſunt cum Iacob in Ægyptum, & egreſſæ ſunt de femore illius, abſque vxo-
ribus filiorum eius, ſexaginta ſex. Filÿ autem Ioſeph, qui nati ſunt ei in terra Ægypti ani-
mæ duæ. Omnes animæ domus Iacob, quæ ingreſſæ ſunt in Ægyptum, fuere ſeptuaginta.*
Atqui LXX Seniores ἑβδομήκοντα πέντε, *ſeptuaginta quinque* ſcripſerunt. Deinde illo
ipſo capite, cùm ſingillatim poſteri numerantur, ſumma non conſtare videtur.
Triginta tres è Lia ſuſcepti dicuntur, excluſis Her & Onan, qui ante profectio-
nem in Ægyptum obierant. At non plus quàm XXXII capita percenſentur. Acce-
D dunt Rachelis filij ac nepotes XIV; Zelphæ XVI; Balæ VII. Conſiunt LXIX. detra-
cto Ioſepho, ac duobus filiis, quos in Ægypto genuit; reliqui fiunt LXVI. Deni-
que de Iudæ filio Phares, & huius liberis duobus Hezron & Hamul, non leuis eſt
controuerſia. Natus eſt Iudas anno duodecimo, quàm Iacobus in Meſopotamiam
venerat, ætatis eiuſdem anno LXXXVIII, vel LXXXIX, mundi 2195. Iacob anno
ætatis CXXX profectus eſt in Ægyptum: quando Iudas annum agebat XLII. Atqui
tum & liberos è Sue Chananæa ſuſceperat Her & Onan, qui θεηλάτῳ πληγῇ præ-
repti ſunt; ac Selam: & ex inceſtu cum nuru ſua Thamare, Pharez filium genue-
rat, ex eóque nepotes habebat duos, Hezron & Hamul; qui inter ea capita cen-
ſentur, quibus cum Iacobus in Ægyptum deſcendit.

Quînam verò fieri potuit, vt annos duos & quadraginta natus nepotes haberet?
Duæ ſunt ſententiæ. Altera eſt, quam Torniellus probat; Iudam anno circiter
XIII genuiſſe filium Her; decimo quarto verò alterum Onan; tum decimoquin-
to, Selam. Anno deinde Iudæ XXVII, Thamar ambobus fratribus nupſiſſe; pri-

tatem annis CXL. Huius itaque dimidium integro adhuc ſtatu tranſegerat. Nam quod ſeptem annis cum acerbiſſimis doloribus, ac Satana ipſo conflixerit, ex Olympiodoro, & Suida, aliiſque confectum exiſtimant. Hinc illud ſequitur, quoniam quidem natus ponitur Iob ſub id tempus, quo in Ægyptum profectus eſt Iacob: ab eo verò tempore, ad migrationem Iſraëlitarum anni putantur CCXV; mortuum eſſe Iobum paulo poſt eandem profectionem ex Ægypto; hoc eſt biennio pòſt, vt putat Pererius, ex eòque Torniellus. Verùm ſi, vt communis fert opinio, Iobus eſt Iobab, ſecundus Idumæorum rex, Zaræ filius, ac poſt eius obitum ſex Idumæorum reges ordine ſibi ſucceſſerunt; iiſque mortuis, duces vndecim, antequam Moyſes hiſtoriam ſcriberet; in qua ſingillatim omnes enumerati ſunt: profectò anguſtius illis interuallum relinquitur; cùm, vt vltimo ætatis anno Moſes iſta perſcripſerit; non ampliùs, quàm XXXVII anni regibus cæteris, ac Ducibus ſuperſint. Quanquam de Ducibus ambigi poteſt, vtrum regum tempore certis Idumææ regionibus præfuerint, maiori imperio ſubiecti. Nam neque Geneſeos XXXVI poſt regum mortem extitiſſe memorantur; neque Paralip. I, cap. I in Hebræis, Græcíſque codicibus. Quare quod in vulgata noſtra legitur, *Adad autem mortuo, duces pro regibus in Edom eſſe cœperunt*: Interpres noſter illud adiecit. Hebraicè verò ita locus iſte concipitur. וימת חדר והיו אלופי אדום: *Et mortuus eſt Adad: & fuerunt duces Edom*: καὶ ἀπέθανεν Ἀδδάδ, καὶ ἐγένοντο ἡγεμόνες Ἐδώμ, &c. Sed quoniam priora iſta: *Et mortuus eſt Adad*; cum priore verſu minimè copulantur, ſed cum ſequentibus coniuncta diuerſam ab antecedenti periocham faciunt; mihi rectè noſter Interpres Hebraicam lectionem expreſſiſſe videtur; neque ante regum exceſſum, Duces illi vndecim Idumæam adminiſtraſſe. Hoc enim copulatiuum illud ו ſignificat. Quare non minùs Ducibus illis, quàm Regibus ſuum tempus aſſignandum erit antequam Moyſes Geneſim ſcriberet, aut ipſum etiam Iobi librum: ſi quidem, vt vulgò ferunt, author illius, interpreſve fuerit. Toſtatus exiſtimat Prophetico illum afflatu regum, ducúmque ſucceſſionis ac nomina deſcripſiſſe, quorum tempns ad Saülem vſque pertinere, ex is Moyſis verbis colligit: *Reges autem, qui regnaueruut in terra Edom, antequam haberent regem filij Iſraël.* Primus enim rex Iſraëlis Saül; ad quem reges in Idumæa ducéſque totidem fuerunt, quot in illo capite recenſentur.

Quando natus ſit Iob: ac tota vitæ illius ſeries exponitur.

Mihi verò, cùm de tota hac hiſtoria Iobi nihil præter coniecturam ac ſuſpicionem habeamus, cum communi illa ſententia, quæ eundem illum Patriarcham Zaræ filium Eſaü pronepotem facit, id imprimis cōſentaneum eſſe videbatur; natum illum fuiſſe annis aliquot antequā Iacob cum ſtirpe ſua in Ægyptum migraret. Eſaü anno circiter ætatis ſuæ LXXVII, poſtquā Iacobum vidit in Meſopotamiā à patre dimiſſum, vt apud gentiles ſuos conditionem ſibi quæreret, Iſmaëlitidem coniugem duxit Baſemath. Ex ea natus eſt Rahuel, anno Iacobi & Eſaü LXXVIII. Rahuel annnum circiter agens XVIII gignere potuit Zaram. Demus hunc eſſe mundi 2203; Periodi Iul. 2933. Zara igitur eâdem ætate, qua ipſum pater genuerat, Iobum filium ſuſcepit, qui natus ponetur anno mundi 2221, Per. Iul. 2951, ætatis Eſaü, & Iacob, 114, ante exitum Iſraëlitarum ex Ægypto, 233. Iam quod anno vitæ ſeptuageſimo in cruciatus illos incidiſſe, iiſque ſeptennio toto iactatum eſſe vulgò ferunt, mihi non probatur. Malim id anno Iobi quinquageſimo contigiſſe, ac paucorum menſium, aut ad ſummum, vnius anni ſpatio perſeueraſſe. Is erit annus Iulianæ Periodi 3000, mundi 2270, poſt Iacobi mortem, 16; ab Iſraëlitarum tranſitu in Ægyptum, 33; ante exitum, 183. Vixit deinde CXL annis. Quare mortuus eſt anno Per. Iul. 3139, mundi 2409, ante migratam Ægyptum, XLV. Totidem anni regibus ſex reliquis eximi poſſunt; ſi quis ita Moſis verba velit interpretari, vti regis nomine, ductorem, ac moderatorem intelligat; quo ſenſu Deuteron. XXXIII, 5, Moſes idem rex dicitur; ac nonnulli Iud. XVIII, 1, regis vocabulum accipiunt. Quantum autem perobſcura in hiſtoria coniectura licet aſſequi; regnum Idumææ tum hereditarium non fuit. ſed cùm regio tota in prouincias diſtributa iam eſſet, quæ ſingulis ducibus parebant; poſtea conſenſu omnium regem deligi placuit, & quidem ex Ducum ipſorum numero: penes quem ſumma poteſtas eſſet. Horum vnus Iobab, ſiue Iob fuit; qui cùm & ante calamitatem, & poſt illam perdiu ducatu ſolo contentus fuiſſet; electo demum Beoris

A filio Bela, cui ſortitò fortaſſe præ cæteris ea dignitas obtigit, ac poſt aliquot annos regni mortuo, ſuffectus eſt Iobab; eidémque Reges alij ordine ſucceſſerunt. Sin eſt vt laxandum Regibus interuallum aliquis exiſtimet; quod & mihi probabilius eſt viſum; licebit hoc ea ratione commodè diſpenſare. Duces illi, qui regibus ſubſtituti dicuntur, vndecim, nequaquam, vt recentiori Scriptori placuit, Idumææ toti præfecti ſunt, neque prioribus extinctis poſteriores ordine ſubrogati. quemadmodum in regibus accidiſſe Scriptura demonſtrat. Sed eodem omnes tempore ſuæ quique regionis ac prouinciæ duces extiterunt. Nam cùm aliquot iam annis Duces Idumææ penes vnum inſignia regni, & fortaſſis Ariſtocraticum ius, & imperium reſidere maluiſſent; poſteà veterem ad adminiſtrandi formam redierunt: ac deſitis regibus, qui ſub illis Duces fuerant, & eorum ſe hactenus imperio ſubiecerant, liberam, ampliorémque poteſtatem ſinguli ſuis in prouinciis vſurparunt. Eorum igitur nomina, qui illo ipſo, quo ſcribebat, tempore ſuperſtites erant, Moyſes percenſuit; quod ad Eſaü ſtirpem pertinerent, quam illo capite deſcribit. Atque hoc quidem ſub extremum vitæ Moyſis tempus
B accidiſſe nihil prohibet. Fingamus ergo ſex illos reges Iobi ſucceſſores annos LXXX circiter imperaſſe, ad vſque annum Periodi Iulianæ 3219, mundi 2489: reliqui erunt ad obitum Moyſis quatuor anni, vel quinque: quibus, ſublato regio dominatu, & vnius imperio, plures in Ducatus Idumæa diſtributa eſt. quemadmodum Romano imperio accidit. quod cùm vnius ditione, ac poteſtate regeretur, cui Prouinciarum Præfecti, Duces, atque Comites, quóſque Marchiones vocant, ad nutum obſequebantur; paulatim attenuatis opibus eò redactum eſt; vt illius excuſſo iugo, plerique ſuis in regionibus ſummum ius ac dominatum adepti ſint. Ducum porro Idumæorum nomina, qui poſt extinctos reges ſuis in ciuitatibus αὐτοκράτορες eſſe cœperunt, Moyſes, vti diximus, memoriæ commendauit, quiquidem ex Eſaü genere propagati fuerant. Hæc eſt noſtra de Iobo, déque Idumææ principibus ſimpliciſſima narratio. quæ non ἀποδείξις. quî enim id fieri poteſt? ſed coniecturâ nititur: quam ne ille quidem ſententiæ communis oppugnator, ac ſuppoſititij Philonis aduocatus negare poteſt cum Moyſis hiſtoria
C valdè eſſe conſentaneam.

De Athenienſium regno.

CAPVT XXI.

TRIPLICEM adminiſtrandi formam experta eſt Athenienſium ciuitas, vt ex Euſebio conſtat. Primum enim ſub regibus fuit, numero XVII, quorum princeps apud Euſebiũ Cecrops habetur, vltimus Codrus Melanthi F. Tenuerunt annos CCCCLXXXVII. Poſtea Archontes perpetui numero XIII annis CCCLXXXVI. Demum Archontes annui ſubſtituti ſunt. Vti regum originem exploremus, illud ex Euſebij Chronico ſumendum; anno Mneſthei vndecimi regis vltimo, hoc eſt XXIII, Troianum excidium contigiſſe. Primus, vti dixi, regum Cecrops habetur. Etſi Pauſanias Actæum
D ante Cecropem numeret. A Cecrope ad Troianam ἅλωσιν anni ſunt CCCLXXV. qui detracti de anno Periodi Iulianæ 3530, quo captum eſt Ilium, relinquunt annum 3156, quo Cecrops, & Athenienſium regnum iniit, anno mundi 2426, poſt Diluuium anno 770; poſt ortum Abraami, 478: ante migrationem ex Ægypto annis fere XXVIII. Apud Euſebium Cecropis initium ponitur anno Abraami CCCCLXI, Moyſis triceſimo quinto. Poſt annos XLV, Moſis videlicet octogeſimo, Hebræorum exitus. Sed Euſebius in Iudæorum regum annis paulo fuit liberalior. Ideo minus interuallum à natali Abraami ad Cecropis exordium conſtituit, quàm veritas poſtulet. de qua re poſtea.

De exitu Iſraëlitarum ex Ægypto. Scaligeri & aliorum ſententia.

CAPVT XXII.

ANNO mundi 2453, Periodi Iulianæ 3217, migraſſe ex Ægypto populum Iſraëliticum, non ſolùm ex annorum epilogiſmo, qui ab orbe condito lapſi ſunt, concludit Scaliger; ſed etiam ex duplici charactere demonſtratiuè colligi putat. Summa demonſtrationis hæc eſt. Duo ſunt characteres huius epochæ. Prior feria Neomeniæ mẽſis Paſchalis, quæ fuit quinta. Alter, quod quadrageſimus annus huius epochæ, quadrageſimus ſextus, quinquageſimus tertius, ſunt hebdomadici. Denique quod annus CMVIII ab eadem epocha, & hebdomadicus eſt, & tertius Olymp. XLVII. Hæc omnia concurrere ſimul nequeunt, niſi in annum Per. Iul. 3217, mundi 2453, qui erat Iudaicus 2264. Quod menſis primus à feria V cœperit, oſtenditur ex cap. XVI Exodi. Ibi Hebræi in deſertum Sin perueniſſe dicuntur quintodecimo die mẽſis ſecundi, com. I. ſexta die poſt decimam quintam, fuit paraſceue, vt ex com. 5, 22, & 23 colligitur. Etenim poſtridie, quàm in deſertum Sin venerunt, manna de cœlo pluit, hoc eſt XVI die menſis ſecundi, & ſeptimo die, qui fuit XXII menſis, Sabbatum incidit. Igitur ſi menſis ſecundi XXII dies Sabbatum fuit, conſequens eſt menſem antecedentem, qui haud dubiè triginta dies habuit, à quinta feria cœpiſſe. Diuidantur enim dies LII per ſeptem, reſtant 3. Ergo vt fiant 7, addenda ſunt 4, adeóque feria V character eſt Neomeniæ Niſan. B

Quod autem Sabbatici fuerint ab anno Exodi, ſequentes illi, XL, XLVI, LIII, & CMVIII hinc eruitur. Cùm Deus ſeptimo quoque anno vacare terram edixerit; ſeptenarius hic annorum orbis inchoari non potuit, antequam in terræ poſſeſſionem pedem poſuiſſent. Atqui anno demum XLVI à migratione κληρουχία, & agrorum diuiſio contigit. Ab eo igitur deinceps anni VII numerari cœperunt, & XLVI iſte Sabbatici vicem fuit; primus verò Sabbaticus φύσει, non θέσει, fuit LIII; indéque cæteri, & CMVIII, de quibus ſuo loco. Hac demonſtratione fretus Scaliger, & Scaligerianorum turba neceſſariò concludi putant, annum Exodi in Per. Iul. eſſe 3217. Hoc enim anno æquinoctium cõcurrit Aprilis II, quo Neomenia Krionos cõmiſſa, eodémque Niſan Iudaicus, cuius character 5, 17, 552. Erat cyclus Solis XXV; literæ E D. Ideo Apr. II, feria V, cyclo Lunæ VI. In hanc, vti dixi, ſententiam conſpirant Scaligeriani omnes; quam & Cappellus amplexus eſt. qui etſi in annis mundi non conſentiat, eius tamen annus 2503, quem Exodo præfinit, cadit in hunc ipſum Per. Iul. 3217. Temporarius verò nouilunium anno illo, quem mundi numerat 2509, accidiſſe vult Apr. X; plenilunium verò Apr. XXV, feria V. Ergo cyclus fuit Lunæ VIII, éſtque Periodi Iul. 3200, à quo & Buntingi annus mundi 2454 vno tantùm anno diſcrepat. Conuenit enim Periodi Iulianæ 3199, cyclo Solis & Lunæ VII, quo Niſan iniit Martij XXIV, feria I, vno die poſt medium nouilunium, quod incidit in XXIII Martij paulò ante Solis ortum. C

Quæ à Scaligero, eiúſque diſcipulis de Exodi tempore demonſtratiuè colliguntur, excutiuntur, ac refelluntur omnia. D

CAPVT XXIII.

QVONIAM temporis illius ἀκρίβειαν, quo Iſraëlitæ ex Ægypto migrarunt, Moyſes prætermiſit, integrum cuique videtur quem velit diem, ac feriam præfinire, dum & conſentaneè loquatur; neque cæteros velut quodam Dictatorio iure ſuam in ſententiam vi & poteſtate cogendos arbitretur. Quod niſi Scaligeriani iſti præcipuè facerent, facilè ipſos paterer in ea, quam amplexi ſunt, opinione conſiſtere. Eſt enim non penitus improbabilis. Verùm quòd eam ipſam certiſſima demonſtratione niti, ac proinde ſolam eſſe veram dictitant, cæteras damnent, ac reiiciant omnes: oſtendam id ab illis immeritò, nec ſine magna temeritatis culpa fieri. Hoc enim nobis hoc in opere maximè propoſitum eſt, vt ſi minus certa conſtituere ac definire poſſimus, ſaltẽ ea quæ dubia ſunt pro certis obtrudi minimè patiamur; ſed vnãquamque rem ſincerè

A ac φιλαλήθως æſtimemus. Qua nos opera, & induſtria non paruam à veritatis, & hiſtoriæ ſtudioſis gratiam inituros eſſe confidimus: qui ſi nondum ſcientiam addiſcent: at falſam de ſua opinione fiduciam, dedocti à nobis conuictíque deponent.

Igitur Scaligeri de anno exitus Iſraëlitarum κυρία δόξα partim ex Scripturæ teſtimonio; partim ex ea, quam probabilem iudicat, anni deſcriptione naſcitur. Horum ſi alterum infirmauero, vim omnem definitionis illius & authoritatem extorſero. multo id verò magis, vtrumque ſi argumentum docuero leue & imbecillum eſſe; coniecturámque, non, vt iſti falsò iactitant, demonſtrationem meritò cenſeri. Primus è Scriptura character illius anni inde petitur, quòd Exodi XVI, I, Iſraëlitæ quintodecimo die menſis ſecundi peruenerint in deſertum Sin; & poſtridie manna pluere cœperit. Verùm vtrum eodem ipſo quinto decimo die murmurare populus cœperit, ac XVI die manna colligi cœptum ſit, Scriptura non indicat; neque prohibet vnũ, alterúmve diem, aut etiam plures interiectos credere. vt exempli gratia; XVI, vel XVII die populo murmurãte, XVIII, vel XIX, aut altero, Deus mãna depluerit.
B Ita fruſtrà Scaligerianorum turba laborabit, & indubitatum ſe anni iſtius characterem reperiſſe gloriabitur. fruſtrà dux gregis illius contraria ſentientes hoc decreto percellere conabitur. *Mirum verò extitiſſe, qui aduerſus verba Moſis negent ſecundi menſis Neomeniam in Sabbatum incidiſſe.* Atqui id Moſis ex verbis demonſtratiuè, vt idem loquitur, effici nullo argumento poteſt. Neque enim aut murmur eodem ipſo, quo caſtrametati ſunt, die contigiſſe: aut poſtridie, quàm ſtatiua ibidem habuerunt, manna pluiſſe Moyſes oſtendit. Quare ſola eſt coniectura; quam admittere, aut repudiare, cuiuis ſalua Scripturæ authoritate licet. Hebræi certè in Seder Holam cap. V, primum menſem volunt à feria VI iniiſſe, eiúſque decimam quartam fuiſſe feriam V. Ijar autem à feria I. Quanquam haud ſecum iidẽ illi Hebræi concordant; dum & feria I cœpiſſe volunt menſem Ijar, & nihilominus XXII die fuiſſe Sabbatum. Quod eſt ἀνακόλουθον. Nam ſi prima dies menſis eſt feria I, vigeſima ſecunda itidem feria I ſit oportet. At idem author, poſt ſecundum Sabbatum, quod contigit XXIII die Ijar, aliud confert in ſextum diem menſis ter-
C tij. Hic eſt Siuuan, cuius ſi VI dies eſt feria VII, poſtremus dies Ijar erit feria perinde ſeptima; & quoniam Ijar cauus eſt, eadem feria VII in eius Neomeniam incidet, & in XXII diem, non in XXIII; niſi plenum hunc menſem tùm fuiſſe velit. Sic enim & Neomenia Ijar, & XXII dies eidem feriæ competent. Sed rurſum Niſan plenum facere oportebit. Si enim Neomenia Niſan ineat feria VI, & Sabbatum conueniat in XIV, vt illi placet; XXII dies, & XXIX, vt & XV, feria prima; XXX Sabbato contigerit. Verùm Niſan, atque Ijar plenos continuari contra methodum eſt recentioris anni Iudaici. At omiſſis Hebræis, negamus ex Moſis verbis certò poſſe colligi, Sabbatum cum XXII die menſis Ijar concurriſſe. Itaque characteriſmus ille φροῦδος οἴχεται, quam *luculentam obſeruationem* appellat Scaliger.

Scaligerianæ coniecturæ firmamenta.

Victitarint Iſraëlitæ farinâ ex Ægypto ſecũ portatâ diebus 30, (teste Josepho et Seder Olam: vide pag. 526. sq.) quibus non pertingunt ulterius quam ad 15 mensis secundi. Neque credibile est eos ulterius absque ullo victu moratos sine murmuratione. Nec autem de panis defectu questi sunt, quam hac vice.

Lib. v. de emend. pag. 351.

Hebræorũ ſententia parum cohæret.

Et tamen Petavius in Chronologia universali pag. 526. id studiose observat.

Præter hæc, Neomenia Niſan ab eodem Scaligerianorum grege confertur in Aprilis II, quo & æquinoctium commiſſum volunt. Quorum duorum concurſus pendet ex anni lunaris, & Tropici rationibus. Atqui nec illud imprimis ſatis conſtat, vtrum lunarem annum obſeruauerint Hebræi: & quamuis vſurpaſſe probabile ſit; tamen vtrum Neomenia Niſan in II Aprilis inciderit; an pridie, vel poſtri-
D die commiſſa ſit, ignotum nobis eſt. Nam neque lunarem annum mediis Lunæ motibus reſpondiſſe neceſſe eſt, & à Lunæ viſione Neomeniam inchoaſſe veteres, Magiſtrorum fert opinio.

De æquinoctij tempore ac die haud minus incerta res videtur. Quod enim Aprilis II contigerit, ex Alphonſina Tropici anni menſura dependet, ad quam cœleſtem annum Scaliger exegit. Eam porrò cum illis temporibus congruere, nulla coniectura perſuadet. Imò verò longè tùm ab accuratis, ac cœleſtibus Solis motibus abhorruiſſe, quæ quarto libro de Tropico anno dicta ſunt, oſtendunt. Ac ſi Copernicei anni doctrina placet, quoniam quidẽ tardiſſimus tunc erat Tropici anni circuitus, ſub ipſum videlicet reuolutionis anomaliæ principium, quam ab anno circiter Periodi Iulianæ 2933 iniiſſe, illìc docuimus; quando anni modus eſt longè maximus, & æquinoctiorum tardiſſima præceſſio, quæ CCCXXIX annorum ſpatio vnum diem colligit: ex huius igitur doctrinæ fontibus, æquinoctium apparens in V Aprilis incidit; medium verò Aprilis VI: quod ex Prutenicis calculis

Refellitur Scaligeri aſſeueratio de æquinoctio verno ſub Exodi tempus.

Buntingus obſeruat; qui Neomeniam Niſan Martij XXIV, feria I, nouilunium A viceſimo tertio tribuit, anno Periodi Iulianæ 3199. Ex Pariſinis verò Tabulis; æquinoctium medium Aprilis V, hora 13, 43′ contigit. Verùm autem Aprilis IV, hora 4, 4′ poſt mediam noctem. Mera itaque vaticinatio eſt Scaligeri de æquino- Pag. 282. ctio Exodi tempore, déque die ac feria, qua primùm Paſcha celebratum eſt. quæ fruſtrà demonſtratione colligi putat. In Iſagogicis autem Canonibus eandem doctrinam ita prædicat: *Nulla eſt tam vetuſta epocha, quæ tot demonſtratiuis notis prædita ſit, quàm hæc: vt verè poſsis eam vocare matrem certarum epocharum.* Addit, *Non ſine cauſa Deum famulo ſuo Moyſi præcepiſſe hanc Neomeniam habere principem omnium menſium lunarium.* Cuiuuſmodi verò demonſtratiua illa ſint ἐπιχειρήματα, hucvſque declarauimus. Nec diſſimilis notæ eſt, quod illum ipſum annum Exodi fuiſſe dicit quinquageſimum tertium Tetracoſieteridos Tropicæ: in hoc verò libro quinquageſi- Lib. V. pa. 351. mũ tertium Heled Hebraici, cuius Neomenia Æthanim XIII Octob. conuenit. Quæ omnia nugaciſſima, ſolidæque rationis vacua eſſe libro III planum fecimus. B Denique quòd tertia decima Niſan egreſſos ex Ægypto ſcribit Iſraëlitas, & eâdem die ad veſperam, à qua cœpit XIV, Paſcha celebraſſe; id verò probari minimè poteſt. Nam Paſcha tunc legitimo die vel ideò maximè celebrare decuit, quòd primum illud Paſcha cæterorum deinceps eſſe regulam oportuit. At Paſchatis tempus non ea veſpera fuit, quæ decimam tertiam excipiens in XIV deſineret: ſed quæ inter XIV & XV eſſet interiecta.

Alterum characteris genus, quo tempus Exodi firmatur, eſt annorum Sabbatorum ſeries, quæ ab illis contexitur. de qua propria ſequenti capite inſtituenda diſputatio eſt: ex qua demum intelligetur, nihilo ſolidius firmamentum opinionis iſtius inde eſſe quæſitum.

Quod in tempus epocha Iſraëliticæ migrationis inciderit, vbi & annorum ab Abraamo ad exitum numerus, & primi menſis tempus illuſtratur. C

CAPVT XXIV.

SCALIGERIANI decreti ſi non conuicta falſitate; at caſtigata certè temeritate, qua dubiam, & incertam opinationem leuiſſimis coniecturis innixam demonſtrationis locum habere iuſſit; ſupereſt, vt noſtram de eadẽ quęſtione ſententiam explicemus. quam quidem probabilem haberi duntaxat volumus, ac tandiu retineri, dum melius aliquid occurrat, & firmioribus argumentis adſtructum. Annum exitus Iſraëlitarum à rerum conditu eſſe 2453 aſſentimur Scaligero: non ita tamen, vt id neceſſariò, &, vt ille loquitur, demonſtratiuè concludi putemus. Hîc enim valet illud imprimis, quod in duplici epocha, Diluuij, & natalis Abraami conſiderandum docuimus; quoniam ex genealogiarum ſubductione, quæ in Moſis hiſtoria continentur, annorum ſumma petitur: incertum eſt autem, vtrum anni omnes iſti ſolidi, completique fuerint, qui pro completis nihilominus habentur: propterea tempus epocharum illarum certò, ac ſine dubitatione minimè poſſe con- D ſtitui. Idem etiam de hoc interuallo ab ortu Patriarchæ ad Iſraëlitarum exitum ſuſpicari fas eſt. Verùm quia non liquet quot è collecta ſumma ad accuratam annorum putationem demendi ſunt; ideo ſic annos cum vulgo Chronologorum ſubduximus, quaſi integri omnes, nec vllis menſibus defecti fuerint, neque ad rotundum numerum complectendum vno alteróve plus minus Scriptura poſuerit.

Ratio têporum ab orbe condito ad Exodum. Quocirca annorum ab Orbe condito numerus ad exitum Iſraëlitarum ex communi ſententia totidem annis, quot diximu, ſcircunſcribitur, exceptis iis, quibus Cainan inſititius inculcandus videtur. Ad Diluuium anni ſunt 1656. Inde ad natalem Abraami 292: fiunt anni 1948. Reliqui ſunt 505, qui ad Exodum ita deſcribuntur. Abraamus anno ætatis ſuæ LXXV finito, è Meſopotamia in Chananæam migrare iuſſus promiſſionem diuinitus accepit filij, in quo benedicerẽtur cognationes omnes terræ, Geneſeos XII, 3. eodémque tempore pollicitus eſt illi Deus; ſe daturum eius poſteris terram hanc, in qua peregrinaretur. *Semini*, inquit, *tuo*

A *dabo terram hanc*, com. 7. Ab hoc tempore ad Legem à Moyſe datam, anni ſunt cxxx vertentes; ita vt anno ccccxxxv edita ſit. Quod Apoſtolus docet Gal. III, 17. Ibi enim poſtquam dixit Abrahæ ſemini, non ſeminibus, promiſſionem eſſe dictam, ſubiicit: *Hoc autem dico: teſtamentum confirmatum à Deo quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt Lex, non irritum facit*, &c. Ita poſt ccccxxx annos lex à Moyſe perlata videtur. Quos quidem annos ita Chronologi, partim ex authoritate Scripturæ, partim ex coniectura, partiuntur. Ad ortum Iſaaci à promiſſione ad Abraamum diuinitùs edita, anni ſunt xxv. Nam centenario iam patri naſcitur Iſaacus, Geneſ. xxv, 26. Iacob anno ætatis ſuæ cxxx in Ægyptum deſcendit; Geneſ. xlvii, 9. fiunt ab Abraami ortu ad κάθοδον anni ccxc. Hinc ad mortem Ioſephi, anni lxx. Vixit enim ille annis cx plenis, Geneſ. l, 25. Agebat autem quadrageſimum, quando patrem cum ſuis venientem ſuſcepit. Nam triginta annorum erat, quando primùm Pharaoni eſt oblatus; Geneſ. xli, 46: quando autem Iacob deſcendit, ſeptem iam anni fertilitate inſignes, & duo famis præ-
B terierant: quinque reſtabant. Geneſ. xlv, 6. Proinde triceſimo nono iam expleto, quadrageſimum attigerat Ioſephus. Colliguntur à natiuitate Abraami ad Ioſephi obitum anni ccclx. Moyſes octoginta erat annorum, quando populus ex Ægypto migrauit, Exod. vii, 7. Hos ſi de cxlv deduxeris, qui à Ioſephi morte ad Exodum lapſi ſunt, reliqui erunt lxv ab obitu Ioſephi ad ortum Moyſis. Ita ab natali Abraami ad migrationem Iſraëlitici populi anni ſunt ɪↄv: ab orbe verò condito, mmccccliii. Quæ annorũ ſumma non demonſtratiuè, vt falsò Scaligeriani autumant, ſed probabiliter, & ὁλοχερῶς colligitur. Nam ſi quis pertinaciùs obſiſtere voluerit, præter illa, quæ ſuprà propoſuimus, vrgeri amplius poteſt; non conſtare, vtrum anni illi ccccxxx, poſt quos legem datam eſſe Paulus teſtatur, præcisè ſic accipiendi ſint; vt annus Abraami lxxvi ſit illorum primus: an lxxvii: ita vt exeunte lxxvi, promiſſa ſit Abraamo ſoboles. Tùm vtrum ſubinde cccc xxx annis expletis, & in ipſo ccccxxxi, lex in monte lata ſit, an poſt vnum, alterúmve annum ab illis expletis, an labente quadringenteſimo triceſimo. Pro hac enim varietate putandi, vno, aut duobus, aut tribus; aut eo amplius minuſve, ſi Moyſen rotundum numerum expreſſiſſe quis dicat, minuenda vel augenda erit
C annorum dv ſumma.

Apoſtoli locus explicatur.

Hanc de interualli illius annis tritam ac peruagatam ſententiam contrariis alij opinionibus, & argumentis oppugnant. Quippe quadringentos & triginta annos à Paulo numeratos diuerſis ab epochis ordiuntur. Genebrardus à deſcenſu Iacobi in Ægyptum. Cui & Scripturam ſuffragari putes. Nam & Geneſ. xv, 13, Deus Abraamo prædixit, cccc annis affligendos eſſe poſteros ipſius in terra non ſua. Et Exod. xii, 40, ſine ambage Moyſes. *Habitatio*, inquit, *filiorum Iſraël, qua manſerunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum.* Sed eadem opinio, quæ Scripturæ verbis inſiſtit, partim ex Pauli authoritate; partim ex ipſa Moſis genealogia validiſſimè confutatur. Fuit enim Moyſes filius Amram, Caathi nepos, Leui pronepos. Caath cum reliquis fratribus, & Leui patre profectus eſt in Ægyptum, Geneſ. xlvi, com. 12. Vixit annis cxxxiii, Exod. vi, 18. Amram verò cxxxvii, com. 20. Moyſes octogeſimum annum agens populum eduxit. Si hos
D omnes annos colligas, non plures efficies, quàm cccl, vel cccxlviii, vt auum, ac patrem Moyſis fingas paulò ante mortem filios, qui in ſerie numerati ſunt, genuiſſe. Deductis autem annis, quibus filios cum parentibus vixiſſe certum eſt, longè erit annorum ſumma minor, nedum ad ccccxxx perueniet. Quamobrem loca illa Scripturæ, ne tam apertæ, teſtatæque veritati contradicant, explicatione opus habent, quàm Chronologorum nemo prætermiſit. Geneſ. xv, quadringenti illi anni non ad ſeruitutem, & afflictionem ſolùm, ſed etiam ad peregrinationem referendi ſunt: *Scito prænoſcens*, inquit, *quod peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubiicient eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis.* Ab ortu videlicet Iſaaci, id eſt ab centeſimo Abraami ad Exodum, Patriarchæ ſemen partim in aliena terra peregrinum, parim vexatum annis circiter cccc fuit. Nam plenum, & rotundum numerum complexus eſt, iv vel v ſuperfluos neglexit. Exodi denique xii. Habitatio filiorum Iſraël ſynecdochicωs etiam parentum illorum peregrinationem continet, & ab Abraami profectione in Chananæam arceſſitur.

Genebrardi falſa ſententia.

Explicatur locus Gen. xv.

Quod & LXX Interpretes agnouerunt. ἡ δὲ κατοίκησις τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἣν παρῴκησαν ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν γῇ Χαναὰν, αὐτοὶ, καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν, ἔτη τετρακόσια τριάκοντα. *Habitatio filiorum Iſraël, qua inquilini in Ægypti terra, & in Chananæa fuerunt, tam ipſi, quàm eorum patres, fuit annorum* CCCCXXX. Non poſſumus magis idoneos afferre vindices nodi iſtius, & interpretationis noſtræ, quam ſeniores illos ſeptuaginta, quos inſtinctu quodam, afflatúq; Spiritus ſancti ſacros codices vertiſſe antiquorũ Patrum pleriq; ſentiunt. Ab anno itaque Abraami LXXV finito, ad exitum Iſraëlitarum, totidem annos Moyſes LXX ex ſeniorum interpretatione, numerat, quot & Paulus ad Gal. III, qui ad eorumdem LXX lectionem ſine dubio reſpectum habuit. Ita teſtatiſſima eſt annorum ab ortu Abraami ad exodum ſumma annorum DV. Sanè à profectione Iacobi in Ægyptum ad exitum ex Ægypto nonniſi CCXV annos Euſebius in Chronico ad A. CCCLIX, & Demetrius ab eodem in libb. de Præp. Euang. citatus computant. A

Paræi ſententia refutatur.

Nec audiendus Paræus, qui CCCCXXX annos à Paulo deſcriptos ab anno Abraami LXXXV deducit, quando fœdus cum Abraamo denuò confirmauit Deus. quod ex Geneſ. XV & XVI concludi putat. Verùm neque conſtat anno demum ab inito fœdere decimo, κύρωσιν illam διαθήκης incidiſſe, cum ſacrificio, de quo Geneſ. XV, 9, & 18. Quamuis enim cap. ſequenti in continenti congreſſum Abraami cum Agar Moyſes referat, quod ſub annum ipſius LXXXVI accidit, cap. XVI, 16. nihil tamen neceſſe eſt, ſtatim hæc poſt κύρωσιν διαθήκης temporum ordine, & ἀμέσως eſſe geſta: & Paulus manifeſtè de prima illa ἐπαγγελίᾳ loquitur, quæ anno Abraami LXXV facta eſt; quæ & apud Patres, & Chronologos celeberrima eſt, vti ex Euſebij Chronico liquet, qui ab ea ſæpius titulum ducit annorum. B

Explicatur tempus exitus Iſraëlitarum.

Quibus hunc in modum diſputatis, annus quo Iſraëlitæ ex Ægypto migrarunt, cùm ſit mundi 2453, erit Iulianæ Periodi 3183, cyclo Solis XIX, lit. E. Lunæ X. Annus erat idem Iudaicus currens 2230, cuius Tiſri iniit anno Per. Iul. 3182, cyclo Solis XVIII, litera F, cyclo Lunæ IX, Sept. XXIV. Huius enim character fuit, 3, 3, 1061, horis fere 4 à veſpera diei XXIII Sept. à qua Iudaicè dies inchoatur. Additis VI menſibus Iudaicis, hoc eſt diebus 177, 4, 438, calculus deſinet in Martij diem XX. Itaq; Neomenia Niſan, cyclo Lunæ X, cadit in Martij XX, 8, 419, cuius character erit 5, 8, 419, hora octaua cum dimidia poſt veſperam XIX Martij. Plenilunium medium cõtigit Apr. III, feria V. circa æquinoctium Alphonſinum; quæ eſt vetus Hebræorum traditio, ſecundũ quam Paſchalis decima quarta deſinens in ipſum, quoad licet, æquinoctium cadere debuit; quod ex Anatolio, Ariſtobulo, & aliis in Animadu. ad Epiphaniũ oſtendimus. Hæc igitur præclarè cõgruunt: nec minus & character ipſe feriȩ V quadrat, de quo adeo Scaligeriana factio contendit. Quanquam vtrum & æquinoctium πολιτικῶς per illud tempus in II, aut III Apr. cõpeteret, & Neomenia Niſan XX Martij tribuenda ſit; an potiùs æquinoctium IV, vel V Aprilis, Niſan XIX eiuſdem menſis inierit, affirmari ſine periculo temeritatis non poteſt imo probabilius eſt hoc ipſum; Niſan Aprilis circiter XIX cœpiſſe, feria VII. Quare anno illo Iudaico 2230 ſeptimi menſis character pro Niſan ſumendus eſt, qui eſt 6, 21, 132. Neque enim hodierna Iudaici anni forma exodi tempore cognita fuit: ſed ad Lunæ tantum methodum accommodatur. Ideo potuit embolimæus tum annus eſſe; non communis. Hæc, vti dixi, probabiliora ſunt, ſiue propter anni Tropici, & τῶν ἠλιοτροπίων tarditatem, quæ ex Periodo Anomaliæ Copernicianа tempeſtate illa contigit. Nam ex ea methodo æquinoctia, & Solſtitia fideliùs, quàm ex Alphonſino abaco repræſentantur. ſiue quòd ex Tabulis noſtris, quarum fides iam perſpecta nobis eſt, quartus Aprilis dies æquinoctio ἀκριβεῖ præfinitur: medio verò, V Apr. ita vt Alphonſinum inter, & Copernicianum æquinoctium, noſtrum interiectum ſit. Itaque veriſimilius eſt æquinoctium Aprilis IV, quàm II commiſſum fuiſſe: proindéque ex veterum Hebræorum obſeruatione, ne ante æquinoctiorum Paſcha peracgeretur, Niſan in Aprilis XIX eſſe coniectum. In anno Ægyptiaco fuit idem iſte dies Aprilis Pharmuthi XXI, cuius Thoth iniit, Sept. X, feria 3. Quod ad annum Perſicum ſpectat, quoniam, vt in capite de epocha Diluuij notatum eſt, Periodus magna Canicularis, cuius Alphrurdin incipit à XXXI Auguſti, iniit ab anno Per. Iul. 2118, à quo ad 3183, quo migrarunt Iſraëlitæ, numerantur anni 1067, toto hoc ſpatio biſextiles dies inci-

A dunt 266 abſoluti, cum quadrantibus tribus, cúmque ſingulis in diebus Iulianis Neomenia Phrurdin quadriennium hæreat, poſt 972 annos eadem Neomenia ad vltimum Decembris diem retroceſſit, anno Per. Iul. 3090. Ita anno 3181 Neomenia Decembris nono adhuc hærens, ſequenti, hoc eſt 3182, octauum eſt ingreſſa diem. Quare anno 3183 in Aprilis XIX incidit dies XIII menſis Perſici Merded.

De primo anno Sabbatico, & aliis conſequentibus. Scaligeri, & eius ſectatorum explicatur, ac refellitur ſententia.

Caput XXV.

INter Chronicos characteres, ac notas annorum Sabbatici anni referuntur, qui ſeptimo quoque anno recurrunt. Horum inſtitutio
B Exodi XXIII, 10, 11, deſcribitur, & Leuit. XXV, 2, 3, & ſequentibus. Ibi enim ſex annis terram colere iubentur, ac fruges comportare: anno verò ſeptimo dimittere, vt requieta ſit. Ideo ſeptimus hic annus vocatur שבת, Sabbatum terræ Leuit. XXV. Appellatur & annus שמטה, id eſt dimiſſionis, ac quietis; quòd tum ager incultus dimitteretur, intermiſſa videlicet agricolatione. Exodi XXIII, 11. *Anno autem ſeptimo dimittes eam*, תשמטנה Eodem anno & ſerui Iudaici generis liberi dimittebantur, Exod. XXI, 2. De hoc igitur anno diſputatur, vnde initium habuerit; quaque deinceps ſerie à primo reliqui conſecuti ſint.

Scaliger in hoc libro cap. de primo anno Sabbatico, & lib. III Iſag. Can. pag. pag. 352.
382, annum primum Sabbaticum ſeptimum dicit eſſe γεωργίας, poſtquam filij Hebræorum pedem in poſſeſſionem terræ Chanaan poſuerunt. *Annus* κληρουχίας, inquit, *fuit præcisè* XLVI *ab Exodo. Siquidem Caleb Ioſue* XIV, 7, 10, *ait ſe miſſum à Moſe*
C *terram exploraſſe, anno ſecundo à migratis finibus Ægypti, cúmque annum, quo ſorte diuidendi erant agri, fuiſſe à natali ſuo* LXXXV, *à profectione autem, quam terræ explorandæ cauſa iuſſu Moſis ſuſceperat*, XLV. *Miſſus verò fuerat à Moſe natus quadraginta. Ergo annos* κληρουχίας *fuit* XLVI *ab Exodo, Iudaicus 2310, mundi 2449, Per. Iul. 3262, qui numerus eſt ſeptenarius. Sequens igitur fuit primus* γεωργίας, *& ſeptimus ab eo eſt primus Sabbaticus, qui cœpit ſimul cum anno Iudaico 2317, Mundi 2506, incipiens vtique ab Autumno anni Per. Iul. 3269.* Hæc in lib. V de emend. Scaliger. In Iſag. Canon. *Primus, ait, annus* κληρουχίας *eſt primus primæ hebomadis annalis. Ideo ad methodum hebdomadum annalium per regulam perpetuam 47 ſemper de annis exodi deducenda. Annus capti Sedeciæ eſt 908 currens ab exodo. Deductis 47 remanet annus currens 861 à primo anno* γεωργίας, *quæ ſunt 123 hebdomades. Fuit ergo annus capti Sedeciæ Sabbaticus.* In iis duobus locis leuiter ſecum velitatur Scaliger. In priori, annus τῆς γεωργίας eſt quadrageſimus ſeptimus ab exodo; in poſteriori eſt quadrageſimus octauus. Quippe 47 deduci iubet de annis exodi, qui ſcilicet anteceſſerunt annum primum γεωργίας. Anni Sabbatici &
D γεωργίας ab Autumno vtique inchoandi ſunt, vt ipſemet fatetur Scaliger. Annus quo migrarũt Iſraëlitæ fuit mundi ex opinione Scaligeri 2453, qui iniit ab Autumno anni Per. Iul. 3216. Adde annos 45, quadrageſimus ſextus ab exodi anno cœpit in Autumno anni 3261. Ita annus 47, idémque γεωργίας primus, cœpit anno 3262. Vnde & Sabbaticus primus inire debuit anno 3268, non 3269. Proinde vel in ipſo ſolo capite libri huius contradicit ſibi, qui & annum primum τῆς γεωργίας facit XLVII ab exodo, qui ab Autumno cœpit anni 3262 Periodi Iulianæ: & Sabbaticum primum inchoat ab Autumno anni 3269. Ita enim ſeptem τῇ γεωργίᾳ annos aſſignat; quod eſt inauditum. Præterea ex verbis Caleb non tam præciſa anni primi τῆς γεωργίας, adeóque Sabbatici ratio poteſt iniri, quin vnius aut alterius anni diſcrimen interponi queat. Nam inchoati anni plerumque ſcripturæ conſuetudine pro completis, & exactis in numerum veniunt, & neſcimus vtrum ineunte quadrageſimo ſexto anno ab exodo, an deſinẽte, κληρουχία cœpta ſit. Quare tota de Sabbatico primo coniectura ex poſterioribus pendet, qui vel è Scripturis, vel ex hiſtoria certiſſimè conſtent. Ex iis quidam non malè ab Scaligero, eiúſque ſe-

ctatoribus conſtituuntur. alij ex ſola diuinatione non leui modò, ſed etiam falſa A
& ridiculâ: cuiuſmodi ſunt, qui ex Iſaia, Ezechiele, & Ieremia producuntur. Etenim Scaliger in Prolegomenis Operis de Emend. Temp. cenſet annum XIII Ezechiæ Sabbaticum fuiſſe; eo quod Iſa. XXXVII, 30: II Reg. XIX, 29, Propheta iubeat hoc anno (id eſt XIV Ezechiæ, vt ex lib. II Reg. cap. XVIII, 13 liquet) comedi ſponte decidua; in ſequenti verò ſponte naſcentia; tertio denique ſeri. Quoniam igitur primus, ſecundus, ac tertius annus illîc à Propheta memorantur, demonſtrationem hanc putat eſſe Scaliger, quòd XIII Ezechiæ Sabbaticus fuerit. Nam tres illi non alij ſunt, quàm hebdomadici. Eadem argumentatio repetitur & in Appendice ad Emend. Temp. pag. XLV, & lib. III Iſag. Can. pag. 286. N. XLVIII. Leuiſſima plane ratio, & diuinatione ſola conſtans. Nam quid neceſſe eſt, tres illos annos hebdomadicos cenſeri? Eſt enim Theodoreti ſanè probabilis interpretatio; qui Iudæos ſcribit toto biennio, quo Palæſtinam vaſtarunt Aſſyrij, agrum colere non potuiſſe; ideóque tertio demum anno ſerere iuſſos eſſe. Alij vno
tantùm anno vaſtatam Iudæam putant: at ſecundo anno boues, & aratoria inſtru- B
menta defuiſſe: vnde nonniſi tertio anno ſerere potuerunt. Sanè Caluiſius cap. XXIV Chronol. nihil veritus eſt contra magiſtri ſui demonſtrationem decimum quintum Ezechiæ annum Sabbaticum facere, non XIII.

Alter Sabbaticus in iiſdem locis à Scaligero profertur Sedeciæ vndecimus, ex Hieremiæ XXVIII, 1; vbi annum primum Sedeciæ Propheta quartum vocat, nempe hebdomadis annalis, interprete Scaligero. Sed eadem eſt iſtîc, atque in antecedente Syllogiſmo, concludendi leuitas, & inanitas; de qua pluribus ſuo loco, id eſt in epocha Sedeciæ. vbi & alterum demonſtrationis genus expendetur; qua ideo Sabbaticus annus oſtenditur eſſe vndecimus Sedeciæ, quod ab exodo 907 anni ſint abſoluti. Quæ caſſa, & abſurda eſſe ibidem docebimus.

Quanam ratione tam primus annus Sabbaticus, quàm reliqui conſtituendi ſint.
Oſtenditur probabiliter, non demonſtratiuè ſeriem illorum colligi. C

CAPVT XXVI.

PRIMVS annus Sabbaticus nonniſi χετικῶς, & per comparationem ad reliquos, qui deinceps conſecuti ſunt, inueſtigari à nobis, ac tutò definiri poteſt: ſi quidem verum eſt annorum Sabbaticorum, poſtquam ſemel ex Moyſis præſcripto curſum ſuum habuerunt, interruptam non fuiſſe ſeriem: de quo dubitari non temerè poteſt. Nam quis illud præſtare audeat, Iudæos, vel externis ſuperſtitionibus implicatos, vel identidem in captiuitate tot annis habitos, Sabbaticorum annorum, cuiuſmodi à priſcis acceperant, rationem, ordinémque tenuiſſe? Ac videtur contrarium inde poſſe concludi; quod ſecundum captiuitatem, vbi in patriam, & ad agrorum ſuorum poſſeſſionē poſtliminio redierant, ac colere terram cœperant, veriſimile ſit illos ſeptimum annum ab eo, quo in integrū reſtituti fuerant, obſeruaſſe, & quie-
ti tribuiſſe; non autem reſpectū ad ſuperiores Sabbaticos habuiſſe. Quod quidem D
poſt Babylonicam maximè deportationem eueniſſe par eſt. Toto enim illo captiuitatis tempore velut continuum terræ Sabbatum fuit, II Par. XXXVI, 21. *Cunctis enim diebus deſolationis egit Sabbatum, vſque dum complerentur ſeptuaginta anni.* Quocirca poſteaquam è Babylonia reuerſi ſunt Iudæi, ambigi poteſt ecquid Sabbaticorum ordinem annorū vetere ex præſcripto retinuerint. vt ſi verbi cauſa primus deportationis è Iudæa Sabbaticus fuiſſet, adeóq; ſeptuageſimus primus ab eo ſimiliter Sabbaticus, quo Iudæi agros ſuos primùm recuperarunt: vtrumnam hunc ipſum annū quietum ac feriatum eſſe voluerint, an ab eo potiùs culturam inchoarint. Quippe Moſis illa ſanctio, quæ Exodi XXIII, & Leuit. XXV continetur, ſeptimum annum & Sabbaticū nonniſi poſt ſex ſationis, & meſſis annos obſeruari præcipit. *Sex*, inquit, *annis ſeminabis terram tuam, & congregabis fruges eius. Anno autem ſeptimo dimittes eam*, &c. Quare poſt diuturnam agri quietem, quæ exilij tempore contigit, ſuperuacanea videtur ob Sabbaticum annum noua ceſſatio. Nam quod

A de ſeptimo die, ac Sabbato poteſt obiici, longè cauſa diſſimilis eſt. Primùm quod antiquior, & ab ipſo mundi ducta primordio eſt eius inſtitutio; imo verò naturali quodam, vt putant, iure ſancita, quatenus vnus dies è ſeptem Diuino cultui, ac venerationi tribuitur. Deinde non vt ab agrorum cultu, ac ſementis, meſſiſque duntaxat laboribus ceſſaretur, dies ille conſtitutus eſt. ſed vt ab omni manuum opere, ac ſeruili negotio deſiſterent homines: cuiuſmodi operibus in captiuitate, & vbique Iudæi fungebantur. Ideo ſeptimi diei religio perpetuo tenore proceſſit. quod de Sabbaticis annis dici nequaquam poteſt; cùm ad agricolationem, & ruſticana opera χρῆσιν, & comparationem habeant. His igitur de cauſis dubium eſt, vtrum Sabbaticorum annorum conſtans ac perpetuus ordo ſemper extiterit; & quod vulgò perſuaſum eſt omnibus, nihil in veteri ſerie mutationis incidiſſe, id poſtulatum magis, quàm probatum, ac rationibus expreſſum videtur. Verumtamem quia nemo, quod ſciam, aliter ſentit, & alterutram in partem nulla argumentorum præſidia ſuppetunt, ſequamur vulgarem illam, & ἄλογον πρόσληψιν: atque ex poſterioribus Sabbaticis, primum omnium, ſi poſſumus, inueſtigemus. *Sabbatorũ cur perpetua ſeries extiterit.*

B Tres ſunt anni Sabbatici, de quibus certò, ac liquidò conſtat. Primus eſt is, quo Antiochus Eupator, Epiphanis F. Hieroſolymam obſedit cum Lyſia, qui eſt annus Græcorum CL. lib. I Mach. VI, 20. Hoc enim anno mortuo Epiphane Antiochus Eupator in Iudæam graſſatus, Hieroſolymam obſidione vallauit, anno Sabbatico, vt ex com. 49, & 53, liquet. Sed & qui illum proximè ſecutus eſt, numeratur CLI, cap. VII, 1. Idem porro annus II Mach. XIII, 1, nominatur CXLIX Græcorum. Oſtendemus ſuo loco Græcorum annos, qui in lib. I Mac. exprimuntur, à Niſan inchoari, qui initium annorũ Seleucidarum antecedit. Proinde centeſimo quinquageſimo libri I Mac. ineunte, labebatur annus ſecundi libri, & Seleucidarum, CXLIX. Ergo annus Seleucidarum CXLIX Sabbaticus fuit. Huic & Ioſephus aſtipulator accedt lib. XII, cap XIV. Annus Græcorum, ſiue Seleucidarum CXLIX iniit ab Autumno anni Per. Iul. 4550, anno Iudaico hodierni computi 3598, cyclo Solis XIV, Lunæ IX. Itaque annus Per. Iul. 4551 Sabbaticus maiori ex
C parte fuit. *I. Anni Sabbatici, de quibus conſtat.*

Alter Sabbaticus eſt ille, quo Simon Hyrcani pater generi ſui Ptolemæi inſidiis in caſtello Dagon interfectus eſt. qui eſt Seleucidarum CLXXVII. lib. I Mac. cap. XVI, 14. Menſe enim vndecimo, qui eſt Schebath, occiditur, anno CLXXVII. Ergo altero menſe ante Niſan, & exordium anni CLXXVIII iſtud accidit. Quod autem Sabbaticus idem fuerit, ex Ioſepho, lib. XIII, cap. XVI colligitur. Sed de hoc exemplo diſputatum à nobis eſt accuratè lib. II, cap. de periodo Iudæorum Alexandrea; vbi Ioſephi, & Scaligeri errata fœdiſſima detecta ſunt. Annus Seleucidarum CLXXVII cœpit ab Autumno anni Per. Iul. 4578, Iudaico 3626. II.

Tertius Sabbaticus eſt, quo Hieroſolyma ab Herode, & Soſio capta, Agrippa & Caninio Coſſ. authore Ioſepho lib. XIV, cap. XXVIII, vbi & Sabbaticum annum fuiſſet docet. Incidit Conſulatus iſte in annum Per. Iul. 4677. Quare ab Autumno anni 4676 iniit Sabbaticus. III.

Hactenus itaque demonſtrati ſunt anni tres Sabbatici, qui cœperunt ab Autumno annorũ in Periodo Iuliana 4550, 4578, & 4676. Quod verum eſſe, arguit inter-
D uallum inter eoſdem tres annos, quod ſeptenario numero cõſtat. Nam inter 4550 & 4578 intercedunt anni XXVIII; inter 4578 & 4676, anni 98: ambo verò ſeptenarij ſunt. Ab iis annis in anteriores regredi, & annum primum Sabbaticum inquirere oportet. Quem Scaliger, vt vidimus, decimum quartum ab eo anno ſtatuit, quo in promiſſam terram pedem intulerunt. Cœpit enim, ex eius ſententia, ab Autumno anni Per. Iul. 3269, mundi 2505, qui eſt annus quadrageſimus tertius ab Exodo. Alij quadrageſimum ſeptimum ab Exodo primum Sabbaticum definiunt; parum probabili argumento ducti; quòd ab ingreſſu Palæſtinæ, non à poſſeſſione, numerandos eſſe Deus per Moyſen edixerit, Leuit. XXV, 2. Verba legis: *Quando ingreſſi fueritis terram, quam ego dabo vobis, ſabbatizes ſabbatum Domino.* Sed nimis præfractè meo iudicio verba ipſa legis vrgent; quaſi ſtatim ab ipſo ingreſſu annales hebdomadas ſuum curſum tenere voluerit. Atqui proximum ab illo comma demonſtrat, agros ſex annis conſeri, ac meti priùs oportuiſſe, quàm à

cultura feriarentur. Quare negamus antea Sabbaticum vllum celebrari potuiſſe, A
quàm Iſraëlitæ non modò in poſſeſſionem miſſi forent, ſed etiam colere inſtituiſſent. Cùm igitur conſtet ante XLVI ab ingreſſu nondum agros fuiſſe diſtributos, & aliquanto poſt hunc annum ſeptem Tribus adhuc exſortes fuiſſe, cap. XVIII Ioſue: abſurdum credimus Sabbaticum annum primum illum conſtitui, qui agricolationem omnem anteceſſit. Nos primum annum hebdomadis annalis ſeptimum exiſtimamus ab ingreſſu terræ, Sabbaticum verò primum decimum tertium. Annus Exodi, mundi eſt 2453 menſe Niſan. Poſt XL annos euolutos ſub idem tempus hoc eſt anno mundi 2493, Palæſtinam adierunt, anno Per. Iul. 3223. Anno itaque mundi 2498, Per. Iul. 3228, ante Christum, 1486, κληρουχία, & agrorum aſſignatio contigit. Primus itaque γεωργίας ab Autumno cœptus eſt eiuſdem anni. Sabbaticus denique primus iniit ab Autumno anni mundi, 2504, Per. Iul. 3234, Iudaico 2282, quo cœpit annus ab ingreſſu duodecimus, ſi annorum epocham à Niſan repetas; decimus verò tertius ab Autumno. Perſpicuum eſt autem annum iſtum cum tribus, illis quos fixos, certóſque ſtatuimus, Sabbaticis congruere. Itaque ſi annos Iulianæ Periodi, & computi Iudaici per ſeptem diuidas, exiſtent anni Sabbatici; quòd in annis Mundi duobus minùs accidit. Quod mirari nihil attinet. Neque enim Sabbatici anni ab orbis conditu numerandi ſunt. Qua in re præpoſteram] nonnullorum diligentiam ridere ſolemus, qui annos Sabbaticos ita reſpondere volunt orbis initio, vt annis mundi per ſeptem diuiſis, Sabbatici relinquantur; eiúſque concinnitatis ſtudio de iiſdem anni ſmundi demere, vel ad eos addere non dubitant. Quod meritò nos otioſum, & friuolum arbitramur. B

Quis primus annus Sabbaticus fuerit.

De Iubileis annis. Refellitur eorum opinio, qui per annos quinquaginta vertentes numerari ſolitos putant. oſtenditur nonniſi XLIX *plenos annos habuiſſe.*

Capvt XXVII.

IN eodem Leuit. cap. XXV, vbi ſabbaticorum annorum obſeruatio C
præſcribitur, iuſſi ſunt Iſraëlitæ Iubileum annum tenere. *Numerabis quoque tibi* (com. 8) *ſeptem hebdomadas annorum, id eſt ſepties ſeptem, quæ ſimul faciunt annos quadraginta nouem. & clanges bucina menſe ſeptimo, decima die menſis, propitiationis tempore in vniuerſa terra veſtra. Sanctificabíſque annum quinquageſimum, & vocabis remiſſionem cunctis habitatoribus terræ. Ipſe eſt enim Iubileus.* Hæc Moyſes. Si de Iubileorum annorum celebratione mentio in ſacris hiſtoriis extaret aliqua, vel apud Ioſephum; vti Sabbaticorum aliquot veſtigia reperiuntur: minùs eſſet obſcura nobis illorum ratio. Nunc cùm nulla iſtorum memoria vſpiam facta ſit: magnæ ac difficillimæ quæſtioni locus relictus eſt; vtrum Iubilei anni quinquaginta, an quadraginta nouem annis definiti ſint. Qua de re vtrimque acerrimè certatur à Chronologis: qui omnes Scripturæ verbo ad ſuam ſententiam transferre conantur. Qui enim quinquageſimum annum præciſè Iubileum faciunt, vrgent illud imprimis, quòd cùm D
Scriptura hebdomadas annorum VII numerari iuſſerit, id eſt XLIX annos, ſubinde ambiguitati conſulens, quinquageſimum hunc annum eſſe dicat. Alij ex aduerſo Iubileum omnem eundem cum Sabbatico ſtatuentes, hunc ipſum quinquageſimum eſſe volunt, incluſis ambobus terminis, nempe priore ac poſteriore Iubileo, eodémque Sabbatico. Nos ne longiores ſimus in commemorandis atque expendendis partis vtriuſque momentis, in eorum propenſiores ſumus ſententiam, qui Iubilei ſpatium præciſè ſeptem annorum hebdomadibus, ſiue XLIX annis circunſcribunt Mouent nos vt ita ſentiamus argumenta iſta potiſſimum. Deus Opt. Max. Iubileos annos eâdem ratione inſtituiſſe videtur, qua Sabbaticos; & hebdomadas dierum. nempe vt quemadmodum ſeptimum quemque diem peculiari quadam religione conſecrauit, ita ſeptimum annũ celebrari voluerit, ac denique ſeptimum hebdomadis ſeptimæ, velut hebdomadum clauſulam. Sanè

in illo

A in illo loco Leuit. xxv eâdem proportione iubet, vt hebdomades ſeptem numerentur, qua paulo antè decreuerat, vt anni ſeptem putarentur, quorum ſeptimus ſolenni aliquo ritu celebraretur, perinde ac Sabbaticus ſeptimus: qui præter ordinariam cōmunémque Sabbaticis reliquis feriationem, multis aliis religionibus, ceremoniiſque præditus fuit. Præterea quod ex illa opinione ſequitur, quæ quinquageſimum annum Iubileis emetitur; minus credibile videri mihi ſolet, nimirum duobus annis continuis à cultura ceſſatum fuiſſe, Sabbatico, & ſequenti Iubileo. Tum illud: poſt vnius, aut duorum, aut trium annorum ſementem ac meſſem, ſubinde Sabbaticum, & requietum annum interceſſiſſe.

Ponamus annum ante ſæculi huius initium, nempe MDXCIX, Sabbaticum fuiſſe, annum verò MDC, Iubileum: annus deinde MDCXLVIII Sabbaticus erit, additis videlicet ad annum MDXCIX, quadraginta nouem: Iubileus autem ex illorum opinione, qui quinquaginta ſolidos ac vertentes annos præfiniunt, erit MDCL. Ita vnus tantum arationis & operæ annus, inter MDCXLVIII, & MDCL interceptus eſt. Rurſus annus MDCXCVII Sabbaticus erit; Iubileus autem, MDCC. *Oſtenditur quinquagenariorum abſurditas.*
B Ita biennio tantùm agricolationi vacabitur. Proximo verò Iubileo triennio: atque adeo pro ſex illis annis, quibus ante Sabbatiſmum ſeri comportaríque fruges Deus edixerat, duæ dimidiatæ duntaxat hebdomades continuabuntur; quarum prior à Sabbatico ad Iubileum, vno, aut duobus, aut tribus, aut quatuor, aut quinque annis comprehenſa; poſterior à Iubileo ad proximum Sabbaticum, quinque ſimiliter, aut quatuor, aut tribus, aut duobus, aut vno anno terminabitur. Cuius tam inuſitati ritus, & obſeruationis nullum in veteri lege, aut hiſtoria veſtigium extare; neque de ea re Iudæos admonitos eſſe; mirum & incredibile prorſus exiſtimo. Certè nunquam id Moſes prætermiſiſſet; neque tam præciſè ſex annis arari obſeriq; agros inſtituiſſet: tum ne diffidentia, & inopiæ timor obreperet, non vniuſmodi ſingularem illam atque extraordinariam terræ fertilitatem oſtendiſſet, quæ ob Sabbatici anni ceſſationem, triplicato fœnore credita ſibi ſemina rependeret, com. 21. Quod enim trium annorum fructus illîc de ordinariis Sabbaticis intelligendi ſint, paulo pòſt apperiemus. Atque hæc poſterior ratio aduerſus illos propriè pugnat, qui Sabbaticos annos ſuum perpetuò curſum habuiſſe concedunt, neque à Iubileis ipſis computatos exiſtimant. vt ſi verbi cauſa in
C exemplo ſuperiore Sabbaticum annum velis eſſe MDCXLIX, qui poſt MDC, quadrageſimus nonus occurrit; itémque MDCXCIX, vti ſemper ἀμέσως Sabbatici cum Iubileis continuentur. Hoc enim qui ſentiunt, ne refutatione quidem digni ſunt: quæ ex Sabbaticorum annorum inter ſe comparatione perfacilis eſt. Nam Sabbaticus quilibet excluſo proximè ſuperiore quadrageſimus nonus eſt, nunquam quinquageſimus. Proinde Sabbaticorum ordo nequaquam interruptus eſt interuentu Iubileorum; quod & Torniellus ipſe quinqu agenarij alioqui Iubilei fautor, agnoſcit. Atqui nunquam adducar vt credam poſt pauciſſimorum annorum culturam ac laborem ſtatim Iudæos quieti ac vacationi ſeſe dediſſe; déque ea re, quæ non rarò eſſet euentura, nullam omnino ſignificationem dediſſe Scripturam. Nam quod Torniellus in illo ipſo cap. xxv Leuitici, vbi Moyſes ſecuros eſſe iubet Iſraëlitas, neque anxiè quærere. *Quid comedemus anno ſeptimo, ſi non ſeuerimus*, &c. propterea quod annus ſextus trium annorū repræſentaturus ſit annonā; non ad quemuis Sabbaticum pertinere putat; ſed ad eum ſolū, qui proximè Iubileum antecedit, aut ſequitur; fruſtra eſt. Etenim de Sabbaticis iiſdem loquitur, *Tornielli falſa ſententia.*
D de quibus com. 4 præceperat, hoc eſt annis quibuſlibet ſeptimis, qui poſt ſex τῆς γεωργίας ſuccedunt, de quibus meritò dubitari potuit; vndenam tunc alerentur, ſi ab omni labore ceſſaretur. Quis autem non videt, ſollicitudinem illam, inquiſitionémque vulgi de iis annis, qui identidem decurrebant, non de iis, qui in vnius hominis ætate rarò bis accidere poterant, eſſe conflatam? Quare cùm de ſeptimo quolibet anno cogitatio illa quæſtióque ſuccurreret; abſurdiſſimè Moyſes ei ſatisfacere, atque omnem ſcrupulum eximere volens, alia omnia reſponderet, & de ſolo Iubilei cum Sabbatico anno concurſu loqueretur. Falſa itaque eſt, & à Scripturæ mente aliena hæc interpretatio. Neque verò cauſam ſatis idoneam Torniellus habuit, cur ad illam confugeret, veritus ne non iſtud explicari poſſet, quare Dominus annorum trium prouentum anno ſexto promiſerit, cùm vni tantùm, nempe Sabbatico prouidendum eſſet: ex quo etiam ſuſpicatur, annorū Sab-

baticorum epocham in verno menſe, non in Tiſri collocandam. Fuit enim peculiaris iſta terræ fœcunditas anno ſexto cõceſſa, velut in fidei & obſequij præmium: vt non ſolùm in vnum annum, quo religionis cauſa vacarent; ſed etiam in duos ſequẽtes illius annona ſufficeret. vt tum vere iſtud impletum fuerit, quod cap. XXVI Leuit. com. 10 promittitur. *Comedetis vetuſtiſſima veterum, & vetera nouis ſuperuenientibus proiicietis.* A

Poſtremò argumenta omnia, quibus quinquagenarium annorum ſpatium in Iubileis adſtruitur, non multum negotij nobis exhibent. Horum illud putatur eſſe validiſſimum, quòd Scriptura poſtquam XLIX annos, id eſt hebdomadas VII commate 8 definiit, commate 10 ſubdit: *Sanctificabiſque annum quinquageſimum*, &c. vt appareat non ipſum quadrageſimum nonum, ſed quinquageſimũ Iubileum fuiſſe. Ad hæc plana eſt, & expedita ratio: cùm proximè ante quadrageſimum nonum ſtatuiſſet annum, ſubinde quinquageſimum appellari, vſitata loquendi conſuetudine, qua vterque terminus in ſeriem numerúmque coniicitur. Ita Iubileus ſequens quinquageſimus annus eſt à priori. Atenim bis idem numerabitur annus. Quid tum deinde? An non idipſum quotidiano ſermonis vſu contritum eſt? Nonne Olympiadicum luſtrum πενταετηρίδα, & quinquennale ſpatium veteres appellarunt? Sic & octaëteridem ἐννεαδεκαετηρίδα, vt author eſt Cenſorinus. Adde quartanarum tertianarúmque febrium appellationes, in quibus profectò & idem dies bis ſumitur, & vterque terminus includitur. Piget iſta commemorare, quæ peruagata, & facilia ſunt. Inſtant rurſus: Si Iubileus annus idem cum ſeptimo Sabbatico fuit; quare Leuit. cap. XXV, poſtquam com. 4 quouis in Sabbatico quietos ab agrorum cultu Iudæos eſſe iuſſit: com. 11, de Iubileo velut nouam ſanctionem edixit: *Non ſeretis neque metetis*, &c. Hoc enim ſuperuacaneè mandatum repetitur, ſi nihil à Sabbatico Iubileus diſcrepat. Verùm hæc ex abundanti, vt Scriptura ſolet, & inculcandi gratia ſæpiùs iterantur; tametſi nouum nullum præceptum contineant. Cuiuſmodi præter neceſſitatem facta repetitio ſimilibus exemplis innumeris comprobari poteſt. Adde non otioſum videri iteratum illud in anno Iubileo ceſſationis, ac Sabbatiſmi præceptum. Cùm enim ineunte anno Iubileo, poſt tubarũ clangorem, qui menſe ſeptimo, die X ſolenni ritu edi ſolebat, com. 9; in prædiorum veterem poſſeſſionẽ, & in integrum vniuerſi reſtituerentur: poterat illos recuperati agri, ac domeſticæ rei conſtitutæ dulcedo quædam ad captandos ſubinde fructus impellere, quo ſuam egeſtatem præſenti cõpendio ſubleuarent; ac ne biennio toto frugum inopia premerentur. Quod & ipſum legitimum videri potuit; neque aduerſus Sabbatici anni legem commiſſum; quandoquidem prius conſeri agrum, metíque ſex annis præſcribit, quàm ab opere ceſſetur. Vnde qui in anno Iubileo poſtliminio in agrorum poſſeſſionem mittebantur, dubitare poterant, vtrum ex iis famis ac paupertatis præſidium capiendum foret, antequam otium illis indicerent. Proinde & opportuna, & neceſſaria fuit illa cautio de Iubileo, vt non minùs quàm Sabbatici reliqui ab agrorum cultura immunis haberetur.

Occurritur quinquagenariorũ argumẽtis.

B

C

Præter hæc nihil contrariam in partem affertur, quod reſponſione opus habeat. De Philone ac Ioſepho quod opponunt, quinquageſimum ab iis annum Iubileum vocari, nihilo ſunt illorum conceptiora, quàm Scripturæ verba; quæ quo ſenſu accipienda ſint ſuprà docuimus.

Ex iis facile iam erit Iubileum annum primum, ac reliquos deſignare. Nam ſi primus annus γεωργίας ab autumno cœpit anno mundi 2498, Per. Iul. 3228; Sabbaticus item primus ab autumno anni mundi 2504, Periodi Iulianæ 3234, vt ſuperiore cap. definitum eſt: ſeptimus Sabbaticus, idémque Iubileus iniit ab autumno anni mundi 2546, Per. Iul. 3276. Ideo mundi 2547, & 3277 Iubilei cenſendi ſunt; ex quibus facilè cæteros inueſtigabis. Sed vtrum Iudæi pro eo ac iuſſi fuerant, Iubileos annos, perpetuò ſeruauerint, nullum in ſacris literis indicium occurrit. Et Scaliger in Prolegom. Operis huius præceptam fuiſſe dicit, non receptam Iubilei obſeruationem. Qui in Appendice pag. XLV prioris iſtius opinionis immemor, annum XXVII, cuius meminit Ezechiel cap. XXIX, 17, Sedeciæ decimum, Iubilei viceſimum ſeptimum eſſe docet: indéque concludit Sabbaticos annos in Chaldæa ſeruatos fuiſſe. Idem in Animaduerſionibus Euſebianis ſentit, N, DXLV. *Qui negat*, inquit, *Iudæos rationem Iubilæorum habuiſſe extra fines terræ Iſraël, obtunduntur hoc loco Ezechielis*. Mira hominis leuitas, & confidentia. Nam quod com. 1. meminit Eze- D

Iubilei anni.

An Iubileos perpetuò tenuerint Iudæi.

A chiel anni decimi, D. Hieronymus, & alij Interpretes rectè decimum ab initio captiuitatis faciunt: qui autem com. 17 viceſimus ſeptimus dicitur, eorumdem ſententia ab eadem captiuitate numeratur. Cur autem ſtatim poſt x annum, xxvii fiat mētio, cauſam reddit Hieronymus. *Quia enim*, inquit, *de Ægypto & ſuperior, & hæc quæ nunc dicitur prophetia contexitur; licet diuerſis ſit facta temporibus: tamen quia de vna prouincia prophetatur, iunctæ ſibi ſunt. Quod & in Hieremia crebrò legimus, vt præpoſtero ordine tempora deſcribantur. Prius enim Sedeciæ in quibuſdam geſta referuntur, & poſteà Ioakin, qui ante eum fuit.* Vana eſt igitur ἀλαζονεία Scaligeri, qui Append. pag. xlv de charactere illo anni Iobelei xxvii triumphat, ac ſibi ſoli plaudit, & neminem hactenus locum iſtum Ezechielis intellexiſſe ſcribit. Sed hic illius mos eſt, ex leuiſſimis, & nonnunquam perſpicuè falſis argumentis, certam magnis de rebus pronuntiare ſententiam. Nos igitur eò redeamus; nihil in ſacris literis, aut verò hiſtoricis exteris ſatis expreſſum legi, vnde ſciri poſſit, vtrum Iobeleos etiam in Iudæa ipſa,
B nedum in aliena regione, ac deportatione, Iudæi ſeruauerint.

De Ilij excidio: Scaligerianæ doctrinæ ſumma.

Caput XXVIII.

ATtici anni, Atticæq; ac Græcæ Tetraëteridos deſcriptio fundamētum eſt Scaligerianæ ſentētiæ de Ilienſi clade. I. Illius opportunitatem eam eſſe dicit, vt ex die menſis ſciatur quota ſit prytanias, modò conſtet quotus ſit annus Tetraëteridis: & viciſſim datis diebus menſis, & prytanias deprehēdetur quotus ſit annus Tetraët. Cùm autem, vt ex doctrina lib. I conſtat, Neomeniæ anni Græci popularis menſem integrū in forma Iuliana peragrent; vt verbi cauſa Hecatombæon aliquando incidit in x Iulij, aliquando in vi Auguſti: accidit vt ſidus, quod veſpere Neomeniæ Hecatombæonis oritur in i anno Periodi Atticæ, non oriatur in eadem Neomenia, quando illa erit Aug. vi. Porro ex variis opinionibus ab Ilij excidio ad i Olympiadem, earū tantùm
C habenda ratio, quæ ſupra cccc annos, octo, ſeptem, ſex, aut quinque numerant. Quæ omnes in menſe & die conſentiunt; nimirū Thargelionis xxiii cōtigiſſe. In annis Tetraët. variant; vnde & in Lunę quoque ætate diſcrepāt. Nam primo anno Tetraët. xxiii Thargel. eſt prima Luna: In ſecūdo eſt vii: In tertio, plenilunium. In quarto eſt xxii Luna. Rurſus in anno primo die xxiii Targel. Luna occidit ſtatim veſperi. In II occidit media nocte. In III tota nocte lucet. In iv oritur media nocte. Qui igitur annis ccccviii ante primam Olympiadem captū volunt Ilium, anno tertio Tetraët. contigiſſe putant. Nam 408 retro putati deſinunt in annum xlix Periodi Olymp. Atticæ xi. Iidem & plenilunio captum aſſerunt. Qui annos ccccvii ponunt à capto Ilio ad Olympiadem primam, hi cenſent Luna xvii, anno Tetraët. iv captum fuiſſe. Qui annos ccccvi definiunt, hi primo anno ſequentis Tetraët. hoc eſt xiii Periodi, captum arbitrātur, nocte illuni. Poſtremò qui ccccv annos computant, Luna vii accidiſſe ſentiunt, anno II Tetraët. Periodi anno xiv.

Interuallum à capto Ilio ad primam Olympiadem ex doctiſſimorum ſententia II.
D definit annorū ccccvii: quod & Ephorum, Calliſthenem, Eratoſthenem, & cæteros ſenſiſſe vult. Itaque Diodorus ait annum primum Olympiadis xciv deſinentem, hoc eſt ccclxxiii à primo ludicro, eſſe dcclxxx poſt excidium Troianum. Deductis 373 de 780, remanent 407, interuallum à capto Ilio ad 95 Olympiadem ineuntem. Contigit ergo caſus iſte anno tertio Tetraët. Atticæ, id eſt Periodi Atticæ xi. Neomenia Thargel. xxxi: Maij xxiii, Iunij xxii. ſupererant ad caput anni ſequentis dies xxxvii, quorum xvi ad τροπὰς θερινὰς, id eſt viii Iulij, excluſiuè. Et proinde xxi erant ἀπὸ τροπῶν ad caput anni ſequentis; vt in lib. i declaratum eſt in Tabula Neomeniarum Atticarum.

Incidit ille annum in 3531 Per. Iul. à quo ad 3938, quo cœpta eſt prima Olympias, interuallum eſt annorum 407. Ideo retractat illud quod pag. 44 libri I dixerat: Ilij caſum 408 annis ante primam Olympiadem accidiſſe.

Eadem doctrina repetitur libro III Iſag. Canonum pag. 283, vbi hanc epocham demonſtratiuam appellat, quia nititur charactere ſuo, nempe Thargelionis xxiii, anno Per. Iulianæ 3531, annis ccccvii ante primam Olympiadem.

Elenchus ſuperioris doctrinæ. vbi variæ de Troiano excidio veterum opiniones explicantur.

Capvt XXVIII.

DE Atticæ, Græcæque Tetraëteridos conformatione, ac nugis illis, obſoletiſq; fabulis, nihil addam ad ea, quæ toto ferè lib. primo aduerſus inane cõmentum accuratiſſimè diſputauimus. Quod etiam atque etiam Lectoribus veritatis & hiſtoriæ ſtudioſis expendendum relinquimus. Eſt enim fide omni maior fabulæ iſtius inanitas & licentia. Et tamen hoc ipſo capite glorioſiſſimum illud iacere non dubitat. *Itaque videmus quæ ſit vtilitas anni Attici, & Olympici ad notationem temporum in rebus Græciæ. Quare ignoratio iſtius formæ non ſolùm huic ſæculo; ſed & priſcis temporibus nocebat.* Vix ſe continebit, qui hæc legens, doctrinæ illius abſurditatem ex noſtris commentariis didicerit. Sed vt priuata huius quæſtionis & propria errata conuincam. B

Vide varias haſce ſententias Græcè pag. 380. Euſebii Scaligeriani.

Falsò imprimis aſſeuerat, authores omnes, qui de Ilienſis excidij tempore ſcripſerunt, in die ac menſe conuenire, vt Thargelionis XXIII contigerit. Apud Clementem enim Alexandrinum I Strom. variæ Scriptorum ſententiæ percẽſentur, quæ de die nequaquam conſentiunt; quædam etiam de menſe diſcrepant. Dionyſius Argiuus prodidit Ilium captum Demophonte Athenis regnante, Θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρᾳ ἐπὶ δέκα. Thargelionis XII. Alij tertiâ maluerunt. Quidam Πανέμου ὀγδόῃ φθίνοντος; Panemi XXIII, qui Scirrhophorioni reſpondet. Hellanicus Thargelionis XII. Alij XXIII Thargel. & quidem πληθυούσης σελήνης. Alij denique Scirrhophorionis XXIII. Quare non conuenit inter omnes de die ac menſe: Et quæ de illo conſenſu ſcripſit Scaliger, δουλεύων τῇ ὑποθέσει, ad Atticæ Græcæque Tetraëteridos figmentum accommodare ſtuduit.

Illud quidem agnoſcimus; plures in eo concordare, vti Thargelione menſe captum Ilium exiſtiment, adeóque ſub anni Græci, ſiue Olympici finem, qui circa τροπὰς θερινὰς inibat. Vnde Dionyſius Halicar. lib. 1. nouum annum computat poſt ſolſtitium. τῷ δὲ ἑξῆς ἔτει, πρώτῳ δὲ μετὰ τὴν ἅλωσιν περὶ τὴν μετοπωρινὴν ἰσημερίαν ἄραντες οἱ Τρῶες ἐκ τῆς γῆς περαιοῦνται τὸν Ἑλλήσποντον. *Anno ſequente, qui primus eſt ab excidio Ilienſi, circa æquinoctium autumnale ſoluentes Troiani, Helleſpontum traiiciunt.* Quamobrem cùm Ilij ἅλωσις incurrat in anni Attici & Olympici finem, & ante τροπὰς, à quibus circiter illi incipiunt: attentè conſiderandi ſunt anni interualli, quod inter vtrumque terminum ſtatuitur. Si enim ſolidi anni 408 à ſolſtitio, quod excidium proximè ſecutum eſt, ad ſolſtitium, à quo ludicrum primum Iphiti cœpit, numerentur, excluſo vtroque termino; clades Ilienſis contigit anno Per. Iul. 3530, Tetraëteridis Atticæ exeunte tertio; Periodi verò Atticæ anno XI, ex Scaligeriana doctrina. Cùm enim Periodus Olymp. annorũ LXXVI cœperit anno Per. Iul. 3938, ſumatur aliquis annus ante Troianam ἅλωσιν, à quo proximè Periodus Olympica cœperit κατὰ πρόληψιν μαθηματικὴν, qua etiam Iulianos annos ad mundi initium extendimus; erit is Per. Iul. 3482; à cuius æſtiuo ſolſtitio ad ſolſtitium anni 3938, anni vertentes intercedunt 456, quæ ſunt Periodi Olympicæ & Calippicæ ſex: ita vt quadringenteſimus quinquageſimus ſextus inierit à ſolſtitio anni 3937, deſierítque ante ſolſtitium anni ſequentis 3938. Quoniam autem ex perpetua methodo ad D annos Olympicæ Periodi, XXXVIII adduntur, vt habeas Atticam; initium Atticæ proximè Olympicam antecedens, erit annus Per. Iul. 3520. cuius ab ſolſtitio iniit primus Atticæ Tetraëteridis, & Periodi. Ergo anno 3530 cœpit tertius Atticæ Tetraëteridos; Periodi vndecimus, qui ſequente anno deſiit. Captum eſt igitur Ilium anno ſecundo Tetraët. Atticæ, Periodi Atticæ X: ſiquidem anno ineunte 409 poſt ἅλωσιν, primus Iphiti agon inierit, & inter vtramque epocham anni 408 ſolidi numerentur. Olympicæ verò Tetraët. IV, Periodi XLVIII. Sin 407 interiecti ſint, & quadringẽteſimo octauo inchoante Olympias prima cõmiſſa ſit, captum eſt Ilium anno Per. Iul. 3531, anno Tetraëteridis Atticæ tertio exeunte, Periodi Atticæ vndecimo, Olympicę Periodi XLIX, Tetraët. I. Sin 406 anni inter epocham vtramque definiantur, captum erit anno Per. Iul. 3532, anno Tetraët. Atticæ IV, Periodi XII: Olympicæ autem Tetraët. II, Periodi quinquageſimo. Poſtremò ſi 405 anni, vtro-

A que excluſo termino putentur, ἅλωσις incidit in annum Per. Iul. 3533, Atticæ Tetraëteridos I, Periodi XIII: Olympicæ porrò Tetraët. III, Periodi LI. Quæ omnia in ſequenti Laterculo declarantur.

LATERCVLVM Troiani excidij ſecundum varias ſententias.

Anni Periodi Iulianæ.	Differentia excluſis ambobus terminis.	Atticæ Periodi.	Atticæ Tetraët.	Olympicæ Periodi.	Tetraët. Olymp.
3533	405	XIII	I	LI	III
3532	406	XII	IV	L	II
3531	407	XI	III	XLIX	I
3530	408	X	II	XLVIII	IV

Scaliger verò ſibi non conſtat; qui ſi 408 anni numerentur, coniici cladem Ilienſem aſſerit in annum Periodi Olympicæ XLIX, Atticæ vndecimum, vtrumque deſinentem; idémque plenilunio contigiſſe, anno Tetraëteridis Atticæ tertio. At paulo pòſt idipſum ei ſententiæ tribuit, quæ 407 annorũ diſcrimen facit. Vide pag. 355 D, & ſequentem. Dixerat anteà: *Qui annos 407 ponunt à capto Ilio ad primã Olympiadem, hi omninò cenſent captum Luna* XXII. Quare ex ſuperiori definitione captum volunt anno IV Tetraëteridis, Periodi Atticæ
B XII. Hanc ſententiam in ſequentibus reſpuit. Credit enim Luna plena fuiſſe captum. Proinde interuallum annorum 408 conſtituendum fuit. At ille & doctiſſimos ait annos 407 numerare; & pag. 356 eandem ipſe opinionem amplectitur. Annus captæ Troiæ, inquit, eſt Per. Iul. 3531. Annus primus Iphiti eſt 3938. *Differentia anni 407. quod erat propoſitum.* Et paulò pòſt: *Epocha igitur, quæ annos 407 abſolutos ponit ante primam Olympiadem, eſt ex ſententia Eratoſthenis. Vocetur Eratoſthenea. Ea eſt omnium certiſſima.* Hæc igitur hallucinatio eſt, cùm quatuor omninò de interuallo à capto Ilio ad primam Olympiadem ſententias enumerarit, quarum prima annos deſignat 408, & tertium Tetraëteridis Atticæ: ſecunda annos 407, & annum quartum Tetraëteridos: vtramque confundere. Nam & anno tertio Tetraëteridos exciſum putat Ilium, & nihilominus 407 annos, non vt ante 408 intercipit. Et quod ἀλογιστίας caput eſt, retractat id quod li-
C bro I ſcripſerat, interuallum eſſe 408 annorum. *In libro*, inquit, *primo, cùm ageremus de Periodo Attica, nos contulimus caſum Ilij in 408 annum ante primam Olympiadem. Sed hæc opinio de 407 annis longè certior.* Atqui libro I, pag. 44. idem penitus, quod hoc loco, ponitur, anno Periodi Olympicæ XLIX, Atticæ XI, captum Ilium, & Tetraëteridos III. Eadem ergo vtrobique ſententia. Sed in quatuor illis opinionibus, & interuallis explicandis, annos interualli ita concepit, vt priore excluſo termino, poſteriorem includeret. Poſteà verò, cùm 407 annos ſtatuit, vtrumque terminum reiecit; & priorem illam ſuam primi libri ſententiam à poſteriore diuerſam credidit, cùm ſit eadem reipſa. Nam in Diagrammate noſtro, anno Periodi Iulianæ 3531, quo Scaliger Ilij cladem incidiſſe putat, deſiit annus XI Periodi Atticæ; Olympicæ XLIX: cúmque anno exeunte iſtud acciderit, ſi à ſequente ſolſtitio numeres, pleni ſunt anni 407 ad ſolſtitium anni 3938, quo Iphiti primus agon iniit: ita vt quadringenteſimus octauus ſit is, in quem agon ille competit. Hæc ſatis ad extricandam Scaligeri ſententiam, quam ille mirum in morem implicat.

Quod ad Euſebium attinet, quem Scaliger in eorum opinionem trahit, qui an-
D nos 406 inter vtramque epocham aſſignant, id adeo certò non liquet. Neq; enim conſtat, quodnam anni primordium vſurparit Euſebius: atque vtrum eius anni, quem ſequitur, fine, an initio cladem illam accidiſſe ſentiat. Annum, quo captum eſt Ilium, ponit ab ortu Abraami 835: Olympiadem verò primam cœpiſſe vult anno 1240. Excluſo vtroque termino, τὸ διάφορον ſunt anni 405: ita vt quadringenteſimus ſextus in Olympiadem incidat. Quæ verò de illuni nocte, vel ortu Lunæ in annis quatuor Tetraëteridis notat Scaliger, quàm ſint falſa, & inaniter conficta, docent ea, quæ libro I aduerſus anni Græci & Attici deſcriptionem propoſita ſunt: vbi quiſquilias omnes iſtas euerrimus.

De Diodoro perinde res incerta eſt, quantum annorum interiectum exiſtimet. Scribit enim annum primum Olymp. XCIV eſſe ab Ilij clade ſeptingenteſimum, & octogeſimum. ſed vtrum de anno Olymp. deſinente, an ineunte loquatur, non explicat. Et ſatis commodè ad eam ſententiam trahi, poteſtquæ anno Periodi Iulianæ 3530 Ilij ἅλωσιν aſſignat. De qua poſteà.

 A

Vera Troiani excidij epocha. Halicarnaſſenſis locus illuſtratur: Chronologorum aliquot errata caſtigantur.

Capvt XXIX.

Omnivm Scriptorum, qui Troianæ ἁλώσεως tempus certa ratione inueſtigare conati ſunt, diligentiſſimus habitus eſt Dionyſius Halicarnaſſenſis, qui ex Eratoſthenis Canon. illud accuratiſſimè definit libro I iiſce verbis. Ἴλιον μὲν γὰρ ἑάλω τελευτῶντος ἤδη τοῦ θέρους ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι· περιτταὶ δὲ ἦσαν αἱ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκπληροῦσαι μετὰ τὴν τροπὴν εἴκοσι ἡμέραι. ἐν δὴ ταῖς ἑπτὰ καὶ τριάκοντα ταῖς ἀπὸ τῆς ἁλώσεως διαγενομέναις, τά τε περὶ τὴν πόλιν οἴομαι διοικήσασθαι τοὺς Ἀχαιούς, καὶ τὰς πρεσβείας ἐπιδέξασθαι τὰς παρὰ τῶν ἀφεστηκότων. *Ilium enim captum eſt vergente iam æſtate,* XVII *diebus ante ſolſtitium* XXIII *Thargelionis menſis, ſecundum Atticam anni rationem. Supererant ex eo anno poſt ſolſtitium dies viginti. Itaque* XXXVII *diebus, qui captam vrbem ſecuti ſunt, exiſtimo Achæos res vrbis compoſuiſſe, & legationes accepiſſe ab iis qui defecerant.* In iis verbis pro θέρους ſcribo ἔαρος. Nam deſinente vere, non æſtate contigit. Cæterùm Halicarnaſſenſis Athenienſium anno ſe, temporúmque vti deſcriptione confirmat. Scripſit autem ſub Auguſto, & quidem, vt apparet, anno Vrbis DCCXLVII. Nam cùm annos ab Vrbe condita ad ætatem ſuam numerat, ſub initium Hiſtoriæ, ταῦτα δὲ, inquit, πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἤδη πρὸς τοῖς ἑπτακοσίοις ἔτεσιν ἐστὶν εἰς ὑπάτους Κλαύδιον Νέρωνα τὸ δεύτερον ὑπατεύοντα, καὶ Πίσωνα Καλπούρνιον, οἳ κατὰ τὴν τρίτην ἐπὶ ταῖς ἐνενήκοντα καὶ ἑκατὸν Ὀλυμπιάσιν ἀπεδείχθησαν. *Quod tempus iam annorum eſt ſeptingentorum quadraginta quinque vſque ad Claudium Neronem iterum, & Calpurnium Piſonem Coſſ. qui magiſtratum hunc inierunt Olympiade* CXCIII. Conſulatus iſtorum incidit ex Varroniana putatione in annum Vrbis DCCXLVII, Iulianum XXXVIII. At Dionyſius annos numerat duobus minus, nempe DCCXLV. Sed animaduertendum primò Dionyſium vno anno tardius epocham Vrbis defigere, quàm Varronem: nempe anno VII Olympiadis exeunte primo; vel potiùs, vt ſuo loco demonſtrabitur, exeunte quarto, Periodi Iulianæ 3962; cùm in antecedentem Varroniana Palilia congruant. Deinde cùm annos computat ab Vrbe condita ad iſtos Coſſ. ſeptingentos quadraginta quinque, excludere annum ipſum, quo illi Conſules fuerunt, qui eſt quadrageſimus ſextus. Et fieri poteſt vt ante Palilia, quæ in horum Conſulatum incurrerint, ſcripſerit iſta Dionyſius. Itaque vnius tantùm anni diſcrimen erit, non biennij. Sanè annus Vrbis conditæ CCCXLVII Varronianus incidit in annum Periodi Iulianæ 4707, quo cœpit Iphiti DCCLXX, deſiitque DCCLXIX, qui & annus primus eſt Olympiadis CXCIII. Ita anno primo deſinente Olympiadis CXCIII, à Kalendis Ianuariis inierunt Claudius Nero II, & Calpurnius Piſo Coſſ. Quamnam verò formam per illud tempus adhibuerint Athenienſes, minimè compertum eſt: vtrum lunarem annum videlicet ex vetere inſtituto retinuerint: an Iulianam formam receperint. quam quidem poſtmodum adſciuiſſe ſatis in Animaduerſionibus ad Epiphanium, & libro IV huius Operis oſtendimus, cap. de Anno Iuliano Athenienſium. Rurſus neque illud omninò diſcerni poteſt, quodnam ſolſtitium ciuili vſu ſtatuerint: an priſcum illud Metonis, & Euctemonis in XXVII Iunij ſeruauerint. quod & Calippum loco ſuo non dimouiſſe credibile eſt. an aliud quodpiam ex Hipparchi, vel alicuius alterius obſeruatione definitum. an denique Soſigenis, ac Iulij Cæſaris, quod VIII Kalend. Iulias, ſiue XXIV Iunij fixum eſt; authore Plinio. De his enim omnibus nihil præter opinionem, & coniecturam habere poſſumus. Verùm ne incertus animi pendeat Lector; ſi me authorem ſequatur; Athenienſium illa tempora, ad quæ deſcriptio Dionyſiana dirigitur, ad lunarem veterémque formam referet, quam nondum è populari vſu ſolicitaſſe Athenienſes probabile eſt, cùm Dionyſius iſta commentaretur. Accedit & illud longè ad coniecturam noſtram validiſſimum; quòd hanc omnem temporum putationem ex Eratoſthenis Canonibus; ac veterum Mathematicorum regulis inſti-

Anni forma quam Halicarn. ad Troianum excidium applicat.

B C D

A tuiſſe videatur; qui haud dubiè Lunarem annum, qui popularis erat Athenienſium, ſecuti ſunt. Forte & hæc ipſa verba de Ilienſis excidij tempore ita vt in Ephori, aut alterius monimentis reperit exſcripſit; cuius ſæculo Metonis τροπαὶ adhuc obſeruabantur.

Quocirca falſa eſt Glareani, & aliorum virorum eruditiſſimorum opinio, qui cùm Solſtitium Dionyſianum ex præſcripto Iulij Cæſaris in xxv Iunij conferant, Troiam captam aſſerunt vii Eid. Iunias, hoc eſt xvii diebus ante Solſtitium. Nec enim ad lunarem annum ſententia iſta congruit; de quo agere Dionyſium præter ea, quæ dixi, etiam ſuperflui illi poſt Solſtitium viginti dies arguunt, vti mox intelliges.

Quæ cùm ita ſe habeant; equidem annum Troianæ ἁλώσεως eſſe ſuſpicor Periodi Iulianæ 3530. Fuit hic annus Iudaici computi 2577; cuius Tiſri character 6, 11, 457, Septembris xxvii, feria vi, cyclo Solis 1, lit. G F. Adde vii menſium characterem, octauus iniit feria 4, 17, 321, Maij xxi: quo & Aſtronomicæ Tabulæ Nouilunium repræſentant. Fuerit hic Thargelion; cuius xxiii dies cadit B in xii Iunij. Ab hoc die ad xxviii Iunij dies numerantur xvii. Quare videtur Athenienſium ciuile Solſtitium in Iunij xxviii diem conueniſſe; proximum ſcilicet ab eo, in quo Metonis Soſtitium collocatum fuerat: quod Iunij xxvii ſub tempus matutinum obſeruatum fuiſſe ſuprà vidimus. Ac neſcio an ideo ſequenti die τροπαὶ defixæ fuerint, quod ingreſſus Solis in δωδεκατημόριον Cancri à Metone notatus erat, non ſub ipſum diei ciuilis initium, ſed eo iam ex media parte confecto. Siquidem Athenienſes à veſpera dierum initia ſumebant. Iccirco placuit in ſequenti die τροπὰς ciuiles ſtatuere, annique cardinem. Hoc modo Dionyſij ratio mirificè congruit. Nam xii Iunij decimus ſeptimus eſt πρὸ θερινῆς τροπῆς, vtroq; termino in numerum incluſo. Quod communi vſu ſermonis contritum eſt: vt cùm dicimus, ante diem III Eidus. quod Græci ſic efferunt, πρὸ τριῶν Εἰδῶν; cùm duo tantùm ſolidi dies tertium illum antecedant. Scirophorionis Neomenia incidit in xx Iunij feria vi: cuius character eſt 6, 6, 38. Hecatombæonis denique Neomenia conuenit in Iulij xix, cuius character Iudaicus, 7, 18, 831 feria vii. C A xxiix Iunij excluſiuè ad xviii Iulij incluſiuè, dies ſunt xx, quas περιτταὶ, hoc eſt abundantes ad annum explendum poſt τροπὰς, excurriſſe ſcribit Dionyſius. Quid pulcrius? quid opportunius hac methodo; aut ad Dionyſij mentem accommodatius excogitari poteſt? τροπαὶ ciuiles Athenienſium erant adhuc in eo die defixæ, qui Metonicum Solſtitium proximè ſequebatur, cùm ſcribebat illa Dionyſius, qui ſic Troiani illud excidij tempus deſcripſit, vt cum Attico anno, cuiuſmodi ætate ſua ſeruabatur, congrueret: non cum veteris illius æui rationibus Aſtronomicis, quas fruſtra nonnulli in hac hiſtoria requirunt. Scribit enim Dionyſius: ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι. Notet Lector præſens verbi tempus, ἄγουσι. Nempe cùm ſcriberet: non autem vti Troiani tempore belli ἦγον, aut ἄγειν εἰκὸς ἦν. Ad eum modum Hiſtorici noſtrates, & Chronologi ad Iulianam, & ciuilem anni formam antiquas res omnes referunt. Veluti cùm Troiam captam eſſe dicunt menſe Iunio, die xii, vel alia qualibet. Quod methodi cauſa rudi Minerua ita delineatur, quo facilius & iucundius hæc ab omnibus intelligantur. Sic ergo Dionyſius hæc ad Græcorum ſuorum captum, & Athenienſium præſens inſtitutum applicauit: niſi D Ephori, vti diximus, aut alterius Hiſtorici verba tranſcripſerit. Περιτταὶ ἡμέραι Scaligeri, vt & tota illa Attici anni deſcriptio, meræ nugæ ſunt, quas ſatis ſuperque lib. 1 confutauimus: nec non illud, quod ſibi & aliis pleriſque perſuaſit, τροπὰς apud Dionyſium octauum eſſe diem poſt ingreſſum Solis in Cancrum. Hoc enim apud Athenienſes non perinde obſeruatum eſſe poſt editum Metonis parapegma videtur. Quippe publicè & in foro Enneadecaëteridem ſuam cum obſeruato à ſe Solſtitio Meton ciuibus ſuis propoſuit. vt author eſt Diodorus: ad eámque formam ciuilem Græcorum annum exactum eſſe docet Geminus. Quare τροπαὶ ex Metonis præſcripto conſtitutæ poſtridie eius diei ciuilis, quo iam dimidia plus parte confecto obſeruatio cœleſtis inciderat. Hæc ſanè probabiliter dicuntur. Illa Scaligeri vt abſurdiſſima ſunt, ſic à nobis ſuo loco caſtigata; Nouilunia Tetraëteridum in Attica Periodo ad Iphiti ſæculum accommodari. Contra quam ſanctionem ſuam admodum peccauit; vt in lib. I perſpicuè monſtratum

Troiani excidij tempus.

Dionyſij verba mirificè ad noſtram ſententiam faciunt.

Vide Plutarch. in Camillo p. 248.

eſt. Quamobrem Thargelion Dionyſianus Lunaris fuit, non popularis neſcio quis A
è Scaligeri officina prodiens, vna cum τεοπῇ commentitia in VIII Iulij. In quo
lib. 4. pag. 283. ridiculum eſt epiphonema illud III Iſag. Can. *Vnde colligi poteſt & vtilitas anni Attici, & fides methodi noſtræ, qua rem antea tam abſtruſam, tam accuratè deſignare potuimus.* Quanto cum iudicio Atticus annus, ac methodus illa conflata ſit, ſexcentis in locis oſtendimus.

Cum hac opinione noſtra, quod anno Periodi Iul. 3530, non 3531, expugnatum ſit Ilium, conſentit Cappellus. Anno quippe mundi 3816 id tribuit, qui in Per. Iul. eſt 3530. Sed idem temerè Dionyſium redarguit, quod XVII dies ante Solſtitium, non viginti numerauerit: ipſe verò captum Ilium aſſerit XXIII, & XXIV, hoc eſt inter XIII, & XIV Iunij, diebus ante primum Cancri XVII, vel XX. Quaſi primus Cancri in Iulij diem III, aut Kalendas ipſas concurrerit. Sed veriora ſunt quæ nos attulimus. Temporarius anno mundi 2790 Ilij ἅλωσιν collocat; qui ex eius principiis cadit in annum Per. Iul. 3481, & quinquaginta fere annis Dionyſianam epocham anteuertit. Argumenta, quibus hoc ſibi perſuaſit, friuola ſunt, & ἀῤῥαλῆ, ac febriente Chronologo digna. Buntingus annum mundi præfinit 2787, B
qui eſt Per. Iul. 3532, cyclo Solis IV, Lunæ XVII. Ergo Ilium captum ex eius ratiociniis XXIII Thargel. Iunij XXI. Solſtitium enim, ſiue Cancri principium VI Iulij ſtatuit. Verùm ἀκριβὲς, aut Prutenicum Solſtitium ad hanc hiſtoriam affingere ſuperuacaneum eſt, ac περίεργον.

Veterum placita de Troiani excidij tempore.

Quod ad veteres pertinet; Eratoſthenes à Troia capta ad primam Olympiadem computat annos CCCCVII apud Clementem Alexandr. lib. I. Quippe ab Ilio capto ad Heraclidarum κάθοδον anni ſunt 80. Hinc ad Ioniæ κτίσιν, 60. Ad Lycurgi deinde ἐπιτροπίαν, 159. Hinc ad primam Olymp. 108. Colliguntur à caſu Ilij ad primam Olympiadem, anni CCCCVII. Alius item Chronologus aſſentitur; qui ab exordio Troiæ ad Æneæ κάθοδον, & κτίσιν Λαβινίυ putat annos 10. Hinc ad Aſcanij regnum, 8. Hinc ad Heraclidarum reditum, 61. Inde ad primam Olympiadem 328. Fiunt anni 407. At Timæus apud Cenſorinum cap. XXI, ab Inachi regno ad primam Olympiadem numerabat annos CCCCXVII. Eratoſthenes verò CCCCVII. Sed non ſolùm falſiſſima eſt iſta ſupputatio. longè enim antiquior eſt C
Inachus, quem anno Per. Iul. 2856 cœpiſſe vidimus, annis ante Troiæ ἅλωσιν 674: ſed etiam Cenſorini hallucinationem arguit, qui Inachi primordia cum Ilij expugnatione confudit. Illud enim Eratoſthenis interuallũ à Troia, non ab Inacho deducitur. Argumento eſt, quod Cenſorinus ab Ogygis Diluuio ad Inachi regnum annos intercedere CCCC ſcribit, quot ab eodem Inacho ad Troiam vetus apud Clementem Chronologus definit. Ogygis verò cataclyſmus apud eundem contigit ſub Phoroneo Inachi ſucceſſore. quod, & Tatianus docuit, & Euſebius in Chronico poſuit. Quocirca interuallum illud Cenſorini non ab Inacho ad primam Olympiadem, ſed à Troiæ excidio numerari debet. Nihilominus tamen nos conſtanter annos inter Ilij caſum, & primam Olympiadem ſolidos intereſſe credimus CCCCVIII, vtroque termino excluſo: ſic vt primæ Olympiadis annus quadringenteſimus nonus iniens ſit ab eo anno, qui ab Solſtitio cœpit proximo ab Thargelione τῆς ἁλώσεως. Quam ad ſententiam Dionyſij calculus accedit: non ſolùm quia menſium lunarium ac dierum ante, & poſt Solſtitium inſtituta apud D
ipſum ratio egregiè ad annum Per. Iul. 3530 conuenit. verùm etiam quod Romam idem author conditam aſſeuerat anno quadringenteſimo triceſimo ſecundo poſt Ilij cladem. Oſtẽdemus ſuo loco annum conditæ vrbis ex Dionyſij mente eſſe Per. Iul. 3962, quo cœpit annus Iphiti XXV, ſiue Olympiadis ſeptimæ primus, deſiit verò quartus Olympiadis VI: ita vt reuera anno IV Olymp. ſextæ Palilia prima competant. Eſt autem annus iſte Iphiti XXIV deſinens, quadringẽteſimus triceſimus ſecundus perinde deſinens à Troiana vaſtitate. Ita Diodorus annum primum Olymp. XCIV numerat ſeptingenteſimum octogeſimum ἀπὸ τῆς ἁλώσεως. Annus hic iniit Per. Iul. 4310, qui & ſeptingẽteſimus octogeſimus eſt ab eo, qui cœpit anno Per. Iul. 3530 à Solſtitio. Addamus his & ſuffragatorem Euſebium, qui lib X de Præpar. pag. 284, interuallum ab Ilio capto ad primam Olympiadem annorum eſſe dicit CCCCVIII, ὡς αἱ παρ' Ἕλλησι τῶν χρόνων ἀναγραφαὶ περιέχουσιν, *vt Græcorum Chronica teſtantur.* Quamuis Tatianus apud ipſum pag. 291, vno minus.

A cccc vii concipiat. Lactantius l. i. c. xxiii ſcribit ab excidio Troiæ ad ſua tempora annos fluxiſſe mcccclxx. Hæc igitur prodebat literis anno Chriſti cclxxxvii. Summa diſputationis noſtræ. Troiæ ἅλωσις contigit anno Per. Iul. 3530, mundi 2800, anno Iudaico 2577, Iunij xii, ſiue ea nocte, quę erat inter xi, & xii, ante Metonicum Solſtitium xvi die; ante ciuile Athenienſium Solſtitium, xvii; ante Tropicum & Prutenicum die circiter xxv. Contigit enim anno 3530 ingreſſus Solis in Cancrum paulò ante mediam noctem, quæ eſt inter vi & vii Iulij. Carcinonis Neomenia, ſiue Solis παρείσοδος in Cancri δωδεκατημόριον ſecundum Tabulas Pariſinas, ad eam anni rationem, quæ eſt dierum ccclv, 5, 49′, competit Iulij iv, feria vi; hora 14, 24′ à media nocte in meridiano Troiæ, cyclo Solis II, lit. E, Lunæ xv. Erat xii Iunij, Ijar xxiii, quæ & Thargelionis Attici xxiii fuit. Annus idem poſt Diluuium fuit mcxliv: poſt initium Aſſyriorum ſiue Beli, dcccccxci. Poſt Exodum, cccxiv. Non igitur Plenilunio captum eſt Ilium, ſi Thargelionis xxiii expugnatum ſit, vt apud Clementem quidam exiſtimabant; ſed Luna xxii, aut xxiii, quando à media nocte oriri incipit: quod & Iliados paruæ author à
B Clemente laudatus indicat hoc verſu.

Νὺξ μὲν ἔην μεσάτα, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελάνα. Vbi ἐπιτέλλειν eſt oriri, vt recte Scaliger obſeruat. Plenilunium tamen deſignant alij, vt Petronius.

Iam plena Phœbe candidum extulerat iubar
Minora ducens aſtra radianti face.

Virgilius II Æn. idem tempus aſſignificare videtur, cùm tacitæ Lunæ ſilentia deſcribit; quam ſeptimam lunam fuiſſe Seruius adnotat, ſed perperam. Viri docti iampridem admonuerunt non illîc ſilentem lunam in coitu, ſed quietam noctem, ac πανσέληνον deſcribi. Hoc ſi verum eſt, tum non Thargelionos xx[?]ii captum fuerit. ſi Thargel. xxiii, non alia vtique quàm Luna xxii deſinente, ἅλωσις inciderit. Nam Tetraëteridon Scaligerianarum diſpoſitum penitus reiicimus.

C *De Heraclidarum in Peloponneſum expeditionibus. déque Æolica & Ionica migratione. tum de Homeri tempore.*

Capvt XXX.

CELEBRIS eſt in Græcorum hiſtoriis mentio τῆς τῶν Ηρακλειδῶν καθόδου. ſub quod tempus magni tota Græcia motus, ac rerum commutationes, & aliquot regnorum exordia contigerunt. Huius itaque, quoad licet, liquida & fabularum inuolucris explicata ratio proponenda videtur, ex Diodoro, Pauſania, Apollodoro, & Euſebio, aliíſque Scriptoribus. Atque illud imprimis tenendum; non vnam Heraclidarum eruptionem fuiſſe: ſed eos Peloponneſum ſæpius aggreſſos, indidémque pulſos, tandem voti fuiſſe compotes. Id quo ordine geſtum ſit accipe.

Diodorus lib. iv. pag. 18. Pauſanias Corinth. pag. 60, & alibi paſſim. Apollod. lib. II pag. 31. Euſebius lib. v de Præp. pag. 124.

Hercules Euryſthei metu Tirynthe fugiens; quod oppidum erat Argiæ; ad Ceycem Trachinis in Theſſalia regem ſeſe contulit. Hercule mortuo, cùm Euryſtheus eius liberos à Ceyce depoſceret, is viribus ſuis diffidens Athenas illos mit-
D tit, ac Theſeo, cui plus ad reſiſtendum erat virium, commendat. Euryſtheus bello Athenienſibus indicto, prælio vincitur, & ab Hyllo interficitur.

Victores Heraclidæ Poloponneſo potiuntur. Sed ingruente peſtilentia, poſt annum oraculi monitu inde digreſſi (quod præſcriptum tempus anteuertiſſent) Marathonem commigrant. Hyllus poſtea, Delphico Apolline conſulto, iuſſus tertium expectare fructum, poſt triennium (ita enim reſponſum interpretabatur) Peloponneſum aggreditur, ductis per Iſthmum copiis. Sed infelix expeditionis huius exitus fuit. Duplici enim oraculo deluſus eſt. Primum id erat, quo τρίτον καρπὸν expectare monitus; hoc eſt τρίτην γενεάν; ipſe de tribus annis accepit. Alterum, quo Ariſtomacho [filio Cledæi, nepoti Hylli, pronepoti Herculis.] vni ex Heraclidis Apollinem ſcitanti proditum eſt.

Νίκην σοι φαίνουσι θεοὶ διὰ ὁδοῖο στενύγρων.
Victoriam tibi monſtrant Dÿ per viam anguſtorum humidorum.

His ambagibus Peloponneſi iugum, quod Iſthmon vocant, ſignificari creditum. Eſt enim anguſtum, & mari vndique verberatur. At oraculum mare ipſum intelligebat, quæ eſt ad anguſtias eaſdem tendentibus via; quam & εὐρυγάστορα nominabat. Commiſſo itaque prælio Ariſtomachus cadit. Hyllus reſiſtentibus acriùs Peloponneſiis, rem ad ſingulare certamen reuocat: ea lege, vt vtrius partis victor eſſet, ea Peloponneſum obtineret: Heraclidæ porro, ſi hoſtis vinceret; non ante quinquageſimum annum in Peloponneſum redirent. Accepta conditione pugnat Echemus Arcadiæ rex, & Hyllum interficit. Diodorus verò poſt Euryſthei mortem Heraclidas ab Atreo, qui Euryſtheo ſucceſſerat, (vt & libro I Thucydides ſcribit) Peloponneſi aditu prohibitos refert: ac tum Hyllum cum Echemo pugnaſſe. Nos ex Apollodoro ſuperiora deſcripſimus. Heraclidę ergo Peloponneſo pulſi poſt annos quinquaginta nouam expeditionem adornant. Principes erant Heraclidarum Temenus, Creſphontes, & Ariſtodemus Ariſtomachi filij. Illi ducem expeditionis Oxylum adhibent, luſcum hominem mulo inſidentem: ideóque τριόφθαλμον, qualem adſciſci Delphicus Apollo mandauerat. Dum ad Naupactum, cui ex ea re nomen inditum; claſſem moliuntur; Ariſtodemo fulmine interim enecto, Procles, & Euryſthenes ambo eius filij in paternum locum ſubſtituti ſunt. Regnabat tum Lacedæmone Tiſamenus Oreſtis filius. Heraclidæ Peloponneſo in poteſtatem redacta, trifariam illam diuidunt. Temenus Argos ſortitus eſt. Creſphontes Meſſanam. Procles & Euryſthenes Lacedæmonē. Oxylus mercedis loco Elidem impetrauit: cuius è ſtirpe Iphitus Lycurgi tempore agonem Olympicum inſtaurauit. Pelopidæ, aliíque regionum principes, ac reguli Peloponneſo fugere coacti varias ſedes ſibi quæſierunt. Soli Arcades immoti patriis in locis conſtiterunt. Hoc modo nouis Heraclidarum regnis in Lacedæmonia, & Corintho præſertim, datum eſt initium. Sed & paſſim in Græcia, & Aſia propagatæ coloniæ. Quarum celeberrimæ ſunt duæ, Æolica, & Ionica. Harum prior eſt Æolica; quæ Penthilo Oreſtis filio duce, ſub Heraclidarum aduentum profecta dicitur à Strabone lib. XIII; annis poſt Troianum excidium ſexaginta. Ea primùm in Thraciam appulſa: poſtea in Aſiam traducta, Æolidem ibi regionem obtinuit. Ionica vero quatuor γενεαῖς, vt ibidem Strabo refert, Æolica poſterior eſt Tiſamenus Penthili frater, & Oreſtis filius ab Heraclidis Laconia Argíſq; pulſus; Ægialeos, ſiue Ionas viciſſim & ipſe Achaiam Peloponneſi regionem occupātes expulit τῶν δ' Ἡρακλειδῶν ἐπικρατησάντων (ait Strabo) ἀναληφθέντες ὑπὸ Τισαμενοῦ τοῦ Ὀρέστου παιδὸς, ὡς προειρήκαμεν, τοῖς Ἴωσιν ἐπέθεντο. *Heraclidis rerum potitis, à Tiſameno Oreſtis filio aſſumpti Ionas adorti ſunt.* Non bene Interpres ἀναληφθέντες vertit, *in integrum reſtituti.* Meminit & Polybius lib. II. Cæterum Iones ex Attica in Peloponneſum migrauerant. Vnde rurſus in Atticam regreſſi, poſt Codri obitum, Neleo & Androclo eius filiis ducibus in Aſiam profecti ſunt. vbi oppida plurima condiderunt, & Ioniam de ſuo vocabulo nuncuparunt. Hæc hiſtoriæ ſumma. A B C

Vide Pauſan. pag. 129.

Pauſanias Eliac. I pag. 150.

Nunc vt migrationum illarum tempora definiamus; Heraclidarum imprimis κάθοδος vulgò annis LXXX poſt Troianum excidium imputari ſolet. vti Velleius, Tatianus, Clemens Alexand. lib. I Strom. ex Eratoſthene docent. At Strabo ſexaginta duntaxat annis poſteriorem facit. nec abhorret Pauſanias, qui in Meſſen. poſt duas γενεὰς à Troia capta id eueniſſe ſcribit, qui ſunt fere anni LX. Verùm vt cum pleriſque ſentiamus, prima illorum expeditio anno vltimo Euryſthei contigit, & Atrei primo. hoc eſt Iulianæ Periodi 3509, ante Troianam ἅλωσιν, anno XXI Poſtrema poſt annos ab eadem ἁλώσει octoginta: adeóq; Per. Iul. 3611, qui eſt annus à prima expeditione circiter centeſimus. Hoc modo falſum erit, quod Diodorus affirmat; in illo cum Atreo conflictu pactionem hanc interpoſitam, vti poſt annos quinquaginta redirent; itáque eſſe factum. Sic enim triginta duntaxat annis poſt excidium Troiæ Ἡρακλειδῶν κάθοδος accidiſſet. quod veterum authoritate falſitatis arguitur. Nō dubito quin Diodorus hallucinatus ſit, & veriora ſcripſerit Apollodorus. Hæc eſt illa poſterior κάθοδος, quam velut nobiliſſimam epocham veteres Chronologi frequenter vſurpant. Ab ea hiſtorici celebres, Ephorus, Calliſthenes, Theopompus hiſtorias ſuas exorſi ſunt. vt author eſt Diodorus lib. IV. In idem tempus Æolica migratio conijcienda videtur. At Ionica longè poſtea. Strabo lib. XIII, quatuor γενεαῖς poſteriorem Æolica fuiſſe ſcribit, vti paulo antè di- D

Diodorus caſtigatur.

A ximus, Ionicam. Eratoſthenes apud Clementem annis LX. cui conſentit Ariſtar-
chus, dum Homeri natale in ἀποικίας tempus coniicit, annúmque ab expu-
gnata Troia CXL. Totidem enim conſiunt ex LXXX, & LX. Atqui Philoſtratus in
Euphorbo annis CXXVII μετὰ τὰ Τρωϊκὰ Ionicam coloniam profectam eſſe dicit.
Nec abhorret Herodotus; qui in Homeri vita Leſbum habitari per oppida cœ-
ptam ait ἀπὸ τῆς εἰς Ἴλιον στρατείας annis CXXX. quod ab Ionibus factum videtur.

Ex iis Homeri ætas colligi poteſt. qui paulo poſt Ionicam migrationem extitit; *Homeri ætas.*
ſi quid Herodoto credimus. Nam in calce vitæ Homeri ſic ille concludit. A Tro-
iana expeditione ad frequentatam opidis Leſbon, anni ſunt CXXX. Hinc ad Cu-
mæ, quæ Æolica, & Phricotis appellata eſt, conditum; anni viginti. Poſt octo-
decim deinde annos à Cumanis condita eſt Smyrna. quod eſt tempus natalis Ho-
merici. Colliguntur à Troia capta ad Homerum, anni CLXVIII. Addit ab Home-
ri ortu ad Xerxis tranſitum annos intercedere 622. Sed fallitur. Non enim plures,
quàm 536 interiecti ſunt. Capta eſt Troia anno Per. Iul. 3530. Xerxis διάβασις
anno 4234. Interuallum anni 704. Deduc annos 168, quibus Troia poſterior eſt
B Homerus. Cõſient anni 536. Itaque poſt Ionicam ἀποικίαν natus eſt Homerus annis
28. Alij vetuſtiorem paulo fuiſſe cenſent. alij haud paulo recentiorem. Philocho- *Vide et Plutarch. peculiari libello de Homero, Tomo I. moral. p. 58.*
rus apud Clementem annis 180 poſt Troianam cladem. Ariſtarchus in Commen-
tariis ad Archilochi carmina, ad ipſum refert migrationis Ionicæ tempus. Apol-
lodorus centum annis poſt migrationem collocat: quando Lacedæmone regna-
bat Ageſilaus Doryſſæi filius: adeo vt Lycurgus eum viderit. Euthymenes æqua-
lem illum Heſiodi facit, ducentis poſt Troianum excidium annis. Eratoſthenes
centum annis poſt Troianam calamitatem. Theopompus quingentis floruiſſe me-
morat. Euphorion circa Olympiadem XVIII. Soſibius nonaginta annis ante pri-
mam Olympiadem. Hæc opinionum de Homeri tempore non minor quàm de pa-
tria diuerſitas. Nos Herodotum ſequemur.

De Lacedæmoniorum, & Corinthiorum regnis ab Heraclidis fundatis.

C

CAPVT XXXI.

POST Heraclidarum κάθοδον, ac Peloponneſum eorum armis occupatã,
mox regna potiſſimum duo conſecuta ſunt; Lacedæmoniorum, &
Corinthiorum. Lacedæmoniorũ reges ante Heraclidas fuerant, Tyn-
daridæ: quorum poſtremus Tiſamenus fuit Oreſtis filius. quo regnan-
te Dorienſes Heraclidæ Peloponneſum occuparunt. atque inter cæ-
teras regiones Laconicam præcipuè ſuo quodam iure ſibi vindicarunt. Ferunt e-
nim Herculem Tyndarum ab Hippocoonte pulſum in regnum ea lege reſtituiſſe,
vt iſtud poſteris ſuis tanquam depoſitum ſeruaret. Author Diodorus lib. IV. Igi- *pag. 166.*
tur pulſo Tiſameno Ariſtodemi filij duo primi ex Heraclidis Lacedæmone regna-
runt. quòd incertum eſſet vter vtro prior in lucem exiſſet. Cùm autem commu-
nis omnium opinio ſit Ariſtodemum Temeni, & Creſphontis fratrem in ipſo ex-
peditionis apparatu mortuum eſſe: Lacedæmonij tamen, vt refert Herodotus lib.
VI, Ariſtodemum apud ſe regnaſſe contendebant, eíque filios ambos pariter eſſe *pag. 220.*
D ſuffectos. Præſtat communem hac in re ſententiam amplecti. ſecundum quam
Lacedæmoniorum ſub Heraclidis regnum iniit anno Per. Iul. 3612; poſt Troiæ
ἅλωσιν anno octogeſimo ſecundo; ante Olympiadem primam, 326. Quod Euſe-
bio conſentaneum eſt: cuius in Chronico annus ab Abraamo 916 eſt Euryſthei
primus. Duæ porro familiæ regum erant. altera ab Euryſthene: quæ Euryſtheni- *Duæ familiæ regum Lacedæmoniorum.*
darum nominata; eáque princeps. altera Proclidarum à Procle, quæ & Eurypon-
tidarum ab Euryponte Proclis nepote dicta. quemadmodum & prior Agidarum
ab Agide Euryſthenis filio. Sed poſterior minus honorata fuit, vt Herodotus re-
fert lib. VI; ob id vnum; quod Euryſthenes prius in lucem editus fuerat: vti certa
ratione deprehenſum eſt, quam ex eodem repete. Euſebius Lacedæmoniorum
regnum deſiiſſe ſcribit anno ipſo, quo Olympias prima celebrata eſt. Nouem
quippe duntaxat reges ex vna Euryſthenidarum familia numerat: quorum po-
ſtremus eſt Alcamenes. qui ſanè fœdiſſimus eſt error. Conſtat enim longe poſtea

propagatos eſſe vtriuſque familiæ reges. Nam Cleomenes Leonidæ F. ex gente A
Euryſthenidarum poſtremus, qui in Ægyptum fugit; mortuus eſt anno I Olymp.
CXL; vt refert Polybius. Quanquam ex eodem genere ſubſtitutum refert Ageſi-
polidem Ageſipolidis F. Cleombroti nepotem: ex altera verò familia Lycurgum,
qui tamen alienus erat, & regnum pretio comparauerat. Durauit ergo Sparta-
norum regnum annis fere 883, hoc eſt ab anno Per. Iul. 3612, ad 4494, quo mor-
tuus eſt Cleomenes.

Corinthiorum regnum. Sub idem tempus Heraclidæ Corinthi regnare cœperunt: quorum primus fuit
Aletes. à quo deinceps vſque ad Cypſeli tyrannidem regnarunt; quæ poſterior
eſt Heraclidarum reditu annis 447, vt ait Diodorus in Collectaneis Græcis Scali-
pag. 33. geri. Quanquam non plures exiſtant anni quàm 417 ex regum ſerie, quam ibidem
Diodorus exponit. niſi forte vltimum Cypſeli tyrannidis annum comprehendat.
Quintus ab Alete fuit Bacchis; à quo Bacchiadæ deinceps appellati reges. Poſtre-
pag. 47. mus fuit Automenes: qui cùm annum regnaſſet, poſtea annui Prytaneis conſti-
tuti nonaginta annis præfuerunt, vſque ad Cypſeli tyrannidem. Pauſanias Co-
rint. vltimum Heraclidarum regum Teleſtem eſſe dicit, qui ab Arieo, & Peran- B
ta occiſus eſt. Sed perexiguum diſcrimen eſt. Automenem ponit Euſebius an-
no Abraami 1238, tertio ante primam Olympiadem. Ab anno itaque Per. Iul.
3612, quo regnum Corinthiorum iniit, ad 3935, quo Automenes deſiit, anni ſunt
324. adde 90 ad Cypſelum; cœperit ille anno Per. Iul. 4025, Olympiadis XXI anno
quarto. Atqui Periander eius filius cœpit anno primo Olympiadis XXXVIII, vt re-
ctè ponit Euſebius, Per. Iul. 4086. & quadraginta regnauit annis, mortuus an-
no quarto Olymp. XLVIII, vt author eſt Laërtius. Proinde Cypſelo anni erunt
imputandi LXII. Atqui non plures XXX ab Herodoto tribuũtur. Ergo annis CXXII
Herodotus lib. V. pag. 369. circiter, non XC, Prytanis præfuerunt. Ab initio regum Heraclidarum ad Perian-
dri mortem, anni ſunt 518.

De conditu Templi Salomonici. Quanta ſit computandi ab Exodo ad hanc epocham temporis difficultas, & de variis ſuper ea ſententiis; quæ minus probantur. C

CAPVT XXXII.

LIBRO III Reg. cap. VI, 1, expreſſa Scripturæ verba ſunt, quibus in-
teruallum iſtud definitur annis CCCCLXXX. *Factum eſt ergo quadringen-
teſimo, & octogeſimo anno egreßionis filiorum Iſraël de terra Ægypti, in anno
quarto menſe Zio. Ipſe eſt menſis ſecundus regni Salomonis ſuper Iſraël. ædi-
ficari cœpit domus Domini.* Hæc tam diſerta ſacræ hiſtoriæ verba nemo
eſſet, qui aliter interpretaretur, quàm anno ipſo quadringenteſimo, & octogeſi-
mo ab eo, quo egreſſi ſunt Iſraëlitæ, menſe ſecundo templi conditum auſpica-
tum eſſe Salomonem, adeóque mundi 2932, Per. Iul. 3662. Vel quoniam He-
braicè ſcriptum eſt, בשמונים שנה וארבע מאות שנה לצאת: ſequente anno, mundi 2933,
expletis CCCCLXXX, & ineunte CCCCLXXXI. Nam ב litera nonnumquam eſt idem
atque, *poſt*. Verùm ex aliis ſcripturæ locis perplexa controuerſia naſcitur; vtrum D
accuratus ille ſit numerus: aut commoda aliqua interpretatione ſic explicandus,
plures vt anni reipſa, quàm qui exprimi videntur, in illud ſpatium incurrant. Ex-
ponam breuiter vnde tam apertè concepto numero dubitatio, ac difficultas
oborta ſit.

In libro Iudicum, & I Reg. vbi totum illud interuallum per partes deſcri-
bitur, & eorum, qui tum populo præfuerunt, tempora dinumerantur, multo plu-
res anni ex ſingulorum ſpatiis in vnam ſummam collectis efficiuntur, quàm
CCCCLXXX. Etenim poſt Ioſue obitum, cùm ad vicinarum gentium ſuperſtitionẽ
defluxiſſent Iudæi, traditi ſunt in ſeruitutem Cuſani Raſathaim regis Meſopota-
miæ, ſeruierúntque ei annis VIII, Iud. III, 8. Inde quieuit terra XL annis, quibus
Othoniel adminiſtrauit, com. II. Poſtea cùm denuò peccaſſent, traditi ſunt in po-
teſtatem Eglonis Moabitæ regis annis XVIII, com. 14. Sed reſipiſcentibus illis,
excitauit

A excitauit Dominus Aodum; ſub quo terra quieuit annis LXXX, com. 35. Rurſum peccantes Iſraëlitæ dediti ſunt Iabino regi Chananæo, cui ſeruierunt annis XX. Iud. IV, 3. Liberati ſunt porrò à Debbora & Baraco; quieuítque terra annis XL, c. V, 32. Poſt in Madianitarum poteſtatē venerunt annis VII, c. VI, 1. Vnde à Gedeone liberati; quo præſidente, quieuit terra annis XL, cap. VIII, 28. Secundum hæc regnauit Abimelech annis III, cap. IX, 22. Poſteà Thola iudicauit annis XXIII, cap. X, 2. Succeſſit Iair, annis XXII, com. 3. Inde per annos XVIII oppreſſi ſunt à Philiſthæis, & Ammonitis, com. 8. Iephthe deinde iudicauit annis VI, cap. XII, 7. Poſt hunc Abeſan iudicauit annis VII, com. 9. Succeſſit Ahialon Zabulonites, annis X, com. 13. Tum Abdon annis VIII, com. 14. Sub hæc Philiſthæis ſeruierunt, annis XL, cap. XIII, 1. Samſon exinde iudicauit annis XX, cap. XVI, 31. Hæc in libro Iudicum. At libro 1 Reg. Heli iudicauit Iſraëlem annis XL, cap. IV, 18. Actorum verò XIII, 20, Samuël & Saül præfuerunt annis XL. Dauid regnat annis XL, B Reg. II, cap. V, 4. Poſtremi ſunt Salomonis anni IV. Colliguntur anni ab eo tempore, quo à Chuſan oppreſſi ſunt, DXXXIV. Quibus adiungendi primùm anni XL, quibus in ſolitudine verſati ſunt Iſraëlitæ. Tum anni VII ad κληρουχίαν, & aſſignationem agrorum. Fiunt anni, qui in ſacris literis expreſſi, ac diſtincti ſunt, DLXXXI. Atqui Ioſue poſt diſtributionem agrorum aliquot vixit annis. Ioſephus enim lib. V cap. 1 ſub finem ſcribit illum στρατηγὸν fuiſſe poſt Moſis obitum, annis XXV. Demptis VII, quos iam computauimus, reliqui ſunt adiiciendi XVIII. Euſebius in Chron. imputat eidem annos XXVII. Ex quibus XX poſt κληρουχίαν accenſendi ſunt. Præterea cap. XXIV Ioſue, com. 31, poſt Ioſue mortem ſeniorum mentio fit, qui longo poſt Ioſue vixerunt tempore; ſub quibus Iſraëlitæ Domino ſeruierunt. Quare antequam Chuſano ſeruirent, poſt obitum Ioſue aliquanto tempore in officio ſeſe continuerunt. *Seruiuítque Iſrael*, ait Scriptura, *Domino cunctis diebus Ioſue, & Seniorum, qui longo vixerunt tempore poſt Ioſue*, &c. Quare omnibus annis vnam in ſummam coniectis, plures quàm DC conſurgunt ab exitu Iſraëlitarum ad C Templi conditum.

Præterea Actorum XIII, 20, poſt κληρουχίαν ad Samuëlem vſque numerantur anni CCCCL. καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα, ἔδωκε κριτάς, ἕως Σαμουὴλ τοῦ Προφήτου. Quæ in Latino paulò aliter diſtinguuntur. *Sorte diſtribuit eis terram; quaſi poſt quadringentos, & quinquaginta annos: & poſt hæc dedit Iudices vſque ad Samuel Prophetam.* Ex Græco apparet iſta: *Quaſi poſt quadringentos*, &c. cum ſequentibus eſſe copulanda. Igitur Iudices ad Samuëlem vſque, & quidem excluſiuè: (Nam eius & Saülis anni XL ſeparatim ſubiiciuntur) annos auferunt CCCCL. Adde nunc Dauidis XL, Salomonis IV. Tum XLVII ab Exodo ad κληρουχίαν: Ioſue XX. & Seniorum quot voles; nonne haud paulò plures, quàm qui in lib. III Reg. numerantur, anni conſient? Reliqua, quæ ad augendam hæſitationem pertinent, argumenta prætermitto: veluti quod etſi in libro Iudicum ſingillatim enumerentur ij, qui populo iudiciaria poteſtate præfuerint; non tamen ſatis illud declaratum eſt, vtrum ἀμέσως, ac nullo interiecto ſpatio, vel interregno, inſequentes Iudices ſucceſſerint; an aliquod tempus à priori Iudice ad poſteriorem elapſum, D & à Scriptura diſſimulatum fuerit. Sed quæ ſunt expreſſa Iudicum, aliorúmque interualla, & hactenus explicata, in ſequenti tabella deſcribemus.

 A

Laterculum Iudicum ex Scripturæ & aliorum ratiociniis.

Ex ſacris libris.	Anni.	Loca ex quibus colligun- tur anni.
Moyſes	40	Ioſe. 5. Orig. 1.
Ioſue	25	Ioſu. XXIV. 31
Seniores longo tempore		
I Seruitus ſub Chuſan	8	Iud. III. 8
Othoniel	40	Iud. III. 11
II Seruitus Moabitica	18	Iud. III, 14
Aod	80	Iud. III, 30
III Seruitus Chananæa	20	Iud. IV, 3
Debbora	40	Iud. V, 32
IV Seruitus Madianitica	7	Iud. VI, 11
Gedeon	40	Iud. VIII, 28
Abimelech	3	Iud. IX, 22
Thola	23	Iud. X, 2
Iair	22	Iud. X, 3
V Seruitus Ammonitica	18	Iud. X, 8
Iephthe	6	Iud. XII, 7
Abeſan	7	Iud. XII, 9
Ahialon Zabulonites	10	Iud. XII, 13
Abdon	8	Iud. XII, 14
VI Seruitus Philiſthæa	40	Iud. XIII, 1
Samſon	20	Iud. XVI, 31
Heli	40	I Reg. IV, 18
Samuël & Saül	40	Act. XIII, 20
Dauid	40	II Reg. V, 4
Salomon	4	III Reg. VI.
Colliguntur anni	599	

Ex Clemente Alexandrino Lib. I Strom.	
Moyſes	40
Ioſue	27
Seruitus ſub Chuſachar	8
Othoniel	50
II Seruitus ſub Æglon	18
Aod	80
III Seruitus ſub Iabin	20
Debbora	40
IV Seruitus ſub Madian	7
Gedeon	40
Achimelech	3
Bolean Bedan F.	23
V Seruitus ſub Ammon.	18
Iephthe	6
Abattham ex Iuda	7
Ebron Zabulonites	8
Eglon ex Ephraim	8
V Seruitus ſub Philiſtęis	40
Samſon	20
Heli	40
Samuel	27
Saül	20
Dauid	40
Salomon	4
Colliguntur anni	594

Ex Euſebij Chronico.	
Moyſes	40
Ieſus	27
Othoniel	40
Aod	80
Debbora & Barac	40
Gedeon	40
Abimelech	3
Thola	22
Iair	22
Iephthe	6
Elebon	7
Labdon	8
Samſon	20
Heli	40
Samuël & Saül	40
Dauid	40
Salomon	4
Colliguntur anni	479

B

C

Clemens Alexandrinus in fine variè numeros concipit, quem tu conſule. Ioſephus Scripturæ numeros ferè ſequitur; & idem lib. VIII, cap. II, annos ab Exodo ad Templi conditum colligit DXCII. quot & Clemens. Sed Tholam præteriit: quem ſi addideris, anni plures exiſtent. Ex iis, opinor, intelligis, ſummam illam annorum CDLXXX, non præciſè ſic accipiendam, vt ab eo tempore, quo ex Ægypto in ſolitudinem migrarunt Iſraëlitæ, totidem, non plures imputentur. Sunt qui corruptum hunc annorum numerum lib. III Regum cap. VI, auſi ſunt aſſerere, & pro CCCCLXXX centum circiter additis, quingentos octoginta ſubſtituunt. Cuiuſmodi in deſperatis Chronologiæ quæſtionibus, vti in perditis ciuitatibus χειροκοπίαι, extremi eſſe ſolent exitus. Verùm hæc nimis effrænata graſſandi in Scripturam licentia coërcenda, & repudianda videtur. Alij ſalua loci illius integritate aliter tempora iſta diſpenſant.

Quæ ſit communis ſententia.

Eſt ea vulgaris maximè conciliandi ratio, D vti plerique ſeruitutum anni Iudicum temporibus abſorbeantur: quemadmodum ab Euſebio factum in eius Diagrammate vidimus. Qui quidem annos Tholæ XXII tantùm aſſignat, cum vno amplius ſacri codices tribuant. Idem & Ahialonem, ſiue, vt Græci legunt, Ælonem expungit, quem haberi negat apud LXX. Atqui non ſolùm in Græcis omnibus hodie extat; ſed etiam à Clemente Alexandrino recenſetur. Euſebium cùm alij, Græci maximè, ſecuti ſunt; tum Auguſt. XVIII de Ciuit. cap. XXI, & Beda, qui, vt obſeruat Scaliger, Ahialonem apud LXX deſiderari putat. Addit ad huius decennium ſupplendum plures annos Euſebium Ioſue, Samuëli, & Saüli tribuiſſe, quàm in Ioſepho legebat. Quod mirum eſt excidiſſe Bedæ. Nam Samuëli & Saüli annos Euſebius imputat XL, quot Scriptura concipit, non quidem in libro Iud. ſed Act. XIII. Ioſephus verò totidem in calce libri VI. Nam Saülem, ait, viuente Samuële, annos regnaſſe XVIII: mortuo verò Samuële, annos XXII. Quibus ſi annos adiicias, quibus poſt mortem Heli ſolus adminiſtrauit

A Samuël,multo plures huic &Saüli conſient, quàm quot Euſebius aſſignat. Redeo ad Iudicum Chronologiam; quam ita vulgò diſpenſant; vt omnes anni ſiue pacis, ſiue belli, libertatis, vel ſeruitutis, ad annos Iudicibus à Scriptura tributos reuocentur. Hoc verò non eodem ab omnibus modo pertractatur. Probabilis eſt ea maximè annorum diſtributio, quam Euſebius ſequitur; dummodo & annum vnum Tholæ reſtituas, & Ahialonem poſt Abeſan, vel Eſebon cum annis ſuis X ſubiicias, & Ioſue annos tantùm XVIII aſſignes. Ita enim fient anni ab Exodo ad conditum Templi CCCCLXXX.

Vulgaris huius interualli deſcriptio refellitur.

Equidem ſi vlla ratione conſequi poſſem, vt ſummam illam CCCCLXXX annorum lib. III Reg. expreſſam cum Hiſtoria ſacra, & expanſis, vt vocant, annis Iudicum conciliare illo pacto poſſem, libenter ad communem me ſententiam aggregarem. Sed tam euidens, ac diſerta eſt libri Iudicum authoritas, quæ longè plures huic annos attribuit; vt ſeruitutum,& interegnorum illa confuſio non violenta minus, &, ſi verum quærimus, Scripturæ ipſi contraria videatur. Quis enim non animaduertit coactum illud, & neceſſitate potiùs extortum, quàm rationi vlli B conſentaneum eſſe, quod annos ſeruitutis cuiuſlibet adeo manifeſtè ab inſequentibus ſeiunctos, cum iiſdem implicant? Ecce cap. III, com. 8 libri Iud. Iſraëlitæ ab irato Domino traditi referuntur in manus Chuſan, eíque ſeruiiſſe annis octo. Sed clamantibus illis, & ad Deum conuerſis ſuſcitauit eis Saluatorem Othonielem, qui Chuſan oppreſſit: *Quieuítque terra* (inquit) *annis* XL. Quis iſta legens non iudicet annos octo priores à XL poſterioribus planè eſſe ſeparandos;& hos ipſos XL tum demum cœpiſſe, poſtquam octenni illa ſeruitute perfuncti ſunt? Etenim quieſcendi verbum ſeruituti, & captiuitati ex aduerſo reſpondet. Non eſt igitur ferenda hæc interpretatio, ſiue potiùs deprauatio, quæ VIII annos, quibus in ſeruitutem traditi ſunt Iudæi, partem eſſe cenſet illorum XL, quibus pax & ſecuritas eius opera parta eſt, quem ad populum ſuum liberandum Dominus excitauit. Scriptum eſt eiuſdem libri cap. II, 12,& ſequentibus, Iſraëlitas identidem ſpreto Domino ſe ad Gentiles cultus, & Idola conuertiſſe: ideóque peſſundatos, & afflictos eſſe. Deinde ad eoſdem liberandos Dominum ſuſcitaſſe Iudices. C Subiicit his com. 18, *Cúmque Dominus Iudices ſuſcitaret, in diebus eorum flectebatur miſericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vaſtantium. Poſtquam autem mortuus eſſet Iudex, reuertebantur, & multo faciebant peiora, quàm fecerant patres eorum.* Ergo Iudicum illis temporibus, quibus quieuiſſe terra dicitur, hoc eſt liberata fuiſſe, & ab afflictione illa vacaſſe, non vtique ſeruiebant: ſed libertate ac quiete fruebantur ea, cuius vindicandæ gratia Iudex erat excitatus. Quàm igitur alienè XL Othonielis annos à Ioſue morte computant! In quo Scripturam habent repugnantem. Hæc enim Ioſue vlt. 31, *Seruiuit*, inquit, *Iſrael Domino cunctis diebus Ioſue, & ſeniorum, qui longo vixerunt tempore poſt Ioſue.* Velim mihi reſpondeant, ſitne idem Domino Iſraëlem ſeruire, ac facere malum in conſpectu Domini. Poſt Ioſue mortem longo tempore ſeruiuit Iſraël Domino: & idem poſtea fecit malum in *conſpectu Domini, & oblitus eſt Dei ſui, ſeruiens Baalim, & Aſtaroth.* Iud. III,7. Vnde in ſeruitutem traditi ſunt. Poſt hæc quieuit terra XL annis, com. 11. Neceſſe eſt igitur octo illos afflictionis annos aliquanto poſt Ioſue mortem interuallo contigiſſe. Ita com. 14. eiuſdem capitis, Iſraëlitæ ob delicta ſua XVIII annis D à Moabitis oppreſſi ſunt, donec ad illorum preces reconciliatus Dominus Aod immiſit, à quo Moab humiliatus dicitur; quieuiſſéque terra annis LXXX. Sed clariſſimè Iud. VIII, 28 poſt annorum VII ſeruitutem à Madianitis illatam, aſſertore Gedeone; *quieuit*, ait Scriptura, *terra per* XL *annos, quibus Gedeon præfuit.* Non præfuit autem Gedeon antequam populum in libertatem reſtituiſſet; adeóque non ante VII illos euolutos annos, quibus ſeruiit. Hæc tam expreſſa ſunt Scripturæ teſtimonia, vt non ſine audaci aliquo facinore, imo verò manifeſta diuinatione, atque Hiſtoriæ ſacræ illata vi, ſuum in ſenſum communis ab ſententiæ patronis inflecti poſſint.

Riberæ opinio reiicitur.

Ribera noſter pius atque eruditus Interpres lib. I de Templo cap. I duobus modis occurrit. Primum enim Hebræos ait cardinalibus vti numeris ordinalium vice. Ideo verba hæc; *Quieuítque terra* XL *annis*, & his ſimilia, perinde accipit, ac ſi eſſet ſcriptum, quadrageſimo anno. id eſt poſt mortem Ioſue, & Seniorum, expulſo dominatu regis Syriæ, tandem quadrageſimo

anno terrà quieuit. Verùm neque cum Latina noſtra, neque cum Græca verſio- A
ne interpretationi iſti conuenit. Tum abſurdum eſt vno tantùm anno quieuiſſe terram. Deniq; locus ille Iud. VIII de Gedeonis XL annis tergiuerſationem iſtam excludit. Secundò reſpondet; quieſcere terram, nihil aliud eſſe, quàm bellum nec indicere, nec aduerſus eos, quibus erant in ſeruitutem traditi, rebellare. Itaque XL annos quieuit terra, quia maxima huius temporis pars, atque adeo tota ferè, nulla prælia habuit. Sed nec iſta reſponſio multum aduerſus tam diſertas Scripturæ ſententias promouet, quæ ſeruitutum & oppreſſionum annos à ſequentibus libertatis quietiſque dirimunt. Non meliora ſunt, quæ alij Chronologi, & Interpretes excogitarunt; apud quos nihil hactenus reperi, quod annorum illam ſeriem, quæ in Iudicum lib. deſcribitur, intra CCCCLXXX coerceri poſſe perſuaderet. Vt de Pauli authoritate nihil dicam, qui ab agrorum aſſignatione ad Samuëlem fere CCCCL annos enumerat.

B

Quæ ſit verior interualli ab Exitu ad Templum conditum annorum deſcriptio. Explicatur locus ille III Reg. Quadringentorum octoginta annorum numerum non ab exitu ex Ægypto; ſed ab ingreſſu Palæſtinæ putari. Explicatum qui fuerint Iudices.

Capvt XXXIII.

Neminem opinor eſſe, qui ſi Iudicum, & eorum, qui ab Exodo ad Salomonem Iudaico populo præfuerunt, tempora ex Iudicum libro conetur eruere, nec dum alterum illum è III Regum lib. locum legerit; aut ſi is omnino non extet; aliter de toto hoc interuallo ſentiat, quàm plures eidem octoginta & quadringentis annis eſſe tribuendos. Quamobrem cur totidem annos præciſè definiant, cauſa eſt alia nulla, C
niſi quod in illo III Reg. capite ſumma iſta nominatim comprehenſa ſit. Nam ad eam potiſſimum authoritatem adhæreſcentes, reliquas omnes, quæ diuerſum annorum numerum longè & frequentioribus, & apertioribus indiciis oſtendunt, ſuaui aliqua interpretatione molliendas (ſic enim quidam ex illis loquuntur) exiſtimant, omninóque ad eius, quem arripuerunt, loci fidem, & ſententiam exigendas. Sed hoc nimium ab illis audire velim, cur quod in illo III Regum libro ſignificari videtur, elegerint potiùs, quàm quod aliis ex libris elicitur. cur, inquam, ſuauis illa, & mollis interpretatio ad Iudicum hiſtoriam magis adhibeatur, ac Pauli teſtimonium, quàm ad alterum illum locum; ſi non minùs opportunè iſti, quàm aliis affingi, accommodaríque poſſit. An quod in lib. III Reg. legitur; anno quadringenteſimo octogeſimo ab exitu filiorum Iſraël, inchoatum eſſe Templum; expreſſius eſt, quàm quod Exodi XII, 40, Moyſes declarat, habitationis tempus, quod in Ægypto Iſraëlitæ tranſegerant, quadringentorum triginta annorum fuiſſe? Et tamen nullus eſt hoc tempore, & patrum noſtrorum memoria vix vnus alterve fuit; qui tam diſerta authoritate fretus quadringentis triginta D
annis in Ægypto Iacobi poſteros habitaſſe crediderit. Quid ita? Nempe quod ex aliis ſacrorum librorum hiſtoriis κατὰ τὸ σιωπώμενον multo pauciores anni ſubducantur; videlicet ex Leuiticæ propagatione ſtirpis in Caath, Amram, & Moyſe. Quamuis autem nullus Scripturæ locus in promptu ſit, quo γενεῶν iſtarum tempora definiantur: nihilominus quoniam ratione videtur alienum duabus generationibus quadringentos & triginta annos imputari, audet humanum ingenium expreſſiſſimæ ſacrorū authoritati codicum ratiocinationis ſuæ pondus opponere, & quod clariſſimè pronunciatum videtur, ſua interpretatione ita detorquere, vt cum verbis ipſis ſententia pugnet. Nam ſynecdochicos ſpatium illud annorum CCCC ad Iſraëlitarum proauos extendunt, Chananæámq; terram: vt alibi diximus. quod neque Moyſes ſcripſit, neque Latina noſtra editio comprehendit. ſed id in quibuſdam Græcorum exemplaribus extitiſſe, hoc eſt ab illis ſuppletum fuiſſe, perpauci teſtati ſunt; nos iſtorum fidem & authoritatem Hebraicis, id eſt authenti-

A cis Moſis voluminibus, ac Latinis antepoſuimus. Neque ego factum reprehendo. Sed hoc vnum defendo; ſi iuſtiſſima illa cauſſa viſa eſt, cur ab expreſſis Scripturæ verbis in iſta CCCC annorum putatione diſcederetur; tametſi locus obiici nullus alius poſſet, in quo diuerſus eiuſdem interualli calculus iniretur, neminem iure poſſe mirari, cur cùm alia pleraque Scripturæ loca multo plures annos ab Exodo ad Templi conditum, quàm CCCCLXXX illos, qui nominatim alicubi definiti ſunt, apertè planéque colligant; vnicum hunc ad illorum fidem commoda interpretatione transferre, quàm vnius authoritate cæteris vim inferre, conſultius arbitremur. Quocirca magni quidam viri, & quidem Catholicarum partium: ne ex ſolis Hæreticis inuidiam nobis faciant: in eam ſententiam partim euidentibus libri Iudicum teſtimoniis; partim Ioſephi Hebræi Scriptoris adſtipulatione deducti ſunt, vt vel corruptum à librariis numerum illum eſſe III Reg. dicerent: vel aliam in eo rationem initam, quàm vt totum ipſum interualli tempus ea ſumma complecteretur. Quam in rem eruditè, & eleganter diſputat Melchior
B Canus lib. XI de locis. vbi numerum illum lib. III Reg. ab exſcriptoribus immutatum videri poſſe pluribus argumentis demonſtrat, quæ nos ferè antea propoſuimus. Tum eo demum labitur, primùm vt fidei, ac religionis neget eſſe quæſtionem: num CCCCLXXX iſte annorum numerus, librariorum vitio ſcriptus ſit, an potiùs idem ab authore ſacro in ſuo exemplari poſitus. Illud enim, vt numeri in Scriptura deprauarentur, nonnunquam accidiſſe confirmat exemplis aliquot. Deinde, vt Reg. III ſola Iudicum tempora, annóſque quibus adminiſtrarunt comprehenſa putet. interregna verò, quæ ſine dubio ab illorum annis ſeparanda ſunt, fuiſſe prætermiſſa. quam opinionem Emanuël Sa in breuiſſimis ſuis ad libros Regum annotationibus non dubitauit amplecti. Sed & Hugo Cardinalis ad librum eundem Reg. tertium, Ioſephi ſententiam, quæ maiorem numerum ſtatuit, adſcribens, nihil aduerſus eam ſeuerius dixit.

Non eſt fidei quæſtio, quæ de interuallo illo diſputatur.

Hæc ſatis ſunt, vt ne contra fidem, ac ſacrorum librorum maieſtatem commiſſum videatur, ſi plures, quàm qui diſertè commemorati videntur, anni in-
C teruallo iſti tribuantur. Quod nimium temerè recentiores quidam Scriptores accuſant. qui in[illegible]im, vbi commodum eſt, licere ſibi volunt non minùs expreſſis Scripturæ lo[illegible] relictis, & interpretatione ſua mollitis, contraria omnia defendere.

Mea itaque ſententia hæc eſt, non CCCCLXXX annos præciſè ab eo tempore, quo ex Ægypto per Rubrũ mare tranſmiſſi ſunt Iſraëlitæ, ad annum quartum Salomonis elapſos eſſe, ſed plures aliquanto: neque tamen numerum illum lib. III. Regum eſſe deprauatum; nec in eo denique ſolos Iudicum annos putari, relictis interregnis. Ex iis tribus quod primum eſt, paulo pòſt adſtruetur. Secundum ex eo mihi perſuadeo, quod de eiuſmodi Scripturæ locorum corruptela nihil temerè, ac ſine grauiſſimis rationibus affirmari debeat; præſertim vbi Græcæ, ac Latinæ omnes editiones cum Hebraica penitus concordant; quem conſenſum in eo, quo de agitur, loco cernimus. Tertium porro, nempe ſolos Iudicum annos in illam ſummam eſſe coniectos, vtcumque vitandæ difficultatis gratia confictum potiùs arbitror, quàm certa ratione, aut iudicio ab illis authoribus allatum. Etenim qua-
D dringenteſimo octogeſimo anno ab exitu filiorum Iſraël Templi fundamenta eſſe iacta, quid aliud apud prudentem, neque ſtudio tuendarum partium occupatum lectorem ſonat, quàm totum illud interiectum ab Exitu tempus totidem annis, neque pluribus, paucioribúſve contineri? Non bellè igitur opinio iſta procedit; nec in ea vnquam animus noſter conquieſcere potuit. Quare alia nobis ſolidior excogitanda ratio eſt, qua ἐναντιοφανῆ Scripturæ teſtimonia in concordiam reuocentur. Quod quidem expenſis, ac ſtudioſè tentatis omnibus, ſic tractari, ac perfici poſſe probabiliter ſanè duximus.

Vnde 480 anni deducendi ſint.

Vt igitur ab Hiſtoria libri Iudicum auſpicemur, ſex in ea ſunt ſeruitutis tempora, quorum pleraque interregna creduntur. quorum omnium ſumma annos efficit CXI. Reliqua, Iudicum ſpatia, detractis interregnis; annos componunt duodequingentos.

De his ante omnia obſeruanda ſunt tria. Alterum Iudicis nomen, aut, vt Hebræi vocant, שופט, diuerſas habere ſignificationes. Nam & eum exprimit qui

De Iudicum officio & nomine.

ius populo dicit; ac iuriſdictionem exercet; tametſi ſumma poteſtate, & αὐτοκρατορικῇ non ſit præditus. cuiuſmodi in liberis ciuitatibus, aut ſub Regibus Iudices habentur, quorum omnis poteſtas, & functio alteri, ac ſuperiori eſt obnoxia. Aut ad eum pertinet, qui ſummus, atque vnicus moderator eſt; in quem populus vniuerſus ita ius ſuum tranſtulit; vt regiam, vel regiæ ſimilem ei poteſtatem attribuerit. Ita Gothorum principes Iudices, non reges appellatos eſſe ſcimus. Themiſtius Orat. x de Athanarico. οὕτω γοῦν τὴν μὲν τοῦ βασιλέως ἐπωνυμίαν ἀπαξιοῖ, τὴν τοῦ δικαστοῦ δὲ ἀγαπᾷ· ὡς ἐκεῖνο μὲν δυνάμεως πρόσρημα, τὸ δὲ σοφίας. *Ideo enim Regis appellationem repudiat, vſurpat Iudicis. Eſt enim illa potentiæ, hæc ſapientiæ propria.* Sic Ammianus lib. XXVII eundem Athanaricum vocat Iudicem potentiſſimum. Aut poſtremo Iudex, Hebraica præſertim linguæ proprietate, vindicem, vltorem, & ad eos, qui oppreſſi ſunt, à potentiorum iniuria liberandos cauſæ cognitotem, diſceptatorémque ſignificat. Notum eſt, verbum שפט in ſacris libris ſæpiùs pro eo quod eſt, vindicare, & vlciſci, accipi ſolere, & משפט *iudicium*, pro animaduerſione ac vindicta, vel liberatione, qua & affecti iniuria ſubleuantur, & potentiores, à quibus illa eſt impoſita, coercentur. Ex iis tribus notionibus tertia potiſſimum ſacris illis Iudicibus conuenit, vel eorum pleriſque. Hoc enim Iud. II, 16, Scriptura demonſtrat. vbi identidem peccante populo, ac reſipiſcente, ſuſcitaſſe Dominus dicitur *Iudices, qui liberarent eos de vaſtantium manibus.* Ideo lib. II Eſdræ, cap. IX, 27, Saluatores appellantur. *Et in tempore tribulationis ſuæ clamauerunt ad te: & tu de cælo audiſti, & ſecundum miſerationes tuas multas dediſti eis Saluatores, qui ſaluarent eos de manu hoſtium ſuorum.* & III Iud. 14 Aod ſaluator dicitur. Quibus verbis veram ac propriam Iudicum iſtorum rationem, inſtitutionem, ac functionem aperuit; quæ in eo præcipuè poſita fuit, vt oppreſſo populo ſubuenirent, ab eóq; exterorum vim, & iniurias arcerent. Nihilominus ad hoc ipſum munus, ad quod diuinitus excitabantur, accedebant & alia eiuſdem ambitu vocabuli comprehenſa; nempe iuriſdictio quædam & poteſtas, ſiue commiſſa diuinitus, ſiue potiùs populi conſenſu ac voluntate tradita; cùm eximios illos, ac bene de ſe meritos Heroas præmio ſummæ dignitatis, & amplitudinis afficerent. Itaque aut omnes, aut plerique ſaltem iuris dicundi poteſtate præditi fuerunt. quod in Debbora, Gedeone, & aliis Scriptura non obſcurè declarat. Sed vtrum Monarchicum penes illos regimen fuerit, certant eruditi viri, & adhuc ſub iudice lis eſt: de qua re Serrarius noſter Quæſt. XIII in cap. III Iud. Equidem ſiue ſummum & αὐτοκρατορικὸν gubernandi ius habuerint; ſiue populi voluntati ſubiectum, vt eius poteſtatis amplitudo, nec non tempus ipſum illius ex nutu, arbitrióque penderet; non omnes tamen crediderim eiuſmodi gubernationem, ac iuriſdictionem obtinuiſſe: ſed quoſdam Iudices ea tantùm ſignificatione dictos, quàm tertio loco recenſuimus. Quod de Samſone potiſſimum intelligi volumus. vti poſtea pluribus explicabimus.

Iudices non toti ſemper populo præfuerunt.

Secundò nec illud ignorandum eſt; nonnumquam Iudices non toti Iſraëlitarum populo, ſed aliquot duntaxat præfuiſſe tribubus: quod in Iephthe Galaadite perſpicuè cernitur. Quanquam enim populum vniuerſum à ſeruitute, & calamitate liberarent, ac Iudicum partes tertia illa ſignificatione penitus implerent: non tamen ad vniuerſum populum illorum iuriſdictio pertinebat; ſed ad eam ſolùm partem, quæ ſe ipſis ſponte ſubiiceret. Ex quo, velut corollarij loco, probabilis illa coniectura ducitur: potuiſſe fieri, vt eodem tempore plures in populo Iudices eſſent. ſiue quod imminentes diuerſis partibus, & alias, atque alias Tribus infeſtantes hoſtes vlciſcerentur: ſiue quòd non eundem Magiſtratum ac iuris arbitrum ſibi omnes Tribus præficerent. Hoc verò quandonam acciderit, ac qui Iudices tempore & adminiſtratione coniuncti ſint, certò aſſeuerari non poteſt. veriſimile eſt autem id in Samſone atque Heli contigiſſe, vt paulo pòſt oſtendetur. Cauendum eſt autem ne temerè hac in parte quicquam ſtatuamus, quod cum expreſſa Scripturæ authoritate minus conſentiat. Nam in pleriſque ſpatia ipſa ſingulorum ac tempora nulla ratione commiſceri confundíque patitur; in Samſone nihil eſt quod prohibeat. Sed vt vniuerſè de interuallis omnibus agatur.

Tertiò illud obſeruandum eſt; cùm ſex omnino ſeruitutum interualla in Iudi-

A cum libro contineantur; quædam ex illis ea verborum conceptione, ac narrationis ſerie declarari, vt nonniſi violenter & abſurdè cum inſequentibus, aut antecedentibus Iudicum annis permiſceri poſſint; quædam non incommodè in illis exhauriri. Ac dum ego ſingula Scripturæ loca attentiùs expendo, quatuor priora duntaxat interregna ea verborum complexione deſcribi video, vt neceſſariò extra Iudicum annos numeranda, ac ſeparanda veniant. Prima ſeruitus habetur Iudic. III, 8. in ea ſeruierunt VIII annis. Inde pœnitentia ducti, placato Deo, liberantur ab Othoniele, à quo Chuſan Syriæ rex opprimitur: *Quieuitque terra quadraginta annis*, com. 18. Sine dubio poſt expletos annos illos VIII. nec aliter, niſi vis Scripturæ fiat, interpretari licet. Eodem capite, com. 14, peccantes Iſraëlitæ *traditi ſunt Eglon regi Moab* XVIII *annis: & poſtea clamauerunt ad Dominum, qui ſuſcitauit eis Saluatorem Aod.* Mox com. 30. *Humiliatúſque eſt Moab in die illo ſub manu Iſraël, & quieuit terra* LXXX *annis.* Cùm in die illa humiliatum dicit eſſe Moab, non aliud deſignat tempus, quàm poſt XVIII illos oppreſſionis annos, cùm ſeruitutis

Seruitutum diſcrimen valde notandum.

B pertæſi reſipuerunt, ac Domini opem implorarunt. Malè igitur & contra Scriptoris mentem priores illi XVIII cum quietis & pacatis annis coniunguntur. Item cap. IV,3, longè apertius diſcrimen illud apparet. Cùm enim expoſuiſſet, quemadmodum ob ſcelera ſua in manus Iabin regis Chananæi traditi fuiſſent, ſubiicit: *Clamauerúntque filij Iſraël ad Dominum: nongentos enim habebat falcatos currus; & per viginti annos vehementer oppreſſerat eos.* Nempe poſtquam per XX annos oppreſſi ſunt; tum demum vociferari, ac Dei miſericordiam implorare cœperunt. quod tempus Latini verbi, *oppreſſerat*, melius exprimit. Inde poſt victoriam Debboræ auſpiciis partam, cap. V, com. 32. *Quieuitque terra per quadraginta annos.* Quænam hæc eſt ratio, vt XL anni quietis ad XX reuocentur? quod ij faciunt, qui XX ſeruitutis annos quadragenis illis includunt.

Verùm ex hoc ipſo Iudicum IV capite, vbi Debboræ mentio fit, firmum pro opinione ſua argumentum ab aduerſariis obiicitur. Quippe com. 4, *Erat autem*, inquit, *Debbora Prophetis vxor Lapidoth, quæ iudicabat populum in illo tempore.* Vnde Torniellus ad an. 2591 concludit Debboram etiam ſeruitutis tempore iudicaſſe:

C quod verbis iſtis oſtenditur: *Iudicabat populum in illo tempore.* Sed nullo negotio petitio iſta declinabitur. *Iudicabat*, inquit, *in illo tempore.* nimirum poſt annos XX, ſub idem tempus, quo clamantibus Iudæis annuit Dominus, & Debboram, quæ paucis ante menſibus iudicare cœperat, ad vindicandum in libertatem populum excitauit. Ad hæc licet ſeruitutis tempore iudiciariam functionem exercere cœperit, non tamen hæc ad annos illos XL, qui in fine capitis V memorantur, referri debet. Potuit enim etiam antequam liberaſſet populum, ſeruitutis tempore ius dicere. quod vtrum totis illis, qui ſubſecuti ſunt, quadraginta fecerit, Scriptura non exprimit: vt neſcias an XL annis, an pluribus, aut paucioribus Debbora populo præfuerit. Vtvt verò res habet, nimium hoc liquet, XL quietis annos ab ſuperioribus, inquietis vtique, & clamoris, oppreſſioníſque pleniſſimis eſſe ſeiunctos. Poſtremò, ſi Hebraica verba diligentiùs exploremus, poteſt ex illis ea naſci ſententia, quæ etiam ad Latina congruit: Debboram videlicet in illo tempore iudicaſſe; hoc eſt ad iudiciariam poteſtatem perueniſſe; quod quemadmodum contigerit, deinceps à com. 6. declarare incipit. At comma 5 per parentheſin &

D παρενθετικῶς docet, cuiuſmodi Debbora iſta fuerit, & quomodo ius dicere ſolita ſit, poſtquam liberato populo ad eius gubernationem eſt euecta. Quaſi diceret. Atque illa ipſa Debbora eſt, quæ ſedebat ſub palma, &c. Quarta ſeruitus Madianitica non minùs diſertè cap. VI, ea verborum comprehenſione proponitur, vt euidentiſſimum ſit, ſeptem illos annos extra poſteriores XL conſiſtere, quod iam cap. ſuperiore docuimus. Sola hæc interualla quatuor apertum in hiſtoria ſacra diſcrimen præferunt ab inſequentibus Iudicum ſpatiis. Reliqua verò duo nihil vetat cum prioribus aut poſterioribus confundere. Etenim cap. X, 8, filij Ammon Iudæos illos oppreſſerunt, qui in Peræa, & trans Iordanem habitabant. quibus in ſeruitutem redactis, in Chananæam ac trium maximè Tribuum ſeſe agros infuderunt. Quæ omnia XVIII annorum ſpatio confecta ſunt. Neque verò ſoli tunc Ammonitæ; verùm etiam Philiſthæi Iudæos vexarunt; quos vtique par eſt eam Iudææ partem aggreſſos eſſe, quæ ſuis finibus erat propinquior. Vtraque

graſſatio, & oppreſſio XVIII illis annis continetur: ſed priorem Ammonitarum Iephthe Galadites repreſſit, pacémque reſtituit, ei videlicet Iudæorum parti, à qua delatum illi eſt imperium. Nec enim Iudæa omnis, ſed ſoli Galaaditæ, & Tranſamnani, qui ab Ammonitis vexabantur, ad Iephthe confugerunt, eúmque ſibi ducem ac Iudicem præfecerunt, cap. XI, 8. At Philiſtæi, qui cum Ammonitis fortaſſe fœdus inierant; interclusis illis, aut in Peræa duntaxat quieſcentibus, finitimas ſibi Iudææ prouincias infeſtas habuerunt, eodem tempore, quo Iephthe Galaaditas ſuos regebat; & fortaſſis etiam ſub Abeſan. Vt nimirum octodecim annorum illa calamitas ad vtramque populationem, Ammonitarum, & Philiſthæorum, pertineat; eáque ſub Iaire cœpta ad Abeſanis vſque tempora per ſolos Philiſthæos, aut in ſola Chananæa propagata fuerit. Plerique enim Iudicum, qui ſub illa tempora recenſentur, non quemadmodum alij ad liberandum populum; ſed iuris dicendi gratia deſignati, ac delecti videntur. Certè nihil ab illis dignum memoria geſtum occurrit. Itaque nihil vetat etiam illorum temporibus, [præ]ſertim in alias, quàm quibus præſidebant regiones, vicinos hoſtes impreſſio[ne]m feciſſe. Similiter poſtrema Iudæorum calamitas Iud. XIII, quadraginta annis circumſcripta, cum Samſonis & Heli annis commiſceri, & ad Samuëlis vſque tempus perduci poteſt. Quamuis enim à Samſone ſæpè laceſſiti, ac multis cladibus afflicti ſint Philiſtæi, non tamen illorum è poteſtate ac tyrannide Iudæos ereptos fuiſſe, liquidò ex hiſtoria ſacra conſtat. & quando ab illis captus, ac mortuus eſt Samſon, adhuc illorum iugo premebantur, vt ex cap. XVI colligitur. Quin etiam Heli tempore: imò verò Samuëlis: Philiſthæi Iudæis dominabantur, & in eorum prouincia præſidia & ſtationes obtinebant: vt ex libro I Reg. apparet. Sed toto maximè Samſonis & Heli ſpatio Palæſtini graſſati ſunt. ideo XL illos annos nominatim Scriptura commemorat.

Quæ ſit opinio noſtra de hoc interuallo.

His velut fundamentis opinionis noſtræ poſitis, interuallum ab Exodo ad Templi conditum annis definimus DXX: ita vt ad ſummam illam, quæ III Reg. expreſſa videtur, XL tantùm adiungamus. quibus additis, opportuniſſimè, ac feliciſſimè pugnam illam, controuerſiámque dirimimus. Quod vt paulatim atque ordine demonſtretur, primùm illa, quæ ex Scripturis concepta leguntur, ſpatia proponenda ſunt. Igitur Moyſi tribuuntur anni XL. Sequitur ſeruitus prima Meſopotamena annorum VIII. Inde Iudices, & ſeruitutes reliquæ ad vſque Iairem incluſiuè. Colliguntur anni CCCXLI. Pòſt extritis ſeruitutis quintæ ac ſextæ ſpatiis, ſequuntur Iephthe, Abeſan, Ahialon, Abdon, Samſon & Heli; quibus ambobus ſimul XL annos imputamus. Totidem Samuëli, & Saüli: Dauidi totidem. Colliguntur omnes anni CCCCXCVI. Ioſue itaque & Senioribus, qui poſt illum vixerunt, annos aſſignamus XXIV; vt DXX compleantur. Cur Samſoni & Heli non plures quàm XL annos tribuamus, probabili hac ratione ducimur; quod cùm LXX Interpretes: vt in Chronicis teſtatur Euſebius, & Sixtiana editio fidem facit: XX tantùm annos imputent Heli; Hebraica verò, & Latina editio, XL: non alia conciliandi ratio opportunior, meliórque ſuccurrit, quàm vt Samſonis tempore Heli iudicaſſe putemus: ita nimirum vt ambo diuerſis in prouinciis iudiciariam illam adminiſtrationem exercuerint; vel potiùs vt quod Samſonem Scriptura refert iudicaſſe populum; nihil aliud ſit, quàm ad eum vindicandum ac tuendum, Philiſthæos oppreſſiſſe; & in illos cædibus, ac populationibus efferbuiſſe. De Heli verò, iudicandi vox propria & communi ſignificatione accipienda videtur, vt ſit idem ac præeſſe populo, iúſque dicere. Hoc verò de Samſonis annis cum Heli adminiſtratione implicandis, quod in mentem nobis olim venerat, poſteaquam Maſij Commentarios nacti ſumus, huic ipſi eruditiſſimo ſolertiſſimóque Interpreti tanto antè placuiſſe non ſine voluptate comperimus. Hic enim Comment. ad caput vlt. Ioſue, tametſi communem de annis CCCCLXXX ſententiam amplectitur; de Samſone nihilominus idem ſentit, nunquam illum Iſraëlitis imperaſſe, eiúſque vicenos annos totidem Heli prioribus accenſendos. *Nuſquam enim, ait, functum vllo Principis officio Samſonem eſſe, memini. Tantumque abfuit, vt liberaret ille populum à Palæſtinorum iugo, vt vinctus ipſe iſtis tanquam dominis, dederetur à ſuis popularibus. Sed neque liberaturum eſſe promiſerat parentibus Angelus Dei; verùm libertatem inchoaturum modò; quàm deinde Samuel, poſt illius & Heli exceſſum, eſſet perfecturus vide-*

A *licet*. Aduerſus hoc Maſij decretum, Genebrardi, Serrarij, Tornielli, & aliorum
reprehenſio nihil promouet. argumenta ex ſuperioribus firmamentis facillimè
diſcutiuntur.

Supereſt illud, vt quemadmodum cum trita illa celebríque lib. Reg. tertij au- Explicatur locus ex lib. 3 Reg.
thoritate concordare opinio noſtra poſſit, aperiamus. quandoquidem neque cor-
ruptum eſſe locum; neque citra Interregnorum ſpatia ſolos Magiſtratuum an-
nos recenſitos arbitramur; quorum alterutrum neceſſarium videbatur eſſe
perfugium. Hîc ego, priuſquam reſpondeo, viciſſim ab aduerſariis meo iu-
re poſtulabo, vt, quod antea propoſitum eſt, ſimilem quandam in alio Scri-
pturæ loco ambiguitatem & conflictum authoritatum explicent. Siquidem
Exodi. XII, com. 40, poſtquam Moyſes Iſraëlitarum ex Ægypto migratio-
nem retulit, ſubiicit: *Habitatio autem filiorum Iſraël, qua manſerunt in Ægypto, fuit
quadringentorum triginta annorum.* Ita enim in Hebræis, ac noſtris Codicibus le-
gitur. Reſpondent ſynedochicωs cum Ægypto, Chananeam: cum Iſraëlis, &
Iacobi poſteris, vnâ eorundem maiores intelligi. Nimis enim breuem annorum
B eſſe ſummam, quæ Ægyptiacæ commorationi certiſſimis ex argumentis, & alio-
rum locorum comparatione competit, quàm vt ad illum numerum pertingat.
Quod illi tam euidenti in Scripturæ teſtimonio non improbantibus nobis vſur-
pant, vt ſuaui ac molli quadam interpretatione difficultatem leniant, idipſum,
niſi iniuſti ſunt, altero in illo, de quo agitur, Scripturæ loco permittant neceſſe
eſt; vt cùm ab exitu Iſraëlitarum CCCCLXXX anni computantur, ſynecdochicωs Exitus ex Ægypto latè ſumi-tur.
præter tempus illud, ac momentum, quo extra fines Ægypti pedem extulerunt,
aliquid aliud intelligamus: nimirum totos illos XL annos, quibus in vaſtiſſimis A-
rabiæ ſolitudinibus oberrarunt, antequam Palæſtinam intrarent. Quocirca nos
in ea ratione conſiſtimus; & exitum ex Ægypto tempus illud interpretamur, quo
Iſraëlitæ traiecto Iordane, Chananææ poſſeſſionem adierunt. Tum enim perfe-
ctè ex Ægypto migraſſe, & exire deſiiſſe putandi ſunt, cùm ad itineris metas, ter-
minúmque peruenerunt. Quod ſi nulla penitus ſacris ex libris exempla ſuppete-
rent, in quibus ſimilis quædam eſſet vſurpata locutio; at prius illud crebro oppo-
nendum foret; in quo cùm neque Hebræos, neque Latinos codices mendi ſuſ-
C pectos habeant, ad duriſſimam illam ſynecdochen receptum habere coguntur; &
quidem duplicem: vt & Ægyptus Chananææ; & Iacobi filij, Abraamidarum om-
nium συνέμφασιν habeant. Quanto eſt verò noſtra tolerabilior, cùm vel in ipſo
egreſſionis ex Ægypto vocabulo ſolam quadragenariam in deſerto peregrinatio-
nem; vel in Ægypto, Arabiam, & interiectas Ægyptum inter & Chananæam re-
giones intelligimus?

Sin eſt vt conſimilibus exemplis doceri poſſit, exitum ex Ægypto pro anno ab
exitu quadrageſimo accipi, quo Iſraëlitæ Chananæam ingreſſi ſunt; nunquid
cauſæ erit, quo minùs planam illam, & commodiſſimam rationem cupidiſſimè
complectamur, qua difficilem illum, & verè Gordium nodum ſoluere, & diſſiden-
tes ſpecie ipſa Scripturas conciliare poſſimus? Vnus altérve locus ab aliis iamdu-
dum notatus eſt, ex quo non obſcurè iſtud euincitur. Quippe Deuteron. IV bis
occurrit, com. 45 & 46. *Hæc ſunt*, inquit, *teſtimonia, & ceremoniæ, atque iudicia,
quæ locutus eſt ad filios Iſraël, quando egreſſi ſunt de Ægypto, trans Iordanem in val-
le, contra fanum Phogor, in terra Sehon regis Amorrhæi, qui habitauit in Heſebon
D quem percuſſit Moyſes. Filij quoque Iſrael egreſſi ex Ægypto poſſederunt terram eius.*
In commate 45 cum Hebræis Latina conſentientia manifeſtè tempus illud,
quo ad Iordanis ripam Moyſes iſta locutus eſt, quod paulo ante Chananææ in-
greſſum accidit, egreſſionem vocant ex Ægypto. בצאתם ממצרים, *cùm egrederentur ex
Ægypto.* In ſequentibus Hebræa paulo aliter, & ad eandem ſententiam Latinis
aptiora ſunt. Sic enim reddunt. *Quem percuſſit Moyſes & filij Iſrael cùm egrederentur de
Ægypto.* אשר הכה משה ובני ישראל בצאתם ממצרים. Præterea Pſalmo CXIII, in exitu Iſraël
de Ægypto cùm alia facta dicuntur; tum Iordanis retrorſum eſſe cõuerſus, aliáque,
quæ anno demum quadrageſimo contigerunt. *In exitu*, inquit, *Iſrael* בצאת ישראל
ἐν ἐξόδῳ Ισραήλ. Ergo exitus, ἔξοδος, & צאת non præfractè ſemper migrationis ac
tranſitus per mare rubrum tempus ſignificant; ſed etiam annum ab eo qua-
drageſimum, quo Iſraëlitæ Chananeam, & longiſſimi erroris metas attigerunt.

Quocirca veriſimile eſt Scriptorem ſacrum eodem ſenſu egreſſionis ex Ægypto A vocabulum lib. Reg. tertio ſumpſiſſe. Ad annos CCCCLXXX, ſi quadrageni illi peregrinationis acceſſerint; DXX conſient anni, qui ex initis ſuprà ratiociniis perbellè cum Iudicum hiſtoria conueniunt. Nos epilogiſmum omnem ad vtriuſque libri fidem expreſſum in ſequentem Laterculum conferemus.

LATERCVLVM IVDICVM, Rectorúmque Iudaici populi ab exitu ad Templum ex vera Chronologia.

Nomina Rectorum.	Anni quibus præfuerunt.	Anni Peroidi Iul. quibus cœperunt.	Anni mundi.	Ante Chriſtum.
Moyſes	XL	3183	2453	1531
Ioſue	XIV	3223	2493	1491
Seniores	X	3237	2507	1477
I Seruitus Meſopotamena	VIII	3247	2517	1467
Othoniel	XL	3253	2525	1459
II Seruitus	XVIII	3295	2565	1419
Aod	LXXX	3313	2583	1401
III Seruitus	XX	3393	2663	1321
Debbora	XL	3413	2683	1301
IV Seruitus	VII	3453	2723	1261
Gedeon	XL	3460	2730	1254
Abimelech	III	3500	2770	1214
Thola	XXIII	3503	2773	1211
Iair	XXII	3526	2796	1188
V Seruitus	o	o	o	o
Iephthe	VI	3548	2818	1166
Abeſan	VII	3554	2824	1160
Elon	X	3561	2831	1153
Abdon	VIII	3571	2841	1143
VI Seruitus	o	o	o	o
Samſon	XX	3579	2849	1135
Eli	XX	3599	2869	1115
Samuel & Saül	XL	3619	2889	1095
Dauid	XL	3659	2929	1055
Salomon	IV	3699	2969	1015

Colliguntur ab anno primo Moyſis, & Exodo ad IV Salomonis incluſiuè anni 520.

Explicatur Pauli locus difficilis.

Habes in hoc Diagrammate probabilem ex opinione noſtra interualli partitionem. In qua Ioſue, & Senioribus annos aſſignamus quatuor & viginti. Incertum eſt autem quot ſecundum Moſis obitum Ioſue vixerit; déque eo coniecturæ ſunt, opinionéſque variæ. Nos quia poſt Ioſue Seniores aliquandiu ſuperſtites fuiſſe cum Scriptura credimus, quorum tempore Iſraëlitæ in officio ſeſe continuerunt; B Ioſue vlt. com. 31. antequam ad Gentilium ritus delapſi in ſeruitutem traderentur: ideo XXIV illos annos ita diſtribuimus, vt Ioſue XIV, reliquos Senioribus aſpergeremus. Nam & R. Moſes Maimonides totidem annis ab obitu Moſis præfuiſſe cenſet Ioſue: & Senioribus decem ſufficiunt, vt longo poſt Ioſue tempore vixiſſe dicantur. Quanquam Hebraicè eſt האריכו, quod eſt ſimpliciter producere, ac propagare vitam. Quod ſi quis plures arrogandos eſſe Ioſue pertendat, tantumdem de Seniorum ſpatio demat neceſſe eſt: ita vt XXIV annorum ὁμάδα integram C relinquat. Samuëli deinde ac Saüli coniunctim XL annos imputamus ex cap. XIII Actorum. Qui locus alium præterea nodum propemodum inſolubilem continet, de quo tempus eſt vt agamus. Ibi Paulus Antiochiæ Piſidiæ in Synagoga ad Iudæos verba faciens, ac tempora dinumerans ita loquitur, com. 18. καὶ ὡς τεσαρακονταετῆ χρόνον ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ· καὶ καθελὼν ἔθνη ἑπτὰ ἐν γῇ Χαναὰν, κατεκληροδότησεν αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν. Καὶ μετὰ ταῦτα, ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις, καὶ πεντήκοντα ἔδωκε κριτὰς, ἕως Σαμουὴλ τοῦ Προφήτου. Κἀκεῖθεν ᾐτήσαντο βασιλέα, καὶ ἔδωκεν D αὐτοῖς ὁ Θεὸς τὸν Σαοὺλ υἱὸν Κὶς, ἄνδρα ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, ἔτη τεσαράκοντα. Latinus Interpres. *Et per quadraginta annorum tempus mores eorum ſuſtinuit in deſerto. Et deſtruens gentes ſeptem in terra Chanaan ſorte diſtribuit eis terram eorum: quaſi poſt quadringentos, & quinquaginta annos: & poſt hæc dedit Iudices, vſque ad Samuël Prophetam. Et exinde poſtulauerunt regem: & dedit illis Saül filium Cis virum de tribu Beniamin annis quadraginta.* Græca nonnihil diſcrepant. In Latino verba iſta, *quaſi poſt quadringentos, & quinquaginta annos*, cum ſuperioribus copulantur; vti terminus annorum iſtorum ſit κληρουχία. Græcè autem cum ſequentibus nectuntur; adeo vt à terræ diuiſione ad Samuëlem, anni numerentur CCCCL. Atqui non plures in Diagrammate noſtro ſunt anni ab Exodo & initio Moſis ad vltimum Heli, quàm CCCCXXXVI. Deductis inde XLVI, reliqui ſunt ab anno ſeptimo occupatæ Chananææ CCCXCVI: ex aliorum verò, qui interregna confundunt, opinione multò pauciores. Ob id

A nonnulli mendoſum illum eſſe locum cauſati ſunt, non Hæretici ſolùm; ſed & Catholici quidam, qui pro quadringentis, trecentos reſcribunt. Alij ex Latina interpretatione caſtiganda Græca pronunciant. Quod & fortaſſe verius eſt. Nam & exemplaria quædam Græca eandem, quam Latinus habet Interpres, interpunctionem agnoſcunt, ſi quid Bezæ credimus. Atque hoc modo CCCCL anni ad κληρουχίαν aliunde computandi ſunt; nimirum ab ortu Iſaaci, in quo promiſſio de ſemine Abraamo firmata. Sanè ſi annos omnes Iudicum, qui in ſacris libris nominatim percenſeri videntur, diſtinctos, ac ſingillatim expanſos in vnam ſummam colligas, nec Interregna vlla confundas, fiunt à Moyſe, prætermiſſis annis Ioſue, ad vltimum Eli, anni CCCCXC. de quibus deductis annis XL Moſis, ſupererunt ab ingreſſu Palæſtinæ ad Samuëlem, anni CCCCL, quos D. Paulus XL prioribus, quibus in deſerto Iudæorum mores perpeſſus eſt Dominus, conſequenter adtexuit. Quod ſi verum arbitremur, enimuero alia epocha quærenda nobis erit, à qua CCCCLXXX anni lib. Reg. III numerentur. Atqui nulla eſt opportunior, cui nomen illud egreſſionis ex Ægypto tribuatur, quàm ille annus ipſe, quo peregrinari deſierunt. Proinde ſi ſana eſt Græca lectio, nihil in præſentia
B meliùs occurrit, quàm vt annos illos ὡς τετρακοσίοις πεντήκοντα ab anno migrationis putemus, à quo ad primum Samuëlis anni ſunt CCCCXXXVII. Cùm autem perplexus, & ſcrupuloſus eſſet annorum illorum epilogiſmus, Paulus appoſita dubitandi particula non quadringentos quinquaginta ſimpliciter; ſed quaſi quadringentos quinquaginta dixit. Senſus igitur hic erit, cùm ab Exodo ad Samuëlem anni ſint circiter CCCCL, Iudices à Deo ad annum vſque quadringenteſimum, ac fere quinquageſimum eſſe datos: non vt totos illos quinquaginta, & quadringentos tenuerint, ſed vt maiorem ipſorum partem, adeóque ad finem vſque Iudices impleuerint. Quæ loquendi ratio ſimilibus ex aliis Scripturæ locis illuſtrari confirmaríque poſſet, ſi id neceſſe foret. Ac quicquid in illo loco difficultatis eſt, minùs opinioni noſtræ, quàm communi illi, quæ ſeruitutum omnium interualla confundit, negotij faceſſit. De Samuële, & Saüle, quot videlicet ſingulis annis competant, è Scripturis expiſcari non poſſumus. Quare tota res opinionibus & coniecturis innititur; quarum nos compendium hoc loco facere decreuimus.

C Poſtremò reſtat illud, quod Iud. XI, 26 Iephthe Ammonitis dixiſſe legitur; per trecentos annos ad ætatem vſque ſuam, Iſraëlitas in Heſebon, & Aroer habitaſſe. Quas quidem prouincias vltimo anno Moſis occuparunt. Atqui ille ipſe numerus Chronologiæ noſtræ non malè congruit. Siquidem ab anno primo Moſis ad vltimum Iairi, anni ſunt CCCLXV. Detractis XL Moſis, reliqui ſunt CCCXXV. De quibus trecentos, vt aſſolet, excurrentibus neglectis, Iephthe memorauit.

De trecentis annis à Iephthe memoratis.

Concludatur hæc de annis Iudicum, ac toto illo interuallo diſputatio. Templum igitur à Salomone fabricari cœptum anno Per. Iul. 3702, mundi 2972, cyclo Solis VI, litera Dom. G, cyclo Lunæ XIX. Annus hic erat Iudaicus hodiernus 2750: cuius Tiſri iniit anno Per. Iul. 3701, Sept. XVI. Huius character 7, 1, 208. Addito charactere VI menſium, ſeptimus menſis incidit in feriam 2, 5, 646, Martij XII. Sed embolimæus hic annus fuit. Ideo Niſan feria 3, 18, 359, Aprilis XI. Æquinoctium medium, ex Pariſinis tabulis, Martij XXXI, hora 14, 21′ à media nocte, Hieroſolymis. verum autem Aprilis I, hora 1, 4′ circiter. Secundus menſis,
D quem Ijar hodie vocant, Salomonis æuo Ziu, iniit Maij XI; cuius character 6, 7, 72. Hoc menſe Templi fundamenta iacta ſunt, Lunari, inquam, vt credibile eſt, menſe, non altero commentitij illius anni, quem dierum vocat Scaliger: quem & certis Periodis includit, quas Cheladim appellat. De quibus & Scaligerianis hoc in genere fabulis vide quæ lib. III dicta ſunt. Idem annus à Diluuio fuit 1316; ab ortu Abraami, 1024, ab inita Aſſyriorum Monarchia, 1164; ab migratis Ægypti finibus, 520; ab excidio Troiano, 173. Porro in lib. II Paralip. cap. III, 2 in Hebræo dies ſecundi menſis, quo ædificari cœptum eſt, deſignari videtur, nimirum ſecunda. Ibi enim repetita vox שני legitur ויחל לבנות בחדש השני בשני. *Et cœpit ædificare in ſecundo menſe, in ſecundo.* Quæ poſtrema Latinus Interpres omiſit. Sed & qui ſacros libros ex Hebræo interpretati ſunt, repetitam illam vocem eodem, quo & præcedentem retulerunt; vt Munſterus; qui vertit; *in ſecundo, inquam.* Dauid Kimhius aut feriam ſecundam hebdomadis, aut eundem ſecundum menſem intelligi putat. quod poſterius etiam R. Selomoh placuit.

Summa diſputationis.

Dies quo Templum ædificari cœptum.

Ponamus die menſis ſecunda inchoatum eſſe templum: ſi ad annum Ægyptiacum accommodare velis, contigit iſtud Paophi x. Etenim Neomenia Thoth incurrit in April. vi; Paophi verò Maij III. In anno verò Perſico Templi primordia cadunt in xvi Di menſis, in anno cxxv ſecundæ Periodi magnæ canicularis, quæ cœpit anno Periodi Iulianæ 3577. Neomenia Phrurdin anno 3702 iniit Iulij vltimo. Proinde Neomenia Di incidit in Aprilis xxvii. Abſolutum eſt Templum anno Salomonis xi, menſe octauo, qui vocatur Bul, III Reg. cap. vi, 37, & 38. Hic eſt annus Periodi Iulianæ 3709, mundi 2979. Hæc de Templi epocha ſanè probabilia ſunt. Scaliger porrò, qui in priori huius Operis editione anno Periodi Iulianæ 3697 iacta Templi fundamenta ſcripſerat, in poſteriori annum 3696 conſtituit. In Iſag. denique Canonibus deſultorio more ad priorem rediit. A

De Arbacis, ac Medorum primordiis, déque Regum ſucceßione. B

CAPVT XXXIV.

EPOCHAM hanc omiſit Scaliger: cùm non minùs illuſtris ſit, quàm Perſarum, & cœleſti quoque charactere nitatur. Medorum ſucceſſio è Diodoro atque Cteſia repetenda nobis eſt, à quo multùm diſcrepat Herodotus. Hic enim libro 1 refert Aſſyrios annis DXX Aſiæ dominatos eſſe. Secundum quod tempus primi ab illis deſciuere Medi; Medorum exemplum imitatos eſſe poſteà cæteros. Cúmque diu Medi iuris ſui, & αὐτόνομοι fuiſſent, primum Deiocem communi conſenſu regem eſſe factum, cùm omnium habitus eſſet longè iuſtiſſimus. Ab eo Ecbatana condita. Deinceps Medorum Regum trium propagata ſucceſſio. Ita quatuor omnino reges, annos CL numerat Herodotus, hoc modo:

Medi Reges ex Herodoto.	
Deioces	LIII
Phraortes	XXII
Cyaxares	XL
Aſtyages	XXXV
Colliguntur anni CL.	

At Cteſias ex Archiuis Perſarum certiora quædam, vt apparet, de Medorum originibus perſcripſit: quem Diodorus, Euſebius, & alij ferè ſecuti ſunt. Nam veteres illos Aſſyrios in Sardanapalo deſiiſſe funditus, conſtans eſt & horum & reliquorum opinio. quamuis ex Herodoto colligitur, etiam poſt Medorum defectionem diu perſeueraſſe. Cyaxarem enim refert Ninum vrbem, quæ caput erat Aſſyrij regni, multis pòſt annis expugnaſſe, omniáque præter Babylonem in ſuam poteſtatem redegiſſe. Cyaxaris tempus, adeóque Medorum, cœleſti obſeruatione ſtabilitur; nimirum eclipſis illius, quæ Lydorum, ac Medorum pugnam diremit, anno Periodi Iulianæ 4107; de qua poſteà. Interim nos Cteſiam, ac Diodorum authores imitati, Medis annos CCCXVII per nouem principes euolutos attribuimus: tametſi ab hac ſumma diſcedit Iuſtinus, & Euſebius. Nam ille CCCL annos Medis aſſignat; hic autem CCLIX, reges octo. Vtrumque laterculum, Euſebij & Diodori deſcribemus. C

MEDORVM REGVM SVCCESSIO.

	E Cteſia & Diodoro.		Anni Per. Iul.
I	Arbaces	28	3838
II	Mandauces	50	3866
III	Soſarmus	30	3916
IV	Artycas	50	3946
V	Arbianes, qui & Cardiceas	22	3996
VI	Arſæes, qui & Deioces	40	4018
VII	Artynes, qui & Phraortes	22	4058
VIII	Artibaras, qui & Cyaxares	40	4080
IX	Apandas, qui & Aſtyages		4120
Colliguntur, additis ex Herodoto Aſtyagis XXXV anni CCCXVII.			

	Ex Euſebij Chronico.	
I	Arbaces	XXVIII
II	Soſarmus	XXX
III	Medidus	XL
IV	Cardiceas	XIII
V	Deioces	LIV
VI	Phraortes	XXIV
VII	Cyaxares	XXXII
VIII	Aſtyages	XXXVIII
Colliguntur anni CCLIX.		

E Græcis excerptis Gregorij Monachi.		D
Arbaces	XXVIII	
Mandauces	XX	
Soſarmus	XXX	
Artycas	XXX	
Deioces	XXXII	
Aphradartes	LI	
Cyaxares	XXXII	
Aſtyages		
Colliguntur additis Aſtyagis XXXVI, anni CCLIX.		

Aſtyagis

A Aſtyagis annos Diodorus,neſcio qua de cauſa, præteriit. Sed ex Herodoto ſupplendi ſunt; qui XXXV eidem attribuit; cui potiùs aſſentimur, quàm Euſebio, qui XXXVIII: aut Scaligero, qui XL annos imputat. Animaduertendus eſt hoc in loco Diodori lapſus; qui Herodoti ſententiam minùs fideliter retulit, lib. II. Pag 118. Scribit enim Herodotum dicere, Medos, poſtquam ab Aſſyriis defecerant, ſine regibus vſque ad Cyaxarem vixiſſe. Nimirum pro Deioce Cyaxarem poſuit. Tum addit, ex eodem Herodoto, Cyaxaris initium conuenire in annum II Olymp. XVII. Hoc verò apud Herodotum legere non memini. Et certiſſimum eſt longè poſt hanc Olympiadem Cyaxarem imperaſſe. vti poſtea docebimus. Denique Medorum regum anni in Excerptis Græcis Georgij Monachi, quæ ſub nomine Euſebij Scaliger obtruſit, aliter digeruntur, vt ex Tabella conſtat. & quamuis Aſtyages omiſſus ſit, tamen cum poſtea in Cyro duraſſe dicatur Medorum regnum annis CCLIX, conſequens eſt annos imputandos Aſtyagi XXXVI, qui numerus proximè abeſt ab Herodoteo. Supereſt vt Medorum initium certo anno con-
B ſignemus. Quod ex iis facillimum eſt, quæ cum hoc capite, tum ſuprà in Aſſyriorum epocha diſputauimus. Ac primum Cyri, & Perſarum primordium conſtituendum eſt. Deinde illud pro certo tenendum, vltimum Medorum regem Aſtyagem fuiſſe; ita vt poſteaquam Cyrus Perſarum fundauit imperium, prius illud Medicum penitus deſierit. Quamuis enim poſt Aſtyagem, Cyaxarem neſcio quem è Xenophonteis fabulis, ſiue Darium inculcent aliqui; tamen, quod dixi, ſine vlla dubitatione ſentiendum eſt, in Aſtyage Medorum& Reges, & imperium planè deſiiſſe. De fabuloſo autem illo Dario, ſiue Cyaxare Medorum principe agetur poſtea. Iam Cyrus Perſicũ regnum conſenſu omnium inſtituit anno I ſaltem exeunte Olymp. LV, Per. Iul. 4155. Quare ſi de 4154 annos ſolidos CCCXVII deduxeris, relinquentur anni 3837. Ergo annno 3838 Periodi Iulianæ, Mundi 3108, Arbaces Medorum regni primordia iecit, centum annis ante primam Olympiadem. Quod ex epocha Cyri colligitur. ad quam ſolidæ Olympiades celebratæ ſunt LIV, qui ſunt anni CCXVI. Addito anno primo ſequentis Olympiadis; fiunt
C CCXVII. Durauit autem Medicum regnum annis CCCXVII. Ergo ante primam Olympiadem annis centum cœpit Arbaces: poſt Diluuium annis 1452. Vide quæ de Aſſyriis ſuprà diſſeruimus.

De rediuiuo Aſſyriorum regno. dèque Niniues inſtauratione, ac Ionæ tempore.

Capvt XXXV.

Poſt illud tempus, quo Medos ortum habuiſſe, & vltimum Aſſyriorum regem Sardanapalum extinctum eſſe conſtat, noui quidam in Scriptura celebrantur Aſſyriorum reges, iidémque potentiſſimi, qui & Niniuen, ſiue Ninũ vrbem obtinuerunt, & à Babyloniorũ rege Nabuchodonoſoro poſtea deleti ſunt. De iis magna eſt apud Chronologos quæſtio; & plerique conturbandorum temporum occaſionem illam ha-
D buerunt, vt Sardanapalum longiùs infra legitimam eius ætatem ſummouerent. Alij, cùm apud Diodorum legiſſent, Arbacen rerum potitum Beleſin, à quo erat adiutus, Babyloniæ præpoſuiſſe, hunc ipſum Phul Belochum eſſe crediderunt, qui lib. IV Reg. cap. XV, 19 memoratur. Verùm cùm Arbaces centum, vti dictum eſt, annis ante Olymp. primam inierit. Phul autem iſtius mentio fiat poſt annum duntaxat Azariæ XXXIX, qui eſt annus Per. Iul. 3943 circiter: apparet longo poſt Aſſyrios illos veteres tempore ſecundum hoc Aſſyriorum emerſiſſe regnum; neque illud eſſe probabile, quod quibuſdam placet; Phulem, quem Viterbienſis impoſtor Belochum cognominat, Sardanapali fuiſſe præfectum; & cum Arbace ac Beleſi Aſſyriorum imperium eſſe partitum. Hanc enim coniecturam temporum ratio ipſa refellit.

Ego primum illud Aſſyriorum regnum in Sardanapalo funditus corruiſſe ſentio, & ad Medos, Arbacémque rerum perueniſſe ſummam. Sed aliquanto poſt interuallo, exoleſcentibus paulatim Medis, & propter ignauiam ac mollitiem

eorum inclinante fortuna, nonnullos defeciſſe; primum quidem Aſſyrios; poſtea A
Babylonios. Quod enim Medi non idem ſemper imperij decus, eundemq; curſum ab Arbace ad Deiocẽ perduxerint, haud leuis ex eo coniectura capitur, quod Herodotus Medos perdiu αὐτονόμους fuiſſe ſcribat. quod ego ſic interpretor; vt Arbacis ſucceſſores regni titulum ſine poteſtate retinuiſſe velit: quomodo & Euſebius interprete Hieron. ad annum MCCVII explicandus. *Arbaces*, inquit, *Medus Aſſyriorum imperio deſtructo, regnum in Medos tranſtulit: & interim ſine Principibus res agebatur, vſque ad Deiocem regem Medorum.* Hæc enim ex Herodoto deſcripſit. quæ ſi aliter, ac diximus, intelligantur, mira eſt Euſebij oſcitantia; qui cùm nullos poſt Arbacem Medis fuiſſe principes exiſtimaret, regum nihilominus octo ſucceſſionem & imperij propagationem ſingillatim expoſuit. Redeo ad Aſſyrios; qui excuſſo Medorum iugo ſenſim conualuerunt, ac ſecundum iiſdem in ſedibus excitarunt imperium, vbi prius extiterat: inſtaurata, vti credibile eſt, ſiue ab ipſis, ſiue à Medis Niniue. Neque enim ad illorum opinionem accedimus, qui Niniuen aduerſus hiſtoricam fidem ab Arbace ſolo æquatam negant. cùm tametſi verum eſſet, quod B
illi falſò ſibi perſuadent, Aſſyriorum ſecundum regnum ſtatim poſt Sardanapali necem effloruiſſe; conſentaneum ſit ex recentibus, & fumantibus adhuc ruinis vrbem illam ampliſſimam inſtauratam fuiſſe. Quod vel inde colligitur, quoniam Ionas Propheta, qui Ieroboamo regi Iſraëlis victoriam de Syris prædixit ſub annum Per. Iul. 3890; qui eſt poſt Arbacis initia annus LII: Niniuitis prædicauit. Etſi annus prædicationis illius minimè conſtat. Ac fieri poteſt, vt longè ante Ieroboam Iſraëlis regem Ionas victoriam ac reſtituendos Iſraëlitis terminos prædixerit: adeoque viuo adhuc Sardanapalo, vel etiam antè, Ioſaphat regnante, Niniuen peruenerit.

Aſſyrij imperium recuperant.

Quis porro imperij huius inſtaurator, ac primus conditor fuerit, ignotum nobis eſt; quandoquidem nullus exterorum Scriptorum ſecundi huius Aſſyriorum regni meminit. niſi quòd Herodotus ſub Phraorte, & Cyaxare adhuc Niniue regnatum ab Aſſyriis prodiderit; quod perperam ad antiquum illud Aſſyriorum regnum pertinere credidit. Erant enim recentiores iſti reges, quorum aliquot in Hiſtoria Regum, lib. IV memorantur. Verùm vtrum ante hos alii regnauerint, C
& quoto anno iidem illi cœperint, Scriptura non exprimit. Quare incerta ſunt regni huius poſterioris initia; vt & finis ipſe, de quo poſtea. Primus itaque lib. IV Reg. cap. XV, 19 nominatur Aſſyriorum rex Phul, qui Ozia regnante, vt opem Manahemo ferret, in Iſraelitarum regnum cum copiis venit. Secundus eſt Teglath Phalaſar, qui ſub Ioathan Oziæ F. Iſraëlitarum ingentem numerum in Aſſyrios tranſtulit, eod. cap. ver. 29. Tertius eſt Salmanaſar: qui Ezechia regnante vixit, cap. XVII, 3. Huic ſucceſſit Sennacherib eius filius, vt Tobiæ cap. I, 18 legitur: qui Ezechiæ tempore regnauit, cap. XVIII, 13. Quintus Aſſarhaddon Sennacheribi F. ſub Ezechia cap. XIX, 37. Anni verò, quot ſinguli regnauerint; incerti ſunt. Quocirca nihil aliud coniecturæ noſtræ ſupereſt, niſi paulo ante primam Olympiadem illos iniiſſe; & ad annos præter propter LXX floruiſſe, nimirum vſque ad Ezechiam, & vltra decimum quintum eius annum. Ac videntur poſtmodum à Medis ſuperati. de qua re. cùm de Babyloniis & Nabuchodonoſoro ſermo erit, accuratiùs diſputabitur.

D

De Macedonici regni primordiis.

CAPVT XXXVI.

HERACLIDARVM è genere primus imperij Macedonici conditor Caranus fuit; ſextus decimus ab Hercule, vt Velleius Paterculus ſcribit. vndecimus verò, ſi Dexippo credimus; cuius longum de Macedonum regibus catalogum habes in Excerptis Euſebianis pag. 47. Fuit hic Phidonis Heraclidæ, Argiuorum regis frater. qui nouarum ſedium cupiditate, contracta manu, in Macedoniam venit; ibíque nouo regno initium dedit. quod principiò modicum; poſtea in immenſum excreuit. Huius ini-

A tium ſtatuitur ab Euſebio anno ante I Olympiadem octauo & triceſimo. qui eſt
annus Abraami 1203; Per. Iul. 3900. A Carano triceſimus nonus Perſes numera-
tur. Alexander verò Magnus, viceſimus quartus. At Velleius Alexandrum de-
cimum-ſeptimum: Iuſtinus duodecimum computant. Liuius porro viceſimum
Perſen facit. Finis illius regni cœleſti charactere Lunaris defectionis inſignis eſt:
quando Perſes à Paulo Æmilio ſuperatus eſt, & Macedonia à Romanis ocupata.
Fuit hic annus ab V. C. DLXXXVI, Periodi Iulianæ 4546. Quocirca Macedonum
regnum obtinuit annis DCXLVI. Regum catalogum in calce Operis exhibebo.

De initio Olympiadum, & primo anno Iphiti. Scaligeri doctrina tam in V lib. de Emend. pag. 358, quàm in Animaduer. Euſeb. & Iſag. Canon.

CAPVT XXXVII.

B LONGE ante Iphiti tempus Olympici agones inſtituti fuerunt. Pri- I.
mus eorum conditor Pelops fuit. tùm inſtaurator Hercules. tertio
ab Iphito reſtituti, & perpetua lege conſtituti ſunt. Ab initio tamen,
inquit Scaliger in Animad. pag. 65, & in Iſag. Can. pag. 283, non
per quadriennia celebrabantur: ſed quoties aureus Numerus erat
XVI, adeóque poſt ſingulos cyclos Lunares, cùm Nouilunium incidebat in IX Iu-
lij. Atque hoc demonſtratiuum eſſe idem ille pronunciat.

Poſtea collapſos agones Iphitos inſtaurauit: iique deinceps ſtatis annorum II.
quatuor interuallis propagati ſunt. Vtebantur autem initio Græci veteres anno
illo, qui CCCLIV diebus conſtabat. ſed ita vt exactis bienniis, alternis XXII, &
XXIII dies intercalarent, & pro ſecunda menſis nonam, aut octauam dicerent.
quemadmodum in cauis tertiam pro ſecunda. Hinc Herodotus putauit annos
omnes CCCLX diebus conſtare, & ſingulis bienniis exactis menſem τριακονθήμερον
intercalari. In quo pueriliter peccauit. Animaduertendum verò eas nationes,
quæ Pentaëterica ſacra celebrabant, anno vſas eſſe, qui CCCLX diebus euolue-
C batur; ita vt poſt IV annos menſis vnus dierum XXI inſereretur; vt Solinus indi-
cat. Quæ verò Trietericis ſacris vtebantur, earum annus dierum fuit CCCLIV, &
alternis bienniis XXII, & XXIII dies inculcati ſunt. Quæ Pentaeterica certamina
peragebant, annum habuerunt dierum CCCLX, & poſt annos IV, dies XXI interca-
larunt. Cùm igitur XXII dies intercalarentur, tempus illud cultu aliquo Trieterico
ſignabant. cùm autem XXIII inſererent, hoc item tempus celebriore ſolenni no-
tabant: Elidenſes Olympiade, Athenienſes maioribus Quinquatribus. De Eli-
denſibus tamen incertum eſt, vtrum hac forma vſi ſint, & quando vti deſiuerint.
Nam poſtea XXX dierum menſes vſurparunt: & quinto quoque anno ineunte,
primus menſis incipiebat à Nouilunio.

Græci primam putant Olympiadem, quam anno Per. Iul. 3938 Iphitus inſtau- III
rauit Iulij XXIII, Ab XVI, feria III: cuius Neomeniæ character 3, 3, 905, Iulij IX,
anno Iudaico 2985. Inde obtinuit, vt Neomenia primi menſis Elidenſium, qui
erat Macedonibus Hyperbereteus, nunquam promoueretur citra IX Iulij, obicem
D & terminum ei ſtatuendo VIII Iulij, quem propterea vocabant τροπὰς θερινάς.

Hoc tempus luſtrum à Latinis vocatur. Sed deſito luſtro Olympiadico, Iulia- IV.
num luſtrum Olympiadem appellarunt. quod aliquot exemplis ex Auſonio, &
Socrate petitis adſtruitur; quæ nos tum cùm refellentur, exſcribemus.

A

De veterum Olympiadum temporibus ante Iphitum, ex Pauſania, & Euſebio. quibus Scaligeriana ſomnia diſcutiuntur.

Capvt XXXVIII.

pag. 154. AVTHOR eſt Pauſanias in Eliacis primos omnium ludos Olympicos ab Hercule conditos fuiſſe, non illo tamen Hercule, qui Iouis, & Alcmenæ filius Poëtarum celebratur carminibus: ſed ab antiquiore nominis eiuſdem altero, qui vnus ex Idæis Dactylis fuit, quibus Rhea Iouem alendum commiſit. Verba Pauſaniæ. Ἡρακλεῖ οὖν περίεστι τῷ Ἰδαίῳ δόξα τόν τε ἀγῶνα διαθεῖναι πρώτῳ, καὶ Ὀλύμπια ὄνομα θέσθαι. διὰ πέμπτου οὖν ἔτους αὐτὸν κατεστήσατο ἄγεσθαι· ὅτι αὐτός τε, καὶ οἱ ἀδελφοί, πέντε ἦσαν ἀριθμόν. *De Hercule igitur Idæo fert opinio, primum hunc certaminis authorem fuiſſe, & Olympiorum nomen indidiſſe. Quæ quidem quinto quoque anno celebrari iuſſit, quod eundem cum fratribus unmerum expleret.* B Subiicit in eo certamine Saturnum cum Ioue congreſſum: tum Apollinem cum Mercurio. Poſtea Clymenus Cardis F. annis poſt Deucalionis Diluuium quinquaginta, ludos inſtaurauit. Hinc Endymion Aëthlij F. Exinde generationis vnius interiecto ſpatio, Pelops omnium celeberrimos peregit in honorem Iouis. Poſt hunc Amythaon. Inde Pelias & Neleus. Tum Augeas. Item Hercules poſterior expugnata Elide; quando & Iolaum coronauit. Secundum hunc Oxylus: à quo deinceps intermiſſos Iphitus renouauit. Hæc ferè Pauſanias. Euſebius in Chronico bis præſertim ante Iphitum Olympia celebrata refert. Primùm anno DCXCV, Acriſij anno XXII. *Pelops*, inquit, *Peloponneſius regnauit: Olympiis quoque præfuit.* Secundò ad annum DCCCX in Edit. Pontaci. *Hercules agonem Olympicum conſtituit: à quo vſque ad primam Olympiadem ſupputantur anni* CCCCXXX. Scaliger in Animad. ad annum DCCCX; & in Iſagog. Can. loco citato, primum certamen à Pelope celebratum eſſe vult anno Euſebiano DCCI. vt erat in codice C Pauli Petauij Pariſienſis Senatoris. Tempus porro fuiſſe XXIII Iulij: quod Nouilunium incideret in IX Iulij anno 3398. Poſterius autem ludicrum ab Hercule peractum affirmat anno Euſebiano DCCCXV, annis V tardiùs, quàm Euſebius referat. Atqui peſſimi exempli res eſt; pro ingenio ac libidine tua, quo ad opinionem tuam accommodes, authorum immutare ſententias. De priore quidem illo Euſebij loco, non valde pugnem, quin annus DCCI eſſe debeat. quemadmodum extat in duplici codice membranaceo Euſebiani Chronici ſanè vetuſtiſſimo, qui eſt penes P. Sirmondum. Alter verò locus quid meruit, vt à Scaligero ſola ex opinione, ſine veterum ſuffragio librorum, contra mentem Scriptoris interpolaretur? Euſebianorum codicum varietas. Nam ſi librorum authoritas agitur, quamuis diuerſi anni iiſce Herculis agonibus conſignentur, nullus tamen reperietur, qui ad DCCCXV adſcribat. Scaligeriana editio annum præfert DCCCXI. Manuſcripti duo Sirmondiani optimæ notæ, annum DCCCV. Pontacus in Notis magnam in eo loco varietatem ſe in libris deprehendiſſe teſtatur: & alios quidem ad annum Theſei XXVII adnotare. Eſt hic annus Abraami DCCCIX. alios verò ad XXIII eiuſdem Theſei, qui eſt DCCCV. qui annus & in Sirmondianis cernitur. alios denique ad XXIV Theſei. Producatur vel D vnus qui annum DCCC exhibeat. Pontacus ipſe in editione ſua DCCCX expreſſit, eo fretus argumento, quod ab anno illo inſtaurati ab Hercule ludicri numeret Euſebius ad primam Olympiadem annos CCCCXXX; quot videlicet conſurgunt, ſi de anno MCCXII, quo Iphiti primum adnotauit Euſebius, detraxeris DCCCX. ſunt enim CCCCXXX abſoluti, & interiecti. Quanquã potuit Euſebius in iſta CCCCXXX annorum putatione alterutrum includere terminum, & annos non vertentes, ſed inchoatum duntaxat numerare poſtremum; tamen vel DCCCX, vel DCCCXI certè debet eſſe, non, vt fingit Scaliger, DCCCXV. Cuius commenti, & caſtigationis cauſa ipſa ridicula magis, magiſque temeraria eſt. Hæc enim ideo ſic ordinauit, vt ad hypotheſim ſuam Euſebiani numeri congruerent: nimirum vt agon vterq; in eum annum caderet, qui aureo numero XVI eſſet affectus, quique Nouilunium haberet in IX Iulij. Annus Euſebianus DCCI, quo agon à Pelope celebratus, cadit n annum Periodi Iulianæ 3398, cyclo Lunæ XVI. Adde cyclos Lunæ ſex,

A hoc eſt annos CXIV, orietur annus Periodi Iulianæ 3512, in quem annus Euſebij DCCCXV incurrit, eodem numero aureo XVI. Hæc diuinationis occaſio eſt, vt in annum illum DCCCXV, inuito Euſebio agones Herculeos compingeret; quo ſcilicet poſt XIX quemque annum celebrata quondam Olympia ludicra perſuaderet. Eiuſmodi ſunt ἀποδείξεις ac demonſtrationes Scaligeri; ij characteres annorum certiſſimi. De quibus ad annum DCCCX ſic exclamat. *Sanè hæ non ſunt epulæ plebeiorum ingeniorum, & eorum, qui hodie miſeras chartas diſperdunt fanaticis ſuis Chronographiis.* Quid, rogo, eſt in tota hac argumentatione non rationis inaniſſimum? Anno quolibet vertente XIX, cyclo XV, quondam Olympia celebrabantur. Vnde habes? Nempe quia Pelops anno Periodi Iulianæ 3398, eodem illo cyclo, ludos inſtituit. Quid tum? An de reliquis conſtat, ſine quorum ad illos comparatione perit ariolo ſua merces? Nihil minus. Nam ſequentes ab Hercule celebrati ſunt, anno Periodi Iulianæ 3507, cyclo XI, vt eſt in Euſebij Chronico. Quod enim in annum 3512 afcentur ij ludi, ſola id Scaligeri diuinatione, non ratione vlla, vel antiquorum ſuffragatione peruincitur. Demonſtratio certis, veris, ac confeſſis innititur. Hîc ſola vaticinatio, & coniectura ſyllogiſmi caput ac robur continet: ſi men-B doſos videlicet Euſebij ψηφισμοὺς eſſe concedimus, & pro DCCCX anno, DCCCXV ſubrogari patimur. Quod niſi per nos licet, vti nullo iure condonari poteſt, vaniſſima eſt collectio. Sed reliqua porrò videamus. *Veteres*, inquit in Iſag. Canon. libro III, *tradunt primum ludicrum Olympicum Ioui dicatum fuiſſe, nimirum à Pelope: ſecundum ipſi Pelopi ab Hercule: tertium Herculi ab Iphito.* Si tam vſitatum illud erat, vti cyclo XVI, quando in IX Iulij nouilunium incideret, agones inſtaurarentur, oportebat & ab Iphito eodem cyclo celebrari. Atqui prima Iphiti Olympias conuenit in cyclum V. Cur non Euſebiana illa duo loca recenſuit, & in annos illos ludicra duo ſummouit, qui cyclo V præditi ſunt, quo maiorem fucum faceret? Rurſum dicam: Iſtiuſmodi argumentationum, & coniecturarum quiſquilias demonſtrationes & temporum characteres appellare, neſcio quàm prudentis iudicij ſit. Denique non vanus modò coniector, ſed ſibi etiam, doctrinæque ſuæ contrarius eſt hac in parte Scaliger. Quæro enim quî veteres illi potuerint annum quemlibet C XIX, ac nouilunij in IX Iulij congruentis opportunitatem capere, ſine cycli decemnouennalis ſcientia; quàm primùm omnium Metonem excogitaſſe Scaliger ipſe non negat, annis poſt Olympiadem primam amplius trecentis. Quinetiam alterum neceſſe eſt, vt in VIII Iulij κέντρον θερινὸν, & ſolſtitium ciuile priſci illi poſuerint. Quod nihilo magis Scaligero conceditur. Atque vt de lunari primum cyclo videamus! ſatis, opinor, in Scaligeriana doctrina contritum eſt, veteres Græcos nullo alio cyclo ad parianda Solis & Lunæ ratiocinia vſos eſſe, quàm Octaeteride. Hæc nos in primo & ſecundo libro abundè diſcuſſimus. Antiquiſſimus enim, vt agnoſcit Scaliger, orbis hic annorum extitit, in quo Solem cum Luna congruere perſuaſum fuit. Quamobrem poſt annos VIII nouilunia ad eoſdem reuerti dies exiſtimabant. de XIX annis nulla, ne leuis quidem adhuc erat nata ſuſpitio. Quomodo igitur Pelops, & Hercules cyclum illum XVI, & annorum XIX circulum obſeruare potuerunt? Iam quod κέντρον, & ſolſtitium æſtiuum in Iulij VIII hæſiſſe dicit, nouilunium verò primum Iulij IX, quantum habet abſurditatis! Etenim κέντρα illa veterum, & ſolſtitia, octauas aſſerit partes eſſe ſi-D gnorum. Ideò Pelopis & Herculis æuo Solis in Cancrum ingreſſus, ſiue Neomenia Carcinonis; competere debuit Kalendis ipſis Iulij. Atqui id Iphiti ſæculo demum accidit. Quippe anno quo prima Olympias iniit, Karkinonos Neomenia Kalendis Iulij commiſſa eſt; vt in hoc libro, & capite, declarat. Ergo annis ante DXL, quando Pelops primum ludicrum edidit non Kalend. Iulij, ſed eiuſdem menſis quintæ circiter die congruebat. Vnde & octaua Carcinonos, ſiue κέντρον, XI Iulij tribuendum eſt. Ecquis Scaligeriana iſta legens riſum contineat? Nam quod poſt Olympiadem primam deinceps κέντρον hæſiſſe docet in IX Iulij, etſi eſt falſiſſimum, vtcumque tamen hac ſpecie defenditur, quod prima Olympiacorum certaminum epocha, poſtquam ſemel occupata fuerat, perpetua lege & obſeruatione ſancita fuit. De Pelopis autem & Herculis ſæculo quid fingi poteſt eiuſmodi? aut qua ratione factum eſſe tuebitur, vti quingentis & amplius annis ante quam octaua Cancri pars ad Iulij VIII diem perueniret, in ea κέντρον

Demonſtrationum Scaligerianarum vanitas.

pag. 283.

Secum ipſe pugnat.

De ſolſtitij cardine eiuſdem ἀπροσεξία

& Solſtitium ſit à Pelope collocatum? Eſt enim, vti dixi, diei IX Iulij ad Solſtitium A
deſignatio quingentis annis Pelopis ætate poſterior. Ac nos ea ſic diſputamus, quaſi reliqua, quibus doctrina iſta fulcitur, vera ſunt poſtulata Scaligeri; hoc eſt perinde ac ſi Iphiti ſæculo Carcinonis Neomenia, ſiue Solſtitium, & ingreſſus Solis in Cancrum in Kal. Iul. inciderit. Quod quidem in hyptoheſi duntaxat Alphonſini anni, & æquabilis Tropici veriſimile eſt, quæ vtrum per illud tempus congrueret nobis eſt incertum. Ex quo planum eſt, quod libro ſuperiore pluribus agitatum eſt, quamuis cætera conſtent, nihilominus incertam fallacémque adhuc illam eſſe doctrinam, quam demonſtratiuam appellare non eſt veritus.

De Anno Græcorum ad Olympiadas accommodato: déque menſe, ac die ludicri Olympici, & eiuſdem epocha. B

CAPVT XXXIX.

MVLTIPLEX initio capitis huius eſt errorum, ac fœcunda copia. Nam & pugnantia loquitur Scaliger, & quæ aliis in locis velut indubitata poſuerat, contrariis opinionibus euertit.

Principiò quod de anno Græco in libro I tradiderat, déque Tetraëteridis diſpoſitu, id hoc in loco labefactatur. Multum in eo quippe ſudauerat, vt Græcorum menſes omnes tricenis conſtitiſſe diebus oſtenderet, & appendices dies ad annos ſingulos acceſſiſſe duos. Ita cùm in annis quatuor dies conſurgerent 1447, & cum anno lunari ciuilis quadraret; deeſſent autem vtrique ad Solarem & Iulianam Tetraëteridem complendam dies XIV. (Eſt enim iſta dierum 1461) expectata ſequenti Tetraëteride, menſem vnum intercalatum fuiſſe. Ex hac Tetraëteridis, & Octaëteridis forma Periodus annorum ſex & ſeptuaginta contexitur, diebus conſtans 27759: in quibus Tettaëterides ſunt XIX, Octaëterides VIII, totidémque menſes intercalares ciuiles & tricenarij, ac præterea C
Tetraëteris ſuperflua. Eiuſmodi anni Tetraëteridos, ac Periodi deſcriptionem apud Græcos omnes obſeruatam eſſe non ſolùm toto libro I ex inſtituto demonſtrat; ſed in reliquis, & vbique ferè eo velut principio, ac doctrinæ totius fundamento nititur. Itaque cap. de anno æquabili minore Græcorum pluribus argumentis & Scriptorum teſtimoniis Gazam oppugnat, & Macrobium, ac Solinum; quod lunarem Græcorum annum eſſe docuerant, contra & Herodoti, & Ariſtotelis, & antiquorum omnium conſenſum. Ipſe autem menſes illorum omnes tricenarios, annum dierum CCCLX fuiſſe pertendit, cum acceſſione bidui: & hanc ipſam Tetraëteridem ac Periodum Græciæ populis omnibus ſine vllo diſcrimine tribuit: Athenienſibus, cap. de Periodo Attica: Elidenſibus Olympiorum præſidibus, cap. de Per. Olymp. & ſequentibus. Veluti de eadem Olympica Periodo loquens. *Eámque Periodum non ſolum Athenienſes, ſed & aliæ Græcæ nationes amplexæ ſunt. Antiquiſſima verò omnium Tetraëteridum eſt Olympica. Ideo Periodus Olympica ante omnes, & primo loco ponenda: præſertim cùm reliquæ omnes ab hac deriuatæ ſint.* Tum pag. D
39 de Olympica Periodo. *Ita vt veriſſima hæc ſit Periodus: ad quam cæteræ omnes Græcæ Periodi directæ ſunt tanquam ad certam regulã, &c.* Sic Elidenſes Hierophantas ait inter octauũ & nonum diem Iulij in ſua illa Tetraëteride diem intercalaſſe. Sed cap. de Macedonica Periodo apertiſſimè Tetraëteridem ac Periodum illam vniuerſis Græcis aſſignat. *Omnes, inquit, ciuitates Græciæ Periodum Olympicam ab initio amplexæ ſunt, religionis cauſa, &c.* Ergo & Macedonas ipſos, & Bithynos, & Pythios, & Thebanos, & Syracuſanos, & Lacedæmonios, & Samios ſingillatim eodem anni ac Periodi typo vſos eſſe confirmat. Quæ cùm ita conſtanter, ac præclarè diſputaſſet, hoc demum in capite velut Circæo poculo repente mutatus nouam quandam, & contrariam anni rationem Græciæ populis affingit. Veteres ait Græcos, cùm ſcirent annum lunarem CCCLIV dierum numero conſtare, vt eum cum Sole conciliarent, bienniis quibuſque confectis, alternis XXII, & XXIII dies intercalaſſe, & in cauis menſibus tertiam pro ſecunda numeraſſe, vt ſingulis men-

pag. 40. pag. 36. pag. 37.

pag. 37. pag. 45.

Scaligerianæ doctrinæ conflictus.

A ſibus ſua τριακὰς eſſet. Ea re deceptum cenſet Herodotum exiſtimaſſe Græcorum menſes omnes triginta dies habuiſſe, cùm plerique XXIX tantùm auferrent. Et quamuis paulo poſt id aliquot duntaxat Græciæ populis tribuere videatur, cùm ita ſcribit: *Quod igitur annus aliquot Græcorum priſcorum* CCCLIV *diebus conſtaret, & ſingulis bienniis exactis* XXII *dies intercalarentur*, &c. nihilominus ἀορίστως atque vniuersè loquitur, & cùm *omnes Græciæ ciuitates ab initio Periodum Olympicam amplexas eſſe*, Lib. I ſcripſerit, nullam omninò relinquit, cui noua iſta Trieteridon forma competat. Eſt verò manifeſta inſuper pugna ſecum ac diſſenſio Scaligeri. Qui cùm ſibi iſtud obieciſſet; non videri alternis bienniis veteres Græcos XXII, vel XXIII dies intercalaſſe, quoniam Solinus XXI tantummodo inſertos fuiſſe narrat; ex quo ſequitur, annum Græcorum CCCLX dierum fuiſſe, & fine anni quarti XXI dies fulciendæ epochæ adiici: ita demum reſpondet: *id eſſe verum, & locum habere in iis nationibus, quæ Pentaëterica ſacra inſtaurabant: non in iis quæ Trieterica tantùm habebant, in quibus neceſſariò annus erat dierum* CCCLIV, *& alternis* XXII, & XXIII *dies* pag. 359.
B *intercalabant. poſt quam intercalationem inſtaurabatur ſolenne Trietericum*. Habemus igitur ex iis Scaligeri verbis, nationes illas Græciæ duntaxat, quæ Trietericis ſacris ſolis fungerentur, annum illum nouum adhibuiſſe dierum CCCLIV, & alternis bienniis XXII ac XXIII dies intercalaſſe: reliquas verò, quæ Pentaëterica feſta, poſt annos videlicet exactos IV, inſtaurabant, annum habuiſſe dierum CCCLX, & intercalarem menſem quarto quoque vertente anno dierum XXI addidiſſe. Atqui in proximè conſequentibus verbis aliud docet: nimirum hos ipſos populos, quibus Pentaëterici erant agones, XXII dies & XXIII intercalaſſe. *Cum igitur*, inquit, XXII *intercalabantur, tempus illud aliquo inſigni cultu ſignabant, quod vocabant Trietericon. Cùm autem* XXIII *dies intercalati eſſent, hoc item tempus celebriori ſolenni notabant vt Elidenſes Olympiade, Phocenſes Pythiade, Athenienſes maiuſculis Quinquatribus; item maſculis Myſteriis. Habebant enim & minuſcula μυστήρια*. Ergo Elidenſes, Phocẽſes, Athenienſes, & Pentaëtericos ludos agitabant, & menſes alternis intercalabãt XXII & XXIII dierũ. Proinde ex ſuperiori doctrina annus illorum erat CCCLIV dierum: &
C tamen ex alio capite, quod Pentaëtericos illos agones haberẽt, annus ipſis cõſtabat diebus CCCLX, cum intercalario dierum XXI. Mox de Elidenſibus dubitat, vtrum aliquando anni genus illud vſurpauerint, aut, ſi vſurpauerint interdum, quandonam eius vſum deſiuerint. Hæc Pentaëtericorum certaminum exempla & nominatim Olympiadum, Pythiorum, ac Myſteriorum, argumento ſunt non ſolùm ante Olympiadicos inſtauratos ab Iphito ludos, ſed etiam poſt ipſorum primordia, idem anni ſchema ex diebus CCCLIV, & intercalaribus XXII alternis & XXIII, receptum & adſcitum fuiſſe ex hac Scaligeri poſteriore ſententia. Imo verò & Herodoti adhuc æuo retentum inde concluditur, quod ei Scriptori annum illum fraudi fuiſſe defendat. Hoc ideò dixerim, ne quis ita Scaligerum excuſet; vt poſteriorem hanc anni ſpeciem dierum CCCLIV priſcis illis Græciæ temporibus ante inſtitutas Olympiades contigiſſe cenſeat; alteram verò libro primo declaratam poſt inſtauratos ab Iphito ludos exortam. Sed ea tergiuerſatio cum iis, quas proximè propoſui, rationibus euertitur: tum eo ſanè, quod in lib. I, & alibi paſſim annum Græcum vetuſtiſſimis ſæculis, & ante cõditas Olympiadas ad eam formam
D deſcriptum aſſerat, quam primo libro tradit. Quod ad Herodotum, & Solinum attinet, duplex itidem à Scaligero commiſſus eſt error. Quorum prior de Herodoto in fine lib. I à nobis refutatus eſt. vbi illud oſtendimus quo ſenſu ſcripſerit Herodotus, Græcorum menſes tricenarios omnes fuiſſe, & tamen alternis quibuſque bienniis menſem vnum intercalatum. Quod ex Gemini authoritate longè aliter interpretati ſumus, quàm Scaligeri vana & ridicula coniectura ferat; qua nihil abſurdius excogitari poteſt. In Solino haud minus falſitatis tenetur, quem ait Græcos dixiſſe ſolitos intercalare non XXII alternis ac XXIII dies, ſed tantũm XXI. De quo verbum quod ſciam nullum apud eum Scriptorem legitur. Nam cap. II de anno Græcorum & Romanorum diſſerens, de Græco ita loquitur, quem lunarem eſſe docuerat: *Græci ergo ſingulis annis* XI *dies, & quadrantem detrahebant, eóſq; octies multiplicatos in annum nouum reſeruabant, vt contractus nonagenarius numerus in tres mẽſes per tricenos dies ſcinderetur*. Falſò itaq; Solino tribuit; mẽſem illum intercalarẽ dierũ vnius, & viginti, quod ne fando quidem eſt auditũ vnquam.

Herodotus & Solinus à Scaligeri calumnia vindicantur.

Annus Olympiadis primæ, ſiue inſtauratæ ab Iphito Panegyris Olympicæ rectè A
à Scaligero ponitur Iulianæ Periodi 3938. quod poſteà confirmabitur. Sed idem in
menſis ac dierum cardine deſignando, ſomniis ſuis, ac diuinationibus indulget.
Scaligerianæ quippe doctrinæ arx & caput illud eſt: Veteres ſolſtitium ciuile in
VIII die Iulij pertinaciſſimè retinuiſſe. Neque enim τροπὰς apud Græcos ſcripto-
res, Ariſtotelem, Theophraſtum, & cæteros, ſolſtitia vera, & ἀκριβῆ ſignificare,
ſiue ingreſſus Solis in puncta dodecatemorij Cancri, vel Capricorni; ſed octauum
ab illo diem: quod & alibi paſſim, & libro III Iſagog. Canon. pag. 285, cap. VII
docet. Quoniam igitur Iphiti ſæculo Carcinonis Neomenia circa Kalendas Iu-
lias incidebat, ideo octauus ab illis dies ſolſtitio ciuili dicatus eſt: ídque conſe-
quentibus annis obtinuit: tametſi ob προήγησιν ſolarem longius ab illo die Carci-
nonis Neomenia retroceſſiſſet. Ex eo factum putat, vt tam lunaris, quàm ciuilis
& æquabilis anni primus menſis nunquam citra IX Iulij cœperit: ſed citima vtro-
bique Neomenia in IX Iulij poſt κέντρον θερινὸν, remotiſſima VII Auguſti contige-
rit. Hinc Olympiade prima ineunte, Neomenia tam lunaris, quàm ciuilis men-
ſis incurrit in IX Iulij. Ludicrum ergo celebratum eſt Plenilunio, hoc eſt XXIII B
Iulij. Hæc Scaligeri vaticinatio in lib. I ad vnguem excuſſa, ac planè refutata eſt,
vnà cum anni Græci commentitia ſtructura. Nam quod ſolſtitium ciuile in octa-
ua ſignorum parte poſitum per illud tempus exiſtimat: nec vſquequaque verum
eſt; & vt gratis concedatur, abſurdum eſt eundem diem perpetuò retentum à
poſteris; præſertim poſt Metonem, & Calippum, qui ſolſtitium alio die deprehen-
derunt. Præterea nondum illud conuenit, an ingreſſus Solis in Cancrũ Iphiti æuo
circa Kalend. Iul. acciderit. Quocirca ſi quis inficietur Carcinonis Neomeniam
ex Alphonſino calculo depromptam ſæculo illi congruere, Scaligerianam pom-
pam omnem diſcutiet. Alterum deinde nihilo certius eſt, vtrum lunaris anni pri-
mus menſis nunquam citra cardinem æſtiui ſolſtitij cœperit; an potiùs ad plenilu-
nium maximè reſpexerint antiqui: vt quod ſolſtitio vicinius eſſet, id primi men-
ſis haberetur, ſiue præcederet epocham, ſiue ſequeretur. quemadmodum Iudæi
veteres primum menſem, vel Niſan inſtituebant. Imo poſterius hoc altero pro-
babilius eſſe demonſtrauimus lib. I; vbi de menſibus Atticis, annique Græci
cardine diſputatum eſt. Adde Iphiti temporibus nondum exordium anni in æſti- C
uo ſolſtitio conſtitutum, vt vel ipſe Scaliger opinatur; ſed in bruma, in quod
tempus embolimi menſes coniecti ſunt. Qua ratione factum eſt, vt Hecatom-
bæonis Neomenia ſaltem in iis annis, qui proximè intercalares antecedunt, ſolſti-
tium ſæpius anteuerterit. Hæc omnia cuiuſmodi apud antiquos fuerint, nemini
pro certo compertum eſſe poteſt: & tamen ſic quaſi apud omnes rata, & in con-
feſſo poſita ſint, tanquam principia methodi ſuæ, καὶ τὰ συνέχοντα τεχνικῆς ἐφόδου,
adhibentur à Scaligero. Atqui magnam falſiſſimæ illius doctrinæ partem pleriſ-
que non ſectatorum modò ſuorum, ſed & aliorum penitus perſuaſit: qui quidem
& de anno Græco idem quod ille ſentiunt, & Olympicorum certaminum epo-
chas iiſdem diebus affigunt. Quos omnes, ſi hæc noſtra patienter legerint, non
dubito quin erroris pœniteat, & authoris ſui vanitate damnata, certiorem anti-
quorum temporum ſcientiam aliunde conquirant.

Epocha Olympiadum in 8. Iulij falſa.

Quamobrem quod ad primum Iphiti ludicrum attinet; eſto, illud circa Iulij
XXIII celebratum ſit; quoniam nouilunium primi menſis IX menſis eiuſdem D
iniit. De reliquis tamen Olympiadibus falſa eſt opinio Scaligeri tam longè ab æ-
ſtiui epocha ſolſtitij ludos iſtos, & primi menſis Neomeniam impunè remouentis,
ac præſertim in Auguſtum relegantis. Quod ego ſecus inſtitutum arbitror. Vnde
Periodi Olympicæ, & Atticæ Diagramma, cuius ad typum Olympicas cele-
britates & Atticas exigit lib. I, friuolum & otioſum eſt. Fruſtrà in eo ſecundæ
Olympiadis menſis iniiſſe fingitur XXIV Iulij. Quî potiùs, quàm XXIV Iunij? Eſt
enim nouilunium hoc ſolſtitio propinquius? Idem & de IV, VI, VIII, & IX iudi-
cium eſt; &, vt vniuersè dicam, de omnibus illis menſibus primis, qui longius ab
ſolſtitio diſtant.

A

Expenditur de luſtro Olympico coniectatio Scaligeri. Demonſtratur nunquam Iulianum quadriennium pro Olympiade ſumptum. Auſonius explicatur. Socratis itidem loca varia.

CAPVT XL.

LVSTRVM propriè Romanorum eſt, & quinque annos complectitur. Nonnunquam tamen quadriennium Olympicum quinquennalis luſtri appellatione cenſetur; vt ab Ouidio verſibus iis, quos laudat Scaliger. pag. 360. Emend. Temp.

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta eſt.
Iam tempus luſtri tranſit in alterius.

Et alibi.

B *Póſtque meos ortus Piſæa vinctus oliua*
Abſtulerat decies præmia victor eques.

vbi quinquaginta annos circumſcribi putat. Sed quod idem ſubiicit: poſt deſitum ludicrum Olympicum, luſtrum Iulianum in Olympiadis ſucceſſiſſe vocabulum: hoc verò ſine authoritate, ſine iudicio commentus eſt. Quis fando illud vnquam audiit? quis alicubi legit; centeſimam verbi gratia, vel ducenteſimam Olympiadem pro centeſimo, vel ducenteſimo luſtro, ſiue quadriennio Iuliano ſumi? Quis ita locutus eſt? Aliud enim eſt cum Olympiade, luſtri Romani; aut cum luſtro Romano, Olympiadis nomen aliquando communicari. Olympiades verò cùm numerantur, de Iulianis luſtris,& quadrienniis accipi debere; hoc verò ridiculum, & à Scaligero confictum eſt. At enim nonnulla profert teſtimonia, quibus hoc perſuadeat. Non aliunde lector eruditus hominis iſtius ἀχειρίαν plenius agnoſcet, quàm ex iis exemplis, quibus ad commenti noui probationem abutitur. Primus locus ex Auſonio ſumitur; qui ita cecinit Epigram. III de Faſtis ſuis. Vide tamen Tom. I. pag. 12. circa finem.

C *Mille annos, centúmque & bis fluxiſſe nouenos*
Conſulis Auſonij nomen aduſque leges.
Fors erit, vt luſtrum cum ſe cumulauerit iſtis,
Confectam Proculus ſignet Olympiadem.

Auſonij Conſulatus incidit in annum Chriſti CCCLXXIX *Indict.* VII, *auctore Marcellino Comite. Erat annus cycli Solis* XXIV, *& proinde quartus luſtri Iuliani; quod quidem luſtrum incipit ſemper ab anno biſextili. Nam & annus primus Iulianus habuit literas Dominicales* C B. *Præterea in magno Paſchali, Conſules à Bruto primo Coſſ. ad ſeculum Iuſtiniani per quadriennia digeſti ſunt; quorum quadrienniorum primus ſemper eſt biſextilis. Quod luſtrum vocet Olympiadem Auſonius, hoc verò nouum non eſt: ſed potiùs quod luſtrum Iulianum illi dicitur Olympias: cùm quadriennij vltimus annus, in quem incidit Conſulatus Auſonij, ſit quartus luſtri Iuliani.* Hæc Scaliger; in quibus planè μαντεύεται. Nam quo argumento perſuadet ſibi, Auſonium luſtrum appellare quadriennium? Quid neceſſe eſt? **Auſonius declaratur.** Licet enim propriè hæc vſurpare vocabula, vt quinquennale tempus ſignificet. Cur, inquam, luſtrum Iulianum in iis verſibus intelligit potiùs, quàm vetus, &

D quinquennale? Votum eſt Auſonij, vt poſt annos quinque, ſiue vertentes, ſiue ineunte quinto, Proculus Conſulatum obtineat; poſt annos videlicet à Conſulatu ſuo quinque; nempe anno Chriſti CCCLXXXIV, vel CCCLXXXV: ita vt quinque anni, vel comprehenſo anno Conſulatus ſui, qui eſt CCCLXXIX, vel excluſo, numerentur ad alterum illorum duorum. Porrò Faſtos ſuos edidit Auſonius anno aliquo, qui inter CCCLXXXIX, & eum, in quem Proculo Conſulatum optabat, interiectus eſt; cùm iam Conſules in annum proximè antecedentem deſignati forent. Quare Conſulatum eidem auguratur in annum puta CCCLXXXV; quo à Kal. Ian. currebat annus quartus Olymp. CCXC, & à ſolſtitio proximo cœpit Olympias CCXCI. Quid eſt igitur manifeſtius, quàm ſperare Poëtam Conſulatum Proculo in annum vltimum Olympiadis obuenturum? Hoc enim verba iſta ſignificant; cùm luſtrum, id eſt quinquennium, ad annos CCCLXXIX acceſſerit, nempe

poſt annum CCCLXXXIV, vltimo anno Olympiadis labente, & prope confecto Proculus Faſtos ſuo nomine ſignabit. Hic germanus eſt ſenſus; à quo dum nimis argutus eſſe ſtudet, aberrauit Scaliger. Nugaciſſima porro eſt & illa ratio: cùm ait primum annum Iulianum biſextilem fuiſſe: ideóque luſtrum Iulianum à biſextili incipere. Quid ſi enim negetur id de primo anno Iuliano? quod vtique probabiliter inficiari poſſit aliquis; vt alibi declaratum eſt. Nec minùs iſta futilis eſt; quod in magno Paſchali per quadriennia Conſulatus digeſti ſint. Quaſi Paſchale hoc viderit vnquam, vel ſecutus ſit Auſonius, quod Iuſtiniani tempore primum editum eſt. Denique ſi Romani luſtra Iuliana tanquam Græci Olympiadas ſuas, numerare cœperunt; vnde tandem initium ſumpſerunt? An ab Vrbe condita? an à primo Iuliano? an ab eo tempore, quo deſitum eſt Olympicum luſtrum? quod Conſtantino Imperatore contigiſſe author eſt Onuphrius. Cùm de iis nulla in omni vetuſtate memoria extet; temeraria eſt coniectura, Iulianum luſtrum vice Olympiadum putari cœpiſſe. A

Socratis locus caſtigatur.

Huic vaniſſimæ diuinationi ſuccedit alia nihilo probabilior. *Conſtantinus*, inquit, *moritur anno Chriſti* CCCXXXVII *die Pētecoſtes, anno quarto Iphiteæ Olymp.* CCLXXVIII, *duobus circiter menſibus ante initium* CCLXXIX. *Socrates ait deceſſiſſe anno II Olymp.* CCLXXVIII. *Proculdubio intelligit annum ſecundum luſtri Iuliani. Erat enim cyclus Solis* X, *ſecundus à biſexto.* Ergo luſtra Iuliana Socrates ab Iphiti ſæculo computauit, quaſi ducenteſimum ſeptuageſimum octauum luſtrum numeraret? An non facilius eſt lapſum eſſe Socratem arbitrari; qui & aliàs ſæpè in ſupputandis Olympiadibus à communi ſententia, & veritate diſcedit; quàm adeò perturbatam & inſolentem numerandorum temporum rationem illi tribuere? Mortuus eſt autem reuera Conſtantinus anno Chriſti CCCXXXVII, labente adhuc Iphiti MCXII, ſiue quarto Olymp. CCLXXVIII: ex quo Socrates, Socratiſve librarius caſtigandus eſt. B

Item alter eiuſdem.

Eodem modo corrigendus eſt idem Scriptor, dum Theodoſium ſeniorem deceſſiſſe narrat anno primo Olymp. CCXCIV, Olybrio & Probino Coſſ. Ianuarij XVII: cùm tamen laberetur adhuc tertius Olymp. CCXCIII. Quis non videt vel errore, vel alia quadam de Olympiadum initio imbutum opinione Socratem, biennio, vt in exemplo priori, deerraſſe. Tametſi diuerſus is error eſt. Nam illîc μεταχρονισμῷ biennij, ſecundum annum Olympiadis pro quarto poſuit: hîc προχρονισμῷ totidem annorum, primum appellauit Olymp. CCXCIV, qui tertius erat CCXCIII. Proinde ridiculè Scaliger, & iſtîc Olympiadem pro luſtro Iuliano accipi diuinat; quoniam cyclus Solis erat XIII, & biſextilis annus, nempe Chriſti CCCXCVI: vnde primus, ait, Olympiadis vocatur à Socrate. C

Lib.vii.c.i.

Lib vi. c. xxi.

Sequitur exemplum aliud: Socrates, inquit, author eſt Arcadium deceſſiſſe anno Chriſti CCCCIX, ſecundo Olympiadis CCXCVII, Baſſo, & Philippo Coſſ. Kal. Maij. Atqui is annus quartus eſt Olymp. CCXCVI. Quare cùm annum eundem eſſe dixit Socrates ſecundum Olympiadis, ad Iulianum luſtrum reſpexit. Erat enim cyclus Solis XXVI; & ideo ſecundus luſtri Iuliani. Verùm manifeſtus hîc eſt Scaligeri paralogiſmus. Nam Arcadius anno Chriſti CCCCVIII mortuus eſt. Quem in annum Conſulatus Baſſi & Philippi conuenit; Indictione VI, vt teſtatur Marcellinus Comes. Igitur vana eſt obſeruatio ſecundi anni luſtri Iuliani. Nam cadet obitus Arcadij in annum III Olympiadis CCXCVI, non ſecundum. Socrates verò προχρονισμῷ itidem, vt antè peccat, non biennij, ſed triennij. D

Error alius Socratis.

Quæ cùm ita ſint, falſiſſima eſt argumentatio Scaligeri, ex iis Socratis teſtimoniis quà perperam intellectis, quà temerè ad commentum ſuum accommodatis, illud, quod hactenus inauditum erat affirmantis, *Olympiadem apud illos Scriptores eſſe non ſolum ſpatium luſtri Iuliani, hoc eſt dierum 1461, ſed etiam merum luſtrum Iulianum eſſe; cuius annus primus ſit biſextilis, duplici litera Dominicali præditus.* Quod inſuper obſeruatione altera confirmat libro quarto pluribus explicata; nimirum quod *Luciani tempore Hecatombæon, aut primus Elidenſium menſis merus Quintilis Iulianus eſſet, & propterea interuallum Olympicum non, vt antea, vagum, ſed ſtabile foret.* Quam opinionem ſatis ad eundem illum locum libro noſtro quarto confutauimus. Sed ἀλογίαν, & ἀκρισίαν maiorem in eadem falſa de luſtro Iuliano coniectura porrò videamus. Tria ſunt hactenus è Socrate loca deprompta; quibus probauit Scaliger Olympiadem merum eſſe Iulianum luſtrum. Ex iis duo tantùm priora non illud

A quidem efficiunt, quod perſuaſit ſibi; ſed annum tamen eundem Olympiadis commonſtrant, qui in luſtro Iuliano debet eſſe, vt ad falſam hypotheſin congruat. Tertium Arcadij exemplum Scaligero hiſtorica veritas extorquet. Proinde duobus, non ampliùs, locis diuinatio illa fulcitur. At ecce ſubinde alia tria eodem è Socrate producit exempla; quæ rationes ipſius conturbant. Nec enim eundem in luſtro Iuliano ſitum habent anni illi, qui in Olympiade apud Socratem exprimitur. Primùm Conſtantius Chlorus Conſtantini M. pater obiit, vt refert ille, anno primo Olymp. CCLXXI, Iulij XXV; quod tempus conuenit anno Chriſti CCCV. *Si Olympias*, inquit Scaliger, *nihil aliud eſt, niſi luſtrum Iulianum, ſecundum hæc Conſtantius obierit anno Chriſti* CCCIV, *non* CCCV. Atqui ex Euſebio Conſtantinum liquet obiiſſe anno CCCVII. Secundò *Conſtantius Conſtantini F. deceſſit Tauro, & Florentio Coſſ. anno* CCCLXI, *primo Olymp.* CCLXXXIV. *Socrates primo anno eiuſdem Olympiadis deceſſiſſe teſtatur. Quare hic Olympias non fuerit luſtrum Cæſarianum. Denique Valens Imp. cæſus eſt à Gotthis anno ante Conſulatum Auſonij, hoc eſt Chriſti* CCCLXXVIII, *cyclo Solis* XXIII, *& ideo anno tertio luſtri Romani, anno ſecundo Olymp.* CC-

Alia Socratis teſtimonia Scaligerianæ diuinationi contraria.

B LXXXIX. *Socrates confert in annum quartum Olymp.* CCLXXXIX. *Sed fallitur. Neutri enim Olympiadi Iphiteæ, aut Iulianæ conuenire poteſt.* Hæc Scaliger illo ipſo ex authore, vnde ad opinionem ſuam probandam argumẽta petierat; ad eandem labefactandam teſtimonia protulit, quæ cùm vno plura ſint, quàm priora; ſi non falſam coniecturam illam: certè dubiam necdum ſatis exploratam eſſe demonſtrant; eóque ſaltem pertinere debent, vt aſſenſus temeritatem inhibeant. Quid igitur de eo homine iudices, qui allatis iis diſputatíſque rationibus, poſtremò ita concludat? *Ex iis manifeſto colligitur, Olympiadem illis vltimis temporibus luſtrum quidem non Iphiteum intelligi, ſed Iulianum: idque à menſe Septembri antecedente.* Ad ſummam, vt illa tria Socratis loca conſideremus obiter: quod ad Cõſtantij Chlori obitum attinet, iam nos in Animad. ad Epiphanium, cùm de temporibus Roman. Imperatorum ageremus, oſtendimus rectè videri illud à Socrate mandatum hiſtoriæ; anno primo Olymp. CCLXXI, videlicet Chriſti CCCV. Vnde & primum Conſtantini M. conſurgit initium. Probabile eſt enim fuiſſe duplex, vt ibidem probauimus, & poſtea hoc eodem in lib. docebimus. Anno igitur Chriſti CCCV cœpit Iphiti annus 1081,

Duplex initium Conſtantini.

C ſiue Olympiadis CCLXXI primus; quo eodem anno Chlorus obiit, & Conſtantinus Imperator à militibus acclamatus eſt: tametſi nomen Auguſti, & Imperatoris ipſe nonniſi ſequenti anno, cùm à Maximiano gener aſcitus eſt, vſurpare voluerit. Fallitur verò Scaliger, qui anno CCCVII Conſtantij Chlori obitum conſignat. De quo in Conſtantini epocha poſtea. Conſtantij porro obitus rectè apud Socratem confertur in annum primum Olympiadis, non CCLXXXIV, vt ſcriptum eſt à Scaligero, ſed CCLXXXV; qui annus Chriſti trecenteſimo ſexageſimo primo iniit; vt vel ex hoc loco non ſolùm reliquæ eiuſdem Socratis, aut eius librarij hallucinationes caſtigandæ ſint, ſed etiam Scaligeri coniectura repudianda. Denique Valens Imperator reuera mortuus eſt anno Chriſti CCCLXXVIII, Valente VI, & Valentiniano II Coſſ. Auguſti nono. Erat hic annus ſecundus Olymp. CCLXXXIX, non quartus, vt putat Socrates: ſecundum quem mortuus eſſet Valens anno Chriſti CCCLXXX, non, vt Scaliger aſſerit, CCCLXXIX, hoc eſt ipſo Conſulatu Auſonij. Scribit enim videri Socratem conferre necem Valentis in ipſum an-

D num Conſulatus Auſonij.

Quod autem anno CCCLXXVIII mortuus ſit Valens, Marcellinus Comes approbat, qui in præfatione Chronici ſui Theodoſium poſt Valentis obitum Imperatorem eſſe factum refert Indict. VII, Coſſ. Auſonio, & Olybrio, XIV Kal. Febr. Cùm ergo Valens III Eid. Aug. deceſſerit, vtique anno ſuperiore, Chriſti verò CCCLXXVIII, Indict. VI mortuus eſt.

A

De primo Olympiadum Iphiti anno, qui demonſtratiuè colligitur: imprimis ex Thucydideis eclipſibus.

CAPVT XLI.

QVo illuſtrior eſt annorum ille titulus, eo firmioribus munimentis omni ex parte vallandus eſt, ac certa illi ſedes in annorum ſerie, & Iuliana periodo cõſtituenda: quoniam quidem ſingulare iſtud Chronologiæ præſidium eſt, & fax quædam vetuſtorũ Græciæ temporum, quæ mythici illius, vt à Varrone nominatur, temporis caliginem iucundiſſima veritatis luce diſcuſſit. Quamobrem diligenter à nobis opera dabitur, vti certis, & indubitatis argumentis epocha iſta firmetur: quæ partim ex conſtanti præſtantiſſimorum authoritate Scriptorum; partim ex Aſtronomicis obſeruationibus petenda ſunt. Ex iis enim duobus capitibus demonſtrationes omnes Chronologicæ ducuntur. Atque id eo ſtudioſius hoc loco præſtandum eſt, quo ab Scaligero, aliiſque nonnullis Chronologis mollius huius epochæ probatio perſtringitur; qui vno, alteróve Scriptoris alicuius teſtimonio contenti, vtpote in re perfacili, cætera momenti grauioris argumenta diſſimulant. B

Copernici falſa ſententia.

De Olympiadum igitur Iphitearum epocha aliquot annorum inter primarios Chronologos controuerſia vertitur. Præcipua eſt vnius anni. Quippe Nicolaus Copernicus libro III Reuol. cap. XIX, à prima Iphiti Olympiade ad æram Chriſtianam computat annos Ægyptios 775, dies 12, horas 12. Tabulæ Prutenicæ in Canonio Interuallorum, ab Olympiadibus ad initium Chriſti annos totidem numerant. qui ad Iulianos redacti, annos efficiunt 774, dies 184. In eadem ſententia Mercator eſt. qui annum primum Olympiadis, Mundi numerat 3192: annum verò primum æræ Chriſtianæ iniiſſe putat anno mundi 3969 iam ſex menſibus inchoato. Caput enim anni in Leontone collocat. Ex iſtorum opinione contigit Olympias prima, anno Per. Iul. 3939. Et quidem Neomenia primi menſis Olympici à Copernico conſtituitur XXVIII Iunij, cyclo Lunæ VI, Solis XIX: à quo tempore ad Nicænum Concilium προήγησις facta eſt fere quatridui. Si igitur à XXVI Iunij in anno Per. Iul. 3939, ad Kal. Ian. anni 4714 ineuntis computes, annos Iulianos inuenies 774, dies 187: ſi nimirum de annis Per. Iul. 4712 diebus 365, deducas annos ante epocham Iphiti ex illorum opinione confectos 3938, dies 178. Porro anni Iuliani 774, dies 187, ſi ad Ægyptios redigantur, anni ſunt 775, dies 15. C

Altera eſt illorum ſecta, qui anno vno Olympiadum caput anteuertunt; idque in annum coniiciunt Iulianæ Periodi 3938, cyclo Lunæ V, Solis XVIII; ita vt Natalis Chriſti vulgaris in annum incurrat Iphiti 776, qui eſt quartus Olymp. CXCIV. Quæ eſt Scaligeri, Ioannis Lucidi, Buntingi, Mulleri, Temporarij, Chriſtmãni, Caluiſij, & aliorum ſententia; cui & nos libenter ſubſcribimus. Huic enim & hiſtorica ipſa veritas, & priſcorum authoritas, & Aſtronomicæ obſeruationes fidem conciliant. Oſtendatur iſtud ex Eclipſibus aliquot, quas probatiſſimis ab authoribus proditas accepimus.

Prima eclipſis Solis ex Thucydide. pag. 117. Græcolat. edit. Vech.

Thucydides anno primo belli Peloponneſiaci, æſtiuo tempore Solem defeciſſe notat libro II. τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους, inquit, νουμηνίᾳ κατὰ σελήνην (ὥσπερ καὶ μόνον δοκεῖ εἶναι γίγνεσθαι δυνατὸν) ὁ ἥλιος ἐξέλιπε μετὰ μεσημβρίαν, καὶ πάλιν ἀνεπληρώθη, γενόμενος μηνοειδὴς καὶ ἀστέρων τινῶν ἐκφανέντων. *Eadem æſtate, prima die Lunæ, quo tempore videtur id ſolum poſſe contingere, Sol defecit poſt meridiem, ac rurſus ſplendorem recepit, cum corniculata effigie conſpectus eſſet, & ſtellæ aliquot apparuiſſent.* Annus primus Peloponneſiaci belli cœpit ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ, vt idem author eſt initio lib. II, *ineunte vere*, anno Olympiadis LXXXVII primo exeunte, ſequente ſecundo. Nam anno quarto belli currente incidit Olympicum ludicrum, quo vicit Pancratio Dorieus Rhodius τὸ δεύτερον, lib. III pag. 176. Fuit hæc Olympias LXXXVIII. Ergo exeunte anno quarto antecedentis Olympiadis, Iphiti CCCLXVIII, cœpit annus quartus Peloponneſiaci belli. Similiter anno duodecimo belli labente, Olympia peracta ſunt, D

quibus

A quibus Androſthenes Arcas Pancratio vicit, Archonte Athenis Euclide. quando Lacedæmonij ab Elidenſibus excluſi ſunt, & in ludorum celebratione trepidatio fuit. Ea non alia eſt Olympias quàm xc. Proinde deſinente quarto anno Olymp. LXXXIX, ſiue Iphiti CCCLVI, verno tempore inchoatus eſt annus belli Peloponneſiaci duodecimus. Quare neceſſe eſt annum primum belli cœpiſſe anno, vti dictum eſt, exeunte primo Olympiadis LXXXVII. Atqui eclipſis illa Solis, ſi ad Aſtronomicas noſtras tabulas reuocetur, conuenit anno Per. Iul. 4233, cyclo Solis XXVII, Lunæ VIII, ante initium annorum Chriſti quadringenteſimo primo, Auguſti tertio, feria V. Nouilunium verum Athenis hora poſt meridiem 3, 1′, 3″. Apparens hora 4, 8′, 3″, Sole in gradu Leonis 5, 11′ exiſtente. Initium eius hora 2, 58′, 3″ à meridie. Deſiit hora 5, 9′ 3″. Durauit horas 2, 11′. Digitorum porrò fuit 8, & paulo amplius. Quocirca primus annus belli iniit anno Per. Iul. 4283, vere; adeóque quartus anno Per. Iul. 4286. duodecimus, anno 4294. Ex quo ſequitur Olympiadem LXXXVIII, ſiue annum Iphiti CCCXLIX, cœpiſſe anno Per. Iul. 4286, Olympiadem verò XC, hoc eſt Iphiti CCCLVII, anno 4294. Vnde ſi retro
B numeres, ſequitur Olympiadem primam Iphiti cadere in annum Per. Iul. 3938; ſi nimirum de annis 4294 deducas annos 357: relinquentur enim 3937, ideo primus Iphiti incidit in annum 3938.

Secundò altera contigit eclipſis Solis anno octauo ineunte belli, vt idem author eſt. Tempus eſt anno CCCCXXIV ante æram Chriſtianam, Per. Iul. 4290, cyclo Lunæ XV, Solis VI, anno Nabonaſſari CCCXXIV, Chœac XV; Martij Iuliani XXI, feria IV. Nouilun. verum hora poſt mediam noctem circiter 8, 23′ in merid. Athenienſi: ex noſtris tabulis. Apparens autem hora 7, 34′ matutina. Cœpit ante Solis ortum ſemihora circiter. Medium eius poſt ortum, eodem ferè interuallo. Tenuit horas paulo minus duas; digitorúmque fuit 9 ½. Si annus octauus belli Peloponneſiaci incidit in annum Per. Iul. 4290, éſtque quintus ab eo anno, qui vere Iuliani eius anni cœpit, à quo proxima æſtate Olympias peracta eſt octogeſimoctaua, ſequitur Olympiadem primam iniiſſe anno, vt prius, 3938.

Secunda eclipſis Solis ex Thucyd. lib. IV. pag. 286.

Sed clarius idipſum ex altero illo Thucydidis loco, quem adduximus, conuincitur. Nam, vt refert lib. V Pag 372, finito vndecimo anno belli, ineunte duodecimo, Athenienſes cum Argiuis, & Mantineis, & Eleis fœdus in centum annos
C faciunt. Huius anni æſtate ludi Olympici celebrantur. Conuenit enim inter illos, vt fœderis formula in columnam incideretur, eáque ludis Olympicis, qui tum fiebant, publicè proponeretur. καταθέντων δὲ καὶ Ὀλυμπίασι στήλην χαλκῆν κοινῇ Ὀλυμπίοις τοῖς νυνί. *Cippum etiam æneum communi ſumptu factum ſtatuant Olympiæ, in ludis Olympicis, qui nunc fiunt.* Mox ſubdit. Ὀλύμπια δὲ ἐγένετο τοῦ θέρους τούτου, οἷς Ἀνδροσθένης Ἀρκὰς παγκράτιον τὸ πρῶτον ἐνίκα. *Hac autem æſtate Olympia extiterunt, in quibus Androſthenes Arcas tùm primum Pancratio vicit.* Annus hic fuit ab eo, quo eclipſis poſterior incidit, quintus. Eclipſis autem commiſſa eſt anno Per. Iul. 4290. Neceſſe eſt igitur anno Per. Iul. 4294, Olympiadicos agones eſſe peractos. Eſt autem Olympias xc. Proinde prima congruit anno 3938.

pag. 379.

Tertius Lunæ defectus certiſſimo charactere Olympiadum initia ſignat: quem anno XIX belli Peloponneſiaci contigiſſe proditum eſt à Thucydide: quãdo Athenienſes duce Nicia nauali prælio in Sicilia victi ad diſceſſum ſeſe comparabant. Celeberrima hæc Lunæ defectio fuit; cuius & Plutarchus in Nicia meminit, & Diodorus, & alij omnes Hiſtorici, qui de Athenienſium expeditione illa memi-
D nerunt. Nam ex illa iniecta eſt Niciæ ſuperſtitioſiſſimo homini religio, quo minus proficiſceretur. Quæ res extremam ipſi, & exercitui perniciem attulit. Tempus eclipſis ſub noctem mediam ab omnibus notatur. Conuenit autem anno Per. Iul. 4301, cyclo Lunæ VII, Solis XIII, ea nocte, quæ ſecuta eſt Auguſti diem ſeptimum & viceſimum. Nouilunium verum ex noſtris tabulis Syracuſis contigit Auguſti XXVIII media ipſa nocte: id eſt hora 0, 1′ 27″. Durauit horas 3, 48′. Initium eius hora 22, 7′, 27″ à media nocte diei XXVII. Finis hora 1, 53′, 27″ diei XXVIII. Digitorum quoque fuit 15. adeoque tota eſt obſcurata. Si igitur annus XIX belli iniit anno Per. Iul. 4301; primus cœpit anno 3938.

Tertia eclipſis Lunæ ex Thucydide libro VII, pag. 517.

Idem confirmat & eclipſis vna & altera, lunaris videlicet, quæ anno XXVI belli contigit; & Solaris maximè inſignis anno vltimo belli, poſt Athenas à Lyſandro

captas; de quibus poſtea, cap. de epocha Peloponneſiaci belli. Ex hoc verò an- A
norum Peloponneſiaci belli cum Olympiadibus conſenſu, cui nemo prudens re-
fragari poſſit, validiſſimè Olympiadum Iphiti principium aſtruitur, quod antea
conſtitutum eſt; & Copernici, Mercatoris, aliorúmque conuincitur error, qui
anno vno tardius ludos Olympicos conſignant. Etenim ſi anno Per. Iul. 4286,
quarto belli labente, agones iſti commiſſi ſunt; itémque duodecimo belli, Per.
Iul. 4294: non vtique ſequentibus annis, id eſt 4287, & 4295 celebrati ſunt, vt
Copernici ratiocinia poſtulant. Quæ omnia Diodori præſertim teſtimonio corro-
borantur; qui ad ſingulos annos Olympiadas adnotauit. Idipſum & epochæ com-
probant, quæ cum Olympiadibus implicitæ ſunt. Velut Græcorum de Xerxe vi-
ctoria, quæ contigit anno Per. Iul. 4234, quo eodem Olympias indicta, vt author
eſt Herodotus lib. VIII. Ea eſt ſeptuageſima quinta. Quod poſtea diſputabitur.
Sic & ex annorum Vrbis cum Olympiadibus comparatione idem efficitur; de qua
proximo capite. tum ex Metonis obſeruatione; Alexandri obitu, qui anno pri-
mo Olymp. CXIV mortuus eſt, anno Per. Iul. 4390; vt ex Aſtronomicarum con- B
ſenſu tabularum firmiſſimè conſtat; & innumeris aliis, quæ opportunius ſuis locis
pertractabuntur.

Sed præ cæteris memorandus eſt egregius ille Cenſorini locus, quem Chrono-
logiæ munimentum optimi quique Scriptores appellare non dubitant; in quo va-
rias epochas accuratiſſimè deſignauit. Cuius adeo vſus cum latiſſimè pateat; &
eius authoritate cum vetuſtiſſimorum Scriptorum teſtimoniis adamuſſim con-
gruente pleraque interualla nitantur, libet hîc deſcribere, ac diligentius enarrare,
quo & Olympiadum hactenus expoſita, & declaranda mox Vrbis epocha, ac de-
inceps reliquæ omnes hac ſubſtructione firmentur.

Memorabilis Cenſorini locus, quo cum Olympiadum epocha, tum aliæ nonnullæ definiuntur.

CAPVT XLII.

CENSORINVS author omnium iudicio probatiſſimus, ac diligentiſ- C
ſimus in egregio, nec vnquam laudato ſatis opere de die Natali, cap.
XXI, annum quo ſcribebat iis temporum notis deſignat. *Secundum
quam rationem*, inquit, *hic annus, cuius velut index, & titulus quidam eſt
Vlpij, & Pontiani Conſulatus; ab Olympiade prima milleſimus eſt & quartus
decimus, ex diebus duntaxat æſtiuis, quibus agon Olympicus celebratur. à Roma autem condita
nongenteſimus nonageſimus primus, & quidem ex Parilibus, vnde Vrbis anni numerantur.
eorum verò annorum, quibus Iulianis nomen eſt, ducenteſimus octogeſimus tertius; ſed ex die
Kal. Ian. vnde Iulius Cæſar anni à ſe conſtituti fecit principium. At eorum, qui vocantur an-
ni Auguſtorum, ducenteſimus ſexageſimus quintus, perinde ex Kalendis Ianuarij quam-
uis ex ante diem decimum ſextum Kal. Februarij Imperator Cæſar Diui Filij ſententia
L. Munatij Planci, à Senatu, cæteriſque ciuibus Auguſtus appellatus eſt, ſe ſeptimum
& M. Vipſanio Agrippa III Coſſ. Sed Ægyptij, quod biennio antè in poteſtatem, ditionem-
que Pop. Rom. venerunt, habent hunc Auguſtorum annum ducenteſimum ſexageſimum ſe- D
ptimum. Nam vt à noſtris, ita ab Ægyptiis quidam anni in literas relati ſunt; vt quos Na-
bonnazaru nominant; quod à primo imperij eius anno conſurgunt: quorum hic nongenteſimus
octogeſimus ſextus eſt. Item Philippi, qui ab exceſſu Alexandri Magni numerantur; & ad
hunc vſque perducti annos quingentos ſexaginta duos conſummant. Sed horum initia ſemper
à primo die menſis eius ſumuntur; cui apud Ægyptios nomen eſt Thoth, quique hoc anno fuit
ante diem ſeptimum Kal. Iulias; cùm abhinc annos centum Imperatore Antonino Pio II, &
Bruttio Præſente Coſſ. Romæ iidem dies fuerint ante diem* XII *Kal. Aug. quo tempore ſolet
canicula in Ægypto facere exortum.* Hactenus Cenſorinus. Cuius loci ſanctiſſimam
authoritatem meritò omnes ſuſpiciunt. Neque enim inuentus eſt hactenus quiſ-
quam, qui vel Cenſorinum ipſum, vel eius librarium leuiſſimi hac in parte in ſuſ-
picionem erroris adduceret; aut de verborum eius fide ac veritate dubitaret. Ne-
mo ad hunc diem Chronologiam, Hiſtoriam, Annales attigit, quin eundem lo-

A cum ſibi vindicare, & ad mentem opinionémque ſuam applicare non ſtuduerit. Quod mihi ſingulare, & admirabili quadam Dei prouidentia factum videtur; vt antiquiſſimorum memoria temporum, atque inſignium epocharum tituli incolumes ad nos, & incorrupti hoc ſequeſtre, ac fideiuſſore peruenirent: vt eſſet deniq; in hiſtoria, temporúmq; ſcientia certi & explorati aliquid, quod omnium cōſenſu, & cōfeſſione cōſtaret. Quare quod in cæteris artibus, ac doctrinis vſuuenit, vt quod inter omnes cuiuſq; ſcientiæ peritos cōuenit, id principij, ac poſtulati loco ſit, licet alioqui ratione nulla demonſtrari poſſit: hoc in Chronologica iſta ſcientia multò concedi nobis æquius eſt, quæ magna ex parte teſtimoniis, & authoritatibus innititur. Quocirca magni Cenſorini locus iſte faciendus eſt, ex eóque præcipua illa temporum interualla conſtituenda ſunt. Quod vt efficere poſſimus, quoniam certum ad annum, quo nimirum commentarium illum exarabat, annorum concepta ſpatia direxit: primùm hic ipſe annus inueſtigandus eſt, vt in eo velut communi termino conſiſtamus. In quo quidem percommodè cecidit, vt à vero ſitu
B vnius aut alterius ad ſummum anni diſcrimine remoueretur, neque vlterius prorogari niſi abſurdiſſimè poſſet. Oſtendemus hunc annum eſſe Chriſti CCXXXVIII. Ab eo qui recedunt, alij in anteriorem, id eſt CCXXXVII coniiciunt; alij in ſequentem CCXXXIX, aut, vt longiſſimè, in CCXL. Qui autem vltra metas iſtas ſummoueret, neque repertus eſt quiſquam, neque id verò ſine manifeſtiſſimo errore tentari potuiſſet. Etenim Neomenia Thoth illo anno in VII Kal. Iul. incidit: quem in diem anno primùm CCXXXVII migrare cœpit; cùm totis ante quatuor annis in VI Kalend. ſtationem habuiſſet: ab eodem porrò ad VIII Kalend. anno CCXLI tranſiit. Ideo vltra aberrari nequit. Accedunt & Olympiadum anni: nec non Vrbis, quos ex Varroniana authoritate à ſe computari ibidem profeſſus eſt. Qui quidem arceri longius annum iſtum minimè patiuntur. Sed imprimis Iuliani hæſitationem omnem excludunt, ac temeritati frænos iniiciunt, ex quibus, vti & ex cæteris, manifeſtum eſt, annum illum, quo Cenſorinus ſcribebat, eſſe communis æræ ducenteſimum triceſimum octauum. Etenim Iulianus primus omnium, qui Chronologorum nomen vtcumque tuentur, conſtantiſſima opinione, cœpit annis ante æram Dionyſianam quadraginta quinque: ita vt qua-
C drageſimus ſextus Iulianus ſit æræ Chriſtianæ primus, cyclo Lunæ II, Solis X. Idque variis ex Aſtronomorum obſeruationibus, hoc eſt ſiderum coniunctionibus, deliquiis, & aliis id genus, demonſtratiuè concluditur, vti ſuo loco docebimus. Sed nec illi diſſentiunt, quorum ex epilogiſmis alioquin alius, quàm qui à nobis ponitur, Cenſorini annus colligitur. Nam Buntingus, qui annum Chriſti definit CCXXXVII, Iulianum annum XLVI æræ vulgatæ primum eſſe non dubitat. Copernicus item lib. III Reuol. cap. XIX annos Ægyptiacos XLV, dies XII, hoc eſt Iulianos XLV, (quod & in Prutenicis Tabulis ex eodem exprimitur) numerat ab anno primo Iuliano ad Chriſtum; licet in annis Olymp. & Nabonaſſareis diſſentiat. Quinetiam Mercator, qui Cenſorini annum æræ Chriſtianæ CCXXXVII cōputat, anno Iuliano XLVI, Chriſti primum aſſignat. Quamobrem cùm annus à Cenſorino deſignatus ſit Iulianus ducenteſimus octogeſimus tertius ex Kal. Ian. ſi annos quadraginta quinque, qui Chriſtianam æram anteceſſerunt, detraxeris, relinquentur anni CCXXXVIII. Idem ex Olympiadicis, ſiue Iphi-
D teis efficitur. Demonſtratum enim eſt annum primum Iphiti cadere in annum Per. Iul. 3938. Vnde milleſimus decimus quartus iniit à diebus æſtiuis anni Per. Iul. 4951. quod verum eſſe comperies, ſi annis 3937 addideris 1014. Eſt autē annus Per. Iul. 4951, æræ Chriſtianæ ducenteſimus octauus. Adde annos Vrbis Varronianos, quorum primus incidit in annum Per. Iul. 3961; quod poſtea probabitur. Ergo nongenteſimus nonageſimus primus cœpit ex Parilibus anni Per. Iul. 4951, ſiue Chriſti 238. Nec minus ex annis Nabonaſſari iſtud euincitur, quorum nongenteſimus octogeſimus ſextus iniit anno eodem Per. Iul. 4951. quod poſtea perſuadebitur. Ita ſine ambiguitate vlla Cenſorinus iſta cōmentabatur anno Chriſti CCXXXVIII, cyclo Solis XXIII, litera G. Lunæ XI. Ex quo ſequitur annum primum Olympiadis cœpiſſe cyclo Solis XVIII, Lunæ V, hoc eſt anno Per. Iul. 3938: Iulianum verò primum cyclo Solis XXI, hoc eſt Per. Iul. 4669. Cuiuſmodi Iulianorum annorum ratio, & ad æram Dionyſianam comparatio cœleſtibus obſer-

uationibus innumeris affirmatur; velut eclipſibus, quæ anno v Claudij: Neronis item vii: tum Domitiani xiii contigerunt. Item aliis phænomenis; quæ partim ex Romana hiſtoria, partim è Ptolemæo petuntur: de quibus ſparſim, ac ſuis locis mentionem faciemus. Quod autem in Annalibus Eccleſiaſticis annus ille Cenſorini numeratur æræ Chriſtianæ ducenteſimus quadrageſimus, ab Onufrio verò ducenteſimus triceſimus nonus, id ex amborum προχρονισμῷ, falſáque annorum Chriſti Dionyſianorum ad Conſulatus Romanos, & Olympiadas accommodatione factum eſt; quam ſatis ſupérque in Animaduer. ad Epiphanium diſcuſſimus, & hoc ipſo in Opere poſtea retractabimus. A

De Copernici, Ioannis Lucidi, ac recentiorum quorundam erroribus in putandis Olympiadibus: tum Euſebij ratiociniis. B

Caput XLIII.

HÆc ſatis eſſe poſſunt ad nobiliſſimorum Mathematicorum hallucinationem, errorémque caſtigandum, qui Olympiadem primam vno anno tardiùs, quàm par erat, defixerunt, cyclo Lunæ vi, & anno Per. Iul. 3939. Cuius opinionis author Mathematicis reliquis fuiſſe videtur Nicolaus Copernicus, & qui Prutenicas ex eius doctrina Tabulas ſcripſit, Eraſmus Rheinoldus; quorum veſtigiis Gerardus Mercator inhæſit. Copernicus quidem lib. III Reuol. cap. xi à prima Iphiti Olympiade ad ſecundum Antonini, quo Ptolemæus ſtellarum loca à ſe obſeruata deſcripſit, annos numerat Ægyptiacos dccccxiii, dies ci. Quippe ab Olymp. prima ad primum Thoth Nabonaſſari annos putat Ægyptiacos xxvii, dies ccxlxii. Hinc ad Alexandri obitum, annos ccccxxiv. Fiunt ab Iphiti Olympiade ad Alexandri mortem anni Ægyptiaci ccccli, dies ccxlvii. Hinc ad initium annorum Iulianorum annos numerat cclxxviii, dies cxviii ½. Colliguntur à prima Olympiade ad annum primum Iulianum, qui ab nocte media cœpit, anni æquabiles dccxxx, horæ xii. Hinc ad annos Actiacæ victoriæ Ægyptiacos, anni æquabiles xv, dies ccxli $\frac{1}{12}$, ad meridiem videlicet Thoth Actiaci. Ergo à prima Olympiade ad meridiem primi Thoth Actiaci, anni conſurgunt dccxlv, dies ccxlvii. Hinc ad æram Chriſti, anni xxix, dies cclxv. Fiunt ab Olympiade I ad æram vulgarem anni dcclxxv, dies xii. Hinc denique ad annum ſecundum Antonini anni ſunt cxxxviii, dies lxxxix. Conſiunt anni à prima Olymp. ad II Antonini, dccccxiii, dies ci. A meridie primi Hecatombæonis lunaris Iphiti ex Copernici ſententia, qui iniit Iunij xxviii (Nouilunium quippe medium ex Ptolemaicis Tabulis in meridiano Alexandrino commiſſum eſt Iunij xxviii, horis 6, 5′ à media nocte, feria vii, anno Per. Iul. 3939) ad mediam noctem anni primi Kal. Ian. æræ Chriſtianæ, numerantur anni Ægyptiaci dcclxxv, dies xv ½. Si enim à meridie xxvii Iunij, vnde Aſtronomi diem ordiuntur, ad mediam noctem ante diem Kalendarum Ian. anni primi Dionyſiani computes, inuenies præcisè Iulianos annos dcclxxiv, dies clxxxvii ½, qui in totidem, quot dixi, æquabiles retexuntur. Verùm Copernicus non ab Hecatombæonis lunaris Neomenia; ſed à Kal. Iulij, fixo & immobili principio, Olympiadicorum annorum epilogiſmos deducit, vti lib. III, cap. xix apertè docet. *Natus eſt*, inquit, *Chriſtus Olympiade* cxciv, *anno tertio; quæ colligunt ab initio Olympiadum annos* dcclxxv, *dies* xii, *S. ad mediam noctem ante Kal. Ian. à meridie primi diei Hecatombæonis, cuius diei nunc anniuerſarius eſt in Kal. Iulij, ſecundum annos Romanos.* Et quidem à meridie, quæ Kal. Iulias proximè præceſſit anno Periodi Iulianæ 3939, ad mediam noctem primi anni Chriſtianæ æræ, anni ſunt æquabiles dcclxxv, dies xii ½ Iuliani dcclxxiv, dies clxxxiv ½. Nec plures Copernicus enumerauit. Vnde falsò Cappellus aſſerit ad annum 3224, Nicolaum Copernicum libro III, capite xi à prima Olympiade putare ſupra ſeptingentos ſeptuaginta quatuor annos Iulianos, dies clxxxvii. Quod nunquam ille ſcripſit. & à Kalendis Iulij,

A non à Nouilunio calculos iniit. Hoc verò ad hypotheſin Alphonſinam, & ad an-
ni æquabilis Tropici rationem non incommodè factum videtur: ſecundum quam
Solſtitium æſtiuum medium conuenit in Kal. Iul. Quare æquum eſt inde Iul. an-
nos Olympiacos procedere: præſertim cùm ex doctrina præceſſionis æquinoctio-
rum, & anomaliæ periodo in idem tempus circiter competat. Contigit enim æqui-
noctium ex Prutenicis Tabulis anno Per. Iul. 3939. Kal. Iulij hora 6, circiter.

Verùm hoc in Olympiadum primordio plurimum deceptum eſſe Copernicum, Copernicus
& qui ducem illum ſecuti ſunt, Lectori planum iam eſſe confidimus. Nos igitur refellitur.
epocham iſtam in anno figimus Per. Iul. 3938; quo lunaris Hecatombæon incidit
in diem Iulij VIII, 19, 2', hoc eſt IX diem. Cuius à media nocte ad mediam noctem
ante Kalendas Ian. æræ Dionyſianæ, anni ſunt Iuliani præciſè DCCLXXV, dies
CLXXXIV; qui ſunt Ægyptiaci anni DCCLXXVI, dies XII. Fruſtra eſt Cappellus, qui
Nouilunium Hecatombæonis lunaris eodem anno confert in VII Iulij. Manife-
B ſtè quippe Tabulæ poſt meridiem octaui diei medium Nouilunium deſignant. Iu-
daicus ecce calculus neomeniam Ab reddit feria tertia. cuius character 3, 3, 905
Iulij IX, cyclo Solis XVIII, lit. F. Indidem porro cæterorum Chronologias & An-
nales emendare licet, qui contempta cœleſtium obſeruationum methodo, cy-
clorúmq; doctrina: ſolam annorum ἀκολουθίαν ac ſeriem perſequuntur. in qua velut
quadam Chryſippei fati catena alios ex aliis deducunt. Cùm autem in æra Chri-
ſtiana conſtituenda ex inueterata iam labe vno aut duobus annis aberrent, toti-
dem in Olympiadum initio annorum metachroniſmum imprudentes colligunt.
Vel vnius exemplo Tornielli cautiores eſſe poſſumus. Hic annum Natalis Domi-
nici vulgarem ab orbe condito numerat 4051. Olympiadem primam coniicit in
annum mundi 3278. Igitur interuallum à Solſtitio æſtiuo anni 3278 ad Kal. Ian.
anni 4052, anni ſunt 773, menſes 6. Biennio itaque abeſt à vera epocha, eiúſque
3278 annus cadit in Per. Iul. annum 3940, cyclo 7. Alius à Torniello perparum
diſtans, Natalem communem anno mundi 4052 tribuit; Olympiadem eodem, quo
C Torniellus ſtatuit. Et is vno anno peccat. Nam à Solſtitio anni 3278, ad exeuntem
annum 4052 anni ſunt 774, menſes 6. Huius Olympias prima cadit in annum Per.
Iul. 3939, cyclum VI; quæ eſt Copernici, & Mercatoris ſententia. Item alius na-
tum ponit anno mundi 4001 Chriſtum; Olympiadem verò anno mundi 3228. Bi-
ennio & ille falſus eſt. Congruit enim huius Iphiti primus in annum Per. Iul.
3940. Euſebius Olympiadem primam confert in annum ſecundum Æſchyli A- Euſebij
thenienſis Archontis, quem Iudicem interpretatur Hieronymus. Annus iſte ſententia.
porro ad Abraami MCCXL applicatur. Verùm ab anno ſequente, nempe MCCXLI,
primum annum orditur Olympiadis primæ. Natalem Chriſti coniicit idem in an-
num Abraami MMXV, ad quem adſcriptus eſt annus III Olympiadis CXCIV. Sed
iam alibi demonſtratum eſt, Euſebium annos ciuiles ordiri ab Autumno, vnde
Græcorum, hoc eſt Syromacedonum anni procedunt; proindéque Olympiadicos
agones in finem anni cadere. Quod ex anno Dominicæ Paſſionis euidentiſſimè
colligitur: quem cùm Euſebius ex Phlegōte notet quartum eſſe Olymp. CCII, ad
eum tamen, annum duntaxat tertium Olympiadis appoſuit. Videlicet quod la-
D bente, affectóque maiori iam ex parte ciuili anno, agones Olympici committe-
rentur. Ideo ab eo anno, qui adſcriptā Olympiadem proximè præcedit, annorum
inchoanda ſupputatio eſt. Illud præterea ſtatuimus, annum primum Euſebianū in
Per. Iul. eſſe 2697 ab Autumno, & ex methodo addēda 2696, vt habeas ineuntem
annum Euſebianum ab Autumno. Quocirca ad MCCXLI adiice 2696; conſurgent
3937, quo ab Autumno iniit primus Iphiti Euſebianus ad Syromacedonū epochā
accommodatus. Adde & ad annum 2015, annos 2696, conficet annus 4711, cuius
ab Autumno cœpit annus Olympiadis CXCIV tertius, cui Natalem tribuit. Sed
incertum quo menſe, ac die. Si, quod veriſimile eſt, veterem illam ſententiam
eſt amplexus, quam Epiphanius, ac cæteri tenuerunt; nimirum VI Ianuarij nata-
lem incidiſſe: quoniam anno Per. Iul. 4712 ineunte natus eſt Chriſtus; erunt ab
eo Solſtitio, quo primus agon Iphiti cœpit ex Euſebij mente, ad natalem Domini,
anni duntaxat 773, cum tribus, quatuórve menſibus. Sin ab epocha anni ciuilis
ordiare, hoc eſt ab Autumno anni 3937, interiecti erunt anni 774, cum menſibus
circiter tribus.

Lucidi ſententia minimè probabilis.

Idem Olympiadico anno principium Ioannes Lucidus affingit, libro de vero die Paſſionis, cap. VII, cuius hæc verba ſunt: *Anni autem Olympiadum apud Græcos incipiunt ab æquinoctio autumnali: quod probatur ratione ſimul & authoritate. Nam eo anni tempore initium habent ipſi anni Olympiadum, quo annus ipſe apud Græcos habet exordium.* &c. Mox verò: *Sed apud Græcos anni principium eſt in æquinoctio autumnali, vel prope ipſum æquinoctium.* Denique: *In fine*, inquit, *anni Græcorum, ſcilicet in menſe Septembri, fiebat menſium intercalatio, vt refert Glaucippus; & tunc fiebat agon Gymnicus. Et agone gymnico peracto in fine æſtatis, incipiente mox autumno, erat eis principium anni ſimul & Olympiadum.* Hæc indigna ſunt, quæ diligentiùs refutentur. Nam ſatis ſua ſe falſitate conuincunt. Verumtamen quis hominis non ineruditi, &, vt captus erat ætatis illius, ſatis accurati Chronologi, ſenſus extiterit, ex iis cognoſcimus. Quippe non, vt Euſebius, annum Olympiadicum ab autumno, qui agonem anteceſſit; ſed ab eo, qui proximè ſecutus eſt, inchoandum credidit. Idem in libro de Emendatione Temporum, in Tabulis Annalibus, Olympiadem primam adſcribit ad annum qui eſt ante Chriſtum ſeptingenteſimus ſeptuageſimus quintus, mundi 3186. Natalem verò Chriſti refert in annum quartum Olympiadis CXCIV, tribus menſibus inchoatum. Non alius hic eſt, quàm vulgaris natalis anno congruens 4713. Igitur annis Iphiti 775, cum tribus menſibus elapſis, natus eſt Dominus. A B

De Socrate abundè ſuprà diſputatum eſt; qui Olympiadas biennio, vel triennio nonnunquam anteuertit; aliàs veram epocham moratur.

Sũma diſputationis totius.

Sed de Olympiadum Iphitearum epocha nimis multa. Claudamus hanc diſputationem, & ſubducta ſumma, conſtituamus annum primum Iphiti à ſolſtitio æſtiuo ineunte cadere in annum Periodi Iulianæ 3938, cyclo Lunæ V, Solis XVIII, Neomenia primi menſis incurrit in IX Iulij. Ergo cœptus agon die XIX Iulij. Nã ab XI die Lunæ ad XV, quinque dierum ſpatio committebantur: vt author eſt Pindari Scholiaſtes ad illa verba Olymp. V, ἀέθλων τε πεμπαμέροις ἁμίλλαις: & Tzetzes Comm. ad Lycophronem. Die porro XVI iudicium de victoribus inſtituebatur, eodem illo teſte Scholiaſte. Fuit annus ille mundi 3208, à Diluuio, 1552: ab Abraamo 1260: ab Exodo 756: à Medorum initio 292, centum ferè annis interiectis: regnante apud Iudæos Azaria, anno eius circiter XXXIV. Apud Euſebium in Chronico primus agon Olympicus ponitur anno Æſchyli ſecundo, Azariæ XLIX, vel L, ea ratione, quam paulò antè declarauimus. Vbi hæc Euſebius adnotauit. *Hanc* (Olympiadem) *Africanus temporibus Ioatham regis Hebræorum fuiſſe ſcribit. Noſtra quoque ſupputatio iiſdem temporibus eam exhibuit.* Non ſcripſit Africanus agonem ipſum ſub Ioatham rege fuiſſe celebratum; ſed duntaxat; Archontem illum perpetuum, ſub quo prima Olympias inſtaurata fuit, nempe Æſchylum, Ioatham regnante magiſtratũ geſſiſſe. Præfuit enim iſte annis XXIII, & XLVIII anno Azariæ iniit. Ita quinque annos reliquos Azariæ totidem ſuis prioribus expleuit: XVIII verò alios, vltra Ioathami decimum ſextum, ad Achazi ſecundum perduxit, ex Euſebianis calculis. Africani verba: *Æſchylus Agameſtoris F. apud Athenienſes obtinuit principatum annis viginti tribus, qua ætate Ioatham regnabat in Ieruſalem.* Cùm expreſſè non dicat, primam Olympiadem ſub Ioatham decurriſſe; Euſebius tamen id ita ratiocinando colligit: Quoniam Archonte Æſchylo & agon primus Iphiti celebratus eſt, & quadriennium primum Olympicum euolutum eſt; Æſchylus porro ætate Ioatham magiſtratum obtinuit, conſequens eſt, πλατικῶς ſaltem Olympiadem primam temporibus Ioatham extitiſſe. Cui quidem Africani teſtimonio Chronologiam ſuam ex eo conſentaneam eſſe docet, quòd in illa Ioatham labente adhuc Olympiade prima regnauit. Cœpit enim quarto anno Tetraëteridos Olympicæ. Hanc Euſebij mentem eſſe, cùm iſta ſcripſit: *Noſtra quoque ſupputatio iiſdem temporibus eam exhibuit*; ſequentia commonſtrant: *Porro & nos in prima Olympiade Ioatham poſuimus.* Ex quo manifeſtum eſt, non benè à Scaligero reprehenſum Euſebium; quòd *cùm Olympiadem primam primo anno Ioatham locatam fuiſſe crederet, non id tamen fecerit: ſed alia hallucinatione rationes conturbarit, quum in quinquageſimo anno Azariæ illam ſtatuerit.* Sed Euſebium nimis, vt ſolebat, properè percurrens, nequaquam eius eſt mentem aſſecutus. Nam de quadriennio Olympico, non de agone ipſo loquitur; nec vſquam anno primo Ioatham Olympiadem cœpiſſe, ſignificauit Euſebius. Hæc igitur calumnia eſt. Cæterum quoniam Euſebius re- C D

Euſebius aduerſus Scaligeri reprehenſionem defenditur.

A gum Iudæ tempora vltra præfixos à Scriptura terminos extendit, & aliquot annos emetitur; hinc ſacræ Chronologiæ, principúmque, per quos illa deducitur, tempus προχρονισμῷ annorum circiter quatuordecim anteuertit. Exempli cauſa, Ammoni regi tribuit annos XII, cùm biennio tantùm regnarit. regi Abiam tres pro duobus. Athaliæ VII, pro VI. Ioſiæ XXXII pro XXXI: &, ſi fortè, vnum ampliùs aut alterum aliis regibus aſſignat. Vnde factum eſt, vt Iudaici nominis principes annis, vti dixi, circiter XIV legitimam epocham antecedant, quod ad an. DC notatum à Scaligero. Hinc apparet hoc quidem ex capite rectè à nobis Olympiadem primam ad annum Azariæ XXXIV eſſe reuocatam. Nam ſi de annis eiuſdem regis quadraginta nouem, quatuordecim, vel quindecim deduxeris, reliquus erit annus Azariæ XXXIV, vel XXXV.

De tribus Olympiadibus ab Elidenſibus è catalogo detractis: de quibus expenditur noua eruditi Chronologi ſententia, qui à Polybio illius metachroniſmi rationem haberi credidit. quod ipſum refutatur, & Olympiadum communis epocha defenditur. Illuſtrantur Polybij ac Liuij hiſtorica quædam. B

CAPVT XLIV.

PAVSANIAS in Eliacis, & Diodorus referunt ex Olympiadum catalogo tres expunctas ab Elidenſibus fuiſſe: quas & ἀνολυμπιάδας vocarunt: nimirum VIII, & XXXIV, & CIV. quod priores duæ à Piſæis: tertia ab Arcadibus per vim vſurpatæ, adminiſtratæque eſſent. Ex quo non contemnenda oritur quæſtio; num ea res in Olympiadum putationem perturbationis aliquid iniecerit. Duodecim quippe diſcrimen annorum incidere potuit, ſi quam alij, verbi cauſa, centeſimam decimam quartam vulgò numerabant: alij nonniſi centeſimam & vndecimam haberent. — Pauſanias pag. 200. & 201.

C Eruditus ille Chronologus, qui *nouæ, veræ, & exactæ Chronologiæ* capita edere ſe profeſſus eſt: & aduerſus κοινὰ, & inueteratas προλήψεις multa docuit: inter noua huius generis inuenta cap. XCII commemorat: duodecim annis tardius à quibuſdam Scriptoribus Olympiadum epocham putari, imprimis autem à Polybio. quem tamen ſubiicit de duodecim annorum μεταχρονισμῷ illo triennium dempſiſſe, vt nouem duntaxat annis tardiùs, quàm communis fert opinio, Olympiadas numeret; triennio verò, quàm Elidenſes. Quo ex fonte plurima in rationem temporum noua, & hactenus inaudita deriuauit. Velut eſt imprimis illud: æram ab Alexandri morte deductam duodecim annis, quàm is obierit, inchoatam fuiſſe. Tum Romanorum Annales poſt Neronis mortem indidem corruptos eſſe: & id genus alia. quæ ſuis locis pertractauimus. Quod ad præſentem quæſtionem attinet; nos vno verbo reſpondemus; tametſi ab Elidenſibus tres illæ ſublatæ ſint Olympiades, nihilominus apud Hiſtoricos & Scriptores, qui quidem extant, nullum mutilationis illius extare veſtigium. quin potiùs vniuerſos, qui earum mentionem fecerint, communem Olympiadum ordinem, ac numerum expreſſiſſe. D Atque vt ab eo potiſſimum ordiar, qui in exemplum adducitur. Polybius certè non aliter Olympiadas computauit, quàm vulgaris ratio poſtulat. Hoc vt animaduertere poſſimus, repetamus animo, quod, præter paucos, authores omnes amplexi ſunt; caput Olympiadum, ſiue Iphiteorum annorum, eſſe annum ſeptingenteſimum ſeptuageſimum ſextum ante Natalem Chriſti communem. quem nos annum oſtendimus cadere in Iulianæ Periodi 3938 annum. Ita primus Romæ conditæ annus, cùm ex Varrone incidat in annum exeuntem Olympiadis ſextæ tertium, ſiue Iphiti XXIII, erit Periodi Iulianæ 3961. Hoc poſito demonſtremus ex Polybij ſententia Olympiadas communi & vſitato ordine decurrere.

Hiſtoriæ ſuæ primordia capere ſe profitetur nobilis ille Scriptor ab anno primo Olympiadis CXL, quo bellum Punicum ſecundum iniit: quo anno Conſul fuit L. Æmilius, íſque in Conſulatu ad res in Illyrico gerendas profectus eſt. Lege Romanos annales: inuenies anno ab V.C. DXXXV Varroniano Conſules fuiſſe — Polybius lib. 3. pag. 158. & pag. 171.

M. Liuium, & L. Æmilium: quorum iſte cum Illyriis & eorum rege Demetrio A conflixit; Dimalum expugnauit & Pharon. Atqui annus vrbis DXXXV cœpit anno Iphiti 557, ſiue primo Olympiadis CXL. Si Elidenſium more Polybius Olympiadas putaret; non centeſima quadrageſima, ſed centeſima triceſima ſeptima numerari illa debuerat.

pag. 442. Rurſus idem author libro V, memorabiles duas pugnas incidiſſe ſcribit in annum tertium Olympiadis centeſimæ quadrageſimæ; nempe Romanorum cum Carthaginienſibus in Etruria ad Traſumenū lacum: & Antiochi cum Ptolemæo ad Raphiam pro Cœleſyria. (pag. 420. & 421.) Vtramque verno tempore contigiſſe memorat. Eodem Olympiadis anno currente, Luna defecit. qua occaſione Galli, quos ex Europa Attalus in auxilium adſciuerat, pergere vltra noluerunt.

Annus cladis ad Traſumenum acceptæ eſt ab V. C. 537, Cn. Seruilio, C. Flaminio Coſſ. Periodi Iulianæ 4497: ante Chriſtum, 217. quo quidem anno deſiit tertius Olymp. CXL. Anno autem antecedente ingens Lunæ deliquium accidit Septembr. 1, hora poſt mediam noctem 18, 34′, occidente Sole in Aſia minore, B ſiue Myſia, vbi conſpecta eſt eclipſis. Huius initium hora 4, 47′ poſt meridiem tempore apparenti. finis hora 8, 21′. Duratio eiuſdem, horarum 3, 34′. Fuítque digitorum ferè 18, 40′. Tota igitur obſcurari cœpit ſub horam 5, 50′, 11″, à meridie, & in vmbra delituit hor. 1, 27′. Emerſit enim hora poſt meridiem 7, 57′. poſt occaſum Solem, hora 1, 24′. Sol enim in Myſia occidit hora poſt meridiem 6, 33′, cùm in Virginis gradu 5 reperitur. qui tum verus Solis locus extitit. Deſiit eclipſis hora 8, 20′, 36″ à meridie. Quare horrenda fuit illa defectio; & à Barbaris in religionem meritò verſa. Præclarè itaque quadrat communis Olympiadum putatio ad Polybianam hiſtoriam.

Præterea libro I, pag. 5, ſcribit Polybius Romanos ad rem nauticam animum adiicere cœpiſſe, claſſémque comparaſſe Olympiade CXXIX, Coſſ. L. Valerio, & T. Octacilio, vt ipſe pag. 20 teſtatur. Hic eſt annus Vrbis ex Varrone 493: Periodi Iulianæ 4453. quo deſiit annus tertius Olympiadis illius, & quartus incœpit. Rectè igitur ad Polybianos calculos communis Olympiadum epilogiſmus con- C gruit.

Polybius pag. 128. Item libro II, Ptolemæum Lagi F. Seleucum; nec non Lyſimachum, & Ptolemæum Ceraunum obiiſſe ſcribit Olympiade CXXIV. quod ſanè verum eſt. Nam Seleucus regnauit annis XXXII. Cœpit autem anno Periodi Iulianæ 4402, duodecimo poſt obitum Alexandri. Ergo deſiit circa annum Periodi Iulianæ 4433, quo iniit annus quartus Olympiadis CXXIV. Ptolemæus verò Lagi F. regno ſe abdicauit anno Periodi Iulianæ 4429, quo Vrbis conditæ cœpit annus 469. Olympiadis verò CXXIII quartus. (Animadu. Epiph. pag. 319.) Sed idem aliquanto pòſt tempore ſuperſtes fuit: vt ad Epiphanij librum de Menſ. & Pond. oſtendimus. Ideo mortuus eſt Olympiade CXXIV.

pag. 155. Error Caſauboni. Quintò Polybius idem libro II ſcribit Seleucum Seleuci Callinici F. (ita enim vertendum; non vt Caſaubonus, *Callinici nepotem*) cognomento Pogonem, obiiſſe circa Olympiadem CXXXIX: eadémque Olympiade deceſſiſſe Ptolemæum patrem Philopatoris. Et quidem reuera Seleucus Ceraunus Callinici F. Antiochi magni frater obiit circa annum Græcorum nonageſimum; Periodi Iulianæ D 4491, quo cœpit annus ſecundus Olympiadis CXXXIX. eique ſucceſſit Antiochus M. vt Polybius refert. Sic Ptolemæus Euergetes obiit anno 4492, vel ineunte 4493 circa annum tertium eiuſdem Olympiadis. Sextò & poſtremò, Polybius initio libri tertij ab exordio rerum geſtarum, quas hiſtoria ſua complexus eſt; hoc eſt ab anno I Olymp. CXL, & Coſſ. Æmilio, & M. Liuio ad exitum; hoc eſt ad Perſei Macedonúmque cladem, annos numerat 53; quæ ſunt Olympiades 13. Itaque victus eſt Perſeus circa Olympiadem CLIII. Eſt autem is annus Vrbis 586, qui incidit in Per. Iul. annum 4546, quo iniit annus I Olymp. 153. Rectè igitur cum Romanis & vulgaribus Faſtis Polybius conſentit.

Quis igitur tot argumentis exempliſque conuictus non fateatur Polybium in Olympiadibus putandis nihil ab noſtra, & vſitata ratione diſſidere; ſed eam potiùs firmiſſimè ſtabilire? aut quis illum ſibi perſuadeat duodecim annis ſolidis; vel nouem ſaltem, communem epocham morari?

A Quod ſi vnus alterve locus in Polybiana hiſtoria deprehendatur, qui paululum à noſtro calculo diſcrepet; compenſandus is erit cum pluribus iiſce, certioribúſque teſtimoniis. neque propterea nouam illam, & abhorrentem in ſententiam inuitus erit cogendus Hiſtoricus. Nam vel errore librariorum, vel authoris ipſius, vt fit interdum, hallucinatione, vel Collectoris incuriâ potuit id obrepere. Adde nequaquam ex variantibus illis teſtimoniis effici μεταχρονισμὸν Olympiadum trium; aut etiam annorum nouem; ſed longè pauciorum. Atque omnibus ritè ſubductis, vnus eſt tantummodo locus, quem nos animaduertimus, in quo à recepto Olympiadum calculo diſſidere videtur. nimirum primo libro: vbi circa Olympiadem cxxiv Pyrrhum refert in Italiam traieciſſe. Quod falſum eſt. Nam Pag. 129. Pyrrhi διάβασις confertur in annum V. C. 474, Periodi Iulianæ 4414, quo cœpit annus primus Olympiadis cxx. Diſcrimen eſt Olympiadum quinque. Ideo fortaſſe legendum apud Polybium, ταῦτα δὲ ἦν μετὰ τὴν Πύῤῥου διάβασιν εἰς Ἰταλίαν. pro κατὰ. Niſi fortè minus ſubtili temporum ratione, præter propter aduentum in Italiam Pyrrhi contigiſſe iſta ſcripſerit. quod illuſtris hæc eſſet expeditio: qua B annis circiter ſexdecim poſterius id erat, quod memoriæ prodebat.

At vir ille doctus quatuor ex Polybio teſtimonia profert; quibus nouem annis ſaltem Olympiadum epocham tardius ab illo conſtitutam eſſe defendit. Primùm eſt illud ipſum, quod ordine tertium paulò antè commemoraui: de tempore paratæ ab Romanis claſſis. Hoc enim reuera incidit in annum ante Chriſtianam æram 264. Polybium tamen aſſerit in ducenteſimum quinquageſimum quintum ante Chriſtum referre. Quod quidem non video qua ratione colligat. Nam annus Periodi Iulianæ 4453; in quem L. Valerius, & T. Octacilius Coſſ. incidunt; eſt annus ante Chriſtum 260. At primus Olympiadis cxxix conuenit anno 4450, qui eſt 264 ante Chriſtum. Neque verò Polybius in Olympiadis iſtius primum annum Romanorum naualem illum apparatum contulit; quod ille credit; ſed abſolutè, κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ τὴν εἰκοστὴν πρὸς ταῖς ἑκατὸν Ὀλυμπιάδα, *circa centeſimam ac viceſimam nonam Olympiadem*. Poſtremò vt id demus, quod ille argumentatione ſua pugnat; non nouem, ſed quatuor ad ſummum annorum diſcrimen orietur. quod minimè neceſſe eſt.

Expēdūtur Polybij loca, quibus noua illa ſententia pro pugnatur.

C Alter locus eſt ex libro II, vbi Polybius ab vrbe capta, & à Gallis Brenno duce pag. 106. & 107. concremata ad Lucium Conſulem ab iiſdem Gallis occiſum, eíque ſuffectum Manium, annis octo minùs numerat, quàm Faſti vulgares. Verùm neque id apertè ac citra dubitationem ex hiſtorici narratione poteſt confici; & quamuis id concedatur vltrò; cùm τύπῳ duntaxat annorum illìc percurrat ordinem; accuratum eorum calculum impunè contempſit. Narrat Polybius Gallos poſt annos triginta quam Romam occuparant, iterũ Albam vſque progreſſos. Inde anno duodecimo iterum vi magna eos inuaſiſſe: ſed obiecto terrore dilapſos, tredecim annis quieuiſſe: poſteà verò pacem cum illis etiam fœdúſque feciſſe. Hanc cùm annis triginta coluiſſent; demum in Etruriam, finéſque Romanos cum gentilibus ſuis irrupiſſe. vnde cum ingenti præda in patriam reuerſi, conflata ob cupiditatem prædæ domeſtica ſeditione, propemodum vniuerſi conciderunt. Quarto deinde anno rurſus in agrum Cluſinum impreſſione facta Romanos magna pugna ſuperarunt. Sed mox viciſſim clade affecti, domúmque reuerſi, decem annis elapſis, nouam D expeditionem egerunt, & ad Arretium cæſis Romanorum copiis Lucium Coſſ. interfecerunt: cui Manius ſuffectus eſt. Horum omnium interuallorum anni in vnam ſummam redacti nonaginta nouem conficiunt. Porro captæ à Gallis Vrbis eſt Varronianus 364; Periodi Iulianæ 4324: quibus ſi 99 adiicias, conficiet annus Vrbis 463; Periodi Iulianæ 4423. Atqui annus ille, quo Lucius Coſſ. à Gallis occiditur, eſt Vrbis 471. Octo igitur annis minùs putat Polybius, quàm vulgares annales. Sed, quòd paulò anteà dixi, non dubium eſt, quin inter annorum interualla, ſummáſque particulares, anni aliquot à Polybio neglecti ſint. Exempli cauſa, poſt annos triginta ſolidos ab Vrbe capta, annum vnum, alterúmve populationi, & excurſioni imputare licet. quibus elapſis, cùm in patriam rediiſſent, duodecimo deinde, quàm reuerſi erant, anno rurſus expeditionem adornarunt. Item poſt pacem fœdúſque triginta annorum, nonnihil temporis partim ad nouæ incurſionis apparatum; partim ad graſſationem, hoc eſt ad Etru-

riam, aliáſque prouincias peragrandas, & hoſtiliter populandas, poteſt eximi. Adde poſt reuerſionem ciuili ac domeſtico bello dandum aliquid videri temporis: cuius exitus gentis propemodum internecio fuit. Ab hac vero penultimum annorum quatuor interuallum progreditur. Sic igitur prudenter inſertis aliquot annis, Polybium cum hiſtoria, & communi Chronologia facilè componemus. A

pag. 131. Tertius Polybij locus eſt è libro II. Demetrium enim Macedoniæ regem obiiſſe refert circa primam Romanorum in Illyriam expeditionem. quæ quidem anno ab Vrbe condita DXXV contigit: à quo ad Perſei cladem anni ſunt LX. Atqui Chronicon Euſebij à morte Demetrij ad Perſeum victum annos interiectos habet LXVIII. Reſpondemus Polybium tempus obitus Demetrij non præciſè definiiſſe, ſed παχύτερον, vt mos eſt, περὶ τὴν πρώτην διάβασιν εἰς τὴν Ἰλλυρίδα Ῥωμαίων, *circa primam Romanorum in Illyriam traiectionem*. Deinde non propterea de Olympiadum μεταχρονισμῷ rem eſſe confectam. Eſt enim Scriptores inter opinionum plerumque varietas, quæ nihil communi ac receptę Chronologiæ præiudicare poteſt. Ita licet duarum Olympiadum interuallo tardiùs Demetrij obitum Polybius in hiſtoria ſua poſuerit, quàm Euſebius; non ſtatim aliter Olympiadas illum putaſſe neceſſe eſt. B

pag. 856. Poſtremus locus eſt è fragmento XLIII. Ibi Legatos Romanorum Clitorem in Arcadia veniſſe ſcribit in concilium Achæorum, Olympiade CXLVIII. Tum in fragmento ſequenti, & antecedenti ſignificat Appium legationis illius principem fuiſſe, qui in Macedoniam ad Philippum miſſus eſt. quo tempore crudele illud facinus à Philippo deſignatum eſt, vt Maronitas contrucidaret: quod ab Æno, & Maronea detrahere præſidia iuſſus eſſet. Poſteà Olympiadis eiuſdem anno ſecundo Eumenis & complurium gentium legatis Romæ Senatus eſt datus: vt Polybius in fragment. LI teſtatur. vnde conſtat anno primo Olymp. CXLVIII Lycortam Legatis Romanorum, quorum princeps Appius fuit, concilium Achæorum dediſſe. Atqui Liuius libro IX Dec. IV author eſt Coſſ. P. Claudio Pulcro, & L. Porcio, hoc eſt anno Varroniano DLXX, Appium legatum in Græciam veniſſe. vbi eadem ab Liuio ferè prodita memoriæ ſunt, quæ apud Polybium leguntur. Proinde primus annus Olympiadis CXLVIII, eſt Vrbis conditæ DLXX. Ex hac Polybij narratione; vt quidem rectè ordinatam velimus; nihil ad ſummum aliud efficeretur, niſi quatuor annorum μεταχρονισμός. Annus primus Olympiadis CXLVIII, ſiue Iphiti DLXXXIX, iniit anno Periodi Iulianæ 4526, de quo deductis 3960, reliquus eſt annus Vrbis Varronianus DLXVI. At reſiduus eſſe debuerat DLXX. De tribus Olympiadibus, aut etiam annis octo, neque quicquam promouetur, neque concludi vllo pacto poteſt. Sed ne quadriennij quidem vllus error eſt: & cum Liuio ac rei veritate Polybio perbellè conuenit. Non enim δεύτερον ἔτος, cuius in fragmento LI Polybius meminit, annus eſt Olympiadis CXLVIII; de quo in Excerpto XLIII mentionem fecerat. Sed eſt annus ſecundus Olympiadis CXLIX, quam in Excerpto XLVI nominarat. & valdè mirum eſt, ἔτος illud δεύτερον Excerpti LI, cum Olympiade CXLVIII, potiùs quàm proximè antecedenti, continuari. C

pag. 856. Scribit Polybius in Excerpto XLIII, Olympiade CXLVIII, Romanorum legatos Clitorem in Arcadiam veniſſe, quorum princeps erat Appius. Hic in eâdem legatione Philippum regem Macedoniæ conuenit; atque ob cædem Maronitarum grauiter reprehendit; & ad eius rei coram Senatu rationem reddendam cædis adminiſtros Onomaſtum & Caſandrum Romam deſtinari iuſſit. Philippus Caſandrum ſolum eò miſit, quem & veneno clam poſteà ſuſtulit. Demetrium porrò filium, quem apud Romanos gratioſum eſſe ſciebat, ad purgandum crimen allegauit. Hæc in Excerpto XLIV. Mox in Excerpto XLVI circa Olympiadem CXLIX legati complures è Græcia Romam profecti ſunt; Eumenis, Lacedæmoniorum, &c. nec non Demetrius Philippi F. cuius in gratiam Senatus Philippo noxiam remiſit. Demum in Excerpto LI altero anno Olympiadis (nempe proximè memoratæ, id eſt CXLIX) Legati Romam ab Eumene, Pharnace, & Achæorum gente veniſſe dicuntur. Conferamus cum his ea modò, quæ à Liuio traduntur ex Polybianis hauſta fontibus, ac per annos ab Vrbe condita digeſta. D

Libro itaque IX Dec. IV Liuius anno V. C. Varroniano DLXX, Coſſ. P. Clau-

A dio Pulchro, & L. Porcio; legationem nouam decretam in Macedoniam eſſe refert; cuius princeps fuit Appius, qui cum Philippo & Achæis Clitore egit eadem illa, quæ Polybius perſcripſit. Anno ſequente, Vrbis videlicet DLXXI, Coſſ. fuerunt Q. Fabius Labeo, M. Claudius Marcellus, quo Legati ab Eumene, Lacedæmoniis, & cæteris Romam veniunt; à Philippo verò Demetrius, qui ab Senatu quod volebat impetrauit. quo item anno Philopœmen, Annibal, & P. Scipio mortui dicuntur. Anno demum ab V. C. DLXXII, Coſſ. Cn. Bæbio Pamphilo, & L. Æmilio Paulo, vt in calce libri IX ſcribit Liuius, legati rurſum ab Eumene, Pharnace, Rhodiis, Philippo, & Achæis, ac Lacedæmoniis auditi ſunt in Senatu. Ex iis apparet inter geſta fragmenti XLIII, & LIII, annum ſolidum intercedere. Atque vt paucis abſoluam; annus Vrbis DLXX iniit anno IV labente Olymp. CXLVIII, non primo, vt Vir doctus exiſtimat. Scripſit enim hoc ſolùm Polybius, κατὰ τὴν ὀγδόην, καὶ μ' Ολυμπιάδα περὶ τοῖς ρ' Romanorum Legatos Clitorem veniſſe. Annus verò ab V. C. DLXXI cœpit anno primo Olympiadis CXLIX. Annus
B V. C. DLXXII, iniit anno II Olymp. eiuſdem. Hoc eſt δεύτερον ἔτος illud, quod in Excerpto LI Polybius attigit. Nihil igitur ex omni Polybiana hiſtoria nouæ author opinionis, & duodecim annorum metachroniſmi propugnator attulit, quo vel leuiſſimè inſtitutum ſuum probaret. Atqui neminem, præter vnum Polybium iſtius metachroniſmi teſtem citauit. quam ob cauſam in eius expendenda hiſtoria paulo longiores ſumus.

Liuiana hiſtoria declaratur.

Quod ad reliquos Scriptores attinet, nullus eſt, qui trium illarum ἀνολυμπιάδων ſignificationem aliquam in vſu temporum hiſtoriæque dederit. Xenophon ecce perantiquus author libro I Ἑλλην. ſcribit annum belli Peloponneſiaci viceſimum ſecundum circa Olympiadem XCIII incidiſſe. Sane primus annus Peloponneſiaci belli eſt Olympiadis LXXXVII ſecundus iniens Periodi Iulianæ 4283; vt poſtea probabitur. Ergo viceſimus ſecundus eiuſdem belli erit Iulianæ Periodi 4304; quo iniit annus tertius Olymp. XCII. Itaque biennio ſolo differt à cõmunibus epilogiſmis Xenophon, non duodecim annis. De qua Hiſtorici labe libro ſe-
C quenti diſputabitur. Ad hæc Cyrum anno primo Olymp. LV regnare in Perſide cœpiſſe veteres omnes conſentiunt. Is eſt annus Per. Iul. 4154, quo Olympias illa cœpit; vel 4155, quo primus eius annus deſiit; vt nos certiſſimis argumentis poſtea colligemus. Item anno primo LXXV Olympiadis Xerxem traieciſſe fretum Helleſponti cum Diodoro, Dionyſio Halicarnaſſenſi, & aliis antiquioribus nemo non arbitratur. Eſt autem hic ipſe Periodi Iulianæ 4234. quo ex communibus placitis annus primus iniit Olympiadis illius. Reliqua, quæ infinita ſunt, eiuſdem rei argumenta prætereo: ac ne illa quidem, quæ commemoraui hactenus, attigiſſem, niſi pereruditi Chronologi nouam illam ſententiam, ne cuiuſquam occuparet animos, conuincendam putaſſem.

De Romæ conditu, ſiue primis Palilibus Vrbis. Scaligerianæ doctrinæ ſumma ex lib. V. *Emend. pag.* 362.

D

CAPVT XLV.

PRIMVS Romanorum omnium M. Porcius Cato ex Cenſoriis tabulis collegit annum primorum Conſulum creatorũ, & Regifugij; & inde retrò dinumeratis annis CCXLIV, per quæ Romæ regnatum eſt à VII Regibus, peruenit ad initia Vrbis. Reperit enim in Cenſoriis tabulis, anno penultimo ante captam à Gallis vrbem, luſtrum Romæ actũ, Valerio Potito, & Mallio Capitolino Coſſ. anno poſt exactos reges centeſimo vndeuiceſimo; adeo vt annus captæ Vrbis Dionyſio teſte ſit centeſimus viceſimus primus. Iam Cato annos à Romulo ad exactos reges numerabat CCXLIII; Varro CCXLIV. Et quia immutabilis eſt annus primorũ Coſſ. validiſſimè ex Cenſoriis tabulis demõſtratus, qui incidebat in annum Iphiti CCLXVII currentem; hinc ſequitur ſecundũ Catonem Romam conditam anno Iphiti XXIV, duobus menſibus ante initium XXV; ſecundum Varronem anno Iphiti XXIII, tertio Olymp. VI. Hinc

quaſi in factiones duas res diſceſſit, vt altera Palilia ſint Catoniana, altera Varroniana. Varronis authoritas plures ſectatores habuit. A

Subiicit iis aliquot exempla Scaliger; quibus vtramque computandi rationem experitur, de quibus agetur poſtea. Tum illud adiicit: Plutarchum & anno Iphiti XXIII condi cœptam Vrbem aſſerere, & quo die primum iacta ſint fundamenta, Solem defeciſſe. Sed falſò. Nam nulla, inquit, tum Eclipſis fuit.

Reliqua partim rectè, partim ſecus ab Scaligero diſputata in Elencho diſcutientur.

De duplici Vrbis epocha. quarum alteram Catoni falsò & à Scaligero & à plerisque tributam aſſeritur.

CAPVT XLVI.

EX innumeris de Vrbis natali ſententiis celeberrimæ ſunt imprimis duæ; quarum vna conditam Vrbem ſtatuit anno Olympiadis ſextæ quarto; altera eiuſdem Olympiadis tertio. Prioris author eſt, vt Plutarchus aſſerit, Varro: poſterioris Verrius Flaccus, in Faſtis Capitolinis. Scaliger hanc ſecundam Catonianam identidem appellat, & vt ita nominarent, omnibus ferè hac ætate perſuaſit. In quo tam ipſum, quàm eos, qui ἀβασανίστως illius authoritatem ſunt ſecuti, deceptos eſſe non dubito. Quæ enim coniecturæ iſtius occaſio ſatis firma ſit, non video: & contrarium ex eo ipſo firmamento, quo nititur, perſpicuè demonſtratur. Etenim Cato nullum certum Olympiadis definit annum, quo Roma condita fuerit: ſed hoc vnum memoriæ prodidit, quod refert Dionyſius lib. I, poſteriorem eſſe Romam excidio Troiano annis quadringentis triginta duobus. Ex quo variè licet argumentari, & diuerſos annos colligere, pro eo atque Troianum excidium locaueris. Nam de huius anno plurimum inter ſe Scriptores diſcrepant, vt in eius epocha docuimus. Quare cùm nihil extet à Catone ſcriptum, vnde explorari poſſit, quot annis Olympiadem primam anteceſſiſſe velit Troianæ vrbis excidium, temere, ac præter Catonis mentem annus Iphiti viceſimus quartus à Scaligero computatur. Et verò perſpicua eſt hac in re hominis oſcitantia. Siquidem Troianam ἅλωσιν anno refert accidiſſe Periodi Iulianæ 3531. Numeretur hic annus primus poſt excidium à Solſtitio cœptus. Quippe ſub anni finem vrbs eſt capta. Igitur quadringenteſimus triceſimus ſecundus inibit anno 3962 à Solſtitio æſtiuo: cúmque Roma condita ſit Palilibus, quæ verno tempore, & ante Solſtitium ponuntur, reiiciendus eſt in ſequentem annum 3963, eius conditus. Ita videlicet anno primo ſeptimæ Olympiadis, ſiue quinto & viceſimo Iphiti exeunte condita fuerit, biennio poſt Varronis epocham.

pag. 60. Edit. Vvech.

Catonis opinio vnde collecta.

Nec aliter Dionyſius Halicarnaſſenſis ex Catone concludit. Qui cùm eius opinionem, quam modò retuli, commemoraſſet, Vrbem annis CCCCXXXII poſteriorem eſſe Troiana clade; ſubiecit, ex Canonibus Eratoſthenis congruere tempus in annum primum Olympiadis ſeptimæ. ἔτεσιν, inquit, ἀποφαίνει δυσὶ καὶ τριάκοντα, καὶ τετρακοσίοις ὑστεροῦσαν τῶν Ἰλιακῶν. ὁ δὲ χρόνος οὗτος ἀναμετρηθεὶς ταῖς Ἐρατοσθένους χρονογραφίαις, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος πίπτει τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος. *Annis quadringentis triginta duobus Troiana clade poſteriorem Vrbis conditum facit. Quod tempus ad Canones Eratoſthenis Chronicos exactum in annum primum incidit Olympiadis ſeptimæ.* Ex noſtra quidem, & ſine dubio probabiliore ſententia, quæ Troianam calamitatem anno ante Scaligerianam epocham collocat, nempe Iul. Per. 3530, adamuſſim quadrat annus ab excidio quadringenteſimus triceſimus ſecundus anno Iphiti XXIV, qui deſiit anno Per. Iul. 3962. Cum Scaligeri verò ſententia nullo pacto conuenit. Quocirca quæ fuerit Catonis opinio de Olympiadis anno penitus incertum eſt, quandiu non conſtat quem in annum ante primam Olympiadem Troianam cladem contulerit. Dionyſius porro, qui anno primo Olymp. VII iacta vrbis fundamenta credidit, non ex Catonis authoritate, ſed ex Eratoſthenis Canonibus, & hypotheſibus ita ratiocinatus eſt, vt in annum caderet vrbis conditus

A ditus Iphiti XXV. Qua ratione Troianum excidium incidit in annum Per. Iul. 3531. Verùm Dionyſius aliud ſentit; aliud argumentis ſuis, ac reliqua ratione demonſtrat. Huius enim diſputatio eò fere rem adducit, vt in annum Iphiti XXIV, hoc eſt quartum Olympiadis VI, Vrbis initia concurrant; quod ſubinde conſtabit. Veruntamen ex hac hallucinatione Dionyſij, affirmari non debet Catonem anno Iphiti XXIV Vrbis conditum illigaſſe; vt Catoniana ob id epocha illa dici meruerit. Onufrius certè inter eos Scriptores, qui anno primo VII Olympiadis Romam ædificari cœptam putarunt, Catonem recenſet. Quod vtrum Cato in opinione ſua poſuerit, nemini exploratum eſſe poteſt. Quid ſi enim Troianum excidium quinque aut ſex annis, aut pluribus, infrà noſtram vel Scaligerianam epocham ſummouit, vt eſſet annus iſte Per. Iul. 3536, vel 3537; tum poſtea Conſulibus aliquot expunctis, eâdem, qua Troianam ἅλωσιν, proportione Palilia prima tardius locauerit? Nam & Onufrius L. Cincij, & Fabii Pictoris opinionem reliquis anteponit, qui Romam conditam aſſerebant anno primo Olympiadis octauæ, & quinque annos de ſerie Faſtorum vulgarium expungebant. Quamobrem deſinant eruditi deinceps homines Scaligerum ſecuti Catoniana illa vocare Palilia, B quæ anno vno Varronianis poſteriora ſunt.

Dionyſij hallucinatio.

Quinetiam vel illud falsò, vel temerè, ac ſine argumento vllo Catoni Scaliger attribuit; quòd ex anno Cõſulum illorum, qui ante captam à Gallis Vrbem penultimo loco cenſebantur, ex tabulis Cenſoriis eruto, ad Vrbis initia peruenerit. Nam neque Catonem hac methodo progreſſum Dionyſius affirmat; ſed ipſe potiùs vſum ſe illa eſſe ſignificat; de qua mox viderimus: & Scaliger ipſe paucis interiectis verſibus, contraria de Catone, & Varrone ſubiicit. *Nam quomodo,* inquit, *& ipſe, & Varro, qui hæc poſtea diligentius perpendit, illud tempus explorauerint, nemo in literas retulit.* Si via & methodus, qua M. Cato illius temporis rationẽ indagauerit, à nemine prodita eſt; vnde ſcire potuit Scaliger, annum illum poſt exactos reges centeſimum, & viceſimum primum à Catone eſſe numeratum, quo Galli Vrbem occuparunt? aut eundem ducentos quadraginta tres annos Regibus imputaſſe? Quis iſta de Catone prodidit? Cur CCXLIII annos potiùs, quàm plures, vel pauciores aſſignaſſe dicitur?

C Præterea falsò putat annum primorum Coſſ. immutabilem eſſe, & ex omnium ſententia in annum Iphiti CCLXVII currentem incidere. Huic enim contraria eſt Halicarnaſſenſis opinio; tùm à pleriſque vocatur in dubium. De Halicarnaſſenſi facilè probatur. Scribit enim ille primos Conſules Romæ creatos ineunte Olympiade LXVIII: hoc eſt, vt poſtea declarabitur, anno quarto exeunte Olympiadis LXVII, ſiue Iphiti CCLXVIII. Non igitur in ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo immobilis hæret captæ Vrbis annus. Deinde qui octaua, vel, vt L. Cincius arbitratus eſt, XII Olympiade conditam eſſe voluerunt, ſi quidem in annis Regum à communi fere ſententia non diſcreparent, longe alium annum captæ Vrbis ſtatuerunt, quàm Olympiadis LXVII quartum. Fruſtra itaque de Catone diuinat Scaliger, cùm quid ſenſerit exploratum omnino eſſe non poſſit.

De Halicarnaſſenſis opinione, ac duplici eius hallucinatione, quarum poſterior hactenus non animaduerſa.

D

Capvt XLVI.

IN Vrbis inueſtigandis initiis Veterum nemo diligentiorem operam adhibuit, quam Dionyſius Halicarnaſſenſis ſuauis accuratúſque Scriptor. Is certam viam, ac methodũ aperuit, qua ad epocham illam perueniri poſſit. Quare nemo fere deinceps aliis argumentis vſus eſt, quam quæ ille in ſua ratiocinatione poſuit. Verùm duo ſunt per imprudentiam ab eo commiſſa; quorum alterum Scaliger animaduertit; de altero nullus, quod ſciam, admonuit.

Principiò cùm annus ab illo conditæ Vrbis ſtatuatur primus Olympiadis ſeptimæ, & anni primordium more Athenienſium inſuper ab æſtiuo Solſtitio, debet ex eius opinione Iphiti annus eſſe quintus & viceſimus. Et tamen illius argumẽta nihil aliud colligunt, niſi quartum eſſe Olympiadis ſextæ, ſiue Iphiti XXIV exeuntem.

Itaque aliud dicit, aliud probationibus ſuis efficit. Quod ad hunc modum oſtendimus. Dionyſius annum Vrbis cõditæ hac ratione definit. Quoniam capta eſt Vrbs anno poſt exactos Reges cẽteſimo viceſimo primo ineũte, & primo Olymp. XCVIII æquè ineunte (quippe Auguſto menſe Vrbis ἅλωσις incidit) ſi ante captam Vrbem anni ſolidi CXX decurrerũt, ij triginta ſolidas Olympiadas efficiunt. Adde ducentos quadraginta quatuor, quibus Romæ regnatum eſſe docuit, quæ ſunt Olympiades LXI. fiunt Olympiades XCI. Vt igitur fiant nonaginta ſeptem completæ, & nonageſima octaua iniens, adiiciendæ ſunt Olympiades ſex, & annus vnus ſeptimæ. Ita anno primo ſeptimæ Olympiadis Vrbis conditus inciderit. Atqui nihil aliud argumentatio iſta conuincit, quàm anno illo Vrbem eſſe conditam, quo deſiit Iphiti XXIV, & XXV incœpit. Cùm enim captæ Vrbis annus, quem cẽteſimum viceſimum primum à Regifugio cõputat, in eum annum cõueniat, quo ludicrum Olympicum celebratum eſt, hoc eſt Iphiti trecenteſimum octogeſimum nonum, qui eſt Per. Iul. 4326, oportet annum Regifugij conuenire anno illi, quo deſiit Iphiti ducenteſimus ſexageſimus octauus, & nonus inchoatus eſt, qui erat primus Olymp. LXVIII; Per. Iul. 4206. Nam ducenteſimus ſexageſimus nonus iniens primus eſt illorum centum viginti & vnius, qui ad captam Vrbem interlapſi ſunt. Reſtant itaque anni CCLXVIII: ex quibus detractis CCXLIV, ſuperſunt XXIV. Quare ineũte anno XXV, ſiue deſinente XXIV, Vrbem neceſſe eſt fuiſſe conditam. Poteſt & breuius ita demonſtrari. Capta eſt Vrbs authore Dionyſio anno ab eius conditu CCCLXV, Iphiti CCCLXIX. Detrahe 365 de 389, ſuperſunt XXIV. Itaque viceſimo quinto ineunte, id eſt viceſimo quarto deſinente Galli Vrbem inuaſerunt. Ad hæc lib. v, initio, ſcribit Halicar. annum ducenteſimum quadrageſimum quintum cœpiſſe primo Olymp. LXVIII; qui eſt Iphiti CCLXIX incipiens. Deductis annis CCXLV, reſtat viceſimus quartus. Si enim anno exeunte Iphiti CCLXVIII, iniêre Palilia ducẽteſima quadrageſima quinta, ſequitur exeũte Iphiti viceſimo quarto, prima Vrbis Palilia cœpiſſe. Hoc enim animaduertendũ eſt, cùm Palilia duobus circiter mẽſibus Iphiti annum præcedant, & Conſulatus, quibus anni ſinguli notantur, maiori parte Olympiadicorum annorum epocham anteuerterint; certe ita κατὰ προσαφαίρεσιν, & æquandi gratia ſumantur: nihilominus Dionyſium Coſſ. illos, qui proximè ante Olymp. aliquã inierint, ad hãc ipſam Olymp. referre. Quod ex anno patet Vrbis CCLX. Docet enim L. v, Aulum Virginiũ, & T. Veturiũ Coſſ. fuiſſe, ἔτει ἑξηκοστῷ καὶ διακοσιοστῷ μετὰ τὴν κτίσιν, μελλούσης εἰς τοὔπιὸν τῆς οβ' Ὀλυμπιάδος. *Anno ſexageſimo ſupra ducenteſimũ Vrbis conditæ, inſtante in ſequentẽ annum Olympiade ſeptuageſima ſecunda*, Archonte Themiſtocle. Tum ſequẽti anno, Poſtumo Cominio, Sp. Caſſio Coſſ. celebratã eſſe narrat Olympiadem ſeptuageſimam ſecundam, in qua ſtadio victor renunciatus eſt Tiſicrates Crotonienſis, Archonte Diogneto. Contigit hæc Olympias anno Iulianæ Periodi 4222. Quocirca cùm anno Iphiti CCLXXXIV competat annus Vrbis CCLX, & anno Iphiti CCLXXXV, hoc eſt primo Olympiadis LXXII, Vrbis annus CCLXI, authore Dionyſio, atq; & ille anno Per. Iul. 4221, & iſte anno 4222 inierit: neceſſe eſt primum annum Vrbis in eum cadere Iulianum, quo Iphiti cœpit annus vigeſimus quintus, poſt deſitum quartum & viceſimum. Ita conſtat ex Dionyſij argumentatione, anno viceſimo quarto exeunte Iphiti, ſiue quarto Olymp. VI, prima Vrbis incurriſſe Palilia: ac pręterea eundem Hiſtoricum annos Vrbis Olympiadicis illis annis tribuere, qui æſtate proxima poſt Palilia ſecuti ſunt. Ex quo planum illud eſt, cùm dicit Olympiade VII anno primo Vrbem eſſe conditam, ad Iulianum illum referri, quo & quartus ſextæ deſiit, & ſeptimæ primus inchoatus eſt.

A B C D

Dionyſij error alter. pag. 60. Ed. Vech.

Altera Dionyſij hallucinatio à nobis animaduerſa eſt eiuſmodi. Lib. I, initiũ Vrbis conditæ hac fere ratiocinatione colligit. Annus ille, quo Vrbs eſt capta, centeſimus & viceſimus primus eſt à pulſis Regibus; quod ex Cenſoriis Tabulis liquere dicit: in quibus legitur anno ſecundo ante cladem Vrbis cenſum Romæ inſtitutũ, L. Valerio Potito, & T. Manlio Capitolino Coſſ. poſt exactos Reges cẽteſimo vndeuiceſimo. Verba Dionyſij. Ἐν οἷς εὑρίσκω δευτέρῳ πρότερον ἔτει τῆς ἁλώσεως τίμησιν ὑπὸ τοῦ Ῥωμαίων δήμου γενομένην, ᾗ προσγέγραπται καθάπερ καὶ ταῖς ἄλλαις χρόνος οὗτος· Ὑπατεύοντος Λευκίου Οὐαλερίου Ποτίτου, καὶ Τίτου Μαλλίου Καπιτωλίνου, μετὰ τὴν ἐκβολὴν τῶν βασιλέων ἑνὸς δέοντι εἰκοστῷ, καὶ ἑκατοστῷ ἔτει. *In quibus* (tabulis) *inuenio tertio ante captã Vrbẽ anno, cenſũ Pop. Rom. habitũ: cui quemadmodũ & cæteris; tẽpus hoc adſcriptũ erat: L. Valerio Potito, T. Manlio Capitolino Coſſ. poſt expulſos reges anno centeſimo vndeuiceſimo*. Pro δευτέρῳ ἔτει πρότερον τῆς

A ἁλώσεως, non *altero ante captam Vrbem anno*, vt interpres, ſed, *tertio* reddidimus. Hunc enim Dionyſius intelligit, qui tertius eſt retro numeratus ab eo, in quem ἅλωσις incurrit, nimirum centeſimus vndeuiceſimus, cùm capta ſit Vrbs centeſimo viceſimo primo. Quod & Glareano viſum fuerat: & Dionyſius ipſe ſtatim indicat, qui ſubiicit, expletis annis cxx, adeóque ineunte centeſimo vigeſimo primo expugnatam eſſe à Gallis Vrbem. Cùm igitur Vrbis ἅλωσις acciderit anno 1 Olymp. xcviii, Archonte Pyrgione, ſi retrò computes ad Conſulatum L. Iunii Bruti, & L. Tarquinii Collatini, annos reperies cxx. Hæc Dionyſius: qui annum illum, qui tertius eſt ante ἅλωσιν, numerat centeſimum vndeuiceſimum à primo Conſulatu, poſt expulſos Reges; & eum, quo clades Vrbis accidit, centeſimum viceſimum primum, hoc eſt tertium à centeſimo vndeuiceſimo, & proximum ab expleto & vertente centeſimo viceſimo. Quod inſuper ex iis, quæ ſubiunxit, euidentius apparet. Poſtquam enim docuit annum captæ Vrbis incurrere poſt expletos cxx à primis Coſſ. hoc interuallo conflari dicit Olympiadas ſolidas xxx. Ex quo neceſſe eſt
B primos Coſſ. conuenire in annum primum Olymp. lxviii; quandoquidem anno 1 Olymp. xcviii Vrbis vaſtitas incidit. Si tam annus primorum Coſſ. quàm captæ Vrbis in primum Olympiadis cadit; oportet annos vtroque termino comprehenſo numerari centum viginti ~~& vnum~~; & in centeſimo viceſimo primo Conſulatu Vrbem eſſe captam. Annus primus Olympiadis xcviii eſt Iphiti ccclxxxix. Detractis centum viginti ſolidis, remanet annus cclxix; ſiue primus Olympiadis lxviii, quem primis Coſſ. aſſignat. Ita verum eſt ex Dionyſii ſententia captam Vrbem ineunte anno centeſimo viceſimo primo à Conſulatu Bruti, & Tarquinii. Atqui falſum iſtud eſt; nec mediocriter hallucinatus eſt Dionyſius. Nam captæ Vrbis annus in centeſimum viceſimum duntaxat Conſulum par incidit, ſiue Capitolinos Faſtos relegas, ſiue alios quoſlibet. Annus primorum Coſſ. eſt annus Vrbis Varronianus ccxlv; annus verò captæ Vrbis eſt ccclxiv; vt eſt in Faſtis Onufrii. Deductis annis ccxliv, de ccclxiv, reliqui ſunt cxx. At in Capitolinis Faſtis, & Sigonianis annus primus Coſſ. eſt Vrbis ccxliv; captæ verò Vrbis, eſt ccclxiii. Detractis annis ccxliii, reſtant non plures, quàm cxx. Sanè captam Vrbem eſſe liquet Tribb. Mil. Fabiis tribus, & Sulpitio Longo, Q. Ser-
C uilio iv, Ser. Cornelio Maluginenſi. qui eſt Varronianus Vrbis annus ccclxiv, Capitolinus ccclxiii. At Potiti, & Manlii Conſulatus cadit in annum Varronianum ccclxii, Capitolinum ccclxi: qui eſt centeſimus decimus octauus annus à primis Coſſ. non centeſimus decimus nonus. Quoniam verò in numero annorum ab V.C. Dionyſius cum Varrone conſentit; quatenus anno ccxlv, exempli gratia, primos vterque Coſſ. locat: ſed vno anno tardius epocham Vrbis aſſignat, videlicet Iphiti xxiv: inde fit, vt ſecundum Dionyſium L. Valerij Potiti, & T. Manlij Conſulatus, quemadmodum & Varroni debeat eſſe ccclxii ab V.C. captæ autem Vrbis ccclxiv; ſed vtrobique Iphiteum tempus vno anno moretur. Quippe Varronianus annus ccclxiv eſt Iphiti ccclxxxvi, Dionyſianus verò eſt ccclxxxvii. Vnde Romæ ἅλωσις ex opinione Dionyſij conuenit anno Olympiadis xcvii quarto. in Varroniana putatione, eiuſdem Olympiadis tertio: vtrobique ineunte anno. Siquidem Auguſto menſe captam Vrbem, & proximè ab Iphitei anni epocha, teſtantur hiſtoriæ. Vt autem annus ccclxiv conueniret
D anno primo Olymp. xcviii, oporteret Vrbem conditam fuiſſe anno primo deſinente Olymp. vii, Per. Iul. 3963. Atqui nos oſtendimus argumenta omnia Dionyſij nihil aliud efficere, niſi anno iv exeunte ſextæ Olymp. Vrbem eſſe conditam, Per. Iul. 3962. Non poteſt igitur ἅλωσις incidere in annum primum Olympiadis xcviii, ſed in quartum antecedentis, qui eſt Iphiti ccclxxxviii.

Huius autem Dionyſiani erroris eiuſmodi cauſam extitiſſe puto. Regifugij dies antecedebat illud tempus, quo Magiſtratum noui Coſſ. inibant. Cùm ergo Potitus & Mallius Coſſ. quorum Conſulatus eſt cxviii, iniiſſent poſt Regifugium centeſimum decimum octauum, deſiit illorum annus poſt Regifugium centeſimum decimum nonum. Porrò cenſus ab illis inſtitutus eſt ſub finem Conſulatus ſui, poſt Regifugium cxix. Ideo in Faſtis adſcriptus eſt annus à pulſis Regibus, ſiue Regifugio, centeſimus decimus nonus; cùm nonniſi centeſimus decimus octauus Conſulatus is eſſet. Hæc Dionyſio hallucinationis occaſio fuiſſe poteſt,

qui cùm in Faſtis legiſſet, anno ab exactis Regibus CXIX, cēſum à Potito & Mallio celebratum, arbitratus eſt Conſulatum perinde illum centeſimum decimum nonum eſſe numerandum. Vnde anno vno tardius captæ Vrbis epocham aſſignauit. A

Variæ Scaligeri hallucinationes, nec non Liuij, Onufrij, Caluiſij, & aliorum error.

Capvt XLVII.

pag. 363. D. DE Capitolinis Faſtis diſputans Scaliger, oſtendit, id quod verum eſt, primum Vrbis annum ex illorum calculo cadere in annum Iphiti XXV exeuntem. Sed idipſum ratione falſa concludit. *Annus*, inquit, *quo C. Claudius Nero, & M. Liuius Salinator Coſſ. fuerunt, eſt in Faſtis illis Vrbis conditæ* DXLVI. *Ergo Coſſ. qui proximè anteceſſerunt*, M. *Claudius Marcellus* V, *T. Quintius Criſpinus, geſſerunt magiſtratum anno Vrbis* DXLV. *At Liuius illis Coſſ. ait ludicrum Olympicum celebratum: quam nemo negauerit eſſe Olympiadem* CXLIII, *anno Per. Iul. 4506. Palilia igitur illorum Coſſ. incidunt in annum quartum Olympiadis* CXLII, *hoc eſt in annum Iphiti* DLXVIII. *Ergo Roma condita anno Iphiti* XXIV, *ſecundum Faſtos Capitolinos*. Onufrius in Faſtis ad A. DXL, vquo vndecimus annus belli Punici contigit; iiſdem Coſſ. Marcello V, & Criſpino; *Huius*, ait, *anni æſtate Olympiæ ludicrum fuiſſe teſtatur Liuius, ad quod legatum miſſum L. Manlium ſcribit. Fuit autem Olympias, vt ego rectè ſcripſi*, CXLIII. Ego verò ambos iſtos, &, qui eos ſecutus eſt, Caluiſium ab Liuij mente, & hiſtoria aberrare dico. Hoc, inquam, defendo; Liuium non in anni illius æſtatem, quo Coſſ. fuere Marcellus, & Criſpinus: ſed ſequentem, Coſſ. Nerone & Liuio; ludicrum Olympicum conferre; eáque in re ipſummet fortaſſis hallucinatum eſſe Liuium. Hic enim lib. XXVII, poſt medium ferè librū, poſtquam res geſtas Marcello & Criſpino Coſſ. expoſuit; iſta pertexit. *Exitu huius anni T. Quintius Criſpinus Coſ. Dictatore comitiorum ludorúmque faciendorum cauſa dicto L. Manlio Torquato, ex vulnere moritur.* Poſtea narrat, mortuo Quintio creatos eſſe Coſſ. Liuium, & Neronem; inde Prætores: ac deinde L. Manlium trans mare proficiſci iuſſum, *vt viſeret, quæ res ibi gererentur, quod Olympiæ ludicrum ea æſtate futurum erat, quod maximo cœtu Græciæ celebraretur.* Igitur æſtate illa celebrata ſunt Olympica certamina, quæ in Conſulatum Liuij & Neronis incurrit; non in eam, qua Coſſ. fuere Marcellus & Criſpinus. Annus, quo Coſſ. erant Liuius & Nero, ſecundum Varronem erit Vrbis DXLVII: ſecundum Faſtos DXLVI. Si hoc anno celebrati ſunt Olympici agones CXLIII; conſequens eſt vrbem conditam eſſe anno Iphiti XXII ex Varronis mente: ex faſtis anno XXIII. Quare aut Liuius hallucinatus eſt; aut ex anni Romani labe, quoad licet, excuſandus eſt. Etſi difficile eſt credere, vſque eò deprauatum anni Romani contextum fuiſſe, vt anno ſolido à metis aberrauerit. Ac Ianuarius quidem Romanus per illud tempus in Septembrem ferè cadebat. Martius in Nouembrem; cuius Idibus circa bellum Punicum ſecundum, quo Conſulatum illi geſſerunt, Coſſ. inibant. Vnde ab Nouembri Iuliano, qui agonem Olympicum CXLIII proximè præceſſit, videlicet anno Per. Iul. 4505, Marcellus & Criſpinus Magiſtratum ceperunt. Vt autem vera ſit hiſtoria Liuij non κατὰ προέμπτωσιν, ſed κατὰ μετέμπτωσιν vnius anni Romanum annum neceſſe eſt à Palilibus receſſiſſe: quam quidem ἀνωμαλίαν Iulianus annus æquabili προσαφαιρέσει apud poſteros peræquauit. Potuerunt & agones à Græcis certis de cauſis alieno anno celebrari; quod & aliâs factum. Nihil tamen certius, quàm ex Iulianorum annorum ratione, citra vitium, aut perturbationem, Olympiadem iſtam æſtati illi congruere, in quam Criſpini & Marcellini Conſulatus incurrit. B C D

pag. 364. Iiſdem de Faſtis Capitolinis agens porrò Scaliger neſcio quid inconditum ac perplexum poſuit. Nam cùm probaſſet ex L. Cornelij Scipionis Conſulatu, in quem Solis eclipſis incidit, quíque anno Vrbis DLXIII in Faſtis tribuitur, primum annum Vrbis ex iiſce Faſtis cadere in annum Iphiti XXIV; mox iſta ſubiicit. *Sed nodus reſtat. Nam Piſo Conſulatum Scipionis Aſiatici, & Lælij coniicit in annum Vrbis* DXVI. *Interuallum* XXXIII *Coſſ. At in Caſſiodoro, & Faſtis Onufrianis*, XXXII *tantùm.*

A *Quare vnum par Coſſ. hinc effugiſſet. Sed falſum eſt. Nam Faſti Capitolini comparant hos duos Coſſ. in annum Vrbis* DXCV, *non autem* DXCVI, *vt Piſo, & eum ſecutus Onufrius.* Hæc mendoſa ſunt. Quis enim ex iſtis ſenſum aliquem eliciat? Verùm ſic opinor ſcribere in animo habuit: Quoniam Piſo in Annalibus Conſulatum L. Cornel. Scipionis, & C. Lælij in annum Vrbis DLXIII coniicit: in annum verò DXCVI Conſulatum M. Æmilij, & C. Popillij: interuallum autem paria Coſſ. XXXIII: ita vt triceſimum quartum ſint Æmilius & Popillius: vnum excidiſſe videtur, cùm in Faſtis Conſules iſti triceſimum ſecundum locum habeant. Quod ita corrigit Scaliger, vt Æmilij & Popillij Conſulatum in annum Vrbis DXCV conuenire dicat, non, vt Piſo & Onufrius, in DXCVI. Verùm vnde tandem Piſonis ſententiam illam exculpſerit, neſcio. Hoc quidem video, in Faſtis Capitolinis anno Vrbis DLXIII Coſſ. poni L. Scipionem, & C. Lælium. in Onufrianis, qui Varronis epocham ſequuntur, anno DLXIV. Rurſus anno DXCV in Faſtis Coſſ. fuiſſe Æmilium & Popillium; apud Onufrium, anno DXCVI. Vtrobique triceſimum tertium par in Æmilium & Popillium incurrit. Sed Piſonis locum illum ſpectaſſe Scaligerum arbitror; qui apud Cenſorinum extat capite XVII, vbi de ſæcularibus ludis, & Romano ſæculo ſcribens hæc B ex Annali ſeptimo illius verba profert. *Roma condita anno* IↃXCVI *ſæculum accipit, his Coſſ. qui proximi ſunt Conſules M. Æmilius, M. F. Lepidus, C. Popilius II* Cenſor. pag. 35. *abſens.* Quæ Piſonis verba deprauatiſſima ſunt: vt Sigonius, & Cuſpinianus obſeruant.

Ex illis verò certò colligi non poteſt, vtrum anno DXCVI Æmilij & Popillij Conſulatus ex ſententia Piſonis inciderit. Nam vt verba ipſa præferunt, in DXCVII reiiciendus fuit. Quanquam Cuſpinianus & Sigonius apud Cenſorinum, *qui proximi ſunt*, legunt; non vt in emendatioribus libris extat, *quis*. De Scipionis & Lælij Conſulatu, Piſo verbum nullum.

C *De Romuli conceptu, ac tam eius, quàm Vrbis natali ex L. Tarrutij Firmani ſententia: & eclipſibus, quæ vtriuſque natalibus attibutæ ſunt. tum in iis multorum errata caſtigantur. Vrbem videri autumno conditam. Manilius explicatur.*

CAPVT XLVIII.

PLVTARCHVS in Romulo de conditu Vrbis ita ſcribit: Ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν, ᾗ τὴν πόλιν ὁ Ῥωμύλος ἔκτιζεν, ἀτρεκῆ τριακάδα τυχεῖν λέγουσι, καὶ σύνοδον ἐκλειπτικὴν ἐν αὐτῇ γενέσθαι σελήνης πρὸς ἥλιον, ἣν εἰδέναι καὶ Ἀντίμαχον οἴονται τὸν Τήιον ἐποποιόν, ἔτει τρίτῳ τῆς ἕκτης Ὀλυμπιάδος συμπεσοῦσαν. *Diem illum verò, quo Romulus Vrbem condere cœpit, veram triceſimam fuiſſe narrant, eodémque die Solis ac Lunæ coitum eclipticum incidiſſe; quem Antimachus poëta Teius agnouit. Id autem anno contigiſſe ſextæ Olympiadis tertio.* D Subiicit his Tarrutij Mathematici præſtantis de Romuli & Vrbis natali ſententiam; cùm Varronis rogatu ex apoteleſmatis vtriuſque geneſin indagauit. Hic igitur εὖ μάλα τεθαῤῥηκότως, καὶ ἀνδρείως ἀπεφήνατο τὴν μὲν ἐν τῇ μητρὶ τοῦ Ῥωμύλου γεγονέναι σύλληψιν ἔτει πρώτῳ τῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος, ἐν μηνὶ κατ᾽ Αἰγυπτίους Χοιὰκ, τρίτῃ καὶ εἰκάδι, τρίτης ὥρας, καθ᾽ ἣν ὁ ἥλιος ἐξέλιπε παντελῶς. τὴν δὲ ἐμφανῆ γένεσιν, ἐν μηνὶ Θὼθ, ἡμέρᾳ πρώτῃ μετ᾽ εἰκάδα, περὶ ἡλίου ἀνατολάς. κτισθῆναι δὲ τὴν Ῥώμην ὑπ᾽ αὐτοῦ τῇ ἐνάτῃ Φαρμουθὶ μηνὸς ἱσταμένου, μεταξὺ δευτέρας ὥρας, καὶ τρίτης. *Audacter & conſtanter pronunciauit, conceptum in matris vtero Romuli contigiſſe anno primo ſecundæ Olympiadis;* XXIII *die Choiac Ægyptij menſis, hora tertia, qua Sol penitus defecit. In lucem autem editum fuiſſe* XXI *die Thoth ſub ortum Solis. Romam porro conditam à Romulo nona die Pharmuthi, inter ſecundam & tertiam horam.* Si ex veteris alicuius aſtronomi, vel idonei ſcriptoris obſeruatione de cæleſtibus iiſce φαινομένοις conſtaret, plus aliquanto res ea Chronologiæ noſtræ negotij faceret. Neque tamen ſolus id Plutarchus memoriæ commendauit.

Pag. 119 Edit. Vech. Dionyſius Halicarn. lib. II refert, tam in conceptu ipſo Romuli, quàm in eius obitu defeciſſe Solem penitus, ſic vt mundus tenebris obduceretur. At Cicero lib. II de Diuinat. vnum illud ex Tarrutij deſcriptione profert, Romam, cùm in iugo eſſet Luna, conditam fuiſſe. Vtramque illam Solis obſcurationem ex tabulis inueſtigare plerique ſunt aggreſſi; ſed irrito hactenus conatu. Nicolaus Mullerius in Examine Temp. quæ eſt Appendix Friſicarum Tabularum, vtramque ſe ex Tabulis ſuis deprehendiſſe putat, & quidem illo ipſo tempore, quod Tarrutius deſignauit. Nam prima incidit in annum Per. Iul. 3942, Iunij XXIV, Choiac XXIII. Verùm nulla tum Solis defectio Romæ fuit: quoniam apparens latitudo Lunæ ſemidiametrorum ſummam ſuperabat: vt ex illa deſcriptione conſtat, quam libro VIII, pag. 770 exhibuimus. Quòd ſi alicubi commiſſa ſit, ea perexigua fuerit oportet: quoniam motus latitudinis maximus fuit. Buntingus anno mundi 3199, qui eſt Per. Iul. 3944, cyclo Lunæ XI eamdem aſſignat. Nam Mai V feria I, defecit Sol. Sanè verum Nouilunium, quod cum apparente Romæ conuênit, contigit hora poſt mediam noctem XI, 9'. Motus item latitudinis fuit 0, 0, 8', 47'': vt in ipſo συνδέσμῳ ἀναβαίνοντι, id eſt *nodo aſcendente*, vel *capite Draconis* Luna fuerit. Sed parallaxis eclipſin ſuſtulit. Fuit enim apparẽs latitudo eadem cum parallaxi, ſcrup. 30'; quæ ſummâ ſemidiametrorum maior extitit. Quare ad Heliopolitanum, vel Æthiopicum tractum Buntingus confugere cogitur, vt eclipſim illîc digitorum 7, 13': hîc integram inueniat. At ne ſic quidem obtinet, vt in XXIII Choiac eclipſis illa congruat. A B

Pag. 68.

Eclipſis Solis nulla in conceptu Romuli. Quocirca de priore illo Solis deliquio, quod ſub Romuli conceptum à Tarrutio conſtitutũ eſt, falſum ipſum arbitror: ſi quidem reliqua temporum ratio cõſtet, quam ex eius ſententia Varro definiuit. Itaque ex hiſtoria potiùs, quàm obſeruatione, natalis Romuli defigendus videtur in anno Per. Iul. 3944. Etenim Dionyſius ſcribit illum deceſſiſſe anno ætatis LV. Atqui mortuus eſt anno 3999. Igitur in lucem editus fuerit anno 3944. vt annum ageret XVIII, quo tempore Vrbem condidit. quod idem author affirmat. Neque verò audiendus eſt Temporarius; qui non ſolùm Tarrutij conatum omnem irridet; ſed audacter inficiatur, Romulum in rerum natura vnquam extitiſſe, vno illo fretus argumento; quod neque certi illius parentes edi poſſint; neque de obitu cõſtet; & reliqua ipſius parum comperta ſint. Quid ea ratiocinatione vanius? Eodem enim argumento infinitarum hiſtoriarum veritatem euerteris; & quæ magno omnium conſenſu recepta ſunt, mendacij conuiceris. C

Temporarij abſurda ſententia.

Author verò Nouæ Chronologiæ defectionem illam reiicit in annum octauum; id eſt Periodi Iulianæ 3949; ante Chriſtum 765. quo Sol defecit Februarij 10, Romæ ante meridiem horis 3, 29', 26'', in Aquario; digitis 10, 45'. Ex quo nouam illam ſuam opinionem aſſeuerare nititur; Olympiadas ſex annis tardius à veteribus putatas eſſe, quàm hactenus exiſtimatum fuerit. quandoquidem annus primus deſinens Olympiadis ſecundæ incurrit in annum Periodi Iulianæ 3949: proindéque cœpit anno 3948. ac primus annus Iphiti iniit anno eiuſdem Periodi 3944. Verùm de hoc metachroniſmo annorum V dicetur libro XII. Interim cùm egregiè cum hiſtoria conſentiat annus ille, qui eſt ante Chriſtum, 770: fruſtra aliud tempus inquiritur. Nam & viceſimatertia dies Choiac in Februarij decimum nullo modo conuenit anno ante Chriſtum 765. ſed Iunij XXII. Neomenia quippe Thoth Martij ſecundo contigit. D

Refellitur noua Chronologia eruditi viri, cap. CVI, & CVII, & deinceps. Atenim (inquit capite CX) *ſi Februarij decimum diem anni ante Chriſtum 765 ponamus fuiſſe viceſimum tertium diem Choiac; tunc dies* XXI *Aprilis, ſiue* XI *Kal. Mai, natalis Vrbis anno ante Chriſtum 744* (*quo anno & ipſe Tarrutius, & Varro cum authoribus compluribus Romam conditam tradidere*) *iuxta rationem anni Ægyptiaci exactè in* IX *Pharmuthi coincidit.* Nono verò Pharmuthi conditam eſſe Romam Tarrutius aſſerebat.

Hæc qua mente dicta ſint ab erudito viro neſcire me fateor. Nam nulla ratione fieri poteſt, vt aut anno 765 ante Chriſtum; id eſt Per. Iul. 3949; aut 3970, qui eſt 744 ante Chriſtum; viceſima tertia Choiac in X Februarij, vel IX Pharmuthi in XXI Aprilis congruat. Id, inquam, neque ex rei veritate, & Ægyptiaca putando-

A rum temporum ratione accidit: neque, vt falſa ex hypotheſi, anno ante Chriſtum 765, Choiac xxiii fuerit Februarij x dies; propterea anno ante Chriſtum 744, nonus Pharmuthi dies cadet in Aprilis xxi. Oſtenſum eſt paulo antè viceſimum tertium Choiac Ægyptij anno Periodi Iulianæ 3949, qui eſt ante Chriſtum 765, conueniſſe in Iunij xxii. vnde Pharmuthi nonus incurrit in Octobris vi. Anno verò 3970, ſiue 744 ante Chriſtum, cùm Neomeniæ menſium quinque dies anticipaſſent, viceſima tertia dies Choiac ad xvii Iunij; nona Pharmuthi ad Kalendas Octobris aſcenderat. Quod ſi de anno Actiaco Plutarchum intelligendum velimus: cùm Thoth, Auguſti xxix die fixus ſit; xxii dies Choiac in Decembris xix: nona Pharmuthi, Aprilis iv conſiſtit. Porro etſi anno Periodi Iulianæ 3949 fingamus xxiii Choiac in x Februarij tranſportatam fuiſſe: poſt annos inde xix vertentes, id eſt anno 3970, eadem xxiii Choiac ad Februarij v tranſitum fecerit oportet: nona verò Pharmuthi à xxvii die Maij; vbi tum ex falſa hypotheſi verſabatur; ad xxii promota fuerit anno 3970. Quare nulla ne falſa quidem hypotheſis coniecturæ illi ſuffragatur. Quomodo enim, vt xxiii dies B Choiac fingatur in x Februarij conſiſtere, centeſima & ſexta dies ab illa, hoc eſt nona Pharmuthi in xxi Aprilis diem poteſt incurrere? Ita falſum & iſtud eſt; Tarrutium & Varronem annum primum conditæ Vrbis eum ſtatuiſſe, qui eſt 744 ante Chriſtum; ſiue Periodi Iulianæ 3970. Nam ex Varronis ſententia annus ante Chriſtum 753, primus eſt Vrbis, Periodi Iulianæ 3961. Sed nec ſuppoſititius ille Meſſalla libro de Progenie Auguſti ſignificationem vllam dedit, anno ante Chriſtum 744, conditam Vrbem fuiſſe. Id enim aſſerit vnum; conditam eſſe Romam anno 433 à Troia capta. De reliqua verò authoris eiuſdem putatione, ſuo loco dicetur.

Qui citatur ab eodem cap. cxii.

Nunc de altera Solis defectione videamus: quam ſub Vrbis conditum accidiſſe Plutarchus memoriæ prodidit, Phamenoth nono, eiúſque meminiſſe Antimachum Teium. In ea quærenda eruditi Chronologi plurimum ſeſe torſerunt. Nonus dies Pharmuthi anno Periodi Iulianæ 3960 incurrit in Octobris iv, anno ſequenti, in iii. At neutro anno Sol die illo defecit. Duplex anno 3960 Solis eclipſis accidit. Altera Iulij v. Nouilunium medium Romæ ex Pariſinis noſtris Tabu- C lis, Iulij vi, hora 3, 47′ à media nocte. Verum autem nouilunium Iulij v, hora 17, 47′, duabus horis circiter ante Solis occaſum. Apparens nouilunium hora vna & $\frac{1}{4}$ ſecutum eſt verum, contigítque hora poſt meridiem 6, 32′. Eclipſis autem fuit digitorum $3\frac{9}{15}$. Durauit hora 1, 10′, 20″. Cœpit hora poſt meridiem 5, 56′. Deſiit hora 7, 7′. Altera Solis defectio commiſſa eſt Nouembris xxx. Nouilunium medium Romæ hora 19, 27′ à media nocte. Verum autem hora 20, 16. Itaque Romæ non eſt conſpecta.

non meminit Plutarchus dici circa hanc Antimachi eclipsin.

Nicolaus Mullerus Plutarcheam illam Solis eclipſin confert in Maij xxvi diem anni 3961, cyclo Lunæ ix, Solis xiii, Athyr xxix, Sole in Tauri xxvi gradu conſtituto. Hanc verò nequaquam ait in Italia conſpectam; ſed in Aſia minore; vbi Antimachus Teius degebat. Hoc verò poſito; declarat quemadmodum xi Kalend. Maij, ſiue Palilia in xxvi Maij Iuliani conuenire potuerint. Verùm ne in Aſia quidem conſpectam fuiſſe; Tabulæ demonſtrant. Nouilunium quidem eclipticum illo die contigit. Verum enim ex Pariſinis Tabulis in meridiano graduum 68 longitudinis, hoc eſt in extremis minoris Aſiæ finibus; velut in Cilicia, adeóque Cypro; contigit Maij xxvi, hora 5, 38′ à media nocte: poſt ortum Solis hora D $1\frac{1}{2}$, ferè. Apparens ſyzygia veram anteceſſit hora 1. contigit enim hora 4, 45′. Motus latitudinis verus fuit Signorum xi, 22, 30′, 31″. Latitudo vera 38′, 54″ auſtralis. Parallaxis latitudinis in quarto climate, ſiue altitud. grad. 36, eſt 43′, 50″ addenda. Ita fit apparens latitudo ſcrupulorum 82′, 44″. longè maior ſemidiametris ambabus Solis & Lunæ, quarum ſumma eſt 29′, 19″. In quinto verò climate ad altitudinem Romæ, parallaxis latitudinis 47′, 25″. Vnde apparens latitudo maior, nempe 86′, 49″. Cùm igitur Aſia minor in 4, & 5 climate conſiſtat; non potuit in illa regione Sol deficere: quoniam latitudinem alioquin eclipticam parallaxis excluſit. Vt omittam nonum diem Pharmuthi minimè congruere in xxvi Maij. Nam incidit anno illo in Octobris iii.

Expeditur Nicolai Mulleri deſcriptio.

Eodem anno Periodi Iulianæ 3961 eclipſis alia Solis deprehenditur. Sed cùm

nouilunium verum Nouembris xix paulo ante noctem mediam, in eo ſitu longitudinis, qui eſt 68 graduum, cõmiſſum fuerit; nullo modo conſpici in Aſia potuit. A

Cap.cxi. At nouæ veræque Chronologiæ Scriptor, (ita enim Opus inſcribit ſuum) quod Solis eclipſin anno ante Chriſtum 744, id eſt Per. Iul. 3970, accidiſſe reperit Romæ ante meridiem, horis ferè tribus, Sole in duodecimo gradu ſagittarij verſante, nona die Decembris Iuliani: adeóque inter horam ſecundam & tertiam diei: hãc ipſam à Plutarcho deſignatam fuiſſe contendit: eúmque natalem Romæ habitum non politicum quidem, ſed aſtronomicum; ex quo Vrbis fata penderent. Ex quo conſequens eſt, annum primum conditæ Romæ octo fere annis ſerius collocandum videri, quàm faſti vulgares exhibent. Atqui ne iſta quidem Solis eclipſis ad Tarrutianam deſcriptionem facit. Neque enim nona dies Pharmuthi in illam conuenit: ſed in Kalendas Octobris. Deinde non poteſt Vrbis epocha Varroniana, ſiue Tarrutiana, in iſtum annum cadere: vti paulo pòſt pleniùs explicabo.

Error Plutarchi. Quamobrem falsò id à Plutarcho proditum eſt, eodem die, quo iacta ſunt fundamenta Romæ, Solem defeciſſe. quod ſane Tarrutius non dixit. Ciceronis de B Tarrutio verba ſunt lib. II de Diuinat. *L. Tarrutius Firmanus familiaris noſter imprimis Chaldaicis rationibus eruditus, vrbis etiam noſtræ natalem repetebat ab iis Parilibus, quibus eam à Romulo conditam accepimus, Romámque cùm in iugo eſſet Luna, natam eſſe dicebat.* Lunam in iugo eſſe, id eſt, quod Græci vocant ἐν συζυγίᾳ, vel ἐν ζυγῷ. quòd de ſola Lunæ ſynodo citra defectionem Solis accipi debet. At Solinus cap. II. Romulum ait *auſpicato fundamenta murorum ieciſſe duodeuiginti annos natum*, XI *Kal. Maias, hora poſt ſecundam, ante tertiam; ſicut L. Tarrutius prodidit Mathematicorum nobiliſſimus; Sole in Tauro, Luna in Libra conſtitutis.* Neſcio an ζυγὸν Libram vertit Solinus. Eadem & in Excerptis leguntur, quæ ſub C. Sempronij titulo in Annianam farraginem intruſa ſunt. Quod autem Sole in Libra poſito Roma condita fuerit, Manilius cecinit lib. IV, his verſibus.

Heſperiam ſua Libra tenet; qua condita Roma,
Et propriis frænat pendentem legibus orbem:
Orbis & imperium retinet, diſcrimina rerum C
Lancibus & poſitas gentes tollitque premitque,
Qua genitus cum fratre Remus hanc condidit vrbem.

Tam Romulum Remúmque ſub Libra genitos, quàm Romam conditam affirmat. Quod ad Vrbem attinet; ſi ea Pharmuthi nono fundari cœpta; vt Plutarchus ait; in Libra vtique natalis illius accidit. Nam Pharmuthi nonus anno Per. Iul. 3960 conuenit in Octobris IV, Sole tum in Libræ gradu 3, 45′ commorante ſecundum Tabulas noſtras. Eodem die Nouilunium ἀκριβὲς Romæ commiſſum hora 3, 22′, nec tamen eclipticum: Pharmuthi IX. Nam Neomenia Thoth incidit in Februarij XXIX.

Vrbs Roma Octobri menſe condita. Valde itaque probabile mihi videtur, Vrbem Romam, ex Tarrutiana deſcriptione, conditam eſſe anno ſextæ Olympiadis tertio, eiúſque menſe quarto circiter ineunte, Per. Iul. 3960, Octobris IV: quem in diem vndecimus Kal. Maias anni Albani, vel Romulei fortè ceciderat, eóque κατ' περιέμπλωσιν delatus fuerat. quod in anno Romano etiam à Numa caſtigato identidem poſtea contigit. Credibile eſt enim annum veterem Albanorum à bruma cœpiſſe. Sed quoniam paucioribus iuſto menſibus, aut certè diebus conſtabat, in anteriora lubricum illius progreſſum fuiſſe. D Romani porro, cùm Ianuarium anni caput circa brumam conſtituiſſent; primum Vrbis annum à Ianuario ſequente numerarunt, qui in eundem Iphiti, & Olympiadis annum incidit, in quem ille Romæ natalis October. Nonnulli tamen, quia Parilia, ſiue XI Kalend. ~~April~~. qui dies Vrbi natalis extitit, ad quartum ab Ianuario menſem pertinere videbant; annos Vrbis non à Ianuario; ſed ab Aprilis XXI putare maluerunt. Sanè non temerè Manilius & Plutarchus in idem tempus natalis Romæ conſentiunt: dum ille conditam in Libra: iſte nono die Pharmuthi; & quidem Nouilunio refert. quod non alio anno quàm qui Per. Iul. numeratur 3960 conuenire poteſt. cuius Octobris IV commodùm & IX Pharmuthi dies, & Nouilunium incurrit. & præterea ſextæ Olympiadis annus tertius.

cap. CXVI. Hoc modo ab erroris ſuſpicione Manilium purgabimus: cuius eum vir eruditus incuſat. Quanquam de Romuli ac Remi natali minus eidem aſſentiri Manilio poſſum. Nam ex Tarrutii ſententia in id tempus, quo in matris

A vtero geniti ſunt, Solis deliquium incidit. Hoc verò ex iis, quæ ſuprà demonſtrauimus, apparet Mai XXVI, die Chœac XXIII contigiſſe. Quare cùm Thoth ſequentis XXI die natos illos ex Tarrutii definitione Plutarchus aſſeueret: conſequens eſt, Februarii circiter XXIII in lucem prodiiſſe, in Aquario, non in Libra. Scaliger in Notis ad Manilium peſſimè in illius loci interpretatione verſatus eſt. Menſes enim Ægyptiorum fixos, & Actiacos intelligit eos, quos à Varrone conſultus Tarrutius edidit. Quare XXIII Choiac XIX Decembris eſſe ſtatuit: Thoth verò XXI, Septembris XXIII. Quæro quomodo Tarrutio, vel Varroni Actiaci anni, atque fixi venire in mentem potuit, qui tot annis poſtea conſtitutus eſt. Atqui non in Romuli tantùm, ſed in Vrbis etiam Natali eodem menſium genere deſignando hoc in V de Emend. Temp. libro ſimiliter peccat. Fixos enim ibi quoque menſes, & Actiacos neſcio quid cogitans Tarrutii deſcriptioni tribuit. Itaque Actiaci Pharmuthi diem XXI cadere dicit in XXVI Mai. quod profecto falſum eſt. Etenim Thoth Actiacus & fixus habet Neomeniam in XXIX Auguſti Iuliani. Ab hac ducenteſimus vndecimus dies, hoc eſt Neomenia Pharmuthi; cadit anno ſimplici in XXVII Martii. Sed perplexa & incondita ſunt Scaligeri verba: *Si Kalendæ,*
B inquit, *Ianuariæ anni priſci Romanorum eo tempore cœperunt ab* VIII *Ianuarij, vt certiſſimum eſt aliquando hinc cœpiſſe; quæ fuit epocha priſci anni Attici; viceſima ſexta Aprilis Iuliani conuenerit in Palilia priſci anni, cùm Luna eſſet in iugo, cyclo Lunæ nono: quod conuenit ſententiæ Tarrutij in viceſimam primam Pharmuthi Actiaci natalem Vrbis conferentis, quæ eſt* XXVI *Maij, feria ſecunda. Neomenia Siuuan 3008, cuius character 2, 7, 484.* Sed falſum eſt Actiacum Pharmuthi in id tempus conuenire. Præterea Tarrutius natalem Vrbis non contulit in XXI Pharmuthi, ſed in IX, ſi vera Plutarchus ſcripſit. Ad hæc à XXVI Aprilis tranſit ad XXVI Maij, quæ anno Per. Iul. 3991 habuit feriam II cyclo Solis XIII. Concurrit & Neomenia Siuuan anni 3008 Iudaici embolimæi: cuius Tiſri cœpit anno 3960 Sept. III, eiúſque character eſt, 2, 13, 27. Adde characterem IX menſium, Neomenia Siuuan incurret in XXVI Maij: cuius character 2, 7, 684. Denique primam Ianuarij Romulei coniicit in VIII Ianuarij. Tempore autem Romuli Ianuarius & Februarius tricenarij erant; Martius XXIX; Aprilis XXX diebus conſtabant, vti Scaliger docuit lib. II. Palilia in XXI Aprilis incide-
C bant, vndecimo Kal. Maias. Ab VIII die Ianuarij Iuliani ad XXI Apr. Iuliani, dies ſunt CIV. A Kalendis Ianuarij Romulei ex Scaligeri opinione dies intercedunt adVſque XXI Aprilis eiuſdem Romuli, CX. Proinde omnis iſta Scaligeriana ratio impedita eſt, ac diſſona.

Scaligeri in Notis Manilianis fœdus error.

Pag. 167.

De Solis defectu, quem Thales prædixiſſe fertur; quémque Scaliger hoc in capite refert in annum III exeuntem Olympiadis XLVIII, ſub Aſtyage, anno Vrbis CLXX; aut in annum II Olymp. XLIX; agemus poſtea; & quantum in eo non modò Scaliger, ſed etiam Veteres quidam Scriptores aberrauerint, liquidò monſtrabimus.

De Variis annorum Vrbis rationibus, ac duabus præſertim, quæ reliquis celebriores ſunt. déque iis Veterum quorundam opiniones expenſæ. tùm Onuphrij, & aliorum.

D

CAPVT XLIX.

FASTOS Conſulares iam tum florentis Reip. temporibus, mendoſiſſimos, ac parùm inter ſe conſentaneos fuiſſe, Liuij & aliorum hiſtoricorum monumenta confirmant. Sæpius enim diuerſis ex Annalium ſcriptoribus diuerſa Coſſ. paria eoſdem in annos iniicit: tùm nonnullos omittit, quos Dionyſius, aliíque commemorant: & omninò multum in hac parte Faſti inuicem, Annaléſque diſcrepant; quod ex Capitolinis, Caſſiodoreis, ac Siculis, & ſi qui alij reliqui ſunt antiqui, vel recentiores Conſulum Laterculi perſpicuum eſt. Ex quo factum apparet, vt in annorum ab V. C. numero mirum quantum Authores inuicem diſſiderent.

Quam quidem opinionum varietatem Onufrius in Faſtis accuratiſſimè diſpu-

tans, omnes propemodum Scriptores, qui annorum Vrbis vtcunque meminiſſent, ſuas in ſectas, & factiones diſtribuit: cauſas etiam ſcrutatus eſt, cur antiquiores præſertim tanto recentiorem Vrbis originem fecerint. Itaque ſuperuacaneam hanc ille nobis operam diligentia ſua induſtriáque reddidit: neque tamen abſtinebimus, quin & ex illo pauciſſima delibemus, & quædam inſuper, quæ tam in eius, quàm in Sigonij Faſtis, animaduerſione digna ſunt, adnotemus. A

Hîc igitur ille optimus Romanæ antiquitatis, & hiſtoriæ vindex Conſulum Faſtos longè deprauatiſſimos, & annos complures dubios eſſe poſtquam admonuit, in Fabij Pictoris ſententiam propendere ſe dicit, qui Vrbem conditam aſſeruit anno primo Olympiadis octauæ, Dionyſio, ac Solino teſtibus: ac parum abfuiſſe, quin eam opinionem in Faſtis ſuis ipſe ſequeretur. Etenim cùm plures anni ſint, quorum ſunt Magiſtratus ambigui; tum quinque ex illis præ cæteris expungendos videri: nimirum anno CCCXCVI, quo nulli Coſſ. Dictatores fuere duo: item anno CDXXI, quem Sigonius, & ex eo Onufrius certis de cauſis inferciendum putarũt: nec non annis CDXXX; CDXLV, & CDLIII. Præter hos annos alij ſunt, quorum in pleriſque faſtis Conſules omittuntur: velut annus CCXLVIII, quo Sp. Laertius, T. Herminius à Dionyſio recenſiti à Liuio, & Capitolinis prætermiſſi ſunt. B Tum CCLXIV, CCLXV, quibus Coſſ. nullos Liuius aſſignat, vti nec anno CDXXXIX. Annũ verò CDXLV ſine Coſſ. exhibent Capitolini faſti, reliqui prætereunt. Anno itidem CDXLIX Liuius notat Conſulatus duos à Piſone diſſimulatos eſſe, nempe annorum CDXLVII, & CDXLVIII. Itaque præter hos duos, tres alios omiſiſſe Piſo videtur, videlicet CCCLXXXVI, CDXXI, & CDXLV. Denique varia & inconſtans apud omnes annorum eſt putatio vſque ad annum ferme quingenteſimum, vt ait Sigonius; vt Onufrius, ad DLX. Quare conditæ Vrbis annus nonniſi coniecturis, ac probabili ratione poteſt elici. De quo duæ fere ſunt primariæ, ac pleriſque probatæ ſententiæ: altera Capitolinorum faſtorum, quæ anno Olympiadis ſextæ exeunte quarto conditam ponit Vrbem: quam Scaliger, & Scaligerum ſecuti mortales hodie omnes Catonianam vocant. Perperam, vt oſtenſum eſt. Neque enim quid Cato ſenſerit explorari poteſt, cùm id vnum ſcripſerit; annis poſt Troiæ cladem CDXXXII, Vrbem eſſe fundatam. Itaque Onufrius Catonis C authoritatem ad eam opinionem trahit, quam Dionyſius ſequi ſe dicit, cùm reipſa idem cum Faſtis Capitolinis tradiderit: videlicet anno primo ſeptimæ Olympiadis Romæ fundamenta eſſe iacta. Altera Varronis eſt, quæ longè eſt celebrior, & fautores habet tam ex antiquis, quàm ex recentioribus priore illa plures. Ea conditam Vrbem aſſerit anno Iphiti labente XXIII, tertio Olympiadis ſextæ. His accedere poteſt tertia illa, quam Dionyſium amplecti voluiſſe modò dixi, etſi reuera aliud ſuis argumentis efficiat. Annum quippe Iulianum, in quem ſextæ Olympiadis quartus annus deſiit, & primus ſequentis iniit, huic ipſi Olympiadi ſeptimæ tribuit. Vnde quarto exeunte ſextæ non primo ſeptimæ, conditum Vrbis poſuit. Sic & Polybium arbitror, eidem, quem Dionyſius ſequi ſe docuerat, anno epocham Vrbis illigaſſe, primo ſcilicet Olympiadis VII, ſequente ſecundo. Hoc enim illius verba volunt; *circa ſecundum annum Olympiadis ſeptimæ*, quæ à Dionyſio referuntur. Ergo iniuriâ plerique Scriptorum ab Onufrio, & ab aliis ad Dionyſij partes vocantur, cùm tam ipſe Dionyſius, D quàm illi ipſi Faſtorum Capitolinorum opinionem amplexi ſint. Sed de reliquis minus admiror.

Varronis ſententia longè celebrior, & à nobis adhibita.

Diodorum Siculum valde miror ab Onufrio inter eos relatum, qui anno primo Olymp. VII natalem Romæ collocarunt; quod vereor, vt ei concedi poſſit. Ille in Præfatione Hiſtoriæ ſuæ à Troiano excidio ad Heraclidarum κάθοδον annos putat LXXX. Inde ad primam Olympiadem, CCCXXVIII. Hinc ad initium belli Gallici à Cæſare ſuſcepti, DCCXXX; quem annum primum appellat Olympiadis CLXXX, Archonte tum Athenis Herode. Colliguntur à Troianæ Vrbis excidio ad finem hiſtoriæ, & Gallicam expeditionẽ C. Cæſaris, anni MCXXXVIII, qui & reuera ex interuallis illis tribus conficitur. Verùm manifeſta eſt ἀλογία Diodori, cùm à prima Olympiade ad centeſimam octogeſimam annos numerat ſeptingentos triginta. Sunt enim ſeptingenti duntaxat & ſeptemdecim. Onufrius pro XXX, ſcripſiſſe putat XX: vt à prima Olympiade ad initium bellici Gallici C. Cæſaris, quod

Diodori hallucinatio.

A Piſone, & Gabinio Coſſ. accidit, anno Vrbis Varroniano DCXCV vertente, ſiue ineunte DCXCVI, anni computentur DCCXX abſoluti. Nihil Onufrianis iſtis calculis peruerſius eſt. Primùm enim Diodorus apertè annum, in quem hiſtoriam deſiuit ſuam, quo & Gallicum bellum à Cæſare ſuſceptum eſt, Herode Archonte, primum nominat Olympiadis centeſimæ octogeſimæ. Itaque CLXXIX duntaxat ſolidæ Olympiades numerandæ ſunt, & iniens centeſima octogeſima, non, vt Onufrius facit, CLXXX integræ per quatuor multiplicandæ. Annus verò primus Olymp. CLXXX eſt Iphiti DCCXVII, non DCCXX, Periodi Iulianæ 4654; in quem Palilia Varroniana incidunt DCXCIV. At Palilia DCXCVI, quæ Gabinij, & Piſonis Conſulatui tribuuntur, incurrunt in annum Per. Iul. 4656, exeunte anno ſecundo Olympiadis CLXXX, Iphiti DCCXVIII. Ex eo porro diuinari non poteſt, quæ Diodori ſententia de ſpatio annorum ab V.C. fuerit. Neque enim horum numerum exprimit. Et gratis Onufrius ex illis Præfationis verbis colligit, Vrbis conditum ab illo coniectum in primum annum Olymp. VII, quaſi ex annorum Olympiacorum ſumma deducendi ſint XXV. Quod neque Diodorus voluit, & lon-
B gè profectò aliter de Vrbis initio ſenſit. Ac videtur ad Piſonis potius ſectam, opinionémque reuocandus. Nam quinque fere annis; aliâs pluribus; à Varronis Palilibus diſſidet. Oſtendatur id exemplis aliquot. Diodorus lib. XI ſcribit Olympiadem ſeptuageſimam quintam incidiſſe in Coſſ. Spurium Caſſium, Proculum Virginium Tricoſtum. Coſſ. iſti cadunt in annum Varronianum CCLXVIII. Porro Varonis Palilia prima, vti mox probabitur, competunt anno Per. Iul. 3961; atque ideo ducenteſimus ſexageſimus octauus annus eſt Per. Iul. 4228. Olympiadis verò ſeptuageſimæ quintæ primus, ſiue Iphiti CCXCVII, iniit anno 4234; at anno 4228 cœpit annus tertius Olymp. LXXIII, ſiue Iphiti CCXCI. Itaque ſi ad annum primum Olympiadis LXXV Sp. Caſſij, & Virginij Conſulatus redigitur, ſex annis tardior erit epocha Diodori, quàm Varronis, & anno XXIX Iphiti congruet, Olympiadis octauæ anno primo. Rurſus anno primo Olympiadis LXXVIII, qui cadit in annum Per. Iul. 4246, ponit Coſſ. L. Æmilium Mamercum, & Vopiſcum Iulium. Eſt is annus Varronianus CCLXXXI, qui conuenit anno Per. Iul. 4241, quo iniit quartus Olympiadis LXXVI. Igitur quinquennio ſolido epocham Varronis moratur.
C Sic anno primo Olymp. LXXIX, Per. Iul. 4250, Iphiti CCCXIII, Coſſ. aſſignat A. Verginium, T. Minucium, qui cadunt in annum Varronianum CCLXXXV. Si de annis 4250 detrahas annos CCLXXXV, reſtabunt 3965. Ita anno 3966 prima Palilia ex Diodori mente cœperint, quinquennio poſt Varroniana. Idipſum & in annis ſequentibus apud eundem Hiſtoricum obſeruare licet. Anno primo Olymp. LXXX Archonte Phaſiclide, Coſſ. tribuit Q. Fabium, T. Quintium Capitolinum. Incurrunt iidem in Varroniana Palilia CCLXXXIX, Periodi Iulianæ 4249. Verùm annus primus Olym. LXXX conuenit anno Per. Iul. 4254. Itaque quinquennio poſt Varronis Palilia Diodori epocha ſequitur. Sic anno primo Olymp. LXXXI Coſſ. affingit Ser. Sulpitium, P. Volumnium. Olympias iſta competit anno Per. Iul. 4258. Coſſ. autem illi Palilibus Varronianis CCXCIII. Deductis annis CCXCIII de 4258, cadet epocha Vrbis in annum 3966. Item anno I Olymp. LXXXIII Coſſ. nominantur à Diodoro T. Romelius Vaticanus, C. Veturius Cicerinus. Olympias iſta cœpit anno Per. Iul. 4266. at verò Coſſ. anno Varroniano CCXCIX, qui deducti de 4266, coniiciunt Palilia Diodori in annum 3968, ſeptem annis poſt Var-
D roniana. Anno primo Olymp. CVII, Iphiti CCCCV, Per. Iul. 4362, Diodorus Coſſ. aſſignat C. Sulpitium, M. Valerium, qui in Varroniana Palilia CCCCI cadunt, anno 4361. Hac ratione Diodori Palilia vno anno Varronianis poſteriora ſunt, & Capitolinis congruunt. Anno primo Olymp. CIX, quadriennio. At anno primo centeſimæ decimæ quartæ biennio duntaxat. Ponit enim Coſſ. C. Pœtelium, L. Papyrium. Ad hos ſpectant Varronis Palilia CCCCXXVIII. Olympias CXIV, qua mortuus eſt Alexander, commiſſa eſt anno 4390. Deductis annis 428, cadent Diodori Palilia in annum 3963. Verùm exemplorum ſatis eſt. Reliqua per ſe quiuis periclitari poterit. Neque verò ſuperuacanea hæc noſtra diligentia eſt. Nam ex ea ſummorum virorum duorum error agnoſcitur, Sigonij, & Onufrij, qui ſub annorum penè ſingulorum titulis notare ſolent. *Hoc anno Coſſ. hos vel illos nominant Dionyſius, Liuius, Diodorus*: cùm plerumque Diodorus quinque vel ſex annis diſſen-

tiat: vt qui Varroni annus eſt exempli cauſa CCLXVIII ab V. C. is Diodoro ſit A CCLXII. Author Nouæ Chronologiæ cap. C, Diodorum aſſerit annis octo communem Olympiadum epocham anteuertiſſe. Quoniam enim à prima Olympiade ad bellum Gallicum annos elapſos ait 730; additis 54, qui ab eodem bello ad Chriſtum interiecti ſunt, conſiunt 784; cùm ſint anni duntaxat 776. Sed cùm anno Vrbis 695 Gallicum bellum inierit: à quo ad Chriſtum 58 anni numerantur: plane 788 anni cõflantur: ac 12 vel 13 annis, non ſine errore verum Olympiadum initium præuertit. Totidem annis Auſonius è contrario communem moratur epocham. Scribit enim in Epigram. ad Conſulatum ſuum annos ab V. C. fluxiſſe 1118: cùm 1131 abſoluti ſint. Conſul enim fuit anno Chriſti 379. At idem ille vir doctus octo duntaxat annorum metachroniſmum agnoſcit in Auſonio. Sed vtrumque ſuo loco poſteà diſcutietur.

Nunc Scaligerianæ cuidam hæſitationi tempus eſt occurrere. qui initio lib. V. pag. 333, Faſtorum Capitolinorum, Dionis, ac Vellei Paterculi fidem nonnihil ſuſpectam habet. Quorum ille rectè quidem Conſulatum quartum Octauiani Cæſaris in annum ab V. C. confert DCCXXV. ſed Domitij Caluini triumphum de Thracibus, & Getis alieno tempore poſuit, quem ſaxum Capitolinum ponit anno DCCXVII. Hæc Scaliger. Sed fallitur, cùm à Dione credit anno Vrbis DCCXXV, tribui Conſulatum IV Auguſti. Hic enim anno DCCXXIV potiùs aſſignatur. Siquidem initio lib. XL anno Vrbis ſeptingẽteſimo Coſſ. ait fuiſſe L. Domitium, & Appium Claudium. Poſt iſtos verò viceſimum quartum Conſulatum obtinent Auguſtus Cæſar IV & Licinius Craſſus. Quod ad triumphum Domitij ſpectat, quem ex Hiſpania retulit, non ex Thracia, vt perperam ſcribit Scaliger, meminit huius Dio, anno V. C. DCCXV; ſed alieno loco. Conuenit enim, vt ex Faſtis Capitolinis apparet, anno DCCXVII, qui eſt Varronianus DCCXVIII. B

De Velleio Paterculo habet iſta Scaliger: Numerare ipſum à Conſulatu Claudij Marcelli, & Cornelij Lentuli ad Conſulatum M. Vinicij Quartini, & C. Caſſij Longini annos LXXXVIII, cùm ſint tantùm LXXVI. Verùm apud Velleium, lib. II, cap. XLIX, Lentulus, & Marcellus Coſſ. ponuntur anno V. C. DCCIII, cùm tamen Varroniana Palilia ſint DCCV. Iidem conſulatum geſſiſſe dicuntur Velleio anno LXXXVIII, quàm M. Vinicius Quartinus Conſulatum iniret. Porro ab Vrbe condita ad Conſulatum Vinicii Velleius lib. I annos eſſe refert DCCLXXXII. Vbi & Vrbem conditam aſſerit ſexta Olympiadè, poſt annos duos & viginti, quàm prima conſtituta fuerat; vt videatur ex Varronis ſententia prima Palilia defixiſſe anno Iphiti XXIII: qua ratione expletis annis DCCLXXXII, ineunte ſeptingenteſimo octogeſimo tertio Palilia Conſulatus Vinicij conſurgent. Lentulus & Marcellus Coſſ. fuerunt anno Varroniano DCCV. Adde LXXVIII paria, poſtremum in annum incidet DCCLXXXIII, quo Conſulatum geſſit Vinicius. Itaque legendum apud Velleium LXXVIII, pro LXXXVIII; neque Conſulatus tantùm LXXVI, ſed LXXVII inter vtrumque terminum interiecti ſunt. At perperam Velleius Lentulum & Marcellum Coſſ. locat in anno ab V. C. DCCIII. (malè apud Scaligerum DCCIV) Biennio enim aberrat; cùm iſti Coſſ. cadant in annum Varronianũ DCCV non DCCVI, quod ſcribit Scaliger. Huic biennij prochroniſmo conſentaneus eſt alter, quo Velleius cap. LXVI Auguſtum refert pridie quàm XX annos expleret, X Kalend. Octobres cum collega Q. Pedio Conſulatum iniiſſe, occiſis Hirtio & Panſa, anno Vrbis ſeptingenteſimo nono. Contigit enim anno DCCXI: & ita ſine dubio apud Velleium ſcribendum eſſe, demonſtrat quod addit ante annos ſeptuaginta duos id accidiſſe, quàm M. Vinicius Conſulatũ iniret. Iniit autem anno DCCLXXXIII. Peſſimè itaq; Scaliger LXX tantùm annos à primo Cõſulatu Octauiani ad Vinicij Conſulatum putat; cùm ſeptuageſimus ſecundus poſt illum ſit Vinicij Conſulatus. Poſtremò Velleius refert Coſſ. Sex. Ælio Cato, & C. Sentio Saturnino, anno V. C. DCCLIV, annis ante Conſulatum Vinicij XXVII, adoptatum ab Auguſto eſſe Tiberium. Tribus annis minus dicit quod ad annos conditæ Vrbis attinet. Eſt enim DCCLVII; à quo ad Vinicium Coſ. anni ſunt XXVI, & XXVII, ſi ipſum Cati & Saturnini Conſulatum velis complecti. Quare legendum eſt apud Velleium DCCLVII pro DCCLIV: & falſum eſt biennio amplius eſſe annos XXVII, quod ait Scaliger.

C (margin, beside "cap. XLIX ... DCCIII") — D (margin, beside "Velleius cap. LXVI ... expleret")

A

De capite annorum ab V. C. déque epochæ illius characteribus Chronologicis. Solini locus illuſtratur.

Capvt L.

ROmæ conditum in Palilia conferunt Scriptores, qui dies xi Kal. Ma-
ias, id eſt Aprilis xxi, in Iuliano Kalendario conſtitutus eſt. Olim ve-
rò, & ſub ipſum Natalem Vrbis cui Iuliano menſi ac diei cōpeteret,
inueſtigare difficile eſt. Verùm quemadmodum Iuliana forma tanto
poſt Vrbem conditam interuallo vſurpari cœpta propter anni com-
moditatem προληπτικῶς ad anteriora tempora porrigitur, ita & Palilia, ſiue Natalis
Vrbis, fictione quadam in Apr. xxi die retinetur. Quinetiam poſt eundem Iulia-
num annum receptum, qui à Kal. Ian. orditur, annorum Vrbis epocha ab iiſdem
Kalendis ferè procedit; niſi aliter Scriptores quoſdam intellexiſſe, certis ex conie-
cturis poſſit colligi. Ad hæc varia annorum ciuilium initia conſideranda ſunt; vt in
B Olympiadico anno monuimus. Nam plerique vt anni popularis, ita & Romani,
Vrbiſque cōditę primordium ab Autumno deducunt. Quorum omnium ſingilla-
tim exempla percenſere, longum eſt, & moleſtum. Hæc tantùm ſtudioſo Lectori
proponenda fuit cautio, vt in eruendis Scriptorum ſententiis iudicio opus eſſe
ſciret. Solinus ecce cap. ii. *Collatis*, inquit, *noſtris, & Græcorum temporibus inue-
nimus incipiente Olympiade ſeptima Romam conditam, anno poſt Ilium quadringenteſimo
triceſimo tertio.* Hæc eſt Faſtorum Capitolinorum ſententia, vt rectè Onufrius
animaduertit. Cur enim diceret, *incipiente Olympiade ſeptima*, niſi anno quarto ſextæ
deſinente conditam arbitraretur? At idem paulo pòſt: *Huic*, inquit, *argumento id ac-
cedit, quòd C. Pompeius Gallus, & Q. Veranius anno V. C. octingenteſimo primo fuerunt Coſſ.
Cōſulatu eorum Olympias ſeptima & ducenteſima actis publicis annotata eſt. Quater ergo mul-
tiplicatis ſex & ducentis Olympiadibus, erunt anni octingenti viginti quatuor. quibus de ſepti-
ma Olympiade annectendus eſt primus annus, vt in ſolidū colligantur* DCCCXXV *anni. Ex qua
ſumma detractis viginti annis, & quatuor Olympiadum retro ſex, manifeſtè anni* DCCCI *re-
C liqui fient.* Annus, quo Coſſ. fuerunt Pompeius Gallus, & Veranius, eſt Varronia-
næ putationes DCCCII, ex Faſtis Capitolinis DCCCI, qui iniit anno Chriſtianæ æræ
XLIX, Per. Iul. 4762, quo annus primus Olymp. CCVII ex diebus æſtiuis inchoatur;
Vrbis autem, Varronianus DCCCII, ex Palilibus. Solinus ex annis Iphiti DCCCXXV,
deduci iubet XXIV; vt reliqui ſint DCCCI. Hoc modo falſum colliget. Neq; enim an- Solini lo-
no quarto Olymp. ſextæ; ſed anno primo ſeptimæ Natalis Vrbis cōgruet. Itaq; an- cus expen-
num Iphiti, ſiue Olympiadicum ab eadem epocha, à qua & Vrbis annū, exorſus eſt; ditur.
nempe à Kal. Ian. Alioquin XXIII duntaxat anni ſolidi, & vertentes de ſumma de-
trahendi fuerant, vt in ſequentē, viceſimum quartum exeuntem Natalis Vrbis in-
curreret. At ſecūdum Varronem annis DCCCXXIV Iphiteis abſolutis, deducti anni
DCCCII, relinquunt XXII. Vnde viceſimo tertio labente Vrbs eſt condita. Ac ſi A-
ctuarij iſti publici, de quibus Solinus loquitur, annum Vrbis DCCCI cum Olymp.
CCVII compoſuerint, Faſtorum Capitolinorum computationem ſecuti ſunt. Niſi
fortè notatam Olymp. illam Romæ dicamus anno Chriſti XLIX inter Kal. Ian. &
D Palilia, cum annus Vrbis à Palilibus octingenteſimus primus adhuc curreret, cui
mox ab XXI Apulis ſucceſſurus erat annus DCCCII. Ita cum illorum Conſulatus
anno Vrbis Varroniano, ſi à Palilibus incipias, DCCCI cœpiſſet, & cum anno Vrbis
DCCCI; comparatus fuiſſet; Olympias verò CCVII iiſdem Coſſ. poſtea celebrata,
anno Vrbis DCCCII; Solinus quem annum Vrbis ineunte illorum Magiſtratu no-
tatum viderat, eundem & ad æſtiuum menſem, quo Olympiaci agones commiſſi
ſunt, accommodauit. Vt vt verò ſe res habet, ex eo manifeſtum eſt, rectè à nobis
Olympiadum epocham coniectam eſſe in annum Per. Iul. 3938. Si enim Olympias
CCVII, hoc eſt annus Iphiti DCCCXXV, iniit anno Per. Iul. 4762, deductis annis
825, relinquuntur 3937. Itaque anno 3938 cœpit annus Iphiti primus.

Supereſt vt antequam ab Vrbis annorum epocha diſcedamus, certis illam notis,
& characteribus, noſtro more, fulciamus. Primùm igitur Liuius lib. XXII, ſub ini-
tium refert, Cn. Seruilium, & C. Flaminium Romæ Eidibus Martiis Magiſtratum
iniiſſe: & inter alia prodigia Solis orbem in Sardinia minui viſum. Ea Solis eclipſis

contigit cyclo Solis xvii, Lunæ xiii, Februarij xi, Per. Iul. 4497, Iphiti dlix, ſiue A
Olympiadis cxl anno tertio exeunte. Vera coniunctio ex Pariſinis Carali in Sardinia contigit hora poſt meridiem 1, 34'. Apparens hora 2, 52'. Initium hora 1, 41' poſt meridiem. Finis hora 4, 8'. Digitorum fuit circiter ſeptem: & horas 2, 27' fere tenuit. Annus porro tum agebatur Vrbis Varronianus dxxxvii. Poſt iſtos verò Coſſ. nouem paria ſequuntur vſque ad annum Vrbis dxlvi, quo Coſſ. fuere Criſpinus, & Marcellus, quo cœpit annus Iphiti dlxix, Olympiadis cxliii primus. Quare ſi de 4497 deducas annos 537, reſtant 3960: & ſequente, 3961, Varroniana Palilia prima cœperunt.

pag. 318. Rurſus authore eodem Liuio lib. xxxvii L. Cornelio Scipione, & C. Lælio Coſſ. ante diem V. Eid. Quint. obſcuratus eſt Sol, Luna ſub orbem eius ſubeunte. Conuenit defectus ille anno Per. Iul. 4524, cyclo Solis xvi, Lunæ ii, Martij xiv, feria ii. Verum Nouilunium ex Pariſinis Tabulis Romæ contigit hora 7, 13'. Sole tum in Piſcibus, eorúmque gradu 19, 43' conſiſtente. Apparens coniunctio ſub
ipſum fere Solis ortum, hora 6 matutina ſcrup. 19', 44''. Durauit horas fere duas. B
Sed Romæ nonniſi dimidia conſpecta. Annus quo defectio iſta contigit, numeratur à Varrone Vrbis annus dlxiv, cùm annus ſecundus Olympiadis cxlvi in curſu eſſet. Porro ab anno dlxix Iphiti, ſiue primo Olympiadis cxliii, ad Iphiti ineuntem dlxxxvii, qui anno 4524 Per. Iul. cœpit, anni ſunt xviii; ita vt decimus nonus ſit ſeptingenteſimus octogeſimus ſeptimus. Totidem Cõſulatus ſunt in Faſtis Romanis à Conſulatu Criſpini & Marcelli ad Scipionem & Lælium. Quocirca cùm annus V. C. Varronianus dlxiv cœperit anno Per. Iul. 4524, neceſſe eſt primum iniiſſe anno 3961.

Tertiò memorabilis eſt defectus ille Lunæ, qui Coſſ. L. Paulo Æmilio, & Licinio Craſſo contigit, nocte, quam Prid. Non. Sept. inſecuta eſt dies, ab hora ſecunda noctis ad quartam deficiente Luna, vt refert Liuius lib. xliv, meminítque Plutarchus in Æmilio. Annus hic Vrbis erat dlxxxvi. cyclus erat Lunæ v, Solis x, Per. Iul. 4546, quo eclipſis accidit inter xxii, & xxiii Iunij in anno Iuliano.

Ex Pariſinis Tabulis vera luminarium oppoſitio cadit in horam circiter 21 à me- C
dia nocte diei xxii Iunij. Sole in Geminorum gradu 26 verſante. Durauit horas 4, 6', nempe ab hora ſexta, ſcrup. 53' poſt meridiem ad horam vſque 11, 21'. ac digitorum fuit amplius 15. Tota porro in vmbram immergi cœpit hora 8, 35'. quæ eſt ſecunda καιρικὴ noctis hora. emergere autem ex vmbra cœpit circa horam æquinoctialem 9, 18', paulo ante quartam καιρικήν. Ideo à ſecunda ad quartam noctis horam defecturam eſſe πλατικῶς in militari concione prænunciauit Sulpitius Gallus. vti Liuius refert. Luculentiſſimus hic annorum Vrbis eſt character, & ad communem adſtruendam Chronologiam validum imprimis argumentum: quòd flagrante iam æſtate defectio illa contigerit. vt ex Liuio & Plutarcho poſtea diſputabitur, cùm nouam eruditi viri ſententiam de hoc anno reliquiſque Faſtorum communium expendemus, ac refutabimus.

Quartum annorum Vrbis characteriſmum alia Solis defectio ſuppeditat, quam Cn. Seruilio, & C. Flaminio Coſſ. anno V. C. dxxxvii in Sardinia conſpectam inter alia prodigia, quæ cladem ad Thraſumenum lacum à Romanis acceptam
antegreſſa ſunt, refert libro ii Decadis iii Liuius: cùm ita loquitur; *In Sardinia* D
Solis orbem minui viſum, & Arpis Lunam cum Sole pugnantem. Hanc verò nos defectionem Solis ad Pariſinas tabulas exigentes, anno Per. Iul. 4497 comperimus accidiſſe Carali in Sardinia Februarij xi. Vera ſyzygia commiſſa eſt hora poſt meridiem 1, 34', 19''. Apparens hora 2, 52', 19''. Fuit digitorum fere 7: durauítque horas 2, 27'. Cœpit enim hora poſt meridiem 1, 31', 49''. Deſiit hora 4, 8', 19''.

Quinta Solis itidem eclipſis à Liuio Dec. iv lib. viii ſignificatur: cùm ait anno V. C. dlxvi, M. Valerio Meſſala, C. Liuio Salinatore Coſſ. luce, inter horam tertiam fere, & quartam tenebras obortas eſſe. At nos è tabulis noſtris eruimus anno Per. Iul. 4526 Solem defeciſſe Iulij xvii. Nouiluniũ verum Romæ hora 7, 46', 36''. Apparens hora 6, 26', 36''. Durauit horas circiter duas. digitorum autem fuit ferme 8. Maxima Solis obſcuratio circa horam diei tertiam καιρικήν.

Polib. lib. iv, p. 420. Poſtrema Lunę defectio à Polybio memoriæ prodita eſt lib. iv. vbi eo anno quo Liuius Salinator, & Æmilius Paulus Coſſ. fuerunt, lunã defeciſſe ſcribit: eaq; re ani-

A maduerſa, Gallos mercenarios, qui in Attali exercitu mercebãt, progredi vltra noluiſſe. Hanc verò è Tabulis noſtris deprehendimus anno Per. Iul. 4465. Nouilunium verum in Myſia; vbi tum erat Attalus; contigit Martij xx, hora poſt mediam noctem 2, 4'. Cœpit Luna deficere hora 0, 9'. Tenuit horas 3, 50'. Deſiit hora 3, 59'; 40''. ac digitorum fuit 12 $\frac{1}{3}$ ferè; totáque videlicet obſcurata eſt. Atque iis Coſſ. annus notatur ab V.C. Varronianus DXXXV.

Ex iis omnibus indubitata conditæ Vrbis epocha ſecundum Varronem adſtruitur anno Per. Iul. 3961, ante Chriſtum 752. quod intelliges ſi annos Vrbis cœleſtibus illis obſeruationibus inſignes de annis Periodi Iulianæ detraxeris. relinquentur enim 3960. Quare anno ſequente primus annus, ſiue Palilia prima Varroniana ab Aprili menſe cœperunt. Capitolina verò, quæ vno minus anno numerant; anno 3962. Nos Varronem cum pleriſq; ſequi maluimus. Cui & Cenſorini egregius ille locus, qui à nobis eſt ſuprà propoſitus, adſtipulatur. Etenim anno Chriſti CCXXXVIII, quo libellum ſuum ſcribebat, iniiſſe docet annum V. C. nongenteſimum nonageſimum primum à Palilibus. Hic eſt annus Per. Iul. 4951. Si igitur inde 991 annos detrahas, reſidui erunt 3960. Quare anno 3961 Palilia prima Varro-
B nis inierunt.

DE ÆRA NABONASSARI.

Quoto anno cœperit è cœleſtibus obſeruationibus eruitur. Exponuntur lunaria quædam deliquia à Ptolemæo notata. Cenſorinus illuſtratur.

CAPVT LI.

ANNORVM qui à Nabonaſſaro nomen acceperunt expedita ratio eſt. Nihil enim apud Ptolemæum, & in Aſtronomorum Tabulis celebrius eſt epocha Nabonaſſari; nihil quod minus ignorari poſſit. Itaque præter vnum Mercatorem nemo eſt, qui non in ea opinione
C conſentiat, quam Scaliger & ipſe complexus eſt. Verùm quæ de ſuis coniecturis communem ad ſententiam adiecit, ea ſunt futilia maximè, & in lib. III cap. I refutata. Tale eſt illud de tacita intercalatione confictum, quam Ægyptij Hierophantæ clam obſeruarent. De quo plura non dicam. Satis enim illìc fabulam iſtam redarguimus. Ac de Nabonaſſaro quidem, quis tandem fuerit, mox agendum erit: nunc de illius epocha longè nobiliſſima paucis diſſeremus.

Ptolemaicæ omnes obſeruationes, quæ quidem bene multæ Nabonaſſareis annis & menſibus ab eo conſignatæ ſunt, certiſſimè epocham illam arguunt ex anno Per. Iul. 3967 conſurgere, cyclo Solis XIX, Lunæ XV, Februarij XXVI, feria IV. Sunt autem anni Nabonaſſari Ægyptiaci ſimplices, dierum CCCLXV, ſine vllis horariis appendicibus. Vnde fit, vt poſt annos IV Neomenia Thoth vno die retrocedat; ac poſt annos MCCCCLX, toto anni Iuliani contextu peragrato, ad eundem diem, vnde erat progreſſa, redeat.

Quod igitur anno illo, quem diximus, Nabonaſſari epocha conueniat, ex cœleſtibus omnibus obſeruationibus, quæ à Ptolemæo deſcriptæ ſunt, demonſtra-
D re poſſumus. Exempli gratia: Ptolemæus refert lib. IV eclipſes tres lunares è Babylonia miſſas (à Calliſthene ſcilicet, vt ſuprà cap. de Aſſyriis diximus) Prima Phanoſtrato Archonte contigit, anno Nabonaſſari CCCLXVI, Thoth XXVII, hora 6, 30' à media nocte, Alexandriæ. Congruit hoc cyclo Lunæ XVIII, Solis XIX, Lit. E, anno Per. Iul. 4331, Decemb. XXIII, feria III, ante Dionyſianæ æræ initium anno exeunte trecenteſimo tertio. Anni Ægyptiaci CCCLXV abſoluti cum XXVI diebus horis 6, 30' Thoth, dies colligunt 133251, 6, 30', qui ſunt Iuliani 364, dies 300, horæ 6, 30'. Detrahe ergo de annis 4330, & diebus 356, 7, 30, annos 364, dies 300, 6, 30' relinquuntur anni abſoluti 3966, dies 56. Proinde die quinquageſimo ſeptimo ineunte à media nocte, vel, vt Ptolemæus populari conſuetudine numerare ſolet, ab ortu Solis diei quinquageſimi ſeptimi (qui eſt XXVII Februarij) à Kal. Ian. anni 3967, æra Nabonaſſari cœpit.

Pag. 105 Græcę edit.

Eam porro nos eclipſin ex Tabulis noſtris deprehendimus hora poſt noctẽ me-

diam 6, 47′, fuiſſéque digitorum 2 $\frac{1}{3}$: & horas tenuiſſe 1, 42′. Initium eius hora 5, A
56′. Finis hora 7, 38′. Proinde rectè Ptolemæus lunam ait deficientem adhuc occi-
diſſe. Sol in gradu morabatur Sagittarij, 27, 17′. Secunda defectio Phamenoth
XXIV, ſequente XXV, eodem anno Nabonaſſari CCCLXVI; cuius Thoth cœpit No-
uembris XXVII, feria V, hora poſt meridiem diei XXIV Phamenoth, 8, 20′ Alexan-
driæ; ac tribus circiter horis obſcurata eſt. Hic eſt annus Per. Iul. 4332, quo Iu-
nij XVIII, Phamenoth XXIV incidit, feria V. Nos illam ipſam Lunæ defectionem
in tabulis noſtris inueſtigauimus hora poſt meridiem 8, 30′, apparenti tempore;
quam & digitorum exhibent paulominus ſeptem. durationem porro horarum 3,
4′. Cœpit hora 6, 58′, 3″ à meridie. deſiit hora 10, 2′. Sol in gradu 20, 43′, 51″ Gemi-
norum tunc erat.

Tertium Lunæ deliquium à Ptolemæo notatur anno Nabonaſſari CCCLXVII,
Thoth XVI, ſequente XVII, hora 10, 10′ poſt meridiem, Alexandriæ. Tota verò
Luna defecit: ac prope quatuor horas eclipſis durauit. Atqui tabulæ noſtræ luna-
rem illum defectum anno Per. Iul. 4332 præbent, Decembris XII. quem in diem B
Thoth XVI dies incurrit. Oppoſitio vera, ſiue media defectio, hora 10, 13′, 40″ à
meridie apparenti tempore (quod à Ptolemaico differt ſcrupulis tantummodo 3′,
40″.) Fuit autem digitorum 17. Initium hora 8, 25′, 40″. Finis ineunte Decembris
XIII, hora 0, 1′, 40″. Ita tres horas cum 36′ ſcrupulis tenuit.

Item anno Nabonaſſari DXLVII, Meſori XVI, horis 7 poſt meridiem Luna de-
fecit anno LIV Periodi ſecundæ Calippicæ, vt Hipparchus obſeruabat. Eam nos
eclipſin deprehendimus anno Per. Iul. 4513, cyclo Solis V, Lunæ X, litera BA. Se-
ptembris XXII, feria VI, horis à meridie 7, 15; Sole in Virginis gradu 26, 9′, 39″
conſiſtente: quæ & digitorum fuit 10, 8′ ferè: & horas tenuit 3, 26′. Initium hora 5,
32′. Finis hora 8, 58′ à meridie.

Anni Ægyptiaci DXLVI abſoluti cũ diebus CCCXLVI, qui ad XVI Meſori à Neome-
nia Thoth lapſi ſunt, dies colligũt 199636, qui sũt anni Iuliani DXLVI, dies CXXXVI.
Deduc annos 546, dies 136, de annis 4512, diebus 266, quot à Kal. Ian. anno 4513
biſextili numerantur ad XXII Sept. relinquentur anni abſoluti 3966, & dies 56. C
Quare anno 3967, Februarij XXVI iniit Thoth Nabonaſſari. Quod quidem ex re-
liquis omnibus obſeruationibus concluditur, quas Ptolemæus paſſim deſcribit.
Atque ea demum certiſſima probatio eſt; cùm defectus Solis ac Lunæ præſertim
vno aut duobus annis fallere nequeant. Nam quæ hoc anno, verbi gratia, dies
Neomeniam lunarem habuit, ea ſequente anno, Lunæ vndecima circiter nume-
rabitur. Ideo non alij quatuor illis eclipſibus anni tribui poſſunt, quàm quos attu-
limus. Atqui de æra Nabonaſſari vnius tantùm anni diſcrepantia eſt. Quare per-
peram Mercator vno anno æram Nabonaſſari moratur, eámque coniicit in an-
num Per. Iul. 3968. Vnde eclipſes duas, quarum prior anno Chriſti XLV, Claudij
V contigit; altera anno Chriſti LIX; confert in annos XLVI, & LX; cum illa anno
Nabonaſſari 792 Meſori 25; iſta Nabon. 806, Pachon 25 contigerit. qui ſunt an-
ni vulgaris æræ, XLV, & LIX; cyclis Lunæ VIII, & III, quibus ſolis eclipſes illæ com-
petunt, non autem ſequentibus. Sed de iis poſtea.

Cenſorinus prætereа loco illo, quem antè citauimus eandem epocham firmiſ-
ſimè demonſtrat. Etenim anno Chriſti, vt oſtenſum eſt, CCXXXVIII, Per. Iul. 4951, D
annum Nabonaſſari nongenteſimum octogeſimum ſextum putari docet. Porro
Thoth anni illius iniit Iunij XXV. Si igitur anno Per. Iul. 4951 cœpit annus Nabo-
naſſari 986, neceſſe eſt primum annum inchoatum eſſe anno Per. Iul. 3967.

Temporarij error.

Hîc Temporarius immeritò Cenſorinum redarguit Demonſtr. Chronol. lib.
III, cap. de Temporibus Romanorum, quòd *Vlpij, & Pontiani Conſulatum adſcri-
bat anno Nabonaſſari nongenteſimo octogeſimo ſexto; quem cœleſtes motiones tribuunt anno*
DCCCCLXXXIV. Quòd ille ſic probat: Anno Chriſti LIX cõuenit Vipſanij & Fonteij
Conſulatus, quo eclipſis Solis incidit Prid. Kal. Maias. Eſt autem hic annus Nabo-
naſſari DCCCVI Pachon XXV. adde annos CLXXVIII, habebis annos DCCCCLXXXIV.
Verùm in eo deceptus eſt, quod Vlpij & Pontiani Conſulatum exiſtimauit eſſe
centeſimum ſeptuageſimum octauum poſt illum Vipſanij, & Fõteij, quaſi incide-
ret in annum Chriſti CCXXXVII. Eſt autem centeſimus ſeptuageſimus nonus. Nam
Chriſti, vti dictum eſt, anno LIX Vipſanius & Fonteius Coſſ. extiterunt. Vl-

A pius autem, & Pontianus, anno Chriſti ccxxxviii. Anno Chriſti lix cœpit Thoth Nabonaſſari octingenteſimus ſeptimus Auguſti ix: cùm eclipſis illa Solis labente adhuc octingenteſimo ſexto contigiſſet, die xxv Pachon, prid. Kal. Maias. At anno Chriſti ccxxxviii, Thoth Nabonaſſari nongenteſimus octogeſimus ſextus iniit Iunij xxv; poſt quem diem Cenſorinus libellum ſuum ſcripſit. Anno verò Chriſti ccxxxvii deſiit annus Nabonaſſari dccclxxxiv, & iniit dccclxxxv. Ita conſtat rectè ab Cenſorino compoſitum annum Nabonaſſari cum annis reliquis; perperam verò à Temporario reprehendi. Qui nihilominus & in eo labitur, quod annos ab Vrbis epocha vſque ad Thoth Nabonaſſari tantùm quinque computat. Condita Vrbs eſt ex Varrone anno Per. Iul. 3961; Nabonaſſari primus annus iniit anno pòſt ſeptimo, hoc eſt 3967. Interuallum annorum ſex.

Ad ſummam, annus primus Nabonaſſari iniit anno Per. Iul. 3967, cyclo Solis xix, Lunæ xv, Februarij xxvi ab ortu Solis ſecundum popularem conſuetudinem, quo dierum cardine paſſim Ptolemæus vtitur.

B

De initio Chaldaici regni à Nabonaſſare, & quis ille fuerit.

Capvt LII.

IOannes Funccius, Mercator, Buntinghus, & alij Nabonazarum, vti Cenſorinus eum vocat, vel, vt Ptolemæus, Nabonaſſarum eundem eſſe cum Salmanaſſare crediderunt. Alij diuerſum quidem, ſed eodem tamen extitiſſe tempore putant. vti Temporarius, qui Nabonaſſarum Satrapam Babyloniæ cenſet à Salmanaſſare conſtitutum. Vtraque opinio falſa eſt. ſed prior illa longè falſiſſima; quam firmiſſimis rationibus plerique confutarunt. Ideo nos in illorum explicandis, ac refellendis argumentis opera non abutemur. Sed quis ille tandem Nabonaſſarus fuerit; & quo cum ex iis, quorum Scriptura meminit, principibus idem eſſe videatur, accuratiſſimè perueſtigabimus.

C Annus primus Nabonaſſari, vt proximè demonſtratum eſt, incidit in annum Per. Iul. 3967, Olympiadis ſeptimæ annum quartum labentem, ſiue Iphiti xxviii; Vrbis ſeptimum, ſi à Kal. Ian. Iuliano more computes. Idem erat annus ante æræ Chriſtianæ primordium ſeptingenteſimus quadrageſimus ſeptimus Iulianus. Natalis autem Chriſti vulgaris incurrit in annum Nabonaſſari dccxlviii, cuius Thoth iniit Auguſti xxiii. Regum porro Babyloniorum prima omnium in Scriptura mentio fit lib. iv Reg. cap. xx, 12, vbi anno Ezechiæ xiv circiter, poſtquam à morbo conualuit, legatos ad eum cum muneribus miſiſſe dicitur Merodach, filius Baladan rex Babyloniorum, *vt interrogarent de portento, quod acciderat ſuper terram*, 1 Par. xxxii, 31. Annus primus Ezechiæ, vti poſtea demonſtrabitur, conuenit anno mundi 3257, Per. Iul. 3987. Itaque decimus quartus eiuſdem iniit Per. Iul. 4000, mundi 3260, qui eſt annus poſt Nabonaſſari primordiũ, triceſimus quartus. Salmanaſſar anno Ezechiæ ſexto captiuas x Tribus abduxit circa annum Iul. Per. 3993, Mundi 3263. Porro regnante Ezechia, reges Aſſyriorum tres iſti fuerunt, Salmanaſſar, Sennacherib & Aſſaraddon, vt cap. xv ſuprà docuimus. Apparet verò D Salmanaſſarem diuerſum eſſe ab Nabonazaro. Nam quo tempore Aſſyriis imperabat ille, Babyloniorum rex erat Merodach. Vnde conſequens erit, vnum & eundem eſſe, Salmanaſſarum, Nabonaſſarum, & Merodachum; quod ridiculum eſt. Quocirca Nabonaſſarus aut eſt Baladan ille, cuius Merodach filius appellatur iv Reg. cap. xx, 12, aut certe Ilulæus, qui in Laterculo regum Babyloniorum in canone Mathematico ponitur; quem nos hoc loco deſcribemus. Hunc Canonem Ptolemæi nomine nuper ediderunt: quem & Scaliger in Collectaneis expreſſit. Nos ex vtraque illa editione nominum ὀρθογραφίαν, pro eo atque probabilus viſum eſt, concepimus.

Certè mendoſus eſt à Rege XIII: genuinus eſt ille quem è M.S. Londinenſi habent Calviſius pag. 75. Iſag. et Behmius p. 259.

Canon Mathematicus Babyloniorum Regum.

	Regum nomina.	Anni regni.	Anni collecti.
I	Nabonaſſarus	14	14
II	Nadius	2	16
III	Chozirus & Porus	5	21
IV	Ilulæus	5	26
V	Mardokempadus	12	38
VI	Arcianus	5	43
VII	Interregnum	2	45
VIII	Belithus	2	48
IX	Apronadius	6	54
X	Rigebelus	1	55
XI	Meſeſſimordacus	4	59
XII	Interregnum	8	67
XIII	Ieariedinus	13	80
XIV	Saoſducheus	9	89
XV	Chyniladanus	14	103
XVI	Nabopolaſſarus pater Nabuchod. | alij	21 25	124
XVII	Nabopolaſſarus, ſiue Nabuchodon.	43	167
XVIII	Iluarodamus	3	170
XIX	Neregaſolaſarus	5	175
XX	Nabonadius	32	209
XXI	Cyrus	9	218
XXII	Cambyſes	8	226
XXIII	Darius	36	262
XXIV	Xerxes	21	283
XXV	Artaxerxes prior	41	324
XXVI	Darius Nothus	19	343
XXVII	Artaxerxes II	46	389
XXVIII	Ochus	21	410
XXIX	Arſes	2	412
XXX	Darius Arſami	6	418
XXXI	Alexander M.	6	424

A Hoc in Canone anni collecti à Nabonaſſaro ad Alexandrum, Ptolemæo, ac reliquis Aſtronomis conſentanei ſunt; nempe CDXXIV, quot illi à Thoth Nabonaſſari ad Thoth Alexandri M. qui ab eius obitu computatur, numerare ſolent; vti ſuo loco dicetur. Sed in aliis quibuſdam mendoſus eſt Canon, quod ſingillatim propriis locis conſtabit.

Alexandri Polyhiſtoris error.

Errat verò multò magis Alexander Polyhiſtor; qui, vt excerpta Euſebiana docent, arbitratus eſt Nabopolaſſarum eſſe Sardanapalum; cùm Nabonaſſarus, qui CXXIV annis Nabopolaſſarum anteceſſit; poſterior ſit Sardanapalo annis CXXX circiter. Qua ratione falſa & illorum opinio B conuincitur, qui Baladan cenſent Beleſim illum fuiſſe, quem Arbaces euerſo Medorum imperio Babyloniæ præfecit. Siquidem Merodach filius Baladan, quem meritò ſuſpicantur eſſe Mardokempadum, CLX ferè annis Arbace poſterior eſt. Quamobrem vti poſt veteres illos Aſſyrios à Medis extinctos, eorum reliquiæ, excuſſo Medorum iugo, Niniue rurſus nouum inſtaurarunt imperium. Ita aliquanto poſt Babylonij, qui quidem vel Medis, vel Aſſyriis hactenus paruerant, Nabonaſſaro duce, libertatem ac regnum ſibi pepererunt. quorum tamen obſcura primordia, Aſtronomorum Tabulis, quam rerum geſtarum C memoria, clariora fuerunt, vſque ad Nabopolaſſarum, & Nabuchodonoſorem, quibus principibus Babylonicum regnum paulatim amplificatum in immenſum excreuit: de quo poſteà. Et quidem initio Babylone ferè ſola potitus videtur Nabonaſſarus, cùm regio ipſa, vel eius pars aliqua ſaltem ab Aſſyriis occuparetur. Hinc eſt, quod Salmanaſſar Libro IV Regum, cap. XVII, 24, colonos è Babylonia in Samariam miſiſſe dicitur. Nam Babel illîc regionem ipſam ſignificat: ne quis verum eſſe putet, quod aliqui ſibi perſuadent, Salmanaſſarem Babyloniæ præfeciſſe Nabonaſſarum. Nam ab initio Nabonaſſari ad VI Ezechiæ anni ſunt ferè XXVIII; at longè pauciores Salmanaſſari vulgò tribuuntur. Sed regum illorum tempora, vt & hiſtoriæ, ſumma in obſcuritate verſantur. Nos ab omni temeritate, ac diuinatione, quoad licet, Chronologiam noſtram abſtinemus. D

A

De initio MardoKempadi, qui videtur eſſe Merodach.

Capvt LIII.

AD æram Nabonaſſari alteram hanc adiunximus, quòd & proximè ſecuta ſit, & ad idem regnum pertineat, & eâdem denique anni forma nitatur. Igitur Mardokempadus Babylonis rex fuit, qui, vt ex Canone liquet, quintus Babyloniæ rex à Nabonaſſaro numeratur. Huius verò epocham inſignem faciunt, & muniunt eclipſes lunares aliquot à Ptolemæo deſcriptæ, ex Chaldæorum commentariis Lib. IV, pag. 95 Edit. Græcæ.

Prima contigit anno primo illius, Thoth XXIX, ſequente XXX, anno Per. Iul. 3993, Martij XIX, feria ſecunda, cyclo Lunæ III, Solis XVII, lit. A G, horis VIII, 40′ à meridie diei XIX, Alexandriæ. Annus erat Nabonaſſari XXVII, cuius Thoth Februarij XX. Eadem eclipſis ad noſtras exacta Tabulas contigit hora 8, 52′, fuitque digitorum 18 ½ ferè. Cœpit hora 6, 45′; deſiit hora 10, 51′. Tempus horarum 4, 6′. Sol in Piſcium gradu 18, 5′. Secunda conuenit anno ſecundo Mardokempadi, Thoth XVIII ſequente XIX, Per. Iul. 3994, cyclo Lunæ IV, Solis XVIII, lit. F, Martij VIII, feria VI, horis XI, 10′ à meridie diei octauæ Martij; anno Nabonaſſari XXVIII; cuius Thoth iniit Februarij XIX. Tabulæ noſtræ hanc eandem referunt hora XI, 4′, 21″, digitorúmque faciunt 3, 15′ ferè. Duratio horarum fuit 1, 56′. Cœpit hora 10, 6′. finis hora 12, 2′. Sol in Piſcium gradu tum erat 6, 55′.

B

Tertia eodem anno contigit, Phamenoth XV, ſequente XVI, Septemb. primo, feria prima, horis VII, 40′, à meridie diei primæ Sept. Ex noſtris Tabulis eruitur eclipſis medium hora 8, 22′, 26″ à meridie diei primæ Septembris: initium verò hora 6, 58′, 26″; finis, hora 9, 46′, 26. Digitorum fuit amplius 5. durauit horas 2, 48′. Sol in Virginis gradu tum erat 1, 13′. Ex iis apparet Mardokempadi æram conſurgere ex anno Per. Iul. 3993, à Neomenia Thoth, quæ Februarij XX cœpit, anno biſextili. Hunc regem probabile eſt eſſe Merodach, qui Lib. IV Reg. cap. XX ad Ezechiam legatos miſit. Nam & appellatio eadem ferè, & tempus congruit. Ezechias enim cœpit anno Per. Iul. 3987: cuius anno ſeptimo, vel ſexto exeunte Merodach iniit.

C

De interuallo à conditu Templi Salomonici ad eiuſdem excidium. Exponitur vtriuſque regni Iudaici ſeries.

Capvt LIV.

VENTVM ferè iam ad illa tempora, quibus Hebræorum res cum externis implicatæ ſunt; ex quo paulatim à Dei cultu, & legis obſeruantia deficientes peregrinarum ſe gentium commercio, & conſuetudini dediderunt. Quare ſacra deinceps hiſtoria cum profana coniungenda, & alterius altera ſubſidio hominum ad vſum & intelligentiam munienda videtur. Cuius rei ſtudio priuſquam inſigniores tam Iudæorum, quàm exterorum principum epochas, aut illuſtrium rerum memoriam proſequamur, Regum vtriuſque apud Iudæos imperij ſucceſſionem explicabimus, & amborum inter ſe tempora conciliabimus. Arduum profectò negotium, & propter ſingularem obſcuritatem variis modis à pleriſque tentatum; quorum diligentiæ nihil hic noſter labor officiet; ſed nonnihil etiam Chronologiæ ſtudioſorum, vti ſperamus, adiuuabit induſtriam. Placet itaque, quo controuerſiæ difficultas, ac ſtatus manifeſtiùs appareat, duorum illorum regnorum, Iudæ ſcilicet, & Iſraëlis ſeriem ac tempora deſcribere, quemadmodum in ſacra Regum Hiſtoria continetur: ac deinde propoſitis iis, quæ obſcuritatis, & ambiguitatis aliquid afferunt, enucleare, ac per partes explicare ſingula; vt hoc modo veri Regum illorum anni, hoc eſt non inuicem conſerti, ac permiſti, ordine pertexantur. Ergo illud primum rudiorum in gratiam ex hiſtoria ſacra repetendum eſt. Cùm hactenus Iudæorum

D

nomen, ac regio ipſa tota principi vni paruiſſet, iſque rerum ſtatus tribus ſub Regibus, Saüle, Dauide, Salomone perſeueraſſet, demum Roboamo regnante, ſub ipſum imperij primordiũ ſciſſum eſſe duas in partes, ac duo poſtmodum regna conſtituta; quorum alterum Iudæ regnum; alterum Iſraëlis appellatum eſt. Illius caput erant Hieroſolyma; huius aliquot ab exordio annis caput eſt facta Samaria. Iudæ regnum ad Sedeciæ annum vndecimum annis ferè CCCCXXIII perſtitit; donec à Nabuchodonoſoro deletum eſt, Vrbe ipſa cum Templo concremata. Iſraëliticum verò breuiori tempore perſeuerauit, ad ſextum annum Ezechiæ: quando Salmanaſſar Aſſyrius X Tribus captiuas abduxit. quod interuallum annos ferè CCLIV complectitur. His ἐν προθεωρίας λόγῳ præmiſſis, nunc Regni vtriuſque ſeriem, ſequente Tabula proponemus. A

LATERCVLVM VTRIVSQVE regni ſecundum deſcriptionem Hiſtoriæ ſacræ.

Reges Iuda.	Anni Regum poſt conditum Templũ.
Salomon	XXXVI
Roboam	XVII
Abiam	III
Aſa	XLI
Ioſaphat	XXV
Ioram	VIII
Ochozias	I
Athalia	VI
Ioas	XL
Amazias	XXIX
Azarias, qui & Ozias	LII
Ioathan	XVI
Achaz	XVI
Ezechias	XXIX
Manaſſes	LV
Amon	II
Ioſias	XXXI
Ioachas	m. III
Eliakim, qui & Ioakim	XI
Ioachin	m. III
Sedecias	XI
Colliguntur ab anno V Salomonis, anni CCCCXXIX, m. VI.	

Reges Iſraëlis.	Anni.
Ieroboam	XXII
Nadab	II
Baaſa	XXIV
Ela	II
Zamri	d. VII
Amri	XII
Achab	XXI
Ochozias	II
Ioram	XII
Iehu	XXIIX
Ioachaz	XVII
Ioas	XVI
Ieroboam	XLI
Zacharias	m. VI
Sellum	m. I
Manahem	X
Phacea	II
Phacee	XX
Oſee	IX
Colliguntur anni CCXLI, m. VII, d. VII.	

Quod in Scripturis interpretandis obſeruandum eſſe Theologi docent, vt eius, quoad licet, expreſſis verbis, ac ſententiis inſiſtamus; nec ab eo B ſenſu recedamus, qui primus nobis obuius eſt, ac natiua vocum ſignificatione continetur; idem in hac Regum hiſtoria, & annorum, qui ſingulis attribuuntur, numero tenendum eſt. Verùm cùm iidem illi permiſſum exiſtiment, vt quoties ex accurata, &, vt vocant, literali Scripturæ ſententia pugnans aliquid, vel abſurdum, & incommodum ſequitur, quod interpretatione nulla mitigari poſſit, tum ab obuio illo ſenſu paululum deflectamus; idipſum nobis eadem in Regum ſerie neceſſariis de cauſis factitandum erit. C Etenim ex annis in vtraque ſucceſſione cum expanſis, tum inuicem comparatis, multa oriuntur ἄπορα, & inſolubilia; quibus Chronologi variis interpretationum modis occurrere, ac mederi hactenus conati ſunt. Conciliandi porrò rationes ad duo fermè, vel tria capita reuocantur. Nam aut anni labentes, & inchoati pro completis in numerum procedunt: ſiue è contrariò, prætermiſſis excurrentibus annorum particulis, ſoli integri, ac vertentes anni computantur: aut patre adhuc ſuperſtite, ac regnante, filius in regni conſortium adſcitus eſt; & aliquot cum patre annis imperauit: aut denique regum initia ad popularis anni epocham accommodantur. D Eſt enim illud Magiſtrorum in Talmudicis commentariis celebre decretum: Annos regum Iudaicorum, vndecumque tandem inierint, à Niſan incipere, ab eóque procedere: exterorum verò Regum à Tiſri. Tum illud: anni partem pro anno integro vſurpari. Vnde ſi eodem die, puta XXIX Adar, fingamus Ioacim Hieroſolymis, & Nabuchodon. Babylone reges creari, poſtridie Ioacimi ſecundus annus putari incipiet, labente adhuc Nabuchodonoſoris primo. Hæ cauſæ omnes, vel eorum aliqua Regum illorum temporibus interuenire potuerint; vt propterea multa nobis ἐναντιοφανῆ & perplexa paſſim occurrant: ob quæ de annorum, quæ ex Scriptura colligitur, ſumma nonnihil detrahendum eſt, vt Chronologicos annos habeamus. Chronologicos autem eos voco, qui cùm ſolidi, nec inuicem permiſti ſint, numerum auctiorem efficiunt. Sed iam ſingula quæſtionum capita percurramus.

A

Explicantur quæſtionum omnia capita, quæ ad vtriuſque regni tempora, & annorum ſeriem pertinent.

CAPVT LV.

I. Caput de annis Aſa.

I. DE Salomonis reliquis annis à Templi conditu nemo dubitat; cùm & XL regnarit annis, & ex iis quatuor primi decerpendi ſint; quoniam anno quarto Templi ædificationem molitus eſt, III Reg. VI, I. Vnde ſex & triginta relinquuntur. Poſtea Scriptura lib. III, cap. XV, 10, refert anno XX Ieroboam regnare cœpiſſe Aſam regem Iuda. quod ſic interpretamur, vt in aliqua particula anni viceſimi Ieroboami primus Aſæ cœperit. Verùm & Roboamo XVII, & tres Abiamo ſolidos anno tribuimus.

II. Ieroboam, & Nadab.

B II. Ieroboam annis regnauit XXII, Nadab annis duobus, cœpitque anno ſecundo Aſa, III Reg. c. XV, 25. Si Aſa anno viceſimo Ieroboam iniit, & anno Aſa ſecundo, Nadabus; oportet anno XXI Ieroboami mortuum eſſe Nadabum. Aut ſi annum viceſimum Ieroboami, quo regnaſſe cœpit Aſa, pro expleto viceſimo, & ineunte XXI ſumamus; anno ergo XXII patris ſui, mortuus eſt Nadab. Hæc nos ita cōciliamus. Anno Ieroboami XXI cœpit primus Aſa. porro Ieroboam annos expleuit XXI, & libauit paucos è viceſimo ſecundo dies. Nadab anno XXI patris ſui in regni ſocietatem vocatus vnum cum eo regnauit annum, alterum ſolus. Ideo biennium quidem regnauit; ſed Chronologici anni tantummodo Ieroboamo XXI aſſignantur, Nadabo vnus: quem tamen integrum poſt parentis obitum non regnauit: huius enim partem ſibi Baaſa vendicat. Itaque ſi Chronologicorum annorum habenda ſit ratio, Nadabus expungendus fuerit, ſi Baaſæ XXIV annos aſſignemus; aut vt Nadab ordinem tueatur, vnus Baaſæ detrahendus eſt.

III. Baaſa & Aſa.

III. Baaſæ Scriptura XXIV annos imputat. Idem verò cœpiſſe memoratur anno Aſa III, cap. XV, 23. Atqui Aſa iniit anno XX Ieroboami. igitur anno viceſimo ſecundo Ieroboam cœpit Baaſa, neque locus vllus Nadabo relinquitur. Reſpondemus annum illum, qui Nadabo vnicus à nobis tribuitur, tres ſimul reges habuiſſe. Nam paucos eius dies Ieroboamus obtinuit; Nadabus aliquot menſes; reliquum Baaſæ concedimus. Sed primum hunc Baaſæ Nadabo dedimus, & XXIII tantùm Baaſæ præfinimus; ne Nadabus prorſus omitteretur.

C

IV. Ela & Baaſa.

IV. Ela rex Iſraëlitarum regnauit annis duobus; cap. XVI, 8, & cœpit anno Aſæ XXVI. Atqui Baaſa iniit anno Aſæ tertio. Itaque ſi XXIV expleſſet annos, ſucceſſor eius Ela nonniſi viceſimò ſeptimo Aſæ cœpiſſe debuit. Hinc apparet Baaſæ meritò XXIII tantùm ſolidos aſſignari, ita vt vnus ex illis annus duas totidem annorum particulas decerpſerit. Item Zamri, qui diebus VII regnauit Iſraëlitis; iniit anno XXVII Aſæ, cap. XVI, 15. Amri quoque, qui ei ſucceſſit, & annis XII regnauit, eodem anno XXVII Aſæ cœpit, vnde viceſimus quartus Baaſæ Zamri & Amri communicandus eſt.

V. Amri & Baaſa.

V. Quod ad Amri & Baaſam pertinet, duæ ſunt celebres quæſtiones. Prima eſt: Baaſa XXIV annus regnaſſe dicitur; & anno Aſæ tertio cœpiſſe. Atqui lib. Paral.
D II, cap. XV, 19, & XVI, I, Baaſa anno triceſimo quinto Aſæ completo, & triceſimo ſexto ineunte dicitur Iudæ regnum infeſtaſſe. Mitto varias ſuper ea re ſententias. Ego probabilem ex omnibus illam eſſe cenſeo; quæ annum illum triceſimum ſextum non ab initio Aſiæ; ſed à diuiſione Iudaici regni in regnum Iudæ, & Iſraëlis deductum exiſtimat, videlicet à morte Salomonis, ad XVI Aſæ, & XIV Baaſæ. Altera quæſtio: mortuo Zamri, Iſraëlitarum rex Amri regnauit annis XII; cúmque Zamri non plus ſeptiduo regnarit, anno XXVII Aſæ, neceſſe eſt eodem anno cœpiſſe ſucceſſorem eius Amri. At verò com. 23 Scriptura dicit anno XXXI Aſa regis Iuda regnaſſe Amri. Cōmunis, & perfacilis eſt reſponſio. Nam, vt eadem Scriptura com. 21, & 22 docet, occiſo Zamri, populus in duas factiones abiit: altera ſecuta eſt Amri; altera Thebni; qui aliquot annis cum Amri contendiſſe videtur; nempe à XXVII Aſæ ad eiuſdem XXXI; quo Amri quietè ac pacificè regnum obtinuit. Quatuor igitur annis in illo turbulento regni ſtatu; reliquos pacatis iam re-

bus exegit. Idem Amri Samariam ædificauit in monte, quem à Somer emerat, A
cap. xvi: ibíque deinceps Iſraëlitici regni caput extitit.

VI. Ioſaphat.

VI. Ioſaphat anno quarto Achabi regnare cœpit, iii Reg. xxii, 41. Achab verò anno xxxviii Aſa regis Iuda, cap. xvi, 29. Proinde Aſa moritur anno quarto Achab. Ex quo fit, vt quadrageſimo primo Aſæ Ioſaphat eius filius cœperit. Sed nos dicimus labente eodem xli Aſæ, & quarto Achabi cœpiſſe primum Ioſaphat; ita vt maiori parte cum v Achab concurrerit. Quare ineunte xxxviii Aſa iniit Achab; ſub finem verò xli Aſa, & quarti Achab, paulo ante obitum Aſa, rex inauguratus, aut deſignatus eſt Ioſaphat; ita vt primus eius reſpondeat potiùs quinto Achab.

VII. Achab, & Ochozias.

VII. Achab cœpit; vti dictum eſt, anno xxxviii Aſa; in quem & duodecimus Amri competit: cuius initium contigit anno xxvii Aſa. Ideo Amri vnum annum B
detrahimus, vt Chronologicos annos imputemus xi. Ochozias filius Achab cœpit regnare in Iſraël anno ſeptimodecimo Ioſaphat regis Iuda. iii Reg. xxii, 52, & biennio regnauit. Cùm igitur Ioſaphat anno quarto, vel quinto ineunte Achabi regnum adierit, regnauerit autem Achab annos xxii, lib. iii Reg. cap. xvi, 29; oportet Achabum deceſſiſſe anno xviii Ioſaphat regis. Igitur Ochozias anno viceſimo ſaltem exeunte Achab patris ſui regnauit; ciúſque anni duo in numerum non procedunt, ſed viginti duobus patris annis abſorbentur. Cui tamen lib. iv Reg. cap. i, Scriptura repugnare videtur; quæ Ochoziam poſt mortem parentis pro rege ſe geſſiſſe demonſtrat. Sunt qui Ochoziæ annos in ſerie Chronologica non computant: quod & neceſſe eſt; ſi Achabo xxii annos ſolidos arrogemus. Verùm ne rex ille, qui poſt obitum patris aliquanto vtique tempore ſceptrum tenuit, penitus prætermittatur, Achabi annos illos non vertentes, ac ſolidos, ſed quoſdam ex illis inchoatos duntaxat fuiſſe credimus. Achabi, vt dictum eſt, primus iniit cum xxxviii Aſa regis Iuda: Ioſaphat autem primus ſub finem quarti Achab. Vnde Ochozias ineunte anno xvii Ioſaphat, Achabi verò xxi ſimiliter in- C
eunte, rex à patre creatus eſt; & cum eo ſolidum imperauit annum; alterum verò cum viceſimo ſecundo patris incepit, & eo mortuo aliquot deinde menſibus continuauit. Nam Achab annum regni ſui xxii paucis diebus libauit. Vnde primum annum & viceſimum ſecundum non integros obiit. Verùm nos in ſerie Chronologica annos tantùm aſſignamus xxi, Ochoziæ vnum.

VIII. Ioram.

VIII. De Ioramo vtroque, hoc eſt tam Iudæ, quàm Iſraëlitarum rege, Achabi filio, fratre Ochoziæ, perplexior eſt quæſtio. Hic enim anno xviii Ioſaphat regnaſſe fertur, lib. iv Reg. cap. iii. At cap. i, 17 regnaſſe dicitur anno ſecundo Ioram filij Ioſaphat regis Iuda; & hic ipſe Ioram Iuda rex capite viii, 16 regnauit anno quinto Ioram regis Iſraël. Quæ quidem ænigmatis ſimilia videntur. Reſpondemus imprimis Ioramum filium Ioſaphat in regni conſortium à patre vocatum; idque Scripturam haud obſcurè ſignificare, iv Reg. viii, 16. *Anno,* inquit, *quinto Ioram filij Achab regis Iſraël, & Ioſaphat regis Iuda* (ſubaudi tempore, non anno perinde quinto) *regnauit Ioram filius Ioſaphat rex Iuda.* Porro cùm Ioram iſte cœperit anno v Ioram filij Achab, qui anno xviii Ioſaphat iniit, exeunte ſcilicet, in- D
eunte verò xix, conſequens eſt Ioram à Ioſaphat regem eſſe factum anno exeunte regni ſui xxii, & ineunte xxiii; ita vt triennium cum patre ſolidum imperauerit; reliquos poſt eius obitum. At Ioramus Iſraëlita duplex habuit initium regni: Primum anno xviii Ioſaphat, poſt fratris Ochoziæ mortem, antequam rex à populo fieret; cui proregis nomine & authoritate tantiſper præfuit, annis videlicet ferè ſex, vſque ad annum xxiii exeuntem Ioſaphat, & ineuntem xxiv; quando rex à populo eſt electus. Quod ſecundum initium lib. i Reg. cap. i, 17 intelligitur; alterum verò, cap. viii, 19.

IX. Ioram

IX. Ochozias iniit anno duodecimo Ioram regis Iſraël: lib. iv Reg. cap. viii, 25, & vno anno regnauit. Porro Ioram pater Ochoziæ cœpit, vt vidimus, anno quinto ineunte Iorami filij Achab, ineunte viceſimo tertio. Ideo octo illius anni (totidem enim regno præfuit) adæquantur cum octo reliquis Iorami Iſraëlitæ, cui xii tribuuntur. Itaque neceſſe eſt octauum Iorami regis Iudæ, & duodecimum Iorami Iſraëlitæ eſſe primum, & vnicum Ochoziæ filij Ioram, regis Iuda. Propterea nos Ioramo regi Iuda vii duntaxat annos aſſignamus; hoc eſt tres, quos

A cum patre regnauit; tum quatuor poſt eius obitum integros, & quintum aliqua parte libatum; cuius reliqnum Ochoziæ tribuimus.

X. Super eodem Ochozia moleſta, & perplexa quæſtio eſt. Etenim pater eius Ioram annorum erat XXXII, quando regnare cœpit, & VIII regnauit annis. IV Reg. VIII, 17. Moritur ergo ætatis anno quadrageſimo. Ochozias verò eius filius cùm regnum iniit, erat XLII annorum, vt eſt lib. II Paral. XXII, 1; & anno vno regnauit. Igitur biennio patre ſuo maior extitit. Animaduertendum igitur eſt, etſi in libro Paralip. Ochozias cùm regnare cœpit, XLII annos natus eſſe dicatur, tamen in lib. IV Reg. cap. VIII, 25, viginti duos annos duntaxat eidem attribui, quando regnare cœpit. Quinetiam in Sixtiana Editione LXX Interpretum, pro XLII annis, duo tantùm & viginti numerantur. Ex quo facilè coniicimus Hebræos codices in loco illo libri Paralip. deprauatos fuiſſe, proindéque vel XXII annos pro XLII ſubſtituendos eſſe; vel, vt alij Græci codices habent, XX. — X. Ochozias

XI. Poſt Ochoziam Athalia regnum per tyrannidem vſurpauit annis ſex. Succedit Ioas, annis XL; cuius anno XXII moritur Iehu rex Iſraëlis. Nam Ioachaz Ie- — XI. Ioas, & Amaſias.
B hu filius iniit anno Ioæ regis Iuda viceſimo tertio, IV Reg. XIII, 1. Ioas autem anno cœpit Iehu regis ſeptimo: ibidem cap. XII, 1. Ioam Iudæ regem excepit Amaſias filius, qui annos XXIX regnauit; cœpitque anno ſecundo Ioas filij Ioachaz regis Iſraël, IV Reg. cap. XIV, 1, 2. Porro Ioas rex Iſraëlis regnum orſus eſt anno XXXVII Ioas regis Iuda, & ſedecim regnauit annis, cap. XIII, 10. Si Ioas Iſraëlita cœpit anno Ioas regis Iudæ triceſimo ſeptimo, eius ſecundus annus erit Ioæ Iudæ regis triceſimus octauus: idem autem eſt Amaſiæ primus. Quare Amaſias anno patris ſui XXXVIII cœperit, & cum eo triennium regnauerit. Rurſus Amaſias poſt mortem Ioas Iſraëlitæ vixit annis XV, vt eſt IV Reg. XIV, 17. Ergo mortuus eſt anno Ieroboami filij Ioas decimo quinto. Atqui Azarias filius Amaſiæ, qui patri ſtatim ſucceſſit, iniit anno Ieroboami XXVII, cap. XV, 1: Zacharias verò Ieroboami F. anno cœpit Azariæ XXXVIII: Sellum deinde, ac Manahem anno Azariæ XXXIX. Si Azarias regnare cœpit anno Ieroboami XXVII, quinquageſimus ſecundus ipſius annus cadit in quartum Oſee regis Iſraëlitici, quod eſt abſurdiſſimum. Nam Oſee cœpit anno duodecimo Achaz, lib. IV Reg. cap. XVII, 1, & præterea Phaceia, qui duodecimo fere anno poſt obitum Ieroboami ſecundi regnauit, iniit an-
C no quinquageſimo Azariæ, cap. XV, 23. Phacee quoque qui poſt biennium Phaceæ regnauit, cœpit anno Azariæ LII, vt eodem capite legitur.

Hæc hiſtoriæ Regum ἄπορα variè à Chronologis explicantur. Nos quid nobis videatur breuiter exponemus. Ioas Iſraëlita filius Ioachaz duplex; vt opinor, initium habuit: primum anno Ioas regis Iuda triceſimo ſeptimo, Ioachaz autem patris ſui decimo quinto, quo cum vnum, & alterum regnauit annum. Eo mortuo, & anno Ioas regis Iuda triceſimo nono aliud exordium cepit. Ita factum, vt anno ſecundo Ioas Iſraëlitæ, poſt quadrageſimum Ioas regis Iuda ſucceſſerit Amaſias. Similiter Ieroboam duplex initium habuit. Primùm enim à Patre Ioazo prouectus eſt ad regnum, anno ipſius ſexto, Amaſiæ quarto; & vndecim cum patre regnauit annis. Iterum mortuo parente, anno Amaſiæ decimo quinto exeunte, regnare cœpit; à quo tempore quadraginta & vnus anni, quibus regnauit, procedere incipiunt. Quocirca anno viceſimo ſeptimo Ieroboami, à primo ſcilicet exordio, qui eſt decimus ſextus à poſteriore eiuſdem initio, regnauit Azarias filius Amaſiæ.

D XII. Cùm plerique Chronologi Interregnũ annorum ferè duodecim in regum Iuda ſerie conſtituant, maluimus hoc Iſraëlitarum regum annis inſerere. Quare Ieroboamum dicimus obiiſſe anno Azarię XXVI exeunte. quo mortuo Interregnũ in Iſraële fuit annorum circiter XI, vel XII à XXVII Azariæ ad XXXVIII. Inde Zacharias Ieroboami filius regnauit menſibus VI; Sellum vno menſe; Manahem decem annis: qui exorſus eſt anno exeunte triceſimo Azariæ; & mortuus eſt anno eiuſdem XLIX. Cui anno quinquageſimo Azariæ ſucceſſit Phaceia. Hoc magis cõſentaneum & probabilius videtur, quam quod ab aliis excogitatum eſt, Amaſiam duodecim annis exulaſſe; & id genus reliqua, quæ non parum difficultatis, imò abſurditatis continent. — XII. Interregnũ

XIII. Anno LII Azariæ cœpit Phacee filius Romeliæ, IV Reg. cap. XV, 27, & eiuſdem anno ſecundo cœpit Ioathan filius Azariæ, ſiue Oziæ regis Iuda, com. 32: qui — XIII. Phacee & Ioathan.

regnauit annis xvi. Ergo moritur anno xvii Phacee. Verùm eodem anno decimo ſeptimo Phacee regnauit Achaz filius Ioathan, cap. xvi, 1. Proinde exeunte xvii anno Phacee Achazi initium contigit. Phacee porrò ineunte anno quarto Achaz mortuus eſt. A

Ozee filius Ela rex Iſraëlis regnauit anno viceſimo Ioathan, iv Reg. xv, 30, id eſt anno quarto Achaz. Nam Ioathan non ampliùs xvi annos regnauit. Atqui idem duodecimo anno Achaz regnaſſe dicitur, iv Reg. xvii, 1. regnauítque nouem annis. Ergo anno duodecimo Achaz ſecundum prius initium deſinit: ſecundum poſterius, anno quarto Ezechiæ. Atqui cap. xviii, 1 Ezechias iniit anno tertio Oſee. Hunc nodum variè diſſoluunt Interpretes & Chronologi. Ego duplex initium Oſee fuiſſe ſuſpicor: alterum ab anno quarto Achaz: alterum à duodecimo. Quanam verò de cauſa interruptum ſit regnum, neque compertum nobis eſt, neque curioſius attinet quærere. Quocirca anno quarto Achaz ineunte, cœpit Oſee. Sed ſubinde turbulento Iſraëlitici regni ſtatu, & Aſſyriorum graſſatione, ac tyrannide propemodum eius interruptum eſt regnum. Ideo à ſecundo initio B nouem anni poſtremi computantur. A quarto enim ad duodecimum Achaz annis nouem regnauit. Inde à duodecimo exeunte, & ineunte decimo tertio Achaz, nouum regni auſpicium iniit. Cæterum Ezechias, qui anno tertio Oſee regnare cœpit, haud dubiè à poſteriore initio; cœpit anno exeunte patris ſui decimo quinto, Oſee verò tertio exeunte, & ineunte quarto. Ob eas cauſas Achazo non plures quàm xiv annos Chronologicos tribuimus. Siquidem primus eius in patris ſui Ioathan vltimum incurrit: poſtremus autem, id eſt decimus ſextus, Ezechiæ totus imputandus eſt. Alioqui de Ezechiæ annis vnus altérve detrahendus erit.

XIV. Oſee.

XIV. Denique Oſee nouiſſimus Iſraëlitarum rex anno nono regni ſui, Ezechiæ verò ſexto, captus eſt ab Aſſyriis, & Iſraëlitarum regnum deſiit; iv Reg. xviii, 10. Hoc de ſexto Ezechiæ exeunte & ineunte ſeptimo accipiendum eſt; ſimiliter & de nono exeunte Oſee. Anno mundi 3255 deſiit Achazi regis duodecimus, & incœpit decimus tertius: ſub finem duodecimi Achaz, iniit decimus Oſee, idémque poſterioris initij primus. Anno mundi 3258 deſinente decimo quinto Achazi, primus Ezechiæ cœpit, exeunte tertio Oſee. Anno demum 3264 deſiit Ezechiæ ſextus, Oſee nonus; quo labente Iſraëlitarum imperium ab Aſſyriis extinguitur. C

Reliqui deinceps anni Iudaicorum principum, quoniam nullos habent ex aduerſo reſpondentes regni alterius annos, faciliùs, expeditiúſque numerantur. Quanquam in Iechonia Ioakimi filio ac ſucceſſore nonnihil eſt ſcrupuli. Nam Lib. iv Reg. cap. xxiv, 8: Iechonias, ſiue Ioachim decem & octo annorum fuiſſe perhibetur, quando regnare cœpit. at Lib. ii Par. cap. xxxvi, 9, octo duntaxat annorum. Expeditiſſima conciliandi ratio eſt, vt octennis primùm à patre in regni conſortium aſſumptus, eo mortuo, cùm iam xviii annos natus eſſet, nouum regni primordium habuerit.

Subiicienda nunc vtriuſque regni Tabula: quæ annos ſolùm Chronologicos exhibeat. D

Tabula

A

TABVLA REGNI IVDÆ, ET ISRAELIS CHRONOLOGICOS annos vtriuſque continens, id eſt non implicitos, & connexos.

	Reges Iuda.	Anni regni.	Anni Per. Iul. quibus cœperunt.
I	Dauid	XL	3659
II	Salomon	XL	3699
III	Roboam	XVII	3739
IV	Abiam	III	3756
V	Aſa	XLI	3759
VI	Ioſaphat	XXV	3800
VII	Ioram	IV	3825
VIII	Ochozias	I	3829
IX	Athalia	VI	3830
X	Ioas	XL	3836
XI	Amazias	XXIX	3876
XII	Azarias, qui & Ozias	LII	3905
XIII	Ioathan	XVI	3957
XIV	Achaz	XIV	3973
XV	Ezechias	XXIX	3987
XVI	Manaſſes	LV	4016
XVII	Amon	II	4071
XVIII	Ioſias	XXXI	4073
XIX	Ioachas	m.III	4104
XX	Ioakim, qui & Eliakim	XI	4104
XXI	Ioachin, qui & Iechonias	m.III	4115
XXII	Sedecias	XI	4115

B

Colliguntur à Dauide anni CCCCLXVII, à V Salomonis, anni CCCCXXIII, m. VI.

	Reges Iſraëlis.	Anni regni.	Anni Per. Iul. quibus inierunt.
I	Ieroboam	XXI	3739
II	Nadab	I	3750
III	Baaſa	XXIII	3761
IV	Ela	I	3784
V	Zamri	d.VII	3785
VI	Amri	XI	3785
VII	Achab	XXI	3797
VIII	Ochozias	I	3817
IX	Ioram	XII	3818
X	Iehu	XXVIII	3830
XI	Ioachaz	XVI	3858
XII	Ioas	XVI	3874
XIII	Ieroboam	XLI	3890
	Interregnũ	XI	3931
XIV	Zacharias	m.VI	3942
XV	Sellum	m. I	3942
XVI	Manahem	X	3943
XVII	Phaceias	II	3953
XVIII	Phacee	XX	3955
XIX	Oſee	XVIII	3976

Colliguntur Iſraëlitici regni anni, CCLIII, m. VII, d. VII.

C

De initio Ezechiæ, eiúſque anno quartodecimo, & expeditione Sennacherib.

CAPVT LVI.

PECVLIARIS eſt de Ezechia rege quæſtio. Nam Scaliger multis in locis, præſertim in Iſagog. Canon. Lib. III, pag. 286, annum illius decimumtertium Sabbaticum eſſe contendit; eo quod decimus quartus eiuſdem proximus eſt à Sabbatico. Sed hoc argumentum cap. XXV huius Libri refutatum eſt; & Sabbaticorum annorum conſtituta ratio. Idem Scaliger Lib. II Iſagog. Canon. pag. 156 initium Ezechiæ confert in annum Periodi Iulianæ 3986; qui eſt ſecundus hebdomadis annalis. Nam Sabbaticus D annus currebat æſtiuis menſibus anni 3984. Vnde annus eiuſdem regis decimus tertius cadit in annum Periodi Iulianæ 3998, qui & Sabbaticus fuit. Nos verò annum Ezechiæ vno anno tardius conſignamus, videlicet Periodi Iulianæ anno 3987, qui tertius fuit hebdomadis annalis: decimus verò tertius primus eſt hebdomadis, anno 3999.

Non magis verum eſt, quod eodem in libro Iſag. Canon. num. I ſcribitur: Samariam captam ab Aſſyriis, & Iſraëlitarum euerſum eſſe regnum anno Sabbatico, Periodi Iulianæ 3991. Nos enim cladem illam contulimus in annum 3993, hebdomadis ſecundum. Neque probatione vlla nititur obſeruatio illa Scaligeri.

Decimus quartus eiuſdem Ezechiæ regis annus Aſſyriorũ expeditione, & internecina clade, nec non ægrotatione regis Ezechiæ inſignis accidit. *Anno quartodecimo regis Ezechiæ* (ait Scriptura IV Reg. XVIII, 13) *aſcendit Sennacherib rex Aſſyriorum ad*

vniuerſas ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. Eodem anno regem in morbum incidiſſe A
colligitur ex eo, quod Dominus per Iſaiam quindecim annos ad vitam illius adiecturum ſe eſſe promittit. Regnauit autem annis omninò vigintinouem. Itaq; decimo quarto denuntiatio illa Prophetæ contigit. Sed Aſſyriorum clades, & ignominioſa illa Sennacheribi fugata quodnam in tempus incurrerit, hoc loco diſquirendum. Torniellus enim anno tertio ab expeditione, Rapſacíſque contumelioſa perbacchatione, & Ezechiæ morbo, Sennacheribi copias ab Angelo deletas eſſe ſcribit, idémque perſuaſit aliis. Etenim anno decimo tertio regni ſui cenſet Ezechiam ab Aſſyriorum rege defeciſſe. Anno verò decimo quarto, Sennacheribum in Palæſtinam copias transduxiſſe. Nam Iſaias cap. xx ſcribit regem Aſſyriæ Sargon miſiſſe Tharthan vnum è ducibus ſuis ad expugnandam Azotum. Eundem verò Lachis obſediſſe, & ad eum Ezechiam imperatam vim auri, argentíque deſtinaſſe lib. IV Reg. cap. XVIII proditum eſt. Secundum quæ tres Aſſyriorum principes Tharthan, Rapſaris, & Rabſaces Hieroſolymam allegati ſunt, vbi multa contra Deum ſacrilegè Rapſaces effudit. Poſtea cùm Tharaca rex Æthiopum aduerſus Aſſyrios duxiſſet exercitum, obuiam ei Sennacherib cum copiis ſuis progreſſus eſt in Ægyptum. quo tempore Peluſium obſedit, vt author eſt Ioſephus. Sed ſpe ſua fruſtratus, anno demum Ezechiæ XVI ad obſidendam Hieroſolymam reuertitur. Ab eo verò conatu diuinitus inflicta clade, ac totius exercitus internecione repreſſus eſt. Hæc illi. quæ neque Scripturæ, neque veterum authoritati conſentanea ſunt, & leuiſſimis argumentis, imò nullis excogitata temerè mihi videntur. Nam in lib. IV Reg. cap. XIX, & XX, & II Paral. cap. XXXII, & Iſaiæ cap. XXXVII, & XXXVIII, vbi hiſtoria illa deſcribitur, poſt Aſſyriorum ſtragem, morbus Ezechiæ ſubiicitur. Quæ eſt igitur iſta ratio, contra Scripturæ perſpicuum, euidénſque teſtimonium, ordinem inuertere, ac Sennacheribi calamitatem poſt ægrotationem Ezechiæ in annum tertium reiicere? Itaque cum Ioſepho, Hieronymo, Sulpitio in Hiſtoria Eccleſiaſtica, Authore Mirabilium S. S. cum pleriſque demum mortalium arbitramur, Ezechiam anno decimo quarto regni ſui in morbum incidiſſe, poſt extinctas Aſſyriorum copias, ac Sennacheribi fugam. Hæc C
enim omnia anno illo decimo quarto terminari nihil prohibet; imò verò ſacra iubet hiſtoria; cuius apertam, ac ſimplicem narrationem quibuſlibet coniecturis anteponimus. Duo ſunt omninò nouæ illius opinionis argumēta. Alterum eſt, quòd Iſaias capite XXXVII, 30, tres annos nominatim concipiat. Iubet enim comedere anno primo, quæ ſponte naſcuntur; anno ſecundo pomis veſci; anno tertio ſeminare, & metere, ac plantare vineas. Vnde coniiciunt ad annumvſq; tertium propagatam eſſe ſtragem Aſſyriorum. Alterum, in quo robur opinionis poſitum eſt, ex iis verbis petitur. *Et addam diebus tuis quindecim annos. Sed & de manu regis Aſſyriorum liberabo te,* &c. Igitur poſt Ezechiæ morbum ab Aſſyrio metus inſtabat. Nondum ergo Sennacheribi copias Angelus deleuerat. Vtraque illa ratio leuis eſt, & imbecilla. Primus ex Iſaia locus ſuprà declaratus eſt ex communi Interpretum, & probabiliore conſenſu. Poſterior nihil ad rem pertinet. Nam ſublato Sennacheribo, imminebat Aſſarhadon, ac Iudæis, & Ezechiæ formidoloſus erat, paterna præſertim clade ad vlciſcendi cupidinem inflammatus. Hunc igitur ad bellum inſtaurandum ſua ſponte concitatum, ac iamiam erupturum occultâ prouidentiâ D
conuertit aliò Deus, vel ingruentem compeſcuit. Neque enim expeditiones Aſſyriorum omnes, ac bella cum Iudæis geſta, Regum, aut Paralipomenon hiſtoria complectitur. Nam Aſſyrij regis alterius incurſionem in Palæſtinam, ac Syriam Manaſſis tempore vtriuſque Scriptor Operis omiſit: quam nos ex libro Iudith accepimus, & ſuo loco, hoc eſt libro duodecimo declarauimus.

Tornielli ſententia refellitur. et Saliani.

Occurritur ſuperioris ſententiæ argumentis.

Quocirca Sennacherib anno Ezechiæ XIV Palæſtinam, ac Syriam, & Ægyptum eodem tempore diuerſis exercitibus infeſtauit, & cum Æthiopum rege Tharaca pugnauit. Certè Herodotus in Euterpe Sennacheribum Arabum Aſſyriorúmque regem cum Setone Vulcani ſacerdote Ægypti rege bellum geſſiſſe, ac repentina murium eruptione pharetris, ac neruis arcuum arroſis, fuſum fugatúmque refert. Ab Ægypto itaque reuertentem Aſſyrium immanis illa clades, ac θεήλατος excepit.

A

DE INITIO NABOPOLLASSARI REGIS CHALDÆORVM.

Quæ ſit Scaligeri ſententia in lib. v *de Emend. & in Iſag. Canonibus : nec non in Appendice. tum eiuſdem pugna ſecum.*

CAPVT LVII.

MIRA eſt inconſtantia Scaligeri in Nabopollaſſari ac Nabuchodonoſori primordiis, quæ ad rerum Iudaicarum hiſtoriam non vulgarem vtilitatem adferunt; atque ideo diligentius à nobis perueſtiganda ſunt. Primum igitur quid in lib. v de Emend. ſcripſerit compendio proponemus. Lib. v de Emend. pag. 373.

Quemadmodum Alexandrea æra duplex eſt, Syromacedonum, & Chaldæorum; quarum hæc vno anno ſerior eſt: ita Nabopollaſſari duplex epocha eſt, ἐνθρονισμοῦ, & ipſius Neuruz. Ἐνθρονισμὸς eius conſurgit ab anno CXXIII Nabonaſſari. Siquidem annus eius quintus eſt CXXVII Nabon. vt ex eclipſi conſtat, quam poſtea deſcribemus. Neuruz incipit ab anno Nabonaſſari CXXI. Vnde annus Nabon. CXLIX eſt viceſimus nonus à Neuruz. Porro cùm Beroſus in fragmento, quod eſt apud Ioſephum, dicat Nabopollaſſarum patrem Nabuchod. iam ſenio fatiſcentem filium ſuum ad expeditionem Syriacam miſiſſe, ab eóque victum Satrapen, qui Ægypto, Syriæ, & Phœniciæ præfectus fuerat, Scaliger credit intelligenda hæc eſſe de capto Iechonia, vel Ioachin anno Nabonaſſari CXLVIII. Itaque cùm CXLIX ineunte obiiſſet Nabopollaſſar, anno XXIX imperij ſui ineunte; ex eo exploratum eſſe dicit, nouum Neuruz ei dicatum fuiſſe. I.

B

Nam anno Nabonaſſari CXXI Chaldæi celebrarunt ſecundum Salchodai, cum Thoth Nabonaſſari iam à XXVI Februarij ad XXVII Ianuarij gradum feciſſet. Itaque Chaldæi τὰς ἐπαγομένας iterum traduxerunt in XXIII Martij, & Neomenia Choiac Ægyptiaci cœpit ab antiquo Neuruz Nabonaſſari, nempe à XXVIII Martij, à qua Neomenia Chaldæi cœperunt putare annos Nabopollaſſari anno tertio pòſt, qui fuit annus ἐνθρονισμοῦ: Ægyptij verò à Neomenia ſui Thoth, quæ tunc incidit in XXVII Ianuarij. II.

C

Igitur initium regis iſtius eſt à CXXIII Thoth Nabonaſſari, anno Per. Iul. 4089; à quo Ezechielis annus triceſimus, qui cap. I memoratur, arceſſitus eſt; idémque eſt annus quintus deportati Iechoniæ, triceſimus ab enthroniſmo Nabopollaſſari, & centeſimus quinquageſimus ſecundus à Nabonaſſaro. Neque enim Propheta æra vtitur alia, quàm Nabopollaſſari: quia nullam aliam notationem temporum habent victi, quàm ipſam victoris. Et quoniam Regis illius enthroniſmus inciderat in quadriennium ipſius Neuruz, propterea hac æra ſignabantur apud Chaldæos. III.

In Appendice ad Libros de Emend. Temp. vbi Græca quædam Beroſi, & aliorum fragmenta Notis illuſtrat, mirum quantopere à priori illa ſententia diſcedat; quod idem & in Iſag. Can. facit. In Appendice pag. x ex iiſdem illis Beroſi fragmētis colligit victum eſſe Nechao regem Ægypti, (quem Satrapen illum interpretatur eſſe à Nabuchodonoſoro debellatum,) tùm etiam Ioakim anno Nabopollaſſari XVIII; cuius Nabopoll. initium ducitur ab anno Nabon. CXXIII. Incidit autem Ioakimi caſus in annum Nabonaſſ. CXL, vnde conſurgit initium Nabuchodon. ab expeditione Syriaca.

D

Cæterùm cùm Nabopollaſſarus apud Beroſum regnaſſe dicatur annos XXIX, hoc eſt attigerit triceſimum, Ezechiel verò dicat anno triceſimo, vtiq; regis Chaldæi, viſionem ſibi oblatam; fuerit autem hic annus XIII Nabuchodonoſor: dicendum eſt Nabuchodonoſori primum annum iniiſſe à XVIII Nabopollaſſari, & XIII annis cum patre regnaſſe. Ergo annus XIII Nabuchodon. eſt XXX Nabopollaſſari, Nabonaſſari CLII.

Eadem ferè in Prolegom. Edit. II de Emend. Temp. traduntur, & in Iſag. Can. nempe à CXXIII Nabon. inire primum annum Nabopollaſſari, Nabuchodo- Iſag. Can. pag. 287, 288.

noſori verò primum, quem cum patre cœpit, iniiſſe anno Per. Iul. 4086 (ſed corrigendum 4106) qui erat quartus Ioakim regis Iuda. triceſimum porro Nabopollaſſari eſſe decimum tertium Nabuchodonoſori. Nam octauo anno ipſius expeditionis Iechonias captus eſt. anno deinde quinto Sedeciæ triceſimus iniit Nabopollaſſari, quando & Ezechieli eſt oblata viſio. A

Quemadmodũ à ſeipſo diſcordet Scaliger.

Hæc diuerſis in locis ac libris à Scaligero prodita inuicem contraria, & pugnantia ſunt. Nam ex iis, quæ hoc libro v de Emendat. traduntur, ſequitur Nabopollaſſarum regnaſſe tantùm annis xxvii ab enthroniſmo; tùm annum, qui ab Ezechiele numeratur triceſimus, eſſe quartum poſt mortem Nabopollaſſari. Item Nabuchodonoſorum regnare cœpiſſe anno ab enthroniſmo xxi, Neuruz xxiii, & ſeptem annis cum patre regnaſſe. Ita primus annus enthroniſmi Nabopollaſſari eſt cxxiii Nabonaſſari, Periodi Iul. 4089. Mortuus autem erit anno Nabonaſſari cxlix, ab initio Neuruz ſui anno xxix ab enthroniſmo xxvii, Per. Iul. 4115. Quod anno Nabonaſſari cxlix mortuus ſit Nabopollaſſarus diſertè ſcribit hoc in libro v, pag. 374, B, & pag. 376 C. Rurſus pag. 375 B, ait Iechoniam captum eſſe anno Nabonaſſari cxlviii, viceſimo ſexto ab enthroniſmo Nabopollaſſari, idémque hac ipſa pagina repetit, cap. de anno capti Iechoniæ. Quare vno anno ante Nabopollaſſari obitum captus eſt Iechonias. Nabuchononoſorus verò ſeptem cum patre regnauit annis. Nam mortuus dicitur anno Nabonaſſari clxxxv (pag. 376, B) cùm regnaſſet annos xliii, & ſeptem cum patre annis imperaſſet. Si igitur de clxxxxv detrahas xliii, reſtant cxlii; ac proinde anno Nabonaſſari cxliii cœpit Nabuchodonoſor, qui eſt ab enthroniſmo Nabopollaſſari xxi; anno verò cxlix aut cl Nabonaſſari poſt mortem patris ſolus imperauit. Quod ſi Iechonias anno cxlviii Nabonaſſari deportatus eſt, annus quintus deportationis erit clii Nabonaſſari, ab obitu verò Nabopollaſſari quartus, idémque triceſimus ille ab Ezechiele memoratus, qui ab enthroniſmo numeratur. B

At verò ex Appendice, & Iſag. Canon. conſequens eſt, Nabopollaſſarum regnaſſe ab enthroniſmo annos xxix, & ineunte triceſimo mortuum eſſe, nempe Nabonaſſari clii, Per. Iul. 4118. Item annum v Sedeciæ, & deportationis, qui apud Ezechielem triceſimus exprimitur, illum ipſum eſſe, quo Nabopollaſſar mortuus eſt. Demum annum primum Nabuchodon. quo cum patre regnare cœpit, eſſe Nabonaſſari cxl, ab enthroniſmo Nabopollaſſari decimum octauum, Per. Iul. 4106. Nabuchodonoſorum quoque tredecim annis imperaſſe cum patre. Hæc igitur maxima eſt Scaligerianæ doctrinæ contradictio. C

De initio Nabopollaſſari vera & certa ratio conſtituitur. Refellitur eorum ſententia, qui Nabopollaſſarum eundem cum Nabuchodonoſoro ſtatuunt.

Caput LVIII.

Regis huius epocha partim ex Beroſo, & Ioſepho, partim ex Aſtronomicis obſeruationibus eruitur. Eſt apud Ioſephum lib. x Ἀρχαιολ. Cap. xi, pag. edit. Frobenianæ 312, inſigne Beroſi fragmentum; quod & lib. i con. Appionem pag. 925 deſcribitur, & apud Euſeb. ix Præpar. pag. 267: ex quo illud habetur: Nabolaſſarum (ita in lib. i con. App. at lib. x Ἀρχαιολ. Nabuchodonoſorus vocatur; vtrobique mendoſè. legendum enim eſt ex Euſebio, & Ptolemæo Nabopollaſſarus) cùm audiſſet Satrapen illum, quem Ægypto, Cœleſyriæ, & Phœniciæ præfecerat, rebellaſſe, quod affecta iam ætate eſſet, filium ſuum Nabuchodonoſorum cum exercitu miſiſſe. Qui rebellem vicit, & regiones illas recuperauit: τῷ δὲ πατρὶ τῷ Ναβουχοδονοσόρῳ συνέβη κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν ἀρρωστήσαντι ἐν τῇ Βαβυλωνίων πόλει μεταλλάξαι τὸν βίον, ἔτη βασιλεύσαντι εἴκοσι ἕν. *Nabuchodonoſoro verò patri per idem tempus contigit, vt ægrotans in Babylone moreretur, cùm regnaſſet annis vno, & viginti.* At in libro con. Appionem legitur εἴκοσι ἐννέα id eſt viginti nouem: apud Euſebium κα' id eſt xxi; quod & verius arbitror, vt in epocha Nabuchodonoſori poſtea dicetur. Ptolemæus lib. v, pag. 125 defectum Lunæ contigiſſe refert anno quinto Nabopollaſſari, qui eſt Na- D

A bonaſſari cxxvii, Athyr xxvii, ſequente xxviii, hora v, 50′ poſt mediam no-
ctem, in meridiano Babylonico, in Alexandrino hora v. Tempus congruit anno
Periodi Iulianæ 4093, mundi 3363, cyclo Lunæ viii, Solis v, litera Dom. B A. A-
prilis xxii, feria vii. Thoth enim anni Nabonaſſari cxxvii iniit anno Per. Iul.
Ianuarij xxv, feria iii, Athyr verò Neomenia Martij xxvi, feria i. ideo eclipſis
incidit in diem xxviii ineuntē à media nocte diei xxii Aprilis: quæ tamen ex po-
pulari initio, quo Ptolemæus vtitur, ab ortu Solis, imputabatur diei. Athyr xxvii
Tabulæ noſtræ eandem illam referunt, ineuntem quidem hora 3, 6′, 41″ poſt me-
diam noctem diei xxii Aprilis: mediam verò hora 4, 20′, 41″. deſinentem hora, 5, 34′
41″. Durauit itaque horas 2, 28′, & fuit digitorum amplius trium, hoc eſt $3\frac{747}{662}$.
Igitur ſi annus quintus Nabopollaſſari cœpit anno Per. Iul. 4093, primus eiuſdem
iniit ab anno 4089, qui fuit Ioſiæ regis xvii: Nabonaſſari cxxiii.

Ex iis liquidò apparet quanto in errore verſentur, qui Nabopollaſſarum eun-
dem cum Nabuchodonoſoro faciunt. quod inter alios Funccius opinatus eſt. Et
B valde miror tam parum probabilis ſententiæ patronum hodiéque non defuiſſe.
Nam vir quidam eruditus magno conatu illam aſſeruit: ac duplici ad id argu- Diſſoluũtur
mento vſus eſt. argumenta

Inter initia, inquit, *Nabopollaſſari, & Cyri intercedunt anni* LXVI. *Nam Cyrus regnum* duo ab viro
iniit Iphiti anno CCXVII: *qui erat Nabonaſſari* CLXXXIX. *Nabopollaſſarus anno Nabonaſ-* docto pro-
ſari CXXIII, *& Iphiti* CLI. *Igitur à primo Nabopollaſſari ad primum Cyri ſunt anni* LXVI. poſita.
*Quare ſi conſtet tot annos interceßiſſe ab initio Nabuchodonoſori ad initium Cyri, exploratum
erit, Nabuchodonoſorum fuiſſe Nabopollaſſarum Ptolemæi.* Quod autem anni totidem à
Nabuchodonoſoro ad Cyrum intercepti ſint, demonſtrat ex Babyloniorum ſuc-
ceſſione regum, ac Nabuchodonoſori poſterorum, quos ex Beroſo Ioſephus libro
i contra Appionem protulit. quem locum ſequenti libro, cap. viii deſcribemus.
Nam à Nabuchodonoſoro ad Nabonidi decimum ſeptimum, quo Cyrus in Per-
ſide regnare cœpit, anni ſunt 64, menſes 9. *Verùm anni regni Cyri ab adepta Babylone
ſumebant initium. Ideo edictum Cyri de reducendis Hebræis ex Babylone perpetuo refertur ad
annum primum Cyri. Quare ſi obſidioni Babylonis, qua omnium Scriptorum conſenſu, Cy-*
C *rus ſtatim potitus non eſt, dentur* XV *menſes: illi 66 anni, qui ſunt inter primum Nabopollaſſa-
ri, & primum Cyri, erunt inter primum Nabuchodonoſori, & primum Cyri. atque adeo Na-
bopollaſſarus Ptolemæi fuerit Nabuchodonoſorus ſacræ Scripturæ.* Hæc ille. Sed non animad-
uertit duplex initium fuiſſe Cyri: alterum Perſici regni alterum Babylonici. De
vtroque ſequenti libro vberiùs agetur: oſtendetúrque priorem epocham reuera
contigiſſe anno Iphiti 217; Per. Iul. 4155, Nabonaſſari 189: poſteriorem verò
anno Iphiti 239; Nabonaſſari 210: Per. Iul. 4176. Interuallum inter vtrumque,
anni 22. Nam non ſtatim atque in Perſide regnare cœpit, Babylone potitus eſt Cy-
rus. vt ex Euſebio, & Canone Mathematico ſuo loco probabitur. Quocirca ab an-
no i Nabopollaſſari ad primū annū Perſici regni, 66 anni præciſè putantur. à primo
verò anno Nabuchodonoſori ad primum Babylonici regni Cyri, anni paulo plures:
nempe 68, vel 69. In quo mirum eſt in catalogo Babyloniorum regum, præter-
miſſum à viro illo docto Nabuchodonoſori filium Euilmerodachum: cuius Bero-
ſus apud Ioſephum expreſſè meminit, eíque duos annos tribuit. Sed vide ſis ca-
put vii libri ſequentis, vbi Beroſi ille locus illuſtratur. Ita minimè conſequens eſt
D Nabopollaſſarum eſſe Nabuchodonoſorem.

Quid quod illius tota diſputatio ſeſe ipſa collidit? Etenim Cyri primordium om-
nino Iphiti anno 217; ſiue Olympiadis LV primo contigiſſe ſtatuit: non vno alte-
róve anno tardius: & qui anno tertio Olympiadis eiuſdem; hoc eſt Iphiti 219 illud
aſſerebat, nuperum Scriptorem acriter redarguit. Quare ab initio Nabopollaſſa-
ri ad initium Cyri præciſè annos ſex & ſexaginta numerandos exiſtimat. Meritò
id quidem. Sed paulo pòſt tamen in eam ipſam, quam reprehenderat, opinionem
relabitur. Scribit enim ab initio Nabuchodonoſori, quem Nabopollaſſarū eſſe iu-
bet, ad exordium Cyri annos eſſe 64, menſes 9. ſed addendos præterea menſes 15;
quia non ſtatim ac Perſide potitus eſt, Babylonē obtinuit. Atqui illud ipſum Cyri
primordium, quod in annum Iphiti 217 conſtanti Scriptorū authoritate cōfertur,
Perſici eſt regni, non Babylonici. Quare anni illi 65 circiter, qui Nabuchodonò-
ſori inter & Cyri initia fluxerunt, ad Perſicum imperium pertinent. Quòd ſi an-

nus Cyri primus illorum triginta, quos in regno habuit, nonniſi poſt xv menſes A
à fundato in Perſide regno numeratur; neceſſe eſt eundem anno Iphiti 218, vel
ineunti 219 congruere. quod tamen ille, vt par erat, improbauit. Verùm pluri-
bus ſanè poſt occupatam Perſidem annis Babylonem Cyrus inuaſit, vt ex Hero-
doto, aliiſque ſuo loco demonſtrabitur.

Alterum argumentum ex Tyriorum archiuis, ac regum illorum ſucceſſione
ducitur. Nam ab ineunte Tyri obſidione ad Cyrum annos quadraginta nouem
interceſſiſſe docent annales Tyrij. Porro anno regni ſui xix Nabuchodonoſor
Tyrum obſidere cœpit. Igitur ab ineunte Nabuchodonoſori regno ad initium
Cyri anni ſunt plus minus 67. Totidem autem circiter putantur ab initio Nabo-
pollaſſari ad Cyrum. Eadem eſt huius argumenti, quæ & prioris diſſoluendi ra-
tio ex duplici primordio Cyri. Nam ab initio Nabuchodonoſori ad exordium
Perſici regni, anni ſunt 49. ad Cyrum Babylone regnantem; ſeptuaginta. De Ty-
riorum autem Annalibus, & huius loci argumentíque vberiori diſputatione, adi
ſis caput huius libri.

B

Confūtantur ea quæ perperam à Scaligero prodita ſunt de Neuruz Nabopollaſſari, & Enthroniſmi, & id genus commentis.

Capvt LIX.

I. PRæter inconſtantiam, & opinionum contrarietatem, quæ in Sca-
ligeri doctrina cernitur, multa ſunt ab eo conſtituta perperam: quo-
rum illud eſt primum; quod Nabopolaſſari epochas duas dicit; vnam
ab Enthroniſmo; alteram à Neuruz. Ενθρονισμοῦ epocha eſt ab anno
illo, quo primùm inauguratus eſt princeps. Neuruz verò ab eo anno
Pag. 374. quo ſecundum Salchodai iniit. Scaligeri verba ſunt: *Anno Nabonaſſari* cxxi, *Chal-
dæi celebrarunt ſecundum Salchodai, cùm Thoth Nabonaſſari iam à* xxvi *Februarij ad*
xxvii *Ianuarij gradum feciſſet. Itaque Chaldæi τὰς ἐπαγομένας iterum traduxerunt in* C
xxiii *Martij*. Mox. *Quia iſtius regis* (Nabopollaſſari) ἐνθρονισμὸς *inciderat in qua-
driennium ipſius Neuruz, propterea hac æra ſignabantur tempora apud Chaldæos*. In
iis verbis haud pauca ſunt, non ſolùm falſiſſima, ſed etiam reliquæ ipſius do-
ctrinæ valdè contraria. Eſt quidem, vt in Lib. iii pluribus demonſtratum eſt,
commentitia illa Sarorum, & Salchodai, annorúmque Chaldaicorum deſcriptio,
neque rationis, vel authoritatis vllo munita præſidio: verumtamen ſi in illo qua-
licumque figmento ſibi conſtaret, etſi nondum aſſenſum res à nobis ipſa; nonni-
hil tamen commendationis induſtria fingendi, ac ſubtilitas obtineret. Atqui
ſunt illa, vti dixi, ab reliquis eiuſdem decretis abhorrentia; ſic vt magis eſſe nihil
poſſit. Nam quod Salchodai nouum anno cxxi Nabonaſſari inſtauratum putat,
Pag. 247. non procedit, ſi vera ſunt quæ in Lib. iii Iſagog. Canon. cap. illo, quod extra
ordinem inſertum eſt, de anno veterum Chaldæorum & Perſarum explicantur.
Canonum Iſagogicorũ ſcopus eſt, vt Operis inſcriptio docet, Librorum de Emen-
datione doctrinam omnem demonſtratiuè tradere. Quare videamus quàm bellè D
ex Iſagogicis Canonibus iſta demonſtrentur. Illo igitur in capite Tabula propo-
nitur, quæ Neomenias epochæ complectitur; hoc eſt Sarorum initia, primóſve
menſium primorum dies, à quibus ineunt Sari, confert in viii Aprilis, quam
epocham anno Chaldaico præfigit. Saros appellat ſpatia annorum cxx, quibus
vertentibus Neomenia primi menſis tricenis diebus epocham anteceſſit: vnde vt
ad priſcas metas redeat, menſis vnus intercalatur. Exempli cauſa, anno primo
primi Sari, Neomenia Niſan Sari Niſan incidit in viii Aprilis. Poſt annos cxx,
eadem Neomenia inuenietur in x Martij: epagomenon Neomenia in v Martij.
Anno cxxi cùm Neomenia Niſan tranſitura eſſet ad ix Martij, Neomenia
epagomenon ad iv Martij; pro Neomenia epagomenon, ponetur Neomenia
Niſan ſecundi, qui erit decimus tertius menſis anni cẽteſimi viceſimi: qui quidem
annus duos Niſan habet. epagomenon verò Neomenia cadet in tertiũ Aprilis: at-
que ita viii Apr. inibit Neomenia menſis & Sari Ijar. quod deinceps eâdem cõſe-

A quentia fiet; donec poſt annos MCCCCXL menſes omnes duodecim viciſſim loco ſibi ceſſerint, & ab VIII Apr. omnes inierint, ac demum Niſan priſtinam in ſedem reſtituatur. Interuallum hoc annorum MCCCCXL appellat Salchodai. Neuruz demum propriè nouus eſt annus: vſurpatur tamen à Scaligero pro æra; aliàs pro quadriennio Neomeniæ æquinoctialis. In eadem illa Tabula primum Salchodai cœpiſſe vult ab anno Per. Iul. 2481, quando Neomenia Niſan, eiúſque Sarus primus iniit Apr. VIII, vbi per illud tempus æquinoctiũ erat. Non illud iam diſputo, quàm verè iſta dicantur. Satis hoc libro III diſcuſſum eſt. Sed ſi primum Salchodai cœpit anno Per. Iul. 2481, ſecundum cœperit oportet anno 3921, vti Tabula ipſa docet; quando Krionos Iuliana Neomenia erat XXVIII Martij, annis XLVII ante epocham Nabonaſſari. Ideo primus annus Nabonaſſari cadit in annum tertium luſtri duodecimi Sari Niſan ſecundi Salchodai; id eſt in Dahemhar; ſi quidem Perſicorum dierum cognomina ad Chaldaicos transferantur. Neomenia Niſan cadebat anno illo in XXVIII diem Martij, quem anno Per. Iul. 3965 ingredi cœpit. Proinde Neomenia æquinoctialis fuit, & quadriennium illud, luſtrum æquinoctiale: vti pag. 254
B Iſag. Can. docetur. Anno CXXI Nabonaſſari, Per. Iul. 4087, annus iniit Salchodai magni centeſimus ſexageſimus ſextus; Sari ſecundi Ijar annus quadrageſimus ſeptimus, ſiue luſtri duodecimi tertius. Cœpit enim Sarus Ijar anno Per. Iul. 4041, quando æquinoctium medium Scaligerianum incidit in XXVII Martij. Itaque Ijar anno 4087 peruenit ad XXVIII Martij, quem ingredi cœpit anno 4085; anno verò 4089, Nabonaſſari CXXIII, Neomenia Ijar luſtro ineunte decimotertio, facta eſt æquinoctialis. Ex iis liquet falſum eſſe quod in hoc libro de Emend. ſcriptum eſt, Chaldæos nouum Salchodai celebraſſe anno Nabonaſſari CXXI. Debuit enim Sarum dicere, non Salchodai. quanquam Sarus nouus non CXXI Nabonaſſari, ſed CXCV cœpit; Per. Iul. 4161: in annum verò primum Nabopollaſſari incidit æquinoctialis Neomenia; quod in Iſag. Can. velut opportunius arripuit. Sed eo poſito ruit iam illa Neuruz ab epocha Nabopollaſſari diſtinctio. Siquidem vtrumque in annum primum regis iſtius conuenit. Hoc autem conuulſo, reliqua moles, quæ hinc tota pendet, euertitur. Neque enim verum iam erit annum Nabonaſſari CXLIX à Neuruz Nabopollaſſari viceſimum nonum numerari; ac reliqua id genus
C ſuapte ſponte concident.

Quòd ſcribit, anno illo CXXI, nouo ineunte Neuruz, epagomenas ad XXIII Martij reuocatas eſſe, credi vix poteſt, quantum ab Iſagogicorum Canonum doctrina diſſideat. Quippe in illo quod citauimus capite, in quo de anno Chaldaico diſputat, epocham huius in Aprilis octauo die collocat; à quo Neomenia primi menſis quarto quoque anno ſolido die retrocedit; donec expleto Saro annorum CXX, poſtquam integrum menſem anticipauit, intercalatione menſis vnius ad priſtinam epocham redeat. Quocirca Sarorum omnium Neomeniæ tametſi ad diuerſos menſes pertineant, ab eodem tamen Aprilis octauo die proficiſcuntur. Porro epagomenæ, quæ itidem vt Neomenia primi menſis à metis aberrauerant, ad veterem itidem ſtationem intercalatione reuocantur, & in III Aprilis diem Neomenia illarum conijcitur: quod paulo antè declaratum eſt. Quæ epagomenon traiectio, ordinaria quidem, vertentibus Saris accidebat: extra ordinem verò fiebat interdum, quando in honorem magnorum Regum annus inſtaurabatur, idque non II.
D aliâs, quàm cùm Neomenia primi menſis, & Sari ad æquinoctium perueniſſet: vti pag. 256 aduerſus Ignatium Patriarcham excipit. Et quamuis in anno Perſico interruptum aliquando Sarorum, & Salchodai magni tenorem eſſe concedat, in anno tamen Chaldaico perpetuo filo deductos ab excidio Saros exiſtimat; ita vt epagomenæ nonniſi poſt expletos Saros tranſlatæ ſint. Itaque cum anno primo Salchodai primi, id eſt Per. Iul. 2481, Neomenia menſis Chaldaici Niſan, nec non Sari Niſan cœperit ab octauo die Aprilis, idem poſtea ſingulorum Sarorum initium extitit: ac demum duodecim Saris eiuſmodi reuolutis, Salchodai primum confectum eſt anno 3920. Anno verò 3921 Salchodai ſecundi Sarus primus, videlicet Niſan, iniit ab VIII Aprilis: atque ita deinceps nouem ſolidi Sari ad annum vſque 5000 perducti ſunt. Ita conſtat nullam extraordinariam epagomenon traiectionem, neque interruptionem anni, neque inſtaurationem, in annum Chaldaicum incurriſſe ex mente Scaligeri. Atque anno quidem primo Nabonaſſari,

Salchodai ſecundo iam inchoato, annus XLVII Sari Niſan incidit, quando Neomenia Niſan incurrit in XXVIII Martij, quo die Alphonſinum æquinoctium medium commiſſum eſt: & iccirco æquinoctialis illa Neomenia fuit, & annus ipſe tertius æquinoctialis luſtri. Neomenia epagomenon ordinario ſitu in XXIII diem Martij cecidit. Sic anno Nabonaſſari CXXI nondum æquinoctialis Neomenia fuit; ſed anno CXXIII, Per. Iul. 4089, qui eſt primus ἐνθρονισμοῦ Nabopollaſſari: quando Neomenia Sari ſecundi Ijar, luſtro ineunte decimo tertio, æquinoctialis eſt facta, & XXVII Martij diem attigit. Quare falſum eſt anno Nabonaſſari CXXI traiectas eſſe epagomenas. quod duplici argumento ex illa Scaligeri doctrina probatur. Primum quia nondum æquinoctialis erat Neomenia. Nam æquinoctium illo tempore Martij XXVII competebat: Neomenia verò ab anno Nabonaſſari CXIX ad CXXII cœpit XXVIII Martij. Porro traiectio epagomenon, in magnorum regum inauguratione, non pro arbitrio fiebat, ſed ſolùm cùm vnâ Neomenia æquinoctialis eſſet. Alterum, quod epagomenæ eodem illo quadriennio Martij XXIII cœperunt. Hoc enim neceſſe eſt, vt Neomenia primi menſis in XXVIII diem incurrat. Vnde fruſtra dicit, epagomenas iterum eſſe reductas in hunc ipſum diem, in quo iam ordinarium ſitum habebant. A B

Hæc de anni Chaldaici, & Sarorum ac Salchodai diſpoſitione ex Scaligeriano dogmate propoſuimus, non quod partem in iis veritatis vllam agnoſceremus. (Ea quippe commentitia, & abſurda eſſe lib. III demonſtrauimus.) Sed vt hominem ſuis ipſius rationibus vrgeremus. Reliqua quæ ad hiſtoriam Ioakimi & Nabuchodon. pertinent, in ſequentibus enucleanda ſunt.

De anno quarto Ioakimi, & primo Nabuchodonoſori regis Babyloniæ. Scaligeri variæ ac diſcrepantes inuicem ſententiæ refelluntur.

CAPVT LX. C

QVI in epocha Nabopollaſſari conflictus eſt Scaligeri ſuprà à nobis expoſitus, idem in Nabuchodonoſori annos redundat. Etenim ex iis quæ hoc in libro, cap. de initio Nabonaſſari docet, quoniam Nabopollaſſarus mortuus eſt anno Nabonaſſari CXLIX ab Neuruz ſuo, XXIX, ab Enthroniſmo, XXVII; hoc eſt anno Per. Iul. 4115, ſeptem autem cum filio regnauit annis; oportet initium Nabuchodonoſori cadere in annum 4109, Nabonaſſari CXLIII, ab enthroniſmo patris ſui XXI; ab Neuruz, XXIII. Porro anno Nabonaſſari CL, octauum annum agens regni ſolus imperare cœperit, biennio poſtquam Iechoniam vinctum in Babylonem deduxit. Nam Iechonias anno Nabonaſſari CXLVIII vinctus eſt, vti pag. 374, & 375 in eius epocha ſcribit. Itaque Iechonias anno ſexto Nabuchodonoſori Babylonem traductus eſt. Atqui ſacris ex hiſtoriis euidens eſt, anno ſaltem octauo ab eo tempore, quo captus eſt Ioakimus, id eſt ab anno eius IV, Ioachin, ſeu Iechoniam eius filium in Babyloniorũ poteſtatem veniſſe. Vnde quartus Ioakim congruet in annum Nabonaſſari CXL, vel CXLI, Per. Iul. 4106, vel 4107, Nabopollaſſari ab Neuruz XX, D vel XXI; ab enthroniſmo, XVIII, vel XIX. Quare biennij admodum diſcrimen eſt. Certè anno poſt captum Ioakim octauo, non ſexto, Iechoniæ deportatio contigit. Hæc igitur de quinto Ioakimi, & primo Nabuchodonoſori anno Scaligeri pugna lib. V de Emend. cernitur.

At verò in Appendice, & Iſag. Can. longe maior eſt diſſenſio. Quippe differentia illa Neuruz, & enthroniſmi Nabopollaſſari reiicitur, & annus primus Nabopollaſſari ſtatuitur in anno Nabonaſſari CXXIII, Per. Iul. 4089. à quo annos nouem, & viginti regnauit, mortuúſque eſt anno Nabonaſſari CLII, ineunte triceſimo, vt pag. X Appendicis traditur, & in Iſag. Can. pag. 287, Numero LV. Anno porrò Nabonaſſari CXL, Nabopollaſſari XVIII, cœpit primus annus Nabuchodonoſori, anno Per. Iul. 4106: à quo deinceps duodecim cum patre ſolidos exegit, & decimum tertium inchoauit. Siquidem anno Nabonaſſari CLII, Per. Iul. 4118 mortuus eſt Nabopollaſſarus, triennio poſt annũ illum, quem in lib. V de Emend.

A eius morti præfinierat, qui erat Nabon. CXLIX. Sed neque Appendicis doctrina cum Iſagogicis Canonibus concordat. Illîc anno, vti dixi, Nabonaſſari CLII moritur Nabopollaſſar, qui incidit in annum Periodi Iulianæ 4118. Cœpit enim Thoth Ianuarij XIX. Idem verò triceſimus fuit annus inchoatus Nabopollaſſari, & tertius decimus obſidionis Tyri, vt in Appendice pag. x ſcriptum legitur; nec non ab initio Nabuchodonoſori tertius decimus. Ita tredecim cum patre regnauit annos; reliquos triginta ſolus, vt eadem pag. docetur. Hoc modo Nabuchodonoſori obitus cadet in annum Periodi Iulianæ 4148, vel initium 4149, hoc eſt Nabonaſſari CLXXXII, vel ineuntem CLXXXIII: cuius Thoth Neomeniam habuit Ianuarij XI, anno 4149. Et quidem pag. XIV Append. mortuus dicitur Nabuchodonoſorus anno Nabonaſſari CLXXXIII, triceſimo ſexto à capto Iechonia; eodémque anno ad finem vergente, nempe duodecimo menſe, anno triceſimo ſeptimo ineunte à captiuitate Iechoniæ, qui erat CLXXXIV iniens à Thoth Nabonaſſari, Iechoniam ab Euilmerodacho eductum ſcribit è carcere. Ibidem tredecim annis cum patre Nabuchodonoſorus regnat, ſolus verò triginta & vnum.
B Quare non XLIII, ſed XLIV imperauit. Ab anno Periodi Iulianæ 4106, Nabonaſſari CXL, quo primus iniit Nabuchodon. ad annum 4149, anni ſunt XLIV inchoati. At in Iſagogicis Canonibus, pag. 287, Nabopollaſſar XXIX ſolidos exegiſſe, & triceſimum annum inchoaſſe dicitur. Cùm ergo anno Nabonaſſari CXXIII cœperit, Periodi Iulianæ 4089, deceſſit anno Nabonaſſari CLII, Periodi Iulianæ 4118. Nam ſi ad CXXII addas triginta, & ad 4088 totidem, triceſimus inchoabitur anno Nabonaſſari CLII, Periodi Iulianæ 4118. Rurſus Nabuchodonoſor anno exceſſus Nabopoll. in Babyloniam reuerſus dicitur, nimirum anno Periodi Iulianæ 4119, expugnata Tyro, quam XIII annis oppugnauit: qui de 4119 deducti, relinquunt annum 4106 expeditionis Nabuchodonoſori. Sed ſi ita eſt: anno Nabonaſſari CLIII mortuus erit Nabopollaſſar, adeóque triceſimum primum annum iniit aduerſus hypotheſim. Ad CXXII adde XXXI, vltimus incipiet anno CLIII, qui eſt Periodi Iulianæ 4119. Idem & Nabuchodonoſori decimus quartus iniens numerabitur. Quare tredecim cum patre ſolidos imperauit, & quartumdecimum attigit, non, vt in Appendice, duodecim. In eadem pagina annus quintus deportati Iechoniæ eſt triceſimus Nabopollaſſari:
C Iechonias captus eſt anno Periodi Iulianæ 4114, octauo anno vertente Nabuchodonoſori. Item pag. 288, annus triceſimus Nabopollaſſari eſt tertiuſdecimus abſolutus, vel iniens XIV expeditionis Syriacæ. Denique pag. 290, Nabuchodonoſor mortuus refertur anno Periodi Iulianæ 4150, *adiectis ſolidis annis* XXXVI ad 4114, quo captus eſt Iechonias; ad 4119 verò, quo mortuus eſt Nabopollaſſar, additis XXXI, quos poſt obitum parentis expleuit; *fiunt omnes* (inquit) *anni ab expeditione Syriaca ad exceſſum Nabuchodon.* XLIII. Secundum hæc Nabuchodonoſor XLIV ſolidos annos regnauit, & XLV ineunte mortuus eſt. Quippe cœpit anno Periodi Iulianæ 4106. Adde igitur ad 4105 annos XLV, poſtremus inibit anno 4150. Sed finge exeunte anno Periodi Iulianæ 4106 Nabuchodonoſori primum iniiſſe; deductis annis 4106 de 4114, fiunt anni octo vertentes, & iniens nonus Nabuchodonoſori, quo Iechoniam deportauit. Adde ſolidos XXXVI, vt ipſe iubet Scaliger, conſurgent anni XLIV ſolidi, & iniens XLV, quo Nabuchodonoſor exceſſit è vita. Et tamen
D XLIII tantùm numerat. Sed conflictum illum, ſententiarúmque pugnam hîc ſummatim colligamus.

 A

DIAGRAMMA CONFLICTVS SCALIGERIANI ſuper epocha Nabopoll. & Nabuchodon.

Nabopollaſſarus Nabuchodonoſori pater		
Iniit		
Ex Lib. v de Emendat.	Ex Appendice.	Ex Iſag. Canon.
Anno Nabonaſſ. cxxiii. Per. Iul. 4089.	Anno Nabonaſſ. cxxiii, Per. Iul. 4089.	Anno Nabon.cxxiii,Per. Iul. 4089.
mortuus eſt		
Anno Nabon. cxlix, Per. Iul. 4115.	Anno Nabon. clii, Per. Iul. 4118.	Anno Nabon. cliii, Per. Iul. 4119.
regnauit		
Annos xxvii, cum filio vii.	An. xxix, & iniit xxx, cum filio xii ſolidos.	An. xxx, & iniit xxxi, cum filio xiii ſolidos. B
Nabuchodonoſorus		
Iniit		
Anno Nabon. cxliii, Per. Iul. 4109.	Anno Nab. cxl, Periodi Iul. 4106.	Anno Nab. cxl, Periodi Iul. 4106.
moritur		
Anno Nab. clxxxv, Per. Iul. 4151.	A.Nab.clxxxii,Per.Iul. 4148 vel clxxxiii, Per.Iul. 4149.	Anno Nab.clxxxiv,Per. Iul. 4150.
regnauit		
Annis cum patre vii: ſolus xxxvi. In totum, xliii.	Cum patre xii ſolidos, & iniit decimum tertium: ſolus xxx, vel xxxi. vniuerſè xliii, & iniit xliv.	Cum patre xiii ſolidos, & decimum quartum iniit: ſolus xxxi. In totum xliv, & inchoauit xlv. C

Totidem ſunt apud Scaligerum opinionum diſſidia. Ita miſerè obſcuram alioquin & implicatam hiſtoriam, obſcuriorem implicatioremque reddidit. quam vt ex iis ambagibus euoluamus, ſedulò in ſequentibus elaborabimus.

Definitur ex rei veritate quartus annus Ioakim, & primus Nabuchodonoſori. De Ioſiæ poſteris. Hieremiæ & Ezechielis loca conciliantur. Annus primus Nabuchodonoſori. Inſignis Beroſi locus illuſtratur.

CAPVT LXI.

VT & quæſtionis ſtatus, explicatióque ipſa facilè percipiatur: & quædam ἄπορα Scripturæ obiter excutiantur, pauca de Ioſiæ liberis ac ſucceſſione præmittenda ſunt. D Lib. i Paralip. cap. iii, 15, Ioſiæ liberi nominantur quatuor; Iohanam, Ioakim, Sedecias, & Sellum. Ex hiſtoria verò Regum, primus poſt obitum Ioſiæ regnauit eius filius Ioachaz, menſibus iii, Lib. iv Reg. cap. xxiii, 30. Secundus poſt Ioachaz regnauit Ioakim, qui & Eliacim, annis xi, lib. iv cap. xxiii, 34. Tertius fuit Sedecias, qui Ioachin Ioakimi filium excepit, annis xi, cap. xxiv, 17. Nos in Animaduerſ. ad Epiphanium Hebræorum ſententiam amplexi ſumus, qui Sellum eundem eſſe putant cum Ioachaz, qui paternum regnum populari factione, non iure ætatis obtinuit. (Animad. pag. 18.) Etenim poſt Iohanam, qui patre adhuc ſuperſtite mortuus videtur, maximus natu fuit Ioacim, ſiue Eliacim; cui proximus erat Sedecias: minimus natu Ioachaz, ſiue Sellum, vt ibidem pluribus oſtendimus. Eſt autem ſubtiliter diſtinguenda ſimilitudo nominum Ioakim, & Ioachin. Nam Ioſiæ filius, qui Ioachazo ſucceſſit, Ioakim per Koph ſcribitur; Ioakimi filius per Caph,

A Ioachin, qui & Iechonias dicitur. Falluntur enim, qui Iechoniæ nomen Ioakimo tribuunt. Sed hæc in Animaduerſionibus habes explicata diligentiùs.

Redeamus igitur ad propoſitam controuerſiam. In primo capite Danielis anno tertio Ioakim veniſſe Nabuchodonoſor dicitur, & obſeſſis Hieroſolymis, tam vrbem ipſam, quàm Ioakimũ regem in poteſtatem accepiſſe. At Hieremiæ xxv, 1, annus quartus Ioakimi comparatur cum anno primo Nabuchodonoſori, cuius tum imminẽs graſſatio prædicitur. Si anno tertio Ioakimi capta vrbs eſt, cum rege Ioakimo, quomodo anno poſteà hæc ipſa calamitas, quaſi futura nunciatur? Ad hæc lib. IV Reg. cap. XXIV, 1, regnante Ioakimo, dicitur Nabuchodon. rex Babylonis aſcendiſſe, eique ſeruiiſſe Ioakim tribus annis: tum immiſiſſe Dominus illi latrunculos Chaldæorum, & latrunculos Syriæ, Moab, & Ammon, vt diſperderent Iudam. Ob id tertium annum, vel quartum Ioakim, in quem incidit expeditio Nabuchodonoſori, diuersè Interpretes & Chronologi computant. Ioſephus x Orig. cap. VII, cenſet Nabuchodonoſorum anno quarto Ioakim regnare cœpiſſe, eodémque anno cum Ægypti rege Nechao debellaſſe. Tum octauo Ioakimi,
B ipſius autem Nabuchodonoſori quarto, poſtquam Nabuchodonoſor Syriam, quam occiſo Ioſia ſibi vendicarat Ægyptius, recepit; Ioakim in eius poteſtatem veniſſe; ab eóque regnum pretio mercatum eſſe; & cùm triennio in fide manſiſſet, poſteà defeciſſe: ac demum anno regni totius vndecimo, tertio verò, ex quo Babylonio regi ſeruire cœperat, regno vitáque eſſe priuatum. Ita Lyranus in Danielem, & Abulenſis in Lib. IV Reg. cap. XXIV. Paulò aliter tertium illum annum Ioakimi R. Saadias, & R. Selomoh interpretati ſunt. Nam cùm in eo conſentiant, vt vndecimum regni totius eſſe dicant; differunt tamen quod tertium eundem numerant à defectione Ioakimi, non ab eo tempore, quo vectigalis eſt factus. Quippe Nabuchodonoſorum ait R. Saadias anno regni ſui primo, Ioakimi quarto, Niniue potitum, anno quinto Ioakimi, ipſius verò Nabuchodonoſori ſecundo, Hieroſolyma cepiſſe, ac Ioakimo tributum impoſuiſſe; quod cùm annis tribus dependiſſet, demum anno tertio exacto, regni totius vndecimo, à Nabuchodonoſoro captum & interfectum eſſe.

Quæſtionis ſtatus.

C Mihi tertius ille Ioakimi annus, qui à Daniele memoratur, ab eo tempore, quo primùm regnare cœpit, arceſſendus videtur: porrò Nabuchodonoſori primus annus iniiſſe anno quarto Ioakimi regis. Etenim Beroſus in fragmento illo, quod Ioſephus, & Euſebius deſcripſere, cuiuſque ſuperiori capite IV meminimus, ſcribit Nabopollaſſarum patrem Nabuchodonoſori, cùm audiſſet rebellaſſe Satrapem illum, quem Ægypto, ac Syriæ præfecerat, filium ſuum in expeditionem miſiſſe. Hoc ipſum anno tertio Ioakimi contigit. Victis rebellibus, recuperatáque ditione, ſub idem tempus Nabopollaſſarus mortuus eſt; ac tum Nabuchodonoſorus conſtitutis rebus omnibus, captiuos ex Ægypto, Syria, & Iudæa ſecum deducens, in Babyloniam reuerſus eſt. Quocirca anno tertio labente Ioakimi Nabuchodonoſor expeditionem illam, viuente adhuc patre, ſuſcepit: quo mortuo, anno Ioakimi quarto, primum auſpicatus eſt regni ſui; cùm paulò ante Ioakimum, & vrbem cepiſſet. Sic inter ſe Hieremiæ, ac Danielis loca illa concilianda ſunt; tametſi poſſumus annum tertium apud Danielem pro completo, & ineunte quarto ſumere. Hoc modo nihil erit neceſſe viuo adhuc patre Nabo-
D pollaſſaro dicere Nabuchodonoſorum regnandi initium feciſſe. tum Nabopollaſſaro non plures annos vno & viginti tribuemus; quot Beroſus apud Ioſephum & Euſebium aſſignat, nec non Mathematicus Canon. Anno demum octauo regni ſui Ioakimus, poſtquam tribus annis ſeruiiſſet, iugum excuſſit; donec anno vndecimo, defectionis tertio confecto, à Babyloniis denuò victus, & interfectus eſt.

Vnde annus Ioacimi tertius repetatur.

Quæ cùm ita ſint, annum primum Nabuchodonoſori regis ſtatuere ex iis, quæ ſuprà diſputata ſunt, difficile non erit. Ioakimi primus cadit in annum Periodi Iulianæ 4104, mundi 3374. proinde quartus, idémque Nabuchodonoſori primus, erit Periodi Iulianæ circiter 4107, mundi 3377. Sed Beroſi locus expendendus eſt, ex eóque eruenda, quoad licet, hiſtorica veritas.

Verba Beroſi ex tertio libro Chaldaicarum Originum. Ἀκούσας δ᾽ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ναβοπολλάσαρος, ὅτι ὁ τεταγμένος σατράπης ἔν τε Αἰγύπτῳ, καὶ τοῖς περὶ τὴν Συρίαν τὴν

Extat apud Ioſephum lib. x. Orig. cap. XI.

& I. cont. Appionem. & apud Euſeb. lib. IX de præp.

κοίλην, καὶ τὴν Φοινίκην τόποις ἀποστάτης γέγονεν, οὐ δυνάμενος ἔτι κακοπαθεῖν, συστήσας τῷ υἱῷ Ναβουχοδονοσόρῳ ὄντι ἔτι ἐν ἡλικίᾳ μέρη τινὰ τῆς δυνάμεως, ἐξέπεμψεν ἐπ' αὐτόν. συμμίξας δὲ Ναβουχοδονόσορος τῷ ἀποστάτῃ, καὶ παραταξάμενος, αὐτοῦ τε ἐκυρίευσε, καὶ τὴν χώραν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἐποίησε. τῷ τε πατρὶ αὐτοῦ συνέβη Ναβοπολλασάρῳ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀρρωστήσαντι ἐν τῇ Βαβυλωνίων πόλει μεταλλάξαι τὸν βίον ἔτη βεβασιλευκότι εἴκοσι ἕν. αἰσθόμενος δὲ μετ' οὐ πολὺ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν Ναβουχοδονόσορος, καταστήσας τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον πράγματα, καὶ τὴν λοιπὴν χώραν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους Ἰουδαίων τε, καὶ Φοινίκων, καὶ Σύρων, καὶ τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐθνῶν, συντάξας τισὶ τῶν φίλων μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ τῆς λοιπῆς ὠφελείας, ἀνακομίζειν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν, αὐτὸς ὁρμήσας ὀλιγοστὸς παρεγένετο διὰ τῆς ἐρήμου εἰς Βαβυλῶνα, &c. *Nabopollaſſarus pater illius, audita Satrapæ defectione, quem Ægypto, Cæleſyriæ, ac Phœniciæ præfecerat; cùm par labori amplius non eſſet, Nabuchodonoſorum filium cum parte copiarum aduerſus illum proficiſci iubet. Is contra rebellem acie commiſſa, victor totum illum tractum cum authore defectionis in poteſtatem recepit. Per idem tempus Nabopollaſſarus Babylone moritur, cùm regnaſſet annis vno & viginti. Quo accepto nuntio, Nabuchodonoſorus, rebus in Ægypto, ac reliqua omni regione compoſitis, captiuiſque è Phœnicia, Syria, & Ægypto cum omni ſuo exercitu ac præda cuidam amicorum traditis, cum mandato, vt in Babyloniam omnia deportaret, ipſe cum paucis Babylonem per ſolitudinem properatò aduolat.* Hæc ex Beroſo, quantum in præſens ſatis viſum eſt. Ea porrò quanquam à ſacra nonnihil hiſtoria diſcrepare videantur, haud tamen ægrè concordabunt, ſi commoda aliqua interpretatione iuuentur.

Beroſus cum Scriptura conciliatur.

Certum eſt imprimis Nechao regem Ægypti à Nabuchodonoſoro victum eſſe, & Ægyptum ſubactam: Hierem. XLVI, 13. Hunc eſſe Satrapam illum rebellem, & acie ſuperatum, putat Scaliger. Verùm id minimè Beroſi hiſtoriæ congruit; quæ vnum duntaxat regionibus illis præfectum fuiſſe Satrapam docet. Quare veriſimile eſt, Nabopollaſſarum, perdomita Syria, & Ægypto, & ſub tributum redactis regibus, quo illos in officio contineret, Satrapam illic conſtituiſſe: qui fortaſſè cum Nechao Ægypti rege, aliiſque conſpirans, à Nabopollaſſaro defecit, & à Nabuchodonoro victus eſt.

Sed nec illud Scaligeri probatur, Nabopollaſſarum annis XII, vel XIII à primo Nabuchodonoſori, & ab expeditione illa Syriaca regnaſſe. Nam Beroſus indicat, paulò poſt filij profectionem; hoc eſt vno anno poſteà, mortuum eſſe Nabopollaſſarum. Ideo præſtat ei XXI annos aſſignare. Quod ſi triginta illos Ezechielis annos de Neuruz, vel epocha noua regis alicuius Babylonij velimus accipere, non eſt neceſſe tandiu ſuperſtitem fuiſſe Nabopollaſſarum. Quippe æra illa, quæ ab eius enthroniſmo inchoata fuerat, poſt eius obitum perſeuerare potuit. Poſtremò cùm tam expreſſa ſit apud Beroſum Nabuchodonoſori mentio; mirum eſt Theophilum lib. III ad Autolycum, ſub finem ſcribere Beroſum cùm Iudæorum calamitatē conſentaneè ſacris libris expreſſerit; regem illum Babyloniæ, à quo eſt illata, nominare Abobaſſarum, quem Hebræi Nabuchodonoſorum vocant. Neque enim Abobaſſari vocabulū in illis fragmentis legitur: ſed Nabuchodonoſori.

De Tyriorum regum originibus, deque Tyri obſidione à Nabuchodonoſoro patrata. De Hiromi regno. Ioſephi, & Menandri hallucinatio. De priſca regum Tyriorum ſucceßione, deque Tyri, & Carthaginis conditu.

CAPVT LXII.

PERTINET ad Nabuchodonoſori hiſtoriam hæc epocha; quandoquidem Tyrum obſediſſe dicitur. ſed tempus obſcurum, & incertum; de qua re multa in Appendice ad libros de Emendatione diſputauit Scaliger; quæ indidem, vnde ille ſumpſit, hoc eſt è Ioſepho repetenda & excutienda ſunt.

Ioſephus lib. I contra Appionem pag. edit. Froben. 924. ex Menandro Epheſio, qui Tyriorum regum hiſtoriam prodidit, refert Abibalo regi ſucceſſiſſe filium eius Iromum, qui vixit XXXIV annis. Hunc excepit Baleazarus eius filius, qui vixit an-

A xit annis XLIII, & VII regnauit. Inde Abdaſtratus eius filius vixit annis XXIX, regnauit IX. Hic à nutricis ſuæ filiis IV cæſus eſt: quorum primus regnauit annis XII. Inde Aſtartus Delæaſtarti F. annis XII, cùm vixerit LIV. Huic frater eius Aſerymus ſucceſſit, annis IX. vixit autem LIV; & à fratre Phelete interfectus eſt; qui regnauit M. VIII; vixit annis L. Hunc interfecit Ithobalus Aſtartę ſacerdos: qui vixit annis LXVIII, regnauit XXXII. Succeſſit filius eius Badezorus, qui vixit annis XLV, regnauit VI. Huic ſucceſſit filius Matgenus, qui vixit annis XXXII, regnauit X. Excepit hunc Pygmalion, vixitq; annis LVI, regnauit XLVII. Cuius anno ſeptimo ſoror eius fugiens, Carthaginem condidit. Subiicit Ioſephus anno XII Iromi Templum à Salomone fuiſſe conditum. à quo tempore ad Carthaginis ædificationem annos putat CLXIII, M. VIII; ab initio verò Iromi ad Carthaginem, CLV, M. VIII. At in lib. VIII Orig. cap. 11, pag. 231, ſcribit anno XI Iromi iam inchoato, Salomonem ad Templi ædificationem aggreſſum. A quo verò tempore primùm habitari cœpta Tyrus, ad Templi conditum, annos numerat CCXL. Theophilus ad Autolycum lib. III ex iiſdem Menandri Commentariis Tyriorum regum ſucceſſionem exſcripſit: ſed in pleriſque mendoſam, & aliquot regibus mu-
B tilam.

Iam ſi ab Hiramo annos omnes ſingulis regibus attributos à Ioſepho numeres, ſumma confiet annorum CLXXVII, menſium VIII. Detractis inde XL, quibus poſt Didonis fugam Pygmalion regnauit, & X primis Hiromi ante Templi conditum, reliqui ſunt ab XI Hiromi ad ſeptimum Pygmalionis, anni CXXVII, menſes VIII. ab initio verò Hiromi, anni CXXXVII, menſes VIII. Obſeruandum eſt autem Ioſephum libro primo contra Appionem haud ſatis expreſſè Hiromi annos concipere; imo verò mendum illius ſubeſſe verbis. Scriptum eſt ibi: τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ἀβιβάλου, διεδέξατο τὴν βασιλείαν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εἴρωμος βιώσας ἔτη τριάκοντα τέσσαρα. Quæ ſic interpretatur Ruffinus: *Moriente verò Abibalo, ſucceſſit in eius regno filius eius Hiramus, qui vixit annis* XXXIV. Non meminit annorum, quibus regnauit, ſed vitæ duntaxat. At lib. VIII. Ἀρχαιολ. Pag. 239 ita legitur: ὃς βιώσας ἔτη πεντήκοντα τρία, ἐβασίλευσε τριάκοντα καὶ τέσσαρα. *Qui vixit annos* LIII, *regnauit* XXXIV, quemadmodum & Theophilus habet. Scaliger arbitratur Ioſephum in putandis regum interuallis annos, quibus Hiramus vixit, pro regni annis per imprudentiam
C inſerere. Et quidem ab Hirami regis obitu, & initio Baleazari, ad VII Pygmalionis, annni ſunt CIII, menſes VIII. quibus ſi LII addas, fient anni illi CLV, M. VIII, quot ab initio Hiromi ad Carthaginis conditum fluxiſſe, teſtis eſt Ioſephus. At ecce ab anno Hirami duodecimo ad ſeptimum Pygmalionis, hoc eſt conditam Carthaginem, annos putat CXLIII, M. VIII, ad quos additi XII, faciunt CLV annos, menſes VIII. Eidem porro Scaligero placet, Hiromum annis XXXIV regnaſſe, ac cœpiſſe Dauidis anno trigeſimo tertio, Salomonem verò anno Hiromi octauo regnaſſe. *Itaque*, inquit, *fit mentio Hirami regis aliquot annis ante deceſſum Dauidis*. Eandem Hiromi epocham amplexus eſt in Canon. Iſagogicis.

Ioſephi, Menandri, & Scaligeri hallucinatio.

Atqui vel ex Scriptura, illóque ipſo Paralipomenon loco non Scaligeri modò, ſed etiam Ioſephi, & Menandri hallucinatio conuincitur. Quod enim pluribus, quàm XXXIV annis regnauerit, quódque non XI, vel XII illius anno, ſed XXXII ſaltem Templum à Salomone condi cœperit, neceſſario argumento conficitur. Lib. II Reg. cap. V, Scriptura refert Dauidem, poſtquam mortuus eſt Iſboſeth, toto
D Iſraëlitico regno potitum, ſtatim Iebuſæorum arcem expugnaſſe, ibíque domicilium regni ſui collocaſſe; ac tum Hiramum regem Tyri nuncios ad Dauidem miſiſſe, & ligna cedrina, artificéſque lapidum ad parietes, à quibus Dauidis palatium extructum eſt. com. 11. idem narrat lib. I Par. cap. XIV, 1. Acta hæc ſunt anno ſaltem Dauidis IX, hoc eſt primo circiter labente Monarchiæ, paulo poſt Iſboſethi necem. quod & Ioſephus, & Chronologi omnes hactenus ſequuntur. At idem ille Tyri rex Hiromus Dauidi ſuperſtes non modò Salomonem in magnificis illis deſignandis operibus adiuuit; ſed etiam poſt viceſimum Salomonis annum mutuis inter ſe donis reges ambo certarunt; III Reg. IX, 10, & II. Par. VIII. Ab anno IX Dauidis ad XXI Salomonis, anni ſunt ſolidi LII. Totidem ergo ſaltem Hiromus expleuit; ſi idem eſt, qui & Dauidem prius, & poſtea Salomonem obſeruauit; de quo nemo, quod ſciam, dubitat, neque dubitare per Phœnicum

Annales, ac Menandrum licet. Si quidem Abibalo, non Hiramo alteri ſucceſſit A Hiramus, iſque non Hiramum, ſed Baleazarum ſucceſſorem reliquit.

Hîc ſatis mirari non poſſumus Ioſephi in tractanda hac hiſtoria ἀπροσεξίαν, & inconſtantiam: qui cùm Hiramum ineunte Dauidis monarchia Tyri regem agnoſcat, cum anno illius XI vel XII, Salomonis quartum comparat, nec animaduertit quantus hic Chronologiæ hiatus, & quàm ſit vitioſa ſubductio. Ad ſummam, fieri non poteſt, vt non pluribus, quàm XXXIV annis Hiramus regnauerit; aut vt anno illius duodecimo Templum à Salomone fabricatum ſit; niſi Scripturæ fidem ſollicitemus. Nec vtrumque bellè quadrat apud Torniellum: qui cum anno mundi 2988, nono Dauidis Hiramum Tyri regem nuncios ad Dauidem miſiſſe ſcripſerit; anno ab hoc XXXVI, hoc eſt mundi 3023, Salomonis quarto, duodecimum putat eiuſdem regis Hirami. Quæ ſunt ἀσύστατα. Credibile eſt Hiramum annis LIII regnaſſe; & cùm paulo ante initium Monarchiæ Dauidis cœpiſſet, ad Salomonis XXI perueniſſe. hoc eſt anno Per. Iul. 3666 iniiſſe; deſiiſſe 3719, aut 3720. Inſequentium regum interualla ab hoc exordio deducenda ſunt. Templum itaque condi cœptũ anno ineunte XXXVII Hiromi: qui eſt Iulianæ Periodi 3702. Hinc ad B Pygmalionis ſeptimum anni ſunt CXXI. Ithobaal, qui ab Hiramo eſt octauus, iniit anno 3769; cuius anno labente 28, Achab Iſraëlitis regnare cœpit. qui, vt eſt lib. III Reg. cap. XVI, 31, *duxit vxorem Iezabel filiam Ethbaal regis Sidoniorum.* Ita mirificè tempora congruunt. Colliguntur à conditu Tyri ad initium Iromi anni 204. ad ſeptimum Pygmalionis, quo condita eſt à Didone Carthago, anni 360. ad vltimum Pygmalionis, 400.

De Tyri, & Carthaginis cõditu.

Ad Tyri & Carthaginis conditum quod attinet; Ioſephus lib. VIII Orig. cap. II ſcribit ex Annalibus Phœnicum, ab eo tempore, quo Tyrus habitari cœpta, ad Templi Salomonici conditum, annos numerari CCXL. Annus conditi Templi eſt Iul. Per. 3702. de quibus deductis 240, reliquus eſt annus 3463, quo Tyrus habitata primùm.

De Carthagine diſcrepant veterum ſententiæ. Menander apud Ioſephum anno ſeptimo Pygmalionis Didonem in Aphricam profectam condidiſſe Carthaginem refert. Hic erit annus Per. Iul. 3822, ante Romam CXL. Solinus cap. XXIX ait C exciſam poſt annos ſeptingentos triginta ſeptem quàm condita fuerat. Euerſa eſt autem Cn. Cornelio Lentulo, & L. Mummio Coſſ. anno Vrbis DCVIII; Per. Iul. 4568. Deduc annos 737; conditus cadet in annum 3832; quo cum numerus Euſebianus 1136 congruit. At in eius Chronico variis annis refertur. Primùm anno DCCCIV ex Philiſto condita dicitur à Zoro & Carchedone Tyriis. Hic eſt annus Per. Iul. 3500. Ergo triginta circiter ante Troianam ἅλωσιν annis eſt exſtructa, ante Romam CCCCLX. Rurſus anno MCLXVII, Per. Iul. 3863, poſt annos à capta Troia CCCXXXII; ante Palilia prima, XCIX. Velleius Paterculus lib. I. *Ante annos quinque, & ſexaginta, quam Vrbs Romana conderetur, ab Eliſſa Tyria, quam quidam Dido autumant, Carthago conditur.* Igitur anno Per. Iul. 3897. Seruius LXX annis ante Romam; Trogus Pompeius tribùs amplius illius vrbis originem ſtatuunt. Theophilus lib. III ad Autolycum Templum à Salomone conditum refert ex archiuis Tyriorum annis antequam Carthago conderetur XXXIV, menſibus VIII. Interpres centum addit. quod & veriſimile eſt ex iis, quæ ſuprà diſputauimus. D Non poſſumus certi aliquid ea de re pronunciare, de qua ne veteres quidem ipſi potuerunt. Veriſimile eſt, quod & aliis venit in mentem, cùm ex multis oppidis Vrbs illa coaluerit, paulatim, ac per partes excitatam fuiſſe. qui ſingulas extruxerint, ac vetera pomœria produxerint, eos conditores identidem habitos; ac ſingulis temporibus conditum eſſe Carthaginis adſcriptum.

De poſterioribus Tyri regibus, déque obſeſſa à Nabuchodonoſoro per annos tredecim vrbe Tyro. Illuſtrantur annales Tyrij. Ioſephus caſtigatur. Scaligeri error, & inconſtantia. Tyrum à Nabuchodonoſoro non videri penitus euerſam.

Capvt LXIII.

Ioſephvs libro primo contra Appionem poſteriores Tyri principes, quique in Cyri tempora deſinunt, iſtos recenſet. quos in ſequenti Laterculo deſcripſimus. Pag. edit. Froben. 927.

B

Reges Tyri.	Anni.	Menſes.
Ithobalus	o	o
Baal	x	o
Ecnibalus	o	II
Chelbes	o	x
Abbarus Pontifex	o	III
Mytgonus } Geraſtratus	VI	o
Balatorus	I	o
Merbalus	IV	o
Iromus	XX	o
Colliguntur anni XLII, menſes III.		

Hanc Tyriorum regum ſeriem ex archiuis Phœnicum expreſſam eſſe Ioſephus aſſerit. in quibus & illud erat adſcriptum: Ithobalo regnante Nabuchodonoſorum obſediſſe Tyrum. Tum poſt Regum catalogum iſta ſubiicit: οὐκοῦν ὁ σύμπας χρόνος ἔτη πεντήκοντα τέσσαρα, καὶ τρεῖς μῆνες πρὸς αὐτοῖς. ἑβδόμῳ μὲν γὰρ περὶ τῆς Ναβουχοδονοσόρου βασιλείας ἤρξατο πολιορκεῖν Τύρον· τεσσαρεσκαιδεκάτῳ δ' ἔτει τῆς Εἰρώμου Κῦρος ὁ Πέρσης τὸ κράτος παρέλαβεν. Quæ Ruffinus ita vertit: *Quapropter omne tempus eſt annorum quinquaginta quatuor, & menſium trium. Septimo ſiquidem anno regni ſui Nabuchodonoſor cœpit obſidere Tyrum. Quartodecimo autem anno regis Iromi, Cyrus Perſarum tenuit principatum.* Hæc ad Phœnicum annales Ioſephus adtexuit. Tempus obſidionis Tyriæ ex Philoſtrato retulit lib. x Orig. cap. XII. ὅτι οὗτος ὁ βασιλεὺς ἐπολιόρκησε Τύρον ἔτη ιγ'· βασιλεύοντος κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν Ἰθωβάλου τῆς Τύρου. *Hunc regem Tyrum annis tredecim obſediſſe, regnante per id tempus Itho-*
C *balo.* Ruffinus Ioſephi deprauator, pro annis tredecim, *annos tres, & menſes ſeptem* reddidit. In Ioſephi verbis ex priore contra Appionem libro dubium eſt quo numerus ille annorum quatuor & quinquaginta, cum tribus menſibus ſpectet. Neque enim ſatis exprimit vnde illos arceſſat. A ſeptimo quidem anno Nabuchodonoſori ad XIV Iromi perduci videntur; adeóque ab ineunte Tyri obſidione. Sed obſtant duo. Primùm quòd Græca corrupta ſunt: ἑβδόμῳ μὲν γὰρ περὶ τῆς Ναβουχοδονοσόρου βασιλείας. Quanquam Ruffinus ἔτει legit. Alterum quòd neque Ithobali annos concepit; neque quoto eius imperij anno Nabuchodonoſorus Tyrum obſederit: quod profectò non omittendum fuit. Suſpicari poſſet aliquis anno ſeptimo Ithobali Nabuchodonoſorum obſidionem inchoaſſe. vt ita Ioſephus ſcriptum reliquerit. ἑβδόμῳ μὲν γὰρ ἔτει τῆς Ἰθωβάλου βασιλείας ὁ Ναβουχοδονόσορος ἤρξατο πολιορκεῖν Τύρον. atque hoc pacto quatuor & viginti annos ille regnauerit. Quòd ſi ab anno primo Ithobali cœpta eſt obſidio, octodecim duntaxat regno illius imputandi ſunt. Sed de Ioſephi caſtigatione non antè ferenda ſententia eſt, quàm de
D re ipſa, & hiſtoria conſtet. Quæ quamuis monimentorum inopia perobſcura eſt, videamus tamen ecquid ad eam illuſtrandam conferre poſſimus. Tyrum à Nabuchodonoſoro totos tredecim annos obſeſſam fuiſſe docent authores illi, quos Ioſephus ſecutus eſt. Quanquam Hieronymus in comment. ad caput XXVI Ezechielis ita ſcribit. *Græcas, & Phœnicum, maximéque Nicolai Damaſceni, & alias barbarorum aiunt ſe, qui huic hiſtoriæ contradicunt, legiſſe hiſtorias; & nihil ſuper oppugnatione à Chaldæis inueniſſe Tyriæ ciuitatis, cùm probare poſſimus multa dici in Scripturis facta, quæ in Græcis voluminibus non inueniantur.* Ex quo dubitare licet, vtrum verba illa, quæ libro I contra Appionem leguntur: ἐπ' Ἰθωβάλου τοῦ βασιλέως ἐπολιόρκησεν Ναβουχοδονόσορος τὴν Τύρον, Annalium ſint, an ea Ioſephus inſeruerit ex Philoſtrato. Vtcunque res habet; perſuadent hoc nobis veteres illi à Nabuchodonoſoro Tyrum annis tredecim obſeſſam Ithobalo regnante. Nunc quoto Nabuchodonoſori id anno contigerit eruamus ſi modò poſſumus.

Lib. x cap. XIII.

Quanta ſit Scaligerianorum decretorum inconſtantia ſuper Nabopollaſſari, & A
Nabuchodonoſori primordiis ſuprà demonſtrauimus. Eadem & in hac ipſa, quæ ex illa pendet, Tyriæ obſidionis epocha conſtituenda leuitas eſt opinionum ac diuerſitas. In Appendice quidem Operis de Emendatione Temporum, cùm Nabopollaſſarum anno regni ſui octauodecimo cenſeat Nabuchodonoſorum ad Syriacam expeditionem, adeóque Tyriam deſtinaſſe, illum ipſum initæ obſidionis annum putat eſſe Nabopollaſſari decimum octauum, qui & Nabuchodonoſori primus extitit, Ithobali ſeptimus, à Nabonaſſaro verò CXL. Poſtremus obſidionis annus, qui & decimus tertius, eſt Nabonaſſari CLII, Nabopollaſſari triceſimus: quo cùm mortuus hic eſſet, Nabuchodonoſorus victor cum captiuis Phœnicibus, ac Syris Babylonẽ ingreſſus eſt. Quoniam autem Cyri primus annus, & initium Perſici regni in Iromi XIV congruunt: eſt verò Nabonaſſari CLXXXVIII; deductis annis LIV, menſibus tribus de hoc numero, reſiduus eſt annus Nabonaſſareus CXXXIV, quo Ithobalus iniit. Quare ſummam illam annorum ab Ioſepho conceptam ab Ithobali primordio ad Iromi XIV, & Cyri primum propagari exiſtimat. B

pag. XXX.

Placet nonnullis anno regni ſui ſeptimo Nabuchodonoſorum obſediſſe Tyrum, Ioakimi regis decimo exeunte, paulo antè quàm is in Babyloniam vinctus abduceretur. Ita conſequens eſt biennio circiter poſt Hieroſolymorum cladem obſideri deſiiſſe. Quidam anno Nabuchodon. nonodecimo cœptam obſideri Tyrum aſſerunt.

Tyri obſidio nequaquam anno primo Nabuchod. cœpta.

Nos quid in ea re veriſimilius arbitremur, capitibus aliquot exponemus. Principiò longam illam Tyri obſidionem annorum tredecim non putamus anno primo Nabuchodonoſori, aut etiam ſeptimo contigiſſe. proindéque nec illam ipſam videri, cuius nonnullam ſignificationem Beroſus dedit, cùm ita ſcripſit: Nabuchodonoſorum à patre Nabopollaſſaro iam ætate confecto cum exercitu miſſum in Syriam contra Satrapam illum pugnaſſe, qui Ægypto, Cœleſyriæ, ac Phœniciæ præerat: eóque ſuperato, omnes illas recuperaſſe prouincias. Mouet me vt ita ſentiam Ezechielis Prophetæ teſtimonium. qui capite XXVI, I, ſcribit in anno vndecimo (nimirum à deportatione Iechoniæ,) iuſſum ſe diuinitus Tyro Chaldæorum, & Nabuchodonoſori regis incurſionem, obſidionem, vaſtitatémque nunciare. *Ecce ego ſuper te Tyre* (ait commate 3) *& aſcendere faciam ad te gentes multas, ſicut aſcendit mare fluctuans. Et diſſipabunt muros Tyri, & deſtruent turres eius*, &c. Mox commate 7: *Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonoſor regem Babylonis ab Aquilone, regem regum, cum equis, & curribus, & cœtu, populóque magno* &c. Annus deportati Iechoniæ eſt Nabuchodonoſori regis octauus. Vndecimus igitur iniens à deportatione eſt decimus nonus eiuſdem regis, aut octauus decimus iam affectus. Quocirca nondum anno primo vel ſeptimo regni ſui Nabuchodonoſorus Tyrum aggreſſus erat. Nam quod bis obſeſſam fuiſſe coniectatur Scaliger: primùm annis tredecim; quando in Syriacam expeditionem miſſus eſt à patre Nabuchodonoſorus, vt teſtatur Beroſus: deinde poſt Hieroſolymorum cladem: cuius obſidionis tempus, atque exitus incerta ſunt: non negamus ſuſceptam à Chaldæis obſidionem intermitti aliquanto tempore potuiſſe. Verùm ex Beroſi verbis nihil de vrbis obſidione poſſe colligi, id verò defendimus. Neque enim aliud illa demonſtrant, niſi contra rebellem Satrapam, qui regionibus illis cum imperio præerat; quique, vt eſt vero ſimile ad continendos in obſequio ſtipendiarios reges ac ciuitates, & tributa ab iis exigenda locis illis impoſitus erat, rem geſſiſſe Nabuchodonoſorum, & ſecundum victoriam prouincias omnes recepiſſe. quod citra obſidionem, breuiq; ſpatio confectum eſſe Beroſus indicat. Statim enim audita Nabopollaſſari morte, in Babyloniam magna celeritate regreſſus eſt. Fruſtra igitur, & ſine probabili coniectura, tredecim annos inter profectionem Syriacam, & Nabopollaſſari mortem, reditúmque Nabuchodonoſori, Scaligeriani omnes inteponunt. Nam Beroſus non longè poſt aduentum Nabuchodonoſori, ac victoriam, pacatas ab eodem compoſitáſque prouincias refert: quod & ſuprà declarauimus.

C

D

Anno igitur Nabuchodonoſori XVI inchoata.

Alterum eſt opinionis noſtræ caput: obſidionem illam Tyriam annorum tredecim paulo ante Hieroſolymitanam accidiſſe; nimirum decimo ſexto deſinente, vel ineunte decimoſeptimo Nabuchodonoſori regis. Primus Nabuchodonoſori annus conſtitutus eſt à nobis Iulianæ Periodi 4107: Sedeciæ verò primus in eadem

A Periodo, 4115: quo, deſinente octauo Nabuchodonoſori, nonus incœpit. Ita Sedeciæ nonus, quo primum vallata ſunt Hieroſolyma, cadit in annum Per. Iul. 4124. At eodem anno Nabuchodonoſor decimum ſeptimum iniit. Anno igitur antecedente, hoc eſt Per. Iul. 4123, Sedeciæ octauo, Nabuchodonoſor Tyrum obſidere inſtituit. Paulo pòſt verò Sedecias, occupato in illa expeditione Chaldæo; ac fortaſſis etiam iiſdem defectionis conſiliis clam cum Tyriis, ac Syris implicitus, iugum excutit. Contra hunc Nabuchodonoſorus copiarum partem initio mittit. Sed vallatis Hieroſolymis, ac Iudæis acrius reſiſtentibus, florentiſſimæ in vrbis oppugnationem maiori mole incumbendum ratus, Tyriam illam priorem vel intermiſiſſe videtur, vel continuaſſe ſegnius: cùm ſatis haberet firmis præſidiis in illorum finibus diſpoſitis tantiſper hoſtem morari, eíque ad Hieroſolymitanos ſi id tentare vellet, auxilio iuuandos aditum intercludere. Interim captis Hieroſolymis ad obſidendam Tyrum denuo reuerſus eſt. in quo tredecim annos expleuit. qui à decimo ſexto Nabuchodonoſori putati in viceſimum nonum, vel triceſimum
B deſinunt. At Tyrij in illa intermiſſione metu ſoluti, ac fiduciæ pleni, déque nobiliſſimæ ciuitatis clade, & calamitate gaudentes, æmula vrbe ſublata, primas ſibi opum, gloriæ, ac rerum omnium toto Oriente pollicebantur. quod Ezechiel capite XXVI ſignificat. Dominus verò ad illorum contundendam ſuperbiam, victoris regis aduentum, & vel inſtaurandam, vel acrius vrgendam obſidionem denuntiat, ſub ipſum fere cladis Hieroſolymitanæ tempus. Nam cùm ita per Prophetam loquitur: *Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonoſor regem*; ſi quidem continuatam obſidionem eſſe velimus; hoc tacitè ſignificat; hactenus per duces præfectóſque ſuos Nabuchodonoſorum abſentem Tyrios oppugnaſſe: poſtea verò cum ingentibus copiis ipſummet affuturum.

Sed opinionis noſtræ, ne quid gratis affirmare videamur, reddenda ratio eſt: cur, inquam, ab anno XVI Nabuchodonoſori Tyriæ obſidionis initium repetamus. Docent nos Phœnicum Annales, ſi quid Ioſepho credimus, ab obſidionis Tyriæ primordio ad Iromi regis XIV, annos intercedere quatuor & quinquaginta cum menſibus tribus. Addit Ioſephus annum primum Cyri cadere in Iromi deci- *Argumēta, quibus opinio noſtra nititur.*
C mum-quartum. Cùm duo ſint exordia Cyri; Perſicum, & Babylonicum: de priori plerique Ioſephum accipiunt. ex quo illa coniectura prodiit; quam ſuo loco refellimus; Nabopollaſſarum eundem eſſe cum Nabuchodonoſoro. At ego de Babylonico primordio, ſiue anno illo primo Cyri, quo Babylone potitus, Iudæos in patriam cum inſtaurandi Templi poteſtate dimiſit, omninò intelligendum eſſe Ioſephum arbitror. Crediderítne quod nonnulli falſo putauerunt, Ioſephus eodem anno & Perſide, & Babylonia potitum eſſe Cyrum, vel certè breuiſſimo poſtea ſpatio, vtputa anno altero: non tam conſtanter aſſeuerare audeo. Nam lib. X, cap. XIII, vbi hiſtoriam illam ex inſtituto memorat; & libro XI, vbi de ſoluta captiuitate loquitur, nullam eius rei ſignificationem dedit. Illud citra hæſitationem affirmo; quem primum Cyri annum Ioſephus appellat, eum ipſum eſſe, quo Babylonicum imperium obtinuit. Quod cùm apertè libro XI, cap. I demonſtret; tum in primo contra Appionem: vbi Ithobalo regnante Cyrum Perſis dominatum eſſe refert. eundem nihilominus Babylonici imperij primum annum intelligi tam narrationis ipſa ſeries; quàm Hiſtorici ſcopus inſtitutúmque perſuadet. Propoſitum
D eſt enim Ioſepho, ex profanæ hiſtoriæ comparatione ſacræ veritatem & authoritatem adſtruere, & interuallum, quod à Templi excidio ad eiuſdem inſtaurationem, inſtaurandive poteſtatem à Cyro factam in ſacris libris interceſſiſſe legitur, Gentilium teſtimoniis approbare. Quod vt faciat, duas ex horum monimentis epochas conſtituit. Prima eſt euerſi Templi: altera eſt anni primi Cyri. Cùm enim paulo antè ex Beroſi tertio libro regum Babyloniorum ſeriem attuliſſet: nec non Cyri de Nabonido victoriam, & Babylonis expugnationem; ſtatim iſta ſubiecit: ταῦτα συμφώνως ἔχει ταῖς ἡμετέραις βίβλοις τὴν ἀλήθειαν. γέγραπται γὰρ ἐν αὐταῖς, ὅτι Ναβουχοδονόσορος ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς αὑτοῦ βασιλείας ἔτει τὸν παρ' ἡμῖν ναὸν ἠρήμωσε, καὶ ἦν ἀφανὴς ἐπὶ ἔτη ἑπτά. δευτέρῳ δὲ τῆς Κύρου βασιλείας ἔτει τῶν θεμελίων ὑποβληθέντων δευτέρῳ πάλιν τῆς Δαρείου βασιλείας ἀπετελέσθη. Quæ ſic Ruffinus interpretatur. *Hæc concordant cum noſtris. Scriptum namque in eis eſt, quia Nabuchodonoſor octauodecimo regni ſui anno, templum noſtrum ad deſolationem vſque perduxit, & fuit extermina-*

tum annis ſeptem. Secundo verò anno regni Cyri fundamentis depoſitis, rurſus ſecundo regni Darij anno perfectum eſt. Hunc locum neceſſariò deſcripſimus. Eſt enim luculentus imprimis, & ad Ioſephi mentem, quod nunc agimus, explorandam aptiſſimus. Sed in eo primùm vetus mendum caſtigandum eſt, ἔτη ἑπτὰ pro ἑβδομήκοντα. quanquam & Ruffinus illud in verſione ſua tenuit. Igitur ab anno vaſtitatis Hieroſolymitanæ, ſiue decimooctauo Nabuchodonoſori, ſeptuaginta deſolationis anni, ex Ioſephi ſententia, putandi ſunt: iidémque in Cyri ſecundum deſinunt. Porrò qui ſecundus hîc annus Cyri nominatur; in exordio libri XI Orig. primus numeratur: τῷ δὲ πρώτῳ ἔτει τῆς Κύρου βασιλείας· τοῦτο δ' ἦν ἑβδομηκοστὸν ἀφ' ἧς ἡμέρας μεταναστῆναι τὸν λαὸν ἡμῶν ἐκ τῆς οἰκείας εἰς Βαβυλῶνα συνέπεσεν. *Primo imperij anno regis Perſarum Cyri: cui ſeptuageſimus concurrebat, ex die quo noſtrum populum contigit ex propriis finibus ad Babyloniam migrare.* Ergo Ioſephi, niſi fallor, is ſenſus fuit; Cyrum anno altero, quàm in Perſide regnare cœpit, Babylone ſubacta, alterius imperij primordium habuiſſe. Vnde primus idem annus eſt Babylonici regni, & Perſici ſecundus. Quæ ſententia tametſi falſa, & multis modis abſurda ſit, tamen hanc Ioſephus amplexus eſt: qui exordium Cyri nullum attigit; neque curauit aliud, quàm Babylonicum illud, quod ad ſacram hiſtoriam pertineret. Quocirca verba illa prioris aduerſus Appionem, cùm de Ithobalo ſcribit, ἐπὶ τούτου Κῦρος Περσῶν ἐδυνάστευσεν. *Sub hoc Cyrus Perſis dominatus eſt*; nullum certum Ithobali annum definiunt, quo Perſarum imperium Cyrus auſpicatus ſit. ſed latius accipi poſſunt; vt Ithobalo Tyriis regnante dicat Cyrum Perſis imperaſſe. At cùm ſubinde ſcribit: τεσσαρεσκαιδεκάτῳ δ' ἔτει τῆς Εἰρώμου Κύρος ὁ Πέρσης τὸ κράτος παρέλαβε. *Quartodecimo verò anno regis Iromi Cyrus Perſa ſuſcepit imperium*: nihil certius, quàm de Babylonio primordio loqui Ioſephum. quando vnum hoc ad id, quo de ſermo erat, id eſt ad ſolutæ captiuitatis exitum ſpectabat. Igitur anno decimo tertio Iromi Cyrus, ex Ioſephi opinione falſiſſima, Perſarum imperium condidit. anno decimo quarto Babylone regnauit. qui fuit & ſeptuagenarij interualli, & captiuitatis exitus.

Mendum vetus in Ioſepho.

His animaduerſis, quoniam Cyrus Babylonicum imperium obtinuit anno Periodi Iulianæ 4176, Nabopollaſſari 220; vt ſuprà declaratum eſt; ſi ab annis 4176 demas annos 54, menſes 3, quos Ioſephus concipit; reſidui ſunt anni Iulianæ Periodi 4122 circiter. quo tempore Nabuchodonoſori labebatur annus decimus ſextus. Huius enim initium cadit in annum Iulianæ Periodi 4107. Atqui Ioſephus ſpatium illud annorum à ſeptimo Nabuchodonoſori deducit. ex quo plerique Tyrum obſideri cœpiſſe putant anno ſeptimo Nabuchodonoſori. Sed apparet mendoſum eſſe Ioſephi contextum; itáque reſtituendum, vti diximus. ἑβδόμῳ μὲν γὰρ τῆς Ἰθωβάλου βασιλείας. Anno ſeptimo Ithobali iunioris obſidio cœpit. Quod vel ex eo patet; quia cùm ex Archiuis Tyriorum interuallum illud explicaret, Tyriorum maximè regum tempora dinumerari oportuit.

Refellitur recentioris cuiuſdam opinio.

At non nemo ex illo ipſo Ioſephi loco, Tyriorúmque monimentis, annos ab obſidionis initio ad exordium Cyri colligi dicit non plures quàm nouem & quadraginta. quos etiam ita diſpenſat, vt annis tredecim obſidionis Baalis decem, ac reliquos deinceps ſubiiciat. quorum ſumma conficit annos 55, menſes 3. ex qua deductis annis Iromi poſtremis ſex: quoniam decimus quartus Iromi primus eſt Cyri: reliqui fiunt anni 49. Sed non animaduertit hac ſe ratione teſtimonij illius, quod ſibi ex Ioſepho parauerat, vim ac pondus infringere. Nam anni illi 54, menſéſque tres, vndecumque tandem incipiant, in Iromi decimum-quartum deſinant neceſſe eſt, Cyrique primum. alioqui nihil Ioſephus efficeret, qui interuallum, quod probare nititur, Cyri anno primo circumſcribit. Quòd ſi ab Nabuchodonoſori ſeptimo procedere vellemus epocham, non Ithobali, tunc Ioſephus à ſeipſo nimium diſſideret. Cùm enim paulo antè ex Beroſo Babyloniorum regum ſucceſſio deſcripta fuerit, in qua Nabuchodonoſorus quadraginta tribus annis regnaſſe dicitur; à cuius exordio ad Cyri primum annum, ſiue Nabonidi vltimum, annorum ſumma conficitur ſeptem & ſexaginta, cum menſibus nouem. deductis primùm annis Nabuchodonoſori ſex prioribus (quando quidem ſeptimo anno regni ſui Tyrum obſidere cœpit) relinquentur anni ſexaginta & vnus cum menſibus nouem. Nequaquam igitur ab anno ſeptimo Nabuchodonoſori ad primum Cyri anni illi ſunt 54, menſéſque tres; adeóque iniuria Ioſephus Tyrios &

A Babylonicos annales appellat. Præterea cùm à Nabuchodonoſori decimo octauo, vel decimo nono ad Cyri primum annos ſeptuaginta numeret; ſanè à Nabuchodonoſori ſeptimo ad eundem Cyri primum exiſtent anni octoginta duo; nedum quinquaginta quatuor. Tot igitur argumentorum pondere ſatis euincitur, perperam apud Ioſephum annum ſeptimum Nabuchodonoſori pro ſeptimo Ithobali ſcriptum videri.

Quæ cùm ita ſint, exiſtimamus anno octauo Sedeciæ, Nabuchodonoſori decimo ſexto, Tyrum obſideri cœpiſſe: paulò verò pòſt, hoc eſt anno nono Sedeciæ, Nabuchodonoſori verò decimo ſeptimo ineunte, vel exeunte decimo ſexto, Hieroſolyma obſidione vallata ſunt. Sed ea tertio pòſt anno capta; Tyrus autem anno decimo, vel vndecimo ineunte poſt deſolata Hieroſolyma, anno Nabuchodonoſori XXIX, vel XXX. Hæc vnica ratio, qua Ioſephus, Beroſus, Annaléſque Tyrij ſecum & cum Ezechiele conciliari poſſunt. Quo magis hæc obſcuriſſimæ hiſtoriæ probanda concordia eſt: cæteræ, quæ ab Scaligero, vel aliis adB feruntur, nullo modo tolerandæ.

Indidem verò poſteriorum Tyri regum epocham licet colligere. (Quanquam Ithobali anni ab Ioſepho prætermiſſi ſunt.) Sed quandoquidem annus decimus quartus Iromi primus eſt imperij Babylonici Cyri, & Iulianæ periodi 4176; ſi annos inde triginta ſex, menſes tres deduxeris; reſidebit annus Periodi Iulianæ 4141 circiter, quo Baal Ithobalo ſucceſſit. Hic autem quo anno cœperit, ideo comperiri non poteſt, quia quot regnauerit annis, Ioſephus tacuit. Tyri quidem obſidio cœpit anno Nabuchodonoſori XVI, Periodi Iulianæ 4112. à quo ad 4141 anni ſunt XX. Obſideri itaque deſita Tyrus annis octo ferè ante Ithobali mortem. Poſterorũ Tyri regũ epochæ.

Verùm quis exitus obſidionis illius fuerit, & vtrum capta, direptáque ſit à Chaldæis, meritò quæritur. Res eſt propter Ezechielis citata ſuprà capita, non mediocri obſcuritate prædita. Nam capite VI, obtinendam à Nabuchodonoſoro Tyrum vaticinatur; ac cùm turres eius, muróſque diruendos; tum plateas equitibus cõplendas, ciues obtruncandos: vrbem denique vaſtandam. quod & ſequentibus C duobus capitibus pertexit. At capite XXIX, 18, ſignificat Nabuchodonoſoro regi operæ diuturnæ, quam in obſidione Tyria Deo nauauit, nondum perſolutam eſſe mercedem: cuius gratia ſe Ægyptum illi dediſſe. Tum verò ex Menandro, aliiſque Scriptoribus, à quibus Tyriorum annales proditi ſunt, liquet poſt Ithobalum, quo regnante Babylonij Tyrum oppugnarunt, alios in eâdem vrbe quàmplurimos regnaſſe. Quis exitus obſidionis Tyriæ.

Nobis in incerta, perobſcuráque re nihil affirmandum videtur. Probabile eſt tamen Tyrum à Nabuchodonoſoro tunc minimè fuiſſe ſubuerſam: occupatam quidem; ac deditione, & ſeruitutis, tributíque interpoſita pactione ſuis regibus permiſſam. Ac tum fortaſſe, vel poſteà ſaltem magna ex parte diruta, inſtaurataque denuò eſt; ſed non iiſdem excitata veſtigiis: vt perpetuæ illi à Propheta prædictæ ſolitudini locus eſſe poſſit. quem in ſenſum Hieroſolymorum à Chriſto Domino prænunciata vaſtitas, ac perpetua ſolitudo vulgò à Patribus & Interpretibus accipitur.

D

DIONYSII PETAVII
E' SOCIETATE IESV
DE DOCTRINA TEMPORVM
LIBER DECIMVS.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

DECIMO huic de Temporum Doctrina libro auſpicatiſſimum initium dabit illuſtris, maximéque celebris diſputatio de Medorum, Lydorúmque poſtremis temporibus, & Aſiaticis rebus: quibus vix habet diſciplina iſta quiquam abſtruſius, & ad inueſtigandum difficilius: cùm ad ſacram tamen nihilominus, quàm ad profanam hiſtoriam à ſitu & errore vindicandam valdè neceſſaria ſit illorum accurata cognitio. Audeo ſine iactantia dicere vix vlli Chronologiæ, aut Hiſtoriæ veram & liquidam illorum rationem hactenus conſtare. quod me tacente res ipſa monſtrabit. Huius hiſtoriæ cardo in cœleſti quadam obſeruatione poſitus eſt defectionis illius ſolaris, quæ ſub Medorum, Lydorúmque conflictum interuenit, quæque metu ac religione attonitos illos inter ſe conciliauit: de qua mirum eſt quantum & inter ſe, & ſecum ipſi conflictentur peritiſſimi temporum magiſtri. Quamobrem nos ab ea, ſic tanquam à capite, rem aggrediemur. C

De memorabili Solis defectione, quæ Cyaxare, & Alyatte rege pugnantibus accidit. cuius ignotus hactenus annus exponitur.

CAPVT I.

Pag. edit. Græcolat. Hen. St. 33. Græcæ 19.

HERODOTVS lib. 1 memoriæ prodidit Cyaxarem aduerſus Alyatten Crœſi patrem Lydiæ regem bellum ſuſcepiſſe, quòd is Scythas à ſuo regno profugos excepiſſet: cúmque ancipiti fortuna quinque D totis annis bellum illud toleraſſent; ſexto demum anno, cùm in conflictu iam acies eſſent, ſubito Solis defectu perterritos abſtinuiſſe prælio, & inter ſe pacem ac fœdus iniiſſe. τῷ ἕκτῳ ἔτεϊ συμβολῆς γενομένης, συνήνεικε ὥστε τῆς μάχης συνεστεώσης, τὴν ἡμέρην ἐξαπίνης νύκτα γενέσθαι. τὴν δὲ μεταλλαγὴν ταύτην τῆς ἡμέρης Θαλῆς ὁ Μιλήσιος τοῖσι Ἴωσι προηγόρευσε ἔσεσθαι, οὖρον προθέμενος ἐνιαυτὸν τοῦτον, ἐν τῷ δὴ καὶ ἐγένετο ἡ μεταβολή. *Sexto anno ſignis collatis, quum æquo Marte certarent, inter pugnandum contigit, vt repentè dies in noctem verteretur. Quam immutationem diei Thales Mileſius Ionibus futuram prædixit, hunc ipſum annum præfiniens, quo mutatio illa facta eſt.* Rurſus eodem libro de Cyaxare Aſtyagis patre loquens. Οὗτος (inquit) ὁ τοῖσι Λυδοῖσί ἐστι μαχεσάμενος, ὅτε νὺξ ἡ ἡμέρη ἐγένετο σφι μαχομένοισι. *Hic eſt, qui cum Lydis bellum geſſit, quo tempore in ipſa pugna dies eſt conuerſus in noctem.*

Pag. Græcolat. 49. Græcæ 28.

Diu eſt quod eruditos Chronologos deliquium illud Solis exercet, quod certatim ex Aſtronomicis Tabulis eruere conati ſunt. ſed infelici, quod fatendum eſt, hactenus ſucceſſu. Nam cùm variis id annis aſſignauerint, oſtendam ex iis nullum ad hiſtoricam veritatem congruere. tùm à nobis probabile illius tempus

A inuentum eſſe, liquidò demonſtrabimus. Herodotus porro nimis incurioſè, ac negligenter illam expoſuit, neque vel annum, quo ea contigit; vel anni tempeſtatem, vel diei partem denique, vti Thucydides ſolet; curauit exprimere. Quamobrem cùm infinitam defectionis iſtius mentionem fecerit; & plures diuerſis annis eiuſdemmodi eclipſes inciderint; latiſſimus ex eo coniecturarum, ac diuinationum cāpus aperitur. Nonnulla ſunt tamen in Herodotea narratione, quæ nimiæ Chronologorum licentiæ frænos iniiciunt. Primùm quòd à Thalete prædicta ſit. Alterum quòd Cyaxare Medis imperante. Tertium, quòd tanta illa defectio fuerit, vti clara luce tenebras induceret. Quartum, quòd feruente maximè conflictu, atque adeo prouecta iam luce conſpecta ſit. Thaletis ortum Archonte Athenis Damaſia conſignat Diogenes, Olympiade XXXV. Et certè anno Olympiadis huius ſecundo Archontem Damaſiam attribuit Halicarnaſſenſis lib. III. Hic eſt annus Iulianæ Periodi 4075, ſextus ante Cyaxaris initium, quem anno Periodi Iulianæ 4080 iniiſſe ex iis conſtat, quæ libro ſuperiore cap. XXXIV de Medorum ſucceſſione diſſeruimus.

Quid Herodotus de Solari illo deliquio ſcripſerit.

Verùm Aſtyage regnante, non Cyaxare, prædictam illam à Thalete defectio-
B nem Solis accidiſſe quidam è veteribus memoriæ prodiderunt. Plinius lib. II cap. XII anno IV Olymp. XLVIII prædictum eum refert à Thalete Solis defectum, qui Alyatte rege factus eſt, anno Vrbis CLXX. Solinus verò cap. XX bellum inter Alyatten, & Aſtyagem geſtum eſſe memorat Olympiade XLIX, anno poſt Ilium captum ſexcenteſimo quarto. & videlicet ad Herodoti reſpexit hiſtoriam. Quippe barbaros inter hauſtu mutui ſanguinis fœdus ait ſanciri ſolitum: itáque ab ambobus illis regibus eſſe factum. quod ipſum Herodotus ad hiſtoriam adiunxit.

Quid veteres alij de eâdem ſenſerint.

Euſebius in Chronico ad annum Abrami MCCCCXXX, & Olympiadis XLVIII ſecundum, hæc adnotauit: *Solis facta defectio, cùm futuram eam Thales antè dixiſſet.* Móxque iſta ſubiicit ad annum I Olympiadis XLIX: *Alyattes, & Aſtyages dimicauerunt.* Perperam, vt videtur, hæ duæ periochæ diuulſæ ſunt; cùm ambo hæc eodem tempore incidiſſe oporteat; ſi quidem de Herodoteo Solis deliquio loquitur Euſebius. Nam flagrante pugna Sol defecit. Atqui de ſitu periochæ prioris codices non conſentiunt. Quidam enim ad annum tertium Olymp. XLVII. alij ad IV referunt.
C Præterea non ſatis conuenit annus Vrbis CLXX cum anno quarto Olymp. XLVIII; vt ſcribit Plinius. Nam Vrbis annus CLXX ſecundum Varronem eſt 4130 Per. Iul. ſecundum Verrium eſt 4131. Itaque annus Vrbis CLXX tres duntaxat menſes occupat anni quarti Olympiadis XLVIII, ſiue anni Iphiti CXCII.

Scaliger in vtraque operis de Emendatione temporum editione, & in Animaduerſionibus Euſebianis variè ſentit. In Editione prima annum tertium Olymp. XLIX definit, cyclo Lunæ IX; itáque caſtigandum eſſe Plinium exiſtimat. Hoc enim anno defeciſſe Solem aſſerit Septembris XX. Eſt is annus Iulianæ Periodi 4132. quo Nouilunium medium in Lydia commiſſum eſt Sept. XX, hora 9, 10′ poſt mediam noctem. Vera coniunctio hora 11, 51′. Apparens autem hora 11, 15′. Motus latitudinis verus 6, 0, 5′, 20″, eclipticus ſanè. Sed propter parallaxin nulla fuit defectio. Nam auſtralis latitudo 0′, 26″, cum parallaxi latitudinis coniuncta, quæ fuit, 33′, 40″, componit 34′, quæ ſummam ſemidiametrorum, 31′, 14″, ſuperant.

Quid Scaliger. Edit. I pag. 213.

In editione poſteriori, reprehenſo Plinio, qui annum quartum Olymp. XLVIII
D præfinierat; ſtatuit anno tertio eiuſdem Olymp. Mai XXVIII commiſſam fuiſſe Solis eclipſin, quam Thales prædixit. Quanquam alium defectum incidiſſe notat anno II Olymp. XLIX Kal. Octobris. de quo dubitat, vtrum potiùs ille ſit à Thalete deſignatus. Prior annus eſt in Iuliana Periodo 4129. quo deſiit annus tertius Olympiadis XLVIII, & quartus incepit. Poſterior eſt 4131. In Appendice quoque Editionis II poſteriorem hunc affirmat annum: Herodotum verò caſtigat, quòd Cyaxare regnante ſcripſerit eueniſſe: cùm is fuerit Aſtyages, non Cyaxares. In Animaduerſionibus denique ad Euſebij Chronicon anno MCCCCXXX ad priorem redit annum, tertium videlicet Olympiadis XLVIII, anno 4129 Per. Iul. Eadem & Buntinghi ſententia eſt. Caluiſius in annum ſecundum Olymp. XLIII, Iulij XXX, eclipſin illam contulit. At Mercatoris ſanè perplexa, & inextricabilis eſt opinio. Qui anno Vrbis CLXX contigiſſe ſcribit eclipſin Solis maximam regnante Medis Aſtyage, prædictam à Thalete Mileſio Olympiade XLVIII, anno quarto. Atqui ad

Lib V pag. 365.

Pag. XIII. P. XXXVIII.

annum eam adſcribit Olympiadis XLIX primum: qui cœpit anno Per. Iul. 4130. A
Tum ſi ad Ptolemæi calculos redigatur, incidiſſe putat Sole circa principium Arietis, & æquinoctium conſtituto. Quare annus iſte debet eſſe Per. Iul. 4131. At nulla tum Martio menſe defectio Solis extitit. Nouilunium medium Martij XIX hora 22, 25′ in Lydia. Latitudo Lunæ 10, 10, 35′, quæ eclipſin nullam promittit. Æquinoctium verò Martij XXVII. Sed ex tot allatis hactenus Solis deliquiis nullum eſt, quod ad Herodoteum illud accommodari poſſit: partim quòd alienis temporibus inciderint; partim quòd non ſatis magna fuerint, vt dies in noctem verterit. Imprimis enim Cyaxare, non Aſtyage regnante accidit. Neque ſanè meritò falſitatis accuſatur Herodotus; cui melius explorata hæc erant, quàm Scaligero. qui nullas, præterquam quas apud Buntinghum legerat, eclipſes adhibuit.

Cyaxaris tempore eclipſis illa contigit non Aſtyagis.

Atqui Cyaxaris tempore inſignem illam Solis defectionem à Thalete nunciatam incidiſſe, præter Herodotum Eudemus confirmat vetus author apud Clementem Stromateo 1, cuius verba libet adtexere. Θαλῆν δὲ Εὔδημος ἐν ταῖς ἀστρολογικαῖς ἱστορίαις τὴν γενομένην ἔκλειψιν τοῦ ἡλίου προειπεῖν φησι, καθ' οὓς χρόνους συνῆψαν B
μάχην πρὸς ἀλλήλους Μῆδοί τε, καὶ Λυδοὶ, βασιλεύοντος Κυαξάρους μὲν τοῦ Ἀστυάγους πατρὸς Μήδων· Ἀλυάττου δὲ τοῦ Κροίσου Λυδῶν. συνᾴδει δὲ αὐτῷ καὶ Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ. εἰσὶ δὲ οἱ χρόνοι ἀμφὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Thaletem verò narrat Eudemus in Aſtrologicis hiſtoriis defectionem illam prædixiſſe Solis, quæ per ea tempora contigit, quibus Medi cum Lydis pugnarunt, regnante Medis Cyaxare Aſtyagis patre; Lydis, Alyatte Crœſi patre, cui & Herodotus adſtipulatur libro primo. Atque hæc quidem tempora circa Olympiadem quintam & quinquageſimam incurrunt.* At Suidas ἐπὶ Δαρείου contigiſſe memorat. Fieri ſanè poteſt, vti plures Solis defectiones à Thalete prædictæ ſint. Cæterum inſignis illa, quam Lydis, Medíſq; præliantibus commiſſam eſſe teſtatur Herodotus, longè eſt ab iis, quas expoſuimus, diuerſa. Ex his Caluiſiana illa conuenire quidem poſſet, ſi tanta eſſet, quantam Herodotus indicat, vti diem prorſus eriperet. Ortus eſt enim Thales, vti diximus, Olympiade XXXV, anno Iulianæ Periodi 4075. Proinde anno 4107 triceſimum ferè ac tertium ætatis annum attigerat: vt maturus iam doctrinis illis eſſe potuerit. Cyaxares quoque annum in regno viceſimum & octauum C
habebat. Itaque congruunt tempora. Verùm Solaris illo anno defectio non ſatis magna fuit. Nam dimidia duntaxat diametri pars obſcurata eſt. Nouilunium verum ex Tabulis noſtris commiſſum eſt Iulij XXX, hora 11, 6′, 4″ tempore phyſico. Apparens autem hora 10, 23′. 34″. Fuítque digitorum 6, & motu horario verò tenuit horam 1, 30′. Abſque defectionis exiguitate foret, commodiſſimè in illa ſiſteret hiſtoria. Nec minus opportuna videretur & altera; quam ex Tabulis noſtris eruimus anno Per. Iul. 4111. quo vera luminarium coniunctio facta eſt Mai XVIII, hora 9, 35′ poſt mediam noctem: apparens autem hora 8, 51′. Sed nec ea ſatis ampla fuit; vtpote digitorum fere ſeptem. Item alia contigit anno 4117 eiuſdem ferè magnitudinis, Ianuarij XIII, hora poſt meridiem circiter tertia. Vt igitur iſtas omnes propter exiguitatẽ excludimus: ſic quas cæteri vulgò ad hiſtoriam illam applicant, temporum ratio ipſa conuincit. Nam Aſtyage fere imperante conſpectæ ſunt. Eiuſmodi eſt illa, quæ anno tertio deſinente Olympiadis XLVIII contigit; anno Per. Iul. 4119, Cyclo Lunæ VI, Solis XIII, Mai XXVIII, feria IV: quæ ſanè maxima fuit. Nouilunium verum ex Pariſinis Tabulis in Lydia commiſſum eſt hora 17, 7′, D
poſt noctem mediam. Apparens autem hora 18, 45′. Initium eius hora 17, 51. Summa defectio ipſo momento apparentis Syzygiæ. Deſiit hora 19, 30′, poſt occaſum Solis ſcrupulis horariis 18′. Occidit enim hora 19, 12′. Fuit porro digitorum circiter vndecim. Integra duratio horæ 1, 44′. Vnde in ipſa defectione Sol occidit. Quam etiam ob cauſam minimè illa eſſe poteſt, quàm quærimus. Hæc enim clara, quod ſæpe dicendum eſt, luce contigit: quo tempore conſeri prælia ſolent, non autem affecta iam die. At illius obſcuratio maxima occidẽtem Solem ſemihora vix anteceſſit. Sed eo præcipuè reiicitur, quòd tum Aſtyages, non Cyaxares regnabat. Etenim Aſtyages imperare cœpit anno Per. Iul. 4120, quo tertius annus iniit Olympiadis XLVI. Decimo igitur Aſtyagis anno ingens illa Solis eclipſis eſt viſa, anno Vrbis CXXIX: labente anno tertio Olymp. XLVIII, vno menſe circiter ante quartum. Quocirca Plinius de hac Solis defectione capiendus eſt: quamuis anno V. C. CLXX illam imputet, qui quidem iniit anno Per. Iul. 4130, quo vel nulla, vel

A exigua ſanè Solis obſcuratio accidit in Lydia Maij XVI. At illa Romæ penitus apparuit ab hora 4, 21′ poſt meridiem ad horam ſextam.

Poſtremò quæ anno Periodi Iulianæ 4131, ſecundo verò Olymp. XLIX commiſſa eſt, nullo modo conuenit. Accidit enim Kalendis Octobris. Nouilunium verum Romæ ſub horam 17, 15′. Apparens hora 18, id eſt occidente Sole. Cœpit hora 17, 12′, ac durauit hora 1, 36′. digitóſque ferè 7 $\frac{1}{8}$ obtinuit. Sed ne initium quidem illius in Lydia videri potuit.

Quamobrem ad pronuncianda Solis præſertim deliquia, & ex iis emendanda tempora; ac veterum denique Scriptorum eleuandam authoritatem; quod temerè Scaliger inſtituit; non ſatis eſt veros ex Tabulis luminarium motus inquirere: ſed diligentiùs ac laborioſius incumbere oportet; vt ex parallaxeon epilogiſmis apparentium ſyzygiarum momenta definiantur. Hoc dum exactè facere ſtudemus, atque in annis pluribus methodum experimur; tandem ſingulari Dei be-
B neficio verus, vt quidem opinor, nobis eclipſis illius, ac Medici prælij annus oblatus eſt.

Anno itaque Periodi Iulianæ 4117, ante Chriſtum 597, Olympiadis XLV anno quarto, Vrbis conditæ anno CLVII, eclipſis in Aſia minore magna Solis obſeruata eſt, Iulij IX. Cùm autem ad Halym fluuium, & in Cappadocia credibile ſit Cyaxarem cum Alyatte pugnaſſe: quo in loco Crœſus poſteà cum Cyro conflixit; nos ad altitudinem poli graduum 42, calculum direximus: qui eſt illius loci ſitus. Nouilunium verum ex Tabulis noſtris incurrit Iulij IX fer. 3, hora poſt noctem mediam 7, 26′. at apparens hora 5, 45′. Motus latitudinis verus ad tempus apparẽtis eſt. Sig. 5, 22, 46′, 14″. Latitudo Borea 37′, 31′. Parallaxis latitudinis 32′, 54″. quæ de latitudine ſubducta relinquit apparentem latitudinem Boream ſcrup. 4′, 37″. Semidiameter Solis 15′, 8″: Lunæ 12′, 56″. Ambæ 28′, 4″. Detracta latitudine apparenti, ſuperſunt 23′, 25″ ferè. Cùm igitur diameter Solis ſit 30′, 16″, digitorum fuit illa defectio, 9, 22′ circiter. Scrupula incidentiæ ſunt 27′, 38″. Motus horarius verus eſt 28′. Debetur ergo ſcrupulis incidentiæ hora vna. Ita duratio integra
C fuerit horarum duarum circiter, vero motu. Initium hora 4, 45′. Medium hora 5, 45′. Finis, hora 6, 45′. Verus Solis locus in Cancri 9, 20′. Proinde ſemidiurnus arcus horarum, 7, 31′. Oritur ergo Sol. hora 4, 29′: & hora 1, 16′ poſt ortum ſumma obſcuratio contigit.

Contigit ergo anno Per. Iul. 4117.

Herodotus lib. 1 pag. Græcolat. edit. 34.

Vides quàm feliciter è Tabulis noſtris calculus iſte procedat: quæ quidem longo interuallo memorabilem illam à Thalete prædictam, ac potentiſſimorum principum conciliatricem Solis eclipſin tandiu quæſitam, tótque ſæculis ignotam accuratiſſimè referunt. Satis enim magnum deliquium iſtud accidit; cùm plus dodrante Solis Lunæ corpus oculis eripuerit: reliquum ἐπιπροσθήσεως nebularum ſupprimi potuerit, vt repente noctem ex die fecerit. Quo ex ſpectaculo tantus illorum animos cum religione terror inuaſit; vt dirempto prælio, ac reſtinctis odiis, in fœdus amicitiámque coiuerint. Quod enim præliantibus ipſis, commiſſóque certamine Sol repentè defecerit, apertè teſtatur Herodotus his verbis; συμβολῆς γενομένης, &, μάχης συνεστεώσης. Item, τῆς μάχης τε ἐπαύσαντο. Falsò itaque Scaliger in Animad. ad annum MCCCCXXXI, *Herodotus*, inquit, *negat dimicaſſe; ſed in eo*
D *fuiſſe, vt dimicarent, & mihi perſuaſit.* At non mihi, nec alteri ſanè, qui Herodotum legerit.

Hactenus igitur Herodotea Solis defectio ſuo eſt à nobis tempori reſtituta. Præter hanc autem potuit & complures alias prædixiſſe Thales. Velut illa fuit, quæ poſt Cyaxaris obitum Aſtyage regnante commiſſa eſt; quam & ſuprà anno Periodi Iulianæ 4129 contigiſſe docuimus. At Cappellus eam mauult, quæ anno tertio Olympiadis XLIX, Periodi verò Iulianæ 4133, Mai XVI, feria VI conſpecta eſt. Quo ſanè tempore defectionem Solis inuenio. Nouilunium verum Sardibus in Lydia poſt mediam noctem hora 7, 30′. Apparens hora 6, 49′. Fuit digitorum 2, 30′, ſi ad altitudinem poli graduum 42 exigas. Sed prior illa anni 4129 multo maior extitit, & ad Plinij narrationem propiùs accedit: qui anno ab Vrbe condita CLXX à Thalete pronunciatam Solis defectionem eueniſſe memorat.

 A

Ex illa Solis defectione Herodotea hiſtoria plurimùm illuſtratur. Scythicæ graſſationis, & Lydorum ac Medorum pugnæ tempus aperitur. Alexandri Polyhiſtoris locus eximius.

CAPVT II.

QVANTVM ad illuſtrandam, & ex ſitu vetuſtatis eruendam hiſtoriam cœleſtes eiuſmodi obſeruationes conferant; vel hæc ipſa, quam inueſtigauimus, defectio Solis oſtendet. Incredibile eſt dictu, quanta lux ex obſcuritate illa in antiqua tempora redundet.

Pag. 48 edit. Græcol. Author eſt Herodotus lib. 1, Medorum imperium ſub Phraorte Cyaxaris patre lacertos exeruiſſe. Ille Perſas, & Aſiam inde ſuæ ditioni ſubiecit. Cùm verò Ninũ obſideret, ibi cum magna copiarũ parte periit. Huius filius ſucceſſórq; B Cyaxares paternæ cladis vltor bellũ Aſſyriis intulit. Quibus in acie ſuperatis, dum obſidione Niniuen vrget, à Scythis, qui ſe Madye duce in Aſiam, ac Mediam Cimmerios perſequentes infuderant, oppreſſus eſt, ac deuictus. Nec eo Scytharum victoria ſtetit. Totam enim Aſiam momento peruagati, ac populati, octo & viginti annos imperio tenuerunt: ac duriſſima ſeruitute, continuíſque prædationibus & exactionibus infeſtam habuerunt. Poſt annos viginti octo Cyaxares conuiuio illos exceptos, ac vino ſepultos internecione deleuit; móxque priſtinum recuperauit imperium. Ninum inſuper & Aſſyriam vniuerſam, præter Babyloniam, obtinuit. Hic ille eſt Cyaxares, inquit Herodotus, qui cum Lydis, & eorum rege Alyatte bellum geſſit. quod ita contigit. Scytharum Nomadum caterua quædam domo Herod. pag. 32. edit. Græcol. per ſeditionem pulſa, ad Cyaxarem confugit. Is ſupplices hoſpitéſque benignè primò, & humaniter habuit: adeo vt pueros ipſis Scythica lingua, & ſagittandi diſciplina inſtituendos traderet. Tum eos porro venandi imprimis peritia Cyaxari conciliabat. Nam quotidie venatum euntes perpetuam ei prædam offerebant. C Sed cùm die quodam vacui reuertiſſent, indignè ab rege habiti, barbarum in modum iniuriam vlciſcuntur. Vnum enim de diſcipulis ſuis iugulant, eiúſque carnes ferinæ, vt ſolebant, in morem paratas ad regem deferunt: atque è veſtigio ſupplices in Lydiam ad Alyattem confugiunt. Cyaxares Thyeſteis illis dapibus cum ſuis paſtus, flagitio comperto, cùm profugos ad ſupplicium ab Alyatte repoſceret, nec impetraret; ventum eſt ad arma. Quinquennali igitur bello per euentus varios & ancipites tracto; ſexto demum anno commiſſo prælio, repentina Solis obſcuratione territi à pugna deſtiterunt: donec Syenneſis Cilicis, & Labyniti Babylonij opera conciliati inuicem, pacem & concordiam nuptiarum fœdere ſanxerunt, Arienne Alyattis filia Aſtyagi Cyaxaris filio in coniugium data. Hæc ſummatim ex Herodoto. quæ ſic ordinanda putamus: vt poſt Phraortis obitum, Cyaxares ſtàtim Aſſyriam expeditionem ſuſceperit: túmque Scythica irruptio contigerit, anno circiter Periodi Iulianæ 4080, vel ſequenti. Poſtea circa annum 4108, Scythicæ graſſationi finem impoſuit. Poſt vnum aut alterum annum, non magna Scytharum manus ſuis finibus pulſa in Mediam contendit; ſéque vltrò regi in ſeruitutem addixit. Inde nata belli cum Lydis occaſio, quod anno Per. Iul. 4111 concitatum, ſexto denique, hoc eſt 4117, diremptum eſt. Sic adamuſſim cum noſtra Chronologia, & obſeruatione illa cœleſti, conſentit Herodotus: quem immeritò, vt apparet, Scaliger, cæterique vulgò temporum artifices, erroris inſimulant, quaſi falsò ad Cyaxaris imperium ſideris illam defectionem, pugnámque cum Lydis retulerit; quæ ſub Aſtyage contigerit. Nihil vt facilius, ita tolerandum minus eſt, quàm in antiquiſſimos Scriptores erroris noſtri culpam, inſcitiæque transferre. è contrario verò nihil aut conſultius, aut magis optandum eſt; (à nobis quidem ſtudioſè agitur.) quàm vt veterum authoritati fideiq; tribuamus plurimum: nec ab ea, niſi euidentiſſimis, planéque neceſſariis veritatis indiciis admoniti conuictíque recedamus. Ceterùm potuit Nabuchodonoſor per id tempus in Syria verſari: vbi perdiu bellum geſſit. Nam & ægrè tùm in poteſtate continebatur; & apertè plerique poſtea defecerunt. vnde & ſexto poſt anno Tyri obſidio

Herodotea hiſtoria digeritur. (margin note beside "matim ex Herodoto … Cyaxares ſtàtim … gerit")

D (right margin beside "Scytharum manus ſuis finibus pulſa in Mediam contendit")

Profanæ hiſtoriæ cum ſacra conciliatio. (margin note beside "niti conuictíque recedamus … nebatur")

A obſidio ab eodem inchoata. Quæ etiam fortaſſis occaſio fuit, cur & Nabuchodonoſorus. (Hunc enim Labynitum Herodoti cum Scaligero eſſe credimus) pacificandis illis regibus operam è propinquo dederit: & iſti quâ metu; qua ambitione, potentiſſimi ſe regis ad arbitrium accommodarint. Quòd & Labynitus idem fuerit ac Nabuchodonoſorus; & cum Cyaxare fœdus habuerit; teſtatur Alexander Polyhiſtor apud Euſeb. lib. IX de Præparat. Euangel. vbi refert Nabuchodonoſorum vaticinio illo cognito, quod Ioacimo regi Hieremias ediderat, παρακαλέσαι Ἀστιβάρην τὸν Μήδων βασιλέα συστρατεύειν αὐτῷ. παραλαβόντα δὲ Βαβυλωνίους, καὶ Μήδους, καὶ συναγαγόντα πεζῶν μὲν ιή, ἱππέων δὲ μυριάδας ιβ', καὶ ἅρματα μύρια, πρῶτον μὲν τὴν Σαμαρεῖτιν καταστρέψασθαι, καὶ Γαλιλαίαν, καὶ Σκυθόπολιν, καὶ τοὺς ἐν Γαλααδίτιδι οἰκοῦντας Ἰουδαίους· αὖθις δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ τὸν Ἰουδαίων βασιλέα ζωγρῆσαι: *rogaſſe Medorum regem Aſtibarem, vti expeditionis eſſet particeps. Itaque Babyloniorum, ac Medorum copiis contractis; hoc eſt peditum CLXXX milibus; equitum CXX, cum X milibus curruum, primùm Samariam, Galilæam, Scythopolin, & Galaaditidis incolas Iudæos in poteſtatem redegiſſe: inde Hieroſolyma, Iudæorúmque regem Ioacimum viuum cepiſſe.* Hæc non vno
B anno geſta ſunt à Nabuchodonoſoro: ad eundem tamen & Ioacimi deportatio; & Medorum, ac Lydorum concordia pertinet.

De ſecundi Aſſyriorum imperij temporibus poſtremis, déque Niniues excidio, quod bis accidiſſe monſtratur.

CAPVT III.

NOVVM Aſſyriorum regnum ex antiqui ruinis ac veſtigiis excitatum, libro ſuperiore commemorauimus: cuius principes aliquot è Scriptura colliguntur. Nunc de illius exitu, quantum obſcuriſſima in hiſtoria coniectura ac iudicio niti poſſumus, inſtituenda eſt oratio.

Præcipuam ambiguitatis hac in quæſtione partem offerunt libri duo, Tobias, & Nahum, tam inter ſe, quàm cum externa hiſtoria comparati. quorum prior paulo pòſt ſenioris Tobiæ mortem, euerſam Niniuen eſſe
C demonſtrat. Nam cap. XIV inſtante iam obitu Tobias, duobus & quadraginta poſt Sennacheribi necem annis, & eo fortaſſis ampliùs, imminentem Niniues vaſtitatem denunciat: *Prope erit*, inquit, *interitus Niniues. Non enim excidit verbum Domini*, &c. Ob id filio ſuo mandat, vt ſtatim ac matrem eodem ſecum tumulo condiderit, ab vrbe illa diſcedat, quod & feciſſe dicitur. Nahum verò Niniues excidium prædicit; & eiuſmodi quidem, vt funditùs euertenda, & in ſolitudinem redigenda ſit; vti capite II declarat: & capite III Ægypti, & Alexandriæ id exemplo confirmat, commate 9. De tempore Tobiæ paulò pòſt accuratiùs agitur. Interim illud obſcurum eſſe non poteſt, Tobiam regnante apud Aſſyrios Sennacherib, apud Iudæos Ezechia, vixiſſe. Cùm igitur poſt Sennacheribi cladem, annis XLII ſaltem vixerit Tobias, vti mox dicetur; eíque ſuperſtes annis aliquot coniux fuerit, apparet Ioſia ferè regnante, Niniuen fuiſſe ſubuerſam. De Prophetæ Nahum ætate vix aliud præter coniecturam habemus. Hunc ipſum tamen Ezechiæ tempore floruiſſe, ac vaticinatum eſſe, plerique ſentiunt. Quare idem ab ambobus Niniues excidium prædici non inanis eſt ſuſpicio. San-
D ctus Hieronymus in comment. ad Nahum, exiſtimat Niniuen à Chaldæis & Nabuchodonoſoro deletam. At Herodotus lib. I ſcribit Phraortem Cyaxaris patrem Niniuen obſediſſe, & in ea oppugnatione cum parte copiarum oppreſſum; poſteà verò Cyaxarem eius filium atque ſucceſſorem, Scythis è medio ſublatis, Niniuen obtinuiſſe, eáque ſub poteſtatem ſuam ſubiuncta Aſſyria quoque eſſe potitum. quam quidem Herodoti narrationem, ſuum in ordinem coniecimus capite ſuperiori, ex defectione illa ſolari, quam Thales prædixiſſe fertur.

Ribera noſter in caput II Nahum, vnam & eandem expeditionem fuiſſe diſputat, Cyaxaris, & Nabuchodonoſori. Hunc verò imperij ſui XXIV circiter, aut XXV Niniuen expugnaſſe. Sed ratio temporum ab ea putatione diſcordat. Nam primus Nabuchodonoſori, qui & Ioakimi quartus annus, ante Cyri primum eſt quadrageſimus nonus, Periodi Iulianæ 4107, vt ſuo loco demonſtratum eſt. Riberæ ſententia non probatur.

Cyaxaris verò primus, eſt ſeptuageſimus ſextus ante Cyrum, Periodi Iulianæ 4080. Quocirca Cyaxaris vltimus eſt Iulianæ Periodi 4119, quo Nabuchodonoſori currebat annus decimus tertius, Sedeciæ quintus. Non igitur ambo illi reges Niniuen expugnarunt, ſiquidem Nabuchodonoſor anno XXIV illam aggreſſus eſt. In Græco Tobiæ, cap. XIV, 19, Niniuen euertiſſe memoratur Nabuchodonoſor, & Aſſuerus. Torniellus ad annum mundi 3321, Niniuen à Merodach Babyloniorum rege captam & euerſam putat anno ipſius quarto, qui eſt mundi 3335, Ezechiæ XXVII: ſed Tobiæ domum ab incendio, & vaſtatione fuiſſe diuinitùs ereptam: & ad idem excidium Nahum vaticinium pertinere. quanquam alterum illo ipſo Nahum oraculo ſignificari dicit, quod moriens Tobias præuidit, quódque capta rurſus à filio Merodach Niniue contigit. Ita Torniellus ad annum 3371, & 3384. Quater igitur euerſam eſſe Niniuen exiſtimat. Primò quidem à Medis & Arbace, quando Sardanapalus extinctus eſt. Secundò à Merodach rege Babylonis anno poſtremo regni Aſarhaddon, Ezechia in Iudæa regnante: cuius excidij teſtem citat Ioſephum lib. Orig. x, cap. III. Tertiò à Ben-Merodach. quod & Nahum Prophetam, & Tobiam prædixiſſe credit. Quarto denique à Nabuchodonoſoro rege Babylonis. Eadem eſt & aliorum Annalium ſententia. A quibus meritò diſſentimus. Multis enim commentis ac diuinationibus tota illorum eſt hiſtoria referta.

Tornielli ſententia reiicitur.

B

Nam quod Merodach Babylonis regem Niniuen expugnaſſe, & Aſſyriorum imperio potitum eſſe fingunt, nullo id authore faciunt. Tantum enim abeſt, vt Aſſyrij Chaldæis per illud tempus paruerint, vt è contrario Chaldæis Aſſyrij dominati ſint. Neque verò in Aſſarhaddone Aſſyriorum regnum deſiit; cùm poſt ipſum Nabuchodonoſor Aſſyrius præpotens fuiſſe referatur in ſacra Iudith hiſtoria, quam in Manaſſis incidiſſe tempora poſteà demonſtrabitur. At ecce libido commenti maior, dum Merodach annos arrogant duos & quinquaginta. Accedit Chaldæorum regum noua ſucceſſio, in qua Merodach filium habet Ben-Merodach; cui quadraginta & eo amplius annos imputant. Meminit regum iſtorum ex Anniano Metaſthene Ribera noſter in caput II Nahum, num. 3. Sed Annianas haſce quiſquilias iamdudum euerrere docti homines inſtituerunt; neque cauſæ quicquam fuit, cur recentiores Annales, & illud de annis Merodach, & ſuppoſititium Ben-Merodach ex illa Chronicon fæce deriperent; & in regum ordine, aut vllo denique in hiſtoriæ loco ponerent. D anon Mathematicus, quem ſuprà produximus, Mardokempado annos decem attribuit.

C

Niniue bis & quandonam euerſa.

Vt rem paucis abſoluam, Niniuen equidem, vt ſæpius bello capta, & in hoſtium poteſtatem redacta ſit, euerſam tamen ac dirutam bis tantummodò ſuſpicor, quatenus ex ſacræ, profanæque hiſtoriæ comparatione poteſt colligi. Primum illius excidium contigit potito rerum Arbace, quando, vt Diodorus refert, ferro & incendio vaſtata eſt. Poſterius illud idem eſt, quod Nahum Propheta, deinde Tobias ante obitum præſenſit. Quod ei vel à Cyaxare, vel à Nabuchodonoſoro videtur illatum. De Cyaxare teſtis eſſe poteſt Herodotus, qui libro I ſcribit Phraortem Cyaxaris patrem cum Aſſyriis Nini incolis bellum geſſiſſe, per ídque cæſum in acie cum magna parte exercitus occidiſſe. Poſt hunc verò, Cyaxarem tentata primum eâdem vrbe, ſuperuenientibus repentè Scythis, obſidionem ſoluiſſe; ac demum barbaris poſt annis octo & viginti per inſidias interfectis, Niniues obſidionem denuò repetiſſe, eámque cepiſſe. Quam quidem hiſtoriam ſuperiori capite ordini ſuo reddidimus. vbi illud oſtenſum eſt; Cyaxarem cum Alyatte demum rege conciliatum eſſe opera Nabuchodonoſori, qui Labynitus Babylonicus appellatur ab Herodoto; qui & Medorũ copiis vſus eſt Syriacam ad expeditionem. Quamobrem veriſimile fit, Cyaxarem à Nabuchodonoſoro viciſſim adiutum Ninum expugnaſſe. Qua in re, quoniam coniecturis res agitur, duo cogitari probabiliter poſſunt. Aut enim Cyaxares Ninum illo tempore captam funditùs euertit; aut ea ſalua, & incolumi potitus eſt; quam Nabuchodonoſorus, poſt Cyaxaris mortem, quæ XIV ipſius anno contigit, occupata per vim Aſſyria, acciſiſque Medorum opibus, vaſtauit, ac ſubruit. Huic poſteriori ſententiæ fauet Hieronymus in comment. ad cap. II Nahum. quo in loco ſignificat Niniuen à ſolo

D

A Nabuchodonoſoro, nec alienis, ſed ſuis auſpiciis captam, atque ſubuerſam. Idem ſentiunt Theodoretus, Beda, Rupertus, & recentiores Annalium, Commentariorúmq; Scriptores. Quod autem à Medis ſimul, & Aſſyriis debellata ſit, Ioſephus indicat. Hic enim lib. x Orig. c. III ſub id tempus, quo in morbum incidit Ezechias, Aſſyriorum imperium à Medis euerſum refert. Tum c. VI vltimo anno Ioſiæ Nechao regem Ægypti contra Medos, & Babylonios, qui Aſſyriorũ imperium deſtruxerant, copias mouiſſe ſcribit, quando & Ioſiam interfecit. Quæ poſtrema clades Aſſyriorũ à priore, quàm à ſolis Medis illatam dixerat, diuerſa poteſt videri. Sed vnam eandémque ſignificari nihilominus exiſtimo, ex duabus perperam conflatam; & quidem errore duplici. Nam & à ſolis Medis, Arbace duce, longè ante Ezechiam occupata eſt Aſſyria; hoc eſt anno fere CL, quàm regnaret Ezechias: & à Cyaxare Medo cum auxiliis Babylonicis nonniſi poſt Ioſiæ mortem, & Ioakimo regnante, altera calamitate eſt affecta. Sed Ioſephus ad Diodori, aliorúmque reſpexit hiſtoriam, qui Arbacis adiutorem in expugnanda Nino Beleſum fuiſſe Babylonium
B narrant. Ita magnus anachroniſmus ab eo commiſſus eſt.

Ioſephi error.

Ad ſummam, Niniue mihi videtur à Cyaxare capta ſolùm, & vaſtata, non penitus euerſa: à Nabuchodonoſoro verò poſtea diruta. Idque tanto antè Nahum vaticinatus eſt, & poſt illum Tobias. Neque enim neceſſe eſt, quod tanquam certum paſſim à pleriſque ſumitur, paulo poſt Tobiæ ſenioris obitum, Niniuen exciſam fuiſſe. Nihil enim amplius tam in Græco, quàm Latino Tobia ſignificatur, quàm eius ἅλωσις & calamitas, cuiuſmodi ſatis magna vrbibus accidit, cùm in eas armatus hoſtis irrumpens, ferro & incendio in ciues ac tecta graſſatur. Hanc ἀπώλειαν Niniues, Latinè *interitum* ille liber appellat. Neutra vox vaſtitatem, ac παντελῆ καταστροφὴν neceſſariò demonſtrat. Sed vt hiſtoriæ huius obſcuritas, quoad poteſt, pleniori luce ſplendeſcat, ei velut appendix quædam adiungendus eſt Tobias; cuius in illuſtrandis temporibus non minus laboris eſt adhibendum.

C *De vtriuſque Tobiæ temporibus ſecundum Græcos, Latinóſque codices.*

Caput IV.

LATINVS Tobiæ liber olim Eccleſiaſticum in Canonem adſcriptus, multùm à Græca editione diſcrepat; quod à viris doctis obſeruatum eſt. Nam & iſta pluribus in locis redundat, ac nonnulla continet, quæ in Latina minimè reperiuntur. tum annorum numeri apud Græcos, quàm noſtros ampliores ſunt: quo ex capite præcipua quæſtionis huius ambiguitas, ac difficultas oritur. Tobiam vtrobiq; legimus è Tribu Nephtali à Salmanaſſaro Aſſyriæ rege cum Iſraëlitis reliquis in Aſſyriam perductum habitaſſe Niniue. vbi cùm, aſpirante numine, gratioſus apud regem fuiſſet, popularibus ſuis commodare inſtituit. Extincto Salmanaſſaro, Sennacherib filius eius ac ſucceſſor, accepta in Iudæa clade illa celebri, quæ ſub annum Ezechiæ XIV accidit, Niniuen reuerſus in captiuos Iſraëlitas iram conuertit. Cuius ſæuitiam ægrè To-
D bias effugit. Poſt dies XLV (*Gr.* LV) Sennacherib occiditur, Tobias verò in integrum reſtituitur. Deinceps omnia illa conſecuta ſunt, quæ in hiſtoria pleniſſimè deſcribuntur: Tobiæ ſenioris cæcitas; iunioris in Mediam profectio; nuptiæ cum Sara contractæ; reditus Niniuen, & ophthalmiæ curatio. Quibus enarratis, vltimo demum capite tempus in Latinis codicibus ita ſubducitur: Vixiſſe Tobiam patrem annos in totum duos ſuprà centum. Quippe anno ætatis LVI lumen oculorum perdidit; anno LX recuperauit. Vixit deinde XLII annis. Ita conſiunt anni CII. Sub mortem filio ſuo, ac nepotibus præcepit, vt quoniam Niniues interitus imminebat, poſtquam matrem ſuam eodem ſecum tumulo condidiſſent, ab vrbe illa diſcederent. Paruit Tobias iunior, & ad ſoceros ſuos reuerſus eſt. Et completis annis nonaginta nouem mortuus eſt. Hæc in vulgata noſtra. Græcè autem Tobias ſenior anno ætatis LVIII oculis captus eſſe dicitur, & poſt annos VIII lumen recepiſſe: mortuus autem anno ætatis CLVIII. Iunior porro vixiſſe fertur annos CXXVII. Qui & ante mortem occaſum Ni-

niues audiit, quam Nabuchodonoſor, & Aſſuerus ceperunt. Hactenus Græca A
hiſtoria.

Iſraëlitici populi deportatio, ac regni illius interitus Ezechia regnante contigit
anno eius circiter ſeptimo, Periodi Iulianæ 3994, mundi 3264. Quotus hic eſſet
ætatis Tobiæ Scriptura non exprimit. fuiſſe verò iam grandiorem, declarat eadem,
dum ei filium iam ex vxore natum eſſe refert, cap. 1, 11. Sed neque cæcitatis tem-
pus expreſſè ſatis oſtenditur; ac dubitare licet, vtrum ſubinde poſt Sennacheribi
necem, ineunte Aſſarhaddonis imperio, in eam cladem inciderit, an longius poſt-
ea. Sed de ſeniore Tobia minor eſt quæſtio. Filius autem ipſius, ſi quidē anno Per.
Iulianæ 3993, poſt quem proximè deportati ſunt Iſraëlitæ, natus iam erat, vixit au-
tem, vt Latinè ſcriptum eſt annos XCIX; mortuus ſit oportet anno ſaltem Iulianæ
Periodi 4099, in quem Cyaxaris viceſimus incurrit. Hoc ſi verum eſt, quî tan-
dem conſtabit illud, Niniuen viuo adhuc iuniore Tobia fuiſſe dirutam, adeóque,
quod Græcè proditur, ab Aſſuero, & Nabuchodonoſoro? Nam Aſſuerus iſte vi-
deri poteſt Cyaxares; neque enim nomen abludit. tum Nabuchodonoſor is erit B
ipſe, quem Cyaxaris amicum, & in oppugnanda Niniue ſocium & adiutorem
fuiſſe diximus. At expugnatio iſta nonniſi poſt Nabuchodonoſoris exordium, hoc
eſt annum Iul. Periodi 4107, potuit accidere. Sanè ſi cum Latinis ſolis codicibus
Chronologiæ noſtræ res fuerit, quibus duntaxat authoritas Canonica tribuitur;
facilè ſeſe ex iis anguſtiis expediet. Neque enim ſuperſtite Tobia filio exciſam eſſe
Niniuen aſſeuerat: neque moriens pater propinquum adeo tempus cladis illius eſ-
ſe ſignificat, vt non decimum ſaltem in annum poſt filij mortem reiici potuerit.
Sed quoniam multis interim, & citra exciſionem, grauiſſimis calamitatibus pre-
menda erat illa ciuitas; ac ſi nondum capienda, obſidenda certè, quod à Phraorte
prius eſt factum, & ager illius ipſe populandus, hoſtilitérque vaſtandus à ſeniore
Tobia præuidebatur; ideo quamprimum inde migrare poſteros ſuos hortatur.
Hoc modo nihil opus erit nouum aliquod Niniues excidium comminiſci. At Ser-
rarius noſter nouem & nonaginta Tobiæ annos illos ab eo tempore computat,
quo patrem ſepeliit: ac vitæ totius annos tribuit CLXVII. quod mihi detortum, ac
violentum videtur. Nam perſpicuum eſt, vitæ illîc annos omnes in ſummam con- C
ferri. Quòd ſi ſimplici ab ſententia diſcedere eſſet animus, mallem nonaginta no-
uem annos iſtos ab inito matrimonij numerare. Nimirum ætatis anno XXVIII
dicerem in Meſopotamiam à patre eſſe miſſum iuniorem Tobiam, ac deinde
XCIX annis vixiſſe. Ita Græcis ſuffragantibus, CXXVII annos impleſſet. Occurre-
bant & alia coniecturæ genera quibus hiſtoricus ille ſcrupulus vtcumque eximi
poſſet. Sed in ſimplici Latinorum codicum narratione interim acquieſcimus. Se-
cundum quam Tobiam patrem natum eſſe ſuſpicamur anno circiter Periodi Iu-
lianæ 3965, mundi 3235. Abductum porro in ſeruitutē anno Per. Iul. 3994, mundi
3264, anno ætatis circa triceſimum, cùm biennio ante natus ei Tobias iunior eſ-
ſet. Oculis captus eſt anno Per. Iul. 4020, mundi 3290, cùm ageret annum LVI.
Anno ætatis LX, Per. Iul. 4024, viſum recuperat. Moritur demum anno Per. Iul.
4066; ætatis CII. Iunior Tobias obiit anno Per. Iul. circiter 4092, expletis an-
nis XCIX.

D

De Lydorum regno.

CAPVT V.

QVONIAM Lydorum regni mentio à nobis eſt iniecta, libet ex Hero-
doto & Euſebio ſucceſſionem illius exponere. Lydorum nomini Ly-
dus originē dedit Atyis filius, vt l. 1 ſcribit Herodotus. Ab his Hera-
clidæ regnum acceperūt, quorum primus fuit Argon Nini F. Beli ne-
pos, Alcæi pronepos. Hi regnum DV annis obtinuerunt ἐπὶ δύο καὶ
εἴκοσι γενεὰς *per* XXII *hominum ætates*. Ita γενεὰ quælibet annos fere XXIII habebit. At
Scaliger reges XXII interpretatur. Heraclidarum poſtremus Candaules fuit. Ex-
inde Mermnadæ Lydis regnarunt; quorum primus Gyges extitit; poſtremus

A verò Crœſus. Ante Heraclidas quinam imperarint principes, obſcurum eſt. Heraclidarum, & Mermnadarum ſeries iſta partim ab Euſebio in primo Chronico, partim ab Herodoto deſcribitur.

LYDORVM REGVM Heraclidarum & Mermnadarum Laterculum.

Ex Euſebio.	
Heraclidæ.	
Ardyſus	XXXVI
Alyattes	XIV
Meles	XII
Candaules	XVII
Mermnadæ.	
Gyges	XXXVI
Ardys	XXXVII
Sadyattes	XV
Alyattes	XLIX
Crœſus	XV
Colliguntur anni CCXXXI.	

Ex Herodoto.	
Heraclidæ.	
Annis DV ab Argone ad Candaulem.	
Mermnadæ.	
Gyges	XXXVIII
Ardys	XLIX
Sadyattes	XII
Alyattes	LVII
Crœſus	XIV
Colliguntur anni à Gyge CLXX. Ab Argone DCLXXV.	

B

Si conſtaret quanam Olympiade, quóve anno Crœſus à Cyro ſuperatus eſſet, vnà & illud colligi poſſet, quo anno Lydorum regnum inierit. Medi à Cyro deuicti ſunt circa annum Periodi 4155, Olympiadis LV primum exeuntem. Euſebius in Chronico Olympiadis LVIII anno primo Crœſum à Cyro captum & extinctum Lydorum regnum aſſerit. Eſt hic annus Periodi Iulianæ 4166. De quibus detractis annis CCXXXI, ſuperſunt 3935. Ita anno circiter 3936 Heraclidæ Lydis imperare cœperunt, biennio ante primã Olympiadem, ſi Africanum & Euſebium ſequimur. At ex Herodoto, deductis annis 675 de 4166, ſuperſunt anni 3492. Itaque ſub annum Periodi Iulianæ 3492, Heraclidarum imperium apud Lydos exortum eſt, annis ante ἅλωσιν Troianam circiter XL. Probabilior eſt Herodotea putatio. Cæterum Herodotus hiſtoriam ſuam à Gyge cœptam ad Xerxis διάβασιν pertexuit. Interuallum annorum CCXL definitur à Dionyſio Halycarnaſſ. lib. περὶ τῶν Θουκυδίδου ἰδιωμάτων. At anteà annorum duntaxat CCXX eſſe dixerat. Verior eſt poſterior calculus. Annus primus Gygis cadit in annum Periodi Iulianæ 3997, qui eſt IV Olymp. XV. Annus διαβάσεως Xerxis, eſt Periodi Iulianæ 4234. Interuallum annorum 238, hoc eſt ferè 240.

C *De excidio Vrbis, & caſu Sedeciæ. Scaligeri falſa opinio conuincitur; ac probabilis ratio conſtituitur. Annum Sedeciæ* X *non eſſe Sabbaticum.*

CAPVT VI.

IN libro V de Emendatione Temporum: in Prolegomenis eiuſdem operis: & lib. III Iſagog. Canon. pag. 289, certiſſimum eſſe putat Scaliger; vrbem cum rege captam eſſe anno Sabbatico, Periodi Iulianæ 4124, Olympiadis XLVII tertio, Nabonaſſari CLVIII. Quod in Prolegomenis hac ferè argumentatione colligit. Primùm oſtendit non ante quartum annum Olymp. XLVI illud potuiſſe contingere. Nam Ezechias anno XIV regni ſui legatos à Merodach accepit. Fingamus annum XIV Ezechiæ eſſe primum Merodach, hoc eſt Nabonaſſari XXVII, vt ex Ptolemæo didicimus, ab initio Ezechiæ ad excidium vrbis anni ſunt ſolidi CXXXVIII: hoc eſt annus excidij D eſt centeſimus triceſimus nonus. quod etiam ita demonſtrat. Annus primus Sedeciæ eſt quartus hebdomadis. Nam Hierem. XXVIII, 1, principium regni Sedeciæ componitur cum anno quarto, videlicet hebdomadis. Ergo vndecimus eſt Sabbaticus, vt ex cap. XXXIV eiuſdem Prophetæ liquet. Similiter annus XIII Ezechiæ eſt Sabbaticus, & XIV eſt primus hebdomadis; vt ex Iſaiæ XXXVII, 30, & IV Regum XIX, 29 conſtat, cùm ita Scriptura loquitur: *Comede hoc anno quæ repereris; ſecundo autem anno, quæ ſponte naſcuntur: porro in tertio anno ſeminate, & metite.* Annus primus, ſecundus, tertius hedomadici ſunt. Ergo primus Ezechiæ eſt ſextus hebdomadis; & addita vnitate ad annos Ezechiæ, habebis annum Sabbaticum. Annus XI Sedeciæ eſt XXXIX ab initio Ezechiæ. Addita vnitate, numerus erit ſeptenarius. Quibus additis annis XIII Nabon. qui Ezechiæ primum antecedunt, fit Nabonaſſari CLII; vbi caſus Sedeciæ locandus eſſet, Periodi Iulianæ 4118: de quibus deductis 907 remanet annus Exodi 3311. Atqui Niſan Exodi cœpit feria V,

in anno verò 3211 cœpit feria III. Ergo annus proximus, quo Niſan cœpit feria V, A
Is debuit ſaltem eſſe annus Exodi, Periodi Iulianæ 3214. Adde annos 907 abſolutos ab Exodo, annus 4121 erit annus excidij Vrbis, qui eſt quartus Olympiadis XLVI. Verùm poſt Olympiadem XLVI ponendum eſſe caſum Sedeciæ, adeóque anno III Olymp. XLVII, probat ex Regum Ægypti ſucceſſione. Nam Amaſis cùm regnaſſet annis LV, obiit circa VII Cambyſis, Nabonaſſari CCXXV. Nechao occiſus eſt anno IV Ioacim, Hierem. XLVI, 2. poſt quem Pſammitichus regnat annos VI; Aprias annos XXV; poſtremò Amaſis. Colliguntur ab obitu Nechao ad obitum Amaſidis, anni LXXXVI, qui de CCXXV deducti relinquunt annum Nabonaſſari CXXXIX, quartum Ioacim, & primum Nabuchodonoſ. Ergo Sedecias captus eſt anno CLVIII Nabon. & III Olymp. XLVII, Periodi Iulianæ 4124. Hæc Scaliger in Prolegomenis; qui in calce Apendicis annos enumerans, qui in vetere Teſtamento charactere aliquo inſigniti ſunt, annum XIV Ezechiæ docet eſſe primum hebdomadis; primum Sedeciæ, quartum hebdomadis, & vltimum Sabbaticum. B

Annus vltimus Sedeciæ non eſt Sabbaticus.

Nos, qui ab Scaligeriana putatione vno tantùm anno diſcrepamus, non videmus argumentatione illa, qua vtitur, idipſum quod exiſtimat poſſe colligi. Huius quippe firmamenta ſunt annorum characteres illi, quos è ſacris literis fruſtra demonſtrare nititur. Hoc enim negandum eſt, annum XI Sedeciæ Sabbaticum eſſe. Nam quod Hieremias capite XXXIV refert dimiſſos eſſe ſeruos, & ancillas liberos anno Sabbatico, nequaquam id eodem anno geſtum eſt, quo Hieroſolyma capta ſunt, ſed anno antè, videlicet Sedeciæ decimo. Etenim Nabuchodonoſor Vrbem obſidere cœpit anno IX Sedeciæ, menſe X, lib. IV Reg. XXIV. Anno ſequenti Pharao rex Ægypti ſuppetias ferens Sedeciæ, Chaldæos in ſeſe conuertit, obſidionémque ſoluit. Hierem. XXXVII. Hoc interuallo Iudæi ſeruos & ancillas, quos ex legis præſcripto manumiſerant, in ſeruitutem retraxerunt; quod anno X Sedeciæ contigit, non XI. Item falſum eſt annum XIII Ezechiæ eſſe Sabbaticum; vt libro ſuperiore cap. XII docuimus. Ad hæc annus primus Sedeciæ eâdem conſequentia quartus hebdomadis non fuit: neque fuiſſe ſatis ex illis C
Hieremiæ verbis cap. XXVIII concluditur. Nam priora iſta: *Et factum eſt in anno illo in principio regni Sedeciæ regis Iuda*, nonnulli ad ſuperiora referunt, atque à poſterioribus ſeparant: *In anno quarto*, *in menſe quinto*; quæ cum ſequentibus nectuntur. Quod ego probabile iudico. Quocirca mera diuinatio eſt, quartum annum apud Hieremiam hebdomadis eſſe quartum, cùm ſit ex epilogiſmo noſtro quintus. Porrò ab Exodo ad XI Sedeciæ longè plures numeramus annos, quàm DCCCCVII, quos definit Scaliger. Nos enim DCCCCLXXXIV imputamus huic interuallo, vt in ſuperiore libro diſputatum eſt. Quæ ad Ægyptios reges attinent, ſequenti capite pertractabimus.

Annus Vrbis Tēplique ſubuerſi.

Excuſſis characteribus illis, quos è ſacris literis falsò colligebat Scaliger, ſupereſt vnica ratio conſtituendi illius anni, ex antecedentium annorum ſerie, quæ ad vltimum Sedeciæ, Templíque caſum perducitur. Annus primus Sedeciæ, vt in libro ſuperiore ſtatuimus, eſt Periodi Iulianæ 4115, mundi 3385. Ergo vndecimus eiuſdem erit Periodi Iulianæ 4125, mundi 3395. Hoc igitur anno, menſe

sola vulgata versio ht diem 5: reliq oēs diem 9, cū Hebraic Codex.

quarto, die quinta menſis, vt eſt Hierem. XXXIX, 2, aperta ciuitate ingreſſi ſunt D
Chaldæi. At cap. LII, 6, nona die menſis id accidiſſe refert, quando ſcilicet perrupta ſunt penitus Vrbis mœnia, quæ die V labefactari cœperant. Menſe V, decima die Nabuzardan Templum ſuccendit. Annus hic erat Iudaicus 3172, cuius Tiſri iniit XX Septembris. Character eſt 7, 2, 904, feria ſeptima, cyclo Solis Romano VIII, litera E, Lunæ I. Character Niſan 2, 7, 162: Martij VIII, anno Periodi Iulianæ 4125, cyclo Solis IX, lit. DC. Character verò Thamuz, ſiue menſis quarti, 6, 21, 481, Iunij XII, feria VII. Ergo nona dies Thamuz, XX Iunij. Porro Neomenia Ab feria 1, 10, 194, Iulij XI. Ita Iulij XX, decima die Ab, Templum conflagraſſe dicendum foret, ſi recentior illa Iudaici anni forma per idem tempus obſeruata fuiſſet. Ioſephus lib. VI Αλωσ. cap. XXVI, ἡμέρᾳ δεκάτῃ Λώου μηνὸς, *decima die Loi menſis*, incenſum eſſe Templum aſſerit: quod Ruffinus Interpres lib. VII cap. IX vertit *decima die menſis Auguſti*. Vnde Scaliger hoc in libro Iulianum Loum, qui idem eſt cum Auguſto, putat eſſe, non lunarem. Sed fallitur, idque alibi ſæpe re-

A futatum eſt. Vide quæ lib. II cap. XXII de Periodo Iudæorum Alexandrea diſputauimus.

Annus itaque excidij Hieroſolymitani & Sedeciæ vndecimus, eſt ab orbe condito 3395; ab Abraamo 1437; ab exodo 932; ab initio Dauidis 468; à conditu Templi, 424; ante Chriſtianam æram, 588. Eſt autem Olympiadis XLVII quartus, ſiue Iphiti CLXXXVIII, Nabonaſſari CLIX; cuius Thoth Ianuarij XVII feria I.

De Nabuchodonoſori ſucceſſoribus. Beroſi, Abydeni, ac Ioſephi teſtimonia declarantur. huius etiam caſtigatur error. Tùm probabilis illorum hiſtoria deſcribitur.

Capvt VII.

OBSCVRISSIMA ſunt Babyloniorum nouiſſima tempora, & paucorum, qui quidem extent, Veterum illuſtrata ſcriptis: ex quo B factum eſt, vt in tradenda Nabuchodonoſori ſtirpe ac ſucceſſione mirum inter Chronologos diſſidium conflatum ſit. Plerique ſacrorum librorum, vt ſibi videntur, authoritatem ſecuti Nabuchodonoſori ſucceſſorem faciunt filium eius Euilmerodachum. Huic Balthaſarem ſubiiciunt; quem à Dario Medo regno vitáque ſpoliatum teſtis eſt Daniel. Sed de Balthaſſare ac Dario illo Medo inuicem haud conſentiunt. Nam Euilmerodachum Nabuchodonoſori ſucceſſorem extitiſſe docet Hieremias cap. LII, 31, & lib. IV Reg. cap. XXV, 27. Balthaſſarem verò Nabuchodonoſori filium fuiſſe, Danielis V, 3, 11, 13, 18, ſignificatur: & apertius Baruch I, 11. Vulgo tamen Baltaſſarem Euilmerodachi filium, Nabuchodonoſori nepotem eſſe cenſent. quod Hieremiæ cap. XXVII, 7. indicari videtur. *Et ſeruient*, inquit, *ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius.* vbi filius Nabuchodon. eſt Euilmerodach: filius filij, id eſt nepos, Baltaſſar. Theodoretus in Danielem Baltaſſarem Nabuchodonoſori filium natu minorem fuiſſe putat, fratrem Euilmerodachi. Hieronymus in Danielis cap. V inter Euilmero- C dachum, & Baltaſſarem duos inſerit reges, Negliſarum & Laboſordachum; vt quintus à Nabuchodonoſoro ſit Baltaſſar. Quod verò filius in Scriptura Nabuchodonoſori vocetur Baltaſſar, id ex Scripturæ conſuetudine profectum aſſerit, qua patres, omnes proaui, & maiores vocantur.

Apud Ioſephum lib. I con. Appionem pag. 926, & Euſebium lib. X Præpar. pag. 267, Beroſus Babyloniorum regum ſucceſſionem explicat, his verbis: Ναβουχοδονόσορος μὲν οὖν μετὰ τὸ ἄρξασθαι τοῦ προειρημένου τείχους ἐμπεσὼν εἰς ἀῤῥωστίαν, μετηλλάξατο τὸν βίον, βεβασιλευκὼς ἔτη τεσσαράκοντα τρία. τῆς δὲ βασιλείας κύριος ἐγένετο ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εὐιλμαράδουχος. οὗτος προστὰς τῶν πραγμάτων ἀνόμως, καὶ ἀσελγῶς ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τοῦ τὴν ἀδελφὴν ἔχοντος αὐτοῦ Νηριγλισσοόρου ἀνῃρέθη, βασιλεύσας ἔτη δύο. μετὰ δὲ τὸ ἀναιρεθῆναι τοῦτον διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν ὁ ἐπιβουλεύσας αὐτῷ Νηριγλισσόορος ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα. τούτου υἱὸς Λαβοροσοάρχοδος ἐκυρίευσε μὲν τῆς βασιλείας παῖς ὢν μῆνας ἐννέα. ἐπιβουλευθεὶς δὲ διὰ τὸ πολλὰ ἐμφαίνειν κακοήθη, ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη. ἀπολομένου δὲ τούτου, συνελθόντες οἱ ἐπιβουλεύσαντες αὐτῷ κοινῇ τὴν βασιλείαν περιέθηκαν Ναβοννήδῳ τινὶ τῶν ἐκ Βαβυλῶνος ὄντι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυστάσεως. ἐπὶ τού- D του τὰ περὶ τὸν ποταμὸν τείχη τῆς Βαβυλωνίων πόλεως ἐξ ὀπτῆς πλίνθου, καὶ ἀσφάλτου κατεκοσμήθη. οὔσης δὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐν τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ ἔτει, προεξεληλυθὼς Κῦρος ἐκ τῆς Περσίδος μετὰ δυνάμεως πολλῆς καταστρεψάμενος τὴν λοιπὴν βασιλείαν ἅπασαν, ὥρμησεν ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας. αἰσθόμενος δὲ Ναβόννιδος τὴν ἔφοδον αὐτοῦ, ἀπαντήσας μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ παραταξάμενος, ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ, καὶ φυγὼν ὀλιγοστὸς συνεκλείσθη εἰς τὴν Βορσιππηνῶν πόλιν. Κῦρος δὲ Βαβυλῶνα καταλαβόμενος, καὶ συντάξας τὰ ἔξω τῆς πόλεως τείχη κατασκάψαι· διὰ τὸ λίαν αὐτῷ πραγματικὴν, καὶ δυσάλωτον φανῆναι τὴν πόλιν, ἀνέζευξεν ἐπὶ Βόρσιππον ἐκπολιορκήσων τὸν Ναβόννιδον. τοῦ δὲ Ναβοννίδου οὐχ ὑπομείναντος τὴν πολιορκίαν, ἀλλ᾽ ἐγχειρίσαντος αὐτὸν πρότερον, χρησάμενος Κῦρος φιλανθρώπως, καὶ δοὺς οἰκητήριον αὐτῷ Καρμανίαν, ἐξέπεμψεν ἐκ τῆς Βαβυλωνίας. Ναβόννιδος μὲν οὖν τὸν λοιπὸν τοῦ χρόνου διαγενόμενος ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ κατέστρεψε τὸν βίον. Quæ Ruffinus ita vertit. *Nabuchodonoſor itaque poſtquam inchoauit prædictum murum, inci-*

cidens in languorem, de vita migrauit, cùm regnaſſet annis tribus & quadraginta. Huius regni dominus eſt effectus filius eius Helmaradochus, propter iniquitates, & luxurias paſſus inſidias à marito ſororis ſuæ Nirigliſſori peremptus eſt, cùm duobus regnaſſet annis. Quo defuncto, ſumens regnum qui ei fecit inſidias, Nirigliſſoris annis regnauit quatuor. Huius filius Laboroſardochus principatum quidem tenuit puer exiſtens menſibus nouem. Inſidias verò paſſus, eo quòd nimis appareret malorum eſſe morum, ab amicis extinctus eſt. Hoc itaque exeunte, conuenientes hi qui fecerant inſidias, illi communiter regnum impoſuere Nabonnido cuidam, qui erat ex Babylone ex eadem gente (cor. ex eadem conſpiratione) *Sub hoc muri circa fluuium Babyloniæ ciuitatis ex latere cocto, & bitumine ſunt ornati. Cúmque regnum eius eſſet in anno ſeptimodecimo conſtitutum, egreſſus Cyrus ex Perſide cum multa virtute, vniuerſam Aſiam ſubuertens, impetum fecit ad Babyloniam vrbem. Sentiens autem Nabonnidus inuaſionem eius, & occurrens cum exercitu ſuo, atque congreſſus, pugna victus, & cum paucis fugatus, incluſus eſt in Borſippenſium ciuitate. Cyrus autem Babyloniam comprehendens, & deliberans exteriores muros deponere ciuitatis, eo quòd nimis videretur munita, & eſſet ad capiendum valdè difficilis, reuerſus eſt ad Borſippum, Nabonnidum inſtanter expugnaturus. Nabonnido verò obſeſsionem non valente perferre, ſed primitùs ſupplicante vſus clementia Cyrus, & dans ei habitaculum in Carcamone, expulit eum à Babylone. Nabonnidus itaque reliquum tempus in illa prouincia conuerſatus eſt.* Hæc Beroſus lib. III Chaldaicarum Orig. Quibus conſentanea ſunt quæ Alydenus ex Megaſthene prodidit apud Euſebium loco citato. Nam Nabuchodonoſori ſucceſſiſſe refert Euilmaluruchum eius filium: quem cùm Nerigliſares eius affinis interfeciſſet, filium reliquit Laboſſöaraſcum. Quo violenta morte ſublato Nabannidochus ſucceſſit, nulla cum eo propinquitate coniunctus. Huic poſtea Cyrus capta Babylone Carmaniæ principatum dedit. Græca Megaſthenis non omittenda ſunt: ὁ δέ οἱ παῖς Εὐιλμαλούρουχος ἐβασίλευε. τὸν δὲ ὁ κηδεστὴς ἀποκτείνας Νηριγλισαρὴς λείπει παῖδα Λαβασσοάρασκον. τούτου δὲ ἀποθανόντος βιαίῳ μόρῳ, Ναβαννίδοχον ἀποδείκνυσι (cor. ἀποδεικνῦσι) βασιλέα, προσήκοντα οἱ οὐδέν. τῷ δὲ Κῦρος ἑλὼν Βαβυλῶνα Καρμανίης ἡγεμονίην δωρέεται. *Eius porro filius regnabat Euilmaluruchus. Hunc affinis eius Nerigliſares cùm occidiſſet, filium reliquit Labaſſoaraſcum. Quo violenta morte ſublato, Nabannidochum regem conſtituunt, nulla cum illo propinquitate coniunctũ. Huic Cyrus in poteſtatem redacto Carmaniæ Præfecturam dedit.* Ioſephus verò lib. x Orig. cap. XII Nabuchodonoſori ſucceſſores hoc modo deſcribit. Primus poſt parentem regnauit Abilamarodachus annis XVIII. Huic ſuccedit filius eius Nigliſarus annis XL. Poſt quem regnauit Laboſordachus eius filius, menſibus nouem. Quo mortuo Baltaſſar, qui & Naboandelus imperauit annis XVII: aduerſus quem Darius Medus & Cyrus pugnarunt. Hæc Ioſephus: quem cæteri fere omnes antiqui, & recentiores Danielis Interpretes, aut Chronologi deinceps imitati ſunt. Ioſephus ipſe porrò non aliunde, quàm ex Beroſo Chaldæo, & Megaſthene pleraque Regum illorum nomina, ac ſucceſſiones accepit. Nam Nerigliſſarem, Laboroſarchodum, Nabonidum vel Nabonidochum haud alio ex authore, quàm ex Beroſo expiſcatus eſt, vt lib. I contra App. indicat. Indidem & Euſebius, atque ex Megaſthene, Abydenóque ſumpſit. Hieronymus item ad cap. V Danielis à Beroſo, & Ioſepho, qui Beroſum ſequitur, regum illorum hiſtoriam manaſſe ſcribit. Quocirca mea hæc ſimpliciſſima, &, vt opinor, certiſſima veritatis inueſtigandæ ratio eſt. Quoniam ab illis antiquorum Scriptorum fontibus, Beroſi, inquam, & Megaſthenis, Ioſephus Babyloniorum regum deriuauit hiſtoriam; neque alio ex authore, quantum conſtat, quàm ex illis, quos dixi, Ioſephus; reliqui autem ex Ioſepho, mutuati ſunt: illud demum hac in hiſtoria probabile amplectendúmque videri, quod Beroſus ac Megaſthenes reuera prodiderint; adeóque pluris faciendum, quàm quod Ioſephus, vel Ioſepho recentiores præter illorum, quos ſe authores ſequi profitentur, ſententiam vſurpauerint. Ac ſi quis Beroſi illa ipſa, quæ citauit Ioſephus, fragmenta conſulat, facilè iudicabit, neque Ioſephum ab inſignis cuiuſdam oſcitantiæ culpa liberari poſſe; nec eos, qui Ioſephi in ſententiam iuerunt, ab errore vindicari. Quid enim? Támne ſegniter, & incurioſè tractata illa ab Ioſepho loca, vt hæc ipſa cùm deſcriberet, non intelligeret, atq; ex eorum authoritate, ac fide contraria apertéq; pugnantia probaret? Nabannidum, vel Nabonidum illum, qui in Babyloniorum regum ſerie poſtremus eſt, nihil ad Laboroſoarchodum, qui ab amicis interemptus eſt, perti-

Abydeni locus ex Megaſthene.

Vera ſucceſſorum Nabuchodonoſoris hiſtoria.

Ioſephi inſignis error.

A nuiſſe Megaſthenes apud Abydenum confirmat: Beroſus à coniuratis regnum in eundē communi conſenſu tranſlatum eſſe. Quonam ergo iure? quo authore? quo argumento Ioſephus, ac Ioſephum ſecuti reliqui Nabonidum iſtum Baltaſſarem interpretati ſunt? cùm Baltaſſar vtique ſuperiorum Babyloniæ regum propinquus fuerit, iuréque ſucceſſionis, non coniuratorum voluntate regnum obtinuerit? Quis oſcitantiam non videat? quis excuſare poſſit? Iam in annorum numero, quos ſinguli regnarunt, nimirum idem à Beroſo recedit; cuius profectò maior eſt in hac hiſtoria, quàm Ioſephi fides. Qui ex Ptolemæo ſuprà redditus eſt à nobis Canon Mathematicus, quémque in Euſebianis excerptis, quæ ex Georgio Monacho concinnauit Scaliger, pag. 38 deſcripſit, Chaldæos reges omnes à Nabonaſſaro ad Alexandrum vſque Magnum complectitur: vbi & illis ipſis regibus totidem ferè, quot à Beroſo, & Megaſthene, tribuuntur anni, ſi Nabonidum excipias. Huic enim imputantur XXXIV. Prætereà illud obſeruabis; regum quorumdam annos, & epochas
B deprauatè concipi; quod & Scaliger notauit lib. III Iſag. Canon. pag. 284: totum ipſum tamen interuallum à Nabonaſſaro ad Alexandrum M. fideliter exhiberi, quod annorum eſſe CDXXIV Ptolemæus iampridem docuit. Ad hæc omiſſus eſt ante Nabonadium, Laboroſoarchodus. Ex illius verò Canonis authoritate cum Beroſi fragmento comparatæ, quinque Babyloniorum regum, qui Cyrum proximè præcedunt, annos ita numeramus.

Reges Babylonis.	Anni imperij.
Nabopollaſſarus	XXI
Nabuchodonoſorus	XLIII
Euilmerodachus	III
Neriglíſſarus	V
Laboroſoarchodus	m. IX
Nabonidus	XVII
Colliguntur anni LXXXIX, m. IX.	

De Nabonido Beroſi, & Dario Medo Danielis. Expenduntur, & inter ſe comparantur veterum ſententiæ.

C
CAPVT VIII.

ACERRIMI illius de Dario Medo, grauiſſimíque conflictus occaſionem præbuit veterum ſuper ea re Scriptorum diſcordia; præſertim dum Gentilium hiſtoricorum fides cum ſacrorum librorum authoritate componitur. Hos ſi conſulas, apud Danielem cap. V, 30, reperies Baltaſſare interfecto, Darium ſucceſſiſſe Medum annos natum LXII, qui Danielem plurimum coluit, atque inter purpuratos præcipuum habuit. Apud exteros Darij Medi Babyloniorum regis, qui ante Cyrum ibidem imperauerit, nullum veſtigium. Herodotus Medorum regum, in quibus diſſentit à Cteſia, poſtremum nominat Aſtyagem, qui vnicam prolem habuit, Mandanem Cyri matrem. quam cùm è ſomnio comperiſſet filium parituram, qui ſibi regnum eriperet, peregrino, ac mediocri viro Cambyſi Perſæ in matrimonium tradidit. Grauidam deinde accerſit ad ſe, & natum infantem necari iubet. Cyrus hic erat, qui expoſitus ab Harpago, & admira-
D biliter ſeruatus cùm adoleuiſſet, Aſtyagem regno priuauit. Hic finis Medorum imperij fuit. Pluribus hæc Herodotus, quem antiquiores omnes fere ſecuti ſunt, præſertim Diodorus, Iuſtinus &c. Cteſias autem in Excerptis apud Photium, N. LXXII, Aſtyagē negat vllo iure propinquitatis cum Cyro fuiſſe coniunctum. Huius filiam Amyntim nominat, quam Cyrus duxit. Sed in eo, quod hiſtoriæ caput eſt, cum Herodoto, aliiſque ſentit, vltimum regem Medorum Aſtyagem fuiſſe, ac melioris ſexus prole caruiſſe. Quod nemo præter vnum Xenophontem reuocauit in dubium. Solus enim iſte Cyaxarem Aſtyagis filium ac ſucceſſorem facit: Cyrum verò refert relicto in Media Cyaxare, Babylonem expugnaſſe, in eáque regni ſedem ſtatuiſſe. Ita demum, mortuo Cyaxare, cuius in matrimonio filiam habebat, Mediam obtinuit; cùm Babylonem eodem ſuperſtite tenuiſſet, quam ſcilicet abſente illo ceperat. Ioſephus Xenophontem hac ex parte ſecutus eſt potiùs, quàm Herodotum, aut Cteſiam, quod Aſtyagis filium, Medorúmque regem Darium illum conſtituit, ac Cyri cognatum nominat; quem & aſſerit in ex-

Herodoti narratio.

Cteſias eadem de re quid ſcribat.

Ioſephi ſententia.

peditione Babylonica, & vrbis obſidione cum Cyro fuiſſe: vrbe capta recedentem A
in Mediam Danielem ſecum abduxiſſe. His duobus authoribus freti, Xenophonte, ac Ioſepho, recentiores penè omnes Danielis Interpretes ac Chronologi Darium iſtum variè vexant, ac diſtrahunt. Placet illis ante omnia Cyaxarem Aſtyagis eſſe filium, auunculum Cyri; ambóſque per idem tempus illum in Media, Cyrum in Perſide regnaſſe. Aſtyagem alij victum à Cyro memorant, & Medorum ad Perſas imperium eſſe tranſlatum; ſic tamen, vt Dario Aſtyagis F. Mediam permiſerit, cum eóque Babylonem expugnauerit; imò verò regni collegam eundem habuerit. Ita Buntinghus in Chronologia. Alij vulgò Dario Medo conceſſam à Cyro Babylonem putant, nec illius ante mortem Cyrum in eius poſſeſſionem pedem poſuiſſe. Sunt qui ab Aſtyage ipſo Perſidem Cyro attributam velint. Addunt alij ex neſcio qua hiſtoriæ fæce, Darium illum Aſtyagis non filium, B
ſed propinquum ab eodem adoptatum eſſe, vti regni ſucceſſione Cyrum Perſam excluderet. Omnium perturbatiſſima eſt Genebrardi Chronologia, quam nullus Oedipus explicare poſſit. Quippe Darium Medum Aſtyagis heredem cum Dario Hyſtaſpis filio confundit: eúmque & Cyri ſocerum fuiſſe, & cum Athenienſibus in Marathonio campo conflixiſſe ſcribit: ab eo verò interfectum Baltaſſarem; tum Cyrum ei ſucceſſiſſe. quæ quidem, vt & cætera, quæ ad eandem narrationem accumulat, cum nulla hiſtoria concordant.

Communis opinio.

Ex eorum itaque ſententia, qui probabilius hiſtoriam illam digeſſiſſe videntur, Darius Medus Aſtyagis filius, Medorúmque rex fuit, idémque adeo, qui & Cyaxares à Xenophonte nominatur. quod Ioſephus amplectitur. Et hactenus ex veterum authoritate Scriptorum fabula iſta procedit. Reliqua, quæ deinceps adſtruuntur, meris coniecturis, non antiquorum Hiſtoricorum fide nituntur. Huiuſmodi eſt illud imprimis: Darium Medum, permittente Cyro, Babylonem obtinuiſſe, quam communibus armis expugnarat, & ante Cyrum in ea regnaſſe. Hoc plerique Chronologi hac tempeſtate ſentiunt; cuius mihi commenti velim C
authorem aliquem ex antiquioribus illis proferant. Nam contraria ſunt quæ Xenophon, ac Ioſephus ſuper ea re prodiderunt. Quippe Xenophon Cyaxarem ne obſidioni quidem interfuiſſe ſignificat, eóque & abſente captam Babylonem, & à Cyro ſedem ibi regni conſtitutam aſſerit. Ioſephus licet obſeſſam à Dario pariter ac Cyro Babylonem confirmet, contra Xenophontis hiſtoriam, quem vnum authorem contrariæ Herodoto opinionis habuit; non tamen Babylone manſiſſe Darium, ſed in Mediam ſeſe recepiſſe teſtatur. Quamobrem quod Chronologi recentiores Babylonicum Darij, qui Cyaxares à Xenophonte dicitur, regnum inter Baltaſſaris & Cyri imperium interceſſiſſe fingunt, nullo id antiquitatis ſuffragio freti temerè faciunt. Veteres enim omnes poſt vltimum Babyloniæ regem, non Medos, Medorúmve principem, ſed Cyrum Perſis, Medíſque dominantem Babylonem occupaſſe, & in ea domicilium imperij collocaſſe ſentiunt. Et quamuis non deſint, qui Darium Medorum regem cum ſuis auxiliatum eſſe Cyro, & cum eo Babylonem cepiſſe ſcribant; nullus tamen ante Cyrum, Medum iſtum Darium extincta Babylonico regum ſucceſſione Babylone regnaſſe docuit. D
Ac Ioſephus, qui ſolus ex antiquis Darium Medum Aſtyagis filium, Mediæque regem fingere auſus eſt, ea, quæ Danieli contigerunt, & cap. vi ab eodem exponuntur, non in Babylonia, ſed in Media eueniſſe ſcribit, quò à Dario illo capta Babylone perductus eſt; cùm interim Cyrus Babylone conſediſſet. ὃς ϗ Δανιῆλον τὸν Προφήτην λαβὼν ἤγαγεν εἰς Μηδίαν πρὸς αὐτόν: *Qui & Danielem Prophetam aſſumens in Mediam ad ſeſe perduxit*; id eſt, ad regnum ſuum. Non igitur in Babylonia regnauit.

Quæ nullius veterũ authoritate nixa monſtratur.

A

Darium Medum eſſe Nabonidum Beroſi, non Baltaſarem: déque ea re Ioſephi ac recentiorum error conuincitur. De Herodoto, Cteſia, Xenophonte iudicium.

Capvt IX.

DVo ſunt, vt è ſuperioribus liquet, propoſitæ quæſtionis, ac controuerſiæ capita: quorum alterum ad Medorum Perſarúmque regum; alterum ad Babyloniorum principum ordinem, & ſucceſſionem pertinet. De vtroque iure illud noſtro conſtituimus: cùm de gentis alicuius originibus, & hiſtoria controuerſia naſcitur, eorum potiſſimum arbitrio, & authoritate litem eſſe decidendam, qui & antiquitate præſtant, & ex vetuſtiſſimis populi illius Annalibus quæ mandarent poſteris acceperunt. Quod cùm à nobis ita poſitum fuerit, nemo vt refragari meritò poſſit; tùm aduerſus vul-
B garem ſententiam illis ipſis ex Annalibus populi vtriuſque demonſtrabitur, neque Darium Medum regem Mediæ, vel Aſtyagis filium extitiſſe; neque poſt Baltaſſarem Nabuchodonoſori nepotem Medos ante Cyrum Babylone regnaſſe.

Principiò itaque quod ad Medos ſpectat, tres in omni antiquitate reperimus, quorum ex fide de illorum regum ſucceſſione pronunciare liceat; Herodotum omnium antiquiſſimum, Cteſiam, & Xenophontem: qui ambo eâdem ætate floruerunt. Cteſias enim patria Cnidius, arte Medicus, ſub illius expeditionis tempus captus, quam Cyrus iunior contra fratrem Artaxerxem Mnemonem ſuſcepit, atq; apud eundem Artaxerxem artis commendatione gratioſus, ſedecim totos annos magno in honore eſt habitus. Qui tum ex mẽbranis regiis, quę in archiuis Perſicis aſſeruabantur, ſtudioſè ſingula ſcrutatus eſt, vt refert Diodorus. Scripſit autẽ, Photio teſte, libros tres & viginti, quæ inſcripſit Perſica. Horum in prioribus ſex, Aſſyriorum; in reliquis, Perſarum res complexus eſt. Idem in omnibus ferè contradixit Herodoto, eúmque mendacij identidem accuſauit. De Xenophontis verò libris, quos Cyri inſtitutione ſcripſit, tritum illud eſt, & cõmuni fere conſenſu receptum
C Ciceronis elogium, quod extat in priore ad Q. fratrem epiſtola. *Cyrus*, inquit, *ille à Xenophonte non ad hiſtoriæ fidem ſcriptus, ſed ad effigiem iuſti imperij.* Nam de Cyro, déque Perſarum exordio valde alioquin abſona, & à communi opinione abhorrentia prodidit; quæ hiſtorico poſt ſe nemini perſuaſit. vt cùm Cyrum refert morbo apud ſuos extinctum; quem omnes aſſerunt in expeditione Scythica à Tomyride regina cæſum. Mitto alia ſexcenta, in quibus non ſolùm ab Herodoto & Cteſia, ſed ab omnibus Hiſtoricis diſcrepat. Quocirca nullus deinceps Perſarum hiſtoriam attigit, qui Xenophontem authorem ſequeretur; quem ſciret non tam rerum à Cyro geſtarum hiſtoriam ſcribere voluiſſe, quàm ad abſolutam optimi Principis inſtitutionem exemplar ſibi de Cyro finxiſſe. His de cauſis certiora de Medis, ac Perſis habenda ſunt, quæ ab Herodoto primùm, & Cteſia tradita; tum ab reliquis poſtmodum incredibili concordia recepta ſunt; præſertim à Diodoro, Trogo Pompeio, Iuſtino, ac reliquis. In quo ſummopere conſiderandum illud venit: cùm Cteſias id ex profeſſo ſuſceperit, vt
D Herodotum, quoad poſſet, mendacij conuinceret, ac diuerſiſſima, quantum licuit, ab eodem poſteris traderet, quæ ſe ex archiuis Perſarum accepiſſe dicebat; quicquid erit, in quo ambo iſti conuenient, idipſum tanto certius, & ad hiſtoriæ fidem accuratius iure cenſeri. Idem verò ambo in eo Scriptores illi conſentiunt; vltimum Medorum regem Aſtyagem extitiſſe: tum hunc ipſum regno exutum à Cyro; Perſáſque ſubinde poſt Aſtyagem Media potitos. Quare ficta ſunt quæ ex fabuloſa Xenophontis hiſtoria de Cyaxare, & Dario Medo Aſtyagis filio, vel ſucceſſore iactantur.

Cteſias qualis fuerit.

Xenophõtis fides in hiſtoria Cyri vacillat.

Ad Babyloniorum regum ſeriem quod attinet, hoc mihi puto conceſſuros omnes, nullos eſſe, quibus inhærere tutius poſſimus, quàm Babylonios ipſos antiquos, fideliſſimóſque ſcriptores, qui è Babylonicis archiuis, & Annalibus hiſtoriam expreſſerunt; atque eos imprimis; à quibus quæ Babylonicis de rebus poſte-

ris commendarent, omnia ſe hauſiſſe, eóſque ſe authores habuiſſe teſtantur illi A
ipſi, à quibus nos rerum illarum memoriam accepimus. Eiuſmodi Beroſus eſt Chaldæus ſacerdos, quique Beroſum ſecuti ſunt, Megaſthenes, & Abydenus; quorum teſtimoniis Ioſephus, atque Euſebius nituntur. Ab illis ergo certa Babylonicarum rerum ac Principum repetenda eſt hiſtoria. Hos ſi duces ſequimur, facilè cùm Ioſephi, tum recentiorum errata deprehendimus. Ex illorum enim teſtificatione liquet, vt paulò anteà diximus, poſt Nabuchodonoſorum Nabopollaſſari filium tres illius vel poſteros, vel propinquos imperaſſe, Euilmerodachum filium, Neriglisarum generum, Laboroſoarchodum nepotem ex filia, in eóque Nabuchodonoſori defeciſſe ſtirpem. Hoc enim conſpiratione principum interfecto, Nabonidus, vt eum Beroſus nominat, vel Nabannidochus, vt eſt apud Megaſthenem, particeps & ipſe conſpirationis conſenſu omnium rex delectus eſt, nulla cum Laboroſoarchodo propinquitate coniunctus. Verba Megaſthenis attentè legenda ſunt: τούτου δὲ ἀποθανόντος βιαίῳ μόρῳ, Ναβαννίδοχον ἀποδεικνῦσι βασιλέα προσήκοντα οἱ οὐδέν. Sic igitur ratiocinabimur: Poſtremus è ſtirpe Nabuchodonoſori à B
Daniele memoratur Baltaſar: huic Darius Medus proximè ſucceſſit. cap. v. com. vlt. At ex Beroſo, Megaſthene, & Abydeno conſtat Laboroſoarchodum æque Nabuchodonoſori poſterorum fuiſſe poſtremum, & ſucceſſorem habuiſſe Nabonidum. Ergo Laboroſoarchodus idem erit ac Baltaſar; Nabonidus idem ac Darius Medus.

Ioſephus caſtigatur. Quare vehementer peccat Ioſephus, qui Nabonidum illum Beroſi Baltaſarem eſſe aduerſus authores illos, quos ſequi ſe profitetur, affirmat; & in ea re tam ſecum ipſe, quàm cum Scriptura velitatur. Quippe Cyaxares ille Aſtyagis F. quem Darium Medum eſſe voluit, occiſo Baltaſare, captáque Babylone, ſtatim Mediam repetiit, & Babylonem Cyro reliquit, nec in ea regnauit; vt Ioſephus lib. x, cap. xii haud obſcurè ſignificat. Non poteſt igitur idem hic eſſe cum Dario Medo, cuius meminit Daniel. Hic enim poſt Baltaſarem Babyloniis imperauit, vt ex Danielis loco citato conſtat: & cap. ix: *In anno primo Darij filij Aſſueri de ſemine Medorum, qui imperauit ſuper regnum Chaldæorum.* Certiſſimum itaque debet eſſe, quod C
Baltaſar eſt Laboroſoarchodus. & rectè Scaliger defendit, Baltaſarem eundem eſſe cum Laboroſoarchodo: qui cùm mortuo Euilmerodacho iunior eſſet, eius nomine Nerigliſſorus pater, Nabuchodonoſori gener imperium adminiſtrauit annis quinque: qui propterea Baltaſari ipſi tribuuntur. Mortuo Nerigliſaro, Baltaſar ſolus nouem menſibus regnauit. Atque hic in conuiuio principum, ac Nabonidi præcipuè conſpiratione cæſus eſt, diu antequam Cyrus Perſa Babylonem obſideret. Occiſo Baltaſſare Nabonidus regnauit, qui à Medis oriundus erat. Huius enim pater Aſſuerus, vel, vt Scaliger concipit, Oxyares è Media profugus, aut illius certè maiores, Babylone conſederant. Hinc eſt, quòd Darius iſte Danielis ix de ſemine Medorum ortum accepiſſe dicitur. Fauet hinc ſententiæ Sulpitius Seuerus lib. ii Hiſt. ſacræ: vbi poſt Baltaſarem regnaſſe ſcribit Darium natione Medum, qua tempeſtate Medis Aſtyages regnabat. Quod poſtremum tametſi falſum eſt. (Neque enim Aſtyages amplius regnabat, ſi quinque ferè annis antea victus à Cyro fuerat:) apparet tamen ex Sulpitij authoritate, Darium illum non fuiſſe Aſtyagis filium, Medorúmve regem: tum quem Nabonidum Beroſus vocat, D
eſſe Darium Medum. Conſentit & imperij vtrobique tempus. Beroſus Nabonido xvii annos aſſignat; Sulpitius vno amplius. Ex iiſdem deniq; vetuſtiſſimis Scriptoribus corrigendus eſt Herodotus, qui lib. i, Labynitum Labyniti & Nitocridis F. vocat eum, quo regnante Babylonem Cyrus occupauit. Labynitus prior, & poſterioris pater Nabuchonoſorus fuit, vt ex iis apparet, quæ de Cyaxare & Alyatte ſuprà diſcuſſimus. Siquidem ambos iſtos reges Labynitus ille inter ſe conciliauit eodem anno, quo Nabuchodonoſorus exortus eſt. Poſterior verò Labynitus videtur eſſe Nabonidus; qui Nabuchodonoſori neque filius, neque verò propinquus fuit; vt iidem Scriptores aſſerunt; à quibus prudenter diſſentire non poſſumus.

pag. 48.

Explicantur

A

Explicantur quæ contra ſuperiorem ſententiam à Chronologis, & ſacrorum librorum Interpretibus obiiciuntur. Ruffini vehemens hallucinatio.

Capvt X.

HÆc de Nabuchodonoſori ſucceſſoribus, déque Dario Medo, ac Nabonido ſententia meritò ab Scaligero recepta eſt, & ab eodem explicata fuſiùs, præſertim in lib. vi de Emendatione Temporum, & in Appendice. Nihil enim opinione iſta veriſimilius; nihil ad ſacræ hiſtoriæ ac profanæ concordiam aptius, ac præſtantius excogitari poteſt. Quo magis admiror, nondum illam Chronologis noſtris, ac ſacrorum librorum Interpretibus probari potuiſſe. Atqui leuia ſunt, explicatúque facillima quæ ab illis opponi ex aduerſo ſolent; neque talia ſunt, vt prudentis alicuius animum vehementi dubitatione pulſent.

Multa quidem ad illam oppugnandam Pererius noſter lib. vii comment. in Danielem attulit; quorum præcipua ſunt iſta capita. Quòd Laboroſoarchodus, quem nos Baltaſſarem eſſe volumus, nouem tantùm menſibus imperaſſe dicatur ab illis ipſis, quorum teſtimonio nitimur: Baltaſſar autem tertium annum ſaltem attigerit, Dan. viii, 1. Quòd Hieremiæ xxvii promiſerit Deus daturum ſe Nabuchodonoſoro ampliſſimum regnum; nec ſolùm ipſi, ſed & filio eius, & filio filij eius. At Laboroſoarchodus Nabuchodonoſori filia, non filio genitus eſt. Quod Darius ille peregrinæ originis, hoc eſt Medus fuerit, Nabonidus autem Babylonius, & ſuperioribus Chaldæorum regibus gentilis. Quod nunquam Babylonij in Medum, externúmque ſceptra transferrent: præſertim cùm Nitocris regina Labyniti prioris vxor, & poſterioris mater, vt ſcribit Herodotus, iamdudum ſuſpectam habens Medorum potentiam, Babylonem communiſſet, & ad reſiſtendum ſeſe comparaſſet. Poſtremò, Iſa. cap. xiii, & Hierem. cap. li, vbi de Babylonis euerſione Prophetæ vaticinantur, ſatis indicant, ſolis ab Medis oppugnandam eſſe, cùm Perſarum mentionem nullam faciant.

Pererij cõtra ſententiam noſtram argumenta.

Hæc ferè Pererius, quæ quidem è ſuperioribus haud difficilè ſoluuntur. Primùm quòd ex Hieremia nobis obiicitur de filio filij Nabuchodonoſori, ita poteſt explicari: vt vox בן pro filia, id eſt prole ſimpliciter vſurpetur. Latè enim interdum accipitur, vt generum etiam ſignificet, 1 Reg. xxiv, 17. Quare hoc vnum Hieremias voluit: Nabuchodonoſori poſteros vſque ad nepotem ipſius regnaturos eſſe, quem vel filiæ, vel generi filium nominat. Mortuo quippe Euilmerodacho, Neriglisarus Nabuchodonoſori gener, pro filio ſuo Baltaſſare, ſiue Laboroſoarchodo, imperium tenuit, eiúſque nomine res adminiſtrauit annis quinque; qui Baltaſſari à Daniele tribuuntur: à Beroſo verò, Neriglisaro; quòd is tametſi regni adminiſtrator eſſet, omnia pro arbitrio tractaret. Nam quod puer Laboroſoarchodus vocatur: nimirum pueri vox latiùs accipitur, pro ephebo, vel adoleſcente, vt ſæpè aliàs vſuuenit. Ad Darium quod attinet, fuit is oriundus à Medis:
D ſiue pater eius è Media migrauit in Babyloniam; ſiue maiores ipſius. Ac Beroſus quidem Nabuchodonoſori coniugem Medam fuiſſe ſcribit: in cuius gratiam, quod in montana regione nata, educatáque foret, montium, ſiluarúmque in regia ſimilitudinem admirandis operibus expreſſit. Eſt igitur haud abſimile vero per idem tempus cum regina Medos quoque principes aliquot ſe in Babyloniam infudiſſe, inter quos fuerit ſanè Darij Medi pater Aſſuerus; qui filium Babylone genuerit, Medum propterea cognominatum.

Quæ ſingillatim omnia diſſoluuntur.

Sed animaduertendus eſt Ruffini, vt in aliis pleriſque, ſic in horum fragmentorum interpretatione, ſupinus error; qui Pererio fraudi fuit. Cùm enim Beroſus de Nabonido ſcripſiſſet, ὄντι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυστάσεως, vt eſt apud Euſebium lib. ix de Præparat. hoc eſt, *ex eadem conſpiratione;* cùm apud Ioſephum corruptè ſcriptum ſit ἐπιστάσεως, Ruffinus in ſua Ioſephi deprauatione ſolennia delirans vertit, *ex eâdem gente;* quaſi ἐπίστασις *gentem* ſignificet. De Nitocride quæ ſcribit Herodotus, ea ante tempora illa Baltaſſaris contingere potuerunt; ſiue viuente adhuc

Ruffini ſupinus error.

Euilmerodacho, ſiue Neriglisaro imperium adminiſtrante, cuius illa coniux A fuiſſe videtur. Hæc igitur ipſa pariter cum viro pro filio regnum adminiſtrans Babylonem communiit, & aduerſus Medos ſeſe comparauit: quod Nitocridi Nabuchodonoſori, ſiue Labyniti filiæ, hoc eſt Neriglisari coniugi, & Baltaſſaris matri aptius quadrat, quàm eiuſdem Nabuchodonoſori coniugi; quæ vtpote à Medis oriunda gentiles ſuos haud adeò ſuſpectos habuiſſet. Ad extremum quod Iſaias, & Hieremias Babylonem à rege Mediæ vaſtatam prænunciant; de Cyro, Perſíſque poteſt accipi. Cùm enim Medorum res, & potentia in Perſicum imperium confluxiſſent, vnúmque ex ambobus conflatum eſſet regnum, Medi pro Perſis non rarò ſumpti ſunt. Ita vulgò Xerxis expeditio Medica tam à Græcis, quàm à Latinis appellatur, & Perſæ ipſi Medi. Iuuenalis Sat. I.

-- epotáque flumina Medo

Prandente.

& Μηδισμὸς à Thucydide Perſica factio nominatur.

B

Illuſtratur eadem illa ſententia diſcuſsis argumentis, quæ contra nos eruditus vir nuper explicauit.

Capvt XI.

DE Dario Medo, déque Nabuchodonoſori ſucceſſoribus hæc ex noſtra, & Scaligeri ſententia iam in commentariis ad Danielem Prophetam expoſueram; quos ego ſuperiore in Scholis anno dictabam; cùm eadem ipſa ſubinde ab erudito viro è noſtris illis excepta, & quomodo potuit refutata cognoui. Plenum huius admirationis argumenti me ſpecies ipſa totam vt illius Diatribam legerem induxit. Profectò enim nouũ aliquod inuentum; rarum, exquiſitum, nondum hactenus auditum ἐπιχείρημα, C firmam denique rationem aliquam allatum iri ſperabam, quæ penitus inſitam de Dario Medo ſententiam nobis eriperet, & vulgarem alteram validius comprobaret. Ecce autem nihil ferè illic argumenti reperi, quod à Pererio, cæteríſque Chronologis, aut Danielis Interpretibus prætermiſſum fuerit, quódque videlicet moleſtum nobis, aut inſolubile videatur. Itaque nihil me magis priſtina in ſententia confirmauit. quam vt erudito illi, noſtríque ſtudioſo penitus approbem, minus neceſſariam rem faciam, vt præcipua diſputationis illius capita & argumenta perſtringam.

Primum eruditi Scriptoris argumentum ſoluitur.

Primus ad labefactandam opinionem noſtram aditus ab eleuanda Beroſi fide, & authoritate ſumitur, quem cum ſacris literis pugnare illa ipſa in hiſtoria contendit, quam ex eius fragmentis defendimus. Magna vis argumenti; quæque ſola ad conficiendum negotium idonea ſit; ſi quidem vera colligit. Quid igitur Beroſus Scripturæ contrarium ſcripſit? A Nabuchodonoſoro ad finem imperij Babylonici annos tantùm ſex, & ſexaginta numerat, cùm ex ſacris libris nouem & octoginta definiantur. Quî tandem? Nempe à quarto Ioακimi, id eſt à primo Nabuchodonoſori ad vltimum Sedeciæ, anni ſunt XIX. Inde ad finem Babylonici re- D gni, Cyríque primordium anni LXX: quibus deſolationis celebre illud interuallum continetur. Prima iſta ratio falſum, aut ſaltem dubium pro conceſſo accipit. Neque enim damus illud; annos LXX deſolationis ab excidio Vrbis ac Templi, ad Cyri primordium extendi; ſed à primo Nabuchodonoſori, & quarto Ioακimi: neque deſolationis interuallum ſeptuagenarium à ſeptuagenaria captiuitate diſtinguimus; vt illius author argumenti ſibi perſuadet. Quæ autem Scripturæ teſtimonia in ſuam rem protulit, ea cùm de LXX annis illis agemus, interpretabimur.

Alterum itidem ex Hieremia.

Vrget prętereà amicus ille noſter Hieremiæ locum cap. XXVII, 7, vbi dicit ſeruituras dicit nationes omnes Nabuchodonoſoro, & filio eius, & filio filij eius. quibus ex verbis inuidiam Beroſo, iíſque, qui Beroſum hac in parte ſecuti ſunt, facit; quod reges quinque pro tribus contra ſacrorum librorum authoritatem conſtituant. Hæc aduerſus Ioſephum, D. Hieronymum, atque ex recentioribus Au-

A guſtinum Torniellum querela comparatur; qui omnes Baltaſſarem quintum à Nabuchodonoſoro numerant; vtpote quem cum Nabonido confundant. Quod etſi perperam, & contra Beroſi, ac Megaſthenis fidem ſentiunt; quandoquidem, & quartus à Nabuchodonoſoro, non quintus ex illorum authoritate debet eſſe Baltaſſar; & à Nabonido longè diuerſus eſt: tamen ex hac ipſa authorum illorum ſententia patet, non tam præfractè Hieremiæ accipienda eſſe verba, vt filius filij ſit à Nabuchodonoſori filio Euilmerodacho genitus; cùm filij nomen pro nepote ſumi ad illum Hieremiæ locum Hieronymus affirmet. Ex iiſdem porro Scriptoribus Beroſi, ac Megaſthenis authoritas aſſeritur, quam tantopere ille contemnit, quámque Scripturæ contrariam affirmare non veritus eſt. At opinor iraſci nobis ne ipſe quidem debet, ſi plus Ioſephi, Hieronymi, & aliorum teſtimonio veterum, vt de Torniello, ac recentioribus cæteris nihil dicam, quàm ipſius iudicio tribuamus. Beroſum ecce Chaldaicis in rebus, & hac, qua de agitur, hiſtoria ducem authorémque ſequi ſe profitetur Ioſephus: Ioſephum cum illo Hieronymus: Ab Ioſepho & Hieronymo reliqui deinceps mutuati ſunt. Quid agimus? aut cui potius, B ac tutius inhæremus, quàm illi ipſi Beroſo; & iis Beroſi verbis, à quibus totam ſe illam hiſtoriam depromſiſſe præcipui illi Scriptores oſtendunt? Quocirca ſi quid aliud in Beroſi verbis deprehendi à nobis poteſt, quàm quod Ioſephus, & Ioſephum ſecuti animaduerterint cæteri, manifeſtum eſt, id quòd Beroſus reuera dixerit amplectendum magis eſſe, quàm quod illum dixiſſe per errorem, & hallucinationem alij putauerint, qui non alium quàm Beroſum illius ſibi authorem hiſtoriæ proponunt. Conſulantur iam Beroſi verba, quibus Ioſephus, & Hieronymus nituntur. Nihil tam euidens eſt, quàm Laboroſoarchodum vltimum è ſtirpe Nabuchodonoſori Baltaſſarem eſſe; Nabonidum verò peregrinæ ſtirpis hominem, cui Cyrus in Babylonicum imperium ſucceſſit, Darium eſſe Medum; qui in eodem Babyloniæ regno ſucceſſorem habuit Cyrum, vt ex Daniele conſtat. Cùm illius hiſtoriæ τὰ κυριώτατα mirificè apud Beroſum cum Daniele conſentiant, quid in reliquis tricamur; ſi quid forte vel minus conſentaneum, vel explicatu difficilius adſperſerit, quod ad rei ſummam non pertinet?

Cedo quàm voles grauem & accuratum è profanis Hiſtoricum; qui eandem, C quæ in ſacris libris prodita ſit, rei geſtæ narrationem attigerit; neminem reperies, qui non multa aliter atque in ſcripturis traduntur identidem immiſceat. Ea prudentes Annalium conditores, aut Interpretes, quantum fas eſt, comiter interpretari, & ad ſcripturæ ſenſum inflectere ſtudent; nec ipſi niſi manifeſtè pugnantia ſint, damnare, & falſitatis arguere ſolent. Cur non igitur idem in Beroſo, ac Megaſthene tentemus, antequam indicta cauſa cenſura noſtra, & ſententia percellentur? Pauca ſunt enim ac leuiſſima, quæ in illorum fragmentis à Daniele diſſidere videntur, quæ & ipſa nihilominus commodè aliqua declaratione ad Prophetæ partes haud inuita trahuntur. Sanè nihil doctus ille vir contra nos adduxit, quod mediocriter harum rerum intelligentem commoueat. Filius, inquit, filij, id eſt nepos Nabuchodonoſori vocatur Baltaſſar. Reſpondet pro nobis Hieronymus filij vocem propria ſtrictáque ſignificatione non ſemper accipi; atque ipſe quidem filium dici Baltaſſarem pro eo quod eſt pronepos exiſtimat; & pro tribus, quinque reges Babylonios percenſet. Nos filium appellari eum qui ſit gener; vel D filij vocabulo filiam quoque cenſeri non abſurdè defendimus; & Prophetæ vaticinium planè ac ſimpliciter accipimus, vt ſeruituras dixerit Nabuchodonoſoro gentes, & filio eius Euilmerodacho; tum Baltaſſari, qui filius fuit filiæ Nabuchodonoſori, vel filij eius, id eſt generi. Neriglisſarus enim Laboroſoarchodi, id eſt Baltaſſaris pater, Nabuchodonoſori gener filij nomine adhuc impuberis regnum, vti dictum eſt, adminiſtrauit. Ponamus Baltaſſarem quando Euilmerodach mortuus eſt, duodennem fuiſſe. Cùm nondum per ætatem tractandis ampliſſimi regni gubernaculis, & à vicinorum Medorum potentia tuendis finibus idoneus eſſet, Babyloniorum conſenſu Neriglisſarus cum Nitocride coniuge Nabuchodonoſori filia, & paterna commendatione populo gratiſſima, pro puerulo regnum adminiſtrarunt annis quinque. Hos ipſos annos Beroſus ac Megaſthenes imputant Neriglisſaro; Daniel aut omnes, aut duos ſaltem ex illis Baltaſſari tribuit. Quippe ter-

Baltaſſar cur filius dicitur Nabuchodonoſori.

tius ab illo Baltaſſari annus enumeratur: vt veriſimile ſit; Baltaſſarem tribus annis ſub parentum tutela delituiſſe, duos autem reliquos ſuperſtite adhuc Neriglisaro per ſeſe regnaſſe: nouem denique menſes, quibus patre mortuo imperaſſe traditur, ad tertium illum annum referri, cuius mentionem facit Daniel. Quid in ea concordia ſacræ profanæq; hiſtoriæ non tolerabile? quid non vſitatum aliàs? quid adeo ſeuerè notandum, damnandúmque reperies? Multas, cùm oppreſſus eſt Baltaſſar, vxores & concubinas habuit. Quidni octodecim annos natus pellicum grege iam implicatus eſſet; cùm aliquanto iuniores hodie Barbarorum, Turcarúmque principes in numeroſa concubinarum & vxorum caterua volutentur? A

Aliud eiuſdem argumentum explicatur.

At Laboroſoarchodi & Baltaſſaris diſpar admodum exitus fuit. Siquidem ille, *quod malis eſſet moribus ab amicis extinctus dicitur; vt Beroſus affirmat: iſte illa ipſa nocte, qua epulabatur, ciuitate, à Perſis ac Medis occupata interfectus eſt; vt Daniel haud obſcurè ſignificat; confirmat Hieronymus; affirmat Xenophon; fauet etiam Hieremias.* Hoc verò commentitium eſt, ac præter Danielis mentem ad hiſtoriam adtexitur, eâdem nocte, qua ſupremas illas epulas celebrauit Baltaſſar, Perſas ac Medos irrupiſſe. Verba Danielis cap. v, 10. *Eadem nocte interfectus eſt Baltaſſar rex Chaldæus. Et Darius Medus ſucceſſit in regnum annos natus ſexaginta duos.* Non dicit eâdem nocte Perſas ac Medos Babylonem occupaſſe, ſed Darium genere Medum ſucceſſiſſe, vel, vt in Chaldaico legitur, *accepiſſe regnum*. Eſt enim קבל מלכותא ἐδέξατο τὴν βασιλείαν. quod ipſum indicio eſt, non vi exortum eſſe, neque hoſtiliter occupatum, ſed conſenſu delatum, & à Dario ſuſceptum. B

Quod autem Hieronymum, & Xenophontem nobis obiicit; cur non ipſe ſuos illos authores ſequitur? cur ab iis quando libitum eſt impune diſcedit? Hieronymus quintum à Nabuchodonoſoro Baltaſſarem ex Beroſi authoritate numerat; amicus noſter duntaxat tertium; & Beroſum idem exagitat, ac repudiat. Xenophon Cyaxarem Aſtyagis filium ne pedem quidem intuliſſe Babylonem, ne dum ibi regnaſſe, ſcribit; neque obſidioni vrbis interfuiſſe. Noſter Darium cum Cyro vrbem obſediſſe, & in ea regnaſſe ſcribit. Xenophon præterea Cyrum domi & in lecto ſuo inter filiorum & amicorum cōplexus placidè mortuum eſſe refert. cur ab illo noſter recedit? cur Herodotum ac Iuſtinum audit potius, quàm grauem illum laudatúmque Scriptorem? Quis hoc illi permiſit, vt ex iſtorum monumentis quæ in rem ſuam faciunt eligat & excerpat; damnet ac reiiciat cætera; nobis idem in noſtris, vtputa Beroſo, Megaſthene, Herodoto nolit concedere? Cur fragmentorum noſtrorum ſingula verba præſtare nos iubet, & ſi quid in illis conciliari cum Scriptura non putet, vniuerſa repudiat; ipſe pauca de ſuis quæ probet eligit; reliquis omnibus addici ſe tenerique non patitur? Vis eſt iſta quidem, nolle qua lege alterum conſtringas, eam tibi ipſi præſcribere. De Hieremia quod obiicit, velim illius locum proferat, quo eâdem nocte, qua Baltaſſar eſt interfectus, Cyrum atque Perſas cum Medis Babylonem occupaſſe teſtetur. quod illum ſcio nunquam eſſe facturum. Quare irritæ ſunt ἀντιθέσεις omnes, quas N. xx ex vtriuſque nece, Laboroſoarchodi ſcilicet, & Baltaſſaris colligit; quæ falſo iſto, atque à nobis euerſo fundamento nituntur; quòd eâdem nocte, qua Baltaſſar interfectus dicitur à Daniele, Perſæ atque Medi Babylone potiti ſint. Hoc enim, quod maximè probare illius intererat, ne leuiſſimè quidem ſuadere potuit. C

Reliqua eiuſdem refelluntur.

Eiuſdemmodi eſt quod N. xxi, & xxii cōtra alterum caput noſtræ opinionis obiicit, quo Nabonidum defendimus eundem eſſe cum Dario Medo. Hoc enim ſolidiſſimo argumento ſuprà confecimus; quòd qui poſtremo de Nabuchodonoſori ſtirpe Chaldæorum regi proximè ſucceſſit, is non alius Danieli ſit, quàm Darius Medus: at verò qui æquè poſtremo de Nabuchodonoſori poſteris ſucceſſit, à Beroſo nominatur Nabonidus. Igitur Nabonidus eſt Darius Medus. Quid aduerſus hanc demonſtrationem noſter opponit? Diuerſam cauſatur vtriuſque ſucceſſionem. Nam Nabonidus xvii poſt Laboroſarchodum regnauit annis, Chaldæorum perſeuerante regno: at Darius Medus ſucceſſit imperio Chaldæorum deſinenti videlicet, ac diuiſo, iuxta Danielis oraculum. Daniel quippe cap. v, 28, Baltaſſari arcanam illam ſcripturam interpretans; *Diuiſum eſt*, inquit, *regnum tuum; & datum eſt Medis, & Perſis*. mox ſubiicit: *Eadem nocte interfectus eſt Baltaſſar rex Chaldæus, & Darius Medus ſucceſſit in regnum*. His verbis, & eiuſmodi ſerie orationis ac contextu doceri putat, eâdem nocte, qua Baltaſſar oppreſſus eſt, diuiſum in e- D

A dos ac Perſas eſſe regnum. quod quidem pernegamus. Prophetæ cùm futurum
aliquid denunciant, quo certiſſimè id euenturum eſſe ſignificent, præſenti, aut
etiam præterito tempore vtuntur pro futuro. Infinita ſunt apud Prophetas enal-
lages iſtius exempla. Dabo ſimili in re, contra quod ne mutire quidem liceat. Lib.
1 Regum cap. xv, 28, cùm Saül abeuntis cum indignatione Samuelis pallium ſci-
diſſet, Propheta hoc ad futuri ſignum trahens, *Scidit*, inquit, *Dominus regnum Iſ-
raël à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te*. Si ex Danielis verbis, oratio-
níſque contextu rectè noſter coniicit, eadem nocte qua Baltaſſar cæſus eſt diui-
ſum in Perſas, ac Medos eſſe regnum; quoniam propheta dixit, *Diuiſum eſt re-
gnum tuum*, &c. eodem iure concludere licet illo ipſo tempore, ac die, quo Saüli
Samuel illa locutus eſt, Saülem mortuum eſſe, ac regnare deſiiſſe, Dauidémque
ſucceſſiſſe. Atqui nondum à Samuële deſignatus ad regnum Dauid, ac perunctus
fuerat; cui nonniſi poſt Saülis obitum regnum Iſraëlis traditum fuit. Viderit
igitur quàm bellè argumentatio iſta procedat. Enimuero *diuidendi* vocabulum
apud Danielem, vt & *ſcindendi* loco illo 1 Reg. idem eſt ac ſeparare, auferre,
transferre. פרס inquit, id eſt ſeparandum, & auferendum à te regnum tuum, quod
B tecum modò coniunctum eſt. Separantur enim quæ inuicem cohærent, vti re-
gnum cum rege: ne quis diuiſum, id eſt partitum in Medos ac Perſas illud eſſe
ſuſpicetur: quemadmodum & vox קרע, qua Samüel vtitur, ſeparationem, non
partitionẽ ſignificat. Tametſi paulò aliter Danielem interpretari fas eſt: cum Bal-
taſſare mortuo, extinctáque Nabuchodonoſori ſtirpe ad alienos imperium per-
uenerit, primùm ad Darium Medum, inde mortuo Dario ad Cyrum, ac Perſas
eſſe tranſlatum. Ita enim diuiſum erit in Perſas, Medóſque regnum, quatenus
Darius à Medis oriundus imperauit primò: tum Cyrum Perſáſque ſucceſſores
habuit. Nam & illi ipſi, quibus placet Darium Medum regem cum Cyro vires
ſuas, & conſilia communicaſſe, non aliter explicare poſſunt quod Propheta di-
xit, diuiſum eſt regnum; ſi diuidere hoc loco idem eſſe velint, ac partiri: quàm à
Medis primum poſſeſſum, inde ad Perſas deuolutum eſſe. Exiſtimant enim Cy-
rum, poſtquam Darij copiis adiutus Babylonem cepit, ſponte illi parto imperio
ceſſiſſe; ac demum poſt eius obitum in eam poſſeſſionem pedem intuliſſe. Vnde
C diuiſum in Medos, Perſáſque regnum non eodem vtique tempore, ſed ſucceſſio-
ne quadam: quoniam vnus poſt alterum, Cyrus poſt Darium illud obtinuit.

At enim N. XXIII obiicit: de Nabonido ne cum Beroſo quidem conſenti-
mus. Nam à Cyri victoria negat Beroſus Nabonidum Babylone regnaſſe. An
aliud nos dicimus? Sed illud homini videlicet perſuaſum eſt, quod idem & nos
arbitrari putat; Nabonidum non prius à Beroſo ad Chaldæorum regnum proue-
hi, quàm capta ſit Babylon: quaſi tum cùm Laboroſoarchodus, ſiue Baltaſſar in-
terfectus eſt, hoſtilis in Babylonios graſſatio, & Medorum irruptio contigerit.
quod ipſum caput erat probationis; neque tamen in tam longa Diatriba vel te-
nuiſſimè nobis oſtenſum eſt. Doceat itaque ſi poteſt, eâdem illa nocte, qua Bal-
taſſar occiſus eſt; Medos ac Perſas, Darium Medum cum Cyro Babylonem oc-
cupaſſe. Hoc quandiu non facit, fruſtrà nos oppugnat. Ad extremum de Darij
Medi genere quæſtionem definire aggreditur; quem nos Aſtyagis fuiſſe filium
cum Herodoto, Cteſia, Diodoro, Iuſtino, ac veris omnibus Hiſtoricis nega-
D uimus. In quo magnopere ponderandum illud eſſe duximus, quòd cùm in aliis
pleriſque Cteſias ab Herodoto diſſideat, eúmque mendacij conetur arguere:
hac tamen in re cum illo conſentiat vt Aſtyagem vltimum Mediæ regem abſque
filio ſucceſſore deceſſiſſe confirmet. Contra firmiſſimam illam Hiſtoricorum
concordiam, Noſter ſolas coniecturas attulit, eaſdémque perleues. Videri ex
Herodoto dicit Aſtyagem virili prole non caruiſſe: alioquin nihil cauſæ fuiſſe, cur
à nepote ſuo, hoc eſt filiæ prole tantopere ſibi formidaret. Nam cui potiùs alteri
mandaret imperium, quàm nepoti, ſi quidem filio careret? Verùm illud iure me-
tuebat, & cauebat Aſtyages, ne regno ipſe priuaretur, quod à filiæ ſtirpe immi-
nere illi Magi prædixerant. Quantum autem in rege metus ille ac retinendi im-
perij cupiditas valeat, quóve tranſuerſum ac præcipitem eius animum rapiat, gen-
tium omnium, ac populorum annales nobis tacentibus loquuntur.

Verùm eſto, inquit, Aſtyagis filius Darius ille non fuerit; ac Medorum rex

idem profectò fuit; eique tanquam amico ac fideli viro Cyrus regnum illud permiſit. An illud dixiſſe ſatis eſt, aut in hiſtoria quicquid probabiliter ariolari ac diuinare potueris, id ſtatim amplecteris? Hoc ſi de Aſtyagis filio Cyaxare remittis, iam ab authoribus tuis diſcedis, neque ex hac fabula quicquam, præter coniecturam tuam, & vt veriſimilem demus, certè ex ingenio confictam διασκευὴν, reliqui tibi facis. Nos expreſſis ac diſertis vetuſtiſſimorum Hiſtoricorum teſtimoniis innitimur, & quod caput eſt, eorum ipſorum, quos illi tui non modò certiſſimos ac veriſſimos indicant, ſed quos etiam ſe duces adhibuiſſe teſtantur. Quare aut Ioſephi, atque Hieronymi fidem & authoritatem eiurare debes, aut quos ipſi probauerint, & ſecutos ſe eſſe, adeóque ſequendos poſteris oſtenderint, ſua, non aliena voce loquentes audire. Verùm de Dario Medo, déque Nabuchodonoſori poſteris & ſucceſſoribus nimis iam multa. Sed videlicet amici noſtri humaniſſimi & eruditiſſimi viri ſtudio reponendum aliquid fuit, ne in ſchedis noſtris excutiendis operę pretium vllum à ſe factum crederet. Nos illud ex hac reſpõſione fecimus, magis vt quàm antea nobis prior illa ſententia placeret. Nam cùm ab homine diligentiſſimo, & hiſtoriæ peritiſſimo peculiari Diſſertatione, Operis in fronte præfixa acriter oppugnata ſit, planum eſt nihil eſſe quod ad eam labefactandam valere poſſet argumentorum relictum. Cùm igitur hæc ipſa, quæ illìc protulit, tam contra nos imbecilla ſint, tam à nobis facilè diſſoluta, magna, neque, vti ſpero, vana fiducia eſt, meliora, quàm quæ propoſuit, reperiri nulla potuiſſe.

A B

DE INITIO CYRI.

Scaligeri variæ ſuper eo, diſſidentéſque ſententiæ diſcuſſæ.

CAPVT XII.

C

IN lib. v huius operis, pag. 378, Cyri primordium confert in annum Periodi Iulianæ 4154, idque conſenſu authorum omnium adſtruit, qui Cyrum iniiſſe volunt anno primo Olympiadis LV. Eſt autem hic annus, inquit, XLVII poſt obitum Nabuchodonoſori.

In Notis ad fragmenta Beroſi & aliorum, quæ in calcem huius Operis coniectæ ſunt, pag. XV, docet Nabonidi vltimi Chaldæorum regis decimum ſeptimum, & vltimum fuiſſe Nabonaſſari CCVI, Cyri decimumnonum, vndecimum ante ſolutam captiuitatem, quæ quidem relaxata eſt anno illo Nabonaſſari CCXVII, qui erat ſeptuageſimus à capto Iechonia, & ab Hieremia prædictus, cap. XXIX, 10. Hinc primum annum Babylonici imperij Cyrus iniit. Quippe victo Nabonido non ſtatim Babylone potitus eſt Cyrus, ſed poſt multum tempus, poſtquam Nabonidum intra Borſippi munimenta ſe continentem in deditionem accepit, ac reliqua deinde Babyloniæ ſubiùgauit. Annus Nabonaſſari CCVI eſt Iulianæ Periodi 4172, Cyri XXX: annus verò Nabon. CCXVII eſt Iulianæ Periodi 4183, Cyri XXX, in quem LXX anni ab Hieremia prædicti deſierunt; quando & noua æra à Chaldæis Cyro condita eſt, & triumphata iam Aſia vſurpare iſtud potuit: *Deus cæli dedit mihi omnia regna terræ.* Proinde Nabonidus vndecim annis ante ſolutam captiuitatem regnare deſiit, cùm interim Cyrus Lydiam, Aſiámque, & Aſſyriam, reliquóſque tractus Orientis victoriis peragraret. D

In Animaduerſionibus ad Euſebium, ad annum MCDLVI, tria Cyri diſtinguit initia. Primum Perſici regni anno I Olymp. LV. Secundum Chaldaici imperij anno XXII Perſici regni, quum expugnato Nabonido Medo Chaldæorum regnum adeptus eſt, nouem annis ante mortem eius. Tertium initium à ſubiugatis Bactrianis, cùm toto Aſiæ imperio à finibus Indiæ, ad Cycladas inſulas potitus eſt. Hoc initio Danielem & Eſdram vti cenſet, qui annum primum Cyri vocant eum, qui conſurgit ex anno XXIX Perſici regni.

Deniq; l. III Iſag. Can. p. 291 annum ſeptuageſimum captiuitatis deſinere dicit in annum Per. Iul. 4183, Cyri XXIX ad finem decurrente: qui ſolidos annos expleuit XXX, & XXXI inchoauit. Tria hæc initia in Animaduerſ. ad A. MCDXXXI in Dia-

A grammate deſcribit, ac primum annum Cyri in Perſide aſſignat anno Nabonaſſari CLXXXVIII; primum verò Babylonici regni, poſt arcem Borſippenam expugnatam, anno CCVIII Nabon. quo etiam laxata dicitur Iudæorum captiuitas. Denique tertium initium anno Nabonaſſari CCXVII, quo tota Aſia regnauit. Eſt autem annus Iulianæ Periodi 4183; ita vt mortuus ſit anno Nabon. CCXIX.

In his omnibus Scaligerianis decretis haud exigua conflictio eſt & inconſtans varietas. In Fragmentis duo tantùm initia Cyri conſtituit: alterum quo regnare in Perſide cœpit anno I Olympiadis LV, Periodi Iulianæ 4154: alterum, quo expugnato Nabonido, & in poteſtatem redacto Babylonicum imperium auſpicatus eſt, anno Nabonaſſari CCXVII, Periodi Iulianæ 4183, qui & triceſimus annus Cyri, atque vltimus fuit. At in Euſebianis Animaduerſionibus tria facit initia; & ſecundum, quod eſt imperij Babylonici, anno Nabonaſſari tribuit CCVIII, Periodi Iulianæ 4174: tertium verò Nabonaſſari anno CCXVII, quem viceſimum nonum duntaxat eſſe dicit Perſici regni. Atqui in Perſide regnare cœpit anno
B Nabonaſſari CLXXXVIII, vt in Diagrammate legitur: qui incurrit in annum Periodi Iulianæ 4154: annus porro Nabonaſſari CCXVII eſt ab illo triceſimus, non viceſimus nonus. Ad hæc ſi mortuus eſt Cyrus anno Nabonaſſari CCXIX, hoc eſt, Periodi Iulianæ 4185, obiit anno ineunte regni Perſici XXXII, non XXX abſoluto. Item Nabonidum à Cyro anno vndecimo poſt captam Babylonem in poteſtatem habitum ſcribit in fragmentis; hoc eſt anno Perſici regni XXIX. in Animaduerſionibus autem, anno Nabonaſſari CCVIII, quo Perſici regni viceſimus primus iniit. Prætereà ſi Cyrus anno ineunte Perſici regni XXXI deceſſit, obiit anno Nabonaſſari CCXVIII, Periodi Iulianæ 4184, non 4185; atque adeo per totam Aſiam vno duntaxat anno regnauit, aut ad ſummum alterum inchoauit. Falsò itaque tertium inchoaſſe in Diagrammate docuit Scaliger. Nam ſi annus primus Cyri, quo Perſidem occupauit, eſt Periodi Iulianæ 4154, quod vbique conſtanter aſſeuerat; anno vtique 4183 deſiit XXIX Perſici regni, & XXX iniit; XXXI cœpit anno 4184. Quare hunc ipſum haud exceſſit, niſi XXXI annos abſolutos eidem imputes. Ad
C hæc manifeſta eſt abſurditas. Nam Cambyſem lib. II Iſag. Canon. pag. 133 cœpiſſe dicit anno Periodi Iulianæ 4184. Cyrum verò in Animaduerſionibus deceſſiſſe anno Nabonaſſari CCXIX, Periodi Iulianæ 4185. Itaque anno ante mortem Cyri Cambyſes imperare cœpit; quod eſt ἀσύγκλωστον. Sed multiplicem illam Scaligeri pugnam ſub vnum Lectoris aſpectum Tabella ſequens obiiciet.

DIAGRAMMA SCALIGERIANÆ DISCORDIÆ ſuper epocha Cyri.

Initium Cyri.		
Duplex	Triplex	
In Fragmentorum Notis.	In Iſag. Canon.	In Animaduerſionibus.
D Primum Perſici regni anno Nabonaſſari CLXXXVIII, Periodi Iulianæ 4154.	I Perſici, anno Nabonaſſari CLXXXVIII, Periodi Iulianæ 4154.	I Perſici anno Nabonaſſari CLXXXVIII, Periodi Iulianæ 4154.
Secundum Babylonici, anno Nabon. CCXVII, Periodi Iul. 4183.	II Babylonici anno Nabonaſſ. CCIX. Periodi Iulianæ 4175: à Perſico exordio, anno XXII.	II Babylonici anno Nabonaſſ. CCVIII, Per. Iul. 4174. à Perſico exordio anno XXI.
	III Totius Aſiæ anno Perſici regni XXIX, exeunte, adeóque Nab. CCXVII; Per. Iul. 4183.	III Aſiæ totius anno Per. Iul. 4183: Nabon. CCXVII, à Perſico initio, anno XXIX.

Nabonidus à Cyro victus & captus eſt.		
In Fragmentis.	In Iſagog. Canonibus.	In Animaduerſionibus.
Anno Nabon. CCXVII, Periodi Iul. 4183, Perſici regni XXIX, vndecim à capta Babylone.	Anno Nabon. CCIX, Per. Iul. 4175, Perſici regni anno XXII, à capta Babylone anno tertio.	Anno Nabon. CCVIII, Per. Iul. 4174. Perſici regni anno XXI, à capta Babylone anno ſecundo.

 A

Moritur Cyrus.		
Lib. v de Emendat.	In Iſagog. Canonibus.	In Animaduerſionibus.
Anno Nabon. ccxviii, Periodi Iulianæ 4184: à Perſico initio anno exeunte xxx, & ineunte xxxi: à Babylonico initio, anno primo deſito.	Anno Nabon. ccxviii, Periodi Iulianæ 4184: à Perſico initio anno exeunte xxx: à Babylonico anno exeunte x: ab Aſiatico, anno exeunte primo, ineunte ſecundo.	Anno Nabon. ccxix, Per. Iul. 4185: à Perſico initio anno exeunte xxxi, & ineunte xxxii: à Babylonico initio, anno exeunte xi, ineunte xii: ab Aſiatico, anno ineunte tertio, exeunte 2.

Ad extremum duo ab Scaligero ponuntur, quæ vereor vt obtinere poſſit: quorum alterum eſt, Cyrum xxxi annum attigiſſe; imò verò, vt ex Animaduerſionibus Euſebianis colligitur, xxxii. Nam Herodotus non plures, quàm xxix aſſignat, Cteſias xxx: de quo paulo pòſt agetur. Alterum, Nabonidi annum decimum ſeptimum, & vltimum tanto ante captam Babylonem, & Babylonici imperij ſumptum à Cyro primordium deſiiſſe. Quippe ſtatim poſt annos xvii Nabonidi vltimi Chaldæorum regis, anni nouem Cyri Perſarum regis in Mathematico Canone ſubiiciuntur, quem nos libro ſuperiore cap. xvii reddidimus. Atqui ſi inter poſtremum annum Nabonidi & initium Cyri decem anni intercederent; (quod in Notis ad Fragmenta pag. xv docet Scaliger. Ait enim decimum ſeptimum annum Nabonidi eſſe xix Cyri, & Nabonaſſari ccvi, primum verò Babylonici regni Cyro contigiſſe anno Nabonaſſari ccxvii:) falsò Canon ille Mathematicus in ſerie Babyloniorum regum annos Cyro tribueret nouem, cùm vnus duntaxat aſſignandus fuerit, cum interregno x annorum, vel ix ab vltimo Nabonidi ad Cyri primum, & vnicum Babylonici regni: atque ita numerus annorum, qui à Nabonaſſaro ad Alexandrum, & in Canone illo, & à Ptolemæo, cæteríſque Mathematicis vulgò concipitur, annorum ccccxxiv, tribus circiter annis augendus eſſet. Idem etiam accidet, ſi poſteriorem Scaligeri ſententiam amplectimur, quæ in Animaduerſionibus exponitur. Ibi enim in Diagrammate pag. 84 propoſito, primus annus Nabonidi imputatur anno Nabonaſſari cxc, vel cxci: vltimus Cyri anno ccxix. Ab anno cxc ad ccxix, interuallum eſt annorum xxix. At verò Nabonidi xvii anni cum ix Cyri annos duntaxat xxvi efficiunt. Proinde duo, tréſve anni ad ſummam accedent. quod Mathematicis omnibus eſt inauditum. Hi enim ab initio Nabonaſſari ad vltimum Alexandri annos præcisè putant ccccxxiv. Quod autem in Fragmentis, & Appendice ad libros de Emendat. Temporum addita, Herodotum affirmare putat, poſt victum Nabonidum, qui extra Babylonem in arce Boſippena deditionem fecit, Babylonios multis annis obſidionem toleraſſe: vel hoc Herodotus non dicit, vt poſteà demonſtrabimus: vel vt dicere velimus, non ideo conſequens eſt, idipſum finitis annis Nabonidi xvii accidiſſe, adeo vt tot annorum interregnum ab eius vltimo ad Cyri Babylonicum initium interceptum ſit; quod incauto, & valdè imprudenti Scaligero excidit. Quare quantumlibet annorum inter deditionem Nabonidi, & Babylonicum Cyri primordium excurriſſe putemus, totum id ſumma illa xvii Nabonidi annorum exhaurire debet, quo certiſſimum à Nabonaſſaro ad Alexandrum M. interuallum immotum permaneat.

(B, C, D in margin)

Rerum à Cyro geſtarum hiſtoria ex Herodoto, Cteſia, & Beroſo perſtringitur.

Capvt XIII.

Chronologiæ, vti ſæpè dictum eſt, totius cardinem ac fundamentum Cyri primordia continent, à quibus & antecedentium ferè temporum, & poſteriorum ratio, & omnis ferè ſacræ hiſtoriæ cum profana concordia dependet. Quamobrem omni ope ac diligentia perquirendum initium eſt Cyri, Perſicíque regni. Huius autem, vt & doctrinæ totius temporum, præſidia ſunt duo; hiſtoria, & character temporum: quæ ambo mutua ope nixa ad veritatis inueſtigationem tutiſſimo compendio

A perducunt. Hiſtorica narratio inſtar eſt ὕλης, ac materiæ; character, εἶδος atque formæ. Itaque prior illa eſt ordine naturæ: iſta cognitionis poſterior, quæ ad alteram dirigendam caſtigandámque pertinet. Vt igitur Cyri Perſiciq; regni epocham adſtruamus, viſum eſt ex Herodoto, atque Cteſia ſummam vitæ ipſius geſtarúmq; rerum perſtringere, vt ex amborum antiquitate, & authoritate principum comparatione atque conflictu ſubtilius elimata veritas eniteat. Xenophontem autem, quia fabulam de Cyro potiùs, quàm hiſtoriam edidit, conſultò prætorimus.

Ergo vt ab Herodoto ſumamus initium, Cyrum ille refert Aſtyagis Medorum regis nepotem fuiſſe ex Mandane illius filia, & Cambyſe Perſa; cui quidem vni de populo filiam ideo ſuam Aſtyages in matrimonium dedit, ne ſi nobili cuipiam nuberet, fatalis ille in Aſtyagis, ac Medorum exitium puer indidem ortus ad reſponſi fidem implendã paternis opibus niteretur. Erant Perſæ per id tempus obſcuri, Mediſq; ſubiecti. Ad hos Cyrus poſteaquam adoleuit, opes imperiúmq; trãſtulit, eo rerum, bellorúmq; decurſu, qui ex Herodoto, cæteriſq; notiſſimus eſt, & à nobis ideo prætermittendus. Aſtyages cùm annis imperaſſet quinq; ac triginta, regno ſpolia- Quæ Herodotus de Cyro referat.

B tus, ac priuatus apud nepotem aliquandiu vixit. Aſtyage victo primum cum Crœſo, Lydiſq; bellum fuit. Crœſus affinitate vinctus Aſtyagi: (hic enim Crœſi ſororem Alyattis filiam ex fœdere cum Cyaxare inito duxerat:) vt & propinqui iniuriam perſequeretur, & paulatim efferentem ſe Cyrum compeſceret, bellum Perſis indixit. Cyrus eâdem, qua contra Medos pugnauerat, aduerſus Lydos felicitate certauit. Victoriæ præmium Lydia, ac reliqua omnis Aſia cum maritimis Græciſque ciuitatibus extitit. Reliqua erat Babylon cum Bactris, Sacis, & Ægyptiis. Impoſito Aſianis Harpago, aduerſus Aſſyrios, eorúmque caput Babylonem tranſtulit bellum: cuius tum rex erat Labynitus Nitocridis filius. Poſt longam obſidionem potitus vrbe nouam deinde, ac poſtremam in Maſſagetas expeditionem ſuſcipit; in qua & mortuus eſt, cùm annis regnaſſet XXIX. Hæc Herodotus. Cteſias verò primùm Aſtyagem negat vllo cum Cyro iure propinquitatis fuiſſe coniunctum: victum tamen ab eodem eſſe narrat, & in honore habitum; cuius filiam Amyntim vxorem duxit. Poſtea Bactrios refert ſponte ſe Cyro ſubdidiſſe. Bellum inde contra Sacas ſuſceptum, quorum regem Amorgem in poteſtatem habuit. Quid Cteſias.

C Secuta eſt expeditio Lydica contra Crœſum: qui cum vrbe regia captus, & in Mediam deportatus, ibi ingenti vrbe prope Ecbatana donatus eſt. Aſtyages per Petiſacan à Cyro arceſſitus in itinere ab eodem Petiſaca necatur. Poſtremum Cyro bellum contra Derbicas fuit; à quibus in prælio ſauciatus triduo poſtea moritur, cùm filiis ante obitum mandata plurima dediſſet: è quibus iuniorem Tanaxarcem Bactrianorum, Choramniorum, Parthorum, & Carmanorum principem inſtituit. Regnauit annos XXX. Hæc de Cyro Cteſias.

Quibus pauca quædam ex Beroſi fragmento ſubiicienda ſunt, vbi author eſt, anno Nabonidi Chaldæorum vltimi regis decimo ſeptimo Cyrum, cùm Aſiam antea reliquam ſibi ſubieciſſet, in Babyloniam irrupiſſe. Cui Nabonidus cum copiis occurrens ingenti prælio victus cum paucis aufugit; ſéque Borſippenorum oppido concluſit. Cyrus occupata Babylone Nabonidum obſidere eſt aggreſſus. At ille viribus impar, ac ſibi diffidens vltro ſe dedidit. quem Cyrus humaniter acceptum in Carmania collocauit; vbi & ad obitum vſque conſedit. Beroſus.

Ex horum trium authoritate Scriptorum, vt de reliquis taceam, quos ætate po-

D ſteriores ab iis fontibus, ac præſertim Herodoti, totam illam hiſtoriam deriuaſſe conſtat; ſatis exploratum eſſe illud arbitror, de quo in præſentiarum agitur; Cyrum aliquot annis poſt extinctum Medorum imperium, & Perſarum potentiam erectam, Babyloniam occupaſſe; nec vtriuſque regni dominatum eodem tempore, annóve contigiſſe. Quare vehementer Chronologi quidam recentiores hallucinati ſunt, qui vnum & eundem annum Cyro putant imperij vtriuſque dediſſe primordium. Qui manifeſtus error vix eſt vt refutationem vllam mereatur. Nos Herodotum cæteróſque hiſtoriæ principes ſecuti initia duo Cyri, atque epochas duas diſtinguimus; alteram Perſici regni, Babylonici alteram. Tum ex Herodoti & Cteſiæ conſenſu illud ſtatuimus; Cyrum annis triginta regnaſſe; hoc eſt XXIX expletis triceſimum inchoaſſe. Tertium autem Aſiatici totius imperij principium tanquam fictum & commentitium reſpuimus: quod ideo Scaliger ex-

cogitauit, vt ſeptuaginta annorum captiuitatem nouum illud Cyri in exordium A
deſineret. Hoc verò, cùm de LXX iſtis annis agetur, ſuperuacaneum eſſe demonſtrabimus. Interim duo illa Cyri primordia ſuis annis conſignanda ſunt.

De epocha Perſici regni à Cyro initi, quæ & ex Hiſtoria, & Aſtronomicis obſeruationibus adſtruitur.

CAPVT XIV.

NIHIL tanto Chronologorum omnium veterum perinde ac recentiorum conſenſione firmatum, ac ſtabilitum eſt, atque epocha Cyri prior, quod ad Olympiadem ſpectat. Nullus enim ex antiquis Olympiade LV Cyrum Perſis regnare cœpiſſe non prodidit, & quidem ineunte: hoc eſt vt agon ipſe in annum illius primum incurrerit. B
Hanc accuratiſſimorum Scriptorum exquiſitam in ea re concordiam luculentiſſimus teſtis adſtruit Africanus apud Euſebium lib. x de Præparat. Μετὰ δὲ ο΄ τῆς αἰχμαλωσίας ἔτη Κῦρος Περσῶν ἐβασίλευεν, ᾧ ἔτει Ὀλυμπιὰς ἤχθη νε΄, ὡς ἐκ τῶν Βιβλιοθηκῶν Διοδώρου, καὶ τῶν Θάλλου, καὶ Κάστορος ἱστοριῶν, ἔτι δὲ Πολυβίου, καὶ Φλέγοντός ἐστιν εὑρεῖν. ἀλλὰ καὶ ἑτέρων, οἷς ἐμέλησεν Ὀλυμπιάδων. ἅπασι γὰρ συνεφώνησεν ὁ χρόνος. Κῦρος δ' οὖν τῷ πρώτῳ τῆς ἀρχῆς ἔτει, ὅπερ ἦν Ὀλυμπιάδος νε΄ ἔτος τὸ πρῶτον, &c. *Poſt* LXX *verò captiuitatis annos Cyrus Perſis regnare cœpit: quo anno celebrata eſt Olympias* LV; *vt in Bibliothecis Diodori, Thalli atque Caſtoris hiſtoriis; nec non Polybij, & Phlegontis ſcriptum reperies: ſed & apud alios authores, qui Olympiadas deſcripſerunt. De tempore enim inter omnes conuenit. Cyrus itaque anno regni primo, qui & Olympiadis* LV *primus fuit*, &c. Quamuis perperam captiuitatis Babylonicæ ſeptuageſimum annum in Perſicum Cyri primordium deſinat. (Hoc enim ſuo loco refutabitur.) rectè tamen hoc ipſum exordium Perſici regni definit anno primo Olympiadis LV. Sed cum Iulianis duobus annis Iphiteus, ſiue Olympiadicus quilibet reſpondeat, ſenóſque de vtroque menſes decerpat dubitari poteſt vtrum primo, an poſteriori ſemeſtri Cyri initium illigandum ſit: hoc eſt, an Periodi Iulianæ 4154, quo LV Olympias, id eſt Iphiti annus CCXVII iniit; an potiùs anno 4155 Cyrus Perſis imperare cœperit. C
Scaliger vbique Cyrum iniiſſe ſcribit anno Periodi Iulianæ 4154, maximè in hoc libro, & lib. II Iſag. Canon. pag. 133: nec abhorrent Chronologi cæteri; qui anno illo Iuliano, quo agon commiſſus eſt, Cyrum cœpiſſe vulgò referunt. Ego verò, quanquam leue iſtud eſt diſcrimen, malim id in ſequentem annum conferre, Periodi Iulianæ 4155. Quod partim ex hiſtoria, partim ex Aſtronomicis obſeruationibus eruitur. Hiſtorici nos docent Cyrum Perſis regnaſſe annos fermè XXX. Herodotus enim annos XXIX: Cteſias XXX: Cicero lib. I de Diuinatione, totidem vertentes aſſignat: vt & vetus Chronologus apud Clementem Alexandr. lib. I Strom. Itaque XXX annum aut impleuit, aut, quod propter Herodoti authoritatem veriſimilius eſt, inchoauit. Fortaſſè primus ex XXX ſolidis ante Medos, Aſtyagémque deuictum Perſico ſoli regno imputandus eſt: ſi quidem antequam Aſtyagem ſuperaret aliquantum in apparatu belli temporis inſumpſit, & interim ſolam Perſidem obtinuit. quod ſpatium haud rectè Scaliger D
in Notis ad Fragmenta, pag. XXXVIII, ad annos plures extendit. Ego vel eodem anno, vel altero certè, quàm ab Aſtyage defecere Perſæ, extinctum Medorum imperium arbitror. Non enim tantùm inter Cyri defectionem, & victoriam de Aſtyage interceſſiſſe temporis Herodotus ſignificat. Non minus ex Herodoto, aliiſque melioribus Hiſtoricis conſtat, Cambyſen Cyri filium annis poſt parentis obitum regnaſſe, non integros VIII, ſed VII, cum menſibus V, de quo poſteà: Item poſt Cambyſen Magos ſucceſſiſſe mẽſibus VII: Darium inde regnaſſe. Vnde ab initio Cyri ad Darium anni ſunt ſolidi XXXVIII. Quibus ex hiſtoria ſtabilitis, Aſtronomicas τηρήσεις ad preſidium aduocamus. Tres ſunt eclipſes à veteribus proditæ, quæ ad Cyri Perſarúmque primordium nos certiſſimè deducunt. Prima lunaris eſt defectio, quam Ptolemæus refert lib. v pag. 125 edit. Græcæ, quæ Cambyſis VII contigit, Nabonaſſari CCXXV, Phamenoth XVII; Per. Iul. 4191, Iulij XVI, qui

A eſt annus Olymp. LXVI ſecundus, ſiue Iphiti CCLIV iniens. Secunda cõuenit eodem authore Ptolemæo, p. 102, Darij Hyſtaſpis F. anno viceſimo, Nabon. CCXLVI, Epiphi XXVIII. Tempus congruit anno Per. Iul. 4212, Nouemb. XIX, feria II, anno tertio Olympiadis LXIX, ſiue Iphiti CCLXXV. Tertia deniq;, vt eodem loco refert Ptolemæus, accidit Darij Hiſtaſpis F. anno XXXI, Nabonaſſari CCLVII, Tybi III. Annus hic eſt Per. Iul. 4223, Apr. XXV fer. III, Olymp. LXXII anno primo exeunte, ſequente ſecundo, ſiue Iphiti vergente CCLXXXV. Triplici hoc Aſtronomiæ munimento ad hiſtoricam fidem adiuncto Perſici regni epocha firmabitur. Nam ſi Darij XX annus cadit in Per. Iul. 4212, & Nouemb. menſem, & XXXI eiuſdem in Aprilem anni 4222, neceſſe eſt primum illius iniiſſe anno Per. 4193. Cambyſis verò primus iniit anno Per. Iul. 4185, ſiquidem ſeptimus incidit in annum 4191. Nam Darius nonniſi anno 4193 inchoare potuit: quandoquidem Nouembris XIX currebat illius viceſimus, & Aprili, XXXI. quod paulo pòſt plenius approbabitur. De anno itaque 4192, ſi XXXVIII ſolidos exemeris, reliqui erunt 4154. Ergo ſequenti, 4155 Cyrus iniit. Nam Scaligeri argumentatio lib. V, pag. 378, qua in annum confert
B 4154 ſeſe ipſa deſtruit. Ita quippe diſputat. Agathias author eſt, Perſarum priſcum à Cyro regnum per annos CCXXVIII duraſſe; quibus deductis de anno 4382 Per. Iul. in quo victus fuit Darius vltimus, remanent anni 4154, initium Cyri. Verùm ſi detractis 228 de 4182, ſuperſunt 4154, ſequens annus Cyri primordium habeat neceſſe eſt. Ita enim ſubtractionis annorum eiuſmodi ratio poſtulat, vt in Cyclorum putatione accidit. Nam primus illorum 228 eſt 4155. Quapropter Cyrum & Perſicum regnum iniiſſe Medis extinctis aſſerimus, anno Per. Iul. 4155, Nabonaſſari CLXXXIX, anno mundi 3425: à Diluuio, 1769; ab ortu Abraami 1477; ab exitu Iſraëlitarum, 972: à condito Templo 453: ab eodem euerſo, anno XXX. Idem annus ab Aſſyriorum & Beli primordiis eſt 1617; poſt ἅλωσιν Troianam, 626: à Medorum initio, 318: Iphiti 217, ſiue Olymp. LV primus exiens: ab Vrbe condita 195: ante Chriſtianam æram, 559. ab initio ſeptuagenariæ ſeruitutis 49; ſextus circiter ab obitu Nabuchodonoſori: anno Iudaici computi 3202 currente, cyclo Lunæ XIII, Solis XI: regnante Romæ Seruio Tullio anno eius circiter viceſimo.

C

De Cyri altero initio, quod eſt Babylonici imperij.

Capvt XV.

QVOTO regni ſui anno Babylone potitus ſit Cyrus, nulla in hiſtoria declaratum legimus. Xenophon quidem ſeptem annos Babylonici regni Cyro tribuit; quod & Torniellus amplexus eſt. Sed quantum in hiſtoria Xenophõteis illis habendum ſit fidei ſuprà docuimus. Mathematicus ille Canon, quem lib. v cap. XVII, cap. LII protulimus, in Babyloniorum regum catalogo, poſt Nabonadium, nominat Cyrum; cui annos imputat IX. quod & probabile nobis videtur. Itaque Cyrum arbitramur anno regni ſui XXI abſoluto, & inchoato iam ſecundo ac viceſimo, Babylonem cepiſſe, & Babylonium imperium iniiſſe: vt triginta illi, quibus vniuerſè regnauit, anni
D conficiantur. Proinde Babylonem, ſi ita placet, aliquot ante annos obſidere cœperit, & cum Nabonido bellum geſſerit. Neque enim ſatis euidens eſt, quantum temporis ab expeditionis Babylonicæ principio, ad Babylonis ἅλωσιν, vel Nabonidi expugnationem interceſſerit. Nos annum primum Babylonici imperij ſtatuimus in Per. Iul. 4176, mundi 3446, Nabonaſſari CCX; quot etiam Mathematicus ille Canon ab exordio Nabonaſſari ad Cyri primum computat: Vrbis conditæ CCXVI; Olymp. LX anno tertio ineunte, ſiue Iphiti CCXXXIX: ab initio ſeptuagenariæ ſeruitutis anno LXX; qui & Babyloniorum imperium terminauit; cyclo Solis IV, Lunæ XV.

Ante Babylonicum bellum Cyrus cum Lydis, Crœſóque Lydorum rege conflixit. Euſebius in Chronico captum à Cyro Crœſum, extinctúmque Lydorum regnum perhibet anno I Olymp. LVIII, qui eſt Per. Iul. 4166, ab exordio Cyri duo-

decimus. At Scaliger in Animad. ad A. MCCCCLXIX, & in Iſag. Can. pag. 320 contigiſſe vult anno primo Olymp. LIX, idque ex Laertio in Periandro colligit. Sed nihil tale apud Laertium reperias. qui Soſicratis duntaxat opinionem refert, affirmantis Periandrum ante Crœſum obiiſſe. Σωσικράτης δὲ φησι πρότερον Κροίσου τελευτῆσαι αὐτὸν ἔτεσι τεσσαράκοντα καὶ ἑνὶ πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς ἐνάτης Ὀλυμπιάδος. *Soſicrates verò teſtatur ipſum ante Crœſum mortuum eſſe annis* XLI *ante* XLIX *Olympiadem.* Hæc ambigua ſunt. Neſcias enim vtrum mortuum dicat eſſe Periandrum annis ante Crœſum XLI, an ſimpliciter ante Crœſum, & XLI annis ante Olympiadem XLIX; puta Olympiade XXXVIII. Itaque ab Euſebij ſententia non temerè dimoueor. Diogenis porro verba priorem ad mentem interpretor; vti Periander anno XLI ante Crœſi calamitatem obierit; nempe Iulianæ Periodi anno 4126, Olympiadis XLVII anno IV. quod tempus Olympiadem XLIV quinquennio præcedit. Nam πλατικῶς tempus illud Soſicrates circunſcripſit. Euſebius annum primum Periandri coniicit in annum I, Olymp. XXXVIII, qui eſt Per. Iul. 4086, currente Abraami anno 1389 Euſebiano, qui cœpit anno Periodi Iulianæ 4085. Ita egregiè conſentiunt omnia.

De Cambyſis initio, & Cyri obitu.

CAPVT XVI.

INDVBITATA eſt huius regis epocha ex Aſtronomicis obſeruationibus, quas ſuprà cap. XIV retulimus. Harum prima, authore Ptolemæo libro V pag. 125, accidit anno VII Cambyſis, Nabonaſſari CCXXV, Phamenoth XVII. Thoth huius anni incidit in Kal. ipſas Ianuarias, feria IV, hora XI à meridie diei XVI, in Horizonte Babylonico; Alexandriæ verò, hora vna $\frac{3}{4}$ ante mediam noctem. Tempus conuenit anno Per. Iul. 4191, Iulij XVI, nocte illa quæ inter XVI, & XVII interceſſit, feria IV, ſequente V, Cyclo Solis, XIX, Lit. E, Cyclo Lunæ XI; anno Iudaico 3238; cuius Tiſri character eſt, 3, 1, 1072, Septembris X, feria 3, anno Per. Iul. 4190. Thamuz Iulij II, feria IV, cuius character 4, 9, 262. Ergo XVI Thamuz horis ab initio noctis IV $\frac{1}{4}$ in meridiano Alexandrino, plenilunium eclipticum incidit. Noſtræ Tabulæ verum Plenilun. exhibent hora 10, 57′ à meridie diei 16 Iulij Alexandriæ. Defectio ipſa cùm digitorum non amplius 6 à Ptolemæo fuiſſe dicatur; ex Tychonicis epilogiſmis, & noſtris, ac Longomontani Tabulis digitorum eſt amplius 8. Tenuit horas 3, 22′. Cœpit hora 9, 16′. Deſiit hora poſt mediam noctem diei 17 Iulij 0′, 38″. Sol in gradu Cancri 16, 46′. Ex iis Cambyſis initium adſtruitur anno Per. Iul. 4185. quod & rectè lib. V de Emend. ſcripſit Scaliger. Malè verò in Iſag. Canonibus libro II pag. 133 contulit illud in annum 4184. Cyrus annno 4155 regnare cœpit; cui XXX anni ſaltem inchoati tribuuntur. Ad 4154 adde XXX; fiunt anni 4184. Igitur ſequente, 4185 Cambyſes regnum adiit, anno Mundi 3455, Nabonaſſari CCXIX, Olymp. LXII anno quarto, vel exeunte tertio, Iphiti CCXLVII. exeunte, vel ineunte CCXLVIII. Regnauit porrò Cambyſes annis, vt Herodoto placet, VII cum menſibus V: Magi verò menſibus VII: qui octauum Cambyſis annum expleuerunt. Ideo Cambyſi quidam octo annos aſſignant. Cteſias verò annos Cambyſis numerat XVIII. Clemens Alex. lib. I Strom. ex vetere Chronologo annos XIX. Hæc ſi vera ſunt, dicendum eſt Cambyſen ſuperſtite adhuc Cyro in ſpem imperij, aut conſortium adſcitum; idque ſubinde poſt Babylonem captam; quod & aliàs à Perſis regibus factum eſſe meminimus.

Theophilus lib. III ad Autolycum Cyro annos tribuit octo & triginta, eúmque mortuum refert Olympiade LXII. Suſpicor errore librarij octo ad ſummam addita fuiſſe. Porro annus Per. Iul. 4184 initium dedit anno tertio Olympiadis LXII. At ſi octo ſuprà triginta regnaſſet annis, cùm omnium conſenſu Cyri primordium anno congruat primo Olympiadis LV, non caderet illius exitus in Olymp. LXII.

A

De tempore occupatæ à Perſis Ægypti, déque poſtremis Ægypti regibus ex Herodoto. cuius ex Ezechiele hiſtoria caſtigata: & eiuſdem Prophetæ locus illuſtratur.

Capvt XVII.

Ægyptiorvm origines; ac Dynaſtias, quas Africanus & Euſebius ſcriptis prodiderunt, fabuloſas, &, quod ad vetuſtatem attinet, ementitas eſſe, cùm res ipſa loquitur; tùm nos breuiter ſuo loco ſignificauimus. Quocirca paucos ex Ægyptiis regibus, ac poſtremos duntaxat hoc loco perſtringemus; quorum ex Herodoto, ac Diodoro exploratiora ſunt tempora: quíque ad ſacræ hiſtoriæ notitiam adiumento eſſe poſſunt. Herodotus lib. II refert poſt varios Ægypti reges, ac poſtremò duodecim illos, qui communiter regnarunt, vnum ex iis Pſammitichum (B) regnaſſe annis LV. Huic Necos filius ſucceſſit, annis XVI. Inde Pſammis Neco filius, annis VI. Quem Apries eius filius excepit, annis XXV. Ab hoc deficiens Amaſis regnum occupauit, annis XLIV. Aduerſus hunc Cambyſes expeditionem ſuſcepit. Sed cùm in Ægyptum perueniſſet, mortuus iam erat Amaſis, eiúſque loco regnabat Pſammenitus; qui ſex menſibus imperauit. Hæc Herodotus. Diodorus verò Apriem regnaſſe ſcribit annis XXII: Amaſin verò, LV; quem & mortem obiiſſe narrat ſub Cambyſis expeditionem, circa tertium annum Olympiadis LXIII. Secundum Herodotum ab initio Pſammitichi ad Pſammenitum anni ſunt CXLVI, menſes VI. Euſebius in Chronico ſcribit Cambyſen anno V regni ſui Ægyptum obtinuiſſe, anno tertio Olympiadis LXIII. Primus annus Cambyſis iam à nobis conſtitutus eſt in anno Periodi Iulianæ 4185, quarto ineunte Olymp. LXII. Quintus ergo cadit in annum Periodi Iulianæ 4189, quo cœpit annus quartus Olympiadis LXIII. Vnde illo ipſo Periodi Iulianæ 4189 Ægyptum occupauit, vt & anno quinto, & Olympici luſtri anno tertio iſtud acciderit. Neque Scaligerum audiemus, qui ad annum Euſebiani Chronici MCCCCXCI, ſatius (C) eſſe notat anno ſexto Cambyſis Ægypti occupationem tribuere, quàm quinto: quoniam, inquit, VIII ſolidos imperauit, & tres potitus eſt Ægypti. Sed horum prius falſum eſt: neque enim octo annos expleuit. poſterius verum erit, ſi quinti partem ad octaui anni quinque menſes adiicias. Si igitur de 4189 deducantur anni CXLVI, reliqui erunt 4043. Itaque anno Periodi Iulianæ 4044 iniit Pſammitichus, ſi Herodotum ſequimur. At ex Diodoro confient anni CLIV: qui deducti de 4189 dant epocham Pſammitichi anno 4036. Nos Herodotum, vtpote antiquiorem, magis amplectimur: è quo Laterculum ſequens Ægyptiorum illorum regum deſcripſimus.

Error Scaligeri.

Reges Ægypti ex Herodoto.	Anni regni.	Initium regni.
Pſammitichus	LV	4043
Necos	XVI	4098
Pſammis	VI	4114
Apries	XXV	4120
Amaſis	XLIV	4145
Cambyſes	IV	4189
Colliguntur anni ad Cambyſen vſque CXLVI.		

(D) Euſebius in Chronico aliter regum illorum tempora diſpenſat: aliter Africanus; à quibus ambobus diuerſus eſt Scaliger. Horum omnium ſententias ſequenti Laterculo deſcribam.

Alius error de Amaſide

ÆGYPTII REGES nouiſſimi.

Ex Africano.		Ex Euſebio.	Ex Scal. Iſa. Can. p. 129.
Pſammitichus	LIV	XLIV	XLIV
Nechao II	VI	VI	XVII
Pſammuthis	VI	XII	XVI
Vaphres	XIX	XXX	XXV
Amaſis	XLIV	XLII	XLIV
Pſammecherites	m. VI	Colligũtur anni CXXXIV.	Colligũtur anni CXLVI.
Colliguntur anni CXXIX m. VI.			

Vides vt ab Herodoto, Diodoro, cæteriſque diſcedat in pleriſque Scaliger, neque certum aliquem ſequatur authorem: & tamen in annorum ὁμάδι nobiscum illo conuenit. Illud præcipuè mirum, quòd Pſammi filio Nechao, annos XVI aſſignet; quot nemo Scriptorum imputat. At idem in Notis ad Fragmenta, pag. XLI Herodotum planè ſequitur. Sed perperam cum epocha Amaſidis à Diodoro conſtituta Herodoti calculos comparat. *Ab initio*, inquit, *Nechao ad initium Amaſidis anni ſunt* XLVII; *qui deducti de anno* CLXVIII *Nabon. quo Amaſin cœpiſſe putat Diodorus, relinquunt annos Nabonaſſari* CXXI, *qui eſt primus Nechao. Ita Nechao deceſſerit anno Nabon.* CXXVII *circa initium regis Ioakimi. Atqui fuſus eſt à Nabuchodonoſoro anno* IV *Ioakimi. Videndum igitur vtrius culpa ſit. Nam certè alterutrius culpa eſt.* Imò verò neutrius eſt culpa, ſed ipſiuſmet Scaligeri; qui ioculariter rationes vtriuſque conturbat. Diximus ſuprà Diodorum Aprij annos tantùm XXII tribuere, Amaſidi LV; reliquorum annos tacuit. Itaque ſi ex Herodoto ſuppleueris; vltimus Necao in tertium exeuntem Ioakimi, & ineuntem quartum incidet. Etenim vltimus Amaſidis cadit in annum Periodi Iulianæ 4189. Ab initio Necao ad vltimum Amaſidis ex Diodori ratiociniis conſiunt anni XCIX. Ij deducti de anno 4189, dant initium Necao anno 4091. Ergo cùm regnauerit annos XVI; vltimus eius cœpit anno 4106, deſiítque anno 4107, quo quartus iniit Ioakim. Ita cùm Scriptura hac ex parte congruit Diodorus, quod in annum IV Ioakimi confert exitum Necao. In Prolegomenis Operis de Emendat. Temporum, rurſum Diodori epilogiſmos cum Herodoteis permiſcet. Amaſidi enim LV annos aſſignat. Tum Nechao circa annum IV Ioakimi mortuum aſſerit. quod meritò poſteà retractauit. Tutiſſimus eſt Herodoti calculus; &, quod gratiſſimum hiſtoriæ ſtudioſis accidit, cum ſacris codicibus ſatis congruit. Secundum hunc Nechao anno regni ſui X à Nabuchodonoſoro victus eſt; & poſt cladem illam ſex annis ſuperuixit. Herodotus porro lib. II ſcribit Necon cum Syris pedeſtribus certaſſe copiis, eóſque ad Magdolum viciſſe. Hæc eſt illa pugna, in qua Ioſias occiſus eſt. Lib. IV Reg. XXIII, 29. *In diebus eius aſcendit Pharao Nechao rex Ægypti contra regem Aſſyriorum, ad flumen Euphraten, & abiit Ioſias rex in occurſum eius, & occiſus eſt in Mageddo, cùm vidiſſet eum.* Idem & lib. II Paral. XXXV, 20, vbi & locum deſignat ad Euphratem, quò Nechao contendebat, nempe Charcamis. Magdoli prætereà Hieremias meminit, cap. XLVI, 14. Quocirca anno regni ſui VI, Nechao Ioſiam occidit, & Hieroſolymitanam ciuitatem grandi ære multauit, ac Ioakim regem conſtituit. Poſteà anno X regni ſui, Ioakimi quarto victus eſt à Nabuchodonoſoro, vt eſt cap. XXIV, 7, Libri IV Reg. neque tamen occiſus in eo prælio, ſed annis ſex ſuperſtes fuit. Et hactenus quidem ex Herodoto hiſtoria ſuccedit. Sed Ezechielis caput XXIX perdifficilem ei controuerſiam facit. quo capite Pharaoni Ægyptio regi Propheta cladem extremam, vaſtitatémque prænunciat, vſqueadeo totos vt quadraginta annos deſerta ſit Ægyptus, & ad ſolitudinẽ redactis oppidis habitatore careat. Verba Ezechielis adſcribenda ſunt; com. 10. *Dabo terram Ægypti in ſolitudines, gladio diſſipatam, à turre Syenes, vſque ad terminos Æthiopiæ. Non pertranſibit per eam pes hominis; neque pes iumenti gradietur in ea; & non habitabitur quadraginta annis*, &c. Mox, com. 13. *Poſt finem quadraginta annorum congregabo Ægyptum de populis, in quibus diſperſi fuerant*, &c. *Et erunt ibi in regnum humile.* Vix eſt vt cum iſtis Prophetæ verbis Herodotus in concordiam poſſit adduci. Etenim poſt Hieroſolymorum vaſtationem, quæ vltimo Sedeciæ, anno Periodi Iulianæ 4125 contigit, ac Tyri obſidionem decimo tertio anno finitam: cuius exitus in annum Nabuchodonoſori circiter XXX, Per. Iul. 4137 congruit, Ægyptiacam expeditionem Nabuchodonoſor aggreditur, vt ex eodem capite XXIX Ezechielis, com. 18 colligitur. (de qua re vide quæ capite po-

Ezechielis locus illuſtratur.

A B C D

A ſtremo lib. IX dicta ſunt.) Huic porro Babyloniorum excurſioni ſuccedere debuit
quadragenaria illa Ægypti vaſtitas, & interregnum. de quo nulla profanos apud
hiſtoricos mentio. Nam Apriæ regi ſucceſſor ab Herodoto datur Amaſis; huic
Cambyſes anno Perſici imperij quinto. Nunquam igitur ſine regno, ac principe
fuerit Ægyptus, ſi Herodoto credimus.

Vt hanc quæſtionem paucis abſoluam; ita ſtatuo: Quemadmodum tota illa, *Quæſtionis explicatio.*
quam ex Herodoto perſtrinximus, Apriæ, ſiue, vt Hieremias vocat, cap. XLIV, 30,
Ephree regis & Amaſidis hiſtoria non penitus conficta eſt: ſic in ea quædam eſſe
commentitia, & ab Ægyptiis contra fidem veritatis adducta. Quamobrem à Ba-
byloniis occupatam arbitror Ægyptum, pro eo atque Ieremias cap. XLIV, & Eze-
chiel prædicunt. Id autem Vaphreæ temporibus euenit, cuius miſerabilem exitum
lib. II narrat Herodotus. Cùm enim ob Cyrenaicum bellum infeliciter ab eo ge-
ſtum, Ægyptij defeciſſent; ad eóſque placandos miſſus Amaſis præfectus regius
rex ipſe ab rebellibus eſſet factus: contra illos contendens Apries, ac prælio ſu-
peratus captúſque pòſt paulò necatus eſt. Verùm hunc Amaſin non Vvaphreæ,
B ſed Nabuchodonoſori præfectum initio fuiſſe, valdè ſuſpicor. Aprien verò non
XXV annis imperaſſe: ac ne XIX quidem fortaſſe: quot Africanus imputat. Hic
eſt Ephrees ille, vti diximus, quem poſt Vrbis, templique vaſtationem prædixit
Hieremias in poteſtatem hoſtium eſſe venturum. Poſt annum itaque Nabucho-
donoſori triceſimum, ac Tyriam obſidionem, Apries ab Amaſi præfecto Babylo-
nici regis captus, & vita regnóque ſpoliatus eſt. Fingamus id, exempli cauſa, trice-
ſimo primo Nabuchodonoſori anno eſſe factum; Periodi Iulianæ 4138. Deinceps
ergo Babylonicis regibus Ægyptus paruit, ac rege ſuo caruit. Imò verò diuer-
ſis attrita cladibus quadraginta annis pene ad ſolitudinem redacta manſit, Amaſi-
de interim gubernante. donec Babyloniorum opibus paulatim attenuatis, excuſ-
ſo iugo, Amaſis ex Præfectura regium ſibi nomen aſſumpſit. quod annis aliquot ad
Cambyſen vſque Perſarum regem obtinuit. At Ægyptij Præfecturæ tempus,
quod ſatis diuturnum fuit, cum regno confuderunt, itaque ab illis didicit Hero-
dotus. Quod autem Ezechiel extremam Ægypti deſolationem indicare videtur;
C non ſic eius accipienda ſunt verba; quaſi inculta penitus, & habitatoribus vacua
interim fuerit. Sed hyperbole eſt in ſacris libris admodum frequens; qua vehe-
mentiorem aliquam regioni calamitatem denunciat: quæ tanta futura eſt, vt pri-
ſtinæ præſertim comparatione felicitatis, & opulentiæ mera ſolitudo videatur.
Nam & oppida pleraque deſerta erunt: & mercatorum aduenarúmq; commercio
ac frequentia carebit. quod iis verbis adumbrauit: *Non tranſibit eam pes hominis;*
neque pes iumenti gradietur in ea.

Poſtremò, vt ad Herodotum reuertar: quod is initio lib. III Cambyſen refert con-
tra Ægyptios bellum ideo ſuſcepiſſe, quod cùm ipſe Ægyptij cuiuſdam ophthalmi-
ci ſuaſu ab Amaſide filiam in matrimonium petiiſſet, Amaſis, qui concubinæ loco,
non vxoris habendam ſciret, pro ea Nitetin Apriæ filiam miſerit: id parum mihi
veriſimile apparet. Neque enim ſatis congruit, vt poſt annos amplius quatuor &
quadraginta Nitetis adeo formoſa fuerit, vt ad Cambyſis nuptias pro puella de-
ſtinaretur. Quare probabilius eſt, quod ab aliis proditum idem narrat Herodotus,
non à Cambyſe, ſed à Cyro affinitatem illam expetitam.

D

De Initio Darij Hyſtaſpis F. déque eclipſibus duabus, quæ illo imperante contigerunt: & hallucinatione Chriſtmanni.

CAPVT XVIII.

NON minoribus firmamentis, imo certioribus, Darij epocha, quàm
Cambyſis adſtruitur. Duplici enim obſeruatione munitur. Harum
prima à Ptolemæo adſtruitur lib. IV, pag. 102. Eclipſis enim luna-
ris accidit anno Darij XX, Nabonaſſari CCXLVI, Epiphi XXVIII, ſe-
quente XXIX. hora 1 $\frac{3}{4}$ ante mediam noctem, hoc eſt horis à meridie
10, 45, in Horizonte Alexandrino. Tempus congruit anno Per. Iul. 4212, No-

uembris xix, feria 2 ſequente 3 nocte illa quæ inter xix & xx Nouembris interceſſit, cyclo Solis xii, Lunæ xiii, lit. G. anno Iudaico 3260, cuius Tiſri characterem habuit 6, 9, 768, Sept. vii, anno Per. Iul. 4212. Caſleu verò character 2, 11, 194, Nouemb. v. Itaque xv Caſleu, ſiue potiùs xvi Iudaicè iam ab initio noctis inchoata, contigit eclipſis. Pariſinæ Tabulæ Plenilunium verum exhibent hora 11, 15′ poſt meridiem diei 19 Nouembris. Cœpit defectio hora 9, 58′. Deſiit hora 0, 32′ poſt mediam noctem diei xx Nouemb. Solis verus locus in Scorpij gradu 22, 8′. Duratio horarum 2, 34′. Digitos habuit 4. A

Rurſum eodem imperante Dario, anno eius xxxi, vt eadem pag. refert Ptolem. defecit Luna anno Nabonaſſari cclvii, Tybi iii, ſequente iv, hor. 10, 40′ à meridie in Horizonte Alexandr. Fuit hic annus Per. Iul. 4223, mundi 3493, cyclo Solis xxiii, lit. G. Lunæ v, Apr. xxv, ſiue nocte, quæ inter xxv, & xxvi interiecta fuit, feria iv, ſequente v. anno Iudaico 3270, cuius character 7, 4, 820, Sept. xv. anno Per. Iul. 4222, cyclo Solis xxii, lit. A. Ijar verò character 3, 21, 971 Apr. iv, tranſlatione naturali propter ו״ה. Quare contigit eclipſis xvi die iam ab initio noctis ineunte. Tabulæ quoque noſtræ Plenilunium verum hora 9, 52′ referunt poſt meridiem diei 25 Aprilis. Defectionis autem initium hora 8, 58′. Finem hora 10. 46′. Duratio integra hor. 1, 48′. Digitorum fuit 2, ½. Sol in Arietis 28, 42′. Cui conſentanea fere eſt Prutenicis ex calculis Buntinghi deſcriptio, præterquam in ſitu Solis. Ex iis ambobus deliquiis initium Darij Hyſtaſpis F. concluditur. Si enim anno Per. Iul. 4212, Nouemb. xx currebat annus illius xx, & Per. Iul. 4223, Aprilis xxv, eiuſdem primus, ac triceſimus: neceſſe eſt ipſum iniiſſe anno Per. Iul. 4193, Mundi 3463, Olympiadis lxiv anno iv ineunte, vel exeunte iii, Iphiti nempe cclv, vel cclvi, Nabonaſſari ccxxvii. B

Error Chriſtmanni.

Sed de vtroque iſto Lunæ deliquio Chriſtmannus lib. de Connexione Annorum abſurdiſſimè ſentit, falſâ biſextilium ac Iulianorum annorum ordinatione deceptus, quam nos lib. iv refutauimus. Notat ille ad annum Nabonaſſari ccxlvi, in eum incidiſſe Darij viceſimum: Hipparchum verò, qui eclipſin illam deſcripſit, erraſſe, dum xxviii die Epiphi menſis contigiſſe prodidit; eúmque à Ptolemæo notatum ac deprehenſum errorem. quem etiam per Enneadecaëteridem Iulianam detegi poſſe confirmat. Si quidem Thoth Nabonaſſari ccxlvi incidit in annum cccclviii ante ordinationem Iulianam, xxvii Dec. feria iv. quamobrem ſi hinc numeres menſes x Ægyptios, & xxvii dies præteritos, deſcendetur ad xviii Nouemb. currente anno ccccLvii ante ordinationem Iulianam, biſextili, literis Dominicalibus GF. Aureus numerus Kalendarij Iuliani ex Lucæ Gaurici deſcriptione, fuit xix, qui in Kalendario illo ad diem iv Nouemb. adſcriptus eſt; ſed propter anticipationem lunarem, Darij ſæculo fuit in vi Nouembris. Ergo die pòſt xv, hoc eſt xx Nouemb. Epiphi vltimo, ſiue Meſori primo Luna defecit. Hæc Chriſtmannus. in quibus multis modis hallucinatur. Nam neque Ptolemæus vllum in obſeruatione iſta Hipparchi caſtigat errorem; & omninò certum eſt illo ipſo, quod expreſſum eſt, momento Lunam defeciſſe. Ptolemæi locus lib. iv cap. ix Græcæ edit. pag. 102 legitur; vbi tantum abeſt, vt Hipparchi ratiocinia falſa putet, vt ex iis opinionem ipſe ſuam adſtruat. In fine quidem libri, cap. x alias ab Hipparcho ipſo deprehenſas Lunæ defectiones retulit, & in earum epilogiſmis Hipparchum aberraſſe cenſuit; in duabus autem illis, quas à Babyloniis traditas acceperat, nihil erroris agnoſcit. Iam ſi Enneadecaëteridem Romanam adhibeas, non minus illa conueniet, vti & Aſtronomicæ Tabulæ omnes. Buntinghus certè è Prutenicis eclipſis illius calculos ad annum mundi 3467 accuratiſſimè ſuo more ſubduxit, qui adamuſſim cum Hipparchi & Ptolemæi deſcriptione congruunt. Quod & alij plerique Mathematici fecerunt. C D

Sed Chriſtmannum falſa, & à nobis lib. iv refutata Iulianorum annorum, & biſextilium diſpoſitio in errorem impulit. Thoth anni Nabon. ccxlvi incurrit in annum Periodi Iulianæ 4211, Decembris xxvii, feria iv, lit. A. Ab hoc die ad xxviii Epiphi, dies ſunt cccxxviii, qui ad ccclx adiuncti cõficiunt dclxxxviii dies; de quibus ſubducti ccclxv, relinquunt cccxxiii, hoc eſt Nouembris xix, anno Periodi Iulianæ 4212, qui eſt ccccLvii ante Iulianam ordinationem. Si enim de anno confuſionis 4668, qui Iulianum primum proximè præceſſit, detrahas annos 457, relinquetur annus 4211. Ergo annus ſequens 4212 primus eſt ex

A 457 illis, qui Iulianos antecedunt, idémque communis, non biſextilis. At Chriſtmannus, qui annum Iulianum communem inſtituit, & in annum Confuſionis biſextum refudit, etiam quadringenteſimum quinquageſimum ſeptimum ante Iulianam ordinationem biſextilem fecit, ac biſextilium annorum ordinem fœdiſſimè conturbauit. Ex quo illud euenit, vt Neomenia Epiphi XXII Nouembris inierit, non XXIII, propter intempeſtiuam intercalationem biſexti, quæ in annum ſequentem 4213 coniicienda fuerat.

Alteram obſeruationem, & eclipſin non minori falſitate Chriſtmannus idem redarguit. Negat verò anno Nabonaſſari CCLVII, Tybi tertio vllam Lunæ defectionem incidere potuiſſe. Verba Chriſtmanni ex eius libro de annorum connexione, pag. 292 hîc adſcribam. *Sed non immeritò*, inquit, *relationem Hipparchi ſuſpectam habet Ptolemæus, cùm ait :* ἐλλείπει δὲ ἐκ τῶν προεκτεθειμένων κατὰ τὰς τοῦ Ιππάρχου ὑποθέσεις μέσων παρόδων ἐν τοσούτῳ χρόνῳ εἰς ὅλας ἀποκαταστάσεις μοίραις ί, καὶ ἑξήκοντα ἔγγιστα β'. *Deficiunt autem ex ſuprà poſitis ſecundum Hipparchi hypotheſes medio-*
B *rum motuum in tanto tempore ad integras reſtitutiones gradus* X, *& ſexagenæ ad proximum duæ. Fieri enim non potuit, vt oppoſitio luminarium eſſet, quo tempore Hipparchus eam tradit fuiſſe. Nam Thoth Nabonaſſari 257 incurrit in annum 447 ante ordinationem Iulianam, die 24 Decembris, feria prima. hinc ſi numeremus quatuor menſes Ægyptios, & 2 dies præteritos, perueniemus ad 25 Aprilis, quo eclipſis fuiſſet in oppoſitione luminarium, iuxta traditionem Hipparchi.* Hæc Chriſtmannus. In quibus ſumma eſt ἀβλεψία, cùm à Ptolemæo damnatam obſeruationem iſtam, vt & ſuperiorem arbitratus eſt. Atqui non ſolùm vtramque illam τήρησιν non refellit; ſed ea veluti fundamento ad lunaris epilogiſmi caſtigationem nititur. Differit enim cap. illo nono de emendatione mediorum motuum Lunæ ſecundum latitudinem, in quibus definiendis & Hipparchum, & ſeipſum, qui Hipparchum ſecutus eſſet, anteà falſum eſſe confitetur. Eum ſe verò poſtmodum errorem ſuſtuliſſe dicit ex accuratiſſimis obſeruationibus. πρῶτον μὲν οὖν, inquit, εἰς τὴν αὐτῆς τῆς μέσης παρόδου διόρθωσιν, ἐζητήσαμεν ἐκλείψεις σεληνιακὰς ἀπὸ τῶν ἀδιστάκτως ἀναγεγραμμένων. *Primum igitur ad ipſius medij motus caſtigationem, quæſiuimus eclipſes lunares, quam-diligentiſ-*
C *ſimè conſcriptas.* Subiicit ambas illas defectiones, quæ Darij tempore contigerunt: quas cum obſeruationibus aliis confert, ex eáque comparatione motum Lunæ κατὰ πλάτος emendat. Non igitur eclipſes & obſeruationes ipſas reprehendit; quin potiùs ex illis Hipparcheas hypotheſes corrigit. Pergit Chriſtmannus; & alio argumento τήρησιν illam oppugnat. *Quod autem tunc nulla fuerit oppoſitio, etiam oſtendit Enneadecaëteris Iuliana. In anno enim 447 ante ordinationem Iulianam aureus numerus eſt* X, *qui in Kalendario Iuliano ponitur ad* XII *Kalend. Maij : ſed propter anticipationem lunarem intelligimus nouilunium fuiſſe in 23 Maij die. Itaque die decimo ſexto antè, die ſcilicet ſeptima Maij, fuit luminarium oppoſitio : hanc autem Hipparchus dicit fuiſſe 25 Aprilis : ergo plus quàm decem dies deficiunt : vnde colligitur mendum eſſe in numeris Hipparchicis, quos ex Tabulis æqualium motuum corrigendos eſſe aſſerit Ptolemæus.* Ridicula eſt hallucinatio. Eclipſis illa, quæ anno XXXI Darij contigit, incurrit in annum CCCCXLVI ante Iulianum primum, non in CCCCXLVII. Annus erat Nabonaſſari CCLVII; cuius Thoth cœpit XXIV Decembris, feria prima, litera A, cyclo Solis XXII, Periodi Iulianæ 4222. Adde menſes quatuor, & dies duos, Tybi tertius ca-
D det in XXV Apr. feria IV, qui eſt quadringenteſimus quadrageſimus ſextus ante Iulianam ordinationem, non ſeptimus. Thoth ergo Nabonaſſarei anni CCLVII iniit anno exeunte CCCCXLVII ante Iulianam ordinationem, quo Numerus aureus IV Dionyſianus, Iuliani verò Kalendarij, quod ex Foroſempronienſem, & Gaurico lib. VI cap. XIV deſcripſimus, fuit X. At eclipſis iſta lunaris accidit anno illo, qui eſt CCCCXLVI ante Iulianam editionem, Numero aureo Nicæno V, Iuliano XI. In Romano Kalendario Nicæno aureus numerus V ad Aprilis VII adſcriptus eſt : in Iuliano verò Gaurici, numerus XI ad IX Apr. Ab anno Per. Iul. 4223 ad Iulianum primum, qui eſt Per. Iul. 4669, interuallum annorum CCCCXLVI, quo Lunæ προήγησις ad ſeſquidiem ferè peruenit. Proinde Darij ſæculo Neomenia congruebat Aprilis XI : decima quinta dies Aprilis XXV. Rurſus ab eodem anno 4223 ad Nicænum annum interuallum annorum 814, quo nondum tridui προήγησις collecta. Ergo numerus aureus Nicænus V Aprilis X ferè congruebat, vel XI po-

Chriſtmanni abſurdiſſima ratio.

tius Chriſtmanni hallucinatio, quod ad Enneadecaëteridem, & Iulianos annos A
ſpectat, in eo verſatur, quod ad annum illum duntaxat Iulianum reſpexerit, in
quem Nabonaſſarei anni Thoth incidebat. Ideo numerum aureum Iulianum x,
qui anno illi Per. Iul. 4222, cuius in fine Thoth iniit, tribuitur, in ſequentem tranſ-
tulit, qui eſt Per. Iul. 4223. Huic autem aureus numerus Iulianus xi competit;
quandoquidem anno 4212, quo prior eclipſis contigit, quique CCCCLVII ante or-
dinationem Iulianam à Chriſtmanno numeratur, aureus numerus Iulianus aſſigna-
tus eſt xix. Hinc enim conſequens eſt, annum 4223 eſſe CCCCXCVI ante Iulianum
primum, & aureum numerum xi ſibi vendicare. Hæc aduerſus falſiſſimam Chriſt-
manni computationem paulo vberiùs explanauimus, ne præſtantiſſimarum ob-
ſeruationum, quæ inter Chronologica temporum illorum munimenta præci-
puum locum obtinent, fides vacillaret. Quod ſi quis eclipſeon illarum deſcriptio-
nem deſideret, eam apud Buntinghum è Tabulis Prutenicis accuratiſſimè confe-
ctam reperiet, ad annos mundi 3467, & 3478.

Ex iis immota conſiſtit epocha Darij in anno Per. Iul. 4193; cui & Euſebius B
ſuffragatur in Chronico; vbi Darij primordium ad annum IV Olymp. LXIV poſuit,
& lib. x de Præparat. pag. 283. Δαρείου μὲν γὰρ, inquit, τὸ δεύτερον κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος
τῆς ξε΄ Ὀλυμπιάδος καταντᾷ. *Darij quippe ſecundus annus in annum primum incurrit O-
lymp.* LXV. Rectius itaque Scaliger in lib. v de Emend. annum Per. Iul. 4193 Darij
addixit epochæ, quàm lib. II Iſag. Can. pag. 133 annum 4192.

De anno primo Romanorum Coſſ. & Regifugij. Refelluntur quæ à Scaligero de anno illo diſputata.

CAPVT XIX.

VARRONIANORVM, inquit, *& Catonianorum Palilium diſcrimen
eſt annus vnus. Varro enim in eundem Lunæ cyclum conditum Vrbis, & obi-
tum Romuli confert; hoc eſt in cyclum nonum. Nam à primis Palilibus Var-* C
*ronis, & L. Tarrutij Firmani ad defectionem Solis qua Romulus è medio
ſublatus, ſunt cycli duo præciſi, & menſis vnus. Regnauit ergo Romulus an-
nos Iulianos* XXXVIII *præciſè, & menſem* I, *qui erunt Catoni anni* XXXVII. *Hinc colligi-
tur, quare à primis Palilibus ad Reges exactos alij annos ponunt* CCXLIV, *alij totidem vno
minus: nimirum quia alij Varronem, alij Catonem ſequuntur.* Quod Catoniana Palilia
vocat ea, quæ vno anno tardiùs, quàm à Varrone definitum eſt, Vrbis conditum
deſignant, vt eadem ſint cum Capitolinis, libro ſuperiore cap. XLVI id abundè
confutauimus. Fruſtra enim Catonem opinionis illius authorem facit, quod nul-
lis indiciis, & argumentis poteſt colligi. Vide quæ illic vberrimè contra Scalige-
rum ſuper ea re diſſeruimus. Hoc verò loco multum aberrat, dum diuerſæ illius
computationis in annis Regum Romanorum, quarum altera alteram vno anno
ſuperat, refert in annum vltimum Romuli: quem qui triceſimum octauum nu-
merant, ducentos quadraginta quatuor annos aſſerit à Palilibus primis ad exactos
Reges definire; qui autem triceſimum ſeptimum eſſe volunt, CCXLIII. quod eſt fal-
ſiſſimum. Dionyſius quippe lib. II Romulum nonniſi XXXVII annis regnaſſe ſcri- D
bit; & annos nihilominus Regibus imputat CCXLIV. Liuius quoq; non plures aſſi-
gnat Romulo; & tamen in fine L. I, *Regnatum* (inquit) *Romæ ab Vrbe condita ad libera-
tam in annos* CCXLIV. Contrà Euſebius in Chronico annos Romulo XXXVIII tribuit;
qui ab Vrbe condita ad Regifugium annos putat CCXLV ſolidos. Nam Romuli pri-
mordium adſcribit anno Abraami MCCLXV; primos verò Coſſ. anno MDLXV. Adeo
falſa ratio eſt illa Scaligeri inde factum aſſeuerantis, vt à quibuſdam interuallum
ab initio Romuli ad Regifugium annis CCXLIV circumſcriptum ſit, quod triginta
octo Romulo annos imputauerint. quaſi non potuerit in conſequentium Regum
temporibus diſcrimen illud anni vnius intercedere. Perinde eſt & illa falſa colle-
ctio; *ſecundum Catoniana Palilia, quæ in annum Iphiti* XXIV *Natalem Vrbis conferunt,
neceſſariò ad primos Coſſ. annos intereſſe* CCXLIII. Etenim Dionyſius, eúmque imita-
tus Euſebius, anno etiam vno tardius, quàm Cato, ſiue potiùs Verrius Flaccus,

A conditum Vrbis aſſignant: quorum alter CCXLIV, alter CCXLV annos interuallo huic arrogat.

Pergit Scaliger; &, *Longè*, inquit, *diſcedunt à rationibus Varronis Polybius, & Dionyſius. Polybius ait* διάβασιν Ξέρξου *eſſe poſteriorem funere Bruti, & Regifugio annis* XXVIII *vertentibus; qui de* CCXCVII *annis Iphiti, quæ eſt epocha* διαβάσεως *deducti relinquunt annos* CCLXIX, *epochen Conſulatus Bruti, & Regifugij. Dionyſius ſcribit Bruti fumus, qui in magiſtratu obiit, poſterius eſſe pugna Marathonia annis* XVI. *Pugna Marathonia incidit in annum Iphiti* CCLXXXV. *Deductis* XVI, *relinquitur epocha Regifugij annus* CCLXIX *Iphiti ſecundum Dionyſium. Itaque biennio vterque ſerius ponit, quàm Varro: & ratio eſt, quia Romam volunt conditam anno primo Olympiadis ſeptimæ, duobus menſibus ante ineuntem annum ſecundum eiuſdem Olympiadis* VII. *Itaque iuxta hæc, annus Regifugij fuerit 4207 Periodi Iulianæ.* Hæc ſunt multis adſperſa maculis. Dionyſius Reges ait expulſos Ὀλυμπιάδος ὀγδόης, καὶ ἑξηκοστῆς ἐνεστώσης, ineunte Olymp. LXVIII. Hic eſt annus Periodi Iulianæ 4206. Nos libro ſuperiore cap. XLVII, Dionyſium oſtendimus, quod & Scaligero videtur, aliud pronunciare, aliud probationibus efficere: ac reuera conditum Vrbis in annum conferre quartum exeuntem Olymp. VI, hoc eſt Iphiti XXIV, ita vt XXV primus ſit annorum illorum CCXLIV, quos
B ad Regifugium numerat. Additis ergo ad XXIV abſolutos annis CCXLIV, fiunt Iphiti anni CCLXVIII, quorum poſtremus deſinit in annum Periodi Iulianæ 4206, quo Reges ſecundum Dionyſium exacti. De Marathonia pugna ſuo loco dicendum erit. Polybius denique ab hac epocha minimè diſſentit. Xerxis enim διάβασις incidit in annum Periodi Iulianæ 4234 verno tempore. Si igitur de annis 4333 abſolutis, deducas annos XXVIII, relinquentur anni 4305. Ita primi Coſſ. ſecundum Polybium, ac Dionyſium cadent in annum 4206, & vno tantùm anno à Varronis epocha deerrabunt.

De Fragmento Paſchalis magni, quod ex Ioanne Cuſpiniano producit Scaliger, déque abſurda eiuſdem ſuper eo conflictatione.

C

CAPVT XX.

IOANNES Cuſpinianus in Commentario de Coſſ. Rom. ad annum Vrbis conditæ CCXVIII, ex Faſtis veteris cuiuſdam authoris, qui ſola Coſſ. nomina ab exactis Regibus ad Gotthorum tempora perſcripſerat, ſeptem paria Coſſ. deſcribit. Eiuſmodi autem cùm hæc ipſa, tum cætera omnia fuiſſe refert, vt per quaterna diſponerentur: ita vt quartum quodque par Coſſ. miniatis literis exaratum luſtrum Iulianum diſtingueret. Ad Conſules adſcripta erant Planetarum nomina, cum quibuſdam numeris, quos neque intelligere ipſe potuit, neque qui intelligeret vllum reperit. Septem illorum Conſulatuum exemplum ſubiecimus.

D

E vetuſtiſſimis Faſtis, quos penes ſe Ioannes Cuſpinianus habuit.		Characteres emend. à Sc.	
Bruto & Collatino.	Luna XXIX	V	B A
Publicola, & Tricipitino.	Mart. X	VI	G
Publicola III, & Puluillo.	Merc. XXI	VII	F
Ruffo, & Aquilino.	Iou. II Rub.	VIII	E
Valerio, & Tuberto.	Sat. XIII	IX	D C
Publicola IV, & Tricipitino.	Sol XXIV	X	B
Tuberto II, & Lanato.	Ven. V	XI	A

Scaliger Planetarum nomina ferias eſſe Kalendarum Ian. numeros autem, epactas Paſchales animaduertit. Exempli cauſa, anno primo Coſſ. Kalend. Ian. author ille credidit feria II cœpiſſe, & epactas fuiſſe XXIX. ſequenti anno, Kal. eaſdem iniiſſe feria III, & epactam fuiſſe X, &c. Sed hallucinatum Scaliger eundem Scriptorem eſſe docet; quod anno illo, quo primi Coſſ. magiſtratum ceperunt, Kalendas Ianuarij incidere putauit in feriam II, quaſi cyclus eſſet Solis VI; cuius litera eſt G; cùm re ipſa quintus eſſet, & literæ B A. Ideo ad Laterculi latus characteres Kalendarum appoſuit Scaliger, conuenientes anno Periodi Iulianæ 4205, qui eſt verus annus Regifugij, & reliquis

deinde conſequentibus. Tùm nonnullis interiectis ex authoris illius opinione A
ſtatuit, Regifugium anno 4207 Periodi Iulianæ contigiſſe, cyclo Solis VII, Lunæ VIII, quo epactæ Paſchales ſunt XXVIII, lunares autem XXIX. Itaque in nota feriæ errorem irrepſiſſe coniicit, vt non LVNA, ſed SATVRNVS ponendum ſit. *Neque verò*, inquit, *dubitandum eſt, eam mentem fuiſſe illius authoris, qui Paſchale condidit. In feria enim potiùs quàm in epactis erratum eſſe videtur. Cyclo igitur Paſchali* VIII, *epactæ Paſchales ſunt* XXVIII: *addita vnitate epacta lunaris erit* XXIX. *anno ſequenti epacta Paſchalis* IX. *lunaris* X: *quia ſæculo Iuſtiniani* XIV *Paſchalis erat quintadecima lunaris, vt toties à nobis dictum, & ab ipſo Dionyſio Exiguo notatum. Igitur Author Paſchalis ſequitur Dionyſium, & Polybium. Sed grauiter peccat, idque biennio, vt diximus.* Hæc Scaliger. Sed in paucis iſtis haud parua peccantur. Primùm annum Regifugij ab authore Paſchalis aſſerit ex Polybij mente conſtitutum in anno Per. Iul. 4207, & Saturnum, hoc eſt Feriam VII pro ſecunda reponendum videri. Atqui cyclus Solis anno 4207 fuit VII, litera F. vnde Kal. Ian. feria III, ſiue Martis die, non ſecunda, hoc eſt Lunæ contigerint. Deinde quanta in epactis turbatio! Eiuſmodi eſt ea quidem, vt me vel iſta confutare ſuppudeat. Anno 4207 cyclus erat Lunæ VIII. ergo epa- B

De epactarum ordinatione vide quæ libro VI, capite XXII dicta ſunt.

ctæ Paſchales, inquit, XXVIII. Quid alienius? Non animaduertit, ex vſu Dionyſij Exigui, Bedæ, ac veterum Computi magiſtrorum, cyclum Paſchalem non à Kal. Ian. ſed à Paſchali menſe initium ſumere, indidémque & Paſchales epactas exordiri; quod Beda clariſſimè paſſim explicat, nóſque antea ſæpè monſtrauimus. Ergo anno Per. Iul. 4207 Ianuario menſe currebat adhuc cyclus VII, & epactæ, vt Scaligeri, plebiſque methodum ſequamur, XVII. Vt autem tum vſus ferebat, neq; cyclo VIII currente, epactæ fuere XXVIII, ſed XVII; neque cyclo VII, epactæ XVII, ſed VI. Lege cyclos Dionyſij, atque Bedæ, in quibus Indictiones, Epactæ, Concurrentes, &c. ad Chriſti annos appoſita ſunt. Videbis anno Chriſti VII cyclo VIII; ac deinceps cyclis omnibus decemnouennalibus VIII, conuenire epactas XVII: anno verò Chriſti VI, cyclo VII, & omnibus deinde cyclis VII, epactas VI aſſignari. Ecce lunares epactas cyclo VIII, quando Paſchales ſunt XXVIII, ait eſſe XIX; cyclo verò IX cum epactis Paſchalibus IX componit lunares X, & ita ſingillatim lunares vnitate Paſchalibus maiores conſtituit. Hoc eſt planè neſcire quid Paſchales, quid C
lunares epactæ apud illos fuerint. Eum nos errorem paſſim à Scaligero commiſſum alibi caſtigauimus. veluti cùm de Epocha artificiali Conſtantinopol. lunari diſputat pag. 342 huius libri V de Emend. Contra quæ nos lib. ſuperiore, cap. III; & lib. II cap. de Alexandrino Computo pluribus egimus. Lunaris cyclus methodi ſolius gratia à Computiſtis adhibitus, è Paſchali, ac decemnouennali fit triplici vnitate deducta. Cyclo VIII currente lunaris cyclus eſt V, epactæ ſunt XXV. Cyclo verò decemnouennali VII, lunaris cyclus eſt IV, epactæ lunaris XIV. Hîc enim epactæ additione denarij ad lunarem cyclum efficiuntur, vt alio loco docuimus. Hoc verò lunarium epactarum proprium eſt, vt ad dies primi menſis additæ ætatem Lunæ Nicæno ſæculo referant, vno regulari interdum adiuncto. Veluti cyclo III, epactæ lunares ſunt XXIX; quæ cum Kal. Ianuariis, aut Martiis dant XXX; addita vnitate Lunam primam referunt. Et omninò lunaris cyclus ad ætatem Lunæ in Kalendis Ianuariis inueſtigandam accommodatur, vti Beda ſcripſit. Experiamur iam quemadmodum cum illo Canone Scaligeriana ratio conſentiat. Anno Per. Iul. D
4207 cyclus erat Lunæ VIII, Solis VII, litera F. Nouilunium contigit Ianuarij IX. Nam character Schebat anni 3254 Iudaici fuit 4, 6. 358, Ian. IX. Tiſri enim iniit anno Per. Iul. 4206, cyclo Solis VI, lit. G, cuius character 5, 3, 406, feria V, Sept. XIII. Scaliger epactas lunares anno illo computat XXIX. Si Nicænæ Neomeniæ, vt illo ſæculo perſuaſum erat, immotæ conſiſterent, anno 4207 incidiſſet Nouilunium in VI Ian. At verò epacta XXIX Lunam primam repræſentat Kalendis ipſis. Non fuit igitur lunaris. Fuit autem, vti diximus, epacta lunaris anni eiuſdem XXV. ea cùm VI die Ianuarii lunam primam exhibet. Sed ob προήγησιν tridui, epactis lunaribus quæ ad Nicænum tempus diriguntur, detrahenda tria, vt Neomeniæ ſæculo primorum Coſſ. reſpondeant.

Atque vt Scaligeriana hæc hallucinatio vno verbo conuincatur; velim hoc vnum reſpondeat: ecquid Paſchalis illius author lunarem προήγησιν cognouerit; ſciueritque lunam à Regifugij anno ad Nicenum tempus biduo circiter anteuer-

A tiſſe; ad Iuſtiniani verò ætatem, triduo. Si id agnouit; Neomeniam anno Regifugij IX die Ianuarij contigiſſe non ignorauit. Proinde epactas lunares intellexit fuiſſe XXII, cùm aureus Numerus eſſet VIII, & Paſchales epactæ XXVIII; ita vt tam aureum numerum, quàm epactas ipſas ad IX Ianuarij diem applicaret. Sin, quod probabilius, imo verò certum eſt, Lunæ anticipationem neſciuit, nimirum anno illo 4027 Paſchales epactas XXVIII, lunares XXV cum Neomenia ad VI Ianuarij diem retinuit. Perperam itaque lunares epactas XXIX, cyclo VIII Scaliger attribuit æuo Iuſtiniani, cùm Paſchales forent XXVIII; idque ob μετάβασιν Lunæ à VI Ian. quæ eſt Nicæna epocha cycli VIII, ad quintum diem, in quem circa Iuſtiniani tempus incurrit: quaſi aut Paſchalis author, qui vnius diei poſt Nicænum Concilium προήγησιν animaduertiſſet, non etiam bidui antea προήγησιν obſeruarit; aut epactæ XXIX ad V Ian. adſcriptæ ſint, epactæ verò XXVIII ad VI diem; vt pro iſtis illas aſſumeret. Vt omittam, ridiculum eſſe, epactas lunares in aliam diem quàm Paſchales coniici, ſi quidem προήγησις lunaris deprehenſa ſit. Denique error iſte ex iis apertiſſimè refutatur, quæ libro VI de vtroque cyclo diligenter expo-
B ſuimus.

In Iſagogicis Canonibus lib. III, pag. 172 longe aliam de Paſchalio Cuſpiniani ſententiam expromit. Ait enim periodum eſſe Dionyſianam annorum DXXXII ineuntem à Kal. Ian. in qua primo anno Chriſti Nouilunium commiſſum putauit Dionyſius. Sed hæc Scaligeriana coniecturra refutata iam à nobis eſt non ſemel. Altera eſt eiuſdem Scaligeri, qua hanc ipſam corrigit in erratis Typographicis proximo folio ante pag. 1 Iſag. Can. Ibi enim notas illas Paſchalij cenſet ad cyclum lunarem Iulianum pertinere, & epactas eius eſſe. Etenim authorem Paſchalij credit Coſſ. primos prochroniſmo vnius Olympiadis ſtatuiſſe in anno illo, qui aureum numerum habet III, éſtque Euſebianus MDV; quod & ſecutus eſt, inquit, Caſſiodorus. Annus iſte debet eſſe Per. Iul. 4202, cyclo Lunæ III; in quem reuera cadit annus Euſebianus MDV. Sed de Caſſiodoro gratis fingitur. Neque verò notæ illæ Paſchalij ſatis ad cyclum Iulij Cæſaris, & Kalendarium à Paulo Foroſempr. & Gaurico deſcriptum conueniunt. Quippe anno illo, quo numerum III obtinuiſſe vult Scaliger, epactæ XXIX notantur, quæ numero I cycli illius Iuliani
C competere poſſunt. At deinde fallit ratio. Anno quippe ſequenti, qui aureo numero IV affectus eſt, & eſt ſecundus cycli Iuliani, epactæ in Paſchalio reperiuntur X, cùm debeant eſſe XI. Item aureo numero currente V, cycli verò Iuliani anno III, epactæ debent eſſe XXII; in Paſchalio verò nonniſi XXI. reliquos annos breuitatis ſtudio prætereo. Scaliger anno nono cycli eiuſdem imputat epactas XXVII. quæ nequaquam congruunt. Proinde irrita eſt diuinatio de cyclo & Kalendario Iulij Cæſaris ad Paſchalium accommodato.

Exploſa Scaligeri diuinatione, proximum erat vt noſtram ſuper eiuſdem fragmenti interpretatione ſententiam explicaremus. Et occurrebant interim aliqua, quæ haud ineptè fortaſſis accommodari poſſent. Verùm quoniam è paucis illis verſibus vix certi quippiam informare coniectura licet; idque ex toto Operis contextu colligi ſatius eſt, amplius ea de re pronunciandum iudico.

Cæterum ex illo Paſchali Cuſpiniani rectè colligit Scaliger Conſulatus per quadriennia componi ſolitos in citimæ vetuſtatis Annalibus, quod propter Iulianam
D Tetraëteridem ſine dubio factum eſt. Sed quod luſtrum illud Olympiadem nominatum fuiſſe hoc ipſo cap. de epocha Regifugij repetit, ſatis refellimus lib. ſuperiore capite XL. Addidit hîc ioculare commentum de Auſonij Conſulatu. *Hieronymus quoque*, (inquit) *in ſupplemento Chronici Euſebiani Conſules digerit per luſtra Iuliana, idque vocat Olympiadem. Nam Conſulatum Auſonij ponit anno* IV *Olympiadis*. Ridiculè. Nam Hieronymus Auſonij Conſulatum ſupplemento ſuo minimè complexus eſt, ſed neque Conſules vllos notauit, vt ex ipſius editione Scaligeri, tum verò Pontaci, & antiquioribus aliis conſtat. Imo verò ne in vetuſtiſſimis quidem MS. Euſebiani Chronici, atque Hieronymiani ſupplementi Coſſ. extant. Solus Proſper in ſupplemento, quod ad Euſebianum & Hieronymianum Chronicon adtexuit, Conſules poſuit, exorſus ab Auſonij, & Olybrij Conſulatu. Vnde perſpicuum eſt, quantum hallucinatus ſit Scaliger.

Conſtituitur verum tempus epochæ Regifugij: hoc eſt annus ac dies. Eclipſis Solis ſub mortem Romuli. Variæ de Romanorum regum annis ſententiæ.

CAPVT XXI.

QVÆSTIONIS huius duplex eſt caput: alterum de anno, alterum de
menſe, quo Reges Vrbe ſunt pulſi. De anno Regifugij duæ ſunt præ-
cipuæ ſententiæ. Altera Capitolinorum Faſtorum, quam Sigonius
amplexus eſt; Reges annis CCXLIII Romæ regnaſſe; & anno CCXLIV
ineunte primos Coſſ. Magiſtratum iniiſſe. Idem ſentit Eutropius,
Oroſius, Rufus, aliíque Scriptores. Halicarnaſſenſis verò, Liuius, & reliqui, quos
Onufrius ſequitur, annos CCXLIV Regibus imputant, & anno CCXLV inchoante B
Coſſ. cœpiſſe volunt. Priores vnum quempiam annum prætеriiſſe neceſſe eſt; ſi-
ue Interregum, qui poſt Romulum anno vno præfuerunt: ſiue de Regis alicu-
ius annis ademerunt. De tempore quidem quo Reges ſinguli regnarunt haud
magna ſanè controuerſia eſt, quam accuratiſſimi ſcriptores Onufrius, & Sigo-
nius diligenter excuſſerunt. Dionyſius Halicarnaſſ. Romulo ſolidos annos aſſi-
gnat XXXVII, vt & Liuius. Plutarchus diem obitus tradit Non. Quintilibus, ſi-
ue Iuliis: quo die Solem defeciſſe ſcribit, ac denſiſſimis repentè tenebris obdu-
ctum aërem; tùm fœdiſſimam tempeſtatem cum ingenti tonitruorum vi, vento-
rúmque turbine conſecutam: cui & Halicarnaſſ. ac Liuius, cæteríque ſuffragan-
tur. Solis hæc defectio ab eruditis Mathematicarum artium Chronologis depre-
henſa anno Nabonaſſari XXXIII, Chœac VIII, qui cadit in Maij XXVI, feria VII,
cyclo Lunæ IX, Solis XXIII, litera G, ſub veſperam, anno Periodi Iulianæ 3999,
mundi 3269, ante æram Dionyſianam, anno 715. Pariſinæ tabulæ nouilunium ve-
rum exhibent anno illo hora 5, 12′ à meridie. Apparens hora 7, 15′: octo ferè ſcru- C
pulis ante Solem occaſum. Digitorum fuit 9 $\frac{3}{15}$. Cœpit hora 6, 9′; durauit horam
1, 46′. Iam verò Romulus iniit anno Periodi Iulianæ 3961, Maij XXVI, quo & Palilia
cœperunt, vt libro ſuperiore definiuimus. Proinde ſolidos annos imperauit
octo & triginta; niſi fortè primum illius annum non à Palilibus, quo deſignatum
condendæ Vrbis ſpatium eſt: ſed ab eadem abſoluta, & extructa numeremus.
Nam aliquanto poſt Palilia, & Vrbis iacta fundamenta, foſſa, mœnibus, ædibúſ-
que perfectis, Romulus de ſtatuenda Reipublicæ forma comitiis habitis, conſen-
ſu Rex eſt omnium factus. Ita Dionyſius. A Palilibus quidem ad obſeruatio-
nem illam defectionis ſolaris anni octo & triginta lapſi ſunt. Ita rectè Euſebius
XXXVIII annos Romulo tribuit. Secutum eſt Inter regnum anni vnius, quod
Euſebius, & Caſſiodorus Numæ annis arrogant. Inde Numa annis regnat
XLIII, authore Liuio, Halicarn. Sex. Ruffo, nec non Euſebio, Caſſiodoro, Eutro-
pio, &c. Tullus inde Hoſtilius regnat an-
nis XXXII, Dionyſio, Liuio, Ruffo, Eu-
ſebio, Caſſiodoro teſtibus. Inde Ancus D
Martius annis XXIV ex Liuio, Halicarn.
Ruffo. Euſebius, Caſſiodorus, Eutropius
dant XXIII. Inde Tarquinius Priſcus annis
XXXVIII, Halicarn. Liuio, Ruffo. At ex
Euſebio, Eutropio, Caſſiodoro, vno mi-
nus. Exin Seruius Tullius; cui XLIV an-
nos Liuius, Dionyſius, Ruffus, Euſebius,
aliíque tribuunt. Caſſiodorus XXXIV, Eu-
ſebium ſecutus. At iidem Tarquinio ſu-
perbo annos arrogant XXXV, ac decem ad-
metiuntur. Cæteri enim XXV poſtremo
huic imputant. Quæ omnia ſequenti Dia-
grammate complectar.

Reges	Anni: Ex Liuio, & Dionyſio.	Anni: Ex Euſebio, &c.
Romulus	XXXVII	XXXVIII
Interregnum	I	I
Numa	XLIII	XL
Tullus Hoſtilius	XXXII	XXXII
Ancus Martius	XXIV	XXIII
Tarquinius Priſcus	XXXVIII	XXXVII
Seruius Tullius	XLIV	XXXIV
Tarquinius Superbus	XXV	XXXV
	Colliguntur anni CCXLIV.	Anni CCXL.

A Si annos Romuli xxxviii, & Interregnum vnius anni computes, fient ex Halicarnaſſenſis, & Liuij ſententia anni ſolidi ccxlv, & Regifugium in annum incurret ccxlvi. Atqui contra grauiſſimorum Scriptorum authoritatem venire, & tot annos, quot nemo vnquam imputauit, Regibus arrogare, temerarium, ac parum conſultum videtur. Nihil ergo nobis occurrit aptius, quàm vt Tarquinium annos ſolidos explesse dicamus xxiv, & xxv libaſſe; quod & Dionyſij verba patiuntur. Scribit enim illum ἕως εἰκοστοῦ, καὶ πέμπτου προαγαγὼν τὴν ἀρχήν: ad annum vſque xxiv perduxiſſe regnum. Ita non amplius quàm ccxliv vertentes anni Regibus competent. Annus Vrbis conditæ; vti ſuo loco demonſtratum eſt, fuit Periodi Iulianæ 3961. Ab hoc anno deinceps reliquorum initia dependent; quæ nos in ſequentem Tabellam coniecimus.

B

LATERCVLVM REGVM ROMANORVM.

	Reges	Anni regni.	Initium in an. Periodi Iul.	Initium in annis mundi.	Olympiadici anni ineuntes.	Anni Vrbis conditæ.
i	Romulus	xxxviii	3961	3231	Olymp. vii 1	i
o	Interregnum	i	3999	3269	Olymp. xvi, 2	xxxix
ii	Numa Pompilius	xliii	4000	3270	Olymp. xvi, 3	xl
iii	Tullus Hoſtilius	xxxii	4043	3313	Olymp. xxvii, 2	lxxxiii
iv	Ancus Martius	xxiv	4075	3345	Olymp. xxxv, 2	cxv
v	Tarquinius Priſcus	xxxviii	4099	3369	Olymp. xli, 2	cxxxix
vi	Seruius Tullius	xliv	4137	3407	Olymp. l, 4	clxxvii
vii	Tarquinius Superbus	xxiv	4181	3451	Olymp. lxi, 4	ccxxi
	Regifugium	i	4205	3475	Olymp. lxvii, 4	ccxlv
Regnatum Romæ annis ſolidis ccxliv.						

De die Regifugij.

De die, quo Reges Vrbe pulſi ſunt, incertum Scriptorum varietas facit. Sigo-
C nius ex duobus diebus, qui in Faſtis notati erant, nempe vii Kalend. Mart. & ix Kalend. Iunij, poſteriorem deligit. quam opinionem confirmari inter alia dicit ex iis, quæ de ſegete matura meſſi, & Tiberi leni fluenti aqua, vt mediis caloribus ſolet, affert Liuius. Ex iis enim Iunij potiùs, aut Quintilis, quàm Martij, aut Aprilis tempus deſcribitur. Adde, quod Dionyſius ait primos Coſſ. iniiſſe iv menſibus illi anno deficientibus, τεττάρων μηνῶν τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ ὑπολειπομένων. Quod ſic interpetatur; conſueuiſſe eos tùm à Kalendis Octobris annum ordiri. At Onufrius Regifugium vi Kalend. Martij accidiſſe putat, vti in veteri Romano Kalendario legitur. Alterum autem, quod vii Kalendas Iunias notari dicitur, ex Ouidij hallucinatione manaſſe: qui iv haſce literas ad eum diem adſcriptas: Q. R. C. F. id eſt, *Quando Rex comitiauit, fas*, exiſtimauit ad Regum fugam pertinere. Hanc Onufrij ſententiam longè probabiliorem cenſeo. nec ab ea nos dimouent, quæ de meſſe, æſtiuóque tempore Sigonius obiicit. Neque enim Romanorum menſium idem in anno Iuliano ſitus erat, qui nunc eſt: ſed identidem
D luxati alienas in ſedes immigrabant. Adde menſes aliquot inter fugam Tarquinij, & tempus illud, quo deſectæ ſunt fruges, & in Tiberim proiectæ, lapſos eſſe: quod Onufrius obſeruauit. Quemnam verò in Iulianum diem, menſémve Martius, & Regifugium per illud tempus incurrerint, nulla coniectura poteſt erui. Nam quod ad Dionyſij verba ſpectat, qui iv menſes ei anno complendo defuiſſe ſcribit, non dubium eſt, quin de anno Græcorum, & Olympiadico locutus ſit, ad quem & Troianum excidium, & Vrbis conditum retulit.

Quamobrem annus ille, quo & pulſi ſunt Reges, & primi Coſſ. inſtituti, incidit in annum ab Vrbe condita ccxlv, Periodi Iulianæ 4205, mundi 3475, Nabonaſſari ccxxxix, Iphiti cclxvii, tertium videlicet exeuntem Olymp. lxvii. vnde vno tantùm anno poſterior eſt Halicarnaſſenſis epocha. ante Chriſtianam æram, annis dviii, cyclo Solis v, Lunæ vi. In Iſagogicis Canonibus, lib. ii, pag. 165, & lib. iii, pag. 292 Scaliger ſententiam mutat, & Dionyſij Halicar-

naſſenſis epocham amplexus Regifugium tribuit anno primo Olympiadis LXVIII, annis CCXLIV à primis Palilibus. Si per annum primum Olympiadis eum, qui reuera primus erat, intellexit, biennio aberrauit. Quippe deſinente anno Olympiadico Regifugium accidit. at annus I Olympiadis LXVIII deſiit anno Periodi Iulianæ 4207, quod in libro V de Emendat. tantopere reſpuit. Sin per annum primum, non eum cuius in finem cecidit, ſed proximè ſequentem accipi velit, erit is annus 4206, quo Olympias LXVIII cœpit. Sed hoc pacto Catoniana, vt vocat, Palilia, non Varroniana ſequitur; Romámque conditam ſtatuit anno exeunte quarto Olympiadis VI, non tertio. Nam primos Coſſ. cœpiſſe vult anno CCXLV ab Vrbe condita, ita vt ducenteſimus quadrageſimus quintus inierit anno illo Periodi Iulianæ, in quem Regifugium cadit. Eſt autem is ipſe, quo Olympiadis LXVIII primus inchoatur, Periodi Iulianæ 4206. Detractis 245 de 4206, reliqui ſunt 3961. Igitur anno 3962, Iphiti XXIV, condita fuerit Roma: quod & diſertè lib. II. Iſagog. Canon. pag. 165 in Diagrammate Regum Latinorum, & libro III, pag. 337 tenuit. Ita per ſummam inconſtantiam à priori, &, quam optimam hactenus pronuntiauerat, Varronis ſententia deſciuit. B

De anno Marathonij conflictus, tam Scaligeri falſa refellitur, quam noſtra ſententia comprobatur.

CAPVT XXII.

DARIVS *imperauit annos* XXXVI, ait Scaliger, *vt teſtatur Herodotus. Ait enim eum anno ſexto à Marathonia clade obiiſſe in apparatu expeditionis Ægyptiacæ. Quare neceſſariò vno, & triceſimo anno Darij commiſſa pugna Marathonia, qui eſt annus Iphiti* CCLXXXVI, *hoc eſt annus* II *Olymp.* LXXII, *Per. Iul. 4223. Thucydides vno anno minus hoc tempus notat, cùm* διάβασιν Ξέρξου *in decimum annum à clade Marathonia reiicit. Imo vno minus notat* τὴν διάβασιν. Huic Scaligerianæ ſententiæ neque Herodotus, neque Thucydides aſtipulantur. C Falsò Darium ex Herodoto dicit anno ſexto poſt cladem Marathoniam exceſſiſſe. Nam nonniſi quinto id accidiſſe ex illo Scriptore colligas. Libro VII initio, Darius fertur audita clade ad Marathonem accepta nouum belli apparatum inſtituiſſe: qui Aſiam omnem toto triennio concuſſit. Quarto inde anno Ægyptus rebellat. Darius in vtramque intentus expeditionem altero poſt Ægypti defectionem anno moritur. Ergo annus ille quintus fuit à Marathonia pugna. quæ ſecundum iſta contigerit anno XXXII Darij, Per. Iul. 4224. Thucydides verò Xerxis tranſitum decimo anno poſt Marathonium conflictum eueniſſe ſcribit. Annus διαβάσεως Xerxis eſt Per. Iul. 4234; vt ſtatim probabitur: qui decimus eſt ab anno 4224. Itaque anno Iphiti CCLXXXVII, tertio Olympiadis LXXII contigit Marathonia clades. Dionyſius Halicarn. lib. V ait illam poſteriorem eſſe Bruti ſepultura annis XVI. Additis ad annum Vrbis CCXLV, quo primi Coſſ. inierunt, XVI, fiunt CCLXI; Per. Iul. 4221. Sed quoniam Regifugium ab Halicarnaſſ. reiicitur in annum Per. Iul. 4206, decimus ſextus poſt illum annus erit 4222. Biennio aberrat ab epocha: quæ conuenit in annum Vrbis Varronianum CCLXIV; Q. Sulpicio Camerino, & Sp. Lartio Flauo II Coſſ. Sulpitius lib. II Hiſt. anno id Vrbis CCLX conſignat, Coſſ. Macerino, & Augurino, qui eſt annus Varronianus CCLXII. Gellius quoque lib. XVII, cap. XXI ducenteſimo deinde, & ſexageſimo anno poſt Romam conditam, aut non longè amplius victos ab Athenienſibus Perſas eſſe confirmat. Recte ergo Sigonius anno III Olym. LXXII celeberrimam illam pugnam incidiſſe putat; & malè ab recentiori quodam Scriptore reprehenditur. Plutarchus in Ariſtide, Archonte Phanippo celeberrimam illam victoriam conſignat; cui ſequenti anno ſucceſſit Ariſtides. Igitur anno ſecundo Darij, Olympiadis LXXII, anno tertio, Vrbis Varroniano CCLXIV, pugnatum eſt ad Marathonem. De die vaticinatur Scaliger. quem cùm Boedromionis VI fuiſſe dicat Plutarchus, ille ad anni Græci Atticæque Periodi fictos, & commentitios calculos fruſtra reuocare nititur. D

Sigonius Comm. ad Sulpitium Seuerum.

Meursio in Archontibus l. 2. c. 4. pag. 59.

De initio

A

De initio, & tranſitu Xerxis in Græciam. Scaligeri ſententia, & inconſtans opinio maximè ſuper tranſitu.

CAPVT XXIII.

ANNO quinto à clade Marathonia Xerxem ad regni conſortium admiſſum à patre cenſet, anno Per. Iul. 4227. ſolum verò imperare cœpiſſe anno 4228. De Xerxis verò διαβάσεως impeditè, ac perplexè diſputat, & ſecum ipſe diſſidet. Primum Salaminiam pugnam reiicit in annum II Olymp. qui erat quartus Tetraëteridos Atticæ; diémque præfigit XVI Munychionis, ſiue XVI Apr. anno Per. Iul. 4236, cyclo Lunæ XVIII. Ex quo ſequitur, cum antecedenti anno Per. Iulianæ traiecerit Xerxes, τὴν διάβασιν conferendam eſſe in annum Per. Iul. 4235; in cuius diebus æſti-
B uis duobus menſibus poſt incœpit annus II Olymp. LXXV. Proinde anno I exeunte Olymp. LXXV, Xerxes transfretauit. Secundò διάβασιν eandem confert in annum Olympiadis LXXV quartum deſinentem, Periodi Iulianæ 4234. Maiorem quippe veterum partem aſſerit coniicere tranſitum Xerxis in annum primum Olympiad. LXXV. ſed intellexiſſe quartum exeuntem Olymp. LXXIV: quam opinionem dicit eſſe certiſſimam, ac duobus locupletiſſimis teſtibus niti, Herodoto & Thucydide. Quod ſi διάβασις, vt paulò antè dixit, anno ante conflictum accidit; ex hac ſecundâ opinione pugnatum erit anno Periodi Iulianæ 4235, Aprili menſe. Rurſus quoniam duos illos teſtes locupletiſſimos ſequi ſe profitetur, Herodotum ac Thucydidem, & illum præſertim, quo iam nato res illa contigit: Herodotus verò, vt paucis antè verſibus idem Scaliger oſtendit, διάβασιν Xerxis eclipſis charactere notatam conſignauit anno Periodi Iulianæ 4233; eíque Thucydides ſuffragatur, dum annos X interceſſiſſe ſcribit inter pugnam Marathoniam, & tranſitum Xerxis: ex iis tertia naſcetur opinio Scaligeri; tranſitum Xerxis in annum Periodi Iulianæ 4233 incurriſſe, qui erat annus III deſinens Olymp. LXXIV:
C pugnam verò anno 4234, qui fuit quartus exiens Olympiadis eiuſdem. Tanta eſt hominis inconſtantia; cuius in ſequenti tabella ſpecimen dabimus.

XERXIS TRANSITVS, ET SALAMINIÆ pugnæ variæ epochæ Scaligerianæ.

	Tranſitus Xerxis.	Pugna Salaminia.
I	Anno III, Olymp. LXXIV: Per. Iul. 4233	Anno IV, Olymp. LXXIV: Per. Iul. 2434
II	Anno IV, Olymp. LXXIV: Per. Iul. 4234	Anno I, Olymp. LXXV: Per. Iul. 4235
III	Anno I, Olymp. LXXV: Per. Iul. 4235	Anno II, Olymp. LXXV: Per. Iul. 4236

Eadem velitatio, & αὐτιλογία extat in editione prima. Nam cùm pro comperto tradidiſſet, διάβασιν Xerxis eueniſſe anno quarto currente Olymp. LXXIV; prælium autem ad Thermopylas anno I ineunte Olymp. LXXV; *neque de eo dubitandum eſſe; cùm in ea re nullus ſcrupulus relictus ſit.* mox oblitus ſui, ex illa Solis defectione, quam Herodotus refert, colligit anno tertio Olymp. LXXIV tranſiiſſe Xerxem,
D Periodi Iulianæ 4233. naualem autem ad Salamina conflictum, Munychione contigiſſe, die XVI.

Annus διαβάσεως accuratiſsimè ex Herodoto, Thucydide, &c. definitur. Herodoti Halicarnaſſenſis, & Plutarchi error aperitur. Scaligeri commenta refelluntur.

Caput XXIV.

XErxis initium poſt Darij mortem accidit anno Per. Iul. 4229, non 4228. Ægyptiaca autem expeditio ſuſcepta fuit anno quarto non quinto poſt cladem Marathoniam, Per. Iul. 4227. Vnde cùm anno altero ab ea expeditione mortuus ſit Darius, cõtigit hoc anno 4228; vel ineunte 4229, ſi xxxvi annos ſolidos expleuerit. Proinde nos ab anno 4229 Xerxis primordia ducimus. Sed hæc leuia. Reliqua plena ſunt erroris manifeſti. Nam neque de anno, vt vidimus, neque de anni tempeſtate, qua pugnatum eſt, ſecum aut cum Hiſtorica veritate conuenit. Primum hac in re peccatum hominis eſt, quod διάβασιν Xerxis anno vno Iuliano ante Salaminium conflictum accidiſſe credit; cùm eodem anno & διάβασις verno tempore, & Autumnali, pugna contigerit. Sed hiſtoricam illius belli narrationem ex Herodoto perſtringamus. Xerxes expeditione in Græciam ſuſcepta, Sardibus hiemauit. Ineunte vere Abydum profectus eſt; quo tempore Sol defecerit. Tempus deliquij huius Buntingho deſignatur annis Nabonaſſari CCLXVII, Chœac XXX, anno mundi 3488: Per. Iul. 4233, cyclo Lunæ XV, Solis V, Aprilis XIX, feria IV, hora ſexta matutina in Aſia minore. Ita tranſitus Xerxis aſſignandus erit anno III Olympiadis LXXIV, Per. Iul. 4233, ſi de hac eclipſi locutus eſt Herodotus. Atqui falſum eſt de hac locutum eſſe. Primùm quia nulla ex verioribus, id eſt recentiorum Aſtronomorum calculis, velut Tychonicis, Solis defectio in Aſia contigit, propter Parallaxin latitudinis. Nouilunium verum ex Pariſinis tabulis accidit hora 6, 49′ Sardibus. Apparens propter parallaxin longitudinis ſcrup. 29′, hora 5, 58′. Parallaxis latitudinis 51′ ⅓ fere. Motus latitudinis verus, Signorum 5, 26, 17′, 15″. Latitudo 19′, 19″ Borea, quâ detracta de parallaxi latitudinis, reſtant apparens latitudo ſcrup. 32′. Ea maior eſt ſumma Diametrorum, quæ eſt 29′, 21″. Nulla ergo Solis defectio contigit. Deinde quamuis ex Buntinghi calculo fuiſſe demus aliquam, non tamen Herodotea hæc eſſe potuit. Nam illa digiti tantùm vnius & 45′ fuit. At Herodotus lib. VII, pag. 252 totum Solem defeciſſe ſcribit. ὁρμημένῳ δέ οἱ, ὁ ἥλιος ἐκλιπὼν τὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἕδρην ἀφανὴς ἦν οὔτε ἐπὶ νεφέων ἐόντων, αἰθρίης τε τὰ μάλιστα· ἀντὶ ἡμέρης τε νὺξ ἐγένετο. Sed neque reliqua Herodoti narratio tranſitum Xerxis coniici patitur in eum annum, qui defectioni illi tribuitur. Etenim eodem anno Iuliano ludicrum Olympicum in Græcia celebratum indicat. Scribit enim Herodotus lib. VIII, Perſas quarto poſt tranſitum menſe in Atticam perueniſſe, Archonte Calliade; quod & Halicarn. lib. IX, & Diodorus confirmant. Paulo pòſt nauale prælium ad Salamina commiſſum eſt, autumno: cum æſtiuis diebus antecedentibus Olympici agones indicti forent. Poſt naualem victoriam, Themiſtocles Græcos hortatus eſt, vt omiſſo rege domum redeant, & appetente vere in Helleſpontum nauigent. Fuit igitur hic autumnus anni Per. 4384, quo Olympicus agon ſeptuageſimus quintus peractus eſt.

Herod. pag. 298. Idem pag. 313.

Dabo & certiſſimum eiuſdem anni autumnique characterem, ex quo inſuper pateat, nullam eiuſmodi ſub Xerxis tranſitum Solarem defectionem incidiſſe. Scribit Herodotus lib. IX poſt Salaminiam victoriam, cùm Mardonius in Græcia relictus eſſet, Lacedæmonios muro ducto Iſthmum munire voluiſſe, vt aditum in Peloponneſum intercluderent. Huic operi præpoſitus eſt Cleombrotus Anaxandridæ F. Sed is obſcurato repente Sole copias illinc abduxit. θυομένῳ οἱ, inquit, ἐπὶ τῷ Πέρσῃ, ὁ ἥλιος ἀμαυρώθη ἐν τῷ οὐρανῷ. *Huic inter ſacrificandum aduerſus Perſam Sol in cælo obſcuratus eſt.* Et quidem reuera Sol defecit anno Per. Iul. 4234, hoc eſt primo Olympiadis LXV. Nouilunium verum ex Pariſinis Tabulis accidit Octobris ſecundo, hora 1, 24′ poſt meridiem, Athenis. Apparens eodem fere momento, Sol in gradu Libræ 3, 39′. Verus motus latitud. Sig. 0, 5, 28′. Latitudo vera 28′,

Herod. pag. 326.

A 23″. Apparens 9′, 37″. Summa ſemidiametronum 28, 44′. Fuit verò digitorum. 7 $\frac{1}{8}$. Durauit horas 2 circiter. Cœpit ergo ſub horam meridianam, & ſcr. 24′. Deſiit hora 2, 24′. Atqui nulla hoc anno Solis alia defectio contigit. Proinde fieri non potuit, vt circa tempus τῆς διαβάσεως, Sol naturali & vſitato deliquio ſubtraheretur. Fuit igitur hoc ſingulare quoddam, & extraordinarium portentum, ſi vera ſcripſit Herodotus.

Tranſitus ergo Xerxis accidit anno Iphiti ccxcvi, ſiue quarto exeunte Olymp. lxxiv. Salaminia pugna, anno Iphiti ccxcvii, primo Olymp. lxxv. Eratoſthenes, qui apud Clem. Alex. à prima Olympiade ad διάβασιν numerat annos ccxcvii, eorum more Scriptorum loquitur, qui quod paucis ante Olympiadum epocham menſibus contigit, ſequenti anno Olympico tribuunt. quemadmodum & Halicarn. & Diodorus; & alij plerique, qui anno primo Olymp. lxxv Xerxem traieciſſe memorant. Annus hic erat Vrbis cclxxiv, M. Fabio ii, & C. Manlio Coſſ. Halicarnaſſenſis autem initio lib. ix, Coſſ. Kæſ. Fabio ii, & Sp. Furio διάβασιν aſſignat, qui eſt Vrbis cclxxiii. Vno quippe anno epocham Vrbis B Varrone tardius reddit, vt ſuo loco diximus. Quamuis enim biennio morari videatur, & anno primo vii Olymp. prima Palilia tribuere, Per. Iul. 3963: reuera tamen cum Faſtis Capitolinis ſentire, & anno exeunte quarto ſextæ Olymp. Per. Iul. 3962 ortum Vrbis imputare, adeóque vno tantùm anno ſerius quàm Varronem, ſuprà cùm de primis Palilibus ageretur, oſtendimus. Nunc idem hoc ex loco demonſtratur. Nam ſi conditam Vrbem voluiſſet anno primo deſinente Olymp. vii, hoc eſt Per. Iul. 3963, cum Regibus ccxliv vertentes aſſignet annos, Regifugium collocare debuit in anno Iphiti labente cclxix, duobus menſibus ante cclxx, hoc eſt ante ſecundum Olymp. lxviii, Per. Iul. 4207. Cùm ergo tranſitus Xerxis inciderit anno Iphiti deſinente ccxcvi, Per. Iul. 4234; qui eſt viceſimus octauus annus à primis Coſſ. oportebat tranſitum Xerxis à Dionyſio in annum Vrbis cclxxii conijci, Coſſ. Q. Fabio ii & C. Iulio Tullo Coſſ. quorum Conſulatus eſt octauus & viceſimus. At ille in viceſimum nonum contulit. Vno igitur anno epocham Vrbis anticipauit, eámque Iphiti xxiv exeunte, Per. Iul. 3962 attribuit. Vno verbo tranſitus Xerxis ab Halicarn. collocatur in anno Vrbis cc- C lxxiii. Tranſiit autem anno Per. Iul. 4234. Detractis 273, reſtant anni 3961. Igitur anno Per. Iul. 3962 conditam Vrbem Dionyſius exiſtimat.

De menſe diéque Salaminij conflictus ariolatur Scaliger. Nam ex Plutarcho definit Munychionis xvi die contigiſſe, quem in Aprilis xvi cecidiſſe ex anni Græci popularis methodo tradit. *Nos*, inquit, *libro primo demonſtrauimus, hoc non potuiſſe accidere, niſi anno Tetraëteridos Atticæ quarto. Erat verò is annus* xxxii *Periodi Atticæ. Munychion* xvi *Apr. anno Per. Iul. 4236, cyclo Lunæ* xviii. *Ex quo ſequitur cum antecedenti anno Periodi Iulianæ traiecerit Xerxes*, τὴν διάβασιν *conferendam eſſe in annum Periodi 4235; in cuius diebus æſtiuis, duobus menſibus pòſt incepit annus* ii *Olympiadis* lxxv *anno cycli Lunæ* xvii. Hîc multa & grauia delicta ſunt. Anni Græci Tetraëterici ſtructura, qua obſeruatio illa nititur, friuola eſt, vt lib. i demonſtratum eſt. Plutarchum quoque haud mediocriter hallucinatum eſſe lib. de gloria Athenienſium, vbi Munychionis xvi die pugnatum ad Salamina refert, oſtendimus in Notis ad Themiſt. pag. 639: atque ex aliis eiuſdem Plutarchi locis, &, quod caput eſt, D ex Herodoto docuimus idipſum Βοηδρομιῶνος xx die contigiſſe. Ad hæc naualis conflictus Græcorum cum Perſis incurrit in annum primum Olympiadis, ac Tetraëteridos Olympicæ. Ergo ex methodo Tetraëteridum, quam libro primo præſcripſit, annus eſſe debuit tertius Atticæ, non quartus, Periodi Atticæ xxxi, non xxxii. Neomenia Munychionis Aprilis xx; ergo decima ſexta cadit in Maij iv. Atqui Plenilunium anno illo Maij iv nullum fuit. ſed Aprilis xxiii, anno Iudaico 3281; cuius Tiſri characterem habuit 5, 8, 668, Sept. xiv, feria v, anno Periodi Iulianæ 4233, cyclo Solis v, litera BA. Addito charactere vii menſium, Ijar iniit ix Apr. cuius character 2, 1, 819, feria ii, cyclo Solis vi, litera G, anno Per. Iul. 4234. Plenilunium itaque Apr. xxiii. Ita ab eo Plutarchi teſtimonio, quod Lydij inſtar lapidis ſibi propoſuerat, methodus aberrat. Sanè abſurdiſſimum eſt, Salaminium conflictum in annum exeuntem Olympiadis lxxv conijcere; cùm ex Herodoto perſpicuum ſit, ineunte anno primo eiuſdem Olympiadis accidiſſe, ſub

Dies menſiſque Salaminiæ pugnæ.

illud tempus quo Myſteria celebrabantur, vt idem Herodotus confirmat lib. VIII, A
pag. 305. Nam Dicæus Athenienſis exul interrogatus à Demarato, qui & ipſe ad Perſas transfugerat, quid ille ſibi ex Eleuſine puluis clamórque vellet, qui paulo ante certamen extitit, reſpondit Myſteriorum id ſolenne videri, quod circa tempus illud agebatur. Proinde Boëdromionos XX, vt Plutarchus in Vita Camilli docet, pugnatum eſt ad Salaminem; hoc eſt circa Septemb. menſem anni, vti dixi, 4234. Hinc rideas liceat non multiplicem ſolum Scaligeri hallucinationem illam; ſed & ἐπίστασιν, ac θεωρείαν, quam in fine capitis pro coronide poſuit. *Ex his perſpicuum eſt*, inquit, *quantum proſit character temporum*, *& præſertim doctrina anni Græci*; &c. Verùm quàm abſonum & ridiculum ſit commentum iſtud anni Græci, & Attici, luculentiſſimè ex hoc exemplo cognoſcitur. Nihil enim tam cuiquam contrarium eſt, quàm methodo, & artificio anni vtriuſque, ac Tetraëteridon, temporis illius deſcriptio. Sed hæc vberius lib. I pertractata ſunt.

Concludamus Xerxis ἀνάβασιν conuenire in annum Per. Iul. 4234, cyclo Solis
VI, Lunæ XVI, appetente vere, anno exeunte Iphiti CCXCVI, ſiue IV Olympia- B
dis LXXIV, ante æram Chriſtianam CCCCLXXX, anno poſt cladem Marathoniam vertente decimo, à morte Darij & exordio Xerxis, anno ſexto; Vrbis conditæ Varroniano CCLXXIV, Coſſ. M. Fabio II, C. Manlio Coſſ. poſt exactos reges triceſimo.

De duplici initio Artaxerxis Longimani hactenus non animaduerſo. Expenduntur, & conciliantur inter ſe diuerſæ Scriptorum ſententiæ. Plutarchus caſtigatur. Perſarum mos in conſtituendis regibus.

Caput XXV.

XERXEM annis regnaſſe ab expeditione patris Ægyptiaca XXIV, ſo- C
lum autem XXII, aut pauxillo plus, ſcribit Scaliger. Quod Hiſtoricorum conſenſu refellitur. Non enim plures quàm XX anni Xerxi tribuuntur, poſt parentis obitum. totidem & ipſe Scaliger lib. II Iſag. Can. pag. 133 imputat: quot & Diodorus, Euſebius, aliique Scriptores. Ita mortuus erit ille anno Per. Iul. 4249; quo & Artaxerxes eius filius in Imperium ſucceſſit. Verùm quemadmodum Xerxes initia duo regni habuit; primùm ſuperſtite adhuc parente, quo cum biennio fere regnauit; alterum poſt eius obitum: ita etiam Artaxerxem credimus à patre in regni conſortium adhibitum, titulo ſaltem tenus vſurpaſſe regnum. Quid cauſæ ſit, cur id, de quo nulla apud Hiſtoricos occurrit mentio, affirmandum cenſeam, dicam, vbi pauca de Perſarum ritu, quæ in rem faciunt, ex Herodoto propoſuero. Scribit igitur Hiſtoriæ parens ille, Perſas legem quandam habuiſſe, qua reges in expeditionem profecturi ſucceſſorem eligere iubebantur aliquem ex filiis. Secundum quam Darius in Ægyptios, & Athenienſes moturus, Xerxem ad imperium euexit. Στελλομένου δὲ Δα-
ρείου ἐπ' Αἴγυπτον καὶ Ἀθήνας, τῶν παίδων αὐτοῦ στάσις ἐγένετο μεγάλη περὶ τῆς ἡγεμονίης, ὡς D
δεῖ μιν ἀποδέξαντα βασιλῆα, κατὰ τὸν Περσέων νόμον, οὕτω στρατεύεσθαι. *Mouente verò Dario contra Ægyptios, & Athenienſes, ingens à filiis de principatu eſt orta contentio, cauſantibus oportere illum, antequam in expeditionem proficiſceretur, Regem ex Perſarum lege conſtituere.* Erant porro Dario ex priori coniuge Gobryæ filia liberi tres, quos priuatus adhuc ſuſceperat; quorum primus erat Artobazanes, quem Artemenem Iuſtinus appellat. Cùm igitur ambo illi, Xerxes & Artobazanes de ſucceſſione contenderent, vicit demum Xerxes, natu licet tribus illis minor, ſed ex Atoſſa Cyri filia genitorum maximus: qui à patre ideo potiſſimum alteri præpoſitus eſt, quod primus à Dario iam rege procreatus eſſet; Artobazanes autem priuato adhuc patre genitus. Hanc eandem apud Lacedæmonios viguiſſe legem is, qui vt hoc allegaret author Xerxi fuerat, Demaratus exul affirmabat. Quare Xerxes altero ante Darii mortem anno rex ſalutatus eſt, Per. Iul. 4227. Caſtigandus autem ex Herodoto Iuſtinus, & alii, qui fraternam illam controuerſiam poſt mortem Da-

Iuſtini, & aliorum error.

A tij accidiſſe volunt, eóſque diſceptatore litis Artapherne patruo vſos eſſe ſcribunt. Nos Herodoto libentius aſſentimur. Ex hac eâdem lege, Perſarúmque conſuetudine veriſimile eſt deſignatum à Xerxe viuo adhuc, & ſuperſtite ſucceſſorem imperij, & collegam Artaxerxem Longimanũ. quod hac ratione colligimus. Thucydides l. 1 ſcribit Themiſtoclem Athenis profugum ad regem Perſarum ſeſe contuliſſe, ac priuſquam adiret, ad Artaxerxem filium Xerxis, qui nuper imperium ceperat, literas dediſſe. εἰσπέμπει γράμματα εἰς βασιλέα Ἀρταξέρξην τὸν Ξέρξου νεωστὶ βασιλεύοντα. Diodorus Siculus Themiſtoclis fugam & profectionem ad Perſas coniicit in annum ſecundum Olymp. LXXVII. verùm ad Xerxem, non ad Artaxerxem adiiſſe refert. Cornelius nepos in Themiſtocle Thucydidi potiùs accredit: *quod ætate proximus erat, & eiuſdem ciuitatis*. Plutarchus diſſidentes ea de re ſententias Hiſtoricorũ memorat. Thucydidem enim, & Charontem Lampſacenum ſcribit aſſeuerare, mortuo Xerxe, Themiſtoclem ad Artaxerxem confugiſſe: Ephorum verò, Dinonem, Clitarchum, & Heraclidem, ad ipſum Xerxem. ac priorem Thucydidis opinionem magis cum Annalibus conſentire; καίπερ οὐδ' αὐτοῖς

Scriptorũ diſſenſio ſuper Themiſtoclis fuga.

B ἀτρέμα συντεταγμένοις. quod ita Interpretes accipiunt, vt Annales iſtos dubiæ eſſe fidei ſignificet. Sed fortaſſe melius eſt, vt non omnes iis ſuffragari velit, atque ideò non quietè, ac ſilentio perſcriptos eſſe, ſed ab aliis redargui. Porrò quos hîc Annales intelligat, non exprimit. Sed peſſimos illos fuiſſe neceſſe eſt, ſi vera ſunt, quæ Plutarchus in eâdem Themiſtoclis vita prodidit: ipſum, poſtquam à rege Perſarum honorificentiſſimè eſt habitus, & Aſianis quibuſdam donatus oppidis, in iis diu quietè ac tranquillè degiſſe; donec poſt Ægypti defectionem Athenienſium ope factam, & Perſas ab iiſdem Athenienſibus Cimone duce ſuperatos, Artaxerxes bellum Ægyptiacum aggrediens Themiſtoclem admonuit, vt promiſſi memor bellum contra Græcos ſuſciperet. At ille epoto tauri ſanguine necem ſibi conſciuit. Atqui Ægypti defectio, & Artaxerxis expeditio contigit, vt Diodorus refert, anno II Olymp. LXXIX, Per. Iul. 4251, anno altero, vel tertio poſt Xerxis obitum. Quare conciliari iſta nequeunt; vt & mortuo Xerxe Themiſtocles ad Artaxerxem confugerit, & poſt annum admiſſus ab eodem Aſiatica poſſeſſione donatus in

Caſtigantur annales quibus Plutarchus vſus eſt.

C ea longo tempore vixerit: atque anno altero, quàm Aſianas illas vrbes obtinere cœpiſſet, mortem obierit. Non dubium eſt quin hallucinatus ſit Plutarchus, & vera ſit opinio Diodori, Euſebij, ac cæterorum, qui ante Xerxis obitum Themiſtoclem ad Perſas fugiſſe referunt.

Cùm autem Thucydides grauiſſimus & illorum pene æquabilis temporum ſcriptor ad Artaxerxem ſeſe recepiſſe Themiſtoclem aſſeueret; idémque Charon Lampſacenus ſcripſerit; ne fœdiſſimi erroris notam accuratiſſimis Hiſtoricis inuramus, illud vnum prope neceſſarium perfugium relinquitur, vt dicamus Themiſtoclem ad Perſas viuo adhuc Xerxe fugiſſe; cùm iam rex & ſucceſſor aſſumptus eſſet Artaxerxes.

Contigit hoc anno, vt eſt dictum, Olymp. LXXVII, ſecundo, Per. Iul. 4243. Artaxerxes verò νεωστὶ, id eſt annis antè tribus iam imperare cum patre cœperat; vt alio loco declarabitur. Quòd igitur tùm à Perſide, & vrbe regia Xerxes abeſſet, & in expeditionem aliquam profectus eſſet; Themiſtocles ad Artaxerxem literas

Conciliantur hiſtorici.

D ſcripſit, ad eúmque perductus eſt. Iuſtinus lib. II ſub finem author eſt, cùm per Pauſaniam Lacedæmoniorum regem Græciam iterum ſubiugare conatus eſſet, detecta conſpiratione, & interfecto Pauſania, Xerxem de integro bellum inſtituiſſe. Potuit hæc intercedere cauſa, cur ſucceſſorem Artaxerxem ex veteri Perſarum more deſignaret. Ita duæ illæ præſtantiſſimorum Scriptorum, quæ contrariæ videntur, opiniones in concordiam adducentur. Primum Artaxerxis initium coniicimus in annum Per. Iul. 4240 circiter, qui eſt duodecimus iniens Xerxis. Hoc enim viceſimi Artaxerxis anni ratio poſtulat; à quo LXX Danielis hebdomadum ratiocinia deducuntur; id quod ſuo loco demonſtrabitur. Vnum illud obſtare videtur, quod aduerſus coniecturam iſtam Pererius noſter obiicit: nimirum Xerxem non fuiſſe Darij liberorum natu maximum, ſed Dario altero fratre minorem. At quis credat Dario natu maximo Artaxerxem fuiſſe prælatum? Contra hanc ætatis exceptionem, quæ prima fronte noſtræ illi ſententiæ vehementer obſiſtere videtur, ita diſputamus: fuiſſe quidem Artaxerxem natu minorem, ſed maiori

Primum initium Artaxerxis.

Occurritur argumentis in contrarium adductis.

nihilominus antepoſitum. Cur id factum ſit, vel non dico; vel probabile aliquid ſuſpicor. Quàm enim ſæpè factum iſtud tam in ſacris, quàm in prophanis hiſtoriis legimus, cùm interim cauſæ vtrobique taceantur! Sed mihi tamen cur ita factum ſit, veriſimile quiddam reperiſſe videor. Nimirum ob eaſdem cauſas prælatum à Xerxe iuniorem Artaxerxem, ob quas ipſemet Xerxes maiori natu Artobazani à patre Dario antelatus fuerat. Hoc enim ex eo contigiſſe ſuprà vidimus, quod Xerxes Dario iam regnante natus fuerat; Artobazanes eodem adhuc priuato. Ergo idem & in ſucceſſoris delectu Xerxes tenuit. Nam Darium antequam ad regnum à patre prouectus eſſet, genuerat: Artaxerxem verò poſt initum regnum. Quod ne gratis confictum videri poſſit, ex iis indiciis odorati ſumus. Herodotus lib. IX refert Xerxem poſt Salaminiam cladem, cùm ſe in Aſiam, Sardéſque recepiſſet, ibi Maſiſtis fratris filiam Dario filio deſpondiſſe. Accidit Salaminia pugna, & fuga Xerxis anno primo Olymp. LXXV, Periodi Iulianæ 4234, anno ex quo à patre collega regni factus eſt Xerxes, circiter octauo. Proinde aliquandiu antequam regnum capeſſeret natus erat Darius. Cuius rei nonnullam ſignificationem dediſſe videtur Diodorus Siculus lib. XI, vbi ad annum IV Olymp. LXXIX, B refert Artabanum occiſo Xerxe ad Artaxerxem accurriſſe, mentitúmque eſſe necatum à Dario Xerxem, eundémque regnum ad ſe tranſtuliſſe: hortatum igitur vt priuſquam regnum occuparet, fratrem opprimeret. ἔφησε Δαρεῖον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ φονέα γενέσθαι τοῦ πατρὸς, καὶ τὴν βασιλείαν εἰς ἑαυτὸν περισπᾶν. συνεβούλευεν οὖν αὐτῷ πρὸ τοῦ κατασχεῖν ἐκεῖνον τὴν ἀρχὴν, σκοπεῖν ὅπως μὴ δουλεύσῃ διὰ ῥαθυμίαν. *Darium dixit fratrem eius patris interfectorem fuiſſe, & regnum ad ſeſe pertrahere. Quamobrem hortabatur eum, vt antequam ille regnum occuparet, prouideret ſibi, ne per ſocordiam ſeruiret.* Quæ verba tacitè ſignificant, Artaxerxem ius ad regnum potiùs habuiſſe, quàm Darium; qui περισπᾶν, id eſt traducere regnum ad ſeſe, & interuertere cupiebat: tanquam alienum, & alteri iure debitum. Ideo enim Artabanus occiſo Xerxe per Artaxerxem potiſſimum Darium interficere conatus eſt, quod illum ſciret, vtpote iam Regem à patre deſignatum, ad famam affectati à fratre regni vehementius exarſurum: tum etiam quod à Dario parricidium illud tentatum fuiſſe, ideo probabile ſciret eſſe, quòd veriſimile erat Darium natu grandiorem ius ſibi regni præreptum, & in iuniorem fratrem tranſlatum eſſe, iniquo animo tuliſſe. C Hæc noſtra eſt de Artaxerxis initio coniectura non leuis, quæ ad LXX hebdomadarum epocham magno vſui poſteà futura eſt.

De ſolſtitio Metonis, & anno primo enneadecaëteridis eiuſdem.

CAPVT XXVI.

QVÆ ad Metonis annum, & eius cùm epocham, tùm artificium vſúmque pertinebant, copioſè lib. II, cap. de anno Metonis expoſuimus. In quo omnia illa confutauimus, quæ hoc in libro de Emendatione Temp. & hoc ipſo capite ſuper illo anno Scaliger ediſſerit: quæ omnia fictis, & à nobis in libro primo refutatis principiis innituntur, anni præcipuè Græci, & æquabilium menſium ordinatione; tum Harpaleæ Octaëteridis epocha, ac reliquis id genus; quæ ſunt vaniſſima. Expendimus D inſuper eclipſeon illarum exempla, quibus Metonicæ Periodi Scaliger hoc in capite ſpecimen dedit. Quare ne eadem denuò repetantur, ad primum & ſecundum huius Operis librum ſtudioſum lectorem remittimus.

De initio belli Peloponneſiaci, quod certis characteribus adſtruitur.

Caput XXVII.

Nobiliſſimi huius belli primordium clariſſimorum Hiſtoricorum monimentis illuſtratum, & cœleſtibus characteribus firmiſſimè munitum, neminem paulò intelligentiorem effugere poteſt. Ideo nihil in eo conſtituendo peccatum eſt à Scaligero, præter ea, quæ de Atticis menſibus ex popularis anni, Tetraëteridóſque commentitia methodo ad hoc negotium accommodauit. Sed nonnulla, & quidem grauia ſunt in huius hiſtoria belli Xenophontis errata, quæ certam & indubitatam illam epochã conturbare poſſunt; quæque doctis aliquot viris fraudi fuerunt. Ea nos, quod
B à nullo meminerim hactenus obſeruata fuiſſe, caſtigabimus, vbi fixa illius belli ſedes in Iuliana Periodo, anniſque mundi ex Thucydidis authoritate, & Aſtronomicis characteribus conſtituta fuerit.

Aliquot igitur notis, & characteribus Peloponneſiaci belli principium Thucydides conſignat. Sed primùm obſeruanda ſunt, quæ initio lib. II memoriæ prodidit: vbi bellum iniiſſe refert Æneſia Ephoro, Pythodoro Athenis Archonte ἔτι δύο μῆνας, ſex menſibus poſt pugnam Potidæenſem, ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ, *ineunte vere*. Illa verò ἔτι δύο μῆνας ἄρχοντος, Scholiaſtes exponit, τουτέστι δέκα: quaſi eſſet ἤδη; & duos ex annuo magiſtratu menſes libaſſet, ac decem omninò ſupereſſent: quod minimè procedit. Neque enim Archontes à bruma per illud tempus inibant; ſed ab æſtiuo ſolſtitio. Quare duos adhuc menſes ad annuam functionem Pythodoro ſuperfuiſſe docet Thucydides; videlicet Thargelionem, & Scirrophorionem: vt exeunte Munychione, vel ineunte Thargelione contigerit; ſi quidem communis annus ille, non intercalaris fuit. Porrò ἀρχόμενον ἔαρ idem Hiſtoricus appellat, cùm primus tantùm menſis euolutus eſt: ita vt ἔαρ ab æquinoctio verno ad ſolſtitium extendatur. Sciendum eſt prætereà annum bifariam ab
C illo diſtribui; εἰς θέρος, & χειμῶνα. θέρος ver & æſtatem; χειμὼν autumnum hiemémque complectitur. quod ex omnibus eius libris colligitur. Ita lib. IV, ineunte anno VIII belli, Solem defeciſſe ſcribit, τοῦ ἐπιγινομένου θέρους. at eclipſis illa contigit Martij XXI. Item initio libri eiuſdem: τοῦ δ' ἐπιγινομένου θέρους, περὶ σίτου ἐκβολήν. *Sequente æſtate, quando ſata germinant.* Tum eodem libro initio anni IX, ἅμα ἦρι τοῦ ἐπιγινομένου θέρους. Pag. 286. edit. Vvech Pag. 329.

His animaduerſis eclipſes à Thucydide memorantur omninò duæ, quas libro IX, cap. XLI, reddidimus. Harum prima ſolaris incidit in annum belli primum, Olympiadis LXXXVII ſecundum: Periodi Iulianæ 4283; cyclo Solis XXVII, Lunæ VIII. litera Dominicalis B; anno Nabonaſſari CCCXVII, cuius Thoth iniit Decembris IX, feria V. Proinde cùm defectio Solis incidat in Auguſti III, horis à meridie elapſis 4, 8′ in horizonte Attico, feria IV; conuenit in diem Pharmuthi XXVIII. Perperam ergo Scaliger Pharmuthi XXVII tribuit; nec rectè Buntinghus diem Iouis, niſi feriam ineat à meridie. Annus erat Iudaicus 3330; cuius Tiſri cœpit Septemb. XII feria IV. Eius enim character eſt I, 21, 626. Elul verò character
D 4, 17, 709, Auguſti III. Scaliger Ἑκατομβαιῶνος ἱσταμένου, errore ſolenni, quo Olympici, Atticíque anni cardinem in VIII Iulij collocat. Itaque potiùs Hecatombæon, & Olympicus menſis fuit Ab, cuius character 3, 4, 996, feria tertia, Iulij V. Sic & friuola ſunt, quæ de anno Periodi Atticæ, & Olympicæ, carúmque menſibus loquitur. Eclipſes Solis duæ Thucydideæ. Lib. II. Pag. 117.

Secunda Solis defectio anno octauo belli ineunte contigit; vt idem Thucydides refert: cuius hæc verba ſunt: τοῦ δ' ἐπιγινομένου θέρους, εὐθὺς τοῦ τε ἡλίου ἐκλιπές τι ἐγένετο περὶ νουμηνίαν. *Æſtatis autem ſequentis initio, ſtatim circa nouilunium Sol ex parte defecit.* Huius defectionis tempus indaganti nullus alius occurret annus, quàm Periodi Iulianæ 4290, cyclo Lunæ XV, Solis VI, litera G, Olymp. LXXXIX, primus: Nabonaſſari CCCXXIV; cuius Thoth iniit Decemb. VII, feria V, anno Periodi Iulianæ 4289. Contigit autem Martij XXI, hora VII, 34′ poſt mediam noctem Lib. IV, pag. 286.

in Horizonte Attico. Chœac xv, feria iv, anno Per. Iul. 4290. Annus erat Iudaicus 3337, embolimæus. Tiſri character 2,1,497, Sept. xxv. Accidit igitur eclipſis Neomenia Niſan; cuius character 4,5,935, feria iv, Martij xxi. Ex his duabus obſeruationibus indubitatum colligitur initium belli Peloponneſiaci in anno Per. A

Lunæ defectio à Thucydide notata. pag. 527.

Iul. 4283. Tertius character ex eodem Thucydide eclipſis eſt, quæ anno xix belli contigit ſub ipſam Athenienſium cladem in Sicilia acceptam, Imperatore Nicia, cuius meminit ille lib. vii. Tempus deliquij iſtius eſt, in ea nocte quæ ſecuta eſt xxvii Auguſti diem, hora $0,1',27''$ à media nocte diei Auguſti xxviii, anno Periodi Iulianæ 4301, cyclo Lunæ vii, Solis xvii, lit. A G, Olympiadis xci, anno ineunte quarto; Nabonaſſari cccxxxv, cuius Thoth iniit Decembris ix, feria vi, cyclo Solis xvi, lit. B, anno Per. Iul. 4300. Proinde Pachon xxiii die, ſequente xxiv defecit Luna, feria ii, ſequente iii. Annus erat Iudaicus 3348, cuius Tiſri cœpit feria, 7. Huius enim character eſt 7, 15, 345, Sept. xxiv. Ab verò, 3, 11, 428, Auguſti xiv, feria iii. Igitur eclipſis contigit xv Ab. Si annus xix belli Peloponneſiaci eſt Iulianæ Periodi 4301, ergo primus eſt 4283. B

Solaris defectio à Xenophonte relata.

Sunt & aliæ defectiones duæ ſyderum, apud Xenophontem, è quibus vnam hoc loco reddemus, alteram capite ſequenti. Prior Solaris extitit, quam refert Xenophon lib. ii, quæ contigit anno ineunte primo Olympiadis illius, qua vicit ſtadio Crocinas Theſſalus, Pythodoro Archonte, anno xxviii belli Peloponneſiaci. Annus hic eſt Per. Iul. 4310, cyclo Lunæ xvi, Solis xxvi, lit. C. quo eclipſis incidit Sept. iii, feria vi, horis à media nocte 9, 16, in Horizonte Attico, quando apparens ſyzygia commiſſa eſt. Nam vera contigit hora $10, 30'$. Verus locus, Solis in gradu Virginis $5, 11'$. Initium eclipſis hora $8, 8'$. Finis hora $10, 37'$. Duratio horarum $2, 29'$ tempore apparenti. Digitorum porro fuit $7\frac{1}{2}$: ex Pariſinis Tabulis. Tempus eſt annus i, Olymp. xciv, Nabon. cccxliv, cuius Thoth Decemb. ii feria v, anno Per. Iul. 4309. Quare Payni vi defecit Sol, anno Iudaico ineunte 3358, in ipſa Neomenia Tiſri; cuius character, 6, 11, 684, feria vi. Si annus xxviii belli eſt Per. Iul. 4310, primus erit 4283.

pag. 379. edit. Vechel.

Alium characterem Thucydides ſuggerit lib. v. Ὀλύμπια δ' ἐγένετο τοῦ θέρους τούτου, οἷς Ἀνδροσθένης Ἀρκὰς Παγκράτιον τὸ πρῶτον ἐνίκα. *Olympia hac æſtate celebrata ſunt, quibus Androſthenes Arcas tunc primùm Pancratio vicit.* Ab iis ludis excluſos eſſe Lacedæmonios, quod iudicatum non ſoluiſſent, idem author refert, quod anno belli Peloponneſiaci xii contigit. Non alia eſt Olympias illa, quàm xc, quâ ſtadio vicit Hyperbius Syracuſanus, authore Diodoro: anno Per. Iul. 4294. Vnde idem annus belli primus in Iuliana Periodo colligitur, 4283. C

Nonnullorum ſuper epocha belli huius error.

Cùm tot munimentis ſtabilita ſit epocha belli Peloponneſiaci, haud leuiter aberrare conſtat eos, qui in antecedentem annum conferunt; imo verò, qui à nonnullis veteribus in eum annum coniici putant, ac duplicem illorum ſententiam fuiſſe ſentiunt. Nam qui de Athenienſium Archontibus commentarium nuper edidit, Thucydidem ac Dionyſium ſcribit initium belli Peloponneſiaci conferre in annum Vrbis cccxxii, Diodorum verò, & Anonymum illum, qui Olympiadas percenſuit, in annum cccxxiii, quibus & Gellius ſuffragatur lib. xvii, cap. xxi. Verùm pro certo habeo neque Thucydidem, neque Dionyſium in alium annum belli primordium referre, quàm in eum, qui ex Varronis putatione, quam D Scriptor ille ſequitur, eſt cccxxiii. De Thucydide certiſſima res eſt ex iis, quæ hucuſque diſſeruimus. Vnum illud in commentario de Archontibus opponi video, quod Thucydides Archonte Pythodoro cœpiſſe bellum aſſeuerat, qui ineunte Olympiade lxxxvii Magiſtratum iniit, cùm Anonymus, & Diodorus Euthydemo præſide contigiſſe velint. Sed nullus inter illos conflictus eſt. Nam Thucydidis verba, καὶ Πυθοδώρου ἔτι δύο μῆνας ἄρχοντος, quomodo ſint accipienda, ſuprà vidimus; nimirum eo anno Iuliano conflatum eſſe bellum, quo Pythodorus deſiit, & Euthydemus exorſus eſt: ita vt duobus ante initium Euthydemi menſibus cœperit. Vnde factum, vt cæteri Scriptores, qui ab Olympiadum epocha hiſtoricos ſuos annos exorſi ſunt, paucos illos Pythodori menſes neglexerint. At Thucydides accuratius in exeuntem Archontis illius annum contulit. Sic etiam Dionyſij locus, quem idem Commentarius citat, intelligi debet; cùm ait Iſocratem natum eſſe Archonte Lyſimacho, Olympiade lxxxvi πέμπτῳ πρότερον ἔτει τοῦ Πελοποννησια-

A *τοῦ πολέμου, anno quinto ante Peloponneſiacum bellum.* Lyſimachus iſte, qui ab aliis Nauſimachus vocatur, vt à Diodoro, & Scaligero in Olympiadum Collectaneis, quæ ipſe cum Euſebianis Chronicis edidit, iniit anno primo Olymp. LXXXVI, Periodi Iulianæ 4278: à quo ad initium anni 4283, quo bellum cœpit, anni ſunt quinque. Ita nulla eſt inter authores illos diſcrepantia.

Bellum proinde Peloponneſiacum cœpit anno Per. Iul. 4283, Mundi 3553, anno Olymp. LXXXVII primo exeunte; Nabonaſſari anno CCCXVII currente; Iudaico 3330; Vrbis conditæ, CCCXXIII; regnante Artaxerxe Longimano, & anno eius XXXIV exeunte, vel ineunte XXXV.

De labe Xenophonteæ hiſtoriæ, quod ad annos attinet belli Peloponneſiaci.

CAPVT XXVIII.

B NON inutilem, vti ſperamus, Chronologiæ, & antiquitatis hiſtoricæ ſtudioſis operam nauabimus, ſi quæ apud Xenophontem in prioribus Hellenicon libris errata deprehendimus, in ordinandis belli Peloponneſiaci temporibus, adnotemus; eorúmque cauſas vnà patefaciamus, quas non ſine ingenti labore perueſtigauimus. Ita enim cùm de optimo Scriptore, ac ſuauiſſimo benè merebimur; tum exemplum noſtris Chronologis, ac ſpecimen præbebimus, quantum ad illuminandam, & caſtigandam hiſtoriam Chronologici, quos vocant, characteres vtilitatis afferant. Sciendum eſt imprimis Thucydidem Peloponneſiaci belli deſcriptionem ad primum & viceſimum annum perduxiſſe, non integrum, ac vertentem; ſed qui expleta hieme ſequenti, cuius res geſtas non attigit, deſiturus eſſet: quod in fine hiſtoriæ ipſe teſtatur. Huius hiſtoriæ ſupplementum libri ſeptem Xenophontei ſunt, qui Ἑλληνικῶν inſcribuntur; quibus nihil in eo genere accuratius, aut elegantius eſſe poteſt. Iis enim partim reliqua belli complexus eſt; partim ea quæ deinceps variis in Græciæ locis acciderunt. In priori parte, quæ reſiduos an-
C nos belli Peloponneſiaci continet, annos fere ſingulos diſtinguit, Thucydidis more per æſtatem & hiemem interuallo cuiuſque deſcripto. Sed in iiſdem primùm biennij, mox vnius anni μεταχρονισμὸν animaduertimus. In ipſo libri prioris aditu, vt appareat ſupplementum quoddam hiſtoriæ Thucydideæ à ſe conſcriptum, ab rebus geſtis hiemis illius orditur, quæ æſtatem, in quam Thucydides deſiit, eſt ſecuta, ἀρχομένου, (inquit verſu 6 libri I) τοῦ χειμῶνος. Inde narratis iis, quæ anno illo reliquo viceſimo primo contigerant, quando Mindarus nauali prælio ab Alcibiade victus eſt, ſubiicit: τῷ δὲ ἄλλῳ ἔτει, (ᾧ ἦν Ὀλυμπιὰς τρίτη, καὶ ἐνενηκοστὴ, ᾗ προστεθεῖσα ξυνωρὶς ἐνίκα Εὐαγόρου Ἠλείου, τὸ δὲ στάδιον Εὐβότας Κυρηναῖος, ἐπὶ Ἐφόρου μὲν ὄντος ἐν Σπάρτῃ Εὐαρχίππου, ἄρχοντος δ᾽ ἐν Ἀθήναις Εὐκτήμονος.) *Altero anno, quo Olympias* XCIII *celebrata eſt, in qua bigæ mulares ad certamen acceſſerunt, iiſque primus omnium vicit Euagoras Eleus: ſtadio verò Eubotas Cyrenæus, cùm Ephorus Spartæ eſſet Euarchippus; Archon verò Athenis Euctemon.* Hunc annum ſequenti pagina belli Peloponneſiaci viceſimum ſecundum numerat. Ἐπεὶ δ᾽ ὁ χειμὼν ἔληγε, Πανταχλέους μὲν ἐφορεύοντος, ἄρχον- pag. 255, verſ. 19.
D τος δ᾽ Ἀντιγένους, ἔαρος ἀρχομένου, δυοῖν καὶ εἴκοσι ἐτοῖν τῷ πολέμῳ παρεληλυθότων. *Hieme deſita, cùm Pantaclees ephorus eſſet; Archon autem Antigenes, ineunte vere, poſtquam duo iam & viginti anni bello præterierant.* Annus iſte proximus eſt à præcedente. Siquidem Antigenes Archon Athenis fuit anno illo, qui Euctemonis Magiſtratum ſecutus eſt. At Olympias XCIII, quæ Archonte Euctemone contigit, conuenit in annum XXIV belli Peloponneſiaci, non XXII; hoc eſt vere illo, quod Olympiadem anteceſſit, cœpit annus belli XXIV, qui eſt Per. Iul. 4306, cyclo Solis XXII, Lunæ XII. cuius rei fidem multis ex Thucydide obſeruationibus adſtruximus. Et quidem, ſi, vt ille refert, anno belli XII Olympias XC celebrata eſt, ſiue Iphiti CCCLXVII, Per. Iul. anno 4294; additis XII annis, confiet Iphiti CCCLXIX, ſiue primus Olymp. XCIII anno Per. Iul. 4306. Biennio itaque peccat Xenophon. Antigenes enim Archon fuit anno belli XXV, ineunte ſecundo Olymp. XCIII. Anno XIX belli Peloponneſiaci, in quo Thucydides hiſtoriam deſiit, Archon Athenis fuit Cleocri- Biennij error in Xenophonte.

tus, ſiue Clearchus. Ab eo ad Euctemonem Archontes numerantur quatuor. A
In Collectaneis Scaligeri, quorum titulus eſt, Ὀλυμπιάδων ἀναγραφὴ, ad Euſebij Chronicon adiectis. Fuerunt hi Callias anno ineunte primo Olymp. XCII; Theopompus, Glaucippus, Diocles. Eſt igitur quintus Euctemon poſt Cleocritum, adeóque cadit in annum belli XXIV, Olympiadis verò XCIII primum; vt etiam Diodorus memoriæ prodidit. Biennij ergo μεταχρονισμὸς eſt apud Xenophontem; de quo mox imprudens annum vnum detrahit; & nouo errore priorem corrigit. Nam cùm inter Antigenem, & Calliam nullus Archon intercedat, Xenophon inter ambos iſtos vnum infindit annum. Poſt annum quippe belli Peloponneſiaci XXIV, quem appellat XXII, quo Antigenes Archon fuit, alium ſubiicit, qui ab eodem XXIII numeratur, & ante Calliam Archontem ponitur. Scribit enim Alcibiadem abſente Clearcho Byzantij Harmoſta, & ad Pharnabazum profecto, vrbem illam occupaſſe, eiúſque rei nuncium accepiſſe Pharnabazum Gordij in Phrygia per hiemis tempus. Ἀρχομένου
pag. 256. verſ. 38. δὲ τοῦ ἔαρος, *ineunte vere*, legatos & à Lacedæmoniis, & ab Athenienſibus ad Perſarũ B
regem miſſos eſſe narrat. Iniens ver nouum annum ſignificat: ſecundum quem alterum ſubiicit, ac diuerſum, in quo Callias Magiſtratum tenuit. Nam tertia de-
pag. 259. verſ. 38. inde pagina ita ſcribit: τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει, ᾧ ἥ τε σελήνη ἐξέλιπεν ἑσπέρας, καὶ ὁ παλαιὸς τῆς Ἀθηνᾶς νεὼς ἐν Ἀθήναις ἐνεπρήσθη, Πίτιος μὲν ἐφορεύοντος, ἄρχοντος δὲ Καλλίου Ἀθήνησιν, οἱ Λακεδαιμόνιοι τῷ Λυσάνδρῳ, παρεληλυθότος ἤδη τοῦ χρόνου, καὶ τῷ πολέμῳ τεττάρων, καὶ εἴκοσιν ἐτῶν, ἔπεμψαν ἐπὶ τὰς ναῦς Καλλικρατίδαν. *Anno ſequenti, quo & Luna defecit ſub veſperam, & vetus Mineruæ templum Athenis conflagrauit, Ephoro apud Lacedæmonios Pitie, Archonte Athenis Calliâ, Lacedæmonij cum Lyſandro Præfecturæ non tempus exceßiſſet, belli verò iam anni* XXIV *abſoluti eſſent, Callicratidam ad claſſem miſerunt.* Atqui Callias nullo interiecto poſt Antigenem Archon fuit. Vnus itaque annus infiſſus eſt. ex quo factum, vt annus ille, quo Callias Magiſtratum tenuit, à Xenophonte XXV numeretur, cùm ex inſtituta ſerie XXIV tantùm eſſe debuerit. Quare vnius tantùm anni μεταχρονισμὸς deinceps factus eſt. Nam reuera Calliæ magiſtratus in annum belli XXVI incidit. Anni autem illius inſititij, qui inter Antigenis, & C
pag. 258. Calliæ Magiſtratũ infarctus eſt, res geſtæ ibidem exponuntur: nimirum Alcibiadis Athenas aduentus, & purgatio: tùm quemadmodum Imperator electus ſit, & myſteriorum pompam, quæ ob belli metum hactenus mari deducta fuerat, terrâ celebrauerit. inde tertio poſtquam appulerat menſe ſoluerit. Quæ quidem omnia reuera Archonte Antigene, anno belli XXV ſunt geſta; quando Alcibiade abſente, Antiochus, quem claſſi præfecerat, à Lyſandro victus eſt, & Alcibiades in ordinem redactus. Annus hic fuit Per. Iul. 4307. Sequens autem, qui Calliam Archontem habuit, erat 4308, quo & eclipſis Lunæ contigit. quam nos ex Pariſinis tabulis deprehendimus in Aprilis XVI. Pleniluniumverum ex iiſdem Tabulis noſtris hora 8,50' à meridie diei XV Aprilis. Cœpit deficere hora 7,5'. Deſiit hora 10,35', ac tota
Eclipſis Lunæ. defecit. Digitorum enim fuit 15. Sol vero motu ad Arietis gradum 20,3' peruenerat. Ex quo Leunclauij error conuincitur, qui in Chronico Xenophonteo annum, quo Pitis Ephorus, Archon Callias extitit, belli Peloponneſiaci viceſimum ſeptimum numerat: cùm nonniſi XXVI fuerit. Pergit Xenophon; & initio libri II refert,
pag. 266, verſ. 28. Lyſandrum cum Araco Nauarcho à Lacedæmoniis ἐπιστολέα miſſum, ἐτῶν ἤδη πέντε καὶ εἴκοσι παρεληλυθότων; *annis iam belli quinque & viginti confectis.* Annus ſequens D
Archytam habuit Ephorum, Archontem Alexiam, quo Lyſander victis ad Ægos potamon Athenienſibus, vrbe ipſa potitus eſt. καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἔληγε (ait pag. 270, v. 21.) Subiicit annum proximè conſequentem, quo Olympias acta eſt, in qua Crocinas Theſſalus ſtadio vicit, cùm Ephorus eſſet Eudius, Archon Pythodorus: qui quod per Oligarchiam creatus eſt, ab Athenienſibus præteriri ſolebat. Eodem anno Solis eclipſis incidit; vt ipſe verſu 35 meminit. cuius tempus eſt anno Periodi Iul. 4310, cyclo Lunæ XVI, Solis XXVI, Septembris III, feria VI, horis à media nocte 9,16' in Horizonte Attico. Olympias verò eodem anno celebrata eſt XCIV; anno belli inchoato iam XXVIII. Totidem enim ei bello Eratoſthenes imputat apud Clem. Alex. I Strom. Xenophon verò finem belli ita deſcribit: τελευτῶντος τοῦ
pag. 271, verſ. 8. θέρους, εἰς ὃ ὁ ἑξάμηνος, καὶ ὀκτὼ, καὶ εἴκοσιν ἔτη τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα. *Æſtate confecta; in*

A *quam anni* XXVIII *cum* VI *menſibus deſinunt.* Tùm Ephoros qui ſingulis annis Magiſtratum geſſerunt, nouem & viginti percenſet, quorum primus Æneſias, poſtremus eſt Eudicus: neque tamen inter Pentaclem, quem cum Antigene Archonte compoſuerat, & Pityam, quem cum Archonte Callia coniunxerat, vllum inſeruit: vt appareat hallucinationem eſſe, quod inter duos illos Archontes annum vnum imprudens inculcauerit. Nec minus errauit idem nobiliſſimus Scriptor, dum Peloponneſiaco bello præfinit annos XXVIII, cum menſibus ſex. Non enim plures quàm XXVII, & menſes VI euoluti ſunt ab eo vere, quo bellum commiſſum eſt, anno Periodi Iulianæ 4283, ad autumnum anni 4310, quo eclipſis contigit. Nam duplici Solis deliquio belli initium, ac finis illuſtratur. Inde porro Xenophontis manauit error, quod ſub Ephoris quidem XXIX bellum adminiſtratum eſt; ſed non plures tamen, quàm XXVII annos cum VI menſibus occupauit. Ephori quippe Magiſtratum inibant ſub idem quo Archontes Athenienſium tempus videlicet circa æſtiuum ſolſtitium. Primus igitur Ephorus, ſub quo B bellum indictum eſt, fuit Æneſias, cuius duo menſes adhuc reſtabant. Proinde eidem anno Iuliano 4283 Ephori duo reſpondent: primus Æneſias vſque ad ſolſtitium; alter Braſidas à ſolſtitio. Deinceps XXVI Ephori, & Archontes integros belli annos obtinent: numerantúrque XXVIII vtrobique, qui in ſolſtitium anni 4310 deſierunt; à quo tempore ineunte Olympiade XCIV, viceſimus nonus tam Archon, quàm Ephorus acceſſit, quorum tertio menſe bello finis imponitur. Hæc hallucinationis origo. At Thucydides ait bellum illud annis XXVII duraſſe, nempe abſolutis, ac vertentibus.

Pag. 358 edit. Vvech.

De Artaxerxis Longimani, Darij Nothi, Artaxerxis Mnemonis, & reliquorum Perſidis regum epocha, déque regni totius interuallo.

CAPVT XXIX.

C ARTAXERXI Longimano Xerxis filio annos quadraginta plerique Scriptores tribuunt; veluti Diodorus lib. XII, Euſebius in Chron. & alij. At Clemens Alexandrinus I Strom. vno amplius; Cteſias duobus. Mortem eius Thucydides lib. IV, confert in annum VII belli Peloponneſiaci, quem nos oſtendimus eſſe Periodi Iulianæ 4289, quartum Olymp. LXXXVIII: cui & Diodorus ſuffragatur. Cùm igitur initium eius capite XXV conſtitutum ſit in anno Periodi Iulianæ 4249; conſequens eſt annum eius XL cœpiſſe anno 4288, & ſequenti, 4289 deſiiſſe, quo & primus ſucceſſoris eius iniit. Qua in re non mediocri errore lapſus eſt Scaliger, qui in lib. V de Emend. Artaxerxis obitum, quem in annum VII belli Peloponneſiaci contulit Thucydides, cadere putat in annum Periodi Iulianæ 4288, & in hiemis principium. Atqui annus VII belli cœpit vere anni 4289, vt indubitatis argumentis oſtendimus. Poſt Artaxerxem regnauit Xerxes anno vno, vt Diodo- D rus author eſt: vt autem alij, eodem referente, quos Euſebius ſequitur, menſibus II, Cteſias diebus XLV. Excepit hunc Sogdianus, cui Diodorus & Euſebius menſes VII, Cteſias menſes VI, dies XV imputant. Ita fit, vt menſes illi IX reliquias anni Iulianæ Periodi 4289, & partem fortaſſe conſequentis auferant. Qua ratione Darius Nothus, qui poſt illos regnauit, iniit anno 4290: & caſtigandus Scaliger, qui anno 4289 Darij primordium aſcribit. Sed præter argumenta ſuperiora illo inſuper ipſo refellitur, quo ſuam opinionẽ approbat. Scribit enim Thucydides lib. VIII, anno belli Peloponneſiaci XX, Tiſſaphernem cum Lacedæmoniis fœdus iniiſſe, quod ibidem deſcriptum ac notatum legitur anno Darij XIII. Itaque annus Darij XIII concurrit cum XX belli, qui eſt Periodi Iulianæ 4302. ex quo primus Darij conuenit in annum 4290. Hinc annos regni XIX Diodorus aſſignat, & Euſebius. Diodorus mortuum refert anno IV Olymp. XCIII, qui cœpit anno Periodi Iulianæ 4309. Ita veriſimile eſt exceſſiſſe Darium ineunte IV Olym-

Pag. 285 edit. Vvech.

Error Scaligeri.

Pag. 594.

piadis anno, Periodi Iulianæ 4309, ac XIX annis abſolutis viceſimum inchoaſſe. A
Dario Notho ſucceſſit Artaxerxes ὁ μνήμων anno eodem, quo Darius obiit. Huic annos XLIII Diodorus, & Scaliger hoc in libro tribuunt. At Euſebius, & alij annos tantùm XL, quos & Scaliger in Iſagogicis Can. ſequitur, eáque probabilior eſt opinio. Ac neſcio an non tres illos annos, qui ſuprà quadragenos excurrunt, ſuperſtite adhuc parente regnauerit. Regnante Artaxerxe, Cyrus minor eius frater expeditionem in ipſum ſuſcepit. Eam Diodorus confert in annum IV Olymp. XCIV Archonte Exæneto, qui à Diogene Laertio, & Scaligero in Olympiadū Collectaneis, vocatur Synænetus, anno Periodi Iulianæ 4313, Vrbis conditæ CCCLIII. Sed neſcimus vtrum priore, an poſteriore anni Iphitei ſemeſtri Cyrus occubuerit. Qui poſteriore cenſent; iidem ferè anno primo Olymp. XCV rem geſtam conſignant. Sed reuera contigit anno IV, non tertio, vt Scaliger ad annum Euſebij MDCXVII putat, & mox ad annum ſequentem, quartum ex Laertio præfinit. Diodorus, Laertius, Euſebius in annum quartum referunt, vt & Olympiadum Collectanea quæ citaui. Iidem Socratem anno ſequente interfectum aſſerunt, primo Olymp. XCV, Archonte Lachete, anno Periodi Iulianæ 4314. Succeſſit Artaxerxes Ochus XXVI annis: inde Arſes III, ac Diodoro IV. Poſtremus Darius Arſami filius annis VI. Deſiit Perſarum regnum anno illo, quo Darius vltimus regum mortuus eſt: hoc eſt ſubinde poſt Arbellicam Alexandri victoriam, quæ, vt poſtea docebitur, incurrit in annum Periodi Iulianæ 4383, mundi 3653. Hîc igitur terminandum Perſarum Imperium. cuius initium anno Periodi Iulianæ 4155. Interuallum annorum ſolidorum CCXXIX, menſium IX. Agathias verò lib. II, annis CCXXVIII ſtetiſſe Perſarum regnum aſſerit. Malè porrò Scaliger Iſagog. Canon. lib. II Perſico regno annos imputat CCXXXI, cùm vno minus illius ratiocinia colligant. Siquidem Cyrus anno Periodi Iulianæ 4154 iniit, & vltimus Darius anno 4283 deſiit. Interuallum enim eſt annorum CCXXX. At Euſebius annos numerat CCXXXI. Primum enim Cyri confert in annum Abraami MCCCCLVII, & poſtremum Darij in annum MDCLXXXVII. Annos quippe Cambyſi & Magis nouem aſſignat; cùm octo tantùm ſolidos impleuerint. tùm Artabano Xerxis interfectori annum vnum tribuit. Aliter Cteſias, & Clemens Alexandrinus I Strom. & alij quidam. Sed qui à nobis præfinitus eſt numerus annorum certior eſt. Nititur enim pluribus, & indubitatis Aſtronomorum obſeruationibus, quas in epocha Cyri, Cambyſis, & Darij protulimus; quibus & alia capite de pugna ad Arbella poſtmodum accedet. Quocirca Regum Perſarum Laterculum ex ſubductione iſta deſcripſimus.

Scaligeri error alius. B

Item alius error Scaligeri. C

D

LATERCVLVM PERSICI IMPERII.					Olympias quâ cœperunt.	
	Reges	Tempus regni.	Initium in Per. Iul.	Initium in annis mundi.	Olympias.	An. Oly.
I	Cytus	XXX	4155	3425	LV	I
II	Cambyſes	VII, m. V	4185	3455	LXII	IV
III	Smerdis Magus	m. VII	4192	3462	LXIV	III
IV	Darius Hyſtaſpis F.	XXXVI	4193	3463	LXIV	IV
V	Xerxes	XX	4229	3499	LXXIII	IV
VI	Artaxerxes Longim.	XL	4249	3519	LXXVIII	IV
VII	Xerxes II	m. II	4289	3559	LXXXVIII	IV
VIII	Sogdianus	m. VII, d. XV				
IX	Darius Nothus	XIX	4290	3560	LXXXIX	I
X	Artaxerxes Mnemon	XL	4309	3579	XCIII	IV
XI	Artaxerxes Ochus	XXVI	4348	3618	CIII	III
XII	Arſes	IV	4374	3644	CX	I
XIII	Darius Arſami F.	VI	4378	3648	CXI	I

Colliguntur anni CCXXIX, m. IX.

De Alienſi

De Alienſi Romanorum clade. variæ hallucinationes Scaligeri. verum illius tempus oſtenſum.

CAPVT XXX.

NON paucis abſurditatibus, falſiſque diuinationibus caput iſtud implicauit Scaliger. Harum prima eſt; quod ex Tabulis Cenſoriis M. Catonem ante omnes deprehendiſſe ſcribit, ab exactis Regibus ad Vrbem à Gallis occupatam annos abſolutos eſſe CXX. *Quod vt certum eſt*, inquit, *ita reliquum retro tempus ad prima Palilia eſt controuerſum: Controuerſia autem tota eſt in vno anno: quòd alij per* CCXLIV *annos, alij vno minus Romæ regnatum contendunt. Quarum duarum factionum altera Romam conditam vult tertio anno* VI *Olympiadis; cuius ſententiæ princeps Varro; altera vno anno ſerius repetit prima Palilia; cuius ſententiæ auctor vnicus M. Cato.* Iam hoc falſum eſſe demonſtrauimus cap. B XLVI libri ſuperioris, vbi de epocha Romanæ Vrbis actum; & huius libri cap. XIX, quo de primis Coſſ. diſſeritur. Fruſtra quippe Catoni hæc opinio tribuitur, quæ quarto VI Olympiadis anno conditum Vrbis aſſignat. Præterea nec illud eſſe verum oſtendimus, à pulſis Regibus ad captam à Gallis Vrbem annos intercedere CXX, ita vt centeſimus viceſimus primus ille ſit; quo Vrbs eſt capta. Nam CXIX, duntaxat vt paria Coſſ. ſic anni abſoluti ſunt: vt fusè capite illo XLVI declaratum eſt. Falſum deniq; eſt, controuerſiæ illius, quæ de vno anno mouetur, cùm alij regnatum eſſe Romæ putant annis CCXLIII, alij CCXLIV, inde naſci, quod priores in annum VI Olympiadis quartum Natalem Vrbis conferant; poſteriores in tertium. Siquidem Dionyſius, qui vel in eundem annum cum Catone, vel vno etiam tardius epocham Vrbis coniicit, annos nihilominus Regibus imputat CCXLIV; non CCXLIII. Idem & Euſebius facit in Chronico. Hæc autem Scaligeri perſuaſio ex falſo principio manauit, quòd annum primorum Coſſ. immotum eſſe credidit, & ab omnibus ſine vllo diſcrimine conſtitutum in anno Iphiti CCLXVII. C quod cap. XVI ſuperioris libri refutauimus.

His præmiſſis Scaliger annum captæ Vrbis definit eſſe Per. Iul. 4325. Nam interuallum à Regifugio ad cladem Alienſem annorum eſt CXX, qui additi ad annum 4205, quo Reges pulſi ſunt, efficiunt 4325, qui eſt annus Vrbis conditæ Varronianus CCCLXV: à Palilibus verò Catonianis, CCCLXIV. Atqui argumentatio illa falſum ſumit; centeſimo viceſimo primo Conſulatu Vrbem eſſe captam; quod παραλογιστικῶς putauit Halicarn. Reuera enim Conſulatu CXX capta eſt. Nam non plura quàm CXIX paria Coſſ. abſoluta ſunt à primis Coſſ. ad Vrbis ἅλωσιν: vt ex Onufrianis, Sigonianis, imo Capitolinis ex faſtis colligitur. Itaque anno vrbis ſecundum Varronem, & Onufrium CCCLXIV, capta eſt Roma: at ſecundum Capitolinos Faſtos, & Sigonium anno CCCLXIII. Detractis illìc annis CCXLIV, quibus ſolidis regnatum eſſe cenſet Onufrius; hìc verò CCXLIII, vtrobique Conſulatus, annique reſtant CXX, non, vt Dionyſius, & eum imprudenter ſecutus Scaliger, CXXI. Biennio igitur tardius Alienſem cladem Dionyſius, quàm Varro conſignat; Scaliger vno anno. Plinius porrò lib. XXXIII, cap. I hanc Varronis, & noſtram ſententiam, non Scaligerianam, vt ipſe falsò ſibi perſuadet, affirmat, cùm D dicit anno CCCLXIV captam eſſe Romam. *Deductis*, inquit Scaliger, CXX *annis de* CCCLXIV, *relinquitur annus currens Regifugij ducenteſimus quadrageſimus quartus à Palilibus Catonianis.* Verùm ſi CXX anni ab Vrbis captæ anno deducantur, neque in Varroniana, neque in Catoniana putatione qui relinquitur annus, Regifugij eſt, hoc eſt primi Conſulatus, ſed annus Regum vltimus. Non enim CXXI anni, vti dictum eſt, ab vltimo Regum, ſiue Tarquinij anno ad Vrbis ἅλωσιν numerandi ſunt, ſed CXX. Vnde ex Pliniano calculo deductis annis CXIX, qui remanet CCXLV, annus eſt Regifugij, ſiue Conſulatus Bruti, & Tarquinij primorum Coſſ. Hæc vera ratio; Scaligeriana verò παραλογιστική.

Falſa Scaligeri opinio, & argumentatio.

De tempore captæ Vrbis hæc ab antiquis memoriæ prodita reperimus. Liuius initio lib. VI, victos refert Romanos a. d. XV Kal. Sextiles, qui propterea nefa-

Tempus captæ Vrbis à Veteribus definitum.

ſtus eſt habitus. Plutarchus verò Quæſt. Rom. Probl. xxv eo die fuſos ad Aliam Romanos ſcribit, qui eſt poſtridie Eidus Quintiles: vt ſit xvii Kal. Sextiles, ſiue Iulij xvi. Plutar. in Camillo pugnatum fuiſſe περὶ τροπὰς θερινάς, περὶ τὴν πανσέληνον. Scaliger in lib. ii huius operis, & in v, multa de tempore illo ἄλογα, & ἀσύστατα ſcripſit. Libro quidem ii, anno primo Olympiadis xcviii captam à Gallis Vrbem ex Halicarnaſſenſi putat, plenilunio Solſtitiali, hoc eſt ipſo die ludicri Olympici. Neomenia menſis Olympici xi Iulij. Ergo xxv Iulij ſine dubio capta fuit Vrbs, non in Solſtitiali Plenilunio, vt Plutarchus affirmat. Nam ſolſtitium Græcia vocabat viii Iulij. Ita ille libro ſecundo. At in v cenſet Vrbem eſſe captam anno Periodi Iul. 4325, cyclo Lunæ xii, Solis xiii, anno iv Olympiadis xcvii deſinente. Cùm autem Plutarchus author ſit circa Solſtitium in Plenilunio accidiſſe, Solſtitium autem ſit viii Iulij, Thamuz xv, cuius character 6, 14, 3, anno Iudaico 3372, Σκιῤῥοφοριῶνος ἕκτη ἱσταμένου, Σκιῤῥοφοριῶνος τεσσαρεσκαιδεκάτη πρυτανείας, xv diebus ante Magiſtratum Pyrgionis: ex vtroque Scaligeri loco euidens eſt illius opinio, captam eſſe Romam anno illo, quo Olympias xcviii celebrata eſt, qui eſt Per. Iul. 4325, cyclo Lunæ xii. Quod verò libro ii Plenilunium anno illo incidiſſe refert in xxv Iulij, id abſurdum eſt. Cyclum enim oportuiſſet eſſe v, non xii, vt Neomenia ludicri Olympici in xi Iulij caderet. Nam Nicæno ſæculo cyclus v adhæſit diei ix Iulij: ad quod tempus ab anno captæ Vrbis amplius dcc anni interiecti ſunt, ac plus bidui Lunæ anticipatio collecta. Aut igitur v cyclo iſtud euenire debuit, aut certè xvi. Neutrum autem verum eſt. Præterea falſum eſt quod & illis duobus locis, & alibi paſſim tuetur, Solſtitium in viii Iulij defixum fuiſſe per illa tempora, & eum cardinem anni popularis, ac lunaris extitiſſe. quod libro primo confutauimus. Ac Dionyſius quidem pro confeſſo ab omnibus haberi teſtatus eſt, anno illo, quo cœpit Olympias xcviii, Archonte Pyrrhione, ſiue Pyrgione, Gallos Vrbe potitos eſſe: qui eſt annus ex Varrone & ipſius Halicarnaſſenſis ratiociniis à conditu Vrbis ccclxvi, quo Tribb. militum fuere T. Quintius Cincinnatus, Q. Seruilius Iulius Tullus, cum aliis tribus. Verùm Plutarchus negat certum annum captæ Vrbis extricari poſſe: vnde conſtat haud adeo fixum atque exploratum fuiſſe Veteribus, vt Dionyſius credidit. Imo & ipſe non mediocriter hallucinatur, dum à primis Coſſ. ad annum τῆς ἁλώσεως annos numerat abſolutos cxx, ita vt inchoato iam cxxi clades iſta contigerit. Nam longè aliter ſe res habet. Euoluantur annales veteres, & Conſulares faſti recenſeantur. Omninò anno Varroniano ccclxiv, Capitolinorum verò faſtorum, ccclxiii occupatam à Gallis Vrbem inuenies, eo videlicet anno, quo Tribuni militum fuere cum aliis totidem, Fabij tres fratres, illi ipſi, qui ad Gallos Cluſium obſidentes legati miſſi, contra ius gentium dimicare auſi fuerant: quos cùm Galli à Romanis depoſcerent, vbi nihil impetratum, imo verò Tribunos illos eſſe factos audierunt, ira perciti contra Vrbem arma verterunt. Ita Liuius. Iis ergo Tribb. militum Conſulari poteſtate cladem Vrbis accidiſſe cõſtat. At horum ſane Magiſtratus centeſimus eſt viceſimus à primo Conſulatu. Proinde nonniſi cxix anni à Regifugio ad Vrbis ἅλωσιν vertentes, & abſoluti numerandi ſunt. Anno itaque Per. Iul. 4324, Olympiadis xcvii anno iii ineunte, Archonte Demoſtrato; Vrbis Varroniano ccclxiv, capta eſt Vrbs à Gallis, cyclo Lunæ xi, Solis xii, lit. G. Annus erat Iudaicus 3371. cuius Tiſri character 7, 21, 917, feria i, Sep. x, cyclo Solis xi, litera A. Addito charactere viii menſium, nonus Ijar. (Fuit enim hic annus embolimæus.) iniit Iunij ii, cuius character 7, 16, 494, Cyclo Solis xii, litera G. Plenilunium medium Iunij xvii, decem ante Solſtitium diebus; quod æuo illo circa xxvii Iunij commiſſum fuit. Ideo Plutarchus ἀπορητικῶς ita concepit, περὶ τροπάς. non, vt opinatur Scaliger, circa viii Iulij. In anno Romano, qui tunc in vſu erat, xv Kal. Sextiles, ſiue Iulij xviii, dies erat cxcv à Kal. Ian. vti lib. ii docuimus. Quare videntur Kal. Ian. tum Decembris Iuliani v cœpiſſe. Nam ab eo ad Iunij xvii, dies ſunt cxcv. Verùm neſcimus vtrum eodem anno Merkedonius intercalatus fuerit. Itaque coniecturis abſtinemus.

Verum tẽpus Vrbis captæ.

A

De Leuctrica pugna.

Capvt XXXI.

Lacedæmonii Cleombroto duce ad Leuctra Bœotiæ ab Epaminonda victi & ingenti clade ſunt affecti; cùm longè pauciores Thebani eſſent, quàm Lacedæmonij. Ea clades à Diodoro, & Scaligero in Olympiadũ Collectaneis, cõfertur in annum ſecundum Olympiadis cii, Archonte Phraſiclide. qui annus iniit Per. Iul. 4343, Cyclo Lunæ xi. At idem Scaliger leuiſſima coniectura ductus hîc in annum ſequentem reiicit. Mouet ipſum, quod Eratoſthenes apud Clementem Alexandrinum ab initio belli Peloponneſiaci ad Leuctricam cladem ponit annos abſolutos lxi. Initium autem
B belli Peloponneſiaci annus eſt 4283 Periodi Iulianæ. Sed falſum eſt Eratoſthenem annos abſolutos dicere. Scribit ille ab initio Peloponneſiaci belli ad finem annos eſſe xxvii. Hinc ad Leuctricam pugnam annos xxxiv ex quibus conſiunt anni lxi. Nimirum Eratoſthenes annos inchoatos pro vertentibus vſurpare potuit. Itaque nihil prohibet, quin anno Per. Iul. 4343 Lacedæmonios tantam cladem accepiſſe credamus.

De initio Alexandri Magni, eiúſque natali. Errata Scaligeri. Plutarchus ab eius reprehenſione vindicatus.

Capvt XXXII.

Philippvs Alexandri pater inter ludos à Pauſania interfectus eſt
C Ægis Macedoniæ, cùm regnaſſet annos xxiv, authore Diodoro, qui id accidiſſe refert anno primo Olympiadis cxi, Pythodoro Archonte, qui & Pythodemus, ab Anonymo nominatur. Conſentit & Euſebius in Chronico, qui initium Alexandri coniicit in annum primum Olympiadis cxi, quam Ἀνολυμπιάδα vocarunt. Hanc ipſam Olympiadem Scaliger putat eſſe celebratam xviii Auguſti. Impoſuit illi falſa, & commentitia methodus anni Græci, & Olympici, quem ex populari neſcio quo, miniméque lunari contexuit. Sed nos commentum iſtud libro primo ſubuertimus. Ex quo alterum etiam πόρισμα natum eſt, quod ſubinde colligit; de die quo natus eſt Alexander, & quo mortuus eſt. Quod enim Plutarchus in eius vita ſcribat, Hecatombæonis, quem Loum Macedones nominant, ſexta die natum Alexandrum, & eodem tempore tres optatiſſimos nuncios ad Philippum eſſe perlatos; victoriam de Illyriis, tùm Olympicis ludis reportatam; & natalem filij; ex anni Græci, & Attici methodo tempus Hecatombæonis deducit. Annus enim Olymp. cxi primus in annum xli Periodi Olympicæ conuenit, de qua libro primo. Neomenia primi
D menſis Olympici cadit in xvi Iulij, quæ eadem, vtpote in anno i Tetraëteridos, lunaris & popularis eſt. Itaque Plenilunium, & agon Olympicus contigit Iulij xxx. Detractis perpetua regula annis xxxviii de Olympica Periodo, manet annus tertius Atticæ Periodi. Hecatombæon Auguſti ii. Proinde natus eſt Alexander Auguſti vii, Periodi Iulianæ 4358, cyclo Solis xviii, Lunæ viii, octauo die à ludicro Olympico. Hæc tam limata, & ſubtilis obſeruatio, quia falſo principio nititur Atticæ, & Olympicæ Periodi, futilis eſt. Nam abſurdè cardinem anni Græci in viii Iulij defixit; & ante hunc diem negauit primi menſis indictam fuiſſe Neomeniam; ita vt ne cardinem illum anteuerteret, in Auguſti vii vſque diem ſummota ſit. Nos verò & Solſtitium ſub Metonis, & Calippi ſaltem æuum in xxvii Iunij conſtitutum eſſe: aut ſi in octaua parte collocari placuit, ſaltem in Iulij iv conſtitutum putamus: & lunares Neomenias, à quibus popularis, (quem lunarem apud Græcos fuiſſe docuimus) annus inchoabatur, ante Solſtitialem cardinem iniiſſe non dubitamus: quod in libro i definitum eſt.

Veruntamen Hecatombæonem anni 4358 Iulio menſe demus iniiſſe. Annus A erat Iudaicus 3405. Tiſri character 5, 15, 846, Septembris XIII, feria V. litera Dom. A G, cyclo Solis XVII, anno Per. Iul. 4357. Addito charactere decem menſium, Neomenia Ab incidit feria 6, 23, 36, Iulij VI, feria VII, litera F, cyclo XVIII, anno 4358. Plenilunium medium Iulij XXII, hora fere XI poſt mediam noctem diei XXI. Circa hoc tempus agon celebratus eſt. Atque hoc modo natus erit Alexander XI Iulij; ſiquidem lunaris Athenienſium Hecatombæon mediis Lunæ motibus congruebat. Quod autem Plutarchus & ſexto die Hecatombæonis natum refert Alexandrum, & eodem tempore Olympicam victoriam renuntiatam fuiſſe; non ſatis quadrare ambò iſta videntur. Nam Olympici agones circa Plenilunium celebrati ſunt; hoc eſt μεσοῦντος Ἑκατομβαιῶνος. Vix eſt autem credibile tanto interuallo poſt natum Alexandrum nuncium ad patrem perueniſſe. Sed hæc ἀκριβολογεῖν nihil attinet. Nam eodem tempore dixerit Plutarchus, pro eo quod eſt eodem menſe, non die. Porro ſolennia peccare Plutarchum arguit Scaliger, quod Λῷον Macedonicum vocet Hecatombæonem. Verùm ſolennia magis ipſe peccat. Nam Λῷος Macedonum Hecatombæoni plerumque reſpondet: B quod ex Galeno, & aliis authoribus lib. I cap. IV de Macedon. menſibus euidenter oſtendimus. Similiter in deſignando tempore obitus Alexandri vaniſſimo illo commento Atticæ Periodi fruſtra conflictatur. Mortuus eſt Alexander anno primo Olympiadis CXIV, authore Diodoro Siculo, cùm regnaſſet annis XII, menſibus VII. Plutarchus Δαισίου τρίτῃ τελευτῶντος id aſcribit, id eſt Dæſij XXVIII. Hunc diem in anno Periodi Olympicæ ſeptuageſimo tertio Scaliger conſtituit, Aprilis XVIII. Si Dæſio menſe, & Olympiade iam confecta natus eſt, omnino in ſemeſtri poſteriori anni Iphitei natus fuerit. Nam Dæſius lunaris Macedonicus Siuuan Hebraico, & Thargelioni Attico confertur. Erit igitur annus Periodi Iulianæ 4391, cyclo Solis XXIII, Lunæ II, quæ eſt opinio Scaligeri. Ego verò anno ipſo 4390 Dæſio menſe, paulo ante celebratos agones Olympicos, hoc eſt vno, vel altero menſe, mortuum opinor Alexandrum. Annus erat Iudaicus 3437, cuius Tiſri character 3, 21, 5, feria IV Auguſti XXXI, cyclo Solis XXI, anno Periodi Iulia- C næ 4389. Septimus abhinc menſis lunaris eſt Adar ſecundus, cuius character 6, 1, 443, feria VI, Februarij XXIV, anno 4390. Niſan feria 7, 14, 156 Martij XXV; Siuuan verò character eſt 3, 15, 662, Maij XXIII; quæ & Neomenia fortaſſe Dæſij fuerit. Vnde Iunij XIX, triduo ante menſem Olympicum obiit Alexander: niſi forte Dæſij Neomenia potiùs Ijar quàm Siuuan fuerit. Vtrum enim embolimæus ille Macedonum annus eſſet; tum vbi ſedes emboliſmi per illud tempus fuerit, haud ſatis exploratum. Itaque incerta in re ſuſtinemus aſſenſum. Illud planè conſtare videtur, anno 4390 Periodi Iulianæ potiùs quàm ſequenti Alexandrum obiiſſe. Etenim æra Philippi, quæ ab obitu illius incipit, iniit anno ipſo 4390, vt poſteà demonſtrabitur. In quo pugnat ſecum Scaliger, qui anno 4391 mortuum facit Alexandrum, & tamen cap. de Thoth Philippi ſcribit neque Philippum, neque filium eius Alexandrum epochæ annalis eius initium, quam Philippo regi Macedones inſtituerunt, potuiſſe cernere, quoniam circa eius initium Alexander exceſſit. Atqui ſi anno 4391 obiit, primum ſaltem annum illius videre potuit. Nam Philippea Periodus anno D 4390 iniit, vt poſtea docebitur, & Scaliger ipſe demonſtrat.

Plutarchus malè à Scaligero refellitur.

De Carthaginienſium Sicula clade.

CAPVT XXXIII.

DIODORVS Siculus, & Plutarchus in vita Timoleontis referunt Carthaginienſes à Timoleonte profligatos in Sicilia. Annum notat Diodorus, primum Olympiadis CX, cùm Philippum XXI ageret regni. Diem autem Plutarchus indicat, Θαργηλιῶνος ἱσταμένου ἑβδόμην, Thargelionis ſeptimam. Addit Scaliger, quaſi ex eodem authore, Σκιῤῥοφοριῶνος πρυτανείας ἑπτακαιδεκάτην. & eam cladem incidiſſe vult anno XVII Periodi quintæ Metonicæ, Atticæ XIX, Iunij XXV, anno 4375 Periodi Iulianæ. Hæc tota deſcriptio inane commentum eſt, ſolenni ex errore propagatum, ſuper quo Atticæ Periodi methodum extruxit. Plutarchus nullum Scirrophorionem
B πρυτανείας cogitauit vnquam; nec vllus in mundo fuit: vti nec popularis, & æquabilis Thargelion. Lunarem ergo par eſt intelligi. Prætereà videtur hic ipſe Thargelion Olympicos agones anteceſſiſſe, non autem poſtrema in Iphitei anni parte collocandus. Nam Diodorus aliud annorum initium, quàm ſolſtitium videtur habuiſſe. Ideo, quod & probabile iudicauit Scaliger, Carthaginienſium cladem eueniſſe credo anno illo Periodi Iulianæ, in quem Olympias CX conuenit, qui eſt 4374, cyclo Solis VI, Lunæ IV. Annus erat Iudaicus 3421; cuius Tiſri characterem habet 3, 8, 384, Septembris XII, feria 3, cyclo Solis V, litera B A. anno 4373 Periodi Iulianæ. Addito charactere menſium octo, Siuuan character erit 1, 14, 24; Maij VI, feria 1, cyclo Solis VI, litera G, anno 4374. Hic eſſe poteſt Thargelion, cuius ſeptima die, hoc eſt Maij XII, Carthaginienſes ingenti acie victi ſunt à Timoleonte. Erant enim peditum LXX M. equitum, curruúmque X M.

C *De clade Athenienſium, ac Bœotorum ad Cheroneam.*

CAPVT XXXIIII.

NE hanc quidem epocham Scaliger ſuo tempore conſignat. Nam cùm Diodorus anno III Olymp. CX pugnatum eſſe ſcribat ad Chæroneam Bœotiæ, quando Athenienſes cum Bœotis fuſi ſunt; hunc annum Periodi Iulianæ 4377 ſtatuit, eúmque ſexti cycli Metonici primum nominat, Atticæ Periodi XXI. Cùm autem Plutarchus in Camillo diem notet Μεταγειτνιῶνος ἑβδόμῃ ἱσταμένου, tempus eſſe dicit Kalend. ipſis Septembris. Anno Periodi Iulianæ 4377 iniit annus Iphiti 440, Olympiadis CX quartus. Detractis de 440, quoad fieri poteſt 76, reſtat LIX Olympicæ Periodi: de quo ſi 38 deducantur, annus conſiet XXI Atticæ Periodi; cuius Metagitnion popularis iniit XXVI Auguſti. Idem annus eſt XCVI incipiens ab anno primo inſtituti à Metone cycli; qui cœpit anno Periodi Iulianæ 4282. Proinde ſextus cyclus in-
D choatus eſt anno 4377. Verùm cùm anno tertio Olympiadis CX victoriam illam à Philippo reportatam eſſe Diodorus affirmet; ſi Metagitnione menſe contigit, neceſſe eſt hunc annum eſſe Per. Iul. 4376, cyclo Lunæ VI. Annus agebatur Iudaici computi 3423; cuius Tiſri cœpit Septembris V, feria V, cyclo Solis VII. Litera F, anno Per. Iul. 4375. Character enim Tiſri fuit 5, 1, 1056. Annus idem Iudaici cycli tertius erit, & embolimæus. Ideo menſium XI addito charactere, formatur character menſis Ab, 7, 22, 59. Iulij XXVII, cyclo Solis VIII, litera E, anno Per. Iul. 4376. Hic erit Metagitnion. Nam Hecatombæon reſpondet Thamuz: cuius character 6, 9, 846, Iunij XXVII. Quare Auguſti II parta ingens illa victoria. Nos enim Metagitnionem, vt & cæteros menſes Atticos, non alium, quàm lunarem accepimus: quoniam quidem Tetraëtericorum, & popularium menſium illa commenta, vnà cum Atticæ, & Olympicæ Periodi contextu, futiliſſimis innixa principiis iamdudum diſputationibus noſtris euerſa ſunt.

 A

De euerſis ab Alexandro Thebis Bœotiis.

Capvt XXXV.

SI vlla pars eſt Scaligerianæ doctrinæ grauibus latéque patentibus infecta vitiis, & erroribus; ea eſt profectò diſputatio, quam de tempore Thebani excidij, déque pugna ad Arbela Macedonum inſtituit. Diodorus Siculus author eſt anno ſecundo Olympiadis CXI Thebanos defeciſſe, ſtatímque obſeſſas ab Alexandro Thebas, & euerſas. Quod circa myſteriorum tempus eueniſſe Diodorus, & Plutarchus Camillo teſtantur; hoc eſt, Βοηδρομιῶνος, περὶ τὰ μυστήρια; quæ quidem ob luctum Athenis intermiſſa ſcribit Plutarchus Alexandro. Scaliger, τῇ εἰκάδι τοῦ Βοηδρομιῶνος, Myſteria perpetuò celebrata, & anno quarto Atticæ Tetraëteridos exiſtimat. Quinquennalia enim fuiſſe ſentit. Quamobrem cùm annus ſecundus Olympiadis CXI ſit Iphiti CCCCXLII; detractis omnibus LXXVI, reſtat annus Olympicæ Periodi LXII; de quo ablatis XXXVIII, reſiduus eſt annus Atticæ Periodi XXIV. Boëdromion XV Septembris. Annus erat Iudaicus 3427. Tiſri character 4, 14, 746, feria IV, Septembris XX, cyclo Solis XI; litera A. Boëdromionis ergo Tetraëterici viceſima dies Octobris IV, qui eſt Tiſri XV. Hinc Scaliger concludit Myſteria ſemper in annum quartum Atticæ Tetraëteridos incidiſſe, Olympicæ verò ſecundum. Verùm hæc ipſa Scaligeri diſputatio multis & fœdiſſimis erratis adſpergitur. Primùm enim falsò credit, Myſteria nonniſi quinto anno celebrata fuiſſe. Nam quotannis indicebantur: vt ad Themiſtium pleniſſimè demonſtrauimus, pag. 650, ex Herodoto, Iſocrate, Ariſtide, & aliis: quam noſtram veriſſimam ſententiam animaduertimus à nonnullis poſteà probatam, & vſurpatam eſſe. Igitur commentum eſt iſtud de anno quarto Tetraëteridis Myſteriis dicato; & quod inde concluditur, pari abſurditatis vitio laborat. Præstereà nec illud probandum eſt, quod ibidem aſſeritur; Myſteria Boëdromionis duntaxat XX die celebrari ſolita. Non enim vnus tantummodo dies Myſteriorum fuit; ſed ad plures celebritas pertinebat, quorum vltimus erat ἡ εἰκάς, quo pompa traducebatur. quod vocabant Ἴακχον ἐξάγειν. Ad hæc Atticæ Periodi, & Olympicæ ſtructura tota eſt conficta: cuius obſeruationi delineatio illa temporis innititur. Vnde Boëdromionis lunaris XX die, non popularis, qui nunquam in rerum natura fuit, vltimus ille dies Myſteriorum incurrit. Denique ex hoc exemplo methodi Scaligerianæ vanitas, & imperitia ſatis apparet, quam priore libro copioſiùs ediſſeruimus. Quippe Boëdromionis Tetraëterici die VI, nouilunium medium ac Iudaicum incidit; quo eodem die, quarto anno Tetraëteridis Atticæ, Iphiti ſæculo repræſentatur in Tabula Tetraëteridos eiuſdem, quam libro I deſcripſit Scaliger. Ita poſt annos amplius CCCCXL nouilunia iiſdem diebus conueniebant, ſine vlla anticipatione lunari. quæ nos ſuo loco ſatis exagitauimus.

D

De conflictu Alexandri M. ad Arbela cum Dario, & initio Aſiatici imperij: déque Lunæ defectione, quæ ſub illum contigit. Plutarchus ab Scaligeri reprehenſione defenditur: & Scaliger ipſe grauiſſimi erroris arguitur. Alexandriæ conditæ annus illuſtratur.

Capvt XXXVI.

PLvtarhvs in Alexandro poſtremum Alexandri cum Dario conflictum ad Gaugamela, non ad Arbela geſtum obſeruat, & quidem cœleſti charactere notatum lunaris deliquij. ἡ μὲν οὖν σελήνη τοῦ Βοηδρομιῶνος ἐξέλιπε, περὶ τὴν τῶν Μυστηρίων τὴν Ἀθήνησιν ἀρχήν· ἑνδεκάτῃ δὲ ἀπὸ τῆς ἐκλείψεως νυκτὶ τῶν στρατοπέδων ἐν ὄψει γεγονότων, &c. *Ac Luna quidem Boedromione menſe defecit ſub id tempus, quo Myſteria Athenis ineunt.*

A *Vndecima poſt deliquium nocte, caſtris vtrimque in conſpectu poſitis.* De hac Lunæ defectione inſignis eſt Plinij locus lib. II capite LXX. *Nobili*, inquit, *apud Arbela Magni Alexandri victoria Luna defeciſſe noctis ſecunda hora prodita eſt: eadémque in Sicilia exoriens.* Menſis Boëdromion in Septembrem maiori ex parte congruit: vti libro I planum fecimus. Quare circa hunc menſem Lunæ inueſtiganda defectio, quæ Arbelis hora noctis ſecunda contigerit: in Sicilia verò ſub occaſum ipſum. Hic eſt annus Olympiadis CXII ſecundus, quo Archon Athenis fuiſſe perhibetur Ariſtophanes, authore Diodoro Siculo. Periodi Iulianæ 4383, cyclo Solis XV, Lunæ XIII. Hoc igitur anno Tabulæ noſtræ Pariſinæ Lunam defeciſſe fidem faciunt Septembris XX, feria II, ſequente III. Vera luminarium oppoſitio Lutetiæ accidit hora 17, 47′ à media nocte. Initium eclipſis hora 16, 9′. Finis hora 19, 25′. Non igitur tota in Galliis eſt conſpecta. At Arbelis, quorum longitudo eſt 80 graduum, & Pariſienſem meridianum horis 3, 44′ ſuperat; initium defectionis incidit hora 19, 53′ circiter: hoc eſt hora ſecunda noctis. Sol enim in gradu Virginis 22, 39′ verè ſitus erat. Ideo hora 6, 11′ poſt meridiem occidit. Medium eclipſis, hora 21, 31′. Finis hora 23, 19′. Durauit horas 3, 38′: ac digitorum fuit 14, 35′ ferè.
B Tota ergo defecit. In Sicilia verò; vtputa Drepani, cuius eſt longitudo graduum 37, cœpit hora 18, 39′ ſub occaſum Solis. At Syracuſis hora 18, 50′. Buntinghus ex Prutenicis Tabulis initium defectionis iſtius Arbelis ſtatuit hora 8, 45′. medium hora 10, 32′. finem hora 0, 20′ poſt mediam noctem. Qua ratione non ſecunda noctis hora, ſed tertia cœperit. Annus hic erat Nabonaſſari CCCCXVII, Epiphi XII; cuius Thoth iniit anno Periodi Iulianæ 4382, Nouembris XIV, feria VII. Annus erat Iudaici computi 3431, Tiſri character, 2, 14, 713, feria II, Septembris VI. Proinde plenilunium incidit in diem Tiſri XVI.

Scaliger his temporum notis minimè contentus, addit alias ex falſa Periodi Atticæ deſcriptione; quibus fretus Plutarchum inſignis oſcitantiæ redarguit: quòd & Boëdromionis XX die defeciſſe Lunam aſſerit; cùm Metagitnionis XX id acciderit; & pugnam Boëdromionis πέμπτῃ φθίνοντος, id eſt XXVI: cùm ſecundo die Boëdromionis commiſſa ſit; ſi quidem vndecima poſt defectionem die pugnatum fuerit. Etenim annus ille fuit Iphiti 446 iniens. Detractis ex methodo, quoad licet, 76, remanet annus Olympicæ Periodi, 66. Ablatis annis inde 38, ſupereſt
C Atticæ Periodi annus 28, cuius Hecatombæon cœpit Auguſti II; Boëdromion Kalend. Octobris. Vnde lunaris defectio facta eſt Metagitnionis XX. Ita Scaliger. Lib. v. pag. 396.

Verùm Plutarchus nihil aliud refert, niſi defeciſſe Lunam Βοηδρομιῶνος περὶ τὴν τῶν Μυστηρίων ἀρχήν. *circa myſteriorum initium.* quod falsò in XX Boëdromionis coniicit Scaliger. Nam myſteriorum celebritas per aliquot extendebatur dies, quorum numerus nobis haud ſatis compertus eſt. Quinque tamen fuiſſe videntur, quot & Theſmophoriorum, vt ex Ariſtophane Θεσμοφορ. colligimus. Apud Heſychium ita corrigendum. Τρίτη Θεσμοφορίων ζητεῖται πῶς. ἅμα μὲν λέγει τρίτην Θεσμοφορίων εἶναι, ἅμα δὲ μέσην τεττάρων οὐσῶν ἡμερῶν. pro eo quod vulgò legitur ὅσων. Hæc autem Ariſtophanis verba declarat: Myſteria diebus pluribus peracta.

Ἐπεὶ τρίτη 'στὶν Θεσμοφορίων ἡ μέση.

Quinque ergo Theſmophoria diebus peracta ſunt. Totidem & Myſteria. Horum primus vocatur ab Heſychio Ἀγυρμὸς, poſtremus εἰκὰς, ſiue Ἴακχος; quòd eo die, qui viceſimus erat Boëdromionis, pompam ducerent, quod Ἴακχον ἐξάγειν vocabant.
D Hæc nos pluribus ad Themiſtium. Qui Myſteriorum vltimus erat dies, hunc vnicum credidit eſſe Scaliger, & in plenilunium ſemper incidere. Boëdromionem enim iſtum non lunarem, ſed popularem eſſe voluit. Atqui diſpoſita Tetraëteride Atticâ, quomodo eam Scaliger inſtituit, anno eius quarto, Boëdromionis popularis die ſexto, nouilunium incipit, & plenilunium in viceſimum diem incurrit. Proinde Myſteria nonniſi quarto anno Tetraëteridis Atticæ, Olympicæ verò ſecundo, celebrari ſolita putauit idem: quæ opinio certiſſimis rationibus confutata eſt in Notis ad Themiſtium. Ea verò ſublata, vnà commentum illud eliditur Atticæ Tetraëteridos, & anni popularis. Nam ſi Myſteria vno die celebrata ſunt; qui dies erat viceſimus Boëdromionis: & nunquam niſi plenilunio celebrata; neceſſe eſt in XX diem menſis illius plenilunium quotannis incidiſſe: quod

& abſurdum eſt, & Scaligerianam doctrinam πρόῤῥιζον euertit. Verum eſt igitur A
& Myſteria à XVI die menſis ad XX continuata fuiſſe, & lunares omnes Athenienſium menſes extitiſſe; quod lib. I ſatis explicatum eſt. Anno quo Perſas Alexander prælio ſuperauit, Hecatombæon Atticus iniit Iulij IX, feria VI. Erat enim Ab Iudaicus anni 3430, cuius character 6, 13, 217, cyclo Solis XV, litera C. Boëdromion ergo Septembris VI cœpit feria II; cuius deſinente XV die, & ineunte XVI ab exordio noctis, Attico, & Iudaico more, Luna defecit; quo tempore primus Myſteriorum dies iniit, quæ nocturno tempore peragebantur. Vndecimo pôſt die, hoc eſt πέμπτῃ φθίνοντος Βοηδρομιῶνος, ſiue die XXVI, quæ Kalendæ erant Octobres, vicit Alexander. Ita cum Plutarchi narratione bellè omnia conſonant; neque Scaligeri caſtigatione opus eſt, qui Metagitnionis εἰκάδι defeciſſe Lunam, & ineunte Boëdromione debellatum eſſe cum Perſis cenſuit. Sed nos accuratius iſta diſputauimus in Notis ad Themiſtium.

Alexandria quo tempore condita.

Eadem illa Lunæ defectio non ſolùm ad Arbelicæ pugnæ tempus, & Macedonicæ monarchiæ adſtruenda primordia: ſed etiam Alexandriæ conditum inſigni charactere muniendum pertinet. Eodem enim anno Iuliano labente Alexandriam in Ægypto condidit Alexander. vt ex Diodoro, Plutarcho, Curtio, & Arriano liquet. B Quocirca Liuij Dec. I lib. VIII; Solini cap. XXXVIII; Caſſiodori, & aliorum caſtigandus eſt error. qui Alexandriam conditam ferunt anno illo, qui Coſſ. habuit C. Pœtelium, L. Papirium Mugilanũ. Hic enim eſt Vrbis annus Varronianus CCCCXXVIII. qui incidit in annum Per. Iul. 4388. Quinque igitur annis aberrant. Solinus addit Olympiade CXII. Sed anno 4388 cœpit annus tertius Olympiadis CXIII. At anno 4383, quo reuera condita eſt Alexandria, cœpit annus ſecundus Olympiadis CXII. Ideóque anno primo labente Olympiadis iſtius conditus attribuitur: Vrbis anno CCCCXXIII. Eutropius lib. II longè grauius labitur, dum eo anno Romæ conditæ Alexandriam extructam ſignificat; qui ſit CCCCXVI Varronianus. quo ſcilicet ambo Coſſ. de Latinis triumpharunt, iiſque ſtatuæ in Roſtris poſitæ ſunt. Quod Coſſ. L. Furio Camillo, C Mænio conuenit. Euſebius in Chronico: *Alexandria in Ægypto condita* VII *anno regis Alexandri. quo tempore etiam Latini à Romanis perdomiti ſunt.* Hic annus ab Abraamo numeratur MDCLXXXVII, & tertius Olympiadis CXII. Additis ex methodo perpetua 2696 C
ad annos Abraami, exiſtet annus Iulianæ Periodi 4383, cuius ab autumno cœperit annus Abraami 1687, & Olympiadis CXII tertius. Itaque anno vno tardius epocham Alexandriæ conditæ ſtatuit Euſebius. Ex iis minimè dubius eſt error

Cap. 89.

Nouæ veræque Chronologiæ, quæ anno Capitolinorum Faſtorum CCCCXXVII octauum annum Alexandri, adeóque Vrbis Alexandrinæ conditum affingit: quem tamen ſubinde reuera dicit annum eſſe Vrbis Romæ CCCCXV, quo Eutropius Alexandriam conditam refert.

Cap. 90.

Neutrum ſanè verum eſſe poteſt: ſi quidem annus ille lunari defectione notatur; quæ ſecunda noctis hora ad Arbela, Autumno contigit. Nam neque anno Capitolino CCCCXXVII, qui eſt Iul. Per. 4388: neque anno CCCCXV, qui eſt 4376, lunaris vlla defectio Autumno, id eſt Boëdromione accidit.

De initio Calippicæ Periodi. Declarantur lunares defectiones tres à Ptolemæo deſignatæ; ac Ptolemæus ipſe caſtigatur. D

CAPVT XXXVII.

DE Calippica Periodo copioſè lib. I, ac II diſſeruimus. Quibus in locis multiplicia ſuper hac Periodo Scaligeri cõmenta patefecimus. ac demum huius initium oſtendimus in annum incurrere Iul. Per. 4384; atq; ab æſtiuo Solſtitio procedere. Neq; verò plures vnâ fuiſſe, & quidem lunari. quod libro II capite præſertim XVIII planum fecimus.

Quod ab æſtiuo cardine, non autumnali, Calippici anni progreſſi ſint, declarat Ptolem. lib. III, vbi Solſtitium dicit obſeruatũ ab Ariſtarcho anno quinquageſimo exeunte primæ Periodi Calippicæ. Vnde colligimus circa Solſtitium cœpiſſe Neo-

Pag. 63. Gr. edit.

A meniam primam anni Calippici, ſiue Hecatombæonem. Annus obſeruationis Ariſtarchi eſt Iulianæ Periodi 4434. vti libro IV, cap. XXVI notauimus. quo anno iniit Calippicæ periodi primæ LI annus. Huius Hecatombæon ex Tabula Periodi, quam lib. II cap. XX repræſentauimus; cœpit Iulij XV, feria VI. Scirrophorion antecedens Iunij XV, feria IV. Labente itaque Scirophorione, eiúſque duodecimo circiter die, Ariſtarchus Solſtitium deprehendit. Ideo τῷ ν' ἔτει λήγοντι dixit Ptolemæus; *deſinente anno quinquageſimo*, notatum Solſtitium, anno CLII poſt obſeruatum ab Euctemone, & Metone Solſtitium: quod factum eſt Archonte Athenis Apſeude, anno Per. Iul. 4282. Ideo Ariſtarcheæ τηρήσεως annus eſt 4434. Hoc verò cœpit Calippicæ Periodi primæ annus LI, deſiitque L. In Tabula Periodi Calippicæ à nobis caſtigata annus quinquageſimus Neomeniam Hecatombæonis habuit Iunij XXVI, feria VII, cuius character 7, 7, 47'. Additis ex Tabella III menſibus XII: (Eſt enim embolimæus annus:) Scirophorion incidit in Iunij XV, feria IV. Hecatombæon ſequens, à quo annus LI incipit, Iulij XV, feria VI, cuius character, 6, 5, 25'. Meritò igitur Ariſtarchus anno quinquageſimo deſinente Solſti-
B tium deprehendiſſe ſcribitur.

pag. 364.

Si 12 Scirrophor. Callippici fuit Solstitium, igr Hecatombæonis neomenia facta est Solstitio Kal. 18

Lib. II cap. XX.

Hinc apparet rectè à nobis emendatum eſſe Ptolemæi codicem: vbi Calippicæ Periodi annis aliquot lunares tres defectiones aſſignantur. Prima contigiſſe dicitur anno νβ', id eſt LII Periodi ſecundæ (ſed legendum anno LIV; vti Trapezuntius vertit) anno Nabonaſſari 547, Meſori XVI, quo ſemihora circiter ante ortum deficere cœpit. Medium verò tempus eclipſis, hora ſeptima poſt meridiem. Finis, hora octaua cum dimidia, vti tres horas omnino durauerit. Sol in Virginis erat gradu 26, 36'. Secunda Lunæ defectio anno Periodi Calippicæ ſecundæ LV notatur; Nabonaſſari verò 548, Mechir IX. Cœpit hora XI, 20' à meridie diei IX. Medium hora XIII, 20'. ſiue 1, 20' poſt mediam noctem diei Mechir X. Deſiit igitur hora 4, 20' poſt mediam noctem, & horas quatuor obtinuit. Nam tota defecit. Sol in gradu Piſcium 26, 17'. Tertia anno conſignatur eodem Calippicæ periodi, & Nabonaſſari, Meſori V. Media defectio contigit hora 14, 15' à meridie Sole in gradu Virginis 15, 12' verſante.

Ptolem. L. IV. cap. vlt. pag. 106 Græcæ edit.

Harum trium Lunæ defectionum ratiocinia ita ex Pariſinis tabulis colliguntur.
C Prima conuenit in annum Per. Iul. 4513, Septembris XXII, feria VI. Plenilunium verum Alexandriæ hora 7, 15' à meridie. Initium defectionis, hora 5, 32'. Finis hora 8, 58'. Digitorum fuit paulò amplius 10, atque horas tenuit 3, 26'. Sol in gradu 26, 9', 39'' Virginis. quæ à Ptolemaicis, & Prutenicis epilogiſmis non multum abhorrent: in ſitu verò Solis minutis duntaxat 3', 39'' diſſident.

Altera defectio à nobis inueſtigata conuenit in annum Per. Iul. 4514. Oppoſitio vera Martij XX, hora 0, 44' poſt mediam noctem. Cœpit deficere hora 22, 50' poſt mediam noctem Martij XIX. Deſiit hora 2, 38' à media nocte XX diei menſis eiuſdem. Fuit digitorum fere 17: adeóque tota defecit, & horas obtinuit 3, 48'. Sol in gradu Piſcium 25, 39'. Tertiam inuenimus eodem anno Per. Iul. 4514. Plenilunium verum, ac media defectio Septembris XII, hora 2, 45' poſt mediam noctem. Initium hora 0, 53'. Finis hora 4, 38'. Tota porro defecit, ac digitorum fuit 18 $\frac{1}{3}$. Spatium horarum 3, 46'. Sol in gradu Virginis 15, 16', 33''. Et hîc ſolaris epilogiſmus perparum à Ptolemaico, & Prutenico calculo diſtat. Trium igitur iſtarum eclipſeon prima pertinet ad annum Per. Iul. 4513, & ſecundæ Periodi Calippi
D quartum & quinquageſimum: hoc eſt ab initio Calippi numeratur annus CXXX. Si ergo de 4513 detrahantur 130, reſiduus erit annus 4383. Proinde ſequenti anno Calippica periodus iniit. Si annus CXXX Calippicus à Solſtitio anni 4513 incœpit, conſequente Martio idem perſeuerauit annus. adeóque Ptolemæus ſcripſit, τῷ αὐτῷ νδ' ἔτει τῆς αὐτῆς περιόδου. Tertia denique cùm poſt Solſtitium anni 4514 Boëdromione menſe contigerit, pertinet ad annum CXXXI ab initio Calippi, ſiue LV annum Periodi ſecundæ. vt non dubitem ſcripſiſſe Ptolemæum aut Hipparchum τῷ νε' ἔτει τῆς δευτέρας περιόδου. non, vt vulgò, τῷ αὐτῷ νε' ἔτει.

Nolo hîc ea repetere, quæ de hac periodo lib. I, & II diligentius, vberiúſq; tractata ſunt. Vnum poſtremò de illius epocha ſubiiciam, ſummatimque concludam. Cœpta eſt igitur Calippica periodus anno Per. Iul. 4384, ab æſtiuo Solſtitio. quod ſæculo illo circa XXVII Iunij congruebat; cyclo Lunæ XIV, Solis XVI; litera B.

Annus erat Iudaicus 3431 : cuius Tiſri cœpit anno Per. Iul. 4383, cyclo Solis xv, litera C, feria ii, Sept. vi. Huius enim character eſt 2, 14, 723, anno embolimæo. Itaque Neomenia Thamuz cœpit feria 3, 22, 13, Iunij xxix, anno Per. Iul. 4384. Hic fuit Hecatombæon Calippicus primus. At Scaliger lib. ii in Tabula Periodi Calippicæ lunaris, Neomeniam Hecatombæonis ſtatuit in Iunij xxviii, litera B, errore manifeſto. Nam character feriam iv poſtulat Iunij xxix. Tametſi potuit Calippus Neomeniam in xxviii defigere; quoniam medium Nouilunium in ipſum diem Iunij xxviii cadebat, horis in meridiano Hieroſolymitano poſt meridiem iv. Sed cùm Scaliger lunares omnes rationes aliàs ex Iudaica methodo deſcribat, non debuit hoc loco ab iis diſcedere. A

pag. 68.

De epocha annorum Philippi, & mortis Alexandri. ac primùm Scaligeri, aliorúmque falſa de illius nomine & inſtitutione opinio reiicitur. B

CAPVT XXXVIII.

CELEBRANTVR apud Aſtronomos Græcos pariter, & Arabas epochæ duæ; quarum prior à morte Alexandri ducitur, eadémque titulo annorum Philippi notatur; altera Seleucidarum inſcribitur; Arabes Terik dil-karnaim nominant. De priore hìc agendum. Scaliger & hìc, & lib. i cap. de Periodo Macedonica æſtiua, Macedones putat hactenus Olympica periodo, ac Tetraëteride ſine vlla differentia vſos eſſe: poſtea Philippum Alexandri patrem menſes Metonicos in Macedonicam periodum recepiſſe: ac tum peritos Macedonum nouam in eius gratiam condidiſſe periodum, quam à diebus verni ſideris auſpicati ſunt. Huius periodi principium dilatum ab illis cenſet in annum Per. Iul. 4390, quo Alexander obiit; ita vt Philippus finem tantum illius viderit. Philippeam porro periodum appellatam exiſtimat à Philippo Amyntæ F. Alexandri patre, non à Philippo Aridæo Alexandri fratre, atque ſucceſſore. quod qui ſentiunt, ne tanti quidem eos eſſe dicit, vt confutentur. C

Scaliger lib. i. pag. 47.

Hæc Scaligeriana ſententia libro i, vbi de Macedonicis periodis egimus, ſatis ſupérque caſtigata, pleniſſiméque confutata eſt: cùm & illud oſtendimus, nullam aliam illius periodi comminiſcendæ cauſam habuiſſe Scaligerum, quàm Ioſephi locum quendam perperam acceptum. Itaque negandum eſt, vllam à Macedonibus vnquam periodum eſſe conditam, quæ Philippea diceretur. Eſt enim Scaligeriana iſta perſuaſio ſæpius exploſa, quæ Macedonas, adeóque Græcos omnes affirmat Calippicam periodum in vſum popularem admiſiſſe. quod ridiculum commentum nullo antiquitatis teſtimonio fulcitur. Sola igitur æra, vel titulus temporum, & epocha à morte Alexandri proceſſit, citra periodum nouam: quemadmodum Chriſtiani à Chriſti ortu, vel paſſione, ſine periodo, tempora computarunt: Arabes ab Hegira, ſiue fuga Muhammedis. alij denique populi aliunde temporum ſuorum initia computant. Vti verò ridiculum ſit totidem ab illis conſtitutas putare periodos, quot epochas inſtituerunt; ita falſum eſt, Græcis aut Syris, cæteriſve nationibus periodos adſcribere, quoties nouum aliquem titulum ciuilibus temporibus præfigunt. D

Falſa Scaligeri ſententia de Philippi annis.

Redeo ad annos Philippeos, qui ab obitu Alexandri putantur: quam epocham vna cum periodo conſtitutā in honorem Philippi Amyntæ F. patris Alexandri M. libro i, ac ſecundo huius Operis ariolatur. Verùm euerſo iam coniecturæ illius argumēto vnico, quod ex periodi inſtitutione petitur, per ſeſe reliqua corruūt. Quis enim vllam periodum Philippeam appellatam eſſe legit? quis in gratiam Philippi Alexandri M. patris cdiōtam fuiſſe? Hic enim ante annos duodecim mortuus iam erat. Quare nihil cunctandum eſt, quin ei, quam irridet, & contemnit, ſententiæ potiùs aſſentiamur; à Philippo Aridæo epocham illam atque æram nomen obtinere. Diodorus, Plutarchus, Iuſtinus, Curtius; Hiſtorici denique Alexandri rerum omnes, poſt illius obitum referunt conſenſu Macedonum Aridæum ad regnum eſſe prouectum, & Philippi nomine conſalutatum. Ab eo, non ab altero

A Philippo Aridæo nomen [accepit.

A æra illa, quæ ab Alexandri morte putatur, Philippi titulum noménque ſortitur. Docet hoc inter alios Georgius Monachus, cuius MS. codicem penes nos habemus: qui τὸ πρῶτον ἔτος Φιλίππου τοῦ Ἀριδαίου τοῦ μετ᾽ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα βασιλεύσαντος Μακεδόνων commemorat. Locum pleniorem vide fine pag. 287.

Itaque Serario noſtro eruditiſſimo viro, vt & aliis, impoſuit Scaliger; cùm in Commentariis ad LL. Maccabæorum obſeruabat, *annos Græcorum vſque ad Seleuci regnum nominatos eſſe Philippicos, non ab illius fratre, ſed patre, à quo ante Alexandri mortem numerari ſolebant.* Vtrumque Scaliger illi perſuaſerat: ſed fruſtrà. Nam neque à Philippo patre Alexandri M. ſed ab eius fratre, & ſucceſſore nominati ſunt: neque ante obitum Alexandri annis vllis eiuſmodi vocabulum eſt inditum. Quod addit Serrarius, ita Alphraganum, Albategnium, Theonem, Cabaſilam Comment. VI in Ptolemæum, & Cenſorinum teſtari: de Arabibus facilè concedam: cæterorum nemo, quod ſciam, aſſeuerauit vnquam à Philippo patre Philippeos eſſe dictos; aut ante obitum Alexandri ita vocatos fuiſſe. Sed omnes iſti vno ore Philippeos annos, ſiue ab Alexandri obitu, ab ipſomet anno deducunt, quo Ale-
B xander exceſſit. Cenſorinus cap. XXI de variis annorum epochis agens. *Item*, inquit, *Philippi, qui ab exceſſu Alexandri magni numerantur; & ad hunc vſque perducti annos quingentos ſexaginta duos conſummant.* Theon quoque ab æra Nabonaſſari ad æram Philippi, ſiue mortem Alexandri annos Ægyptiacos computat CCCCXXIV; quod & Ptolemæus lib. III docuit, & Alphraganus, Albategnius; tum Canon ille Mathematicus ex Ptolemæo deſcriptus, cuius ſuprà lib. IX capite LII de æra Nabonaſſari meminimus. Quamobrem duo iſta doctorum ex hominum ſcriptis ac ſententiis euellenda ſunt, quæ authore Scaligero hactenus amplexi fuerant. Alterum, annos Philippi à Philippo Alexandri patre nominatos eſſe; alterúm, ante mortem Alexandri eâdem inſignitos appellatione fuiſſe. Quod vtrumque, alios vt omittam, Chriſtmannus ſecutus eſt. Sanè prius illud de appellatione Philippeorum annorum ab Aridæo Scaliger ipſe in Iſag. Can. lib. III pag. 293 non veritus eſt adſciſcere. Etſi dubitando pronunciat, ſiue ab Aridæo; ſiue à Philippo Alexandri patre cognomen impoſitum. In quo nil præter ſolitum leuis in eam ſententiam inclinat, quam hoc in V libro de Emend. indignam iudicarat, quam
C confutaret. Quod ad Arabes ſpectat; Alphraganus cap. I annos Philippi ab Alexandri patre nominatos credidit. Quod ita Chriſtmannus explicat. Cùm Græcæ hiſtoriæ imperiti admodum ſint Arabes, annos Seleucidarum, quos Alexandreos vocant, quique XII annis poſt Alexandri obitum computari cœperunt, ab imperij illius exordio deductos eſſe ſuſpicati ſunt. Vnde annos Philippi, qui duodecim annis Seleucidarum æram antecedunt, ab initio regni Philippi patris Alexandri numerarunt. Ita Chriſtmannus. Quod vt de Alphragano arbitrari poſſumus; ſic de Albategnio dubitamus. apud quem haud ſcio an legatur, annos iſtos Philippeos vocari. Sæpius enim horum cùm meminit, annos ab Alexandri morte nominauit. Abſurdum eſt autem quos ab obitu Alexandri putaret annos, eoſdem ab eius exordio numeraſſe.

Serarius à Scaligero deceptus.

Conſtituitur verum tempus epochæ annorum Philippi, ſiue mortis Alexandri.
D *vbi & de annis iſtis accuratè diſſeritur.*

Capvt XXXIX.

CENSORINVS loco illo paulò anteà memorato, de initio annorum Philippi ſcribere ita pergit: *Sed horum initia ſemper à primo die menſis eius ſumuntur, cui apud Ægyptios nomen eſt Thoth.* Anno igitur eo, quo mortuus eſt Alexander; ab illo die, in quem Neomenia Thoth incurrebat, anni ab illius obitu, vel ab Aridæi primordio procedere cœperũt. Verùm cùm Neomenia Thoth poſtea fixa fuerit, & Ægyptiacus annus vagus, ac ſolutus anni Iuliani frænis cohibitus ſit; quæri poteſt, vtrum à Neomenia vaga, an ab Iulianâ, atque fixa Philippei anni putarentur. Vetuſtiſſimi quique ſine dubio epocham annorum iſtorum in Thoth Ægyptiaco, & vago conſtituebant. Ptole-

mæus enim, vt antè ſcripſimus, & Mathematici omnes à primo Thoth Nabonaſſari ad Thoth Philippi annos numerant præcisè CCCCXXIV. qui ſunt Ægyptij ac ſoluti. Vnde methodus eſt iſta Philippeorum annorum, vt inuentis Nabonaſſareis, de ſummâ deducantur anni CCCCXXIV. Exemplum. Cenſorinus loco citato ſcribit annum illum, quo præſtantiſſimum libellum exarabat, fuiſſe Nabonaſſari nongenteſimum octogeſimum ſextum: Philippi verò, ſiue ab obitu Alexandri Magni, quingenteſimum ſexageſimum ſecundũ. Detractis de DCCCCLXXXVI, annis CCCCXXIV, reſtant anni DLXII. Item Alphraganus cap. I, interuallum inter Nabukadnezarem (quo nomine Nabonaſſarum Arabes omnes intelligunt) & Iezdegirdem, annorum Perſicorum definit 1379, menſium 3: interuallum autem inter Philippum, & Iezdegirdem, annorum Perſarum 955, menſium 3. Quod ſi de annis 1379, menſibus 3, deducas annos 955, menſes 3, interuallum à Nabonaſſaro ad æram Philippi ſupererit, annorum Perſicorum, & æquabilium, 424. Quamobrem à Neomenia Thoth, quæ Alexandri obitum eſt conſecuta, primus annus Philippeus incipit. Mortuus eſt Alexander anno Periodi Iulianæ 4390. Eodem anno Thoth quadringenteſimus viceſimus quintus à Nabonaſſaro cœpit Nouembris XII, feria I, cyclo Solis XXII, litera A. Propterea character annorum Philippi ab Alfragano, ex authoritate Ptolemæi, ſtatuitur feria I. Anno ergo Periodi Iulianæ 4390 primus Thoth ab obitu Alexandri, vel annorum Philippi duxit exordium. quod quidem ex omnibus cœleſtium φαινομένων exemplis apparet, quæ cum iſtius epochæ mentione Ptolemæus deſcripſit.

Albategnius annis Alexādreis fixis vtitur.

Apud Albategnium tamen anni ab obitu Alexandri ſæpius Iuliani eſſe videntur; ac fixi; rarò Ægyptiaci, ac ſoluti: quemadmodum & anni Dilkarnaim: quod etiam eruditis viris impoſuiſſe ſcimus. Anno Chriſti DCCCLXXXII Albategnius æquinoctium autumnale deprehendit Elul XIX, hoc eſt Septembris Iuliani, anno poſt mortem Alexandri MCCVI, vt ipſe teſtatur cap. XXVII libri de ſcientia Stellarum: anno Dilkarnaim MCXCIV, octaua die Pachon. Addantur ex methodo anni CCCCXXIV ad annos Philippi, conficiet Nabonaſſari MDCXXX; cuius Thoth iniit anno Periodi Iulianæ 5595, æræ Dionyſianæ DCCCLXXXII, Ianuarij XV, feria II, cyclo Solis XXIII, litera G. Oſtendimus autem lib. IV Buntinghum & Scaligerum erraſſe, qui obſeruationem iſtam in annum ſequentem, Chriſti DCCCLXXXIII conferunt. Quo ex errore falsò lib. V cap. de primo Thoth Philippi Scaliger aſſerit; Albategnium annos ab obitu Alexandri putare in æquinoctiali hac τηρήσει à Kal. Octobris, non à Thoth Nabonaſſari. Sed cùm anno Chriſti DCCCLXXXIII æquinoctium illud notauerit, quem in annum Thoth Nabonaſſari MDCXXX incidit, idémque ab obitu Alexandri MCCVI, euidens eſt vago illius anni principio Albategnium vſum fuiſſe. At cap. XXX idem Albategnius defectum Solis obſeruauit anno ab obitu Alexandri MCCXIV, Dilkarnaim MCCII, Aractæ; cùm ambo ſidera in Leone eſſent. Contigit hæc eclipſis ex accuratiſſimo Pariſinarum tabularum calculo anno Chriſti DCCCXCI, cyclo Lunæ XVIII, Solis IV, litera C. Auguſti menſis VIII, hora 12, 42′ poſt mediam noctem in Horizonte Aractæ. Initium hora 11, 17′. finis hora 14, 17′. Duratio horarum ferè 3, apparenti tempore. Fuit digitorum 8, 48′ circiter. Sol verò motu in Leonis gradu 19, 14′, planè ad Albategnij deſcriptionem. Hîc ſi ad annos Philippi MCCXIV adiiciantur anni CCCCXXIV, fient anni MDCXXXVIII Nabonaſſari. Atqui Thoth anni Nabonaſſarei MDCXXVIII, iniit anno Chriſti DCCCXC, Ianuarij XIII, feria III, cyclo Solis III; litera D. Eclipſis verò contigit anno Nabonaſſari MDCXXXIX. Philippi autem, ſi vagos annos cogites, anno MCCXV: qui eodem die Ianuarij cœpit, feria IV, cyclo Solis IV, litera C, Pharmuthi XXII. Propterea non poteſt annus ille poſt Alexandri mortem vagus, & Ægyptius eſſe, ſed fixus, & Iulianus; cuius initium ab Octobris Kalendis deducitur. Anno Periodi Iulianæ 4390 obiit Alexander. Ab eo Thoth, qui mortem eius conſecutus eſt, videlicet à Nouembris XII, æra Philippi anno ſoluto complexa progreditur. ab Octobris verò Kal. annus primus eiuſdem æræ Iulianus, ac defixus iniit, feria itidem prima, à qua & vagus annus. Quare ſi ad 4389 abſolutos addas Iulianos 1214, conficiet annus Periodi Iulianæ 5603: de quibus detracti 4713 relinquunt annos Chriſti 890. Ergo anno Chriſti 890 à Kalendis Octobris cœpit annus fixus poſt mortem Alexandri, ſiue Philippi 1214.

Pag. 399.

Eclipſis Solis Albategniana.

A B C D

cuius

A cuius Ab octauo Sol defecit. Verum eſt igitur, quod diximus annos poſt Alexandri mortem aliàs fixos ab Albategnio ſumi, aliàs ſolutos, & Ægyptiacos.

Alia Solis eclipſis mendosè ab Albategnio concepta.

Aliam Solis eclipſin obſeruabat idem author, eodem capite, anno Dilkarnaim MCCV, ab Alexandri morte MDLIV, ante mediam diem XXIII diei menſis Huni ſecundi, tribus horis, & duabus ferè tertiis vnius horæ æqualis; in Aquario, cùm Sol gradum eius obtineret 8, 35′. Annus MCCV Dilkarnaim, vt ex ſequenti capite conſtabit, debet eſſe vagus, atque ab Neomenia Thoth incipere: quæ anno Chriſti DCCCXCIII iniit Ianuarij XII, feria VI. Ac reuera anno eodem Solis defectio contigit. Ianuarij XXI, Sole gradum Aquarij 7 occupante. Sed neque Aractę, neque in toto hemiſphærio noſtro conſpecta eſt. Nam nouilunium verum ex noſtris tabulis incidit in horam 10 ferè poſt meridiem diei XXI. Latitudo vera 0, 12′, 20″. Sed & falſa eſt nota anni ab Alexandri obitu MDLIV. Debebat enim putari annus ad ſummum MCCXVII. Quare miſſum hoc exemplum faciamus.

Lunares eclipſes Albategnij.

Item eodem capite Lunam defeciſſe notat Albategnius anno Dilkarnaim MCXCIV; ab Alexandri morte MCCVI, Tamuz XXIII, qui eſt Iulius, horis VIII, &
B paulò ampliùs, à meridie, in horizonte Vrbis Aractæ; Sole in quarto gradu Leonis conſtituto. Accidit hoc cyclo Lunæ X, Solis XXIV, anno Chriſti DCCCLXXXIII. Annus erat Iudaicus 4643; cuius Tiſri character 1, 17, 1026, feria prima, cyclo Solis XXIII, litera G; anno Chriſti 882, Septembris XVI. Adiecto charactere menſium X, Neomeniæ Ab character 3, 1, 316, Iulij IX, feria III, cyclo Solis XXIV, litera F. anno Chriſti 883. Itaque Ab XVI ineunte, horis 2 ab initio noctis, Luna defecit. Tabulæ Pariſinæ plenilunium verum hora 7, 34 à meridie diei 23 Iulij. Cœpit eclipſis hora 6, 5′, 20″. Deſiit hora 9, 21′, 20′. & Aractæ viſa eſt ſtatim ferè poſt ortum ſumma eius obſcuratio, quæ digitorum extitit 10, 15′. Tota duratio horarum 3, 16′. Sol in Leonis gradu 4, 1′. Hîc annus MCCVI ab Alexandri morte non æquabilis, & vagus eſt, ſed Syrorum more fixus. Etenim annus vagus Philippi MCCVI, additis ex regula CCCCXXIV, conficit annum Nabonaſſari MCCXXX; cuius Thoth iniit anno Chriſti DCCCLXXXII, Ianuarij XV, feria I, cyclo Solis XXIII, litera G. Quare eclipſis Lunæ cadit in annum æquabilem Nabonaſſari MDCXXXI, Philippi MCCVII, Phamenoth X. Similiter anno Dilkarnaim MCCXII, à morte
C Alexandri MCCXXIV, eclipſin aliam Lunæ contigiſſe memorat Albategnius cap. XXX, poſt meridiem horis 15, 35′ in Horizonte Aractenſi, Sole in gradu Leonis 14, 36 conſtituto. Conuenit Auguſti III, horis 3, 35′ poſt mediam noctem. anno Chriſti DCCCCI, cyclo Lunæ IX, Solis XIV, litera D. Annus erat Iudaicus 4661. cuius Tiſri character 5, 12, 1032, feria V, Auguſti XXVIII, cyclo Solis XIII, litera F E, anno Chriſti CM. Addito charactere menſium XI. (Eſt enim annus embolimæus:) formabitur character Ab, 1, 9, 35. Iulij XIX, feria prima, cyclo Solis XIV, litera D, anno DCCCCI. Proinde Ab XVI, horis 9, 35′ ab ineunte nocte contigit Plenilunium. In Pariſinis tabulis inuenio veram oppoſitionem Auguſti 3, hora poſt mediam noctem Aractæ 3, 8′. ac tum Luna tota defecit: Initium hora 2, 10′. Durauit horas 2. Solis verus locus in gradu Leonis 14, 32′. Non poteſt hac in deſcriptione alius eſſe annus ab obitu Alexandri, quàm fixus, & Iulianus, qui ab Octobri cœpit anni Chriſti DCCCC. Etenim annus vagus ab Alexandri obitu MCCXXIV iniit cum anno Nabonaſſari MDCXLVIII à Thoth, qui X diei Ianuarij conuenit anni Chriſti DCCCC. Quare anno MCCXXV vago ab Alexandri
D obitu Lunæ defectus accidit: Iuliano verò MCCXXIV. Sed exemplorum ſatis eſt. Hinc euidens eſt, annos à morte Philippi, tam Iulianos, quàm vagos, ab anno Periodi Iulianæ 4390, mundi 3660 iniiſſe. Sed Iuliani à Kalendis Octobris, vagi à XII Nouembris, vbi Thoth Nabonaſſarei anni CCCCXXV tum fortè repertus eſt.

 A

Expenditur noua quædam opinio de anno obitus Alexandri, qui duodecim annis tardius, quàm vulgò hactenus factum eſt, ponitur.

Capvt XL.

QVi nouæ, veræque Chronologiæ titulum libro ſuo præſcripſit, an-
C. lxxxvii & ſequentibus. num, quo Alexander M. obiit, diuerſa planè, & inaudita hactenus
ratione conſtituit anno illo, qui ante Chriſtianam æram putari ſolet
vndecimus ſuprà trecenteſimum. qui quidem in annum Iul. Per.
confertur cccccii, Olympiadis verò cxvii primum. Ita duodecim
annis tardius, quàm communis ratio fert, illius obitum aſſignat. Verùm quæ ad
id efficiendum argumenta protulit, nequaquam idonea mihi videntur. Sunt au-
tem ferè ex Liuij teſtimonio petita. Primùm ille libro ix Dec. i annum Vrbis
conditæ ccccxxxiv ex Faſtis Capitolinis, Varronianum verò ccccxxxv, pri-
mum computat ab Alexandri obitu. quo etiam in loco fuſè, elegantérque diſpu-
tat, ecquid Alexandro, ſi in Italiam bellum tranſportaſſet, par eſſe virtus Roma- B
na potuerit. Atqui annus V. C. ccccxxxv eſt Iul. Per. 4395. Alter locus eſt lib. v
Dec. v. Ibi enim Macedonicum imperium à ſummo culmine fortunæ ad vltimum
finem, centum quinquaginta annos ſtetiſſe ſcribit. Extinctum eſt autem impe-
rium illud anno V. C. Varroniano dlxxxvi. de quo detractis cl reſidui ſunt cccc-
xxxvi. Hoc igitur anno Macedonum imperium cœpit. Eſt autem hic Vrbis an-
nus Periodi Iulianæ 4396. Ergo eodem anno Perſicum imperium in ſeſe tranſtulit
Alexander. cúmque ſex illud annis tenuerit, circa annum 4402 obiit.

Tertium partim ex eodem Liuio, partim ex aliis authoribus aſſumitur. qui Ale-
Liuius lib. viii Dec. i. xandriam conditam aſſeuerant alio anno, quàm qui vulgò memoratur: nempe
V. C. ccccxxvii, quo Coſſ. fuerunt C. Pœtelius, L. Papirius Mugilanus. Soli-
nus verò cap. xxxviii addit Olympiade cxii eſſe conſtructam. Porrò cùm octo
annis poſt Alexandriæ conditum vixerit Alexander, ex illa ratione conſequens
eſt, mortuum illum videri anno V. C. ccccxxxv. Reſpondemus ex iis ipſis Scri-
ptorum teſtimoniis, vnum tantùm duodecim annorum μεταχρονισμὸν vtcumque C
colligere. Nam primum & tertium non plures quàm ſex annos efficiunt; ſi qui-
dem aliquid inde concluditur. At non ita eſt. Etenim in priore, Liuius non dicit
anno V. C. ccccxxxiv; ad quem Romanorum & Alexandri comparationem il-
lam diſſerit; mortuum eſſe Macedonem. ſed tantùm ætate illa floruiſſe. Quippe
initio quoque libri viii, C. Plautio ii, & L. Æmilio Mamerco Coſſ. hoc eſt an-
no ccccxiv, *Eadem*, inquit, *ætas rerum Magni Alexandri eſt*. Non igitur exactè ac
præciſè annum illum definit. Sic in ſecundo loco, qui xii annos adſtruere vide-
tur, Liuius rotundo numero cl annos concipit, cùm reuera nonniſi cxlv nume-
rentur. Ad poſtremum quod attinet, non dubium eſt hallucinatos illos omnes eſ-
ſe, qui Alexandriam Pœtilio, & Papirio Mugilano Coſſ. extructam aſſerunt: hoc
eſt anno Varroniano ccccxxviii Periodi Iulianæ 4388. vt paulo antè docuimus.
Sed imprimis conſideranda nobis eſt nouæ opinionis minimè ipſa ſibi conſenta-
nea ratio. Etenim modò annum cccxi ante æram Chriſti primum ab Alexandri
Cap. 87. obitu eſſe definit, è Kalendis Octobris. Eſt hic annus Per. Iul. 4402, quo annus D
primus iniit Olympiadis cxvii; Vrbis autem Varronianus ccccxlii. Hac ratio-
ne conditam eſſe oportet Alexandriam anno 4395, octauo ante Alexandri mor-
tem. Aliâs verò annum illum, quo Perſeus Macedonum poſtremus rex ab Æmi-
Cap. 88. lio deuictus eſt, centeſimum ſexageſimum primum ante Chriſtum; poſt Alexandri
mortem, centeſimum quinquageſimum computat; V. C. dlxxxv Capitolinum. At-
qui ambo iſta pugnāt inuicem. ſi enim de 585 demas 150, reſidebit annus 434 Capi-
tolinus, quo mortuus eſt Alexander. qui eſt Iul. Per. 4395. At annus 161 ante Chri-
ſtum numeratur in eâdem periodo 4535. de quo detractis 150: supereſt 4403; qui
eſt primus ab Alexandri morte. Ita circa annum 4402 obierit. Præterea octauum
annum ante Alexandri obitum, quo condita eſt Alexandria, anno Faſtorum Ca-
Cap. 89. pitol. imputat ccccxxvii, & proximo capite eundem reuera conditæ Vrbis cccc-
xv fuiſſe diſputat. Annus Capitolinus ccccxxvii incidit in Iul. Per. annum 4388.

A At cccc xv in annum 4376. Neuter octauus eſt ante annum illum, qui ſit trecenteſimus vndecimus retrò annus à Chriſto. quem author idem primum ab Alexandri obitu numerat: videlicet Per. Iul. 4402. Sunt hæc igitur ἀσύγκλωστα, miniméque congruunt. Poteſt denique vno verbo confici quæſtio ex iis, quæ ſuprà de lunari illa defectione diximus, qua tam annus victoriæ Alexandri Magni de Dario, quàm Alexandriæ conditæ munitur. Cùm enim omnium conſenſione Scriptorum anno octauo ante mortem Alexander & Darium poſtremò ad Arbela vicerit, & de ſuo nomine vrbem in Ægypto condiderit: ea verò nocte, quæ prælium anteceſſit, circa ſecundam noctis horam Luna defecerit; nullo id alio anno contigit, quàm qui in Iul. Per. cenſetur 4383; ante Chriſtianam epocham trecenteſimus triceſimus. Vnde neceſſariò & ἀποδεικτικῶς efficitur, Alexandrum obiiſſe anno cccxiii ante Chriſtum.

Græci aliquot poſt Alexandri M. obitum annis, adeóq; ſub Seleucidarum Aſiatico imperio nouam æram & epocham auſpicati ſunt ab eo tempore, quo Seleucus in Aſia regnare cœpit. Hic eſt annus Per. Iul. 4402, Olympiadis cxvii primus, quo, vt author eſt Diodorus, Seleucus Babyloniam, vnde Antigonum veritus
B profugerat, exigua manu recuperauit, & Nicanore Antigoni duce ſuperato, Mediam, Suſianam, aliáſque prouincias in ditionem ſuam accepit. Hinc igitur Seleuci imperium incipit; vnde & Euſebius in Chronico Seleuci annos orditur: & Seleucidarum deinceps tempora propagata ſunt. Idem inſuper Euſ. lib. viii de Demonſ. cap. ii anno xii poſt Alexandri mortem Seleucum Aſiæ regnaſſe refert, qui eſt annus à Cyro ccxxxviii: quod & veriſſimum eſt. Nam ab anno Per. Iul. 4155, quo Cyrus iniit, ad 4402 ſunt anni totidem. Quoniam verò Alexander Ammonis filius habitus eſt, & duobus cornibus arietinis inſignis illius, nec non ſucceſſorũ eius imago viſebatur, ideo Arabes Terik dhilkarnaim, id eſt epocham δικέρωτος æram illam nominarunt, vt rectè Scaliger obſeruat: quod mihi probabilius videtur, quàm quod aliis placet; vel à duplici Orientis, & Occidentis imperio ita nuncupatum; vel quod arietem illum, de quo Danielis viii agitur, bello ſuperarit. Sed in eo Scaligero, & eius ſectatoribus aſſentiri nequeo, quòd Alexandream neſcio quam periodum à Calippo vocatam, & illius honori dicatam ſentiunt. Vtrumque commentitium eſt. Alexandrea enim ab Alexandri ſucceſſo-
C ribus vocata eſt; non ab Alexandro ipſo; & citra periodum, æra ſola, & epocha id nominis eſt conſecuta. Ea conſtat annis ferè Iulianis ac fixis, quorum initium eſt ab Octobri. Ita fere apud Albatenium in ſuperioribus exemplis. Anno Chriſti dcccxci Auguſto menſe currebat annus Dhilkarnaim mccii, qui ab Octobri cœpit anni dcccxc Chriſti: ex quo ſequitur, annum primum Dhilkarnaim inchoatum eſſe anno Per. Iul 4402. Rurſus anno Chriſti dccclxxxiii, Iulij xxiii erat, adhuc annus Dhilkarnaim mcxciv, qui cœpit anno Chriſti dccclxxxii Per. Iul. 5595. Vnde idem efficitur initium anni primi Dhilkarnaim. Quod enim anni æquabiles, & ſoluti eſſe nequeant, ex iis, quæ capite proximo de æra Philippi, cum Nabonaſſarea comparata diximus, euidens eſt. Vnus tamen locus eſt Albategnij; in quo Ægyptiacos annos ad hanc æram applicauit, vti lib. iv demonſtrauimus. Etenim æquinoctium Autumnale, quod anno Chriſti dccclxxxii obſeruauit, Septem. xix, deprehenſum eſſe memorat anno Dhilkarnaim mcxciv, poſt Alexandri mortem mccvi. Non poteſt annus Dhilkarnaim eſſe Iulianus.
D Quippe annus Chriſti 882 eſt Per. Iul. 5595. de quo detracti 4401 relinquunt 1194. vt ab Octobri anni 5595 inerit annus 1194. Atqui currebat hic ipſe annus Auguſto menſe, qui Octobrem anteceſſit. Fuerit igitur annus Dhilkarnaim iſte vagus, & à Thoth Nabonaſſareo cœperit oportet, qui Ian. xv anni Chriſti 882 congruit. Vt enim annus Nabonaſſari ccccxxxvii inchoatus eſt anno Per. Iul. 4402 à Thoth in Nouemb. ix incidente. ita ab eodem Thoth cœpit annus primus vagus Dhilkarnaim. Detractis ergo annis 436 de anno Nabonaſſari currente, habes annos vagos Dhilkarnaim. Anno Chriſti 882, Ian. xv cœpit Thoth anni 1630 Nabon. Deductis annis 436, ſupereſt annus 1194, qui ab eodem Thoth auſpicatus eſt. Sed hæc capite illo libri iv diſcuſſa. Poſtremò ridiculum eſt, quod in fine capitis Scaliger ariolatur; in illis numis Regum Syriæ, quorum à tergo homo nudus viſitur cum baculo in ſiniſtra manu dextra Solem geſtans, lunam verò

in vertice capitis; hominem illum nudum, eſſe annum, cuius menſes lunares ſunt A
in capite, hoc eſt penes Magiſtratum; ſolares autem ſunt πρόχειροι, expoſiti vulgi
vſui. Quod otioſum μάντευμα ludibrium magis, quàm ſeriam confutationem
meretur. Hac æra Iudæi potiſſimum vtuntur, vt ex libro ſecundo Machabæorum apparet, & ex recentioribus Iudæis, qui hanc contractuum æram nominant.

Hebraicè מנין שטרות: de cuius origine ſtrenuè more ſuo nugantur. R. Abraham Leuita Ben Dauid ſcribit Alexandrum cum Simeone Iuſto, qui & Iaddus, pactum eſſe, vt omnes, qui illo anno naſcerentur ſacerdotibus, vocarentur Alexandri; vtque numerum contractuum ſuorum ab eodem inchoarent anno; quem & ait fuiſſe egreſſionis ex Ægypto milleſimum; mundi ter milleſimum quadringenteſimum quinquageſimum. quod & Elias in Thiſbi retulit. Sed exoticæ Græcæque hiſtoriæ inſcitia craſſiſſimos ſtupidiſſimóſque Hebræis iſtis errores obtulit: in quibus non ille minimus eſt, quòd ab Alexandri ineunte regno, vel Aſiatico imperio Contractuum æram putari ſibi perſuadent; quæ duodecim poſt eius obitum annis, ab eo verò, quo cum ſummo Pontifice congreſſus eſt, circiter octodecim cœpit. Annus mundi ter milleſimus quadringenteſimus quinquageſimus Iudaici computi iniit anno ipſo Periodi Iulianæ 4402, duodecim annis B
poſt obitum Alexandri. Sunt qui שטות interpretari malint *dominatus*, propter Alexandri ſucceſſores, & imprimis Aſiæ principem Seleucum. Vtut ſe res habet, certum eſt æram iſtam ab anno mundi 3672, Periodi Iulianæ 4402 incipere, Olympiadis CXVII anno primo, Iudaico ineunte 3450, cyclo Solis VI, Lunæ XIII, anno ante Dionyſianam æram CCCXII; ab Exodo 1219. Tiſri character 5, 7, 238, feria V, Septembris VI, literâ G. Hæc fuit Neomenia primi anni contractuum Iudaica; & fortaſſis etiam Hyperberetæi, niſi quis proximè ſequentem malit Hyperberetæo: Syromacedonum imputare, hoc eſt Marcheſuuan, cuius character 6, 19, 1031: Octobris VI. Nam ab Octobri quoque fixi & Iuliani Syrorum menſes progreſſi ſunt. Quod autem æram contractuum Iudæi ab autumno deducant, probatione non indiget. Nam vel exemplum illud proximè allatum de ea re dubitare non ſinit. Annus Iudaicus 3450 cœpit ab autumno anni Periodi Iulianæ 4402. at idem eſt primus anni Contractuum. Si enim à Niſan eiuſdem anni Periodi Iulianæ cœpiſſet, eſſet annus Iudaicus 3449, non 3450. Et verò conſentanea eſt hæc epocha C
Magiſtrorum traditioni, qui in digeſtis Talmudicis, cap. ראש השנה docent Regum externorum tempora à menſe Tiſri computari ſolere; Iudæorum autem à Niſan. Quanquam eadem hæc æra nonnunquam à Niſan progreditur, vti mox patebit. Chronicon Alexandr. ad annum tertium Olympiadis CXVII, Coſſ. Rullo, & Rutilio notat: ab hoc anno Syromacedonum, ſiue Apameenſium æram incipere, & in Paſchali notari. Conſules iſti cadunt in annum Vrbis conditæ CCCCXLIV. Biennio plus dicit. Siquidem anno 4402 incidit annus Vrbis conditæ 442.

De diuerſis eiuſdem æræ primordiis, qui anni Græcorum in libris Machab. appellantur. Scaligeri, & aliorum error.

CAPVT XLII.

NOTISSIMA eſt ἐναντιοφανὴς illa, quæ in Machabæorum libris duobus cernitur. De qua, quod vulgata res alioqui ſit, nihil hoc loco dicerem, niſi grauiter ab nonnullis in illius interpretatione peccari viderem. Quæ res admonuit, vt & loca ipſa commemorarem, & ea breuiter conciliarem inuicem, & Scaligeri, aliorúmque temeritati obuiam irem; qui, vt Iudæ Apoſtoli verbis vtar, *quæcunque ignorant blaſphemantes*, cùm vniuerſam Machabæorum hiſtoriam, tum ſecundum maximè librum erroris arguere non verentur, & à Canone ſegregare; quod contrarias inter ſe illorum authoritates nulla ratione pacificari poſſe ſentiant. Quos tum demum non minus ſtolidè, quàm impiè iſta ſcripſiſſe conſtabit, vbi diſſidentia aliquot loca ſingillatim expoſuero.

Horum ſunt illa ferè præcipua. Primus eſt conflictus, lib. 1 Machab. cap. VI, 16;

A cum lib. II cap. XI. Nam in priore libro obitus Epiphanis confertur in annum Græcorum CXLIX. Huic ſtatim filius Eupator ſucceſſit. At lib. II Antiochi Eupatoris literæ extant datæ poſt patris obitum anno centeſimo quadrageſimo octauo. Rurſus lib. I cap. VI, 20 Iudas Hieroſolymitanam arcem obſidet anno centeſimo quinquageſimo Græcorum: ſed qui in arce Gentiles erant, ad Regem confugerunt Antiochi Epiphanis filium Eupatorem; qui in Iudæam veniens cum Iuda pugnauit; móxque pacem cum eo compoſuit. At lib. II cap. XIII, I, anno centeſimo quadrageſimo nono Eupator in Iudæam impreſſionem fecit; ac cætera perfecit, quæ lib. priore referuntur. Tertiò lib. I, cap. VII, I, Demetrius Seleuci F. anno centeſimo quinquageſimo primo Româ profectus venit in Syriam, & Antiochum, ac Lyſiam interemit, ad eúmque venit impius Alcimus. At libro II cap. XIV, 4, anno id centeſimo quinquageſimo contigiſſe dicitur.

Scaliger in prima Operis huius editione triplicem diſtinguit annum: primum Seleucidarum Alexandreum ab initio Seleuci Nicanoris, qui cœpit anno Periodi Iulianæ 4402, cyclo Lunæ XIII. Eo non ſolùm Albategnium, ſed & Antiochenam Eccleſiam, ac veteres Synodos vti cenſet. Alterum Seleucidarum Iudaicum, qui à ſequente Niſan exorſus eſt, anno Periodi Iulianæ 4403. Hunc annum numerat 3449 Iudaici computi. Tertium denique Seleucidarum Chaldaicum nominat; cuius initium eſt anno integro poſt æram Alexandream; nimirum à Tiſri anni Periodi Iulianæ 4403. Genus iſtud anni in ſecundo libro Macch. vſurpari putat; in priore verò annum ſecundum, hoc eſt Seleucidarum Iudaicum. *Scaligeri opinio deſcribitur.* B

Hanc Scaligeri in prima editione ſententiam Serrarius, & Torniellus ita ſequi voluiſſe videntur, vt ab eius mente plurimum aberrarint. Nam Serrarius in IV particula primæ Partis comment. in libb. Macchab. vbi de Antiocho Epiphane agitur, triplicem, vti Scaliger, diſcernit annum. Primus ineunte Seleuci imperio ab Elul, vel Tiſri cœpit, qui Iudaicum Niſan ſex menſibus antecedit, & Alexandreus, vel Antiochenus dicitur. Secundus eſt Iudaicus, qui ab Niſan cœpit, ſex menſibus poſt Alexandrei epocham. Tertius eſt Syrogræcorum, vel Chaldæorum, qui ſeſquianno poſt Iudaicum iniit à Tiſri: biennio ſolido poſt Alexandreum Seleucidarum. Primo genere (inquit) vtuntur Antiocheni: ſecundò liber I Macch. tertiò liber poſterior. *Serrarius Scaligeri ſententiam non eſt aſſecutus.* C

Torniellus verò Serrarium imitatus Scaligeri & ipſe mentem non eſt aſſecutus. Etenim ad annum mundi 3742, & 3743, & 3744, triplicem illam epocham ſtatuit. Anno quippe 3742, deſinente anno primo Olympiadis centeſimæ decimæ ſeptimæ, & ineunte ſecundo, Seleucum iniiſſe credit. at anno ſequenti, qui ſecundus erat Olympiadis eiuſdem, à Niſan inchoatos aſſerit annos Græcorum, quibus liber primus Macchab. vtitur, currente Seleuci primo. Demum anno Seleuci ſecundo, qui concurrit cum tertio Olympiadis CXVII, æram Græcorum in Chaldæa cœpiſſe, qua poſterior Macch. liber vtitur. *Nec Torniellus.*

Verùm tam Scaliger in editione illa prima falſus eſt, quàm qui Scaligerum ſecuti ſunt, & quidem dupliciter. Nam & à mente, vti dixi, Scaligeri, & à rei veritate receſſerunt. Cùm enim inter primam & tertiam æram vnius duntaxat anni ſpatium interceſſiſſe Scaliger exiſtimet; inter ſecundam autem, aut tertiam, τὸ ἑξάμηνον, id eſt ſemeſtre ſpatium; ambo illi inter duas extremas, ſolidum biennium; inter ſecundam, tertiámque, ſeſquiannum interponunt. Torniellus verò præcipuum illud habet, vt ſibi ipſi contradicat. Etenim primum annum Seleuci dicit incœpiſſe anno exeunte primo Olymp. CXVII, mundi 3742. Cœpit igitur verno aut æſtiuo tempore; cùm præſertim affirmet primum eius annum cum ſecundo Olympiadis ferè totum concurrere. Igitur ſecundus Seleuci cœpit à vere, vel æſtate anni 3743. ſimiliter tertius Seleuci à verno, vel æſtiuo ineunte tempore anni 3744. Quare ſi annus Græcorum Chaldaicus ab autumno cœpit, (vt ipſe docet ad annum 3743, N. 3.) ídque anno mundi 3744: neceſſe eſt vt anno tertio Seleuci iam inchoato primus ille Chaldaicus incœperit: non autem cum ſecundo Seleuci ferè totus concurrerit: vt ad annum 3744 ſcribit. Quinetiam cùm Antiocheni anni Seleucidarum initium ab autumno ducatur anni 3742, non exeunte primo Olympiadis CXVII; ſed ſecundo iam tribus ante menſibus inchoato cœpe- *Tam hi, quàm Scaliger errore lapſi.* D

rit oportet. Sanè Seleuci primordium in autumnum conferri debet, non in vernum, æſtiuúmque tempus. A

Ac Scaligeri quidem opinio duplici vitio laborat. Nam neque Seleucidarum Alexandrea epocha, Iudaicâ primi libri Macchab. anterior eſt, ſed poſterior; & eadem omninò cum æra libri ſecundi: tum falsò annus Iudaici computi 3449 ſtatuitur, quo Alexandrea, & Iudaica libri prioris æra cœperit: quæ omnia paulò pòſt oſtendemus. Ex iiſdem principiis Tornielli & Serrarij rationes arguentur, qui biennio libri poſterioris æram à Seleucidarum epochâ ſummouent; ſeſquianno verò ab illâ libri prioris. Atque vt cum Torniello potiſſimum; qui & Annales profeſſus eſt, & ſubtilius iſta diſcuſſit, de ea quæſtione diſputemus; natalem is Chriſti, quem à communis æræ natali non diſtinguit, confert in annum mundi 4051. Eſt autem hic annus Iulianæ Periodi 4713. Deductis ergo 4051 de 4713, reſidui ſunt 662; qui ex methodo perpetua ad annos mundi in Tornielli Annalibus additi, dabunt annos Iulianæ Periodi, quibus iidem anni congruunt. Quoniam itaque anno mundi 3742 Seleucus iniit, additis 662, conficet annus Iul. Per. 4404, quo Seleucus imperare cœpit. Sic anno Per. Iul. 4405 à Niſan epocha Iudaica lib. 1 Macchab. inchoatur; anno verò 4406, æra libri poſterioris. Atqui demonſtratum eſt ſuperiori capite Seleucum cœpiſſe anno Per. Iulianæ 4402. Biennij itaque metachroniſmo peccant Annales in epocha Seleuci; vt & in ea, quæ eſt lib. 1 Macchab. triennij porrò in æra libri poſterioris. Quod vitium ex natali Chriſti non rectè conſtituto deriuatum eſt. Biennij quippe errore ibi lapſus eſt. At æra Chaldæorum conuenit anno Periodi Iulianæ 4403, vt poſteà probabitur; quæ in Annalibus Tornielli triennio poſteà cœperit, anno 4406. Sed Chronologiæ iſtius errorem aliquot Scripturæ teſtimoniis hoc modo conuincemus. Mortuus eſt Antiochus Epiphanes, vt eſt in primo Macchab. libro, anno centeſimo quadrageſimo nono Græcorum; in ſecundo verò, anno centeſimo quadrageſimo octauo. Eſt hic annus, vt è ſuperioribus liquet, poſteáque confirmabitur, Per. Iul. 4550. cuius ab Niſan iniit annus Græcorum Iudaicus centeſimus quadrageſimus nonus. Antiochi mors intra primos iſtius anni menſes accidit: quemadmodum Torniellus ad annum 3891, N. 2 ſcribit: quandoquidem Iudas poſt eius obitum eodem anno multa geſſit. Quod ſi verum eſt, iam alterius æræ, quám Chaldaicam vocant; non centeſimo quadrageſimo octauo; ſed ſeptimo anno mors illa contigerit. Octodecim quippe ſolidis menſibus epocha libri ſecundi poſterior eſt. Itaque anno illo, quo prioris libri cœpit annus CXLIX: puta mundi, vt Torniellus numerat, 3891, iniit annus poſterioris Libri, & epochæ centeſimus quadrageſimus octauus à menſe Tiſri; centeſimus verò quadrageſimus nonus anno ſequente, mundi 3892; hoc eſt menſibus decem & octo poſt priorem epocham, vt Torniello, & Serrario videtur. Proinde mortuus erit Antiochus anno Græcorum à Niſan centeſimo quadrageſimo nono; à Tiſri, centeſimo quadrageſimo ſeptimo; quod cum Scripturæ authoritate pugnat. Et vt vniuersè dicam; æra Libri prioris ſemper biennio maiorem annorum numerum continere debet, quàm poſterioris, ſi Tornielli, ac Serrarij rationes auſcultemus: quod ſecus tamen habere cernimus. Nunquam enim, exempli cauſa, annus centeſimus quinquageſimus à Niſan putatus concurret cum centeſimo quadrageſimo nono à Tiſri inchoato; ſi Tiſri non eodem anno Iuliano proximè ab Niſan inierit, ſed octodecim menſibus à Niſan elapſis.

De Sabbaticis annis. Præterea ex annorum Sabbaticorum ſerie, trium illorum Scriptorum error arguitur. Sed pauca prius de Sabbaticis annis ex iis, quæ libro ſuperiore ſcripſimus, repetenda videntur. Anni iſti ab autumno ac Tiſri menſe initium ſumunt, conſentientibus omnibus; adeóque Torniello ipſo ad annum 2584: qui quidem anno 2590, vti N. 5 teſtatur, annum primum Sabbaticum aſſignat: ídque in Chronologica Tabula, pag. 476 confirmat. Neque tamen ſatis explicat, vtrum anno illo 2590 ab autumno cœpiſſe velit primum Sabbaticum; ita vt tres tantùm, vel quatuor illius anni menſes ſabbatiſmus occuparit; an Sabbatici anni Neomenia in annum 2589 incidat, & anni ſequentis menſes octo, vel nouem Sabbatici fuerint. Cæterùm tres ſunt anni Sabbatici, vti libro ſuperiore, cap. XXV demonſtratum eſt; de quibus dubitare non licet. Primus eſt annus Græcorum centeſimus

A quinquageſimus epochæ libri primi Maccab. quem in annum mundi 3892 inci-
diſſe, Torniellus ad eum annum, N. 4, cenſet. Alter eſt Græcorum eiuſdem
epochæ centeſimus ſeptuageſimus ſeptimus exiens; & iniens centeſimus ſeptua-
geſimus octauus. Huius enim menſe vndecimo, qui eſt Schebath, & ante Niſan
tertius, Simon interficitur, 1 Mac. XVI, 14. Itaque Tiſri anni illius Sabbatici ſex
menſibus initium anni CLXXVIII æræ prioris anteceſſit. quem annum Torniellus
mundi numerat 3920. Tertius eſt annus ille, quo Hieroſolyma ab Herode, & So-
ſio capta ſunt. Hunc enim Ioſephus l. XIV Orig. c. XXVIII Sabbaticum aſſerit fuiſ-
ſe, Agrippa & Caninio Coſſ. Sed Torniellus annum eſſe mundi credit 4018. quo
currente, eiúſq; menſibus æſtiuis, Sabbaticum annum proceſſiſſe conſtat; quoniam
tertio menſe, id eſt Siuuan capta ſunt Hieroſolyma. vnde à Tiſri anni 4017 Sabba-
ticus annus incœpit. Nos è tribus iiſce Sabbaticis primum iniiſſe monſtrauimus à
Tiſri anni Per. Iul. 4550: ſecundum à Tiſri anni 4578; tertium à Tiſri anni 4676.

His conſtitutis, vti preſſius cum Torniello pedem conferamus, ita ratiocina-
B bimur. Annus Sabbaticus ab Autumno cœpit. Aut igitur Sabbatici illi ab Au-
tumno annorum mundi, quibus illigantur, inchoati ſunt: aut ab Autumno pro-
ximè antecedente, nimirum à Tiſri annorum 3891, 3919, & 4017. Neutro autem
modo Græcorum anni vnitate maiores cum minoribus ambo ſimul erunt Sabba-
tici. Fingamus anno mundi 3892 ab Autumno cœpiſſe annum Sabbaticum, quem
centeſimum octogeſimum ſeptimum in Sabbaticorum ſerie numerat Torniellus
Tabula Annali pag. 412, Tomi ſecundi. Anno itaque Græcorum prioris epochæ
centeſimo quinquageſimo, poſt eius initium ſex elapſis menſibus, cœpit annus po-
ſterioris æræ centeſimus quadrageſimus nonus; idémque Sabbaticus. anno verò
3893 à Tiſri inchoatus eſt annus centeſimus quinquageſimus æræ poſterioris, cur-
rente iam centeſimo quinquageſimo primo, qui à Niſan proceſſit. At verò Sabba-
ticus annus cõgruere debet in æſtatem illam, quæ Niſan proximè ſecuta eſt, à quo
prioris æræ CL annus incœpit: vt ex l. 1 Mac. & Ioſephi teſtimonio paulo pòſt con-
ſtabit. Sin autem à Tiſri antecedente annos illos mundi, quibus Sabbaticos Torni-
C ellus adſcribit, iſti proceſſerunt; nempe annorum 3891, 3919, & 4017; multo magis
idem ἄτοπον concluditur. Si enim anno mundi 3891 cœpit ab Autumno Sabbati-
cus annus centeſimus octogeſimus ſeptimus, currente adhuc anno Græcorum
epochæ prioris centeſimo quadrageſimo nono; ineunte verò centeſimo quadra-
ſimo octauo poſterioris; quando Sabbaticus annus deſiit, inchoabatur annus po-
ſterioris æræ centeſimus quadrageſimus nonus. Atqui Sabbaticus annus incur-
rit in centeſimum quinquageſimum vnius æræ; alterius verò centeſimum qua-
drageſimum nonum. Eſt igitur Annalium iſtorum ratio prorſus ἀσύστατος, qui in-
ter epocham vtramque ſeſquianni interuallum ſtatuunt.

In libro 1 Mac. cap. VI, 53, ſcriptum eſt Iudæos ab Antiocho Eupatore Hiero-
ſolymis obſeſſos inopia laboraſſe, eo quod annus ſeptimus eſſet: τοῦ μὲν ὄντος ἀπα-
νηλωμένου καρποῦ (ait lib. XII, cap. XIV Ioſephus) τῆς δὲ γῆς ἐκείνῳ τῷ ἔτει μὴ γεωργη-
μένης· ἀλλὰ διὰ τὸ εἶναι τὸ ἕβδομον ἔτος, καθ᾽ ὃ νόμος ἦν ἡμῖν ἀργὴν ἐᾶν τὴν χώραν, ἀσπόρου
μεμενηκυίας. *Cùm fruges, quæ comportatæ iam erant, eſſent conſumptæ; nec agri per annum
illum culti fuiſſent, ſed, quòd ſeptimus annus inciderat, in quo feriatam, & incultam ter-
D ram relinquere oportet, nulla ſementis eſſet facta.* Accidit hæc obſidio, ac penuria
propter annum Sabbaticum, Græcorum æræ prioris anno centeſimo quinquage-
ſimo; poſterioris autem centeſimo quadrageſimo nono; Mundi, vt Torniellus
putat, 3892, æſtiuo tempore. Quare neceſſe eſt, vt Sabbaticus annus ab Autumno
antecedente cœperit anni 3891, vnà cum anno poſterioris æræ centeſimo quadra-
geſimo nono; atque adeo prior æra poſteriorem ſex tantùm menſibus anteuertat,
non ſeſquianno. Neque enim anno CL, mundi 3892 frumenti penuria ob Sabba-
tici anni religionem ſentiri potuit; niſi ſuperiore anno ſementis iam intermitti
cœpiſſet. Nam à Tiſri Sabbatico agros ſerere deſierant; metere autem ideo non
potuerunt poſt Niſan ſequentem anni prioris æræ centeſimi quinquageſimi.

Ita Sabbaticus primus in iiſdem Annalibus inchoari debuit anno 2589: Sab-
baticus centeſimus nonageſimus primus anno 3919: Sabbaticus ducenteſimus
quintus, anno 4017. Hæc enim Sabbaticorum annorum ratio eſt, vt minore nu-
mero de maiore ſubtracto, reſiduus ſit ſeptenarius. Si ergo de 4017 detrahas 3919,

ſuperarunt 98; qui numerus eſt ſeptenarius. Idipſum & in cæteris experiêre. Vnde conſequens eſt, ab Autumno annorum, quos dixi, Torniellum Sabbaticorum ſuorum initia computare debere. atque ita ſolido biennio Sabbaticus quilibet antè cœperit, quàm annus ille poſterioris æræ, qui cum Sabbatico in Scriptura coniungitur. Annus Sabbaticus CLXXVII iniit anno mundi 3891: anno 3892 à Niſan inchoatus eſt annus Græcorum prioris æræ centeſimus quinquageſimus: anno eodem poſt ſex menſes, deſito anno Sabbatico, cœpit annus æræ poſterioris centeſimus quadrageſimus nonus: qui tamen in libris Mac. cum Sabbatico copulatur. Item anno illo Iuliano, quo deſiit annus centeſimus ſeptuageſimus ſeptimus æræ prioris, & iniit centeſimus ſeptuageſimus octauus; currebat annus Sabbaticus ex Autumno ſuperioris anni: vt ex 1 Mac. XVI, 14 liquet. Hunc annum Torniellus mundi 3920 computat, quo cœpiſſe dicit annum Græcorum CLXXVIII epochæ prioris; poſterioris verò CLXXVII. Si annus Græcorum libri primi centeſimus ſeptuageſimus octauus cœpit inito iam anno Sabbatico, hic igitur inchoatus eſt anno currente Græcorum prioris computationis centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo, poſterioris ſexto. Vnde ineunte Græcorum à Niſan centeſimo ſeptuageſiſimo octauo, currebat adhuc annus à Tiſri centeſimus ſeptuageſimus ſextus. Biennio igitur anni prioris æræ, qui in Sabbaticis incipiunt, à poſterioris epochæ annis differunt contra Scripturam. Poſtremò ſi annos Tornielli in periodum Iulianam redigas, additis 662, labem Annalium facilè deprehendes in annis Sabbaticis. Nam primus ex illis tribus Sabbaticis cœpit apud Torniellum anno mundi 3891, hoc eſt Per. Iul. 4553. cùm tamen inierit reuera anno 4550. Secundus, qui anno 3919 inchoatus eſt, cadit in annum Iul. Per. 4381. Atqui iniit anno 4578. Tertius denique, qui initium habuit à Tiſri anni Per. Iul. 4676, quoniam à Torniello confertur in Autumnum anni mundi 4017, cœpit anno Per. Iul. 4679. Triennio proinde Sabbaticorum annorum calculus in Annalibus Tornielli à veritate diſſidet: neque de ea re dubitari poteſt; cùm Sabbaticorum annorum ſeries non ſolùm authoritate; ſed etiam demonſtratione conſtet: vti cap. XXVI libri ſuperioris oſtendimus: tum ex ipſis Annalium principiis ἐναντιολογία illa conuincitur.

Vera epocha annorum qui in libris Mach. Græcorum dicti ſunt, vbi & Scaligeri hallucinatio caſtigatur, & libri Machabæorum ab eius reprehenſione vindicantur.

CAPVT XLIII.

IN poſteriori editione operis de Emend. Temp. & in Iſag. Canon. veram de annis illis Græcorum, ac librorum duorum, quibus Maccabæorum hiſtoria continetur, conciliatione ſententiam amplexus eſt Scaliger. Huius firmamenta duo ſunt: alterum, libri prioris æram à Niſan; poſterioris à Tiſri proficiſci: alterum, ſex menſibus prioris epocham libri poſteriorem antecedere. quod vtrumque vbi demonſtrauero, tum annus primus ambarum nullo negotio definiri poterit.

Quod igitur anni Græcorum in libro primo à Niſan incipiant; in ſecundo autem à Tiſri, rectè Scaliger deducit ex lib. 1 Mac. cap. VII, 1: vbi anno Græcorum CLI Demetrius Roma fugit. Eodem anno Adar XIII die, ~~Bacchides~~ Nicanor victus eſt, com. 43, 49. Niſan ſequens inchoat annum CLII Græcorum. Nam cap. IX, 3, in menſe primo anni centeſimi quinquageſimi ſecundi Græcorum, Vrbs obſeſſa dicitur. Primus ergo menſis eſt Niſan. Quippe & cap. XVI, 14 menſis vndecimus appellatur Schebat. Item Alexander Antiochi Nobilis filius Ptolemaidem occupat anno centeſimo ſexageſimo Græcorum. lib. 1 Mac. X, 1. Eodem anno centeſimo ſexageſimo, in die ſolenni Scenopegiæ Ionathas Pontificatu accepto ſtola ſancta indutus eſt, com. 21. nulla igitur anni mutatio in Tiſri facta. Tertiò Ionathâ interfecto hiemis tempore, cùm multum ninxiſſet l. 1 cap. XIII, 22, & 23, Simon ſacerdotio ſummo potitus eſt, anno centeſimo ſeptuageſimo, com. 41. Poſteà menſe ſecundo, id eſt Iiar, numeratus eſt annus centeſimus ſeptuageſimus primus, com. 51. Cœpit ergo annus CLXX à Niſan.

A Quòd autem epocha libri primi ſex menſibus alteram libri poſterioris anteuertat, inde colligitur. Anno centeſimo quinquageſimo prioris æræ currebat annus Sabbaticus verno, æſtiuóque tempore, vt ſuprà declaratum eſt; quando Eupator Hieroſolymam obſedit. Cœpit igitur ab antecedente Tiſri, labente anno centeſimo quadrageſimo nono. Porrò Sabbaticus annus iſte cœpit anno Periodi Iulianæ 4550, cum anno Iudaici computi 3598. Hic enim per ſeptenarium diuiſus nihil relinquit. Atqui non poteſt idem Sabbaticus cum anno centeſimo quinquageſimo prioris epochæ à Niſan progredientis; & centeſimo quadrageſimo nono à Tiſri ineuntis alterius congruere; niſi poſterior hic annus CXLIX ab eo Tiſri cœperit, à quo & Sabbaticus, ſex videlicet menſibus ante Niſan centeſimi quinquageſimi anni prioris epochæ. Igitur anni Græcorum libri primi ab eo Niſan incipiunt, qui Tiſri antecedit, à quo anni Libri ſecundi ducunt initium; éſtque prior epocha ſex duntaxat menſibus prior altera. Præterea anno CLXXVII Græcorum, menſe vndecimo, qui eſt Schebat, occiſus eſt Simon, vt eſt in libro I cap.
B XVI, 14; cuius filius Ioannes ſtatim obſidet Ptolemæum Simonis interfectorem. Erat autem Sabbaticus annus, vt author eſt Ioſephus. ergo Sabbaticus annus à Tiſri antecedente cœpit, poſt initium anni centeſimi ſeptuageſimi ſeptimi ſex euolutis menſibus. Eſt autem annorum, qui in Libro ſecundo memorantur, numerus vno minor, quàm eorum, qui in libro primo computantur. Vnde cùm Sabbaticus annus ille menſe vndecimo anni Græcorum CLXXVII Libri primi perſeuerauerit; annus CLXXVIII, qui à Niſan iniit, in Sabbaticum incurrit. Quare annus poſterioris æræ CLXXVII cum illo componi, & in eundem Sabbaticum conferri debet. Hoc verò nulla alia ratione fieri poteſt, quàm ſi annum CLXXVII Libri ſecund à Tiſri Sabbatico cœpiſſe dicamus. Conſequens eſt igitur, annos Græcorum poſterioris Libri ſex menſibus euolutis ab annorum prioris Libri epocha procedere. De hoc exemplo conſule quæ in lib. II, cap. de Periodo Iudæorum Alexandrea diſſeruimus.

Epocha lib. I Macc. ſemeſtri ſpatio lib. II epochā antecedit.

Supereſt nodus ille quem proponit, non diſſoluit Scaliger, cap. de Chaldæo-
C rum anno primo. Etenim lib. primo cap. VI, Antiochus Eupator pacem fecit cum Iudæis anno Græcorum epochæ prioris centeſimo quinquageſimo, à Niſan; poſterioris verò, centeſimo quinquageſimo à Tiſri. Nam poſt Scenopegiam fœdus iniiſſe videtur. At Lib. II Macchab. cap. XI, 21, & 33, factum id eſt anno centeſimo quadrageſimo octauo. Hîc exclamat Scaliger: *Quis Oedipus hæc ſoluerit*? Addit impietatis inſcitiæque pleniſſimam vocem: *Itaque benè de illo authore meruerit, qui illum à ſuſpitione erroris vindicauerit*. Sed iocylariter hallucinatur in re facili, & nimis calida feſtinatione illam ipſam Macchabæorum hiſtoriam oſcitanter legiſſe videtur. Non enim animaduertit, bis ab Antiocho & Lyſia pacem cum Iudæis eſſe compoſitam. Antiochus Epiphanes in Perſidem proficiſcens Lyſiam Syriæ, ac reliquis regni ſui prouinciis ab Eufrate ad Ægyptum, vſque præfecit. I Macch. III, 32, cui & Antiochum Eupatorem filium ſuum nutriendum commiſit, anno Græcorum CXLVII, comm. 37. Lyſias cum Iudæis primùm per duces, quos ſibi adiunxerat, tùm per ſeſe ipſe conflixit, ſecunda ſemper Iudæorum fortuna; à quibus poſtremò Lyſias inſigni prælio ſuperatus eſt. Hæc in lib. I, capitibus III,
D IV, V, & VI initio narrantur. In ſecundo verò, cap. VIII, IX, X, & XI. Contigit clades illa Lyſiæ, ſuperſtite adhuc Epiphane: qui hac audita vehementer commotus in morbum incidit: lib. I, cap. VI, 6. Lyſias porrò de pace cum Iudæis agere cœpit. Teſtatur hoc epiſtola, quam ad illos ſcripſit, cap. XI, lib. II, 17, quæ data dicitur anno centeſimo quadrageſimo octauo, menſis Dioſcori die XXIV. Quis ſit ille menſis, certò ſciri non poteſt. Diuinat enim Scaliger, qui lib. II, cap. de Periodo Syromacedonum Alexandrea, embolimum fuiſſe ſuſpicatur, & frigidè ſuper appellatione menſis argutatur. Dioſcorum enim ait ideo, quod geminus eſſet, vocatum. Addit & alias de Syromacedonum Periodo coniecturas leues, & friuolas. Omninò fuit hic annus vtriuſque epochæ centeſimus quadrageſimus octauus ante Niſan, à quo cœpit annus CXLIX, in anno Periodi Iulianæ 4550. Eſto igitur Peritius, vel Audynæus, & in Ianuario, Februarióve initium habuerit. Viuebat etiam tum Antiochus Epiphanes; qui hoc accepto nuncio paulo pòſt obiit, anno eodem Iulianæ Periodi 4550, ineunte Niſan, cum anno centeſimo

Explicatur locus è libris Macc.

Scaligeri hallucinatio.

Pag. 91

quadrageſimo nono prioris epochæ, lib. I cap. VI, 16. labente interim poſterioris anno centeſimo quadrageſimo octauo. Lyſias audito Epiphanis obitu, Antiochum Eupatorem eius filium, alumnúmque ſuum in Imperium euexit, qui in Syria tùm erat: à quo & duas Epiſtolas expreſſit, quibus Iudæos in integrum reſtitui iuberet. Lib. II cap. XI. Prior ad Lyſiam ipſum; poſterior ad Iudæos data legitur; ſubſcriptáque dies eſt Xanthici XV. Is eſt Niſan, aut Ijar Iudaicus. Neque enim annorum ratio, & embolimorum menſium apud Græcos & Iudæos eadem extitit. Et apparet nondum, cùm Epiſtolas iſtas ſcribebat Eupator, Lyſiam in comitatu fuiſſe. Itaque cap. XII, 1 profectus ad Regem poſtea dicitur. Poſt primum illud fœdus pacémque à Lyſia factam, à rege Eupatore confirmatam, Iudas Machabæus multa ſtrenuè geſſit in Syria, quæ lib. II cap. XII narrantur: & anno integro peracta ſunt, nempe centeſimo quadrageſimo nono prioris æræ, quo cùm poſterioris æræ anni centeſimi quadrageſimi octaui, ſex menſes; totidémque de anno centeſimo quadrageſimo nono decurrunt: donec anno ineunte centeſimo quinquageſimo prioris epochæ, labente verò poſterioris adhuc centeſimo quadrageſimo nono, Iudas arcem obſedit. Libro I cap. VI, 20. Sed Antiochus Eupator cum Lyſia ſuperuenit; quo cum Iudas pugnauit. Tandem cùm Lyſias audiſſet Philippum aduentare, author Regi fuit, vt obſidione Vrbis relicta, cum Iudæis paciſceretur. Eod. cap. com. 55. Contigit hoc anno CL prioris æræ, poſterioris exeunte CXLIX, vel ineunte CL, Sabbatico itidem exeunte, vel eo, qui proximè Sabbaticum ſecutus eſt ineunte, Per. Iul. 4551. Eadem porro conflictus hiſtoria, quæ lib. I cap. VI deſcribitur: in quo Eleazari cuiuſdam virtus enituit, à quo Regis elephantus interfectus eſt: narratur & in libro II cap. XIII: etſi de Eleazaro nulla iſtic mentio: cætera tamen reſpondent. Ex quibus certiſſimè conſtat, pacem, illam quæ cap. VI lib. I inita dicitur, eadémque cum ea eſt, quæ cap. XIII, 23 lib. II deſcribitur, diuerſam à priore capitis XI libri ſecundi fuiſſe. Quæ cùm ita ſint, turpiſſimè lapſus eſt Scaliger, & nimis quantum temerè, ne quid grauius dicam, erroris notam ſacris illis hiſtoriis affinxit. Nam egregiè inter ambos Scriptores conuenit; ſi quis ad ea diſcernenda paulo maiore, quàm pueri, iudicio præditus accedat.

Concludamus ergo annos Græcorum in libro priore à Niſan inchoari; poſterioris verò libri à Tiſri ſequente: amborum autem initium ab anno Per. Iul. 4402 deduci, quo Seleucus Babylonicum regnum obtinuit. Nam ſi annus centeſimus quinquageſimus anno Per. Iul. 4551 à Niſan iniit, currente Sabbatico, profectò primus à Niſan inchoatus eſt anni 4402. Item ſi centeſimus quadrageſimus nonus æræ poſterioris, à Tiſri anni 4550, à quo & Sabbaticus, incœpit; conſequens eſt, primum itidem à Tiſri anni 4402 proficiſci. In eundem igitur annum Iulianum amborum annorum epochæ conueniunt; qui eſt mundi 3672, cyclo Solis VI, Lunæ XIII. Annus Iudaicus 3450 iiſdem cyclis exorſus eſt. Quare anno Iudaico 3449 primus annus Græcorum æræ prioris iniit; poſterioris autem anno 3450. Iidem denique ſunt anni Græcorum in libro II Mach. cum annis Contractuum, de quibus capite ſuperiori. Quantum verò falſi ſint, qui annos Græcorum ab Alexandri obitu numerandos exiſtimant, ne admonere quidem neceſſe eſt. Duodecim enim annorum prochroniſmum admittunt. Quem inter alia Seleucidarum regum ſeries atque imperij tempus redarguit. Antiochus Epiphanes regnare cœpit anno Græcorum prioris epochæ CXXXVII; lib. I Mac. cap. I, 11: quod congruit anno Per. Iul. 4538, vel 4539 ante Niſan. à quo ſi retro numeres, primus Seleuci cadet in 4402. Sed de Seleucidis agetur poſtea.

A

De initiis Ptolemæi Philadelphi, & Philometoris.

Capvt XLIV.

AB eo anno, quo Ptolemæus ille in Ægypto regnauit, Dionyſius Mathematicus annum ſuum cœleſtem orſus eſt; de quo nos in lib. iv, cap. xvi ſatis accuratè egimus. Hic autem annus eſt Per. Iul. 4429. Quare hoc ipſo anno cœpit Ptolemæus Philadelphus. Scaliger hac eâdem æra Ptolemæi vſum putat Siracidem in Præfatione Panareti; quando ſe octauo, & triceſimo anno refert, temporibus Ptolemæi Euergetis in Ægyptum veniſſe. Neque enim xxxviii iſte annus Euergetæ tribui poteſt, qui non amplius ſex & triginta regnauit. Vnde concludit Scaliger, Dionyſianam illam æram non ſolùm Aſtronomicam, ſed etiam Politicam fuiſſe.

Hæc ariolatio Scaligeri in Animaduerſionibus ad Epiphanium iam eſt exploſa, pag. 383.
B ex ipſiſmet Authoris ſacri verbis, quæ ita ſe habent. Ἐν γὰρ τῷ ὀγδόῳ, καὶ τριακοστῷ ἔτει, ἐπὶ Εὐεργέτου βασιλέως, παραγενηθεὶς εἰς Αἴγυπτον, καὶ συγχρονίσας. &c. *Nam in octauo, & triceſimo anno temporibus Ptolemæi Euergetis regis, poſtquam perueni in Ægyptum, & cùm multum temporis ibi fuiſſem.* Græca nos è Sixtiana Editione caſtigatiora reddidimus. Nam aliæ Editiones habent: καὶ ἐπ' ὀλίγον χρόνον συγχρονίσας; quod vitioſum eſt, & ex Latino ipſo refellitur. Octo illos & triginta annos ab initio Philadelphi computari cenſet Scaliger, nullo probabili argumento. Procliuius eſt enim ſuſpicari, totidem annos ab eo tempore procedere, quo in Ægyptum profectus eſt; vel certè quo auus ipſius Ieſus librum illum edidit. At nouam ecce confidentiam. Scribit lib. iii Iſag. Can. in ſecunda Parte, N. lxi, annos illos xxxviii ſi- pag. 290.
ne dubio eſſe Iobel viceſimi quarti, qui in nonum incidit Ptolemæi Euergetæ. Quod nullo iudicio vaticinatus eſt. Nam aliter Iobelæi anni diſpoſiti ſunt à nobis libro ſuperiore, cap. xxvii: neque vllam rationem ſatis idoneam affert, quæ nos ab ſuſcepta ſententia deterreat. Quippe primus annus γεωργίας cœpit anno Per.
C Iul. 3228, mundi 2498. at Sabbaticus ſeptimus, idémque Iobelæus ab Autumno cœpit anni Per. Iul. 3276; mundi 2546. Vnde Iobel viceſimum quartum iniit anno Periodi Iulianæ 4355, mundi 3625. viceſimum quintum verò anno Per. Iul. 4404; Seleuci tertio, vt in lib. ix capite illo xxvii demonſtrauimus. Ergo Philadelphi initium incidit in annum xv Iobelæi viceſimi ſexti. Sed hæc probabiliter dicta potiùs videri, quàm pro certis & indubitatis pronuntiata volumus. Euſebius in Chronico Ptolemæi Philadelphi primordium confert in annum primum Olymp. cxxiv: quod in Euſebiana ratione verum eſt. Hic enim annos Olympiadicos ab Autumno numerare incipit; qui æſtatem illam, qua ludicrum committitur, antecedit. Anno Per. Iul. 4429, mundi 3699 cœpit Philadelphus. Anno ſequente iniit annus Iphiti ccccxciii, ſiue primus Olymp. cxxiv. Hunc annũ Olymp. primum Euſebius numerat ab Autumno anni 4429, vt aliâs oſtendimus.

Ptolemæus Philometor Ptolemæo Epiphani ſucceſſit. Eius epocha cœleſti charactere conſignatur apud Ptolemæum lib. vi, c. v. Vbi refert ſeptimo Philometoris
D anno lunam defeciſſe, Nabonaſſari dlxxiv, Phamenoth xxvii, ſequente xxviii: horis poſt mediam noctem duabus circiter. Annus erat Periodi Iulianæ 4540, cyclo Solis iv; Lunæ xviii. Tempus ergo deliquij eſt Kalendis Maij. Anno Iudaico 3587. cuius Tiſri character 2, 15, 853 Septemb. xxi, cyclo Solis iii, litera D, anno Per. Iul. 4539. Addito charactere ſex menſium, Iiar characterem habuit 6, 8, 1004, Aprilis xvi. Proinde Iiar xvi ineunte Luna defecit. Pariſinæ Tabulæ veram Oppoſitionem exhibent Kal. Mai, hora poſt mediam noctem, 2, 9′, 43″ tempore apparenti. Verus locus Solis in Tauri gradu 5, 54′. Motus latitudinis verus 6, 8, 17′, 25″. Latitudo vera auſtralis 42′, 57″. Summa Semidiametrorum Lunæ, & vmbræ 65′, 38″. Fuit ergo digitorum 7′, 40″. Durauit horas, 2, 46. Cœpit hora 0, 47′. Deſiit hora 3, 33′. Si igitur annus ſeptimus Philometoris iniit anno Periodi Iulianæ 4540, primus eiuſdem incidit in annum 4533, Græcorum cxxxii, anno exeunte tertio Olympiadis cxlix, vel ineunte quarto. Euſebius ad annum ſecundum Olympia-

dis CL eius initium refert; biennij metachroniſmo. Melius Alexandrinum Chronicon in annum quartum Olympiadis CXLIX coniicit. A

De Seleucidarum, ſiue regum Syriæ ſtemmate & ſucceßione, rebúſque geſtis.

Capvt XLV.

Non minus ſacræ, quàm profanæ hiſtoriæ intereſt, regum illorum, qui poſt Alexandrum M. in Syria regnarunt, ordinem, ac ſucceſſionem cognoſcere, eorúmque fideliter notata tempora deſcribere. Eſt enim Macchabæorum cum illis implicata narratio. Quamobrem ſummatim hîc illorum tempora percurremus; quæ res ad ſequentes epochas illuſtrandas plurimum conferet.

I. Seleucus Nicanor. Seleucus Nicanor vnus ex Alexandri M. ducibus duodecim poſt eius obitum B
annis elapſis, in Babylonia, Media, cæteriſque tractibus Orientis imperare cœpit,
anno, vti ſupra definitum eſt, Per. Iul. 4402; regnauítque annos XXXII. Ab hoc
Antiochia, Laodicia, Seleucia, Apamea, Edeſſa, Berœa, & Pella vrbes conditæ.
Demetrium Poliorcetem Antigoni filium in poteſtatem redegit, ac Syriæ, & A-
II. Antiochus Soter. ſiæ pariter imperauit. Huic ſucceſſit Antiochus Soter filius annis XIX, is qui Stra-
tonicen nouercam deperiens eam à patre coniugem obtinuit. Poſt hunc regnauit
III. Antiochus Θεός. Antiochus II, cognomento Θεός, Soteris filius annis XV. Qui cum Ptolemæo Phila-
delpho perdiu certauit: donec inter eos compoſita pax eſt, & affinitate deuincta.
Nam Ptolemæus Antiocho Berenicen filiam in matrimonium dedit, cùm iam è
Laodice duos liberos ſuſtuliſſet, Seleucum Callinicũ, & Antiochum. Poſtea Lao-
dice virum ſuum veneno ſuſtulit, & Berenicen cum filio, qui ex Antiocho natus
erat, interfecit, filiúmque ſuum Seleucum Callinicum regem conſtituit. Ob id à
Ptolemæo Euergete Philadelphi filio, Berenices fratre bello poſtmodum appeti-
ta, cum Seleuco filio ſuperatur. Hæc Hieron. ad XI Danielis caput. Appianus C
verò in Syriaca Laodicen Berenices ſororem, Philadelphi fuiſſe filiam aſſeuerat,
IV. Seleucus Callinicus. & à patre in vindictam ſororis occiſam. Quartus ergo Syriæ rex fuit Seleucus Cal-
linicus annis XX, quo cum Ptolemæus Euergetes bellum geſſit. Hic filios reliquit
V. Seleucus Ceraunus. duos; Seleucum Ceraunum, & Antiochum magnum. Quintus regnauit Seleu-
cus Ceraunus; qui cùm aduerſus Ptolemæum infelici ſucceſſu bellum geſſiſſet,
tertio imperij anno occiſus eſt in Phrygia, veneno ab amicis dato. Duos annos ei-
VI. Antiochus Magnus. dem imputat Appianus. Sextus eſt Antiochus magnus, qui XV annos natus fratri
ſucceſſit, anniſque XXXVI imperauit. Appianus vno amplius tribuit. Hic Ptole-
mæum Philopatorem Iudæa & Syria penitus exuit: eóque mortuo regnum Ægy-
pti iam inuaſurus, à Romanis, quos Alexandrini Ptolemæo Ephiphani Philopa-
toris filio tutores delegerant, prohibitus eſt. Poſtea cum Epiphane fœdus iniit, id-
que matrimonio ſanxit, data illi Cleopatra filia; quæ viro magis, quàm patri ſtu-
dens imminentem hunc Ægypto repulit. Demum à Romanis Imperatore L. Sci-
pione victus, & Aſia ſpoliatus eſt: ac denique apud Elymæos in Suſiana à Barbaris
oppreſſus eſt, cùm Beli templum deprædari vellet, vt author eſt Strabo lib. XVI. D
At Iuſtinus lib. XXXII cæſum fuiſſe refert, cùm nocte Didymæi Iouis templum ex-
pilare vellet: quod verum non arbitror. Neque enim Didymæi Iouis, ſeu Dodo-
VII. Seleucus Philopator. næi, vt alij legunt, Templum in Suſiana fuit. Septimus Seleucidarum eſt Se-
leucus Philopator Antiochi M. filius: qui Iudæos benignè habuit: Lib II Mac. cap.
IV. quique Heliodorum ad Templum ſcrutandum miſit: à quo etiam interfectus
eſt, Appiano teſte. Hic Antiochum fratrem à patre Romanis obſidem datum miſ-
ſo in locum eius Demetrio filio, liberauit. Regnauit is annos duodecim.

VIII. Epiphanes. Octauus eſt Antiochus Epiphanes; qui Seleuco fratre ab Heliodoro necato,
Attali, & Eumenis opera regnum obtinuit annis XI. Appianus verò falſò ſcribit
δύο οὐ πλήρεσιν regnaſſe; id eſt non integris duobus annis, legitimum hæredem fru-
ſtratus Demetrium. Poſt aduerſus Ptolemæum Philometorem bella geſſit, &
prima in Ægyptum incurſione magnam eius partem occupauit. Etenim Ptole-
mæus Epiphanes moriens duos è Cleopatra Antiochi M. filia liberos reliquit, vt
ſcribit

A ſcribit Euſebius in Chronico priore, Ptolemæum Philometorem, qui patri ſucceſſit, & Ptolemæum Euergetem. Mortua Cleopatra, tutores Philometoris Eulaius, & Lenæus ab Antiocho Epiphane Syriam aliáſque prouincias repetunt, quæ Ægyptiis ademptæ fuerant. Antiochus verò cum exercitu in Ægyptum profectus eſt. Cui Ptolemæus cum copiis occurrit. Sed ducum ſuorum perfidia ſuperatus eſt. Agit de hoc bello lib. I Mac. C. I, 18. Hac clade Alexandrini ad ſeditionem incitati, excluſo Philometore, ad eius fratrem Ptolemæum Euergetem regnum deferunt. Philometor ad Antiochum confugit. qui hanc occaſionem cupidè amplexus, Ægyptum occupauit: & Alexandriã aggreſſus irrito conatu, relicto Memphi maiore Ptolemæo, in Syriam rediit, vti Liuius lib. XLV prodidit. Interim Philometor cùm Antiochi conatus, & conſilia ſubodoratus eſſet, Cleopatræ ſororis interuentu, quam vxorem habebat, cum fratre paciſcitur, vti ambo communiter regnarent. Qua fratrum concordia offenſus Antiochus rurſus in Ægyptum profectus eſt. Vbi Romanorum legatus Popilius à Senatu miſſus illum à cœptis absterruit. Hæc Antiochi multiplex in Ægyptum expeditio partim è Danielis cap. XI, B & lib. II Mac. IV: partim ex Iuſtino, & Liuio libris XLIV, & XLV, Euſebij Chronico, & Hieronymo in comm. ad Danielis cap. XI colligitur, eſtq; ad Maccab. illuſtrandam hiſtoriam diligenter obſeruanda. Poſt vltimam in Ægyptum profectionem rediens in Syriam Hieroſolymis diram illam vexationem intulit, quam Hiſtoria ſacra commemorat. Tandem cùm in Elymaidem abiens Dianæ Templum, quod illîc erat, paterni ſacrilegij imitator aggredi vellet, à Barbaris repulſus, audita ſuorum in Iudæa profligatione, Iudæorúmque victoria, ira æſtuans, & vlciſcendi cupidus, dum ardentius properat, è curru deiectus, & illiſus miſerrimè periit. Huius initium conſignatur lib. I Mac. c. I, II anno centeſimo triceſimo ſeptimo Græcorum, qui cœpit anno Per. Iul. 4538. Ergo hoc anno, vel ſequente cœpit Antiochus Epiphanes; qui obiit anno Græcorum CXLIX, lib. I Mac. cap. VI, 16. Iniit autem hic annus Per. Iul. anno 4550. Itaq; ſi anno 4539 regnum auſpicatus eſt, exeunte Græcorum centeſimo triceſimo ſeptimo, & obiit anno 4550, exeunte Græcorum CXLIX, annos vndecim ſolidos regnauit, & fortaſſe paucis vltrà menſibus, aut diebus. Sed nos alibi eâdem de re diſputauimus. Nonus Antiocho Epiphani ſucceſſit C Antiochus Eupator eius filius, quem Lyſias ab Epiphane in Syria relictus regem cõſtituit. Regnauit hic annos duos. Cum Philometore bellũ ſuſcepit: nec non cum Iuda Maccabæo, & Hieroſolymam obſedit. Lib. I Mac. c. VI. Interim Demetrius Soter Seleuci Philopatoris F. quem pro fratre Antiocho Epiphane Romam Seleucus obſidem miſerat, clam elapſus in Syriam peruenit, & ab Attalo, & Ptolemæo adiutus paternum regnum interfecto Antiocho recuperauit. Hæc Appianus.

pag. 54. Græcæ edit.

IX. Antiochus Eupator.

Decimus ergo Seleucidarum hic ipſe Demetrius Soter Seleuci F. qui obſes Romæ cùm poſt Epiphanis mortem fruſtra dimitti ſe ab Senatu poſtulaſſet, clam aufugit, & in Syria magno fauore hominum exceptus, Antiochũ Eupatorem cum Lyſia peremit. Lib. I Mac. cap. VII, 2. Iniit anno Græcorum CLI Per. Iul. 4552. Iudæos per duces ſuos Nicanorẽ, & Bacchidem vexauit. Regnauit annos circiter XI, vel etiam duodecimum iniit. Ioſephus lib. XIII, c. VI regnaſſe ſcribit annos XI: Euſebius annos XII in poſteriore Chronico; in priore V, vel IX. Ego cum Ioſepho XI aſſigno. Nam ab anno CLI Græcorum auſpicatus eſt regnum. Anno porro CLX Alexander Bala contra illum excitatus eſt. I Mac. X, I. Quod bellum anno circiter D CLXI, vel ineunte CLXII patratum. Demetrius enim occiſus eſt contra Alexandrũ pugnans, vt refert Ioſephus, & Euſebius in Chron. I: cum Alexandro Ptolemæus Philemetor Ægypti, & Attalus Aſiæ rex ſuppetias tuliſſent.

X. Demetrius Soter.

Vndecimus in Syria poſt Seleucum regnauit Alexander cognomento Veles, vel Bala Antiochi Epiphanis filius, vt eſt l. I Mac. x, I, & apud Ioſephum l. XIII, c. III. Appianus verò Syriaca, Alexandrũ iſtum alienum à Seleucidarum genere, ac per ſimulationem in illud intruſum aſſerit, nec non Trogus Pomp. Iuſtinus quoq; l. XXXV ab Antiochenſibus, ſuaſu Ptolemæi, Attali, & Ariarathis Armeniæ regis, Prompalum quendam ſortis extremæ iuuenem ſubornatũ refert; cui Alexandri nomen inditum, cùm ſe ab Antiocho genitum eſſe mentiretur. Alij nothum Epiphanis filium putant. Hic igitur anno Græcorum CLX contra Demetrium inſurgit, eoque cæſo, anno circiter CLXII Græcorum ineunte ſolus imperauit, anno Perio-

XI. Alexander Bala.

di Iulianæ 4563. Conſtituto regno, Ptolemæi Philometoris filiam Cleopatram duxit, Syriæ, ac Seleucidarum exitio fatalem fœminam, 1 Mac.x, 51. Hic cum Ionatha Iudæorum Pontifice pacem, amicitiámque fecit. Ptolemæus demum ſocer illius inſidias in eum comparans Demetrium Demetrij F. ſibi conciliauit. Alexander è Cilicia contra Ptolemæum rediens ab eo victus in Arabiam fugit; vbi à Zabdiele Arabe capite truncatus eſt: qui caput ad Ptolemæum miſit. 1 Mac. cap. XI, 17. Triduo poſtea mortuus eſt Ptolemæus. Regnauit Alexander annis V authore Ioſepho. Euſebius in Chronico poſteriore dat annos X; quod Scripturæ repugnat. Nam anno Græcorum CLX primùm Alexander emerſit, 1 Mac. cap. X, 1, & poſt eius mortem anno CLXVII Demetrius Demetrij F. regnare cœpit: cap. XI, 19. Quare quinque illi ſolidos annos imputamus, ab anno Græcorum CLXII ad CLXVI. Moriens filium reliquit Antiochum, qui in Arabia nutritus à Tryphone poſtea rex eſt factus. A

XII. Demetrius Nicator. Duodecimus à Seleuco, ſed è ſtirpe Seleucidarum vndecimus eſt Demetrius Demetrij filius, cognomento Nicator, Appiano teſte: qui anno Græcorum CLXV è Creta venit in Syriam, 1 Mac. x, 67: & Alexandro bellum intulit. Ad hunc Ptolemæus Philometor ab Alexandro fœdus, affinitatémq; tranſtulit: data in matrimoniũ Cleopatra filia; quæ Alexandro nupſerat. Bis ille regnum obtinuit: primò antequam à Parthis caperetur: ſecundò poſtquam ab illis dimiſſus eſt. Priori regno Euſebius anno III attribuit: reclamante Scriptura. Quippe lib. 1 Mac. cap. XIV, 1 anno Græcorum CLXXII Demetrius in Mediam profectus, ibique captus eſt ab Arſace. Si igitur initium regni illius ab anno CLXVII numeremus, annos quinque ſolidos regnauit, & ſextum iniit. Contra hunc Diodotus Alexandri Balæ ſeruus in Arabiam profectus Antiochum Alexandri F. qui apud Malchum regem educabatur, ægrè impetratum regem conſtituit; vt Ioſephus narrat lib. XIII, cap. IX. Vide & lib. 1 Mac. XI, 56. Ambo igitur eodem tempore regnarunt in Syria, Demetrius Nicator, & Antiochus Alexandri F. Tandem Demetrius cùm regnaſſet annos quinque, in Mediam Perſidémque profectus, ab Arſace, ſiue Phraate, vt refert Appianus, (commune quippe nomẽ Arſacis fuit Parthorum omnium regum) captus, & honorificè apud eum habitus eſt. Non enim ſolùm regium illi cultum præſtitit, ſed & filiam in matrimonium dedit Rhodogunem. Author Appianus, & Iuſtinus lib. XXXVIII. Demetrius verò ſemel atque iterum effugere conatus, ſed fruſtrà, tandem à Phraate dimittitur. B C

Interim capto Demetrio Diodotus, qui ſibi Tryphonis nomen indiderat, regnum affectans, Antiochum Alexandri F. interficit, eiúſque loco regnauit annum I, vt ſcribit Appianus in calce Syriacæ. vt verò Ioſephus lib. XII, cap. XIII, tres annos. De Tryphone agitur lib. 1 Mac. XIII, 31. Quare quòd in eo loco Machabæorum Tryphonis tyrannis, & paricidium narratur ante Demetrij caſum, qui ſequenti capite commemoratur, id vſitato Scripturæ, imò verò & hiſtoriæ more factum eſt; vt ea, quæ narratione conſequentia contextáque ſunt, etſi tempore ſint diſtracta, continuentur. Cæterum Tryphon ab Antiocho Demetrij fratre bello appetitus, & interfectus eſt. Venit autem Antiochus in Syriam anno Græcorum CLXXIV, 1 Mac. XV, 10, & cum Tryphone bellum geſſit. Itaque rectè Tryphonis tyrannidi anni tres à Ioſepho tribuuntur. Sed illud omitti non debet, Trogum Pompeium, vt eſt in Prologo XXXV, prodidiſſe, Tryphonem cum Demetrio Nicatore, qui Alexandrum vicerat, bella geſſiſſe, & eum expuliſſe Syria: quod ſecus à Iuſtino, & aliis explicatur. D

XIII Tryphon. Decimus tertius igitur à Seleuco regnauit Tryphon annos tres. Errat autem Appianus, & quidem turpiſſimè, niſi Librario vitium illud imputetur, cùm ait Diodotum, qui ſe Tryphonem dici voluit, vno anno regnaſſe; interim dum Pompeius aliis rebus occupatur. Atqui Tryphon occiſus eſt circa annum Græcorum CLXXIV, qui eſt Per. Iul. 4575, annis quatuor, & triginta ante Pompeium natum. Hic enim editus eſt in lucem anno ab V. C. DCXLVIII, Q. Seruilio Cæpione, & C. Attilio Coſſ. Per. Iul. 4608.

XIV Antiochus Sidetes. Decimus quartus Syriæ rex, Seleucidarum verò duodecimus, fuit Antiochus Demetrij Soteris F. Demetrij Nicatoris frater, cognomento Sidetes, & Soter; qui audita Demetrij fratris calamitate, ad paternum regnum obtinendum è

A Rhodo in Syriam profectus eſt. Ibi vagantem, & conſilij incertum, quod à Tryphone omnia tenerentur, Cleopatra Demetrij Nicatoris coniux Seleuciæ cum liberis incluſa, illum ad ſeſe vocat. qua in matrimonium accepta fraternum imperium breui recuperauit. Hæc Iuſtinus lib. XXXVI, Ioſephus lib. XIII, cap. XII. Igitur Cleopatra, quæ Alexandro Balæ prius nupſerat, poſtea verò Demetrio Nicatori, tandem Antiocho Sidetæ eius fratri in manum conuenit. Nati ſunt è Cleopatra Demetrio filij, Seleucus, & Antiochus Gryphus. Ex Antiocho verò Sidete natus eſt Antiochus Cyzicenus. Antiochus porrò Sidetes cum Hyrcano Iudæorũ Pontifice fœdus, amicitiámq; cõiunxit. Pòſt aduerſus Parthos expeditionem ſuſcepit, vti Demetrium fratrem liberaret, Appiano teſte; qui Phraatem ſcribit metu Antiochi Demetrium emiſiſſe. Iuſtinus verò l. XXXVIII retentum à Parthis fuiſſe Demetrium affirmat, vt aduerſus Antiochum illo vterentur, ac Syriam inuaderent. quibus auditis Antiochum bellum occupaſſe: Demetrium verò, quo abſente fratre regnum ſuum recuperaret, eúmq; ad ſua tuenda à Parthia reuocaret, fuiſſe di-
B miſſum. Interim Antiochus in prælio cecidit. Accidit hæc expeditio cùm regnaſſet annis IX, vt Euſebio placet. Initium eius anno Græcorum CLXXIV, Per. Iul. 4575. Periit anno exeunte CLXXXIII, Per. Iul. 4585.

Poſt hunc Demetrius Nicator eius frater denuo regnauit annis, vt Euſebius notat, IV. Appianus ab vxore Cleopatra necatum illum refert ex æmulatione, quòd Rhodogunem Parthorum regis filiam duxiſſet. Iuſtinus lib. XXXIX narrat eundem, cùm immineret Ægypto, Syriæ excidiſſe regno. Etenim Ptolemæus Phyſcon à Cleopatra ſorore diſſidens, cùm ea Demetrium in Ægyptum vocaſſet, Alexandrum Zebinam immiſit in Syriam. Ab eo victus Demetrius, & ab vxore, filiiſque deſertus, naui ad Tyrum appulsâ interficitur. Ex iis coniectura eſt, poſt reditum è Parthia cum vxore Cleopatra in gratiam primò rediiſſe; tum ab eadem poſtea deſtitutum eſſe Demetrium. Mortuus eſt igitur anno Græcorum CLXXXV exeunte, Per. Iul. 4589. Poſt Demetrium Syriæ regnum per tyrannidem vſurpauit Alexander Zebina: quem Iuſtinus Protarchi cuiuſdam negotiatoris filium, gene-
C re Ægyptium facit: & compoſita fabula, quaſi per adoptionem Antiochi regis receptus in familiam regiam eſſet, Alexandri nomen aſſumpſiſſe memorat. Ioſephus lib. XIII, cap. XVII author eſt Syros pertæſos Demetrij legatos ad Ptolemæum Phyſconem miſiſſe, qui aliquem è Seleuci ſtirpe ſibi principem peterent: Ptolemæum verò Alexandrum Zebinam cum copiis ad eos deſtinaſſe, ex illo genere procreatum: ab eo victum eſſe Demetrium. *Sed Alexander* (ait Iuſtinus) *occupato Syriæ regno tumens ex ſucceſſu rerum ſpernere iam etiam ipſum Ptolemæum, à quo fuerat in regnum ſubornatus, ſuperba inſolentiâ cœpit. Itaque Ptolemæus reconciliata ſororis gratia deſtruere Alexandri regnum, quod odio Demetrij viribus ſuis acquiſierat, ſummis opibus inſtituit.* Mittit ergo in Græciam Grypho auxilia, & filiam Gryphinam Grypho nupturam. Itaque cùm omnes Gryphum inſtructum Ægyptiis viribus viderent, paulatim ab Alexandro deficere cœpere. Fit deinde inter eos prælium; quo victus Alexander Antiochiam profugit. Ibi cùm ſacrilegia multa commiſiſſet, conſenſu multitudinis eiectus, paulo pòſt à latronibus captus, & perductus ad Gryphum, interficitur. Hunc inter reges Syriæ minimè numeramus; quòd neque legitimus
D princeps fuerit; & eo graſſante non defuerint, qui è Seleuci ſanguine propagati regnum obtinerent. Quintus decimus ergo Syriæ regum, Seleucidarum decimus tertius eſt Seleucus, eius nominis V, Demetrij Nicatoris, & Cleopatræ filius, qui poſt patris obitum cùm ſine matris authoritate diadema ſumpſiſſet, ab eadem interficitur, ait Iuſtinus. Appianus ſagitta à matre cæſum fuiſſe ſcribit. Itaque breuiſſimo tempore regnauit. Chronologi quidam eius mortem in eum annum conferunt, quo Coſſ. fuere Q. Cæcilius Metellus & T. Quinctus Flaminius, qui eſt Varronianus DCXXXI, Per. Iul. 4591. Ita Caluiſius, & Capellus, poſt Aldum Manutium, Opuſculo de Ptolemæis regibus. Horum argumentum eſt; quòd Epitome Liuij, lib. LXII eodem anno, quo Metellus Baleares deuicit, Cleopatram dicat Demetrium virum ſuum, ac Seleucum interemiſſe. Hoc modo Demetrius ſex propemodum annis ſecundò regnauerit. Verùm haud ſatis firma mihi coniectura videtur ex Epitome illa deprompta. Non enim eodem anno, quo Metellus Coſ. fuit, accidiſſe illa in Syria docet. Quare biennio, vel triennio, & eo

XV. Seleucus.

amplius contigiſſe, nihil prohibet. Nos Seleuci mortem coniicere poſſumus in annum Per. Iul. exeuntem 4589, vel ineuntem 4590. Sanè Epitome Liuij peregrinas res, quæ diuerſis annis inciderunt, in vnum plerumque breuitatis ſtudio componit. A

xvi Antiochus Grypus.

Sextus decimus regum Syriæ, Seleucidarum verò decimus quartus, Antiochus VIII eſt, cui propter naſi magnitudinem cognomen Grypo fuit; Demetrij Nicanoris è Cleopatra filius, quem mater Athenas inſtituendum miſerat. Hic Ptolemæi Phyſconis filiam Gryphinam duxit; Alexandrúmque Zebinam ſuſtulit. Inde matrem venenum ſibi propinantem hoc ipſum bibere coëgit, ac necauit. Author Appianus, & Iuſtinus: qui & poſt matris necem, octo annis illum pacificè regnaſſe prodit: Deinde natum ipſi æmulum regni Antiochum Cyzicenum; quem cùm veneno tollere voluiſſet, in ſeſe concitauit. Conſentit & Appianus, addítque Grypum à Cyziceno regno eſſe deiectum. Sed permiſta & implicata ſunt amborum illorum fratrum regni tempora. Euſebius in Chronico priore Antiochum Grypum ait à Cyziceno eiectum, poſteà Cyzicenum expuliſſe. Grypo idem in vtroque Chronico annos aſſignat XII. At in excerptis Scaligerianis è Georgio Monacho, vtrique XXVI annos tribuit; octo Grypo; Cyziceno XVIII. ac primùm annis IV regnaſſe Grypum refert: tum eiecto illo, Cyzicenum annis XVIII: rurſus verò Cyziceno pulſo quatuor imperaſſe Grypum. Ioſephus lib. XIII, cap. XXI ſcribit Antiochum Grypum regnaſſe annis XXIX, vixiſſe XLV, & ab Heracleone quodam occiſum. Sanè difficile eſt annum ſtatuere, in quo Antiochus Cyzicenus inierit, vnde & octodecim eius anni procedant. Quod enim Grypo fratri ſuperſtes fuerit, ex hiſtoria planum eſt. Coniecturis itaque res agitur. Ac cùm Iuſtinus poſt necem matris Antiochum Grypum referat octo annis quietè regnaſſe, & poſt eius obitum ſtatim Seleucum Grypi fratrem Antiochum Cyzicenum expuliſſe; veriſimile eſt anno Grypi quarto, vel quinto interfectam eſſe Cleopatram, ac deinde ſubſecutos annos octo, quibus ille ſine competitore regnauit. Hi duodecim erunt anni, quos Euſebius Antiocho Grypo tribuit. Reliquos octodecim vario ſucceſſu ambo fratres tranſegerunt, alternante rerum ſtatu, & modò in hunc, modò in illum inclinante fortuna. Antiochus Grypus regnare cœpit anno Græcorum exeunte CLXXXVII, Periodi Iulianæ 4589. Cyzicenus verò anno Græcorum CXCIX, Periodi Iulianæ 4601. Porrò annus viceſimus nonus, & vltimus Grypi, erit Græcorum CCXVII, Periodi Iulianæ 4618. B C

xvii Antiochus Cyzicenus.

Decimus ſeptimus regum Syriæ, Seleucidarum decimus quintus eſt Antiochus Cyzicenus ob id vocatus, quod Cyzici educatus eſſet. Hic à fratre inſidiis appetitus, bello viciſſim eum aggreſſus eſt. Cum Hyrcano Iudæorum Pontifice dimicauit. Cleopatram Ptolemæi Lathuri coniugem à viro dimiſſam vxorem duxit; quæ Antiochiæ, vbi tùm erat, à Grypo capta, Gryphinæ ſororis iuſſu necatur. Poſteà Gryphinam Cyzicenus viciſſim interemit. Antiocho demùm Grypo ab Heracleone cæſo, Antiochus Cyzicenus haud multò poſt à Seleuco Antiochi Grypi filio, vt Appianus, & Ioſephus narrant, occiditur: quod ſubinde poſt Grypi mortem contigiſſe videtur. Erant Antiocho Grypo filij IV, Seleucus, Antiochus, Philippus, Demetrius cognomento Eucærus: vt Ioſephus lib. XIII, cap. XXI teſtis eſt.

xviii Seleucus VI.

Decimus octauus Syriæ Regum, Seleucidarum decimus ſextus fuit Seleucus VI, Antiochi Grypi filiorum natu maximus: qui Antiochum Cyzicenum patruum interfecit; & in Syria regnauit, anno, vt apparet, Græcorum CXV, Periodi Iulianæ 4616. Hunc verò Antiochus Euſebes Cyziceni filius expulit. Cúmque Mopſueſtiæ in Cilicia pecunias à ciuibus exigeret, populari ſeditione concrematus eſt. Ita Ioſephus, & Appianus. D

xix Antiochus Euſebes.

Decimus nonus Syriæ rex, Seleucidarum verò decimus ſeptimus eſt Antiochus Euſebes, Cyziceni filius, à quo Seleucus eiectus eſt; quem ex coniectura ſuſpicamur vno tantùm anno regnaſſe, nimirum Græcorum CXVI, Periodi Iulianæ 4617. Hic Selenen, quæ prius & eius patri Cyziceno, & patruo Grypo nupſerat, vxorem habuit; ex eáque filium Antiochum cognomine Aſiaticum genuit, inquit Appianus, qui Lucullo in Aſia verſante, Syriæ regnum occupauit, Pompeius verò illi hoc eripuit.

A Viceſimus Syriæ rex, Seleucidarum decimus octauus, regnauit Antiochus Grypi filius, qui contra Antiochum Pium, à quo Seleucus frater pulſus fuerat, pugnans, exercitu, vitáque priuatus eſt. Ita Ioſephus.

Viceſimus primus Syriæ Rex, Seleucidarum decimus nonus, imperauit Philippus Grypi filius. XXI Philippus. Eodem tempore Ptolemæus Lathurus Demetrium Eucærum Grypi fratrem ad regnum prouexit. Ita reges è Seleuci ſanguine numerandi ſunt viginti vnus: in totum verò Syriæ regnarunt XXIV, aut XXV, ſi Alexandrum Balæ filium, & Alexandrum Zebinam, necnon Tigranem complectimur. Cæterùm contra Philippum, & Demetrium Antiochus Euſebes Cyziceni filius acerrimè certauit. Euſebius in Chronico poſt Cyzicenum, ſolum Philippum in ſerie Seleucidarum regum numerat, quem regnaſſe perhibet annis duobus. Iuſtinus lib. XL. author eſt, cùm aſſiduis bellis & reges, & regnum Syriæ conſumptum eſſet, omnes in Tigranem regem Armeniæ conſenſiſſe: qui accitus in regnum Syriæ per XVIII annos tranquilliſſimo regno potitus eſt. Tigrane à Lucullo victo, rex B Syriæ Antiochus Cyziceni filius ab eodem Lucullo appellatur. Sed quod Lucullus dederat, ademit Pompeius: negans ei ſe daturum regnum, qui XVIII annos, quibus Tigranes Syriam tenuit, in angulo Ciliciæ latuiſſet; atque ita Syriam in prouinciæ formam redegit. Hæc ferè Iuſtinus: quibus maiori ex parte à Ioſepho & Appiano contradicitur. Nam ille lib. XIII, cap. XXI, Antiochum Euſebem, Cyziceni F. quem Iuſtinus XVIII annis, quibus Tigranes regnauit, delituiſſe, ac regnum deinde recuperaſſe ſcribit; à duobus fratribus, Philippo, & Demetrio Eucæro bello appetitum breui poſt tempore interfectum aſſerit, cùm Laodiceam ad opem ferendam Galadenorum reginæ contra Parthos veniſſet. Appianus autem non Antiochum Pium, ſed eius filium cognomento Aſiaticum à Pompeio Syria ſpoliatum refert. Quamobrem Ioſepho & Appiano libentius ſubſcribimus. Mendum in Ioſepho. Sed in Ioſepho mendum eſt ſanè vetuſtiſſimum. Ita enim de Antiocho Pio Cyziceni filio. μετ' οὐ πολὺ δὲ τοῦ Κυζικηνοῦ παῖς Ἀντίοχος, καὶ Ἀντωνῖνος ὁ Εὐσεβὴς καλούμενος παραγενηθέντες εἰς Ἄραδον καὶ περιθέμενοι διαδήματα πολεμοῦσι τῷ Σελεύκῳ. Quæ Ruf- C finus ita vertit. *Non multo poſt Cyziceni filius Antiochus, & Antoninus Pius, cùm perueniſſent in Aradum, coronámque ſibi impoſuiſſent, confligunt cum Seleuco.* Quod hoc hiſtoriæ portentum? aut quis ille eſt Antoninus Pius Cyziceni filius? Nam ὁ Εὐσεβὴς cognomen eſt Antiochi Cyziceni filij, qui & vnicus in hiſtoria reperitur. Et tamen numero multitudinis vtitur Ioſephus; vt alius quiſpiam præter Antiochum à Cyziceno genitus videatur. Eſt & aliud non Ioſephi, ſed Interpretis Ruffini fœdiſſimum erratum. Nam poſt Cyzicenum à Seleuco Grypi filio cæſum, & hunc ipſum à Cyziceni filio Antiocho Pio pulſum, & Mopſueſtiæ concrematum ſcribit Ioſephus: Ἀντιόχου δὲ τοῦ Κυζικηνοῦ παιδὸς βασιλεύσαντος τῆς Συρίας, Ἀντίοχος ὁ Σελεύκου ἀδελφὸς ἐκφέρει πόλεμον πρὸς αὐτὸν, καὶ νικηθεὶς ἀπόλλυται μετὰ τῆς στρατιᾶς. *Antiocho verò Cyziceni filio Syriæ regnum adepto, Antiochus Seleuci frater bellũ huic indicit, ac victus cum exercitu periit.* At Ruffinus: *Antiocho verò Cyziceno adhuc Syriæ regnante, Seleuci frater Antiochus bellum contra eum produxit, victúmque cum ſuo proſtrauit exercitu.* Geminus hîc error. Nam & Antiochum Cyzicenum pro Cyziceni filio ſumpſit; & Antiochum Seleuci fratrem viciſſe narrat, quem victum eſſe Græca Io- D ſephi referunt. Quanquam nonnulla in his ambiguitas ineſt. Quippe participium νικηθεὶς fortean ad Antiochum Seleuci fratrem referri debet, vt Ruffinus exiſtimauit: atque ita duo fratres, Philippus, ac Demetrius Eucærus cum Antiocho fratre ſuo certauerint. Eſt igitur haud ſatis explorata omnis illa fratrum hiſtoria: nec magis certum, quot ſinguli annis imperauerint. Tigranem quidem XVIII annis regnum illud tenuiſſe Iuſtinus aſſerit, Appianus XIV duntaxat. Quandonam verò Tigranes Syriæ regno priuatus ſit, & Antiochus Aſiaticus Pij F. illud occuparit, nulla hiſtoriæ monimenta declarant. Victus quidem eſt à Lucullo primùm Vrbis anno DCLXXXV. Pompeio verò dedidit ſeſe anno DCLXXXVIII; quando Cappadociæ, & Syriæ parte, Phœnice, & Sophene cedere coactus eſt. Hoc igitur anno Syriæ regum terminanda ſucceſſio. Annus Vrbis DCLXXXV eſt Iulianæ Periodi 4645. de quo ſi annos XVIII eximas, quot Tigranem in Syria regnaſſe cenſet Iuſtinus, ſupererunt 4627. Cùm ergo anno 4617 Seleucus Grypi F. deceſſerit, decem anni circiter Antiocho Pio, & Demetrio imputandi ſunt;

tres autem poſt Tigranem, Antiocho Aſiatico Pij filio vſque ad 4648, qui eſt Vrbis DCLXXXVIII. A

Appianus in fine Syriacæ Aſiaticum illum Seleucidarum poſtremum decimumſeptimum regem ex eo ſtemmate numerat; circunſcriptis videlicet tribus è Syriæ regum catalogo, Alexandro Bala, eiúſque filio, ac Diodoto Tryphone: regnum ipſum verò ſtetiſſe ab Alexandro, annis CCLXX. Nos vnum & viginti de Seleuci ſtirpe regnaſſe Syriæ principes oſtendimus, excluſo, præter illos tres ab Appiano memoratos, Alexandro Zebina, & Tigrane. Cùm autem probabile ſit poſtremum Seleucidarum Antiochum Aſiaticum deſiiſſe anno Vrbis DCLXXXVIII, Periodi Iulianæ 4648: ab Alexandri obitu, qui contigit anno 4390, interiecti ſunt anni CCLVIII. Errat itaque Appianus, qui Seleucidarum regnum annis ſeptuaginta ſupra ducentos tenuiſſe ſcribit ab Alexandri obitu. Nam reuera CCXXVI annis ad Tigranem vſque regnauère Seleucidæ ab initio Seleuci; duodecim autem amplius, ſi à morte Alexandri numerus inchoetur. Hæc nos de Seleucidarum Syriæque regum hiſtoria ex Ioſepho, Appiano, Trogo Pompeio, Iuſtino, Euſebio, aliiſque Scriptoribus magno labore deprompſimus; quæ non ignoramus ab aliis eodem ſtudio ante nos, diligentiáque collecta. Verùm per nos ipſi quærere iſta, & enucleare maluimus, quàm aliorum induſtria ac vigiliis eſſe contenti. B

Ptolemæorum in Ægypto ſucceſſio.

CAPVT XLVI.

SELEVCIDARVM in Syria regnum, quod ſuperiori capite qua potuimus diligentia perſecuti ſumus, alterius nos in regni, quod cum eo temporis ac loci interuallo coniunctum eſt, mentionem induxit. Huic igitur capiti Ptolemæorum in Ægypto ſucceſſio debetur; quorum res cum Syriacis implicatæ ſunt, ac propterea quædam ex illis antecedenti capite delibatæ fuerunt. C

I. Primus ex Alexandri Magni ſucceſſoribus imperare cœpit in Aſia Ptolemæus Lagi F. ſiue Philippi potiùs Alexandri patris ſpurius, vt quidem Pauſanias in Atticis refert. Cuius imperium iam tum ab Alexandri morte computatur; quamuis initiò non rex, ſed præfectus appellaretur; neque diadema, noménque regium niſi poſt annos ferè XVI, vel XVII vſurparit: vt in Animaduerſ. ad Epiph. oſtendimus, pag. 382. Nihilominus ab eo anno, quo Alexander obiit, ineunt anni quadraginta Ptolemæi Lagidæ. Totidem enim ei tribuuntur ab Euſebio, & aliis. Cœpit igitur anno Periodi Iulianæ 4390, mundi 3660, anno primo ineunte Olympiadis CXIV: Vrbis conditæ CCCCXXX, ante Chriſtianam æram, CCCXXIII. Deſiit autem anno Periodi Iulianæ 4429, quo Ptolemæus Philadelphus eius filius iniit, vt ſuprà cap. XXVIII demonſtratum eſt. Itaque non ſolidos annos XL regnauit.

II. Secundus poſt Lagi filium in Ægypto regnat Ptolemæus Philadelphus, qui & Soter à Rhodiis cognominatus, authore Pauſania: à quo & Iudæorum populus benignè eſt habitus, & ſacra volumina in Græcum ſermonem eius opera conuerſa, doctrinarum verò ſtudia ſingulari munificentia propagata fuerunt. Regnauit hic annos XXXVIII, vti in poſteriore Chron. ſcribit Euſebius. Nam priore, pag. 52 Græcæ edit. XXXV tantùm imputantur. D

III. Tertius eſt Ptolemæus Euergetes Philadelphi filius. Regnauit annis XXVI, eodem Euſebio teſte, & Alexand. Chronico. Cœpit ergo anno Periodi Iulianæ 4467. Cum Seleuco, eiúſque matre Laodice bellum geſſit, in quo & victor fuit. Tandem à filio interficitur.

IV. Quartus eſt Ptolemæus, quem Alexand. Chron. Gallum cognominat, qui patre ac matre interfectis, per ludibrium Philopator eſt dictus. Vicit hunc Antiochus Magnus, ac Syriæ poſſeſſione penitus exuit. Cœpit anno Periodi Iulianæ 4493, & annis XVII regnauit; cùm ſe in omni flagitiorum ac facinorum genere

A volutaret. De quo vide Iuſtinum, lib. xxx. Moriens quinquennem reliquit filium,
Ptolemæum Epiphanem.

Quintus Ptolemæus Epiphanes Philopatoris F. qui iniit anno Periodi Iulianæ V.
4510; & regnauit annis XXIV. Cuius orbitatem, ac teneram ætatem ad conſilia
ſua peropportunam ratus Antiochus Magnus, bellum eidem intulit. Itaque Phœ-
nicem, cæteráſq; Syriæ vrbes inuaſit. Sed à Romanis, quibus Alexandrini ex Phi-
lopatoris teſtamento tutelam regis ſui permiſerant, non ſolùm Ægypto abſtinere
iuſſus eſt; ſed etiam erepta reſtituere. Abnuenti bellum indicitur. Miſſus eſt & Ro-
ma M. Lepidus, qui tutorio nomine regnum adminiſtraret. Ptolemæus deinde per
Scopam ducem Iudæam, & alia Syriæ oppida recuperauit. Sed ab Antiocho de-
inde victus eſt. Pòſt ambos inter reges pax affinitate ſancitur. Antiochus Cleo-
patram filiam ſuam Ptolemæo regi collocat: è qua filiis duobus ſuſceptis, Philo-
metore, & Euergete, & Cleopatra filia, mortuus eſt anno Per. Iul. 4533.

Sextus eſt Ptolemæus Philometor; cuius epocha cœleſti charactere firmatur; VI.
de quo cap. XXVIII, anno videlicet Per. Iul. 4533. Itaque pater eius Philopator
non ſolidos XXIV exegit: aut alius certè ex antecedentibus regibus vno anno præ-
B fixam à nobis epocham anteuertit. Hoc enim præciſè definire non poſſumus. Re-
gnauit Philometor ſolus primùm XI annos, vt ait Euſebius. inde cum fratre Euer-
gete VI. fiunt XVII. Excluſo fratre, XVIII alios adiecit. Ita annis in totum quin-
que, & triginta regnauit. Hic Cleopatram ſororem coniugem habuit; quæ dein-
de fratri alteri Euergeti nupſit. Ac cum Antiocho Epiphane bellum geſſit; & cum
eo poſtea reconciliatus, quòd à fratre, & ſorore eadémque coniuge, nec non Ale-
xandrinis eſſet eiectus, contra ſuos pugnauit; donec inito cum iis fœdere rurſus
contra Antiochum arma conuertit. Conuenerat inter fratres, vt ambo commu-
niter regnarent: quæ concordia ſex, vti diximus, annis vtcumque tenuit. Poſtea
Ptolemæus Euergetes à fratre victus, & Ægypto pulſus eſt, eíque regnum Cyre-
nes attributum. Moritur in Syria, cùm aduerſus Alexandrum Balam pugnaret,
anno Per. Iul. 4568.

Septimus eſt Ptolemæus Euergetes Philometoris frater; qui cum fratre pri- VII.
mùm ſex annis; deinde ſolus nouem & viginti regnat; anno Per. Iul. 4569. Huic co-
gnomen ab abdomine inditum eſt, Phyſcon; vt author eſt Strabo lib. XVII, & Ioſe-
C phus lib. II contra Appionem, Clemens I Strom. Apud Trogum prologo XXXVIII.
idem *Aſcon* pro *Phyſcon* appellatus legitur. Quanquam Euſebius, & qui illum ſecuti,
Epiph. lib. de Menſ. & Pond. Chron. Alex. Cedrenus, & alij, Phyſconis cognomen
ſequenti, & octauo Ptolemæo tribuũt. Sed Straboni & Ioſepho potiùs aſſentimur.
Fauet iis Iuſtinus; qui Ptolemæũ hunc vultu deformem, & ſagina ventris, non ho-
mini, ſed beluę ſimilem fuiſſe refert; L. XXXVIII. vbi & execrandam hominis impro-
bitatem, ac parricidialia ſcelera deſcribit. Huic poſt fratris obitum Cyrenis arceſ-
ſito Alexandrini regnum & vxorem Cleopatram ſororem ſuam, & fratris olim
ſui coniugem deferunt. Regnauit annis nouem & viginti; inuiſus omnibus, quos
inaudita crudelitate, atrociſſimíſq; parricidiis exacerbarat. Pulſus idem aliquando
regno, ac deinde Cleopatræ coniugi reconciliatus, moriens filios reliquit duos,
Ptolemæum Lathurum, & Ptolemæum Alexandrum: regnum autem Cleopatræ
coniugi, & alteri ex filiis, quem mallet. Reliquit & alium ex pellice Ptolemæum
Appionem, cui Cyrenarum regnum reliquit, anno V.C. DCLVIII, vt author eſt
Iulius Obſequens, & Caſſiod. Obiit anno Per. Iul. 4597, vel ſequenti.

D Octauus eſt Ptolemæus cognomento Lathurus, quem Phyſconem ab Euſebio, VIII.
aliíſque nominari dixi. Sed Lathurum vocat Ioſephus: Soterem etiam Euſebius
Chronico, & Alexandr. Chron. vna cum Epiphanio. Pothinum præterea Euſe-
bius & Chron. Alex. Cœpit hic anno Per. Iul. 4598, & à matre Cleopatra vehe-
menter exagitatus, anno regni XVII ab eâdem pulſus eſt, & in Cyprum ſecedens
ibi regnauit. Cuius loco ſubſtitutus eſt à matre alter eius filius, & Lathuri frater
Alexander. Quinetiam filium illa exulantem in Cypro inde fugauit. Vide Iuſti-
num libro XXXIX.

Nonus ergo regnauit Alexandriæ Ptolemæus Alexander; quem Alexam Epi- IX.
phanius, Chronicon Alex. Cedrenus, & alij nominant. Chronicon Alexand. pag.
430 Κοκκῆς μητρὸς hunc fuiſſe ſcribit: ſed Cleopatræ filium conſtanter omnes aſ-

ſeuerant; quin & Chronicon ipſum. Apud Strabonem lib. XVII Cocces quidam Ptolemæus ſubdititius commemoratur, qui è Syria profectus Ægyptum inuaſit; ſed breui poſtea eſt eiectus. cuius initium cadit in annum Per. Iul. 4615. Regnum tenuit annis X, ac matrem denique inſidias ſibi molientem interfecit. Tum populi concurſu regno pellitur; & à Nauarcho deinde Chærea occiditur. Author Euſebius Chron. priore pag. Græcæ edit. 56. Accidit id anno Per. Iul. 4625; Vrbis conditæ, DCLXV. A

Rurſus igitur Ptolemæus Lathurus reuocatur in regnum; quòd annis octo tenuit. Initium eius ſecundum cadit in annum Per. Iul. 4625. Obitus in annum 4632, vel ſequentem, Vrbis DCLXXII, vel DCLXXIII. Deinceps qui reges Alexandriæ fuerint, valdè eſt ambiguum. Strabo, Euſebius, Epiphanius, & alij, qui Euſebium aſſectantur, Ptolemæo Cleopatræ filio, qui eſt Lathurus, ſecundo regnanti ſubſtituunt Ptolemæum Διόνυσον. Is eſt Auletes. cuius initium Euſebius confert in annum primum Olympiadis CLXXV, qui cadit in annum Per. Iul. 4634; quo cœpit Vrbis Varronianus DCLXXIV. Eidem annos tricenos aſſignant. Verùm poſt Lathurum, ante Auleten duo alij reges interiecti fuerunt; & in eo non mediocris eſt apud omnes penè Chronologos labes temporum; qui authores illos, quos nominauimus, ſecuti multum hallucinantur. B

Paulus Manutius hanc hiſtoriam illuſtrat.

Debemus hanc obſcuriſſimæ hiſtoriæ notationem Paulo Manutio in Comment. ad primam Agrariam; quam luculentius poſtea Aldus explicauit, in Quæſ. per Epiſ. Diatriba de Ptolemæis. vbi diligenter ambos illos Ptolemæos à ſitu, & incuria vindicauit. Nos ad illorum approbandam, illuſtrandámque ſententiam quædam adiiciemus priuatim à nobis obſeruata. Quòd igitur poſt Lathurum alius quàm Auletes ſucceſſerit, ex Appiano primùm colligunt. qui libro I Ciuil. ſub finem refert Syllam anno illo, quem proximè conſecutus eſt is, quo Conſul cum Q. Metello Pio fuit, Alexandro Alexandri Ægyptij regis filio, qui in Co nutritus fuerat, & à Cois Mithridati deditus ab eo ad Syllam confugerat, regnum Ægypti dediſſe; cùm nullus Alexandriæ rex eſſet. Sed eum decimonono poſt die ab Alexandrinis interfectum. Accidit hoc anno V. C. DCLXXIII. Nam ſequenti Coſſ. cum Metello fuit Sylla. Hoc verò mirificè ad Chronologiam noſtram congruit. Quippe mortuum diximus Ptolemæum Lathurum anno Per. Iul. 4633. quo cœpit Vrbis annus DCLXXIII. Quod autem alius præter hunc ante Auleten regnauerit, ex eo demonſtrant; quòd Suetonius in Iulio cap. cap. XI memoriæ prodiderit, C. Cæſarem cùm Ædilis eſſet, *tentaſſe per partem Tribunorum, vt ſibi Ægyptus prouincia Plebiſcito daretur; nactum extraordinarij imperij occaſionem; quòd Alexandrini regem ſuum, ſocium, atque amicum à Senatu appellatum, expulerant, réſque vulgò improbabatur.* Regem iſtum Beroaldus, & Torrentius interpretantur Auleten. quod nullo modo cohæret. Siquidem Ædilis Cæſar fuit anno illo, quo Torquatus, & Cotta Coſſ. notantur; qui eſt Vrbis Varronianus DCLXXXIX, Per. Iul. 4649. At Auletes nonniſi anno Vrbis DCXCVII, Lentulo, & Metello Coſſ. à ſuis pulſus Romam venit. Itaque alius omnino, quàm Auletes, fuerit oportet ille, de quo reſtituendo Cæſar laborauit. Accedit & firmiſſimum argumentum ex vtraq; Ciceronis Oratione contra Rullum de lege Agraria. Nam in primæ fragmento initio iſta leguntur. *Dicent enim Decemuiri id, quod & dicitur à multis, & ſæpe dictum eſt, poſt eoſdem Coſſ. regis Alexandrini teſtamento, regnum illud Pop. Rom. eſſe factum.* Tùm apertius Orat. II. *Quid Alexandria, totáque Ægyptus? vt occultè latet? vt recondita eſt? vt furtim tota Decemuiris traditur? Quis enim veſtrûm hoc ignorat, dici illud regnum teſtamento regis Alexandrini, Pop. Rom. eſſe factum?* Mox. *Video qui teſtamentum factum eſſe confirmet; authoritatem Senatus extare hæreditatis aditæ ſentio. tùm quando, Alexandro mortuo, legatos Tyrum miſimus, qui ab illo pecuniam depoſitam noſtris recuperarent; hæc L. Philippum ſæpe in Senatu confirmaſſe, memoria teneo. eum, qui regnum illud teneat hoc tempore, neque genere, neque animo regio eſſe; inter omnes ferè video conuenire.* Hæc anno conditæ Vrbis DCXCI, cùm eſſet Conſul, perorabat Cicero: antequam Auletes Alexandria profugus veniſſet; cúmque regnum etiamnum teneret. Hic eſt enim, quem indicat iis verbis, quibus ipſum regia ex ſtirpe negat oriundum. Quocirca alterum quendam tenemus Alexandrum; qui moriens Pop. Rom. regnum ſuum legauit. Quis eſt autem alius, præter illum, qui ab Alexandrinis iti-

Beroaldi, & Torrentij error.

C

D

A dem pulſus eſt: de quo reſtituendo Cæſar cogitauit? quem etiam apparet deſperata recuperatione regni in Tyrum ſeceſſiſſe, ibique morientem regni ſui hæredes inſtituiſſe Romanos. Quamobrem veriſimile eſt, hunc anno Vrbis Varroniano DCLXXXIX deceſſiſſe, vt Aldus coniicit. Ab anno Vrbis DCLXXIII, Per. Iul. 4633, ad annum Vrbis DCLXXXIX, Per. Iul. 4649, interiecti ſunt anni XVI. Totidem ergo regnat Alexander ille, à quo Pop. Rom. hæres eſt factus. Hæc ferè ſunt, quæ à Manutiis ambobus accepimus. Quibus ea ſubiiciemus, quæ in Trogi Pompeij Breuiario leguntur à Iuſtino prætermiſſa. Prologo itaq; XXXIX refert poſt Lathyrum ſecundò regnantem, filium Alexandri ſucceſſiſſe, expulſóq; eo ſuffectum eſſe Ptolemæum Nothum. Strabo lib. XVII meminit Ptolemæi cuiuſdam, quem παρείσακτον appellat, cuius proprium nomen erat Κόκκης: qui è Syria profectus Ægyptum occupauit, ſtatimque pulſus eſt. Vtrum is Ptolemæus Nothus Trogi Pompeij fuerit, affirmare non audeo: & videtur minimè fuiſſe; cùm breuiſſimo tempore Ægyptum obtinuerit: ac Nothum illum, qui à Trogo commemoratur, Auletem eſſe ſuſpicor. Nam poſt Lathyrum Alexandrum regem collocat; & eo pulſo ſuffectum eſſe Ptolemæum Nothum refert. Auletes porrò Alexandro illi exſuli ſucceſſit.
B Quamobrem duo ſecundum Lathurum Ægypti reges fuerunt: vnus Alexander, Alexandri regis F. qui XIX diebus regnauit: alter itidem Alexander vocatus; qui XVI annis regnauit.

Decimus ergo rex fuit Alexander Alexandri, qui Lathuri frater fuit, filius, à Sulla creatus anno Vrbis DCLXXIII, Periodi Iulianæ 4633. Is XIX, non amplius, dies regnauit. X.

Vndecimus regnauit Alexander, ſuperioris frater, vti Trogus Prol. XXXIX ſignificat. qui eodem anno Per. Iul. 4633 iniit, & à ſuis pulſus anno Vrbis DCXC periit in exilio. Regnauit annis XVI, aut XVII inchoatos. Mortuus eſt anno Per. Iul. 4650. Quo eodem anno XI.

Duodecimus regnare cœpit Ptolemæus Auletès Nothus, non Lathuri filius, vt apparet, ſed inſititius; qui propterea generis ſui conſcius, ac teſtamenti, quod Alexander apud Tyrios condiderat, vſurpatam regni poſſeſſionem Romanorum amicitia, & ſocietate tueri conatus eſt. Quam cum ingentibus pecuniis comparare ſibi vellet, ac tributa à ſuis immania ob id exigeret, regno pulſus eſt, anno regni ſui octauo. Cœpit enim anno V. C. DCXC, Per. Iul. 4650. Fugit autem anno V. C. DCXCVII, Per. Iul. 4657. Euſebius, Epiphanius, Chronicon Alex. & ante hos Clemens Alexandr. I Strom. Ptolemæum iſtum Διόνυσον, vel νέον Διόνυσον cognominant. At Strabo duntaxat Auleten ab arte choraulica, quam exercebat. Hic anno regni ſui octauo profugus Romam venit, ac biennio poſtea, hoc eſt anno Vrbis DCXCIX, Per. Iul. 4659, à Gabinio Pompeij iuſſu reſtitutus eſt. Eo abſente, filiam eius natu maiorem Alexandrini ad regnum prouehunt; eique virum adſciſcunt Cybioſactem è Syria, hominem fœdum, & obſcurum, qui ſe in Syriacorum regum genus inſerebat; quem regina paucis pòſt diebus interfecit. Poſt hunc Archelao Comanorum in Ponto Sacerdoti nupſit. Ptolemæus Auletes recuperato regno, filiam cum eius viro è medio ſuſtulit; & ipſe paulo pòſt mortuus eſt. Hæc Strabo. Quot annis regnauerit, non ſatis conſtat. Vulgo XXX cum Euſebio, & aliis aſſignant, errore tralatitio: quòd expuncto Alexandro, qui vndecimus eſt in ſerie, Auletæ primordia tanto antè conſtituant. Cæterùm cùm Strabo breui poſtquam reſtitutus eſt, tempore ſuperuixiſſe dicat, veriſimile eſt ipſum anno Vrbis DCC, Per. Iul. 4670 mortuum eſſe, atque ita annis XI regnaſſe. Hic fratrem habuit cognominem Cypri regem, qui cùm ſe rogatione Clodia regno ſpoliandum videret, vitam ſibi eripuit, anno Vrbis DCXCVIII. XII.
C
D

Decimus tertius regnauit Ptolemæus cognomine Διόνυσος Auletæ filius, cum ſorore Cleopatra, anno, vti dictum eſt, Per. Iul. 4671, Vrbis DCCI. Qui ſorore poſtea pulſa ſolus imperauit. Videtur autem anno Vrbis DCCVI eam eieciſſe. Quippe ſub idem tempus; quo Pompeius à Cæſare victus in Ægyptum appulit, Ptolemæus ad Caſium montem erat, vt ſororem, quam paucis antè menſibus expulerat, Ægypti arceret aditu, vt author eſt Appianus lib. II Ciuil. & Dio lib. XLII Hoc accidit anno ipſo Vrbis DCCVI. Igitur cum ſorore quinque fere annis; ſolus biennium; vniuerſè annos ſeptem regnauit. Cùm enim Pompeium occidiſſet, XIII.

ac Cæſari in Ægyptum profecto bellum intuliſſet, in ipſo conflictu periit in Nilo præfocatus, anno Vrbis DCCVII, Periodi Iulianæ 4667. A

XIV. Poſtrema in Ægypto regnat Cleopatra, quæ poſt fratris obitum ſola rerum potita eſt, cùm Ptolemæum fratrem minorem adiunctum ſibi regni ſocium veneno ſuſtuliſſet. Anni porro ab eo initio, quo ſola regnauit, hoc eſt ab anno Vrbis DCCVIII circiter, ad DCCXXIV, quo cum Antonio periit, intercedunt XVII. Perperam itaque ab Epiphanio lib. de Menſ. & Ponder. imputantur huic anni XXXII: pro quibus ſcribendum fuit XXII. quot Clemens Alex. & Euſebius aſſignat. Sed ne iſte quidem numerus errore vacat. Nam ſi ab obitu Auletæ, anni Cleopatræ putentur, confient ex noſtris ratiociniis anni XXV. Niſi contra Strabonis authoritatem, quatuor poſt reſtitutionem in regnum, annis ſuperſtitem fuiſſe dicamus Auletem. Periit Cleopatra anno Per. Iul. 4684, Vrbis DCCXXIV. Interuallum ab exordio Lagidæ anni CCLXXXV.

B

De Pontificum Hebræorum ſerie, ac ſucceſſione.

CAPVT XLVII.

CVM Seleucidarum Lagidarúmque rebus, ac temporibus Aſſamonæorum implicata eſt hiſtoria, quàm Maccabæorum libri duo, & Ioſephi plures continent. Fuere gentis ſuæ illi Pontifices; quam dignitatem ab Iuda cœptam, fratres eius Ionathan, ac Simon: tum huius poſteri deinceps aliquot annis obtinuerunt. De Iuda pauca quædam Scaliger, cùm de Templi expiatione diſſerit. de Simonis epocha fuſius. Nos, vt latius operæ huius, ac diſputationis manaret vtilitas, plura comprehendere decreuimus; & quæ in tota ipſa Pontificum ſucceſſione capita quæſtionis occurrunt, breuiter attingere. Nam ſi Coſſ. Romanorum, vel etiam Prætorum, minorúmque Magiſtratuum; aut Athenis, Archontum elimata, ſubtiliúſque perueſtigata ſucceſſio delectat: C ſi in illis eruendis non malè collocatus labor antiquitatis ſtudioſis videtur: credo equidem maiori cum fructu, & approbatione, in Synagogæ, hoc eſt Eccleſiæ veteris principibus tradendis, & enucleandis noſtram nos operam eſſe poſituros. Huic igitur quæſtioni præcipuum hoc caput dicauimus. Ac priuſquam ſingillatim de pleriſque verba faciamus, pauca de omnibus, ac de vniuerſa ipſa Pontificum ſucceſſione præfabimur.

Pontifices olim perpetui.

Ioſephus lib. XX, cap. VIII author eſt initiò Pontifices toto vitæ ſuæ tempore Magiſtratu fuiſſe perfunctos; eorúmque filios, mortuis duntaxat parentibus, hæreditatem illius adiuiſſe. poſtea viuis etiam abrogari ſolitum. Itaque pauci numero ante reges, ac ſub regibus deinde, imò ad Herodem vſque, longiſſimum tempus expleuerunt. Nam ad Babylonicam vſque deportationem, hoc eſt annis circiter DCCCCXI, vnus & triginta tantummodo fuerunt. Inde verò ad Herodem, annis fere DL, non plures quàm XV legitimi. Ab Herode verò ad excidium Vrbis, ac Templi, annis CVII, octo & viginti numerantur. Etenim initio non ambitione, & gratia; neq; corruptela; ſed legitima ſucceſſione ad eam dignitatem veniebant. D Poſtea publicis, priuatiſque moribus in deteriora vergentibus, itum eſt ad artes; & largitione, ac fauore principum Pontificatus obtineri cœptus. Quod ſub Antiocho Eupatore primum impulſum, ſub Herode poſtmodum, eiúſque poſteris, ac Romanis Magiſtratibus ita percrebuit; nulli vt Pontificatum ad mortem vſq; tenuerint: ſed quaſi in proſcenium è ſipario prodeuntes ludicri Sacerdotes, peracta fabula, eò ſe, vnde venerant, receperint. Ac cùm duo ſint, quæ in Pontificum Hebræorum Catalogo inquiſitione opus habent: alterum quinam, & quot numero fuerint; alterũ quo, quantoue tempore in Magiſtratu verſati ſint; vtrumque propter hiſtoricorũ vel diſſenſionem, vel ſilentium, mirè eſt impeditum. Nam Scriptura, è qua lux aliqua obſcuriſſimæ quæſtioni poterat expectari, multos è prioribus, quos ſolos attigit, prætermiſiſſe videtur; & hos ipſos, quorum meminit, perobſcurè fuiſſe pontifices declarat. Interualla porro ſingulorum, vel quo tempore vixerint, funditus omiſit. Vnus ſubſidio nobis eſt Ioſephus; à quo cæ-

A teri, qui Pontificum Catalogos contexuerunt, ſeriem expreſſerunt. Sed nec eius ipſa multis, maximíſque controuerſiis caret hiſtoria; éſtque in appellationibus interdum haud mediocris; in tempore autem ingens, vel cum Scriptura diſcordia; vel cum eadem haud facilè concilianda varietas. Verùm nihilominus enitendum eſt, vt ex ambobus iiſce Scriptoribus; ſacris, inquam, ac Ioſepho; tùm Euſebio, Nicephoro, Hebræorum Chronico, aliíſque ſinceram illarum deſcriptionem, ordinémque capiamus: adſcribamúſque præterea, vbi id inueſtigari poterit, vniuſcuiuſque tempus: quod in prioribus, vt dictum eſt, aſſequi nulla coniectura poſſumus. Antequam verò integrum omnium laterculum exſcribam, cuiuſmodi ex authorum inter ſe comparatione probabiliter inſtituere licet; Catalogum ipſum, quæque ſuper eo diſputanda ſunt, quaſdam in lacinias ac ſegmenta partiemur. Primum iis Pontificibus attribuetur; qui ab Aarone ad Templi conditum vixerunt. Alterum à Templo condito ad Babylonicam deportationem. Tertium inde ad Haſſamonæos populi duces ac Pōtifices pertinget. Quartum Haſſamonæis ipſis dicabitur; vbi in ea, quæ à Scaligero de Simone dicta ſunt, inquiremus. Quintum reliquos omnes ab Herode ad Vrbis ἅλωσιν continebit.

Obſcuritas quæſtionis iſtius.

B

De Pontificibus, qui ab Aarone ad conditum Templi Synagogæ præfuerunt.

Capvt XLVIII.

Leviticam Tribum vnam ex omnibus ad ſacras obeundas functiones in ſolitudine Dominus elegit: in eáque rurſus vnius ſtirpem Aaronis, è qua, cæteris excluſis, Sacerdotes ac Pontifices caperentur. Quod adeò conſtanter, ac ſeuerè decreuit; vt ne Moyſis quidem, tanti viri, ac Pontificum omnium, & Sacerdotum antiſtitis, poſteri Sacerdotes fuerint; ſed in Leuitarum ordinem redacti; vti 1 Paralip.
C cap. xxiii, 14 Scriptura demonſtrat. Iam Aaronis ſucceſſores fuere liberi duo, Eleazar, & Ithamar; à quibus Sacerdotes omnes, Pontificéſque propagati ſunt. Sed penes Eleazari familiam ſummus initiò Pontificatus extitit. Nam Phineez Eleazari F. Numer. xxv, 13, propter ſingularem pietatis ardorem, ac zelum, ſacerdotij ſucceſſione donatur, & quidem in ſempiternum: quod, vt alia pleraque Dei promiſſa, ὑποθετικῶς intelligi debet; ſi quidem eius poſteri in officio ſibi conſtarent; quod non feciſſe poſtea creduntur. Nam ad alteram familiam, Ithamaris ſcilicet, Pontificatus tranſlatus eſt: ac primus ex eâ ſtirpe, redactis in ordinem Eleazari poſteris, Magiſtratu illo functus eſt Heli. Eleazari genus Scriptura lib. 1 Paralip. cap. vi, 3, deſcripſit; Ithamaris penitus tacuit. Phineez Eleazari F. genuiſſe dicitur illîc Abiſue: ab hoc Bocci genitus; cuius filius Ozi. Ozi Zaraiam genuit: hic Meraioth: iſte Amariam: Amarias Achitobum, cuius filius Sadoc, qui à Salomone Pontificatum accepit. Totidem lib. 1 Eſdr. cap. vii percenſentur. Hîc igitur prima quæſtio naſcitur; quotnam ex Eleazari familia continuata ſucceſſione ad Heli vſque ſummum ſacerdotium obtinuerint. Ioſephus lib. viii
D cap. 1 tres omninò poſt Phineen Pontifices numerat; Abiſue, Bocci, & Meraioth. quanquam pro Abiſue, ſcripſit Abiezer. Non plures in Chronico Nicephorus expreſſit: qui & errore non mediocri vnum in ſerie Phineen collocat: cæteros tres velut adſcriptitios accenſet. Lyranus Ioſephum ſecutus eſt. Abulenſis in caput 11, lib. 1. Reg. Quæſt. xxx, poſt Ozi duos ex lib. 1 Paralip. & Eſdræ ſubiicit, Zaraiam, & Meraioth. Quod ad Ioſephum attinet, mutata ſententia videtur in fine τῆς Ἀρχαιολογίας, nempe libri xx, cap. ix, tres alios adnumeraſſe. Scribit enim tredecim ab Aarone ad Templi conditum fuiſſe Pontifices. At verò ſi tres ſolos inter Phineez & Heli inſeras, decem non amplius Tabernaculo miniſtrarunt. Quare Onufrius in Catalogo Pontificum Hebræorum è Scriptura deſumpto tres eoſdem numerat; Achitobum excludit. Recentiores quidam Chronologi ne Achitobum quidem omittendum exiſtimant. Aiunt enim in illa libri 1 Paral. ſerie qui cenſentur, eos omnes fuiſſe Pontifices. Atqui ingens ex eo ſequitur

Quot ab Aarone ad Heli Pontifices fuerint.

Abſurditas opinionis recentiorũ quorumdam.

abſurdum. Nam Achitob ille, qui in I Paral. & Eſdræ cap. VII nominatur, pater A fuit Sadoci. Porrò vt ab Achitobo genitum putemus eſſe Sadocum paulo ante mortem, cum Heli annis XL, Pontifex fuerit, ac totidem à Samuele, & Saüle tranſactis, Dauid regnare cœperit, annorum octoginta fuerit Sadocus, quando Dauid regnum iniit. Hic autem ad Dauidem in Hebron ſeſe cum tribulibus ſuis contulit, anno, quàm in Tribum Iudæ imperium ceperat, octauo labente; hoc eſt VII annis exactis cum VI menſibus. Lib. II Reg. V, 5. Tum igitur Sadocus annum ſaltem agebat ætatis octogeſimum octauum. quod ridiculum eſt. Nam *puer egregiæ indolis* à Scriptura nominatur, I Par. XII, 28, quando in Hebron venit ad Dauidem; vel, vt in Hebræo legitur, נער גבור חיל *adoleſcens potens robore*. Ita qui non minus octoginta octo annorum fuit, puer aut adoleſcens viribus inclytus à Scriptura dicitur. Vt hanc abſurditatem effugiant, Achitobum illum, qui in I Par. & Eſdræ commemoratur, non patrem fuiſſe Sadoci, ſed auum putant: & alium, fortaſſe cognominem, à Scriptura prætermiſſum; quod in aliis locis eandem feciſſe non ignoramus. Sed hi gratis, & ἐκ περιουσίας diuinant. Non B enim ſi alicubi Scriptura quempiam in catalogo aliquo præteriit, id ad exemplum trahi debet, vt quandocumque libuerit, ſimulatque quæſtionis te difficultas pulſauexit, paratum illîc effugium, ac receptum habeas. Hoc enim nimis ἁπλοῦν eſt, & verò periculoſi, vt apparet, exempli; ſi abſque Scripturæ locorum aliorum euidentiore teſtimonio, ex ingenio iſta cõminiſci liceat. Matthæus in Chriſti ſtemmate capita tria, vel quatuor omiſit. Eſto. Nam omiſſa fuiſſe quâ conſultò, quâ librariorũ, in vno videlicet, incuria, docent alij Scripturę libri; vbi recenſentur. ex iis hiſtoriam, Chronologiámq; tuam potes dirigere. Idem & de affinibus locis debet eſſe iudiciũ. At in hoc noſtro negotio, quid tandem ſimile? Sadocus Achitobi filius nominatur; II Reg. c. VIII, 17. Lib. I Par. VI, 12. Eſdræ I, c. VII, 2. In libro verò Paralip. vbi Aaronis per Eleazarũ ſtemma deducitur, Achitob genuiſſe dicitur Sadoc. Quis alium credat Achitobum hoc loco memorari Sadoci patrem, quam cuius in lib. II Reg. cap. VIII filius Sadoc appellatur? Deinde cur illam nominis ambiguitatem, & ὁμωνυμίαν in Achitobo potiùs, quàm in altero ſtemmatis eiuſdem, ac lineæ commenti ſunt? Cur inquam, non duos fuiſſe vel Amarias, vel Meraioth, vel Zaraias, vel Ozi; vel certè Phineez, Eleazaróſve duos eâdem licentia C coniectantur? Neque enim aut abſurdius id in alterutro, quàm in Achitobo, ſibi permittant: aut ſæpius, ac manifeſtius Phinees puta Eleazari filius, quam Sadocus Achitobi filius in Scriptura vocatur. Cur Achitobum igitur præ cæteris in ſerie delegerint, in quo ſimplici Scripturæ veritati fucum facerent, ac duplicem eſſe iuberent, rationem, ſi poſſunt, aliquam vel veriſimilem afferant. Nam quod illos eò maximè compuliſſe videtur, vti ſcilicet in longum illud temporis interuallum, quod ab Aarone ad Heli fluxiſſe creditur, quàm poſſent plurimos pontifices infercirent, ne ſingulorum Magiſtratus & ætates vltra communes humanæ vitæ terminos propagare cogerentur; id tribus illis è ſerie decerptis, & Achitobo, propter abſurditatem, omiſſo, commodè ſublatum eſt.

Quæ ſit noſtra de ea re ſententia.

Sua cuique putandorum temporum ratio eſt. Noſtra è ſuperioribus eiuſmodi colligitur. Mortuus eſt Aaron circa annum mundi 2493. Heli Pontificatum iniit, anno circiter 3849. Interuallum, anni 356, qui in Pontifices VIII partiendi ſunt. quod perfacile eſt. Nam ſingulis anni competent non plures quàm XLIV. Hoc ve- D rò ſpatium mediocre eſt; & nonnullos conſtat longè vltra annos iſtos Pontificatum produxiſſe ſuum. De Phinees Hebræorum Magiſtrorum ſententia eſt, vixiſſe aliquot ipſum ſæculis, etiam poſt Samſonem, & Heli. quorum duplex eſt argumentum: alterum, quòd in libro Iudicum, poſt omnem Iudicum, adeóque Samſonis explicatam hiſtoriam, capite XX, 28 Phineez Eleazari filius, Aaronis filij præfuiſſe legatur, per illud bellum, quod reliquæ tribus Beniaminiticæ tribui propter ſtuprum Leuitæ coniugi à Gabaonitis oblatum indixerunt. Alterum, quòd virum illum Dei, à quo Heli Pontifex diuinum ob filiorum eius ſcelera decretum accepit: I Reg. II, 27, Phineen interpretentur Eleazari F. Pergunt aliqui longius fabulandi dulcedine, & Eliam ipſum, ob zeli ſcilicet ardoriſque ſimilitudinem, Phineen eſſe ſuſpicantur. Hanc opinionem R. Dauid Kimhi in lib. III Reg. cap. XVII commemorat; amplectitur autem Elias in Thiſbi.

de qua

A de qua re plura in Animaduer. ad Epiph. ad Hære. LV diſputauimus. Quæ quamuis Hebræorum ſententia perabſurda ſit; eò tamen valere poteſt, vt nonnullos ex antiquis illis Pontificibus præter vſitatum vitæ modum æuum ſuum prorogaſſe non dubitemus. Sanè in citerioribus Pontificibus liberaliores ſunt noſtrorum Chronologiæ, & nonnullis vltra quinquaginta Pontificatus annos; aliis etiam plures attribuunt: velut Azariæ; cuius tempus cum Oziæ regis annis adæquant: nec non Ioſedeco, & aliis; quos ſola ex coniectura certis interuallis definiunt. Atenim Eleazarus eodem anno mortuus eſt, quo Ioſue, vt ex calce Ioſue colligunt. Obiit verò Ioſue non multo poſt ingreſſum in Palæſtinam tempore; nempe anno XIV, vt lib. IX capite XXXIII diximus. Vnde CCCXL anni in ſolos VII partiendi ſunt. Verùm vt de Eleazaro aſſentiamur ipſis, nihil ex eo ſequetur abſurdi. Nam cõmodè in VII Pontifices interuallum illud tribuemus. Deinde quando mortuus ſit Eleazarus, nego è Scriptura ſatis idoneè poſſe confici. Non enim ſub idem tempus, quo Ioſue deceſſit, extinctum eſſe docet Eleazarum: ſed cùm de loco, vbi Ioſue ſepultus eſt; & ante hunc de ſepulcro Ioſephi mentionem feciſſet; voluit & locum B indicare, vbi Eleazarus eſt ſepultus. Quocirca nihil nos vetat pluribus poſt Ioſue obitum annis Eleazarum ſuperſtitem facere. Ex iis patet, meritò decimum ab Aarone Pontificem numerari à nobis Heli; qui primus ex Ithamaris ſtirpe Pontificatum tenuit. In quo falſus eſt apocryphus Eſdræ quartus; qui initio capitis primi, Eſdræ genealogiam per Heli ad Phinees, & Eleazarum deducit. Hoc enim germanæ canonicæq; Scripturæ contrarium eſt. quæ & Eſdræ ſtirpem ad Eleazarum refert 1 Eſd. cap. VII; & Heli ab Ithamare propagatum eſſe declarat in libro 1 Reg. Poſt Heli, Pontifices ex eadem Ithamaris progenie fuere tres omninò: ſi quidem rectè Ioſephus tabernaculo tredecim miniſtraſſe ſcribit. Hi ſunt, Achitob, Achias, ſiue Achimelech, & Abiathar. De Achitobi (qui alius eſt à Sadoci patre) Pontificatu Scriptura tacuit: & ſolum eius filium Achimelechum Pontificem fuiſſe ſignificat; quem & Saül interfecit, 1 Reg. cap. XXII. Sed probabiliter coniicimus etiam Achitobum ipſum ante Achimelechum ſummo Sacerdotio C fuiſſe præditum. quem quidem fratrem Ichabod, & Heli nepotem, filiúmq; Phineez caput XIV libri 1 Reg. nominat. De Samuele dubium eſt, an ſummus Sacerdos fuerit. Fuiſſe veteres quidam Patres arbitrati ſunt; vt Auguſtinus, lib. XII con. Fauſtum, c. XXXIII. Et quidem omnes Pontificis partes expleuit. Verùm extra ordinem conſtitutus à Deo videtur, vt & Elias; non tamen Pontifex fuit, quia nec de Sacerdotali familia traxit originem. Poſtremus ac tertius decimus eſt Abiathar; quem Salomon exauthorauit, eique Sadocum ſubſtituit. Cæterùm Achimelechus alio nomine vocatus eſt Abiathar, & filio cognominis fuit. quod ex lib. II Reg. cap. VIII, 17, colligitur: vbi ſub Dauide iam regnante Sacerdotes fuiſſe memorantur Sadoc, & Achimelech filius Abiathar. Ex quo patet non ſolùm Achiam, ſiue Achimelechum, vocatum eſſe Abiatharem: ſed ipſum quoque filium eius Abiatharem paternum Achimelechi nomen obtinuiſſe. Item lib. 1 Par. cap. XVIII, 16, Abiathar ipſe filius Achimelech, dicitur filius Abiathar. Qua ratione locus ille Marci II, 26 declaratur, in quo Dauid ſub Abiathare principe Sacerdotum propoſitos panes ediſſe fertur; cùm ab Achimelecho iſtos acceperit. D Verùm & iſte dictus eſt Abiathar. Nec alia magis interpretatio authoritati Marci conuenit.

Heli decimus eſt ab Aarone.

Igitur ab Aarone ad Templi conditum, Pontifices numerantur tredecim, annis circiter CCCCXXXV, id eſt ab anno mundi 2454, quo cœpit Aaron, ad 3703, quo templi fundamenta iacta ſunt.

De Pontificibus, qui à Templo condito ad eiuſdem excidium Synagogæ præfuerunt.

Capvt XLIX.

TRibvs ex fontibus poſteriorum iſtorum Pontificum ſucceſſio, eorúmque nomina petuntur: è Scriptura, Ioſepho, & Hebræorum Chronico, quem Seder-holam minorem vocant. Lib. I Paral. cap. VI, Aaronis per Eleazarum propagata genealogia deſcribitur, in eâque capita cenſentur XIV à Sadoco ad Ioſedecum; qui Babylonem deportatus eſt. Ioſephus autem lib. XX Orig. cap. VIII, Pontifices octodecim Templo miniſtraſſe ſcribit; quos lib. X, cap. XI percenſet: ſed XVII tantùm in catalogo reperiuntur. At in Seder Hebræorum XIX perſcripti ſunt, vel XX. Nam de Zacharia Ioiadæ filio ambiguè loquuntur. Primùm ergo triplicem illam ſeriem in Laterculo proponemus, vt deinde comparare illos inter ſe facilius poſſimus. B

Laterculum Pontificum Hebræorum triplici ſerie conſtans à Templi conditu ad excidium.

E Scriptura.		Ex Hebræorum Chronico.			Ex Ioſepho.	
I	Sadoc	I	Sadoc	ſub Salomone.	I	Sadoc.
II	Achimaaz	II	Achimaaz	ſub Roboam.	II	Achimaaz
III	Azarias	III	Azarias	ſub Abia.	III	Azarias
IV	Ioannan	IV	Ioachaz	ſub Ioſaphat.	IV	Ioram
V	Azarias	V	Ioarib	ſub Ioram.	V	Iſus
VI	Amarias	VI	Ioſaphat	ſub Ochozia.	VI	Axioramus
VII	Achitob	VII	Ioiadas	ſub Athalia & Ioaz.	VII	Phideas
VIII	Maraioth	VIII	Phadaias		VIII	Sudeas
IX	Sadoc		Zacharias		IX	Iulus
X	Sellum	IX	Zedachias	ſub Amaſia.	X	Ioatham
XI	Helcias	X	Ioel	ſub Ozia.	XI	Vrias
XII	Azarias	XI	Iotham	ſub Ioatham.	XII	Nerias
XIII	Saraias	XII	Vrias	ſub Achaz.	XIII	Odeas
XIV	Ioſedec	XIII	Nerias	ſub Ezechia.	XIV	Saldumus
		XIV	Oſaias	ſub Manaſſe.	XV	Helcias
		XV	Sallum	ſub Amon.	XVI	Sareas
		XVI	Helchias	ſub Ioſia.	XVII	Ioſedec
		XVII	Azarias	ſub Ioakim.		
		XVIII	Saraias	ſub Sedecia.		
		XIX	Ioſedec	In deportatione.		

Triplex iſta ſeries diuerſa plerumque Pontificum eorumdem vocabula repræſentat; aliàs non multùm diſcrepant; & ſæpiſſimè accidit, iidem vt διώνυμοι eſſent, aut pluribus etiam nominibus afficerentur. Et quidem Ioſephi nomina cum Hebraicis è Seder-holam depromptis, in multis conſentiunt; nec niſi leui aliqua commutatione diſſident. in quo Ioſephus id ſpectaſſe videtur, vt Hebraicorum D nominum natiuam aſperitatem Græcanica conformatione molliret. ceu cùm Iulum vocat eum, qui Hebræis eſt Ioël. Sed de nonnullis Pontificibus hæc obſeruanda ſunt. Primùm Ioiadas, qui ſub Athalia, & Ioaz rege vixit, à Ioſepho, & Scriptura præteritus eſt. Sed quod ad hanc ſpectat, non Ioiadas ſolùm: ſed & alij inter Amariam, & Achitobum omiſſi videntur. Nam Helcias ſub Ioſia Pontifex fuit, IV Reg. XXII, 8: Amarias ſub Ochoſia. Ioſias iniit anno mundi 3343: Ochozias, ſub quo Amarias, regnauit anno 3099. Interuallum anni CCXLV, quos à tribus, vel quatuor exhauſtos eſſe non credimus. Ad hæc cap. VI lib. I Paralip. omiſſus eſt inter Achitob, & Sadoc, Maraioth, qui capite IX, II commemoratur. Ob id Scripturam ſacram arbitror conſultò, vt in aliis locis factum ſcimus, Pontifices aliquot omiſiſſe; quos ex Ioſepho, & Seder-holam petere oportet. Sed ad

A Ioiadam reuertor. Hic ſine dubio Pontifex magnus fuit ſub Athalia, & Ioaz. Nec aliter iudicabit, qui lib. IV Reg. cap. XI, illius geſta contemplabitur. De Zacharia Ioiadæ filio res eſt incertior: quem quidem Seder holam in Pontificum gradum aſſerere videtur. Nam Zachariam Sacerdotem & Prophetam fuiſſe refert; nec de alio Sacerdotis genere, quàm ſummo, vt apparet, loquitur. Verùm cùm ſub Ioas idem liber affirmet duos extitiſſe Pontifices, Ioiadam & Phedaiam: excluſus videtur Zacharias. Ac neſcio an Phedaias Ioiadæ F., & frater Zachariæ natúque maior fuerit: hic autem cùm ſacerdos priuatus eſſet, à Ioa rege ſit occiſus. De eo præterea, qui ſub Ozia Pontifex M. fuit, iure dubitatur: quem Hebræi Ioëlem, Ioſephus Iulum vocat. At II Paralip. cap. XXVI, 20, Azarias illius temporis Pontifex cenſetur, qui Oziæ regi ſacris ſeſe functionibus immiſcenti ſacerdotali vigore reſtitit. Quare variè ille nominatus fuerit: quemadmodum & Vriam Ioſephi, & Hebræorum putamus eundem eſſe cum Achitobo: & Maraioth cum Neria. De Sadoco, qui ante Ioſedecum ſextus in Scriptura memoratur, ambiguum eſt. Nam ſextus itidem ante Ioſedecum apud Hebræos eſt Oſaias ſub Manaſſe. Quod ſi verum eſt, hiſtoriam Iudithæ ſub Manaſſe contigiſſe, & in interregno, quod poſt eius deportationem accidit; Eliachin, qui & Ioachin, Pontifex magnus fuit. Oportet igitur pluribus illum nominibus appellatum eſſe. Porrò Pontificum ſingulorum anni, & exacta tempora nulla ex hiſtoria expediri poſſunt. Neque verò nonnullorum inſtitutum probamus, qui cùm ex Hebræorum Chronico didicerint, ſub quo quique rege vixerint; hiſtoriæ certioris inopia, totidem annos Pontificibus aſſignant, quot reges ipſi regnauerunt. Satius erat rem, vti eſt, obſcuram, incertámque relinquere, ac Pontificum annos omittere; quàm meras diuinationes perſequi.

Zacharias Ioiadæ F. an Pontifex.

B (margin marker)

Ad ſummam: à Sadoco, fundatóque Templo ad eius vaſtationem annis CCCCXXIV, Pontifices cenſentur XIX.

C

De Hebræis Pontificibus à deportatione Babylonica ad Haſamonæos, ac præſertim Menelao, Lyſimacho, Iaſone, Alcimo.

CAPVT L.

IOSEPHVS Originum lib. XX. cap. V, Pontifices quindecim numerat à Babylonica vaſtatione ad Antiochum Eupatorem, à quo Menelaum, qui & Onias vocatus eſt, intruſum refert. Totidem & in Tabula noſtra in fine Opeirs exhibemus. Horũ poſtremus eſt Iaſon, ſiue Ieſus Oniæ III frater. ſecundum quem ad Iudam Maccabæum tres extitere peſſimi, perditiſſimique Pontifices, Menelaus, Lyſimachus, & Alcimus: de quibus hîc potiſſimum agemus. Hoc enim quæritur, an inter Pontifices collocandi ſint. De Menelao & Lyſimacho, quem poſteriorem Ioſephus præterit; negant ideo nonnulli, quod ex Aaronica ſtirpe, ac ne Leuitica quidem tribu fuerint. Nam lib. II Maccab. cap. III, 3, Simon ille nequiſſimus, qui Oniæ ſan-
D cto Pontifici inimicus fuit, è tribu Beniamin fuiſſe narratur. Huius autem frater Menelaus appellatur, cap. IV, 23. Menelai porrò frater Lyſimachus erat: ibid. com. 29. At verò Ioſephus lib. XI, cap. VI, Menelaum in ſacerdotalem familiam aſſerit, & Iaſonis fratrem appellat. Mihi perfacile videtur cum Scriptura conciliare Ioſephum. Itaque Menelaum exiſtimo reuera ex Aaronica ſtirpe, & verò Pontificem fuiſſe. Quod autem Simonis Beniaminitæ frater vocatur, non, vt aliqui, ad amicitiam, familiaritatémque reuoco; ſed ad affinitatem, quæ inter diuerſas tribus iungi ſolebat. Sic B. Virgo, quæ erat de tribu Iudæ, cognatam habuit Elizabetham ex filiabus Aaronis. Fortean igitur Menelaus Simonis ſororem, aut hic illius duxerat: vnde fratres inuicem appellantur. Alius eſt Ioſephi error in hoc ipſo Pontifice. Nam ab Antiocho Eupatore Pontificem eum eſſe factum refert, exauthorato Iaſone. quod cum lib. II Maccab. hiſtoria, cap. IV pugnat. Hinc enim colligitur, ſuperſtite adhuc Epiphane, Menelaum contra Iaſonem conſpiraſſe, & ad ſeſe auertiſſe ſacerdotium. Accedit quod Iudas, viuo adhuc

Menelaus ex Aaronis ſtirpe.

Error Ioſephi.

Epiphane, Pontificatum tenuit. Atqui ante Iudam Alcimus, vt idem Ioſephus (A) narrat, quatuor annis Pontificatum geſſit, & ante Alcimum Menelaus. Minimè ergo conſentaneus eſt ſibi ipſe Ioſephus. Quòd autem Menelaus rectè ab eodem in Aaronicam ſtirpem referatur, vel inde coniicimus, quòd ne fando quidem auditum fuerit vnquam, ſacerdotem, nedum Pontificem, apud Iudæos vllum extitiſſe, qui non ex Aaronis ſtemmate propagatus eſſet. Nam & Herodes poſteà, cùm occupatum à ſe regnum ope omni ſtabilire cuperet; ac Pontificiam dignitatem, & authoritatem veritus, nonniſi deuinctos ſibi, & obſcuros homines in tanto faſtigio collocaret, ſi id vſurpatum aliquando meminiſſet, libentiſſimè iſtiuſmodi exemplo eſſet vſus, ac Pontificatum ipſe geſſiſſet; de quo tamen ne cogitare quidem eſt auſus. Non eſt itaque veriſimile Menelaum ex alia fuiſſe ſtirpe, quàm Aaronica. Idem de Lyſimacho Menelai fratre ſentiendum; quem omiſit Ioſephus. at Scriptura diſertè amoto eius fratre Menelao ſucceſſiſſe Lyſimachum refert; qui iiſdem artibus eam dignitatem, quibus Menelaus ipſe, promeruit; ambitione videlicet, ac pecunia. vnde vel neuter, vel vterque in Pontificum ſerie recenſeri debet. (B)

Lyſimachũ etiam videri ex Aaronis ſtirpe.

Alcimum verò manifeſtè.

De Alcimo, extra controuerſiam eſt, ipſum ab Aarone originem duxiſſe, I Maccab. VII, 14. Sed in eo longè grauiſſimus Ioſephi error è ſacrorum librorum authoritate caſtigandus eſt. Scribit enim hiſtoricus ille lib. XII, cap. XVII, Alcimum annis quatuor geſſiſſe Pontificatum, & poſt eius obitum Iudam populi ſuffragiis electum Pontificem. Verùm ex hiſtoria ſacra Maccab. euidens eſt, Iudam ante Alcimum obiiſſe. Nam ille Græcorum anno CLI periit, I Maccab. IX, 3. Alcimus verò anno Græcorum CLIII, vti com. 54 ſcriptum legitur.

Verùm vt quatuor iſtorum perditiſſimorum Pontificum tempora, quoad fieri poteſt, è ſacris libris eruantur: primus Iaſon fratrem ſuum Oniam ſummo ſacerdotio deiecit, & hoc ipſe ab Antiocho Epiphane magnis pecuniis obtinuit, ſub ipſum vt apparet, Epiphanis initium, vt ex lib. II Maccab. cap. IV, 7 colligitur. Cúmque in eo magiſtratu quinque aut ſex annos exegiſſet, Menelai fraude circumuentus, exauthoratus eſt. Eodem enim capite, comm. 21 Antiochus poſtquam Apollonium ducem in Ægyptum miſerat, Hieroſolymam veniens ab Iaſone honorificè ſuſceptus, inde in Phœnicem abiit. (C) *Et poſt triennij tempus* (ait comm. 23.) Iaſon ad Antiochum munera per Menelaum miſit, qui Pontificatum ad ſeſe traduxit. Triennium illud vnde numeretur incertum eſt. Nam aut ab aduentu in Vrbem Antiochi, aut ab intruſione Iaſonis putare licet, quod poſterius Torniellus amplectitur ad A. 3882. Malo ad priorem epocham referre. Ita cùm Antiochi profectio in vrbem circa annum eius ſecundum aut tertium accidiſſe videatur, anno quinto Pontificatus ſui Iaſon in ordinem eſt redactus. Cœpit enim anno Græcorum CXXXVIII, vel ſequenti, & anno circiter CXLIII, vel ſequenti à Menelao deiectus eſt. Menelaus autem & ipſe paulo pòſt, cùm promiſſas regi pecunias non ſolueret, à Lyſimacho fratre pulſus eſt, cap. IV, 29. Is breui admodum ſpatio Pontificatum tenuit: ſtatim enim conſenſu multitudinis opprimitur. com. 42. Porro Menelaus poſt Antiochi Epiphanis obitum ab eius filio Eupatore necatus eſt, anno Græcorum CL, qui CXLIX in lib. II. Macc. XIII, 7, appellatur, ob diuerſam epocham, de qua ſuo loco. Ita annis circiter VII Pontificatum ſibi arrogauit. Huic Alcimus à Demetrio Seleuci F. ſuffectus videtur, I, Macc. VII, 9, anno Græcorum CLI. (D) Sed iam à Iudæis legitimus Pontifex inſtitutus erat Iudas Maccabæus, de quo paulo pòſt agetur.

Vide Iulianum Tol. lib 1 cont. Iudæos.

Igitur ab euerſione Vrbis, ac Templi quæ anno circiter Iulianæ Periodi 4125 accidit, ad Haſamonæorum Pontificatus exordium, quod in annum Græcorum circiter CXLVII, Periodi Iulianæ 4548 conuenit, annis ferè CCCCXXIII, Pontifices numerantur XVII, vel XVIII; ſi Alcimum accenſeas. qui ideo minimè reponendus videtur; quod vtcumque intruſus eſſet, non in caducam, & vacuam Pontificatus poſſeſſionem, ſed ab altero, & quidem legitimo iam occupatam pedem poſuerat. Itaque XVII tantummodo numeramus excluſo Alcimo. At Ioſephus ad Menelaum vſque, & Eupatorem (ab Antiocho enim Eupatore Menelaum Pontificem eſſe factum putat) annis CCCCXIII, Pontifices XV percenſet. Nos verò totidem, quot ille, Pontifices ad Menelaum; annos verò decem amplius reperimus.

A

Quis ille ſit Onias, ad quem Arius Lacædemoniorum rex epiſtolam ſcripſit. Oſtenditur primum hunc eſſe Iadduæ filium. Diodori, Scaligeri, & aliorum errata caſtigantur.

CAPVT LI.

LIBRO Maccabæorum primo, capite XII, mentio fit epiſtolæ ab Ario rege ad Oniam ſummum Iudæorum Pontificem miſſæ. Nam Ionathas Pontifex ad Spartanos ſcribens, hoc illis in memoriam reuocat. *Iampridem*, inquit, *miſſæ erant epiſtolæ ad Oniam ſummum Sacerdotem ab Ario, qui regnabat apud vos*, &c. De vtroque, hoc eſt tam Ario, quàm Onia; ſed hoc præcipuè; magna quæſtio eſt. Quam hoc loco diligentius inquirendam putamus, quòd imperiti quidam ad Hiſtoriæ ſacræ Maccabæorum eleuandam fidem argumentum inde ſumpſerunt: vt inter alios Molinæus in Scuto fidei: qui Oniæ tempore negat Arium vllum Lacedæmoniorum regem extitiſſe; illum verò, cuius Pauſanias Laconicis, & Plutarchus in Pyrrho meminerunt, octoginta amplius annis ſuperiorem fuiſſe. Quæ quàm falsò, inſcitéque iactata ſint, vti cætera Operis illius, hoc capite conſtabit.

B

Tres ſunt antiquorum, ac recentiorum de Onia illo ſententiæ; totidem videlicet, quot huius nominis per id tempus Pontifices fuerunt. Primus Onias Iadduæ F. qui Ptolemæi Lagi F. tempore vixit. Secundus Onias Simonis Iuſti F. qui ſub Ptolemæo Euergete Ægypti, & Seleuco Callinico Syriæ regibus vixit: circa annum 4470 Periodi Iulianæ, Græcorum LXVIII. Tertius Onias ſanctiſſimus Pontifex; de quo lib. II Maccab. cap. III, & IV, perhonorifica mentio. Vixit is Seleuco Philopatore Antiochi M. regnante, & Antiocho Epiphane. Ioſephus poſtremum hunc Oniam eſſe putat, ad quem Arius ſcripſit, idque Euſebio perſuaſit: qui in Chronico, ad annum MDCCCIX Abraami, Olymp. CXLIII primum epiſtolæ iſtius meminit. Annus primus Olympiadis CXLIII iniit anno Periodi Iulianæ 4506, in quem etiam cadit Euſebianus ab Abraamo 1809, eóque cœpit Antiochi Magni decimus nonus. Scaliger Oniam primum eſſe credit. Alij medium. — Tres ſententiæ de Onia.

C

De Ario Lacedæmoniorum rege Pauſanias ita ſcribit: Cleomene duos eſſe genitos, Acrotatum, qui patre ſuperſtite mortuus eſt, relicto filio Areo: & Cleonymum. Mortuo Cleomene, orta inter Areum & Cleonymum contentione, Senatus iudicio prælatus eſt Areus. ac ne Cleonymus aliquid contra patriam conſilij caperet, honoribus illum ac magiſtratibus delinire conati ſunt. Verùm tandem iniuriæ memor Pyrrhum in Laconiam acciuit: abſente interim Areo, qui in Cretam nauigarat. Hæc Pauſanias, quæ & Plutarchus in Pyrrho. Ex quo illud præterea diſcimus, Pyrrhum Lacedæmone depulſum contra Argiuos impetum vertiſſe, & in ea expeditione periiſſe. Obitus Pyrrhi contigit circa annum I Olymp. CXXVII, Vrbis conditæ CCCCLXXXII, Papirio Curſore II, Sp. Caruilio Coſſ. qui eſt Periodi Iulianæ 4442. — Lacon. p. 87.

D

Quidam ex eo, quod à Cleonymo Pyrrhus contra patriam adductus dicitur, ipſo anno primo factum illud exiſtimat, quo Cleonymo reiecto, Arius iniit. proindéque primum Arij indidem exorditur. Vnde conſequens eſt; cum Onia II tranſactum illud ab Ario literarum commercium. Falsò id quidem. Nam Pauſanias ſatis indicat longè poſt fraternam illam contentionem, & Arij primordia Cleonymum Pyrrhi opem imploraſſe; cùm perdiu ad placandum eius animum, varias ab Ephoris functiones, honoréſque ſit adeptus. Καὶ αὐτὸν οἱ Ἔφοροι καὶ ἄλλοις γέρασι ψυχαγωγοῦντες, καὶ ἐπὶ ταῖς δυνάμεσιν ἐφιστάντες ἄρχοντα, παρῆγον μή ποτε πολέμιον γενέσθαι τῇ Σπάρτῃ. τέλος δὲ ὁ μὲν πολλά τε, καὶ ἔχθρα εἰς τὴν πατρίδα ἐτόλμησε, καὶ Πύρρον τὸν Αἰακίδου σφίσιν ἐπηγάγετο εἰς τὴν χώραν. *At hunc Ephori cum aliis præmiis lenientes; tùm copiis præficientes, effecerunt, vt nunquam Spartæ hoſtis eſſet. Verùm tandem multa in patriam hoſtiliter geſsit, & Pyrrhum Æacidæ F. in regionem induxit.* Plutarchus verò non vetere ſolùm abiudicati à ſe principatus iniuria; ſed & recentiore,

Chelidonidis coniugis ab Acrotato Arei F. corruptæ vehementius exacerbatum A
Pyrrhum acciuiſſe memorat. Καὶ τοῦτο μὲν ἦν κοινὸν ἔγκλημα, ὃ πρεσβύτερον αὐτῷ πρὸς τοὺς πολίτας. *Hæc ei publica erat, atque vetus cum ciuibus querela.* Quid apertius, quàm longo poſt ereptum ſibi regnum tempore contra patriam veniſſe cum Pyrrho Cleonymum?

Pag. Gr. 727. Diodorus Siculus lib. xx ſcribit Archonte Athenis Demetrio Phalereo, Cleomenem Lacedæmoniorum regem obiiſſe, cùm regnaſſet annos LX, menſes X, eíque ſucceſſiſſe Aretam F. qui annis regnauit XLIV. Idem porrò Diodorus lib. XV (Pag. 488.) ſcripſerat Archonte Dyſniceto, mortuo Ageſipolide, ſucceſſiſſe Cleomenem eius fratrem, qui annis XXXIV regnum tenuerit. Atqui Cleomenes iſte non alius quàm Acrotati pater, auus Arij: quem Aretam mendoſè poſteà nominauit. Hunc Diodori conflictum Scaliger obſeruat: & poſteriorem hanc Diodori ſententiam ſequitur (Lib. 3. Iſag. Can. p. 331.); Areúmque cenſet anno primo centeſimæ duodecimæ Olympiadis iniiſſe. Atqui Dyſnicetus Archon anno tertio Olympiadis iſtius conuenit; Periodi Iulianæ 4344, annis ante initium Alexandri quinque & triginta: ante Pyrrhi mortem prope centum. Sed pro Olympiade CII, ſcribere voluit CXI. Subiicit B
enim Areum ab anno Euſebiano MCLXXXI, ad MDCCXXIV regnaſſe. Atqui Olympias CXI ad priorem illum Euſebianum eſt adſcripta. Quanquam in Animaduerſ. ad annum MDCCCIX, Euſebij calculum vt minimum annorum CXL metachroniſmo peccare dicit; eo quod Onias ille Arei σύγχρονος ſub Seleuco Nicatore vixit. Deductis annis 140 de 1809, reſidebunt anni 1669. Itaque anno Euſebiano 1670 Olympiadis CVIII, anno II, Onias ille cum Ario vixerit. Quid hoc Proteo facias?

Quæ ſit noſtra ſententia. Ne diutiùs in aliorum refellendis opinionibus hæream; Oniam illum è tribus primum fuiſſe non dubito: Arium verò, ex poſteriore Diodori ſententia, quæ eſt lib. XX, Archonte Demetrio, adeóque anno quarto Olympiadis CXVII regnare cœpiſſe, Periodi Iulianæ 4405, Ptolemæi Lagidæ XV circiter; ſi ab Alexandri morte annos illius computes. Ita mortuus erit Arius Periodi Iulianæ 4449, octauo poſt obitum Pyrrhi. At Onias ſecundus cùm ſub Seleuco Callinico & Ptolemæo Euergete vixerit, nimium à Pyrrhi temporibus diſtat. Oportet enim ex iis, quæ C
paulo antè demonſtrauimus, Pyrrhi expeditionem Laconicam in affectum iam Arij regnum incumbere. Accedit ad huius coniecturæ fidem, quod Ionathas ad Spartanos ſcribens longum interuallum interceſſiſſe ſcribit ab eo tempore, quo Arius epiſtolas miſerat.

De Haſamonæis, ſiue Maccabæis Pontificibus, ac primùm de Mathathia, Iuda, Ionatha.

CAPVT LII.

POST nefandos ac ſacrilegos Pontifices, difficillimis Synagogæ temporibus tandem benignus Dominus populum ſuum ex alto reſpiciens, præſtantiſſimos Reip. duces, eoſdémque Pontifices, ac reli- D
gionis patriæ vindices acerrimos ſubmiſit; quos Haſamonæos, & Maccabæos appellarunt. Neutrius appellationis origo ſatis explicata. Prior ab Hebraica voce חשמן profluxit; quæ *principem & magnatem* ſignificat. Sed incertum eſt appellatiuum nomen, an proprium fuerit. Ioſephus lib. XII, cap. VIII ambiguè loquitur. Scribit enim Matthiam (is eſt Mathathias) Iudæ, cæterorúmque fratrum parentem, filium fuiſſe Ιωάννου τοῦ Συμεῶνος, τοῦ Ασαμωναίου. Ibi neſcias vtrum Haſamonæus cognomento ſit appellatus Simeon auus Mathathiæ, an Ioannes pater, an Mathathias ipſe; aut vtrum Haſamonæus aliquis ita dictus pater Simonis proauus ſit Mathathiæ. Sanè Euſebius ad annum I Olympiadis CLIII, Ioannem Mathathiæ patrem cognomen iſtud habuiſſe credit.

Maccabæorum nominis origo. Quod ad Maccabæorum nomen attinet, plerique ab initialibus vocabulorum quatuor literis, quæ ראשי טיבות magiſtri nominant, deſumptum exiſtimant. Sunt autem eæ מי כמוך באלים יהוה, ex cap. XVI Exodi, & epinicio carmine Moſis. *Quis ſimi-*

A *lis tui in fortibus domine?* Quod igitur Iudas in labaro, ſeu vexillo inſcriptum hoc
haberet, inde Maccabæus dici meruit. Ita Serrarius, & alij: neque video cur non
probabilis ea coniectura cenſeatur.

Mathathias an Pontifex ſit habendus.

Prima de Maccabæis iſtis quæſtio ſuper illorum patre Mathathia mouetur,
ecquid Pontifex fuerit. Negat Scaliger lib. v, cap. de Simonis initio, hoc argu-
mento; quod ille de plebe Sacerdotum, nempe de ephemeria Ioarib fuiſſe dica-
tur. Sed ſi quid argumentatio iſta concludit, falſum etiam colligit. Conſequens
enim ex ea ſit, ne Iudam quidem poſtea, vel Simonem Pontifices fuiſſe: quod ab-
ſurdiſſimum eſt. Alij Pontificum in ordine collocant, vt Hebræi, quos Serrarius
ſequitur. Sed nulla idonea coniectura mihi id videntur aſtruere. Vnicum in eo
præſidium habent, quòd à populo partium dux electus eſt, I Mac. II, 29. Verùm
pauci tunc ad eum confluxerant; qui tantæ authoritatis nondum erant, vt no-
uum auderent creare Pontificem. Itaque belli dux & ϛρατηγὸς potiùs, quàm ſacro-
rum antiſtes à tumultuaria illa manu conſtitutus videtur. Proinde Pontificatum
non geſſit, etſi in prima, & nobiliſſima Sacerdotum ephemeria cenſeretur,
nempe Ioaribi. Nec audiendus Sigonius, qui libro v de Rep. Hebr. in Catalogo
B Pontificum, Mathathiam ſcribit ita è Leuitica tribu fuiſſe, vt ex Eleazari poſteris
non eſſet. Cui Scriptura non fauet. Sacerdotem enim illum facit ex vice Ioarib.
qui etiam cap. II com. 54 filios ſuos exemplo patris ſui Phineez hortatur: quem
Eleazari filium fuiſſe conſtat. Omittatur ergo Mathathias; qui & ab Ioſepho,
& ab Euſebio prætermittitur: nec non à S. Iuliano Toletano libro I con. Iud. Pri-
mus ſecundum Menelaum, & Lyſimachum ponendus eſt in ſerie de Haſamo-
næorum familia Iudas Machabæus Mathathiæ F. qui ſummum Sacerdotium po-
pularibus ſuffragiis accepit. Ioſephus lib. XII, cap. XVII factum id refert poſt Epi-
phanis mortem, ac Nicanoris cædem, quando & ab Romanis ſocietatem, & ami-
citiam impetrauit. Ita cùm Nicanoris cædes ipſo initio Demetrij Seleuci F. con-
tigerit, anno Græcorum CLI, vt eſt lib. I Mac. cap VII, I; Iudas autem mortuus
ſit anno CLII, vt eſt in cap. IX, 3. vno tantùm anno, vel biennio nondum euolu-
to Pontifex fuerit, cùm tamen triennio Pontificem fuiſſe velit. Verùm grauius
in eo peccat hiſtoria Ioſephi, quòd poſt Alcimi mortem Iudæ creationem inci-
diſſe narrat; vti ſuprà monuimus. Euſebius in Chronico Olymp. CLV anno primo
C Iudam Pontificatum iniiſſe vult, tertio Demetrij Soteris. Sed ingens eſt meta-
chroniſmus. Demetrius enim regnare cœpit anno Græcorum CLI, I Mac. VII, I.
ergo tertius eius cadit in CLIII. atqui Iudas obiit anno CLII. Sunt qui Iudæ Pon-
tificatum ſtatim poſt Mathathiam computent; ij videlicet, qui Mathathiam ip-
ſummet Pontificem numerant. quod paulo antè repudiauimus. Quare aliquot
annis poſtea, cùm ij, qui ex Pontificia familia erant, & ad quos iure ipſo ſucceſ-
ſio peruenire poterat, partim mortui eſſent, partim à religione Iudaica ad genti-
les ritus deſciuiſſent, ac populum ad idem ſcelus pertraherent; communibus, ac
iuſtiſſimis ſuffragiis Iudas electus eſt è Sacerdotali ſtirpe: qui hactenus populi dux,
& imperator fuerat. Quandonam Pontificatum ceperit, certò ſciri non poteſt.
Ioſephus, & Euſebius triennium imputant. Mortuus eſt, vt diximus, anno Græ-
corum CLI, menſe primo, id eſt Niſan, I Mac. IX, 3. Ita anno CXLIX creatus eſt
Pontifex, anno poſt mortem Mathathiæ quarto. Templum ab Antiocho pol-
lutum eſt anno Græcorum CXLV, I Mac. I, 57; quintadecima die menſis Caſleu,
D anno Per. Iul. 4546, eodem anno æræ vtriuſque, hoc eſt quæ à Niſan, & quæ ab
Tiſri ſequente proficiſcitur; anno nono, quàm regnare ceperat Epiphanes; (cu-
ius initium eſt ab anno Græcorum vtriuſque epochæ CXXXVII) primo Olympiadis
CLIII, vt eſt apud Euſebium, & Ioſephum; qui lib. XII cap. I pollutum templum
refert Olymp. CLIII. Mortuus eſt anno ſequenti Mathathias, cap. II, 70. Anno
Græcorum CXLVIII epochæ vtriuſque, eodem menſe, ac die Caſleu XXV, Tem-
plum à Iuda repurgatum eſt. Cap. IV, 52. Hic eſt annus Per. Iul. 4549. Ita trien-
nio contaminatum fuit. Anno igitur ſequente Iudas ad Pontificatum euectus eſt.
Reliquæ temporis notæ Encæniorum Machabæi, à Scaligero pag. 409 libri
huius accumulatæ, futiles ſunt maiori ex parte; eæ videlicet, quæ ex commen-
titiis periodis eruuntur, Alexandrea, Olympica, & Attica: quas libro primo Tomi
primi euertimus.

Iudæ ſucceſſit Ionathas: I Mac. IX, 31: quem annis quatuor Pontificatum tenuiſſe ſcribit Ioſephus lib. XIII cap. X. Sed perperam. Cœpit enim poſt fratris Iudæ necem, quæ incidit in annum Græcorum CLII in Niſan. Porro Ionathas à Tryphone cæſus eſt anno Græcorum CLXIX, vt ex cap. XIII primi Macc. colligitur. Ergo XVII circiter annos abſoluit, & XVIII inchoauit. Euſebius XIX aſſignat. Hic ſucceſſorem habuit Simonem fratrem; cui peculiare caput à Scaligero dicatur. Ob id nos quoque de illo ſeparatim agemus. A

De Simone Pontifice Mathathiæ F.

CAPVT LIII.

LIBRO I Mac. XIII, 41 inſignis eſt mentio primi anni Pontificatus Simonis. *Anno, inquit, centeſimo ſeptuageſimo ablatum eſt iugum gentium ab Iſraël. Et cœpit populus Iſraël ſcribere in tabulis, & geſtis publicis: anno primo ſub Simone ſummo Sacerdote, magno duce, & principe Iudæorum.* Initium ergo illius anno Per. Iul. 4571. Occiſus eſt exeunte anno Græcorum CLXXVII, circa finem hiemis, anno Per. Iul. 4578, vt ex lib. X Mac. I cap. XVI, 14 conſtat. Igitur annis circiter VIII Pontifex fuit, vt & Ioſephus narrat, lib. XIII, cap. XIV, & Euſebius. Scaliger lib. V de Emend. pag. 409 Iudæos refert *æram Contractuum, quam à Tiſri putabant, in publicis tantum & legitimis actibus tùm primùm deſiiſſe, cum Simon Hyranus ſummum iniuit Sacerdotium.* Quod ex loco illo libri primi Mac. quem paulo antè citauimus, adſtruit: tum ex Talmudico Perek roſch haſſchanah. Sed neutro teſtimonio probari poteſt, Iudæos æræ Græcorum rum, vel contractuum mentionem tunc deſiiſſe penitus. Sed hoc ſolùm colligitur, cum æra contractuum adiunctos eſſe Simonis, & Haſamonæorum deinceps annos. Etenim lib. I Mac. cap. XIV, 27, annus Græcorum CLXXII cum anno tertio Simonis coniungitur; vt & Scaliger ipſe notauit. Quare mirum eſt; hoc ipſum ſcripſiſſe; à Simonis initio cœptum in actibus legitimis ſubſcribi, non, vt antea, anno Græcorum illo, aut illo: ſed anno illo Hyrcani Iudæorum ethnarchæ Pont. Max. quaſi poſtea Grecorum anni numerari deſierint. Talmudicus verò locus non rectè à Scaligero Latinè redditur. Hæc enim verba בתלתא בתשרי בטילת אדכרתא מן שטרייא שגזרוה מלכות יון גזרה שלא להזכיר שם שמים על פיהם וכשגברה מלכות חשמוני ונצחום התקינו שיהיו מוכירים טם שמים אפילו בשטרות. Hæc ſic interpretari licet: *In tertio die Tiſri ſublata eſt è contractibus edicti mentio, quod conſtituerant reges Græciæ: vt ne amplius nomen Dei commemorarent. Et quando corroboratum eſt regnum Haſamonæorum, & vicerunt eos, ſanxerunt, vt mentionem facerent nomen Dei etiam in contractibus.* At Scaliger priora ita vertit: *Tertia Tiſri abolita eſt mentio contractuum, edicti, quod edixerunt reges Græciæ.* contra mentem authoris. Neque enim contractuum mentionem abolitam, ſed edicti duntaxat, voluit; quo interdictum erat, ne Dei nomen ſubſcriberetur. At vtrumque deinceps expreſſum; tam anni Græcorum, quàm Sacerdotis nomen. Præterea Simonem vocat Scaliger Ioannem Hyrcanum, haud ſatis conſultè patrem cum filio confundens. Nam Hyrcanus Simonis filius appellatus eſt. (Ioſephus lib. XIII, cap. XV) & quidam primus, vt idem lib. XVIII, cap. VI refert. Addit Hebræorum Chronicon minus, cognomen hoc ei à Simone patre ob victos Hyrcanos inditum; cui ſuffragatur Euſebius in Chronico. Simon autem ipſe à Ioanne Hyrcano diuerſus eſt. Pergit hiſtoria ſacra capitis XIII libri I Mac. & in calce refert Simonem ingreſſum in arcem die XXIII ſecundi menſis, anno CLXXI, eúmque diem ſolenni poſtea ritu conſecrari placuiſſe. Ex quo Scaliger ariolatur verum computum annorum ciuilium illius ſæculi ab Ijar, ſecundo menſe, deinceps iniiſſe; quod & infra, capite de Exceſſu Herodis, pag. 433 repetit. Sed leuiſſimum argumentum eſt, quo hæc ſuſpicio nititur. Ioſephus teſtis adducitur, qui Hieroſolyma à Pompeio capta ſcribit tertio menſe, ἐν νηστείᾳ. Hunc eſſe Tamuz coniectatur Scaliger; qui ab Iiar tertius eſt. Sed non dicit Ioſephus fuiſſe Thamuz, vti lib. II, cap. de Periodo Iudæorum Alexand. monebamus. Potuit ergo Siuuan eſſe, qui tertius eſt à Niſan. De aliis duobus eiuſdem Ioſephi locis, in quibus & Adar

B C D

Scaliger Hebræa non rectè interpretatur.

A vndecimus, & Tebeth nonus appellatur; dictum eſt lib. I cap. XXIX de Macedonicis menſibus. Ibi mendoſos eſſe Ioſephi Græcos codices ex Ruffini interpretatione docuimus. Quare nullus iam locus nouæ illi ab Iiar epochæ relictus eſt.

De reliquis ad Herodem vſque Pontificibus Haſamonæis, atque Hyrcano præſertim, & Ariſtobulo.

Capvt LIV.

CÆteri ad Vrbis ac templi calamitatem Iudæorum Pontifices ex nobiliſſimo Scriptore Ioſepho petendi ſunt: vnde & Euſebius, & alij Euſebium ſecuti laterculos ſuos expreſſerunt. Poſt Simonis obitum, quem Ptolemæus gener fraude circunuentum occidit, Pontifex fuit Ioannes Hyrcanus eius filius; ſub quo Iudaicæ res ma-
B gnopere floruerunt. Initium eius anno Græcorum, ſecundum priorem epocham à Niſan, CLXXVIII, Per Iul. 4579. Nam Simon anno CLXXVII, vltimo menſe necatus eſt. Pontificatum tenuit annis XXXI. author Ioſephus lib. XIII, cap. XV. At Euſebius tantùm XXVI aſſignat. Moriens ille filios duos reliquit; Ariſtobulum, & Alexandrum. Horum natu major Ariſtobulus primus ex Haſamonæis diadema ſumpſit, ac ſe regem appellari voluit. Vnde perperam ab Euſebio Ioannes Hyrcanus rex dicitur. Ariſtobulus vno tantùm anno regnauit, ſucceſſorémque fratrem habuit Alexandrum, qui & Iannæus dictus eſt. Huius vxor Alexandra fuit, quæ & Salome; Chriſtianis authoribus Saalina dicta: quam & Ariſtobuli coniugem fuiſſe (quod expreſſè neſcio an vllus author ſcripſerit) è Ioſepho probabiliter coniectati ſumus in Animad. ad Epiphanium pag. 52. Alexander annis Pontificatum tenuit ſeptem & viginti: Ioſephus lib. XIII, cap. XXIII, & Euſebius. Moriens vxorem cum duobus filiis reliquit; Hyrcano, & Ariſtobulo. quorum longè diſpar indoles fuit. Hyrcani mite ingenium, & pacificum; alterius turbulentum, & dominationis auidum. Hyrcanum Alexandra rerum ex viri ſui teſta-
C mento potita, Pontificem conſtituit. Tumultuante dehinc Ariſtobulo poſt matris obitum conuênit, vt Ariſtobulus regnum, Hyrcanus Sacerdotium obtineret. Sed Antipatri Herodis parentis conſiliis turbata fratrum concordia, & domeſticæ ciuiléſque diſſenſiones vehementius eruperunt. quarum occaſione Romani Iudaicis ſe rebus immiſcentes, paulatim eas in ſuam poteſtatem ditionémque tranſtulerunt. Hæc accuratiſſimus ſcriptor Ioſephus lib. XIV, ac deinceps quomodo ſint progreſſa deſcribit. Nos rerum præcipuè tempora, non hiſtoriam perſequimur. Hoc igitur agamus.

Ioannes Hyrcanus Pontificatum iniit anno Per. Iul. 4579, eúmque XXXI annis adminiſtrauit. Obiit ergo anno 4609. Vrbis conditæ anno DCXLIX. Ariſtobulus eius filius anno 4610 Pontifex fuit. Eodem, vt apparet anno exeunte, Iannæus Alexander in regnum Pontificatúmque ſucceſſit, & anno Per. Iul. 4636, obiit; Vrbis DCLXXVI. Poſt eius mortem Alexandra nouem annis regnauit. Ioſephus in calce libri XIII. Sed inchoatum nonum par eſt intelligi: cùm poſt eius mortem Hyrcanum Pontificatum iniiſſe dicat, Coſſ. Q. Hortenſio, & Metello, *Quo tempore Ioannes Hyrcanus inierit.*
D Olympiade CLXXVII, anno tertio: vt eſt lib. XIV, cap. I. Annus erat Vrbis Conſulibus illis, DCLXXXV. Per. Iul. 4645. Octo itaque ſolidis annis ſuperſtes viro fuit Alexandra, & nonum inchoauit. Nouem itidem Hyrcanus ſub matre Pontificatum obtinuit. cuius tamen initium ipſo anno, qui Coſſ. habuit Hortenſium, & Metellum, ſtatuere videtur his verbis: ἀρξαμένου τοίνυν τῆς ἀρχιερωσύνης Ὑρκανοῦ τῷ γ΄ ἔτει τῆς ζ΄, ἑο΄ πρὸς ταῖς ρ΄ Ὀλυμπιάδος, ὑπατεύοντος Ῥωμαίων Κοΐντου Ὀρτησίου καὶ Κοΐντου Μετέλλου, ὃς δὴ καὶ Κρητικὸς ἐπεκαλεῖτο, πόλεμον εὐθὺς ἐκφέρει πρὸς αὐτὸν Ἀριςόβουλος. *Ineunte ergo Pontificatum Hyrcano, tertio anno Olympiadis* CLXXVII, *Coſſ. Q. Hortenſio, Q. Metello Cretico, bellum illi ſtatim indixit Ariſtobulus.* Si anno tertio Olympiadis illius Pontificatum adiit, ante Solſtitium iſtud accidit. Annus enim tertius à Kal. Ian. anni Per. Iul. 4645 ad Solſtitium circiter decurrit. inde quartus excepit. Idem porro Ioſephus lib. XX, cap. VIII ſcribit Hyrcanum nouem annis Pontificatu per-

functum, & à fratre pulſum, qui regnum cum Sacerdotio tribus annis, totidémq; A
menſibus occupauit, donec à Pōpeio expugnatis Hieroſolymis Hyrcanus reſtitutus, Ariſtobulus cum filiis Romam captiuus eſt abductus. Hyrcanus pręter nouem illos annos, alios quatuor & viginti Pontificatū geſſit. Pòſt à Parthis & ipſe captus eſt, eiúſq; loco ſubſtitutus Antigonus regnauit annis tribus, menſibus totidem; donec à Soſio, & Herode victus, & ab Antonio Antiochiæ interfectus eſt. Hæc Ioſephus; quæ ex lib. XIV, vbi horum temporum hiſtoria perſcribitur, enarranda ſunt. Hieroſolyma Pompeius expugnauit, vt idem teſtatur Ioſephus lib. XIV, c. V, Antonio, & Tullio Coſſ. Eſt hic annus Vrbis Varronianus DCXCI, quo, currente anno primo Olymp. CLXXIX, menſe tertio, id eſt Siuuan, capta eſt vrbs, vt author eſt Ioſephus. Si igitur ab hoc menſe tres annos, totidémque menſes Ariſtobuli retro computes, inuenies pulſo ipſum Hyrcano, Pontificatum, ac regnum iniiſſe, anno Vrbis DCXXCVIII à menſe Niſan. Tres igitur ſolidos annos Hyrcanus Pontificatum geſſit poſt matris obitum, poſt patris verò mortem octo ſolidos. Ita XI annos antequam à fratre pelleretur, in Sacerdotio tranſegit, & duodecimum inchoauit. Ideo non rectè Ioſephus nouem duntaxat attribuit. Idem autem B
Hyrcanus in Sacerdotium à Pompeio reſtitutus, ab Ariſtobuli fratris liberis perdiu vexatus eſt. Ariſtobulum enim Pompeius Romam cum Antigono filio, ac filiabus totidem abduxit, quod cap. VIII Ioſephus ſcripſit. Alexander verò Antigono maior natu clam aufugerat. qui cum Hyrcano, ac deinde Romanis, & Gabinio Procoſ. bellum geſſit. à quo ſubinde veniam impetrauit. Ioſephus cap. X. Accidit hoc anno Vrbis conditæ DCXCVII; quando Hyrcanus Hieroſolymam à Gabinio reductus eſt: & Iudæâ in quinque partes diſtributâ, totidem Synedria conſtituit, Hieroſolymis, Gadaris, Amathunte, Hierichunte, & Samphoris. Sub hæc Ariſtobulus è vinculis elapſus, & in Iudæa turbas conciens à Gabinio captus, ac Romam eſt remiſſus. Gabinius Craſſum ſucceſſorem habuit, qui in Syriam anno Vrbis conditæ DCC venit. Poſtea Iulius Cæſar anno Vrbis DCCV Ariſtobulum è carcere dimiſit: qui veneno ſublatus eſt. Alexander verò eius F. à Scipione iuſſu C
Pompeij ſecuri percutitur. Ioſeph. cap. XIII. Anno ſequenti cùm deuicto Pompeio, Cæſar in Ægypto bellum gereret, Antipater cum auxiliaribus copiis ſuppetias iuit, eúmque tantopere demeruit, vt Iudææ procurationem obtineret, Pontificatu penes Hyrcanum relicto: quem etiam cum Antipatro illa in expeditione fuiſſe docet è Strabone Ioſephus cap. XV. Hæc anno DCCVI Vrbis acciderunt. Exinde poteſtatem Hyrcano fecit Iulius Cæſar murorum Hieroſolymitanorum reficiendorum, quos Pompeius diſiecerat. qua de re Romam ad Coſſ. ſcripſit.

Error Ioſephi.

In quo ſingulari obſeruatione dignum eſt; Ioſephum, poſtquam hæc XVI capite narrauit, decreta duo ſubiicere, quæ in gratiam Hyrcani à Senatu Romano, & Athenienſibus edita ſunt. Horum prius illud eſſe SC. debuit, quo Hyrcano murorum inſtaurandorum poteſtas fiebat. Atqui nihil minus, quàm quod agebatur, Senatuſconſultum à Ioſepho deſcriptum continet. Nihil enim aliud, niſi munerum ab Hyrcano per legatos miſſorum mentionem facit, aureæ videlicet phialæ, aureique clypei, quæ per Alexandrum Iaſonis filium, & Numenium Antiochi filium, & Alexandrum Dorothei Hyrcanus Romam deſtinarat. tum ſocietatem cum Iudæis, amicitiámque confirmat. de muris verbum nullum. D
Quare perſpicuum eſt, hallucinatum eſſe Ioſephum, & cùm varia populorum decreta in Iudæorum gratiam ſcripta penes ſe haberet; quæ Ioannis Hyrcani tempore olim à Senatu impetrata fuerant, ea Hyrcano iuniori prioris nepoti per imprudentiam attribuiſſe. quod pluribus lib. I huius Operis, cap. de Macedonica periodo contra Scaligerum oſtendimus. Quocirca Ioannes Hyrcanus anno nono Pontificatus ſui, qui in annum Vrbis circiter DCXXVII conuenit, SC. illud per legatos obtinuit: eodémque tempore & ab Athenienſibus alterum impetrauit. Vide quæ libro illo primo diſputata ſunt, & in iis magnam Scaligeri hallucinationem animaduerte. Cæterum quæ in gratiam Hyrcani iunioris à Iulio Cæſare cùm aliis de rebus, tùm de mœnium reficiendorum facultate ſancita ſunt, capite XVII libri XIV commemorauit. Hoc verò de muris inſtaurandis editum eſt in V Conſulatu Iulij Cæſaris, qui eſt ille ipſe, quo mortuus eſt, Varronianus DCCX. Tandem Antigonus Parthorum auxilia contra Herodem, & Hyrcanum aduocans,

A patruum ſuum in poteſtatem redegit, quem auribus mutilatum, ne qua ſpes re-
cuperandi Sacerdotij foret, Barbaris captiuum dedidit. Contigit hæc Parthorum
irruptio Aſinio, ac Domitio Coſſ. qui eſt annus Vrbis DCCXIV, vt author eſt Dio,
qui à T. Labieno Pompeianarum partium duce accitos eſſe Parthos refert. Eodem
anno Herodes deſperatis in Iudæa rebus ſuis, Romam ad Antonium & Cæſarem
profectus, regnum Iudææ præter ſpem obtinuit ex SCto, cùm interim Antigo-
nus patruo deiecto Hieroſolymam occuparet. Quem ab Soſio demum adiutus
anno Vrbis DCCXVII Herodes oppreſſit. Hinc apparet rectè ab Ioſepho Hyrcani Quot annis Pontificatum tenuerit Hyrcanus.
poſteriorem Pontificatum annis quatuor & viginti circunſcribi. Nam ab anno
Vrbis DCXCI, quo à Pompeio reſtitutus eſt, ad annum DCCXIV totidem præciſè
ſunt, nondum tamen abſoluti. Ita annis in totum XXXV circiter Pontifex fue-
rit. Antigonus verò annis, eodem teſte Ioſepho, tribus, cum totidem menſibus
ſummum Sacerdotium geſſit, qui ab anno Vrbis DCCXIV ad DCCXVII con-
tinentur. Indidem porro manifeſtum eſt, poſt Iannæum Alexandrum, Pontifices
iſtos eſſe numerandos, Hyrcanum, Ariſtobulum, Hyrcanum ſecundò, Antigo-
num Ariſtobuli filium. Præter hunc verò ex Haſamonæorum ſanguine alius, &
B poſtremus Pontifex fuit Ariſtobulus Alexandræ Mariammes matris filius, & Ma-
riammes frater, quem in coniugis ſuæ gratiam natum annos XVIII Pontificem
creauit Herodes, & anno poſtea in Hierichunthina piſcina præfocauit. Ioſep. lib.
XV cap. III. Sed ante hunc Ananelus quidam obſcurus Sacerdos Pontificatum
obtinuit.

De Pontificibus cæteris ab Herode ad excidium Vrbis.

CAPVT LV.

PERTVRBATISSIMVS deinceps Synagogæ ſtatus, & ſacrorum
omnium fœdiſſima corruptela fuit; poſtquam legitima Pontificum
vel ſucceſſione vel electione ſublata, peſſimis artibus, hoc eſt per am-
C bitionem, & largitionem, ſummum ſibi quiſque Sacerdotium compa-
rauit. Itaque plures breui interuallo Pontifices, vel Pontificum po-
tius ſpecie ac larua ſubornati homines, ſic tanquam è ſipario in proſcenium, Sa-
cerdotes ludicri prodierunt; cùm ab Regibus, aut magiſtratibus Romanis, iden-
tidem exauthoratis prioribus, noui ſubrogarentur. Sed in hac Pontificum miſcel-
la deſcribenda ideo paululum operæ collocabimus, quod in eorum tempora Chri-
ſti natalis, & ἔνσαρκος οἰκονομία, prædicatio; ipſa denique mors incurrit. Accedunt
graues quædam ſuper nonnullis authorum controuerſiæ, & de Pontificatus illo-
rum tempore falſæ quorundam opiniones. quæ omnia non alio loco à nobis op-
portunius, quàm hîc, pertractari, diſceptarique poſſunt. Ex iis ergo Pontificibus,
qui deinde conſecuti ſunt, de LXI, qui eſt Simon Boëthi F. obſeruandum impri-
mis, Sigonium libro V de Rep. Hebr. in Catalogo Pontificum, falſò credere alie- Falſa opinio Sigonij.
nigenam ipſum fuiſſe, quòd Alexandrinus eſſet. quanquam non Alexandrinus ip-
ſe, ſed Boëthus illius pater à Ioſepho dicitur, lib. XV, cap. XV. Verùm vt Alexan-
D driæ natus ſit, non ideo dici alienigena debet. quandoquidem Iudæos com-
plures, & quidem veros, Alexandriæ, & in cæteris prouinciis habitaſſe con-
ſtat. Secundo non minus in eo decipi Sigonium, dum poſt Matthiam, qui eſt LXII,
Ioſephum Mathiæ fratrem in ſerie collocat. Neque enim iſte Pontifex fuit; ſed
vicariam ſemel operam fratri ſuo præſtitit; cùm is propter ἐξονειρωγμὸν, in ſolenni
Kippurim functionem obire non poſſet. Ioſep. lib. XVII cap. VIII. Tertiò notan-
dum Nicephorum in Chronico, & alios vulgò natum aſſeuerare Chriſtum ſub
Ioazaro Pontifice, qui Matthiæ ſubſtitutus eſt. Sed cùm Ioſephus eodem illo ca-
pite ſcribat Matthiam in ordinem redactum, eique ſubrogatum Ioazarum, paulo
antequam eclipſis illa contingeret, quæ eius obitum anteceſſit, accidítque Martij Lib. XI, cap. I.
XIII: vt nos alibi dicemus: videtur Chriſtus ſub Matthia ipſo potiùs in lucem edi-
tus. Quartò; Ioazarum ſecundò Pontificatum obtinuiſſe ſub Archelao; quod
ex Ioſepho perſpicuè colligitur; libro XVIII, capite I & II. Hic enim Quirini

tempore, poſt Archelai relegationem, Pontificatum tenuiſſe dicitur. A

De Anna Caiphæ ſocero.

Quintò poſt Ioazarum ſucceſſiſſe Ananum filium Seth, qui à Quirino Pontificatum obtinuit. Hic eſt Annas Caïphæ ſocer: à quo quartus numeratur Caïphas ipſe. Cùm igitur Ioannis Baptiſtæ, & Chriſti præcipuè prædicatione, ac paſſione nobilitati ſint illorum Pontificatus; ſítque perobſcura de ambobus illis controuerſia; quæ & ad eam, quam poſtea pertractaturi ſumus, de Baptiſmo, ac Paſſione Chriſti quæſtionem penitus eſt neceſſaria; hoc loco Pontificum iſtorum tempora diligentius perquiremus. Ioſephus lib. Orig. XVIII, cap. III, refert Quirinum, qui ad Archelai bona diſtrahenda, & in fiſcum redigenda miſſus fuerat, Ioazaro Pontificatum abrogaſſe, & Ananum filium Seth eius loco ſubſtituiſſe. Contigit iſtud anno circiter Iuliano LII, Chriſti VII. Ioſephus annum numerat XXXVII poſt Antonij cladem ad Actium; quo Quirinus cenſum inſtituit. Victus eſt Antonius anno Vrbis DCCXXIII, Iuliano XV: à quo numerati XXXVII anni deſinunt in LII Iulianum. Hoc igitur Pontificatum iniit Annas Caïphæ ſocer. Poſt Quirinum Iudæam procurauit Coponius; qui cum Quirino ipſo miſſus fuerat. B Coponio ſucceſſit Marcus Ambiuius, Ioſepho Ἀμβίβουχος. Huic Annius Rufus; quo Iudæam procurante, mortuus eſt Auguſtus. Rufum Valerius Gratus excepit, quem Tiberius ineunte principatu Procuratorem allegaſſe videtur. Hic paulo poſt aduentum in Iudæam ſuum, Ananum exauthorauit, & eius loco Iſmaëlem Fabi F. ad ſummum ſacerdotium euexit, anno Chriſti circiter XVI. Ita Annas nouem plus minus annis Pontificatum geſſit. Pòſt paulo verò, deiecto Iſmaële Valerius Eleazarum Anani F. Pontificem facit, qui anno vertente locum ceſſit Simoni Camithi F. qui nec amplius anno cùm præfuiſſet, ſucceſſorem habuit Ioſephum Caiapham. quo Pontificatum obtinente, Gratus, cùm XI annis Iudæam procuraſſet, Romam reuerſus eſt, eique Pontius Pilatus ſucceſſit. Sed de Caïphæ primordio, eiúſque Pontificatus tempore, non vulgaris eſt quæſtio.

Scaligeri & Caſauboni opinio refellitur.

Ioſephus Scaliger Prolegomenis in Euſebiana Chronica, ita ſcribit: Valerium Gratum Rufi ſucceſſorem, anno IX Tiberij, Chriſti Dionyſiano XXIII, Annam Pontificem Max. inſtituiſſe, & paulo pòſt Iſmaëlem, &c. ac demum Ioſephum Kaiapham anno XII, qui vſque ad XX annum Tiberij ſeptennium ſolidum ſacerdotio C functus eſt. Scaligerum more ſuo Caſaubonus ſequitur in Exercitat. X contra Baron. N. I, & Exercit. XIII, N. IV: vbi & Illuſtr. Baronium redarguit, quod Ananum à Grato, ineunte procuratione, putet in ordinem redactum. Sed huic Scaligeri & Caſauboni ſententiæ Ioſephus non fauet. Scribit is lib. XVIII, cap. V in calce, Pilatum ob cædem primorum è Samaritanis rebellibus patratam ab Samaritanis accuſatum apud Vitellium Syriæ Præfectum, ab ipſo Romam ad cauſam dicendam fuiſſe miſſum, cùm X annis Procurator fuiſſet. Sed antequam eò perueniret, Tiberium deceſſiſſe. Poſteà cap. VI narrat Vitellium, qui per Marcellum abſens Pilatum in ordinem redegerat, Hieroſolymam aduentaſſe, & ibidem Caïpham exauthoraſſe. Quare ſubinde poſt Pilati profectionem, Caïphæ ſucceſſor datus eſt. Quod ſi ita eſt, non ſeptem ille duntaxat annis, ſed ſupra decem Pontificatum adminiſtrauit. Nam à Valerio Grato prouectus eſt; ídque vt anno eius vltimo factum ſit, Pilati certè decem annos impleuit. Et quanquam Ioſephus hiſtoriam, non Annales conſcribens, exactam annorum ἀκολουθίαν non perpetuò ſeruauerit; tamen nullo idoneo ſatis argumento colligi poteſt, Caï- D pham anno Tiberij XX Pontificatu deiectum fuiſſe, aut anno Grati vltimo ad eundem eſſe promotum. Quocirca probabile mihi videtur, Valerium Gratum, qui anno circiter Tiberij ſecundo Iudæam procurare cœpit, eodem ipſo, Anano Pontificatum abrogaſſe, eíque ſubſtituiſſe Iſmaëlem Fabi F. anno Chriſti XVI. deinde anno Chriſti XVII, Eleazarum Anani F. in Iſmaëlis locum ſubrogatum: anno verò XVIII, Simonem Camithi filium. Ita demum anno Chriſti XIX, Tiberij V, Valerij Grati Procuratoris anno quarto, Caïpham Pontificatum iniiſſe, in eóque XVII annos perſeueraſſe, vel etiam XVIII inchoaſſe; vt rectè Baronius ad annum Chriſti XXXI, N. VIII docuit; cui tamen in eo non aſſentior, quod Ioſephum ait anno tertio Tiberij Caïphæ initium tribuere. Neque enim id hiſtoricus ille ſignificat: ſed probabili duntaxat ratione annus ex eo quintus potiùs quàm ſecuncundus elicitur. Vtrum autem toto illo annorum interuallo ſolus Caïphas Pontificatum

A tificatum tenuerit, res eſt præcipuæ cuiuſdam, neque ſatis explicatæ quæſtionis; quam proximè ſubiicimus.

De duobus Pontificibus, Caiapha, & Anna: & vtrum aliquando Pontifices duo ſimul, eodem præditi iure, præfuerint. Bezæ, Scaligeri, & Caſauboni hallucinationes.

CAPVT LVI.

QVÆSTIONIS origo ex Ioannis, ac Lucæ verbis proficiſcitur: qui Caipham cum Anna coniungunt. Primùm Lucas cap. II, com. 2, Ioannem Baptiſtam prodiiſſe ſcribit in lucem, *ſub principibus ſacerdotum Anna & Caipha.* Idem Act. IV, 6. *Annas princeps ſacerdotum, & Caiphas*, &c. Ioannes verò cap. XI, 49. Caipham ait fuiſſe *Pontificem*
B *anni illius*: nec non cap. XVIII, 13. Hinc iure dubitatur, ecquid ambo illi ſimul Pontificatum tenuerint. De qua re ita ſentit Euſebius lib. I Hiſt. cap. X: Chriſtum inchoatam ſub Anna prædicationem, ſub Caipha pertexuiſſe: quod ſpatium, inquit, non plenos quatuor annos complectitur. Nam poſt Annam ſinguli annis ſingulis Pontificatum tenuerunt. Hæc Euſebij ſententia perabſurda eſt; neque alteri eiuſdem definitioni conſentanea. Pilatum enim dicit anno duodecimo Tiberij procurationem cœpiſſe; Chriſtum verò baptizatum anno XV Tiberij, & quatuor annis prædicaſſe. Igitur octauo decimo Tiberij mortuus eſt, Pilati VI, vel VII. Atqui Annas longè ante aduentum Pilati Pontificatu ceſſerat, & eum Caiphas iam inierat. Aliud ergo quærendum fuit; & verò magna contentione quæſitum ab eruditis Annalium, Chronicorúmque ſcriptoribus, qui nodum illum variis modis tentarunt ſoluere.

Video qui Caiphæ ſoli Pontificatum per illud tempus adſcribat: Annam verò ideo Pontificem appellari putet, quod caput eſſet Synedrij magni, quod ex LXXII viris conſtabat. Sed ea ratio meritò ab eruditis non probatur. Nam Synedrium è
C ſolo genere Sacerdotali minimè conſtabat, vt qui ei præeſſet, ἀρχιερεὺς, id eſt Sacerdotum princeps diceretur. Deinde gratis iſtud vſurpat, quod nullius authoris teſtimonio demonſtrat; principem Synedrij Pontificem eſſe nominatum. Non deſunt, qui Annam propterea velint Pontificem vocari, quod olim Pontificatu perfunctus eſſet; quomodo Epiſcopi dicuntur etiam ij, qui Epiſcopatu ſeſe ipſos abdicarunt. Verùm cur ſolus Annas Pontifex ex illorum numero vocatur, cùm tot alij Pontificatum & ipſi geſſiſſent? Theodorus Beza in Annot. ad cap. XI, 49 Ioannis, ad hæc verba: *Erat enim Pontifex anni illius*: ad ea nos remittit, quæ ad cap. XI Marci, com. 26 adnotarat. Ibi verò apparere dicit ex lib. I Paral. cap. XXIV, 2, & 3, duos fuiſſe Pontifices, qui viciſſim fungerentur ſacerdotio: quamuis vnus præcipuus eſſet, alter verò ab eo ſecundus, vt liquet ex II Reg. cap. XXV, 18. Ex hoc Bezæ ſcholio, non obſcurum eſt quid ſenſerit: videlicet Annam & Caipham ita Pontificatum ſimul geſſiſſe, vt alter alteri dignitate antecelleret. cuiuſmodi nempe Caiphas fuit. Caſaubonus in Exercit. ad Ann. Baron. Exercit. XIII cap. IV, Bezæ ſententiam approbat, eandémque ab Scaligero in Prolegom. Euſebia-
D nis ad Iacobum Auguſtum Thuanum explicatam aſſerit. Sed neque Bezæ ſui ſententiam accepit; & abſurdè nonnulla ad idem negotium & ipſe cumulauit. Expendantur imprimis quæ Scaliger in Prolegom. ſuper ea quæſtione diſſeruit. Statuit ille nequaquam duos ſummos Sacerdotes eodem fuiſſe tempore: *& hanc inſcitiam Euſebij eſſe* docet, quod *tam Annam, quàm Kaiapham apud Lucam, putauit eſſe ſummum Pontificem: quum tamen Annas fuerit non* ἀρχιερεὺς *verè, ſed, vt Eccleſia Conſtantinopolitana loquitur,* πρωτοσύγκελλος τοῦ ἀρχιερέως, *qui Hebraicè dicitur* משנה כהן הגדול *vicarius ſummi Sacerdotis. Is ea de cauſa ſummo Sacerdoti ſocius dabatur, vt ſi per morbum, aut propter aliam cauſam ſonticam, ille non poſſet obire ea munia, quæ neminem, præter ſolum ſummum Sacerdotem, obire fas eſt, vicarius eam neceſſitatem expleret, præſertim in decima Tiſri, quando Sacerdos in ſancta adyta ingrediebatur.* &c. Huius exemplum ex Ioſepho ſupra retulimus libro XVII, cap. VIII, cùm ſcribit Matthiam Pontifi-

Bezæ ſententia à Caſaubono non intellecta.

cem ob ἐξωνειρωγμὸν, vicarium ei functioni præfeciſſe fratrẽ Ioſephum. Quamobrem Annã credit Scaliger Caïphę generi ſui vicarium fuiſſe, non ſummum Pontificem. Idem & Caſaubonus affirmat, & obſeruationem iſtam exemplis duobus adſtruit: videlicet ex II Reg. xxv, 18: & ex I Par. xxIv; vbi Nadab, & Abiu coniunguntur, & Eleazar, & Ithamar. Hæc illorum ratio plurimũ à Bezæ, quem in partes vocat Caſaubonus, opinione diſſentit. Beza quippe duos iſtos Pontifices ſummos fuiſſe ſentit, & viciſſim functionem obiuiſſe. at iſti alterum non Pontificem, ſed Pontificis vicarium faciunt. Atque vt allato ab Scaligero exemplo potiſſimũ vtar: quemadmodum cùm Auguſtus Cęſarem ſibi cooptabat, nequaquam is Imperator, vel Auguſtus dici poterat; aut viciſſim cum Auguſto imperiũ adminiſtraſſe. Ita qui à ſummo Sacerdote vicarius & optio capiebatur, ſummus Sacerdos, aut Pontifex appellari non potuit, neq; viciſſim cum eo functionem obiit. Multum igitur à Beza Caſaubonus cum Scaligero ſuo diſſentit. Quòd verò Scripturæ teſtimonia ad hoc negotium adhibẽt, non ſolùm fruſtrà, ſed etiam abſurdè colliguntur. Etenim I Paralip. xxIv duo paria copulantur; Nadab, & Abiu; Eleazar, & Ithamar. Ex quo ſi rectè illorum opinio deducitur; neceſſe eſt, vt affirment, viuo adhuc Aarone, alterum ex ambobus ſummum fuiſſe Sacerdotem, & primarium: alterum verò ſummum quidem & ipſum Pontificem; ſed minorem, vt Bezæ placuit: vel optionem, & vicarium, vti Scaliger, & Caſaubonus opinantur. Vtrumque verò falſum eſt, & abſurdum. Neque enim, ſuperſtite præſertim Aarone, alius ſacerdos ſummus extitit: niſi fortè tres pro vno Pontifices Iudæi tunc habuerint. Sed nec Aarone mortuo Pontifex ſummus, aut Sacerdos, præter Eleazarum, vllus fuit; cuius filio Phineez diuinitus eſt promiſſa ſucceſſio, eiúſque poſt ipſum poſteris, & quidem in ſempiternum (quod ſuprà quomodo accipiendum eſſet oſtendimus.) Si Phineez poſteris, & Eleazaritis præcipuè ſummum ſacerdotium diuino illo reſponſo conceditur; optio verò, ſiue vicarius, aut ſacerdos ſecundus ille dictus eſt, qui in ſpem ſucceſſionis adſciſcebatur; vt Scaliger, & Caſaubonus exiſtimant; velim illud nobis explicent; quomodo Ithamar optio fratris & vicarius fuit; qui à ſacerdotij ſummi ſucceſſione erat excluſus. Neque verò negandum eſt, quod ab illis obſeruatur; præter ſummum, alterum fuiſſe, qui ſecundum ab eo locum obtineret: cuius mentionem facit liber IV Reg. cap. xxv, 18: & in Pirke Aboth. cap. III סגן הכהנים vocatur. Hoc enim verum eſt. Sed illud inficiamur; ſecundum hunc ſummum Sacerdotem, aut Pontificem appellatum fuiſſe. negamus duos, legitimè quidem, & ordinariè, ſummo ſacerdotio viciſſim eſſe perfunctos. Denique nihil iſtorum opinionem ad Ioannis & Lucæ interpretanda loca facere defendimus. Plus enim aliquid de Anna Euangeliſtæ illi ſignificare videntur, quàm vt optionem fuiſſe, & vicarium duntaxat intelligant, quod Caſaubono, & Scaligero viſum eſt. Tum illa verba: *Erat enim Pontifex anni illius*, de Caïpha dicta, amplius aliquid ſuſpicandum relinquunt. Auget ſuſpicionem quod Actorum IV, 6, in enumerandis Principibus, qui concilio propter Apoſtolos, & claudum illum celebrato interfuiſſe narrantur, Caïphæ Annas anteponitur, & ſolus ἀρχιερεὺς vocatur. Ἄννας ἀρχιερεὺς, καὶ Καϊάφας.

Scaligeri, & Caſauboni abſurda ratio.

Quomodo duo Pontifices ex eodem tempore fuerint.

Quæ cùm ita ſint; nulla ex omnibus interpretandi ratio probabilior apparet ea, quam antiqui quidam Patres ſignificant; ſi à nonnullis, qui vnà ſunt admiſti, hiſtoricis erroribus repurgetur. Auguſtinus enim Tract. XLIX in Ioannem, per ambitionem, & contentiones ait inter Iudæos poſtea conſtitutum, vt plures eſſent, & per annos ſingulos vicibus miniſtrarent: quod in Zacharia Ioannis patre contigiſſe credit. Nam incenſum ſortitò poſuit; quod nemini, præterquam ſummo Sacerdoti licuiſſe putat. Euſebius præterea lib. I Hiſt. plures per illa tempora viciſſim, ac ſingulis annis, Pontificatum adminiſtraſſe refert. Ex horum ſententiis illud tantùm amplectimur: Caïpham, & Annam ſub ipſum prædicationis Dominicæ tempus alternis Pontifices fuiſſe; ſiue ita cum Romano Præſide, & inter ſe pacti ſint, vt eam dignitatem viciſſim obtinerent: ſiue Pilatus ipſe à Caïpha ad Annam, & ab hoc ad Caïpham ſummum Sacerdotium identidem tranſtulerit. Ac videndum an ex eo, quod Actorum IV, 6 Annas non ſolùm primus nominatur, ſed etiam ἀρχιερεὺς ſolus appellatur, poſt Niſan, & Paſcha Pontificatus ad Annam eo ipſo, quo Chriſtus paſſus eſt, anno redierit. Reliqua de Zacharia,

A & incenſo ſolis à Pontificibus maximis adoleri ſolito, quæ Auguſtinus adiunxit, ſatis ab aliis refutata ſunt. Neque verò duos illos ſimul, & eodem anno Pontifices fuiſſe credimus. Quod vtrum aliquando contigerit, bini vt apud Iudæos, Pontificatum tenerent pari poteſtate præditi, diſputant eruditi Interpretes, Annaliúmque Scriptores.

Præcipua controuerſiæ vis in Sadocum, & Abiatharem incumbit, quos eodem tempore ſummo eſſe Sacerdotio functos, quidam exiſtimant. Cùm enim Saül Achimelechum Pontificem interfeciſſet, Abiathar eius filius ad Dauidem confugiens, Ephod ſecum abſtulit, & illi deinceps inhæſit. Quare ne Saül interim Pontifice caruiſſe videatur, Sadocum putant in Abiatharis locum ab illo ſubſtitutum. Ita ſentit Abulenſis, & Sigonius lib. v de Rep. Hebr. Toletus in cap. XVIII Ioannis. At ea ſententia minimè placet. Quippe Sadocus, vt iam antea diximus, *puer egregiæ indolis* appellatur, 1 Paralip. XII, 28, octauo anno poſt Saülis obitum. Idem porrò poſt Dauidis mortem à Salomone in Pontificem electus B Abiathare pulſo, & perunctus eſt: 1 Paral. cap. vltimo, com. 22. Itaque Sadocum regnante Dauide non Pontificem, ſed Pontifici velut accenſum, eiúſque vicarium, & optionem fuiſſe non dubitamus: ac nullo vnquam tempore binos eodem iùre, ac poteſtate præditos Pontifices extitiſſe.

De C. Iulij Cæſaris Conſulatibus, & Dictaturis. Veterum ſententia aduerſus communem & hodiernam adſtruitur.

Capvt LVII.

QVo de Iuliani anni epocha, quam deinceps inquirimus, certum aliquid, & exploratum poſſit afferri, nihil perinde neceſſarium eſt, ac Iulij Cæſaris honores & magiſtratus accuratè cognitos & diſtin- C ctos habere. Ideo caput hoc ei rei diſputandæ, ac perſcrutandæ tribuendum duximus. Ac ſunt nonnulla, de quibus inter ſe Scriptores omnes conſentiunt. Velut eſt, Conſulem ipſum quinquies fuiſſe: tùm, Conſulatum eius primum incidere in annum Vrbis, ex Varroniana putatione, DCXCV, in quo collegam habuit M. Bibulum. Ad hæc, Conſulatum ſecundum eiuſdem decennio poſtea contigiſſe, anno Varroniano DCCVI, eiúſque collegam fuiſſe P. Seruilium; quod ipſemet lib. III Comm. de bello ciuili teſtatus eſt Cæſar. De Dictaturarum numero tota controuerſia mouetur: vtrum quater, an quinquies Dictator ſit appellatus. Et vt res tota pleniùs, ac faciliùs diiudicari poſſit; ſex poſtremos annos, quibus Cæſar vixit, ab initio ciuilis belli contra Pompeium geſti, ad ipſius necem ſingillatim exponemus, & quæ ſingulis acciderint breuiſſimè complectemur.

Anno igitur ab Vrbe condita ſecundum Varronem DCCV, Coſſ. Claudio Marcello, & L. Cornelio Lentulo, bellum ciuile conflatum eſt: cùm inimici Cæſa- (Bellum ciuile quãdo cœptum.) D ris Romæ id egerunt, vt Cæſari ſucceſſor mitteretur L. Domitius Ahenobarbus: qua de re SC. factum; cui Antonius, & Caſſius Tribuni Pl. interceſſerunt. Inde mandatum à Senatu Magiſtratibus, & Pompeio, viderent ne quid Reſp. detrimenti caperet. Cæſar cum copiis in Italiam venit. Fugit Pompeius. In Hiſpaniam ex Italia profectus Cæſar Pompeianos exercitus in deditionem accepit. Rediens Maſſiliam oppugnauit, ac cepit. In ea obſidione cognouit ſe à M. Lepido Prætore Vrbi Præfecto Dictatorem eſſe factum comitiorum habendorum gratia. Romam itaque veniens Dictaturam iniit, qua ſe poſt XI dies abdicauit: cùm comitia prius habuiſſet, in quibus ipſe cum P. Seruilio deſignatus eſt Conſul.

Anno Vrbis DCCVI, Coſſ. fuere C. Iulius Cæſar II, & P. Seruilius. Cęſar Roma profectus Brunduſium peruenit. Inde in Macedoniam nauigauit: ac demum cum Pompeio extremo prælio congreſſus victoriam retulit: ſecundum quam Pompeius fugiens in Ægyptum, ibi à Ptolemæo eſt occiſus. Anno DCCVII, Cæſar Alexandriæ cùm eſſet, Dictaturam in annum ſibi delatam iniit, & Dictator II

A

fuit, vt author eſt Dio lib. XLII. Hoc enim anno bellum in Ægypto & Alexandriæ longè periculoſiſſimum geſſit. Pharnacem deinde Mithridatis filium deuicit. Sub anni finem, Romam cùm veniſſet, Suffectos Coſſ. creauit, Q. Fufium Calenum, P. Vatinium.

Anno DCCVIII Coſſ. fuere C. Iulius Cæſar III, & M. Lepidus; vt Faſti Capitolini, & lapides teſtantur. At Dio lib. XLIII, Cæſarem hoc anno Dictatorem III, & ſub anni finem, Coſſ. tertiùm fuiſſe ſcribit; collega Lepido. Hoc anno Cæſar Africanum bellum cum Scipione, Catone, & Iuba rege feliciter confecit. Inde Romam reuerſus quatuor triumphos de Galliis, Ægypto, Ponto, & Aphrica deportauit; etſi alij id ſequentem annum referunt.

Anno DCCIX Cæſar Dictaturam geſſit, M. Lepido Equitum Magiſtro. quam tertiam Faſti Capitolini; Dio, & alij Scriptores quartam numerant. Eodem etiam anno Coſ. IV fuit cum eodem Lepido. Tum Q. Fabium, C. Trebonium Coſſ. ſuffecit. & mortuo Fabio extremo anni die, ad paucas horas Caninium Rebilum Coſ. fecit.

B

Per eundem annum Hiſpanienſe bellum cum Pompeij liberis geſſit; vnde Octobri menſe Romam rediens triumphauit. Nouos tum honores conſecutus eſt, vti Pater patriæ diceretur, Conſul in decennium vt eſſet; Dictator in perpetuum: vt ſacroſanctus haberetur: tum vt Imperator vocaretur, & alia complura.

Anno DCCX Dictator fuit Iulius Cæſar IV, M. Antonio Magiſtro Equitum. poſtea & Conſul V cum eodem. Dio tamen, & alij Dictatorem V faciunt. Eodem anno in Senatu à Bruto & Caſſio cæſus eſt.

De Dictaturis Cæſaris quæſtio.

Ex iis igitur quæ ſit inter ſe Scriptorum diſſenſio liquet. Nam alij Dictatorem quinquies Cæſarem, alij quater tantummodo faciunt. Ac de anno quidem DCCVIII, & ſequentibus controuerſia eſt. Sunt enim Scriptores antiquiſſimi, qui anno illo DCVIII Cæſarem Dictatorem III, & deſignatum IV fuiſſe velint; vt Hirtius lib. de Bello Hiſpanienſi ſub initium: *C. Cæſar dictator III, deſignatus IV, multis itineribus antè confectis, cùm celeri feſtinatione ad bellum conficiendum in Hiſpaniam conueniſſet*, &c. Annus Hiſpanienſis belli, quod cum Pompeij liberis Cæſar geſſit, eſt Vrbis conditæ DCCIX.

C

Ad hoc bellum in fine anni DCCVIII profectus videtur: hieme certè. Nam & Atteguam hiberno tẽpore obſedit, vt author eſt Dio lib. XLIII, quam cepit a. d. XI Kal. Mar. teſte Hirtio lib. de bello Hiſpan. Quare anno DCCVIII Dictator fuit III, & deſignatus IV: quam Dictaturam quartam geſſit anno ſequente. Quocirca ex Hirtij authoritate conſtat Cæſarem anno exeunte DCCVIII Dictatorem III appellatum, & deſignatum IV, ſiquidem ante exitum anni illius in Hiſpaniam profectus ſit; quod veriſimile eſt. Cum Hirtio ſentire videtur Suetonius; qui in Iulio cap. LXXVI. *Tertium*, inquit, *& quartum Conſulatum titulo tenus geſſit, contentus Dictaturæ poteſtate, decretæ cum Conſulatibus ſimul.* quæ verba demonſtrant, cum Conſulatibus iſtis duobus Dictaturas totidem concurriſſe: neque cum IV Conſulatu, tertiam Dictaturam fuiſſe compoſitam, ſed quartam. Nam ſecunda Dictatura ante Conſulatum III eidem decreta fuit, cùm ſecundùm Conſul eſſet.

Communis opinio à veteribus diſſentiens.

Accedit iis Dio, qui omnium apertiſſimè Dictaturas totidem, quot Conſulatus enumerat. Ab his authoribus eruditi homines diſſentiunt; qui Conſulares Faſtos pari labore, atque induſtria conſcripſerunt, Sigonius, Onufrius,

D

Pighius, Hubertus Goltzius, Cuſpinianus; quos plerique vulgò ſequuntur. quorum eſt iſta ſententia; Cæſarem quater Dictatorem, Conſulem quinquies fuiſſe, quæ quidem ſic ordinanda putant. Anno Vrbis conditæ Varroniano DCCVI poſt occiſum Pompeium, decreta eſt illi ſecunda Dictatura in annum, cùm ſecundum Conſulatum gereret, collega Seruilio. Hanc Dictaturam iniit anno ſequenti DCCVII, cum M. Antonio Magiſtro equitum. eodémque anno Scipione & Iuba deuictis, tertia illi Dictatura tribuitur in X annos, quam anno DCCIX geſſit, M. Lepido equitum Magiſtro; & eodem anno Coſ. quartum fuit. Nam tertium anno DCCVIII ſumpſit. Anno demum DCCX Dictaturam IV anno ſuperiore ſibi in perpetuum decretam iniit cum Conſulatu V. Hæc illi. Nituntur autem veterum marmorum fragmentis duobus; altero Capitolino, ex quo Faſtos Capitolinos exſcripſere Sigonius, Onufrius, &c. altero Collotiano, quod iidem, & Pighius exhibent. Capitolina marmora, quæ & à Smetio, & Grutero deſcribuntur, docent Cæſarem Dictatorem primò fuiſſe anno illo, qui ſecundum eius Conſulatum

A anteceſſit : anno verò ſequenti, qui eſt Varronianus DCCVI, Conſulem II tantummodò, non Dictatorem fuiſſe. Anno porrò DCCII, qui eſt Faſtis illis DCCVI, Dictatorem II cum magiſtro equitum M. Antonio referunt. Anno ſequenti, qui eſt Varronianus DCCVIII, Dictatorem III cum Magiſtro equitum M. Lepido faciunt; & eodem anno Coſ. IV ſine collega. Collotianus verò lapis Cæſarem nonniſi IV Dictatorem nominat.

Cùm hæc ſit omnium ferè, qui Romanorum Faſtos, & hiſtorias commentati ſunt, conſenſu recepta ſententia : qui ab ea diſſideat, grauiſſimis eum neceſſe eſt, & euidentiſſimis rationibus vrgeri. Eiuſmodi illas eſſe credimus, quæ nos ab illorum opinione dimouent, & in contrariam adducunt, eandémque vetuſtiorum, vt Sigonius, aliíque, qui contrà ſtatuunt, fatentur, authoritate firmatam; præſertim Hirtij. Ita enim arbitramur; Cæſarem eo anno, quo Conſul III fuit, Dictatorem fuiſſe III : & quo Conſulatum quartum obtinuit, quartam itidem Dictaturam cepiſſe. Docent hoc veteres numi, quorum meminit Goltzius pag. XVI, & Occo pag. 8, cum hac inſcriptione AVGVR PONT. MAX. COS. QVAR. DIC. QVAR. apud Occonem additur IMP. QVAR. Conſulatus quartus Cæſaris conuenit in annum Vrbis Varronianum DCCIX, qui proximè illum antecedit, cuius in EID. Martiis interfectus eſt. Et quidem anno DCCIX Coſ. ſimul & Dictat. fuiſſe, docti illi Faſtorum Scriptores conſentiunt. Non igitur Dictator tantummodò tertium Conſulatu quarto fuit. Sanè veteres numi Dictatorem IV, & Dictatorem perpetuum apertè diſtinguunt. Nam alij Dict. IV exhibent; alij DICT. perpetuum. quorum aliqui COS. V cum DICT. PERP. coniungunt; nulli cum DICT. IV. quod argumento eſt non eandem fuiſſe Dictaturam quartam, & perpetuam. Iam verò apud Goltzium pag. XV, & Occonem pag. 6, vnus eſt cum hac inſcriptione, DICT. ITERVM, COS. TERT. Viſus eſt & Pighio numus iſte. Meminit enim ad annum DCCVII, qui eſt Varronianus DCCVIII, in quem Conſulatus tertius Cæſaris incurrit : atque ex numo illo probat Pighius, Dictaturam tertiam poſt Conſulatum tertium accidiſſe; quam ideo cum IV Conſulatu comparat, Sigonium, & Onufrium ſecutus. Verùm nos illis ſuperiorẽ numum opponimus, in quo DICT. QVART. & COS. QVAR. coniunctim exprimuntur. Quare vt inter ſe veterum monimentorum conflictus in concordiam adducatur, ita ſeriem omnem Dictaturarum, Conſultuúmque digerimus. Anno Varroniano DCCVI, Cæſar Dictator II creatus eſt poſt mortem Pompeij, quæ contigit Prid. Kalend. Octobris, ipſo die natalis ſui. quod Velleius & Plinius lib. XXXVII, cap. II teſtantur. Dio lib. XLII, Dictaturam Cæſari decretam ſtatim poſt auditam Romæ Pompeij necem aſſerit, antequam bellum Alexandrinum attingeret: additq; Cæſarem quamuis extra Italiam eſſet, ſtatim iniiſſe Dictaturam, & Magiſtrum Equitum Antonium aſſumpſiſſe. Hoc anno ipſo exeunte DCCVI factum apparet. Itaque Dictator II iam tum ex fine anni huius appellari cœpit. Idem docet Epitome Liuij lib. CXII. Scribit enim, Cæſarem poſt tertium diem, quàm Pompeius in Ægyptum fugerat, inſecutum, Alexandriam tumultuantem intraſſe, & Dictatorem creatum Cleopatram in regnum reduxiſſe, ac bellum Alexandrinum patraſſe. Dictatura hæc annuo ſpatio finita, maiorem partem anni DCCVII tenuit, quo in Ægypto nouem menſibus periculoſiſſimum bellum confecit. Inde contra Pharnacem profectus, celerius opinione ſua debellauit, ac Romam rediit. Anno DCCVIII Conſulatum III obtinuit, & poſteà Dictaturam. At Dio primùm Dictaturam: inde ſub exitum anni, Conſulatum cepiſſe prodidit. Cui & ſuffragari videtur Suetonius, cùm ſcribit, Cæſarem tertium & quartum Conſulatum titulo tenus geſſiſſe, contentum Dictaturæ poteſtate cum Conſulatibus collatæ. Nam de Dictatura ſecunda verba illa nequeunt accipi, cùm ante Conſulatum tertium illius tempus deſierit. Verius eſt tamen Conſulem primò, inde Dictatorem fuiſſe. Nam veteres numi Dictaturam II cum Conſulatu III copulant. quod ſic accipiendum eſt, vt cùm, Dictator iam bis fuiſſet, ac ſecundam anno antecedente geſſiſſet, eius licet annuo finito ſpatio Dictator II appellatus ſit. quod in lapidibus & numis frequens eſt, vt eo etiam anno, quo Cõſulatum non gerunt Imperatores, toties Conſules inſcribantur, quot ad illud tempus Conſulatus ceperunt. Quare Dictator II anno DCCVIII, & Coſ. III primis menſibus fuit. Bello Africano con-

Huic antiquorum opinio præfertur.

Conſulatuum & Dictaturarum ordo.

Pag. 195.

(B, C, D: section letters in left margin)

fecto, a.d. III Kal. Quint. Romam reuerſus Dictator III creatus eſt, & quidẽ in decennium. quem Magiſtratum eodem anno iniiſſe, non in ſequentẽ diſtuliſſe puto. A

Itaque Dictator III & Coſ. III fuerit. Nam & Hirtius hoc anno, vt apparet, profectum in Hiſpaniam Cæſarem aſſeuerat cùm Dictator eſſet III, deſignatus IV. quod ſic interpretor. Cùm ad annos decem Dictator creatus eſſet, ſingulis annis ſingulæ Dictaturæ numerandæ erant, & antecedentium numerum augebant. Quando igitur tertiò Dictator eſt factus, quo anno primam ex illis decem iniit, Dictator III appellatus eſt. tùm quòd anno proximè ſequenti Dictaturam alteram initurus eſſet, deſignatus IV vocatus eſt: adeo vt *deſignati* vocabulum ad eam, quæ deſponſa & obeunda proximè iam erat, Dictaturam referatur. Anno DCCIX Cæſar Dictator III primis menſibus fuit: Conſulatum verò IV cepit, poſtquam ab Hiſpania victor eſt reuerſus, menſe ſcilicet Octobri, vt Velleius refert. Pighius ad annum DCCVIII, qui eſt Varronianus DCCIX, ſuſpicatur Cæſarem, vt Conſul triumpharet, quartum Conſulatum cepiſſe. Commodùm ante menſem illum primus annus decennalis Dictaturæ finitus erat. Cœpit enim poſt Quintilem, vt paulo antè diximus. Ita ſecundus annus Dictaturæ, quæ quarta ordine numerabatur, putari cœpit, & cum IV Conſulatu procedere. quo quidem Conſulatu ſe ſtatim abdicauit, Dictaturæ poteſtate contentus: ſibique Coſſ. ſuffecit Q. Fabium Maximum, & C. Trebonium, exeunte Septembri. Nam trimeſtrem Conſulem Q. Maximum appellat Suetonius, qui extremo anni die mortuus eſt. Eodem anno cùm alios honores, tùm Dictaturam perpetuam adeptus eſt, idque ſub anni finem, vt arbitror. Vnde cum Conſulatu V, quem anno DCCX iniit, Dictatura perpetua copulatur; numquam cum quarto Conſulatu. Apud Ioſephum lib. XIV, cap. XVII extant complura Cæſaris reſcripta in Iudæorum gratiam. Inter hæc vnum eſt, cui titulus iſte præfigitur: Γάϊος Καῖσαρ αὐτοκράτωρ, Δικτάτωρ τὸ τέταρτον, ὕπατός τε τὸ ε΄ δικτάτωρ ἀποδεδειγμένος διὰ βίου. *C. Cæſar Imperator, Dictator* IV, *Coſ.* V, *Dictator perpetuus.* Sed mendoſa eſt inſcriptio. Nam Ruffinus ita vertit: *C. Cæſar quater Imp. quinquies Coſ. in perpetuum Dictator.* Itaque verba illa, *Dictator* IV aliena ſunt. Sed vereor vt Ruffini codex penitus expers mendi fuerit, cùm legit *Imperator* IV eodem anno, quo Coſ. V fuit. Quippe Conſulatum V geſſit anno DCCX: cum eo verò numorum veterum Inſcriptiones Imp. VI componunt apud Goltzium, & Occonem. Vnus item apud Goltzium cum hac epigraphe viſitur: IMP. QVIN. COS. QVAR. Quare cum V Conſulatu non conuenit IMPER. IV, ſed VI. Proinde apud Ioſephum ſuſpicor duorum reſcriptorum Cæſaris inſcriptiones diuerſas in vnam coaluiſſe librariorum vitio, vel pro Imp. IV legendum VI. Cæterùm poſtquam Dictatura in infinitum tempus Cæſari tributa eſt, nullo iam numero comprehenſa fuit; ſed perpetua vocata. quod Inſcriptiones oſtendunt anno DCCX editæ. Nihilominus Dio Dictaturam V nominat, & à quarta diſcernit. Verùm quia nondum annus ſecundus Dictaturæ, qui ab Octobri anni DCCIX inierat, expletus erat, ideo Dictatura IV etiam anno DCCX à nonnullis eſt putata. quod in Fragmento Capitolinæ tabulæ videmus, in ea parte, quæ triumphos continet. Ibi enim legitur: C. IVLIVS C. F. C. N. CÆSAR VI. DICT. IIII OVANS A. DCC EX MONTE ALBANO VII K. FEBR. Triumphus Cæſaris ſextus, ſiue ouatio contigit eo anno, quo Dictator IV fuit. Ergo anno DCCX, & vltimo; ſiquidem Ianuario accidit. Nimirum eadem Dictatura licet perpetua, tamen per annos eſt numerata, vti & Tribunitia poteſtas: quam, quia perpetua deinceps extitit, à quartâ diſtinxerunt alij. B C D

Quamobrem in eo nos ab eruditiſſimis illis Faſtorum Scriptoribus diſſentimus, quòd Dictaturam tertiam in eundem annum incidiſſe credimus, quo Conſul III fuit: Dictaturam quoq; quartam in eo cœpiſſe, quo Conſulatum quartum iniit. quod Hirtij antiquiſſimi hiſtorici, aliorúmque Scriptorum teſtificatione primùm: tum inſcriptionum authoritate fulcitur. Quòd ad Capitolinas tabulas ſpectat, eæ Dictaturas non iis annis, quibus initæ ſunt, adſcribunt; quòd in eorum fine cœperint; ſed inſequentibus, quorum maiorem partem occupant. Adde quòd mutilæ ſunt, & fortaſſe mendo non carent, in IV Conſulatu Cæſaris. Ita enim exhibent:

A C. IVLIVS C. F. C. N. — CÆSAR III M. A....

C. IVLIVS C. F. C. N. — CÆSAR III D....

M. AIMILIVS M. F. Q. N. — LEPIDVS MA....

EODEM ANNO

C. IVLIVS C. F. C. N. — CÆSAR IV SINE....

EODEM ANNO

Q. FABIVS Q. F. Q. N. — MAXIMVS IN M...

MORTVVS EST. IN EIVS L...

C. CANINIVS C. F. C. N. — RE....

C. IVLIVS C. F. C. N. — C...

M. AIMILIVS.... &c.

Eodem anno, quo Cæſar Dictator III fuit, Magiſtro Equitum Lepido, docent quartum item fuiſſe Conſulem, & eodem rurſus anno, ſuffectum Conſulem Fabium, eiúſque mortui loco Caninium: cùm tamen hæc omnia non eodem anno contigerint, vt ex iis patet, quæ hactenus diſputamus. B Ad hæc cùm poſt C. Caninium ſubiiciunt C. IVLIVS C. F. C. N. C... M. AIMILIVS.... Dictaturam, niſi fallor indicant quartam; quam eodem illo anno quo IV Coſſ. fuit, adiit, ante Conſulatum V, qui poſteà ſubiicitur. Ideo nec aduerſus ſententiam noſtram Capitolina iſta fragmenta pugnant. Idem de Colotiana tabula dicendum eſt; quæ poſt Caninij Conſulatum, Dictaturam IV Cæſaris, inde Conſulatum V ſubiicit. Nam ante Conſulatum V, & quidem anno DCCIX, Dictator IV fuit, anno ineunte ſecundo Dictaturæ decennalis; quæ in perpetuam ſubinde conuerſa, quarta nihilominus à quibuſdam eſt numerata: licet alij à quarta diſtinxerint, ac perpetuam nominarint. Dio verò quintam. quod minimè reprehendendum fuit.

De Solis defectione, quæ ciuile Pompei, & Cæſaris bellum anteceſſit.

CAPVT LVIII.

C INTER alia portenta, quæ ciuile Pompei Cæſaríſque bellum anteceſſerunt; Dio libro XLI ſcribit Solem totum defeciſſe. ὅ, τε ἥλιος σύμπας ἐξέλιπε. *Sol penitus defecit*. Hoc verò anno antecedente belli ciuilis initium accidiſſe ſignificat. Cœpit autem ciuile bellum anno ab Vrbe condita DCCV Varroniano, Cornelio Lentulo, & Claudio Marcello Coſſ. Quare paulo ante hunc annum, id eſt anno DCCIV, eclipſis illa Solis incidit. nempe, vt ille ſcribit, ὀλίγῳ ἔμπροσθεν. Sanè ex Pariſinis noſtris tabulis inuenimus maximam Solis defectionem anno illo Periodi Iulianæ, qui illum præceſſit, in quem anni ab Vrbe condita DCCV initium cadit. Etenim anno Periodi Iulianæ 4663, defecit Sol Martij Iuliani VII, Sole ſecundum ἀκριβῆ motum Piſcium gradum 15 peragrante. Nam vera luminarium coniunctio Romæ incurrit in horam 12, 51′, 16″ à media nocte. Vera autem hora 11, 53′, 16″. Apparens, hora 12, 40′, 41″. Latitudinis motus verus Signorum, 5, 23, 2′, 19″. Apparens latitudo Auſtralis 1′, 16″. Itaque propemodum in deſcendente nodo luminaria concurrerunt. D Magna igitur eclipſis illa fuit: digitorum 10 ½. Durauit horas 2, 57′ motu apparente. Initium eius hora 11, 7′, 41″. Medium hora 12, 40′, 41″. Finis, & emerſio plena hora 14, 4′, 41″. Eius nos delineationem ſuo loco proferemus. De hac obſcuratione Solis, præter Dionem, Lucanus, & Petronius Arbiter meminerunt. Non dubium eſt igitur, quin hæc illa ſit à nobis allata; non autem altera, quæ annis poſtea XIII incidit, ante ciuile bellum Antonij, & Octauij Cæſaris: quod miror eruditum Chronologum ſibi perſuaſiſſe. Quocirca firmandæ communi Chronologiæ defectio iſta Solis ſuum quoque momentum conferet. Oſtendimus porrò libro II propter luxatum anni Romani cardinem; Ianuarium ad Octobrem ferè Iulianum retrò ceſſiſſe. Vnde initium anni Varroniani DCCV cecidit in Septembrem, vel Octobrem anni Periodi Iulianæ 4664. Antecedens itaque annus, videlicet 4663 horribili Solis defectione inſtantes motus ciuiles nunciauit.

Pag. 159. edit. Græcol.

 A

De primo anno Iuliano, & anno Confuſionis.

Capvt LIX.

NIhil ex omnibus Cæſaris actis præſtantius, aut immortali nominis fama dignius extitit, quàm Romani anni caſtigatio, quem adhibitō Soſigene, aliíſque Mathematicarum artium conſultis, ad eam, quâ Chriſtianus hodie orbis vtitur, formam redegit. Hac enim melior eſt nulla; neque ad popularem vſum aptior; nec vllius hominis induſtria excogitari altera poteſt, quæ cum tanta facilitate, & æquabilitate, ſolarium conuerſionum modum propius attingat. De huius origine, & inſtitutione ſatis multa diximus initio libri quarti: vbi & de anno, quem Confuſionis vulgò nominant, accuratè verba fecimus. Nunc vtriuſque tempus aſſerendum; ac primo B loco poſterioris, id eſt anni Iuliani, quoniam inde prioris epocha dependet.

Eſt autem Iuliani anni primordium inueſtigare perfacile. Nam propter eius inſtituti celebritatem, nemo ferè veterum, qui quidem Cæſaris hiſtoriam perſcriberet, eius memoriam omiſit. Quare certiſſima teſtatiſſimáque eſt epocha primi anni Iuliani; neque, quatenus ad æram Chriſtianam refertur, controuerſiam fermè habet vllam: tametſi, quod ad Cæſaris Magiſtratus attinet, aliáſque temporum notas, perperam à quibuſdam conſignata fuerit. Nos certis primùm & indubitatis argumentis annum illum ſtabiliemus: tum Scaligeri, & aliorum errata caſtigabimus.

Annus primus Iulianus optimè omnium à Cenſorino conſtituitur, in eximio illo libello de die Natali cap. xx, vbi ita ſcribit; C. Cæſarem ſuo III, & M. Æmilij Conſulatu perturbatum annum ordinaſſe, ac diebus aliquot interiectis, adeo vt CCCCXLV conſtaret annus ille, reliquos deinceps in viam ordinémque compuliſſe. *Ex hoc anno*, inquit, *ita à Iulio Cæſare ordinato, cæteri ad noſtram memoriam Iuliani appellantur, eique conſurgunt ex* IV *Cæſaris Conſulatu.* Quartus Cæſaris Conſulatus C pertinet ad annum Vrbis conditæ DCCIX. Dio quoque teſtatur anno, quo Cæſar III Dictator, & Conſul fuit, annum ordinatum & correctum fuiſſe: qui eſt annus Vrbis DCCVIII, quo inſertis aliquot diebus Romanus annus in ordinem reuocatus eſt. Præterea Cenſorinus cap. XXI annum, qui Vlpium, & Pontianum Coſſ. habuit, ait eſſe ab Olympiade prima milleſimum, & decimum quartum, à Roma condita nongenteſimum nonageſimum primum; Iulianum verò ducenteſimum octogeſimum tertium ex die Kalend. Ianuarij. Annus primus Olympiadis eſt Periodi Iulianæ 3938. Itaque ſi ad annos 3937 adiungas 1014, vltimus inibit anno 4951. Itaque annus 1014 Iphiti cœpit à ſolſtitio anni 4951, qui eſt æræ Chriſtianæ CCXXXVIII. Iam ſi ab annis 4951, detrahas CCLXXXIII, relinquentur 4668. Igitur anno 4669, primus annus Iulianus iniit, qui eſt ante Chriſtianam æram quadrageſimus quintus. Rurſus ſi de annis Vrbis 991 deducas annos 283, relinquentur 708. Ergo DCCIX Vrbis conditæ primus Iulianus incœpit. Eodem modo, cùm annus ille à Cenſorino deſignatus cœperit à Kalendis Ianuariis, quæ initium D anni Iphiti milleſimi decimi quarti præceſſerũt, inchoatus eſt labente anno Iphiti milleſimo decimo tertio. Quare de mille tredecim annis, detrahe ducentos octoginta tres, reliqui erunt DCCXXX. Igitur anno Iphiti DCCXXXI labente, Kal. Ian. iniit annus primus Iulianus, qui eſt annus tertius Olympiadis centeſimæ octogeſimæ tertiæ ante ſex menſes inchoatus. Erat annus à Nabonaſſaro DCCIII, cuius Thoth incurrit in Septembris IV, feria VI, anno Periodi Iulianæ 4668, cyclo Solis XX, lit. D. Kalendæ Ianuariæ anni ſequentis 4669 eſt centeſimus viceſimus dies à quarto Septembris. Ideo in vltimam Choiac incidunt Kalendæ anni primi Iuliani, feria VI, cyclo Solis XXI, lit. CB, Lunæ XIV, anno mundi 3939.

Lib. de connexione annorum, pag. 354.

Quamobrem Chriſtmannus iniuria Scaligerum arguit, quòd Neomeniam Thoth in IV Septembris collocauerit, anno Nabonaſſari DCCIII; quódque Kalendas Ianuarias, à quibus primus annus Iulianus ſumpſit exordium, in vltimam Choiac incidiſſe ſcribat. Putat enim in primum diem Tybi congruere. Sed erro-

A ris illius, ac falſæ reprehenſionis fontem ipſum patefecimus lib. I, cùm aduerſus eundem Chriſtmannum diſputauimus. Hic enim biſextilium annorum ſeriem mirificè conturbat, ac ſuſque deque tempora permiſcet. Proinde verus eſt Scaligeri hac in parte characteriſmus. Sed cùm ad periodos Olympicas, & Atticas eorumque menſes nos reuocat, nequaquam audiendus eſt. Sunt enim iſta commentitia.

Nouilunium medium eodem anno contigit Romæ hora ſeptima, 6′, 35″ poſt meridiem Kalendarum, vt Paulus Foroſempronienſis refert. Iuſtingenſis verò hora ſexta, 44′, 55″. Annus idem Iudaici computi numeratur 3716, cuius Tiſri character 7, 22, 1008; Septembris VI, feria I, cyclo Solis XX, lit. D. anno Per. Iul. 4668. addito charactere menſium quatuor, Neomenia Schebat incidit Ianuarij 2. Characterem enim habuit 7, 1, 940, feria VII, anno Per. Iul. 4669, cyclo Solis XXI, litera CB. Hora itaque ſecunda poſt meridiem Kalendarum, ſecundum medios motus Iudaicos, nouilunium commiſſum eſt. At Romana conſuetudine, quæ diem à media nocte ad inſequentem mediam computat, Nouilunium iſtud
B Kalendis ipſis tribuitur. Vnde Iulium Cæſarem Computiſtæ paſſim aſſerunt epocham anni ſui Iuliani in eum potiſſimum contuliſſe diem, in quem Neomenia lunaris incurreret; quod & caput cycli Iuliani conſtitutum ab eodem dictitant. Sed de Iuliano cyclo diſputatum eſt libro VII. Vide & libro IV, quæ de eodem anno definita ſunt.

Qui proximè Iulianum primum anteceſſit annus, vulgò Confuſionis annus appellari ſolet. qua de appellatione lib. IV cap. I diximus. Hunc annum Cenſorinus Cæſare III & M. Lepido Coſſ. notat, qui eſt Vrbis DCCVIII. idque Dio ipſe non minus deſignat. Huius initium cadit in diem Octobris XIV anni Per. Iul. 4667, ac dies habuit CCCCXLV: vti ſuprà libro IV declaratum eſt. vbi quæ diligenter expoſita ſunt, hoc loco non repetemus.

C *De hallucinatione Scaligeri in epocha anni Confuſionis. Hirtij ex libro de bello Hiſpanienſi locus explicatur.*

Capvt LX.

CVM de anni Iuliani primordio communem, ac certiſſimam ſententiam amplexus ſit Scaliger, nec minus rectè Confuſionis annum in Per. Iul. 4668 collocauerit; in huius poſterioris exemplo, quod ex Hirtij, vel alterius commentario de bello Hiſpanienſi produxit, multum hallucinatus eſt. Verba ſunt eius. *Cœpit autem ille annus confuſionis, quo tempore C. Cæſar cum Cn. Pompeio Cn. F. bellum in Hiſpania gereret.* Hoc minimè verum. Nam bellum iſtud Hiſpanienſe geſtum eſt anno illo, qui proximè Cæſaris necem anteceſſit, Varroniano DCCIX, adeóque Iuliano primo, Per. Iul. 4669, quo Cæſar Coſ. IV, & Dictator item quartùm fuit. Profectus eſt enim ad hoc bellum cùm III Dictator eſſet, & deſignatus IV, exeunte anno; vt Hirtius, ſiue quis alius author libri de Bello Hiſpan. teſtatur. Itaque mirificè deinceps argu-
D mentatur Scaliger, dum ex eiuſdem authoris commentario de bello Hiſpanienſi demonſtrare nititur, anno ipſo Confuſionis, licet Romæ intercalatum ſit, hoc eſt Merkedonius menſis inculcatus fuerit, tamen in prouinciis intercalatum non eſſe. Nam ridicula eſt omnis iſta ratiocinatio; cùm nihil certius ſit, quàm Hiſpanienſe bellum, & res in eo geſtas à Cæſare, quas Commentarius ille deſcribit, non anno Confuſionis, quo intercalatum eſt, ſed Iuliano primo contigiſſe. Præterea tametſi hæc anno ipſo Confuſionis accidiſſent, nihilo magis argumentatio Scaligeriana procederet. Sic enim diſputat. *Scribit author ille, nocte, quæ fuit pridie, quàm Cæſar Ventiſponte oppidum oppugnaret, Lunam hora circiter ſexta viſam eſſe. Quia is author ſingulos dies, quibus quidque geſtum ſit, recenſet ordine, à* XI *Kal. Martij: ex ea dinumeratione clarè patet, eum fuiſſe* III *Kal. Martiarum. Erat annus* XXXVIII *periodi Alexandreæ. Neomenia Caſleu* XV *Nouembris. Vt Luna oriatur circa mediam noctem oportet vt ſit viceſima ſecunda, aut viceſima tertia: nimirum* VII, *aut* VIII *Decembris Iuliani. Itaque ſi Kalendæ anni Romani cæperunt à* XIV *Octobris; & non inter-*

calatum ſit, Kalendæ Febr. concurrebant cum XII *Nouembris. Ideo* III *Kal. Martias* VIII A
Decemb. Luna viceſima ſecunda: vt erat propoſitum. Non igitur intercalatum fuit. Sed præſtat, ex illo Hirtij commentario pauca ordine Cæſaris geſta complecti. Profectus eſt Cæſar ad Hiſpanienſe hoc bellum aduerſus Cn. Pompeij liberos, cùm eſſet Dictator III, deſignatus IV. Vbi Hiſpaniam attigit, Vllam oppidum, quod Cn. Pompeius oppugnabat, præſidio muniuit, Cordubæ interim imminens. Pòſt Atteguam obſedit, cùm inter hanc, & Vcubim Pompeius caſtra poſuiſſet. Capta eſt Attegua ante diem XI Kal. Martias, & Cæſar Imperator eſt appellatus: Pompeius Vcubim ſe recepit. Inde ad Soricariam pugnatum eſt, quo in prælio Cæſar vicit. Secundum hæc, ſerui a. d. III Nonarum Martij ad Cæſarem transfugerunt. *Eo die Pompeius caſtra mouit, & circa Hiſpalim conſtitit. Cæſar priuſquam eòdem eſt profectus, Luna hora circiter* VI *viſa eſt. Inſequenti tempore Ventiſponte opidum cùm oppugnare cœpiſſet, deditione facta*, &c. Ex hac hiſtoricæ narrationis ἀκολουθίᾳ patet, quàm oſcitanter authorem illum Scaliger legerit. Nam III Kal. Martias lunam hora VI conſpectam ab illo dici putat; cùm id poſt III Nonas Martias accidiſſe teſtetur; poſtquam ex transfugis cognitum eſt, ingentem in exercitu Pompeij trepidationem eſſe. Ita quamuis anno Confuſionis geſta illa fuiſſent, nihil paralogiſmo iſto concluderet. Cùm autem anno primo Iuliano contigerint; multo fœdius aberrauit. B

(pag. 383 edit. Plantin. pag. 389 & 390. pag. 392. pag. 393.)

(Hirtij locus illuſtratur.)

Sed in loco illo Hirtij paululum immorandum. Eſt enim ſalebroſus, & fortaſſis in mendo iacet. Nam variè conceptus eſt. In Plantinianis, & emendatiſſimis ita legitur. *Serui transfugerunt, qui nunciauerunt ad* III *Nonarum Martij prælium ad Soritiam, quod factum eſt, ex eo tempore metum eſſe magnum.* In Francofurtenſi Græcolatina pro *prælium* ſcriptum eſt, prælio. In Aldina editione, & aliis quibuſdam hoc modo: *Serui transfugerunt, qui nuntiauerunt ad* III *Nonarum Martij prælium affore ad Soritiam, quod factum eſt, ex eo tempore metum eſſe magnum.* Ful. Vrſinus notat in V. C. verbum affore non extare. Si abſit, ſenſus is erit; Seruos a. d. Non. Mart. transfugiſſe. Cùm autem paulo antè prælij meminerit, quod ad Soricariam ſecundo exitu Cæſar geſſerat, de hoc ipſo in ſequentibus hiſce verbis loqui videtur. C quanquam ibi *Soritia*: ſuprà *Soricaria* legitur. Ciacconius vtrobiq; Soritiam ſcribendum exiſtimat. Atque hac ratione procedit argumentatio noſtra; paulo ante Nonas Martias prælium illud accidiſſe, ac III Nonas lunam noctu eſſe cōſpectam. Sin eſt, vt poſteriorem lectionem magis probemus; ſic interpretabimur: nunciaſſe transfugas a. d. III Non. Martias prælium affuturum: porro quod geſtum eſt ad Soritiam, id ingentem metum attuliſſe Pompeianis. Vtcumque ſcribendum putamus; poſteriora verba diligenter expendenda ſunt. Refert enim paulo pòſt, *lunam hora circiter ſexta eſſe conſpectam.* quod inſequenti nocte poſt ſeruorum aduentum accidit; poſtquam Pompeius eo die caſtra mouit. Iam ex ſuperioribus planum eſt, Hiſpanienſe bellum anno primo Iuliano geſſiſſe Cæſarem. Sic enim Hiſtorici omnes, & Faſtorum, Annaliúmque Scriptores, nemine diſſentiente, perhibent. Anno primo Iuliano Nouilunium contigit Ianuarij Kalendis ipſis poſt meridiem. tum Februarij vltimo, id eſt viceſimo nono die poſt meridiem. Eſt enim character Adar ſecundi, 3, 3, 366 feria tertia, Martii Kalendis aſtronomicè. Vt autem horâ circiter ſextâ, nocturnâ videlicet, Luna conſpiciatur, eam D oportet viceſimam primam, aut ſecundam, aut tertiam eſſe. Nam ad plenilunium vſque ab initio noctis apparet: poſt plenilunium, ante Solis ortum, pluribus, aut paucioribus horis, prout magis minúſve diſtat à iugo, vel plenilunio. Atque vt circa ſextam horam noctis apparere cœperit, id anno illo, quo Hiſpanienſe bellum accidit, fieri oportuit Februarii circiter XX; aut XXI, aut XXII. vel certe Martii iiſdem fere diebus. Circa Nonas verò, apparere ſexta hora non potuit. Quæ cùm ita ſint; tempus φάσεως illius lunaris arbitror eſſe XXI, aut XXII Martii: ita quidem vt pluribus, quàm putat Scaliger, poſt Atteguam captam interiectis diebus prælium ad Soritiam acciderit, nimirum III Non. Martias. atque ita legendum apud Hirtium ſuſpicor: *Serui transfugerunt, qui nunciauerunt, a. d.* III *Nonarum Martij prælium ad Soritiam quod geſtum eſt*, &c. At ſeruorum fuga aliquot poſtea diebus contigit. Nam prælium ad Mundam non longè poſt illud tempus, noctémque, qua conſpecta Luna eſt, accidit. nec longè item poſt Mundenſe certamen, Corduba, Hi-

A ſpali captis, Cn. Pompeius occiſus eſt. Cuius caput prid. Eid Apriles ad Cæſarem perlatum eſt. Proinde non multis antè diebus illa, quæ dixi, contigiſſe videntur. hoc eſt Luna Martij circiter XXI, aut XXII videndæ ſui hora ſexta copiam fecit. Ex quo multo magis Scaligerianæ ratiocinationis abſurditas patet. Hirtius p. 399 edit. Plant.

Errat in eo præterea Scaliger, quòd Lunæ deliquium illud, quod L. Aimilio Paullo, C. Licinio Craſſo Coſſ. accidit, conuenire dicit nocti, quæ ſecuta eſt XXI Iunij Iuliani, anno Per. Iul. 4546. Contigit enim ſequenti nocte, quæ inter XXII, & XXIII diem interceſſit, vti ſuprà lib. II cap. L dictum eſt. Nam quod coniectatur, Romanos olim Kalendas Ianuarij ſui cœpiſſe ab VIII, vel IX Ianuarij, quæ erat epocha κέντρου χειμερινοῦ Athenis; quia falſo principio nititur, epochæ cardiniſque in priſtinis octauis partibus etiam poſt aliquot ſæcula defixi: quod Tomo primo, cùm de anno Olympico, & Attico diſputaremus, pleniſſimè refutauimus: propterea illud ipſum quoque, quod ex eo concluditur pro conficto repudiamus. pag. 418.

B

Refellitur Pauli Foroſempronienſis opinio de anno Iuliano primo.

CAPVT LXI.

PAVLVS Foroſempronienſis vir eruditus, & Compuſtiticæ doctrinæ valde bonus author libro XII partis ſecundæ, de anno primo Iuliano quærit, quo anno Dictaturæ, vel Conſulatus Iulij Cæſaris inciderit. Ibi verò definit Cæſarem annum primum inſtituiſſe, antequam in Aphricam contra Scipionem, & Iubam proficiſceretur. Ita porrò diſſerit. Ciuile bellum iniit Februario, quando Rubiconem tranſiit XIV Kal. Martias; teſte, inquit, Cicerone ad Atticum: &, vt Eutropius docet, poſt fugam Pompeij, Dictatorem ſe fecit. Tùm in Hiſpaniam profectus, inde Romam rediit. iterum Dictator creatur; cuius ipſe meminit. Dictatore habente comitia Cæſare, Coſſ. creantur, Iulius Cæſar, & P. Seruilius. Tùm poſt vndecim dies ſe abdicauit, & Brunduſium perrexit, ac pridie Non. Ian. ſoluit. Victo Pompeio C Dictator iterum factus eſt, & Alexandriam venit. Poſt hæc in Aphricam profectus eſt Decembri, ante Solſtitium brumale. Quod autem brumale Solſtitium anno illo, quo in Africam ſoluit, Decembri contigerit, Ciceronis authoritate comprobat ex libro II de Diuinatione; vbi ſcribit, Cæſarem contra Scipionem profecturum monitum eſſe ab aruſpice, ne ante brumam tranſmitteret: & tamen tranſmiſit, & ad XIV Kal. Ian. Lilybæum peruenit. Ergo tunc brumale Solſtitium circa finem Decembris accidit.

Ex iis concludit, Iulianum annum primum cœpiſſe priuſquam in Africam Cæſar ſolueret. Item à tranſitu Rubiconis ad necem Pompeii, annum vnum, menſes nouem interceſſiſſe. Poſt obitum Pompeii (inquit) imperauit annos IV, cum dimidio ferè. Fuit ergo Dictator annis ſex ferè, & non incepit annum primum Iulianum ante tertium Dictaturæ ſuæ. Hæc ſummatim Paulus. Sed in iis contra hiſtoriæ veritatem multa peccantur. Primùm enim Dictaturam vnam, atque primam in duas diuidit. Si quidem Dictator erat primùm Cæſar, quando Conſulem D ſe cum Seruilio renuntiauit; quod accidit anno Vrbis Varroniano DCCV. Malè itaque Paulus id in ſecundam Dictaturam coniicit: quam vndecim ab illo diebus geſtam aſſerit; quod primæ vtique, non ſecundæ congruit. Nam quòd Cæſarem Rubiconem tranſiiſſe ſcribit XIV Kal. Febr. id ex ipſo Cicerone redarguitur. Etenim poſtquam Cæſar Rubiconem tranſiit, & Ariminum, Piſaurum, Anconam, Arretium occupauit, Pompeius cum Senatoribus Vrbem reliquit: vt ex Epiſtolarum ad Famil. lib. XVI, Epiſt. XII liquet. ac tum diſtributis in principes Italiæ regionibus, Ciceroni Capua contigit, vt Epiſt. XI teſtatur. Ex ea duodecimam ad Tyronem dedit IV Kal. Februarias. ſuperiorem autem, Prid. Eid. Ian. in qua ſe Capuam ſumpſiſſe ſignificat. Et Epiſtola XII libri IX Atticum narrat ſe Pompeium XIV Kal. Februarias vidiſſe, in Campania vtique, poſt digreſſum ab Vrbe. Quare Ianuario menſe Rubiconem Cæſar tranſiit: id quod ex libro VII Epiſt. ad Att. Epiſt. VII, VIII, & XIII inuicem comparatis euidens eſt. Quod autem ſcri-

bit Eutropius lib. VI, Cæſarem, ſimul atque vacuam vrbem eſt ingreſſus, Dictatorem ſe feciſſe: indéq; in Hiſpaniam profectum; in eo falſus eſt. Dictator enim poſt reditum ex Hiſpania, & Afranium Petreium, Varronémque victos, cùm iam Maſſiliam reuertiſſet, eſt dictus à M. Lepido Prætore: quod ipſemet refert Libro II Ciuil. idque ipſum Dio, Plutarchus, ac cæteri teſtantur. Paulum igitur Eutropius in errorem induxit, vti Dictaturam in vnam duas partiretur. A

pag 233. edit. Plant.

Iam Ciceronis ille locus ex libro II de Diuinat. non id efficit, quod Paulus exiſtimat, brumam in finem Decembris incidiſſe. Annus erat Vrbis DCCVII, Periodi Iulianæ 4667, quo cœpit Ianuarius anni Confuſionis, vt vocant, Octobris XIII. Proinde prid. circiter Kal. Octobris Iuliani, quem in diem XIV Kal. Ian. incurrebat, Cæſar in Libybæum profectus eſt, & quamuis aruſpex admonuiſſet, vt nonniſi poſt tres menſes, ſiue poſt brumam tranſmitteret, nihilominus in Africam nauigauit. Non igitur proximè ante brumam dies ille XIV Kal. Ian. incidit. Quod inſuper ex commentario Hirtij de bello Africano non obſcurè deducitur. Scribit enim initio libri, Cæſarem XIV Kal. Ian. Libybæo veniſſe, & VI Kal. in Africam ſoluiſſe. B Demum poſt aliquot prælia, geſtáque Cæſaris, mirum quiddam contigiſſe refert. *Per id tempus*, inquit, *ferè Cæſaris exercitui res accidit incredibilis auditu. námque Virgiliarum ſigno confecto, circiter vigilia ſecunda noctis, nimbus cum ſaxorum grandine ſubito eſt exortus ingens.* Plinius lib. XVIII cap. XXVI, & Columella lib. II, cap. VIII, ſcribunt Virgilias occidere a. d. IX Kal. Nou. in anno Iuliano. Non igitur Iulianus annus tum erat, cùm Cæſar in Africa bellum geſſit; quando poſt Kalendas Ianuarias Virgiliarum occaſus incurrit, inter Ianuarium videlicet, & Martium. Nam aliquanto poſteà, cùm de prælio Cæſaris cum Scipione loquitur, ait Cæſarem a. d. XII Kal. Apr. luſtrato exercitu, produxiſſe copias. Fuit ergo Confuſionis annus iſte, cuius Ianuarij Kalendæ in XIII Octobris Iuliani competunt.

Plutarchi error.

Caſtigandus indidem & Plutarchus, qui circa brumale Solſtitium Cæſarem refert in Siciliam transfretaſſe. Sed & idem Plutarchus errore non abſimili Cæſarem Brundiſio ad perſequendum Pompeium ſoluiſſe dicit, χειμῶνος ἐν τροπαῖς ὄντος, ἱσταμένου Ἰανουαρίου μηνός. *circa brumale Solſtitium, ineunte Ianuario.* Verum eſt enim Ianuario ineunte ſoluiſſe, hoc eſt prid. Non. Ianuarias; vt C ipſemet lib. III de bello ciuili author eſt Cæſar. Sed Ianuarium poſt brumam iniiſſe anno illo, qui fuit Vrbis DCCVI, id verò falſum eſt. Hoc enim Cæſar refellit ipſe; qui poſtquam Brundiſio profectum ſe dixit Prid. Non. Ian. poſtea ſubiungit: *Iámque hiems appropinquabat.* & poſtea: *Multi iam menſes tranſierant* (à profectione ſua) *& hiems præcipitauerat, neque Brunduſio naues, legionéſque ad Cæſarem veniebant.*

pag. 249 edit. Plant.

Error Appiani.

Eodem quo Plutarchus in errore fuit Appianus, qui lib. II Ciuil. Cæſarem prodit περὶ χειμερίους τροπάς, *circa hibernum Solſtitium*, Brunduſium perueniſſe. Atq; hæc à Paulo Foroſempron. iam animaduerſa erant; qui rectè ab anno primo Iuliano ad Kalendas anni Chriſti MD, dies numerat 563946. Intercedunt enim anni 1544, qui præter dies 563560, biſextiles habent 386; è quibus ſumma illa conflatur. Sed in eo vehementer aberrat, quòd Cæſarem Dictatorem fuiſſe dicit annis ſex ferè. Dictaturam enim pro ſummo imperio Paulus vſurpat. A tranſitu Rubiconis ad Pompeij necem annum vnum, menſes IX computat: rectè id quidem. A nece Pompeij ad mortem Iulij Cæſaris, annos numerat quatuor, menſes ſex. Perperam: non enim amplius ſunt, quàm anni tres, cum menſibus aliquot. D Tranſitus Rubiconis incurrit in annum Vrbis Varronianum DCCV. Pompeij mors in Septembrem anni DCCVI. Cæſaris obitus, in Eidus Martias anni DCCX. Itaque à Rubiconis tranſitu ad necem Cæſaris, anni ſunt V ſolidi cum aliquot menſibus.

Plutarchus à Paulo Foroſemp. non rectè reprehenſus.

Poſtremò Plutarchum à ſeipſo diſſentire Foroſempronienſis in eo credit, quòd cùm in Iulio dicat, Cæſarem quartum Coſ. deſignatum ad Hiſpanienſe bellum profectum eſſe; in reditu verò, Dictatorem factum eſſe perpetuum: in Antonio ſcribit, eundem poſt reditum ex Hiſpania IV Conſulem fuiſſe. Sed miror quid in hac narratione contrarium, ac repugnans Paulus animaduerterit. Sunt enim vera hæc omnia, & hiſtoriæ conſentanea. quam ſuperiori capite digeſſimus.

De

A

De Antiochenorum æra, quem χρηματισμὸν τῆς Ἀντιοχείας *appellant.*

Caput LXII.

HVIVS epochæ meminerunt Euſebius in Chronico, ad annum MDCCCCLXIX, & MMCCCXIX; Euagrius aliquot locis; Chronicon item Alexandrinum. Euſebius priore loco, qui eſt annus ab Abraamo MDCCCCLXIX, Olympiadis CLXXXIII primus, hæc adnotat: *Ab hoc loco Antiocheni ſua tempora computant.* Ad annum verò MMCCCXIX, Diocletiani decimum nonum, ita ſcribit: *Decimo nono anno Diocletiani, menſe Martio in diebus Paſchæ Eccleſiæ ſubuerſæ ſunt. Secundum Antiochenos annus* CCCLI. Chronicon Alexandr. pag. 438 Caium Iulium Cæſarem Dictatorem refert, quod eſt Monarcham, quatuor annis, menſibus ſeptem fuiſſe; πρὸ δ' εἰδῶν Μαΐων τῆς πρώτης
B ἐπινεμήσεως· καὶ προετέθη ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ ἐλευθερία αὐτῆς, ὅτε καὶ ὑπὸ Ῥωμαίους ἐγένετο· τῇ κ' τοῦ Ἀρτεμισίου μηνὸς, πεμφθεῖσα παρὰ τοῦ αὐτοῦ Ἰουλίου Καίσαρος· καὶ ἐκλήθη ὁ αὐτὸς Καῖσαρ Ἰούλιος Δικτάτωρ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ, γ' καὶ κ' τοῦ Ἀρτεμισίου μηνός. χρηματίζει οὖν τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας εἰς τιμὴν αὐτῆς ἔτος α'. καὶ πρῶτον ἔτος τῆς πεντεκαιδεκαετηρίδος, ἀπὸ πρώτου ἔτους Γαΐου Ἰουλίου Καίσαρος. *A. D. IV Eid. Maias primæ Indictionis. Et propoſita in vrbe magna Antiochiæ libertas ipſius, quando & Romanis ſubiecta eſt, viceſimo die Maÿ ab eodem Iulio Cæſare miſſa. Et appellatus eſt, idem Iulius Cæſar Dictator in vrbe magna Antiochiæ, viceſima tertia die Maÿ. Nominatur itaque magnæ Antiochiæ in ipſius honorem annus primus; idémque primus Pentecædecaëteridos, ab anno primo C. Iulÿ Cæſaris.*

Ioſephus Scaliger in Animaduerſ. Euſebianis ad illa Euſebij loca; tùm lib. III Iſag. Canon. pag. 295 de Antiochenorum æra diſputat. Quam annis XLVIII Dionyſianam æram antecedere docet. In Iſagogicis Canonibus initium illius conſtituit in anno Periodi Iulianæ 4666. *Itaque primus*, inquit, *annus Iulianæ editionis erat quartus Antiochenorum, vel potiùs tertius currens ab Octobri antecedenti.* Verùm ab
C anno potiùs antecedente, Periodi Iulianæ 4665, inchoandam æram illam arbitror. quod ex Euagrio imprimis oſtenditur. Scribit is libro II cap. XII, Leonis Imperatoris anno ſecundo ingentem terræ motum eueniſſe anno χρηματιζούσης τῆς πόλεως DVI, Indict. XI, decima quarta die Septembris, feria I. Eſt hic annus Chriſti CCCCLVIII; quo cyclus Solis erat XIX, litera E. Indictio verò XI cœpit anno antecedenti, XXIV Septembris. vnde pauci dies ad eam explendam ſupererant. Annus Chriſti CCCCLVIII, eſt Periodi Iulianæ 5171: de quo detractis 507. (Nam anno illo Chriſti deſiit annus χρηματισμοῦ quingenteſimus ſextus, & iniit ſeptimus;) reliqui ſunt anni 4664. Igitur anno 4665, cœpit annus primus χρηματισμοῦ. Item Euagrius libro IV, cap. IX ſcribit Iuſtinianum Imperatorem à Iuſtino renunciatum anno DLXXV τοῦ χρηματισμοῦ τῆς Ἀντιοχείας, Xanthici, id eſt Aprilis die prima; Iuſtinum verò Kalend. Auguſti mortem obiiſſe: Theophanes verò; τῷ δ' Ἀπελλίῳ μηνὶ δ', τῆς αὐτῆς πέμπτης Ἰνδ. ἑορτῇ τοῦ Πάσχα, ἀσθενήσας ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος, προεχειρίσατο ἔτι ζῶν εἰς βασιλέα Ἰουστινιανὸν τὸν ἴδιον ἀνεψιόν, &c. *Aprilis menſis die* IV, *eiuſdem*
D *Indictionis* V, *in ipſo Paſchæ die, Iuſtinus Imper. ægrotans, creauit adhuc ſuperſtes Imperatorem Iuſtinianum conſobrinum ſuum.* Chronicon Alexandrinum cum Euagrio facit, & Mauortio Coſ. annum illum conſignat. Conuenit in annum Chriſti DXXVII, cyclo Lunæ XV, Solis IV, litera C. Neomenia Paſchalis Martij XIX: decima quarta, Kalend. Aprilis, feria V. Paſcha itaque IV April. quod & ex Dionyſij circulis conſtat. Cùm igitur annus Chriſti DXXVII ſit Iulianæ Periodi 5240, detractis inde 576. (Nam quingenteſimus ſeptuageſimus ſextus ab autumno illius anni cœpit) reliqui ſunt 4664. Ideo ſequenti anno primus æræ Antiochenſis iniit.

In Alexandrino Chronico eadem æra ſparſim adhibetur: ſed aliàs rectè, aliàs non ſine mendo. Præter illum locum, quem paulo antè citauimus, pag. 446 à primo anno C. Cæſaris & Coſſ. Lepido atque Planco, Antiochenos dicit tempora ſua computare à XII die Maij: Indictiones verò à Kal. Sept. De Coſſ. falſa eſt notatio. Debuit Iulium ipſum Cæſarem, & P. Seruilium Coſſ. nominare, anno Vrbis

Scaligeri diſcrepãtes ſententiæ.

Expenduntur Chronici Alexãdrini loca.

DCCVI. & verum eſſet ab hoc anno Antiochenorum tempora putari, ſi à Maio, vt aſſerit, inchoarent. Sed ab Autumno potiùs iniiſſe videntur: vti paulo pòſt demonſtrabitur. In eodem Chronico pag. 740, Pulcheria Auguſta mortua refertur Februario, XII Kalend. Mart. τῇ μέσῃ ἑβδομάδι τῶν νηϛειῶν, hoc eſt dimidiata iam hebdomade prima quadrageſimæ, quam Græci à Dominica Sexageſimæ ſolent incipere, vt ante aliquot annos ad Nicephori Breuiarium obſeruauimus. Addit Chronicon annum fuiſſe Seleucidarum DCCLXIII, Antiochenorum DI. Erat annus Chriſti CCCCLIII, Opilione, & Vincomalo Coſſ. Indict. VI: vt præter Chronicon Marcellinus affirmat, cyclo Lunæ XVII, Solis XIV, litera D. Paſcha XII Aprilis. Dominica Sexageſimæ, Februarij XV. Itaque feria IV moritur Pulcheria. Iſag.Can. Pag. 295. Scaliger inſignem ait errorem in illo Chronici loco verſari: biennio quippe minus dicere, cùm annum Syromacedonum cum Antiocheno comparat. Verùm leuiſſimus hic error eſt, & in Syromacedonica duntaxat epocha μεταχρονισμὸς eſt. Fuit enim reuera tum annus Syromacedonum, DCCLXIV. Etenim Chriſti annus CCCCLIII eſt Periodi Iulianæ 5166. detractis 4401, (Nam ſequenti primus Syromacedonum iniit,) reſtant 455. Proinde anno Chriſti CCCCLIII cœpit ab autumno Syromacedonũ annus DCCLXIV. ante autumnum verò currebat DCCLXIV: in Antiochenſi epocha error nullus eſt. Si enim de 5166 deducas annos 502. (Quippe anno Chriſti CCCCLIII, cœpit ab autumno χρηματισμοῦ DII.) reliqui ſunt 4464. Proinde anno 4465 ab autumno cœpit annus primus Antiochenorum. Item pag. 760 Chronicon refert, mortuo Zenone, Anaſtaſium ſucceſſiſſe, & Aprili coronatum eſſe feria 7, maiore hebdomada, Indictione XIV, anno æræ Antiochenæ DXXXVII. Hîc biennio minus dicit. Erat enim DXXXIX. Quippe fuit annus Chriſti CCCCXCI, quo Indictione XIV Conſul fuit Olybrius ſolus, authore Marcellino: cyclo Lunæ XVII, Solis XXIV, litera F. Neomenia Paſchalis Martij XXVII, feria IV. Paſcha Aprilis XIV. Itaque coronatus eſt Anaſtaſius, non Aprilis V, vt quidam putant, ſed XI, nempe feria V maioris hebdomadæ. Iam verò ſi annus Chriſti CCCCLIII numeratus eſt Antiocheni χρηματισμοῦ annus DI circa vernum tempus; additis octo & triginta, vt fiat annus Chriſti CCCCXCI: ſub idem tempus, numerandus erit annus Antiochenus DXXXIX, non DXXXVII. Item pag. 764, mortuo Anaſtaſio, imperium cœpit Iuſtinus, Magno Conſule. Indict. XI; quod & Marcellinus habet: anno χρηματισμοῦ τῆς Ἀντιοχείας DLXVI, Iulij IX. Eadem ſcribit Euagrius lib. IV cap. I. Theophanes verò Indict. XI, Aprilis XI mortuum refert, anno Diocletiani CCXXXIV. Omnes iſtæ temporum notæ in annum Chriſti DXVIII competũt. Fuit enim Indictio XI, & annus currens ab initio Diocletiani CCXXXIV: cúmque Periodi Iulianæ ſit annus 5231, ſi Antiochenos annos ſubtrahas DLXVII, quia quingenteſimus triceſimus ſeptimus iniit anno Chriſti DXVIII, ſupererunt 4664. Vnde ſequenti anno primus Antiochenus iniit. Hæc ad muniendam Antiochenam æram ſatis eſſe videntur; quæ quidem demonſtrant initium eius cadere in autumnum anni Periodi Iulianæ 4465, in quem annus Vrbis confertur DCCV. Sed propter anni Romani labem, Ianuarius anni DCCVI, ab Octobri cœpit, vt libro IV demonſtratum eſt. Ideo primus annus χρηματισμοῦ cadit in annum Vrbis DCCVI ineuntem.

Explicatur Chronicon Alexandr. Quod verò Chronicon Alexandrinum refert viceſimo Maj, Antiochiæ libertatem, & αὐτονομίαν fuiſſe propoſitam; Cæſarem verò ex ante diem IV Idus Maias imperium iniuiſſe, & inde primum annum ab illis inchoatum, id ſic interpretamur: Pharſalica pugna circa æſtatem contigit. Nam paulo antè conflictum maturas iam prope ſegetes fuiſſe, teſtis eſt Cæſar ipſe lib. III Ciuil. *Ille ſegetis idoneum locum in agris nactus, quæ prope iam matura erat, ibi aduentum expectare Pompeij.* Fuerit hoc tempus circa exeuntem Aprilem, aut ineuntem Maium. Tum enim in Theſſalia, præſertim apricis in locis, prope maturæ ſegetes eſſe poſſunt. At Pharſalica pugna contigit Iulio menſe, & quidem circa XIV Kalendas Sextiles, vt ſuſpicatur Goltzius; ſeptimo menſe, quàm Brunduſio ſoluerat. Ianuarius Romanus per illa tempora ab Octobri Iuliano circiter inibat. Igitur Iulius in Aprilem, vel ineuntem Maium cadebat. Proinde Pharſalicus conflictus duodecimo circiter Maj contigit. Poſt victoriam Cæſaris, Pompeius fugiens in Ciliciam, atque inde Cyprum peruenit, Orientem, Parthóſque petiturus. Cùm in Cypro eſſet, (ait Cæ-

Pag. 282. ed. Plant.

In Iulio, pag. 81.

A ſar lib. III) *cognoſcit, conſenſu omnium Antiochenſium, ciuiúmque R. qui illîc, negotiarentur, arcem captam eſſe, excludendi ſui cauſa; nunciósque dimiſſos ad eos, qui ſe ex fuga in finitimas ciuitates recepiſſe dicerentur, ne Antiochiam adirent. ſi feciſſent, magno eorum capitis periculo futurum.* Quare ſtatim à Pharſalica pugna, Antiochiæ geſta illa ſunt, quæ Chronici Alexandr. author, aut is vnde accepit, è publicis commentariis haurire potuit. Sed cùm menſis in publicis Faſtis adnotatus eſſet Artemiſij lunaris viceſimus dies: poſtquam Iulianus, & fixus annus introductus eſt; qui hanc hiſtoriam excerpſerunt, ad Artemiſium Iulianum, id eſt Maium retulerunt. Quanquam lunaris Artemiſij Neomenia non multum à Iuliani Kalendis aberat. Contigit enim anno Per. Iul. 4666, cyclo XI, Maij ſecundo. Ita XXI Mai Antiocheni αὐτονομίαν à Cæſare ſunt conſecuti. Pag. 292.

Quamuis autem Chronicon Alex. pag. 448 referat, à XII Mai anni, primi monarchiæ Cæſaris æram ſuam auſpicatos eſſe; Indictionem autem à Septembri, nimirum antecedente æra: nihilominus ipſa ab Autumno itidem anteceB dente tam in eodem Chronico, quàm apud Euagrium incipit, & quidem ab Octobri; certè poſt Septembrem. Quod enim à Maio vel æſtate non incipiat ex eo colligimus. Anno Chriſti CCCCLVIII, vt refert Euagrius libro II, cap. XII, Septembri menſe currebat annus χρηματισμοῦ DVI: anno verò Chriſti DXXVII, vt idem refert libro IV, capite IX, Aprili, erat in curſu DLXXV annus eiuſdem æræ. Tum anno Chriſti DXVIII, Iulio, labebatur, annus χρηματισμοῦ DLXVI, vt ſcribit Euagrius lib. IV, cap. I. Si anno Chriſti CCCCLVIII, annus Antiochenus DVI, qui tùm fuiſſe dicitur, à Maio, vel Iulio cœpiſſet, fuiſſet à Ianuario in Maium annus DV. Ergo poſt annos LXIX, iniiſſet annus χρηματισμοῦ DLXXV à Maio, vel Iulio, & DLXXIV à Ianuario ad Maium decurriſſet. Atqui anno Chriſti DXXVII, qui eſt ſexageſimus nonus poſt annum CCCCLVIII, Aprili menſe numeratus eſt DLXXV æræ Antiochenæ. Huius ergo primordium non à Maio vel æſtate ſumitur. Idem & ex Alexandrino demonſtratur. Nam ſi anno Chriſti CCCCLIII Februario ipſo, annus agebatur Antiochenus DI, anno vtique quinto poſt illum, id eſt C CCCCLVIII, etiam Februario, annus Antiochenus putatus eſt DVI. Quare initium anni quingenteſimi primi non cadit in annum Chriſti CCCCLIII, neque initium anni quingenteſimi ſexti in annum CCCCLVIII. Sed anno proximè antecedente iniit. Iam verò ſi in anno Chriſti CCCCLVII, qui eſt Per. Iul. 5170, cœpit annus χρηματισμοῦ DVI, ſequitur annum primum eiuſdem æræ inchoatum fuiſſe anno Per. Iul. 4665. Quod autem non à Septembri, ſed poſt ipſum inierit, ex Euagrio colligitur. Etenim anno Chriſti CCCCLVIII, quo inire debuit Antiochenus DVII, erat in curſu DVI, menſe Septembri. Igitur ab Octobri cœpiſſe videtur: vnde & Hyberberetæus Syromacedonicus, & Antiochenus iniit, vt libro primo oſtendimus.

Euagrius ab Octobri annos Antiochenos incipit.

Euſebius in Chronico ſententiam noſtram penitus affirmat: annum primum χρηματισμοῦ ab anno Per. Iul. 4665 eſſe repetendum. Nam ad annum Abraami MDCCCCLXIX, Olymp. CLXXXIII primum, notat Antiochenos inde ſuam æram auſpicari. Oſtenſum eſt alibi Euſebianam epocham ab Autumno cœpiſſe anni Per. Iul. 2697. Si igitur ad annos 1969 adiungas 2696, efficies 4665, à quo priD mum annum exordiri dixit æræ Antiochenæ. Item annus primus Olympiadis CLXXXIII eſt Iphiti DCCXXIX: & quoniam Euſebius annis vtitur Syromacedonicis, vel Antiochenis ab autumno, Olympiadicus agon in finem anni ipſius popularis incurrit. Vnde primus annus Olympiadũ cœpit, ex Euſebiano calculo, ab Octobri anni Per. Iul. 3937. quare ad methodum annorum Olympiadicorum Euſebij, debent addi 3936, vt anni primordium habeatur. Itaque ſi ad annos 729 accedant anni 3936, confient anni 4665, vt erat propoſitum. Idem Euſebius ad annum MMCCCXIX, qui eſt Olympiadis CCLXX, tertius, notat annum CCCLI ſecundum Antiochenos ibi cœpiſſe. Annus hic eſt Chriſti CCCII, quo Diocletiani XIX iniit ex a. d. XI Kal. Maias. Sed Euſebius ex Octobri antecedente putare cœpit, aut à Paſchate, quod proximè præceſſit. Quamobrem anno XIX Diocletiani labente, ſi quidem à Paſchate inchoetur, iniit annus Antiochenus CCCLI. Neque verò Euſebianum Chronicon affirmat, perſecutionem illam Diocletianeam, quæ anno ipſius XIX contigit, anno Antiocheno CCCLI incidiſſe: ſed hoc ſolùm indicat, eodem anno, quo Diocletiani decimus nonus iniit, inchoatum eſſe annum, ſe-

Euſebij ſententia.

cundum Antiochenos, cccli. Sed de anno illo Diocletiani egimus in Animad. A
& rurſum poſtea diſputabimus.

Vt hanc de Antiochenſis æræ primordio diſſertationem concludam: colligitur initium eius anno Per. Iul. 4465; & Chriſtianam æram annis xlviii, ac tribus menſibus præceſſit. ante Iuliani primi anni Kalendas annis ſolidis tribus, cum totidem menſibus. Vnde Iulianus annus exorſus eſt labente anno quarto Antiocheno, non tertio, vt Scaliger ſcribit.

cap. ccxi. At *Noua Chronologia* annum primum Antiochenũ eundem cum Iuliano eſſe primo ſtatuit: hoc eſt ante Dionyſianam æram quadrageſimum quintum. ante Natalem verò Chriſti Conſtantinopolitanum qui vulgarem tribus anteuertit annis, ſecundum & quadrageſimũ. Quam Natalium varietatem cauſam fuiſſe perhibet, quare Antiochenorũ æra quadraginta octo annis æram vulgarem anteceſſiſſe credita ſit. Quod enim ad Natalem communem cõueniebat, vt eo xlv annis prior eſſet, id ad Conſtantinopolitanum perperam accommodatum eſt. Ex quo contigit, vt xlviii annis cõmunem æram præceſſerit. Sed ex iis, quæ hoc capite demonſtrauimus; cohærere ſententia iſta non poteſt. B Neq; verò ſatis firma coniectura nititur. Euagrij locus ille profertur, quem ſupra propoſuimus ex l. ii, cap. xii. Vbi præter illa, quæ ad Antiochenorum epocham illam ſtabiliendam attulimus, addit Euagrius terræ motum illum, qui anno ſecundo Leonis; hoc eſt æræ Dionyſianæ cccclviii, contigit, incidiſſe poſt annum trecenteſimum ſexageſimum ſeptimum à priore, qui Traiano imperatore accidit, anno clix Antiochenſis æræ. Atqui, vt ex Dione Xiphilinus refert, Pedo Conſul, qui Antiochiæ cum Traiano tunc erat, illo terræ motu eſt extinctus. Quare Meſſala & Pedone Coſſ. iſtud euenit. qui quidem Coſſ. anno Chriſti cxv conueniunt. Si igitur è clix annis ſubtrahas plenos annos cxiv, prodibit annus ante vulgarem epocham Chriſti xlv, quo cœpit Antiochenſis æra.

Sed hæc argumentatio minimè procedit. Nam Coſſ. Meſſala & Pedo non in annum Chriſti cxv; ſed in cxi ab Euagrio conferuntur. In Faſtis quidem Siculis, ſiue Alexandrino Chronico, quod Onufrius ſecutus eſt: C tertius ante Traiani obitum annus Conſules habet Meſſalam, & Pedonem. Vnde cùm Traianus anno Chriſti cxvii obierit: vt poſtea docebitur: conſequens eſt anno cxv Conſules illos fuiſſe. Verùm Caſſiodori Faſti ſeptimum ante Traiani mortem Conſulum par illud ſtatuunt. vt ad annum Chriſti cxi congruat. Eiuſmodi Faſtos illos fuiſſe, quos Euagrius adhibuit: atque anno Chriſti cxi terræ motum illum, & Pedonem Conſulem aſſignaſſe, nullum dubium eſt. Nam à Conſulibus iſtis ad annum ſecundum Leonis, & Indictionem xi, annos putat cccxlvii. qui ſunt Indictionum cycli lxix, cum duobus reliquis. His de xi detractis, relinquitur Indictio ix anno illi competens, quo Traiano imperante Antiochiam terræ ille motus infeſtam habuit. Sic de annis cccclviii deductis cccxlvii reſiduus eſt annis cxi poſt Chriſtum, cum Indict. ix. Præterea idem Euagrius annum illum Traiani dicit eſſe cxlix ab æra Antiochena. Deductis annis cxi de clix; reſtant xlviii. Ergo totidem annis Antiochenſis epocha Chriſtianam anteceſſit.

D

De anno, quo C. Cæſar in Senatu eſt occiſus: deque luminarium deliquiis, quæ circa tempus illud acciderunt.

Capvt LXIII.

PArricidii illius horror non mortalium duntaxat affecit animos: ſed vniuerſitatem etiam omnem; elementa ipſa, ac cœleſtia, immortaliáque corpora peruaſit. Etenim crebra per illud tempus, & inuſitata prodigia paſſim extiterunt: quæ Virgilius Georg. i, & Ouid. xv Metam. poëtico colore pinxerunt. Inter cætera lurido quodam infectum pallore Solem, Lunam verò ſanguine perfuſam celebrant. De Sole triti ſunt Virgiliani iſti verſus.

Ille etiam extincto miſeratus Cæſare Romam;

A

Cùm caput obſcura nitidum ferrugine texit;
Impiáque æternam timuerunt ſæcula noctem.

Quinetiam Ioſephus lib. XIV Orig. cap. XXII Antonij Triumuiri epiſtolam ad Hyrcanum Pontificem deſcribit, datam poſt Philippenſe prælium, ac Bruti, Caſſiíque cædem, in qua de coniuratorum ſcelere loquens: δι᾽ ἃ, inquit, καὶ τὸν ἥλιον ἀπεστράφθαι δοκοῦμεν· ὃς καὶ αὐτὸς ἀηδῶς ἐπεῖδε τὸ ἐπὶ Καίσαρι μύσος. *Propter quæ Solem etiam auerſum fuiſſe credimus: qui & ipſe patratum in Cæſarem facinus inuitus aſpexit.* De Luna ſic Ouidius;

ſparſi lunares ſanguine currus.

Hinc igitur amborum ſiderum defectiones in illud conuenire tempus, quo Cæſar interfectus eſt, fuit nonnullorum opinio. Quæ res eruditos Mathematicos exercuit. Ac Iulium quidem Cæſarem anno illo cæſum fuiſſe, quo Conſul V fuit Antonio collega; nec non Dictator V, ex Dionis ſententia; ſuprà demonſtrauimus. Ex quo & illud patuit, eundem annum editionis Iulianæ ſecundum fuiſſe:
B hoc eſt quadrageſimum quartum ante Chriſtianam epocham: qui eſt annus Iulianæ Periodi 4670: Vrbis ex Varroniana putatione DCCX. Igitur anno illo, qui proximè anteceſſit eum, quo Cæſar occiſus eſt, id eſt Iuliano primo, maxima Lunæ defectio facta eſt Nouembris VII. Nam vera luminarium oppoſitio ex Pariſinis tabulis incidit in horam à media nocte 2, 15′ apparenti tempore in Horizonte Romano. Latitudo Lunæ, ſcrup. 2′, 52″. Fuit ergo digitorum 20 ½. Cœpit hora 0, 22′. Deſiit hora 4, 8′. Itaque tenuit horas 3, 46′. At Solis defectio nulla penitus neque anno primo Iuliano, neque ſecundo contigit. Quanquam Gerardus Mercator affirmet illo ipſo anno factam eſſe, quo Cæſar occiditur Maij XXVIII, Sole in gradu Geminorum tertio conſiſtente: quem annum numerat Vrbis DCCVIII, Nabonaſſari DCCVII: cùm latitudinis motus eſſet à Boreo termino 268, 22′, hoc eſt Signorum XI, 28, 22′. Vnde latitudo Lunæ colligitur ſcrupulorum circiter 8.

Lunæ defectio anno primo Iuliano.

Solis nulla.

Sed hæc Mercatoris ratiocinia falſiſſima ſunt, & ab ipſo conficta. Annus hic
C erat primus Iulianus; Periodi Iulianæ 4669, quo media coniunctio Romæ contigit Maij XXVIII, hora 9, 23′ Romæ, poſt mediam noctem. Vera ſub horam 1, 3′ à meridie. Apparens denique hora 1, 29′. Medius latitudinis motus Signorum 0, 12, 25′, 7″ tempore mediæ ſyzygiæ. Verus autem tempore apparentis, 0, 12, 40′, 29″. Latitudo vera, ſcrup. 65, 23′: apparens, detracta parallaxi, fit ſcrup. 45′, 53″, longè maior ſumma ſemidiametrorum, quæ eſt 29′, 20″. Quare nulla potuit eſſe defectio. Non diſſimilis ex Prutenicis calculis ratio colligitur. Quòd ſi motus latitudinis, qualem falsò Mercator computat, & auſtralis, non boreus eſſet: parallaxis latitudinis ad auſtralem latitudinem adiuncta maiorem ſemidiametrorum ſummâ latitudinem apparentem faceret; aut certè puſillo minorem. Ideo vel nullam, vel exiguam Solis particulam Luna perſtringeret.

Nulla igitur anno primo Iuliano ſolaris eclipſis in Italia contigit. ſed nec anno ſecundo, quo Cæſar interfectus eſt. vt ex tabulis deprehendimus. Solis itaque pallor inuſitatus, qui ſub necem Cæſaris accidit, citra eclipſin fuit. Quod & Plinius indicat lib. II cap. XXX. *Fiunt*, inquit, *prodigioſi, & longiores Solis defectus: qua-*
D *lis occiſo Dictatore Cæſare, & Antoniano bello; totius penè anni pallore continuo.* Idem refert in Cæſaris vita Plutarchus. Nec Seruij verba aliter interpretanda ſunt, dum ad illum Virgilij locum adnotat; *occiſo Cæſare in Senatu pridie Idus Martias Solis fuiſſe defectum ab hora ſexta vſque ad noctem. Quod quia multis protractum horis, dicit in ſequentibus: æternam timuerunt ſæcula noctem.* Quis enim veram Solis defectionem audiit vnquam ſex horas duraſſe? Sed tetram ac luridam Solis faciem illo præſertim, quo Cæſar occiſus eſt, die conſpectam fuiſſe dicit; quod veriſimile eſt: ídque Sex. etiam Aurelius Victor memoriæ prodidit. Sic videtur & intelligendus Dio, cùm inter prodigia, quæ Romæ conſpecta Senatum adduxerunt, vt ineunte anno, quo Coſſ. fuerunt Hirtius & Panſa, triduo toto conueniret, ac nefaſto etiam die: τό τε φῶς (inquit) τοῦ ἡλίου ἐλαττοῦσθαί τε, καὶ σβέννυσθαι· ποτὲ δὲ ἐν τρισὶ κύκλοις φαντάζεσθαι ἔδοξε. *Solis lumen aliquando minui, extinguique: aliquando in tres circulos partiri videbatur.* Addit vnum ex iiſce circulis ſpicæ inſtar coronæ igneo fulgore micuiſſe. Quod ſub id tempus eueniſſe, quo Octauius ex Apollonia reuerſus Ro-

Dio lib. XLV.

mam ingrediebatur, docet Suetonius Auguſto, cap. xcv; Seneca lib. I Natural. Quæſt. cap. II. Neque aliter eiuſdem Dionis intellexerim verba libro XLVII: vbi ante Philippenſe bellum, hoc eſt anno ab Vrbe condita DCCXII, Periodi Iulianæ 4672, cùm oſtenta varia eſſe viſa refert; tùm Solis orbem minui viſum; ac ſubinde creſcere. Nam illo ipſo anno Sol non defecit: tametſi ecliptica latitudo bis fuerit; Martij XXVII, vel XXVIII ineunte: & Septembris XXI. Sed prior ſyzygia media ferè nocte contigit. Poſterior vna amplius hora ortum Solis anteceſſit. A

Cap. CXLV. Atenim vir doctus, qui *Nouam, ac veram Chronologiam*, &c. edidit, ex illa Solis eclipſi, quæ poſt Iulij necem Romæ commiſſa eſt Hirtio, & Panſa Coſſ. argumentatur annis quinque ferè tardiùs Cæſaris obitum; &, quæ inde conſequuntur, reliqua eſſe collocanda. Quippe Solis inſignem defectionem animaduertit in annum illum incurrere, qui eſt triceſimus octauus ante Chriſtianam æram: hoc eſt Periodi Iulianæ 4676. quo iniit annus Vrbis Varronianus DCCXVI. Sol enim Ianuarij XIV defecit, digitis ferè 10. Nouilunium verum Pariſinæ tabulæ reddunt hora 8, 51′ Romæ: apparens autem hora 7′, 53″; poſt ortum Solis ſemihora circiter; Sole in Capricorni gradu 21, 45′ verſante. (Malè *in noua, veráque Chronologia* ſcriptum eſt *in Aquarij* gradu 22, pro *Capricorni*.) Cœpit deficere ſemihora circiter antequam oriretur: ac duabus horis defecit. Verùm negandum eſt omninò Solis eclipſin à Dione cæteriſque deſignari; qui Solem per illa tempora pallore ſuffuſum, vel imminutum memoriæ prodiderunt. Neque verò Iulij Cæſaris nex tam longè ſummoueri poteſt, ſalua hiſtoriæ fide. B

Eſt & alterum argumentum, quo vir eruditus vulgarem Chronologiam oppugnat. Siquidem ea nocte, quæ ſuprema Cæſari fuit, *cùm valuæ cubilis clauſæ eſſent, ſua ſponte apertas eſſe*, ſcribit Iulius Obſequens; *ita vt Luna fulgore Calpurnia Cæſaris vxor excitaretur*. Eadem ferè Plutarchus in Cæſare ſcribit. Hoc verò anno, inquit, Iuliano II, id eſt XLIV, ante æram Chriſti minimè contigit Idibus Martiis. Sed anno ante Chriſtum XXXIX. Atqui anno illo, quo Cæſar occiſus eſt, Pridie Eidus Martias Luna XXVI fuit; eiúſque ab Sole diſtantia Signorum 10, 3, 10′. Tum Luna tribus horis & quadrante circiter ante Solis ortum lucet. Quare ſub noctis exitum ſereno cœlo Luna fulgere potuit. C

Poſtremò anni Monarchiæ Iulij Cæſaris variè computari ſolent. Quidam enim tres annos præciſo numero imputant; vt Auſonius: alij quatuor, cum menſibus aliquot; vt Euſebius: alij quinque. Hi omnes videlicet diuerſa illius imperij primordia ſumpſerunt. Omnium optimè, qui à Pompeij morte, vel Pharſalico prælio monarchiam auſpicati, tres ſolidos cum menſibus aliquot imputarunt. Neque tamen propterea conſequens eſt, quod vir eruditus aſſerit, anno ante Chriſtum XLIII eandem illam Iulij monarchiam iniiſſe. Hoc ille inter cætera *Nouæ Chronologiæ* paradoxa pluribus in locis inculcat. Cùm enim quinquennio vulgares faſtos redundare ſibi perſuadeat; quem nos annum ante communem epocham Chriſti numeramus, exempli cauſa, quadrageſimum octauum; hunc ipſe tertium duntaxat, & quadrageſimum putat. Annus, quo Pompeium Cæſar in Pharſalicis campis acie vicit, eſt Varronianus DCCVI, Periodi Iulianæ 4666; & quadrageſimus octauus ante æram Chriſti Dionyſianam. Noua Chronologia quadrageſimum tertium eſſe iubet: ab eóque Iulij Cæſaris Monarchiam auſpicatur. Ex quo ſequitur anno ante Chriſtũ triceſimo nono, Eidibus Martiis occiſum eſſe Cæſarem: id quod paulo antè retulimus, ac refellimus. Vt autem ſuperiora illa duo, quæ à nobis diſcuſſa ſunt, argumenta ad annum necis Iulianæ propriè pertinent: ſic tertium reſtat, quo annus primus Monarchiæ Cæſaris præcipuè contra commune Chronologorum omnium decretum ſtabiliri videtur in anno illo, qui XLIII eſt ante Chriſtum, quo Pharſalica pugna commiſſa eſt. Id autem ex Suetonij; ſiue potiùs Auſonij authoritate petitur. D

Primum argumentũ Capite CLXXXIX. Suetonius ex Auſonij fide Iulio Cæſari tres annos tribuit: Auguſto LVI: Tiberio XXIII: Caio III: Claudio XIII: Neroni totidem. Qui collecti annos Monarchiæ ab Iulio Cæſare ad Neronis vltimum efficiunt CXI. Conſtat autem Neronem anno Chriſti LXVIII obiiſſe. Subtractis annis LXVIII de CXI; reſtant XLIII. Igitur totidem annis epocham Chriſti primus Monarchiæ Cæſaris annus anteceſſit.

Verùm nemo non videt ab Auſonio verſuum neceſſitate conſtricto ſolos an-

A nos integros, excurrentibus menſibus neglectis, comprehenſos fuiſſe. Nam in hiſtoria ipſa Suetonij ad annos ſolidos menſes aliquot accedunt. qui collecti annos quinque conficiunt. Iulius Cæſar, exempli gratia, ſupra tres annos, ſex imperauit menſibus. Auguſtus, ſi ab anno altero ab nece Iulij, ſiue Iuliano tertio, imperij annos cõputes: id eſt ab eius Conſulatu primo, vel Triumuiratu; annos imperauit LVI circiter. Sed à nece Iulij ſeſquiannus circiter intercedit. fiunt anni duo. Tiberius menſes ſeptem: Caius decem cum diebus octo: Claudius octo menſes, dies XX: Nero denique menſes octo, ſuprà annos, qui ab Auſonio tribuuntur, imperarunt. Ex iis triennium fere conficitur. Ita quinque anni complentur. & ex annis CXVI, qui ab initio Iulij ad Neronis obitum cenſentur, ſi annos LXVIII ſubtrahas, exiſtent anni XLVIII à Iulio ad æram Chriſtianam. Neq; aliter Author libri de Claris Orator. qui Caio Caligulæ annos quatuor: Claudio & Neroni ſingulis XIV tribuit: Auguſti verò LVI annos à Conſulatu eiuſdem; id eſt ab anno III Iuliano deducit.

Quod autem *Noua Chronologia* præciſam illam Auſonii ſummam è Suetonii ſincerioribus codicibus hauſtam fuiſſe diſputat: vulgatos autem Suetonii hac in parte
B deprauatos eſſe: credibile non eſt. Nam, vt cætera taceam, quis illud exiſtimet, ita quemlibet Imperatorum annos vertentes, & integros ad punctum impleſſe, nihil vt reliquiarum ſuperfuerit? Ego id certè non puto. Solent enim Hiſtorici; ac multo magis Poëtæ, excurrentes ſupra ſummam dies, menſéſve præterire. Quo pertinet Theophili lib. III ad Autolycum prudens animaduerſio: cùm de annorum ab orbe condito ſumma diſputat. Negat enim accuratam illorum rationem, & præciſam iniri poſſe: διὰ τὸ μὴ ἀναγεγράφθαι ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις τοὺς ἐπιτρέχοντας μῆνας, καὶ ἡμέρας. *Quod excurrentes menſes, dieſue in ſacris literis omittantur.* Quod nos ipſi ſimili in re lib. IX, capite VI notauimus.

De Auguſti primordio. Explicantur varia Scriptorum loca: imprimis Horatij, Feſti, Rufi, &c.

CAPVT LXIV.

C IMPERIVM Auguſti duplici ab initio maximè conſurgit. Nam aut ab anno ipſo, quo Iulius occiſus eſt; aut à ſequente proficiſcitur. Tertium indicat Dio initio libri LI, dum à Septembris die ſecundo, quo nauali ad Actiũ victoria potitus eſt, monarchię illius annos procedere ſcribit: ὥστε τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν τῆς μοναρχίας αὐτοῦ ἐτῶν ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἀπακριβοῦσθαι. *Adeo vt numerus annorum monarchiæ ipſius, ſi accuratè ratiocinemur, ab illa die ſit inchoandus.* Anno ipſo, quo Iulius Cæſar interfectus eſt, nullum Magiſtratum obtinuit; ſed priuata authoritate veteranorum copias contraxit, & quodammodo pro Imperatore ſe geſſit. Hic erat annus Vrbis Varronianus DCCX, Iulianus ſecundus. Anno ſequente, Coſſ. Hirtio & Panſa, Octauianus X Kal. Octobres Conſulatum iniit cum Q. Pedio. Eodem anno, V Kal. Decembres Triumuiratum ſuſcepit cum Antonio, & Lepido. Igitur imperium Auguſti ab vtrouis anno capitur. Ioſephus libro XX Orig. capite III, & lib. II de Excidio, cap. XIII, annos Auguſti numerat LVII, menſes VI, dies II. Mortuus eſt
D XIV Kal. Sept. anni ab V. C. DCCLXVII, Per. Iul. 4727, Iuliano LIX; æræ vulgaris XIV, vt poſtea demonſtrabitur. A poſtridie Eidus Martias anni Iul. II ad XIV Kalendas Septemb. anni Iuliani LIX, anni ſunt præciſè LVII, menſes V, dies IV. Vno ergo menſe ante Iulii necem Ioſephus initium illius anteuertit. Author libri de Claris Oratoribus annos LVI præciſè numerat: quos quidem à primo illius Conſulatu, id eſt anno III Iuliano, quo Coſſ. fuêre Hirtius & Panſa, vel à Triumuiratu deducit. Neque enim aſſentior erudito viro, qui annos LVIII legendum illîc aſſerit, eorúmque principium à nece Iulii Cæſaris auſpicatur. Nihil apertius eſt, quàm ab eo fere tempore, quo Cicero mortuus eſt. (Id autem VII Eid. Decemb. contigiſſe refert.) ſummæ illius, quam ibidem colligit, caput inſtitui. Quippe poſt enumeratos Imperatorum aliquot annos, ad ſextum vſque Veſpaſiani; ſummam ita ſubducit: *C & XX anni ab interitu Ciceronis in hunc diem colliguntur, vnius hominis*

ætas. Veſpaſiani primus annus iniit à Kal. Iuliis anni Chriſti LXIX: vti poſtea demonſtrabitur. qui eſt Iulianus CXIV. Ergo ſextus inchoatur anno Chriſti LXXIV, Iuliano CXIX, ac ſequente deſiit. Si ergo de anno Iuliano CXX deduxeris duos, reliqui ſunt CXVIII ab eo, quo Cicero mortuus eſt. Sed rotundo numero vſus author ille centum & viginti numerauit. Eadem ratione Tacitus lib. I Hiſtor. prius æuum Populi Rom. ab V. C. ad Actiacum prælium DCCXX annorum facit, cùm reuera ſint DCCXXII completi ſecundum Capitolinos Faſtos. Chryſeros M. Aurelij Veri libertus, & Nomenclator apud Theophilum lib. III ad Autolycum, Iulio Cæſari annos tres, menſes IV, & dies VI aſſignat: Auguſto annos LVI, menſes IV cum vno die. Authoris illius appellatio in editis valde deprauata legitur. Εἰ γάρ τις βούλεται μαθεῖν (verba ſunt Theophili) ἐκ τῶν ἀναγραφῶν εὑρήσει, ὧν ἀνέγραψε Χρύσεpος· ὃν ὁ μὲν Κεράτωρ, ἀπελεύθερος γενόμενος Μαυρηλίου Οὐήρου. Scribe Χρύσερος ὁ Νομενκλάτωρ, & M. Αὐρηλίου Οὐήρου.

Euſebius in Chronico annos Auguſto tribuit LVI menſes VI. Epiphanius annos LVI. Clemens Alexand. I Stromateo annos XLIII: nempe ab Antonio victo: & paulo poſt ex alia computatione annos XLVI, menſes IV, cum vno die. Sed ſcribendum videtur, ἔτη νϛ', id eſt LVI. Suetonius Auguſto, capite VIII vtramque illam imperij partem ita digerit. *Atque ab eo tempore (*quo mortuo Iulio hæreditatem adiit*) exercitibus comparatis, primùm cum M. Antonio, Marcóque Lepido; dein tantùm cum Antonio per duodecim fere annos: nouiſſimè per quatuor & XL ſolus Rempub. tenuit.* Hoc modò conſiunt anni LVI. Proinde non ab anno Iulianæ necis, vt *Nouæ* Cap.CXCIII *Chronologiæ* Scriptor exiſtimat; ſed à ſequenti initium arceſſitur. Victus eſt ad Actium Antonius anno V. C. DCCXXIII, qui eſt Iulianus XV. Demptis inde tribus; reliqui ſunt XII, ab exitu anni Iuliani III, ſiue initio quarti, ad XV. Additis deinde XLIV, conſurgit annus LIX Iulianus, quo Auguſtus obiit. Hæc proculdubio mens Tranquilli fuit: non ea quam vir doctus affingit: qui duodenos annos priores biennio, quod à nece Iulij ad Triumuiratum interceſſit, & Triumuiratus decennio definit, id eſt ab anno V.C. Capitolino DCCIX ad DCCXX. Exinde XLIV annos reliquos ab anno DCCXXI ſolum imperaſſe putat; donec biennio ante obitum ſuum Tiberium fecit imperij conſortẽ. Quod argumẽto iſto colligit. Nam alioqui duodecim Cap.CXCIV. anni à Suetonio à primo Conſulatu Auguſti ad victum Antonium putati deficerent: quadraginta verò quatuor inde numerati vno redundarent. Neque enim Actiaca victoria terminus poteſt eſſe duodecim illorũ: cùm Antonius minimè victoria iſta profligatus ſit; ſed anno demũ ſequente. poſt quem anni XLIII duntaxat ad Auguſti mortem fluxerunt. Verùm quod ad Suetonium pertinet, qui totum Auguſtei imperij tempus in duo interualla partitus eſt, euidens eſt ab eo alterum Actiaca victoria; alterum Auguſti morte concludi. Quamuis enim ad annum inſequentem vſque vixerit Antonius; naualis tamen ille conflictus velut decretorius fuit; ſecundum quem Romanus orbis vnius in Auguſti poteſtatem redigi cœpit. Porro Suetonij interpres optimus eſt Eutropius: qui lib. VII duodecim priores annos poſt eum, quo Conſul fuerat Auguſtus, numerat. ſecundum quos Rempublicam ſolùm per XLIV annos tenuiſſe ſcribit. *ante enim duodecim annis cum Antonio, & Lepido tenuerat. Ita ab initio principatus eius vſque ad finem* LVI *anni fuerunt.* Sed & Dio lib. LVI. Μοναρχήσας δὲ ἀφ' οὗ πρὸς Ἀκτίῳ ἐνίκησε, τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα ἔτη δέκα τριῶν ἡμερῶν δέοντα. *Solus ſummum imperium geſſit à victoria apud Actium annos* XLIV, *minus diebus* XIII.

Quamquam pleroſque Scriptores ſcio, qui Auguſti imperium eiuſdem monarchia circunſcribunt; ab Antonii & Cleopatræ nece; ſiue ab eo tempore, quo, vt cecinit Horatius,

Ode XIV libri IV.

Portus Alexandrea ſupplex
Et vacuam patefecit aulam,

primordia duxiſſe. Atque illi ferè ſunt, qui Ægyptiorum regum tempora, hoc eſt Græcorum ab Alexandro principum in Ægypto ſucceſſionem cum Romanis Imperatoribus pertexunt. vti Ptolemæus in Canone regum: Clemens Alexandrinus I Strom. & ante hos Philo lib. de Legat. ad Caium: vbi Auguſtum ſcribit per annos tres & quadraginta Ægyptum tenuiſſe. Meritò illi quidem à morte Cleopatræ annos Auguſti numerant. quemadmodum Cyri annos nouem duntaxat in

A Babyloniorum regum Catalogo putari cernimus: Alexandri octo. Nam quod Tacitus initio lib. I Hiſt. prioris æui populi Romani geſta anno ab V. C. DCCXX terminare videtur, qui eſt duodecimus à morte Iulij, nihil ad cauſam pertinet. Vt enim paulo antè diximus, rotundo numero vſus eſt Tacitus. Quippe ab Vrbis initio ad Actiacam pugnam anni ſunt ſolidi, & completi DCCXXI ſecundum Faſtos Capitolinos. Nouæ Chron.c. cxcv.

Feſtus Rufus imperium Auguſti, adeóque Romanorum Imperatorum exordium ab anno altero, quàm Iulius occiſus eſt, deducit; ſiue à Conſulatu, vel Triumuiratu Octauiani. Nam ad Valentinianum Auguſtum, qui anno Chriſti CCCLXIV orſus eſt, ita ſcribit: *Ab Vrbe condita in ortum perennitatis veſtræ, quo proſperius imperium Romanorum ſortitus es, anni numerantur ſic. Sub regibus* CCXLIII. *Sub Conſulibus*, CCCCLXVII. *ſub Imperatoribus* CCCCVII. Deinde: *Conſules fuerunt à Iunio Bruto, & Poplicola in Panſam & Hirtium per annos* CCCCLXVII. *Imperatores ab Octauiano Cæſare Auguſto vſque in Iouianum per annos* CCCCVII. *Sub Imperatoribus per an-*
B *nos* CCCCVII. Iouianus obiit anno Chriſti CCCLXIV, qui eſt Iulianæ Periodi 5077, de quo deductis 710 reſtant 407 ab anno quarto Iuliano ineunte ſecundum Capitolinas tabulas ad Valentiniani primum. Neque verò meo iudicio rectè in *Noua Chronologia* Rufus caſtigatur; quòd & Iulij Cæſaris monarchiam prætermiſit; & Auguſti imperium à ſecundo Conſulatu ſit exorſus. Horum enim alterum meritò fecit, vt Romanos Imperatores, ſiue μοναρχίαν Romanam non ab Iulio, ſed ab Auguſto repeteret. quod & illo viuente quædam libertatis, reíque publicæ ſpecies adhuc exiſteret: & eo mortuo, breui ſaltem tempore in integrum eſt reſtituta. Quod ſi Dictaturæ perpetuæ nomine inter Romanos Imperatores numerandus eſt Caius Cæſar; eodem profectò iure Cornelius Sulla principem ſibi locum inter illos aſſumet. Sed quoniam primus ex Cæſarum ſtirpe ſic Imperatoris, ac Principis, & Monarchæ partes vſurpauit Auguſtus; nullo vt deinceps vel breuiſſimo ſtatu libertatis interruptas propagarit ad poſteros; ideò primus Imperatorum à Rufo aliiſque ſtatuitur. Alterum, vt à Triumuiratu, alteróve ab nece Cæſaris anno imperium auſpicaretur; id Rufo perſuaſit, quod ab illo primum tempore merum eſt imperium, nec iam ciuile conſecutus. Neq; tamen reprehendendi ſunt, qui ab C. cxci.
C ipſa Iulij nece Octauiani imperium arceſſunt. quod inter alios Horatium feciſſe Annales Eccleſiaſtici docent Ode illa, cuius paulo antè meminimus.

Nam tibi quo die
Portus Alexandrea ſupplex,
Et vacuam patefecit aulam.
Fortuna luſtro proſpera tertio
Belli ſecundos reddidit exitus:
Laudémque, & optatum peractis
Imperiis decus arrogauit.

Tertio luſtro, id eſt anno XV poſt Iulij necem, Alexandriam in Auguſti poteſtatem veniſſe, Annales interpretantur: nec non Scaliger lib. V de Emend. cap. de primo Thoth Auguſtorum. Sed longe aliter Interpretes antiqui, Porphyrio, & vetus Scholiaſtes à Cruquio editus. Ita enim Horatium explicant, vt eodem die quo Alexandria potitus eſt Auguſtus, barbaros, id eſt Rhætos Vindelicos à Dru- Scal. pag. 426.
D ſo & Tiberio ſuperatos anno poſtea quintodecimo velit. Porphyrionis verba. *Ita euenit, vt poſt annos quindecim Druſus ea die Rhætos Vindelicos vinceret, qua die Auguſtus Alexandriam vicerat.* Et ſane Dio libro LV refert M. Druſo Libone, & L. Calpurnio Piſone Coſſ. anno ab V. C. Varroniano DCCXXXIX Druſum & Tiberium Rhætos viciſſe, penitúſque Romanæ ditioni ſubieciſſe. qui annus decimus quintus eſt poſt DCCXXIV, quo Antonio & Cleopatra mortuis Alexandria & Ægypto potitus eſt Auguſtus. Nec aliter Euſebius in Chronico. Corrigendus igitur Helenius Acro, qui poſt annos duodecim, quàm occupata erat Alexandria, Vindelicos à Druſo ſuperatos adnotat. quaſi luſtrum quatuor annis definitum ſit. Scripſerat fortaſſe XV, pro XII. At Lambinus multo magis aberrat: qui Horatium ſic interpretatur; quaſi anno poſt initium belli Mutinenſis tertio decimo Alexandriâ ſubactâ, bellorum omnium felicem exitum Auguſtus habuerit. Videtur & ipſe luſtrum pro quadriennio vertente ſumpſiſſe. aut certè tertium luſtrum non- Lambini error.

dum abſolutum, hoc eſt eius annum tertium, apud Horatium accepiſſe. Sed neutrum procedit. A

Cæterum natalis Auguſti contigit IX Kal. Octob. Cicerone & Antonio Coſſ. Sed ob luxatum, ac deprauatum menſium ſtatum, Septembris Pompilianus in Iunio, Iulióve circiter inibat anni Iuliani. Multa de hoc argumento, déque Suetonij hallucinatione diſputantur à Scaligero hoc in capite, quæ nobis probantur. Illud vnum argumentum leue eſſe ducimus, quo natum eſſe nocte probat Auguſtum: quia Germanicus ita de illo cecinit: *Maternis intulit aſtris.* Ad quæ Scaliger; *Capricorni*, inquit, *quatenus eſt ſidus, mater nox eſt. Ergo Capricornus maternis intulit aſtris, id eſt nocturnus.* Affectata, & arguta nimis interpretatio. Materna quippe vocantur aſtra, quod Cæſar à Dea Venere ſtirpem traxerit.

De initio Herodis magni. B

CAPVT LXV.

DVPLEX Herodis initium omnibus à Chronologis aſſeritur: alterum anno Iuliano ſexto, quando rex à Senatu declaratus eſt, Caluino, & Aſinio Coſſ. alterum anno Iuliano nono, quando Hieroſolyma capta ſunt, & Antigonus occiſus ab Herode, & Soſio. Quoniam autem ad verum Chriſti natalem inueſtigandum, & ad Euangelicam illuſtrandam hiſtoriam, Herodis epocha plurimùm confert, μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν: omni nobis ratione patefacienda eſt, & ab obſcuritate vindicanda. Ad id nobis facem præfert Ioſephi præſtantiſſimi Scriptoris hiſtoria; qui vnius Herodis initia, réſque geſtas fideliſſimè perſcripſit. Huius itaque veſtigia perſecuti, quæ ſparſim ab illo de Herodis primordiis mandata ſunt literis, compendio colligemus.

Herodis hiſtoria.

Herodes patre natus eſt Antipa, ſiue Antipatro Idumæo, qui Hyrcani Pontificis aduerſus Ariſtobulum partes ſecutus ſtrenuam illi nauauit operam. Hic è Cypro C
Arabiſſa quatuor filios ſuſcepit, Phaſaëlum, Herodem, Ioſephum, Pheroram; filiam vnam, Salomen. Teſtatur hoc Ioſephus lib. XIV, cap. XII, ſcribítque liberos ſuos Antipatrum, cùm aduerſus Ariſtobulum bellum gereret, in Arabia reliquiſſe. De Hyrcani, & Ariſtobuli plus quàm ciuilibus odiis, ac bellis diximus ſuprà, cùm de Pontificibus Hebræis ageremus. Ariſtobulus à Pompeio vnà cum vrbe, captus eſt anno Vrbis conditæ DCXCI, Cicerone, & Antonio Coſſ. Reſtituto igitur Hyrcano, cum, Pompeio ſuperato, C. Cæſar Alexandrino bello diſtineretur, Antipater ab Hyrcano miſſus cum tribus Iudæorum milibus ei ſuppetias tulit. Quanquam Strabo Hyrcanum ipſum adfuiſſe ſcribit. author Ioſephus cap. XIV, & XV. Tùm vero Cæſar Antipatri fidem, & animum expertus, Procuratorem ipſum Iudææ conſtituit; ac murorum Hieroſolymitanorum, qui à Pompeio diſiecti fuerant, inſtaurandorum poteſtatem fecit. quod contigit anno ab V. C. DCCVII. Per idem tempus Antipater Phaſaelum filiorum natu maximum Hieroſolymorum, ac vicinæ regionis ducem conſtituit: Herodi, qui ſecundò natus erat, Galilæam permiſit: νέῳ παντάπασιν ὄντι. ιέ γὰρ αὐτῷ ἐγεγόνει μόνα ἔτη. *cùm iuuenis eſſet admodum. Nam* XV, *non amplius annos habebat.* Quomodo quindecim annos D
natus erat Herodes anno circiter Vrbis DCCVII, ſi ſeptuagenarius propemodum obiit, anno, vt poſtea docebitur; Vrbis quinquageſimo ſupra ſeptingenteſimum, Iuliano quadrageſimo ſecundo? Deinde quæ eodem capite ab Herode geſta narrantur, non puberem illum, ſed adoleſcentem, aut iuuenem fuiſſe, ſatis nos docent. Quare pro ιέ, id eſt XV, viri docti κέ, id eſt XXV legunt. Sed non puto Ioſephum annorum XXV iuuenem νέον παντάπασιν appellaturum fuiſſe. Eſt enim hæc ætas ad res gerendas idonea; fruſtráque immaturam illam videri voluiſſet.

Ioſephus hallucinatus.

Quare vix eſt vt ab hallucinatione purgari poſſit Ioſephus. Nam ſine dubio quindecim annorum, vel paulo plurium tunc Herodem fuiſſe ſcripſit, non viginti quinque. quòd nos in Animaduerſionibus, aliorum authoritate ducti, verum putabamus, nunc ſententiam mutamus: & erraſſe Ioſephum veriſimilius arbitra-

A mur. Etenim reuera quinque & viginti circiter natus erat annos;at Ioſephus longè inferiorem ætate per imprudentiam fecit.

Poſt hæc Sex. Cæſar Herodem Cœleſyriæ præficit, quod eodem anno ab V.C. DCCVII contigit; quo & Sextus Cæſar legionibus Syriæ à Iulio Cæſare præpoſitus eſt,vt Hirtius refert Comment. de bello Alexandrino. Capite deinde decimo nono Ioſephus exponit, quemadmodum poſt necem Cæſaris à Caſſio, & Bruto στρατηγὸς Cœles Syriæ ſit factus, cum ſpe regiæ dignitatis obtinendæ, quod congruit anno Vrbis DCCXII, Iuliano IV. Poſt Philippenſem pugnam, Antonius magnis ab Herode muneribus conciliatus, Tetrarcham ipſum cum fratre Phaſaëlo facit. Ioſephus cap. XXIII. Contigit hoc anno Vrbis DCCXIII, Iuliano V.

Antigonus deinde Ariſtobuli F. excluſus regno, Parthorum regem Pacorum mille talentorum pactione contra Hyrcanum & Antipatri filios Herodem,ac Phaſaëlum exciuit in Iudæam: qui captis ambobus, Antigonum in regnum reſtituunt. Deſperatis rebus Herodes Romam ad Antonium confugit; cuius ope regnum B Iudææ à Senatu præter ſpem obtinuit, Domitio Caluino II, & C. Aſinio Pollione Coſſ. Olympiade CLXXXIV. Ioſephus cap. XXVI. Hoc primum regni Herodis initium eſt, anno V. C. DCCXIV, Iuliano VI, quo deſiit Olympiadis CLXXXIV annus quartus, & primus iniit Olympiadis CLXXXV. Quanquam melius ſcripſiſſet Olympiade CLXXV, niſi ita fortaſſe ipſe ſcripſerit. Secundum hæc in Iudæam reuerſus Herodes cum Antigono biennio amplius bellum geſſit. donec adiuuante Soſio, captis Hieroſolymis, Antigonus è medio ſublatus eſt, Coſſ. M. Agrippa, & Canidio Gallo, Olympiade CLXXXIII, qui eſt annus Vrbis DCCXVII, Iulianus IX, quo deſiit tertius Olympiadis, & quartus iniit, Per. Iul. 4677, anno Sabbatico. Ioſephus cap. vltimo libri XIV. Ex quo Dionis error conuincitur, qui Claudio, & Norbano Coſſ. capta eſſe Hieroſolyma ſcribit, anno Iuliano VIII. Sed anni Sabbatici character Ioſepho fauet. Ab vtroque regni principio anni Herodis variè computantur; de quo paulo pòſt in eius obitu.

C *Scaligeri in capite de Herodis initio errata caſtigantur.*

CAPVT LXVI.

IN vtraque Herodis epocha Ioſephum ſecutus Scaliger, rectam inſiſtit viam. Quæ autem ex ingenio ſuo ad ea, quæ ab aliis tradita erant, adiecit; in iis vel erroris manifeſti, vel ἀλόγου, & ἀναποδείκτου coniecturæ conuincitur. Hoc in genere primum occurrit, quod initio capitis huius aſſerit, tertium menſem, quo Ioſephus capta refert Hieroſolyma, eſſe Tamuz, qui eſt quartus à Niſan: verùm primum menſem Iiar fuiſſe ab Haſamonæorum tempore ſuſpicatur. Hoc autem temerè facit. Nam ratio nulla nos cogit vti in Tamuz XVII die potiùs, quàm in Siuuan, qui reuera tertius menſis eſt, Hieroſolyma ab Herode capta dicamus. Siquidem & in Kalendario Iudaico, Siuuan XXIII dies ieiunio conſecrata legitur. Vnde vel hoc, vel alio, qui in Kalendario non extat, ieiunio, feſtóque die, captam vrbem eſſe D veriſimilius eſt, quàm in Tamuz. Vide quæ lib. II, Capite XXVI de Iudæorum Alexandrea Periodo ſunt dicta. tùm hoc ipſo libro, cùm de Simone Pontifice Iudæorum egimus, ludicram illam eſſe Scaligeri opinionem de Iiar primo menſe ſignificauimus.

Turbat deinde Scaliger, dum exemplum quoddam retractans è Ioſepho petitum, quod lib. II diſcuſſerat, ibidem ſe erraſſe confitetur. *At libro ſecundo* (inquit) pag. 422. *quærebamus quod non erat, & planè cum Ioſepho hallucinati ſumus, & præterea eſt ἀλογία in cyclo Solis. Corrigatur igitur & noſter, & Dionis, & Ioſephi error.* Age verò videamus quis error ille ſit libro ſecundo commiſſus. Locus eſt capite de Periodo pag. 104. Iudæorum Alexandrea; vbi ad periclitandam Periodum Alexandream, exemplum attulit Hieroſolymorum à Pompeio captorum, quod Ioſephus Agrippa, & Caninio Gallo Coſſ. accidiſſe refert, ἐν τῇ νηστείᾳ. Hic eſt annus Per. Iul. 4651: in quo Ioſephum redarguit, quod ab hac obſidione, & ἁλώσει, alteram, qua à Soſio

expugnata ſunt Hieroſolyma; contigiſſe dicat poſt annos XXVII, cùm XXVI tantùm interceſſerint. Rurſus priorem illam Tamuz XVII die accidiſſe vult, feria VII, vt voluit Dio. Nam Tiſri XXVI Sept. incidit, feria V, cyclo Solis II, quæ feria cum charactere Tamuz coniuncta dat feriam V. Ergo XVII fuit Sabbatum. Hæc libro ſecundo Scaliger. in quibus cùm erraſſe ſe dicat, tamen hoc ipſo capite, vbi errorem deprecatur, nihil aliud ſtatuit, quàm quod libro ſecundo docuerat. Priorem enim ἅλωσιν Pompeij tempore, Tamuz itidem XVII eueniſſe ſcribit, Sabbato, cum Neomenia Tiſri conueniſſet XXV Sept. feria V, anno Per. Iul. 4651, anno communi ordinario. Cùm igitur ex Ioſepho, & Dione idem libro ſecundo colligat, quod hîc amplectitur, quid eſt, quod ſe cum Ioſepho hallucinatum illîc eſſe dicit? Nam & Sabbatum fuiſſe vtrobique cum Dione cenſet; neque quòd Ioſephus viginti ſeptem annos putet, pro viginti ſex; error eſt eiuſmodi, qui hallucinationis anſam Scaligero dederit; cùm eundem ipſum illîc errorem caſtigauerit. Deinde cur in cyclo Solis errorem ſuum accuſat? Neque enim aliter hoc capite, quàm in ſecundo libro definit: nimirum literam Domin. fuiſſe D, Cyclo Solis III, anno Per. Iul. 4651. Ait enim Tiſri Neomeniam cyclo Solis II, hoc anno 4650 feria V cōtigiſſe, litera E. proinde Sept. XXV. (quanquam illîc Sept. XXVI perperam ſcripſit.) Itaq; Tamuz Neomenia, quæ dies eſt CCLXVII à Neomenia Tiſri, incurrit in Iunij XVIII, fer. V, decima verò ſeptima Tamuz, in Iulij IV, feria VII Quibus cōſentanea ſunt, quæ hoc in capite lib. V diſputat. niſi quod noua hallucinatione Tiſri anni Iudaici, cuius Tamuz Iunij XVIII cœpit anni 4651, eodem hoc anno Iuliano iniiſſe ſcribit; quod falſum eſt. Nam anno antecedēte cœpit cyclo II Solis, Tamuz autem cyclo III. Verùm totus hîc ἁλώσεως characteriſmus vtroq; in libro deſcriptus commentitius eſt. Nam neq; Tamuz menſe priùs à Pompeio capta Vrbs eſt, neq; poſtea ab Herode & Soſio; ſed tertio menſe, id eſt Siuuan, τῇ νηστείας ἡμέρᾳ, ieiunij alicuius feſti tempore. Dio lib. XXXVI refert Sabbato captam Vrbem à Pompeio, & eodem die poſtmodum à Soſio, Claudio & Norbano Coſſ. Sed in Conſulatu error eſt, & forſitan in prioris ſaltem anni charactere. Neque enim Sabbati Ioſephus meminit. Niſi forte ieiunium aliquod in Sabbatum incurrit, quod in recentiore Kalendario non extat. Nam, quod vnum ad id tempus conuenire poſſet, vigeſimi tertij Siuuan ieiunium, in Sabbatum conferre Lunæ ratiocinia non permittunt, niſi triduo, vel quatriduo fere Iudaicas Neomenias à mediis ſyzygiis aberraſſe velimus. Tiſri Iudaicum anni 3698 hodierni computi iniit feria 4, 3, 1002, Septembris XXIV, Siuuan autem Maij XIX, feria 2, 9, 866. Ergo XXIII dies feria tertia. At anno Periodi Iulianæ 4676, cyclo Solis XXVIII, litera A, Lunæ II, cœpit annus Iudaicus 3724; cuius Tiſri character 5, 11, 675, Septembris VII. Si, vt videtur, embolimæus annus iſte fuerit, character Siuuan erit feria 5, 6, 252, Maij XXX, cyclo Solis I, litera G F, anno Per. Iul. 4677. vnde XXIII Siuuan feria VI. Sed quoniam Iudæi per illa tempora ἀπὸ τῆς φάσεως Neomenias ſuas auſpicati feruntur, meritò & Neomenia Siuuan feria VI, & XXIII dies eius feria ſeptima congruere potuit. Ita verum erit, quod Dio memoriæ prodidit, Vrbem à Soſio captam eſſe Sabbato. Nec enim Scaligerum moror, qui poſteriorem hanc ἅλωσιν menſe Tamuz includit, eiúſque XVIII feria III, ex falſa periodo Iudaica, quam Alexandream appellat. Sic igitur rectè omnia conſtabunt; neque ad Ioſephum, vel Dionem, ſed ad Scaligerum ipſum reprehenſio illa pertinebit. Poſtremò inſignis iſte annus eſt ſecundi Herodis initij, charactere Chronologico, quem Ioſephus demonſtrat. Sabbaticum enim annum fuiſſe memorat. Nam lib. XIV, cap. XXVIII, ſcribit Hieroſolymitanos ab Herode & Soſio obſidione preſſos fame laboraſſe: τὸν γὰρ ἑβδομαδικὸν ἐνιαυτὸν συνέβη κατὰ ταυτὸν εἶναι. *Sabbaticus enim annus commodùm in id tempus inciderat.* Igitur æſtas illa fuit, qua finita, Sabbaticus annus deſiit. Demonſtratum eſt lib. IX, cap. XXVI, initium anni Sabbatici, quo de agimus, iniiſſe ab Autumno anni Per. Iul. 4676. quod & vulgaris Iudæorum annorum methodus oſtendit: cuius hæc regula eſt, vt diuiſis per ſeptem Iudaicis annis, ſi nihil ſuperſit, vltimus annus ſit Sabbaticus. Deductis ergo 952 de annis Iul. Per. 4676, ex perpetua methodo, reſtat annus Iudaicus 3724 qui cœpit ab autumno anni Periodi Iulianæ 4676. At is diuiſus per 7 nihil relinquit. Proinde hic ipſe Iudaici computi 3724 annus fuit Sabbaticus; atque adeo cœpit autumno anni

Periodi

A Periodi Iulianæ 4676, & labente 4677 erat in curſu. quo anno Conſules ij fuerunt, quibus Coſſ. capta dicit Hieroſolyma Ioſephus, nempe M. Agrippa, & Caninius Gallus. Siquidem iſti Coſſ. anno Iuliano IX, Vrbis verò DCCXVII Magiſtratum geſſerunt.

At *Noua veráque Chronologia* cenſet anno ſexto Semitah, ſiue hebdomadis annalis ineunte, capta ab Herode eſſe Hieroſolyma. quem etiam XXXII ante Chriſtianam æram ſtatuit: & quidem Octobris X circiter eſſe capta. Poſtquam enim vrbe potitus eſt Herodes, totam exinde Iudæam obtinuit, vt Ioſephus lib. XV, cap. I refert: atque omnium aduerſæ factionis ciuium bona diripuit. vnde ingens eſt conſecuta penuria. τὰ μὲν γὰρ ἡ πλεονεξία τοῦ κρατοῦντος διεφόρει ἐν χρείᾳ γενομένου· τὴν δὲ χώραν μένειν ἀγεώργητον, τὸ ἑβδοματικὸν ἠνάγκαζεν ἔτος. ἐνειστήκει γὰρ τότε, καὶ σπείρειν ἐν ἐκείνῳ τὴν γῆν ἀπηγορευμένον ἐστὶν ἡμῖν. *Nam bona eorum auaritia domini egentis abſumebat. & agri inculti manebant propter tempus anni Sabbatici: qui tunc inſtabat, quo nobis fas non eſt agros ſerere.* Ex iis Ioſephi verbis, quibus inſtantem
B annum Sabbaticum ſignificat aliquanto interuallo poſt vrbem captam; colligi videtur non ipſo labente Sabbatico; ſed antecedente potiùs anno captam fuiſſe.

Sed hæc ratio, & opinio ab Ioſephi mente tam aliena eſt, quàm quod maximè. Nam, vt oſtendimus, Conſules illi, quibus captam eſſe dicit vrbem, à Kalendis Ianuariis eius anni Iuliani cœperunt, quo Sabbaticus annus erat in curſu, tribus ante menſibus inchoatùs. Tùm diſertiſſima ſunt illa Ioſephi è cap. XXVIII lib. XIV: τὸν γὰρ ἑβδοματικὸν ἐνιαυτὸν συνέβη κατὰ ταὐτὸν εἶναι. Quod rectè vertit Gelenius. *Nam in Sabbaticum annum inciderat oppugnatio.* Si κατὰ ταὐτὸν, id eſt eodem tempore, quo oppugnabantur Hieroſolyma, Sabbaticus annus contigit: non vtique ſolidus annum inter ἅλωσιν, & Sabbatici exordium interceſſit. quod *Noua Chronologia* definit. Neque verò aliud indicant ea Ioſephi verba, quæ ex lib. XV, cap. I retulimus. Non enim longo interuallo poſt expugnatam vrbem calamitates illæ contigerunt; ſed eodem anno; quo videlicet ager incultus erat, neque ſementem fecerant. Anno, inquam, Periodi Iulianæ 4677 cùm Iunio menſe capta eſſet vrbs, quod reliquum fuit eius anni, & bona ſequentis parte, penuria laboratum eſt, donec meſſis noua ſuccederet. Quod autem Ioſephus ἐνειστήκει γὰρ τότε τὸ ἑβ-
C δοματικὸν ἔτος dixit, hoc non eſt inſtare: ſed in curſu iam eſſe. Quippe tempus eſt plus quàm perfectum, quod iam iniiſſe demonſtrat. & ἐνεστηκέναι frequenter vſurpat author ille pro eo quod eſt inire, & iam adueniſſe. quod & paſſim fieri ſolet. Iam quod ad menſem attinet, quo Hieroſolyma capta ſunt; quem tertium Ioſephus nominat: non rectè meo iudicio tertium obſidionis menſem *Noua Chronologia* nominat. Etenim ex orationis ſerie conſtat, tertium ordine menſium ab Ioſepho cenſeri. τοῦτο τὸ πάθος, inquit, συνέβη τῇ Ἱεροσολυμιτῶν πόλει, ὑπατεύοντος ἐν Ῥώμῃ Μάρκου Ἀγρίππα, καὶ Κανιδίου Γάλλου, ἐπὶ τῆς ρπε´ Ὀλυμπιάδος, τῷ γ´ μηνί, τῇ ἑορτῇ τῆς νηστείας. *Ea calamitas Hieroſolymitanæ vrbi contigit Coſſ. M. Agrippa, & Caninio Gallo Olympiade* CLXXXV, *menſe tertio, in feſto ieiunij.* Menſis hîc tertius de obſidionis tempore nullo modo poteſt accipi. Subiicit deinde, velut fato quodam eodem die ac menſe ante XXVII annos à Pompeio fuiſſe captam. Et ſanè cap. VIII eiuſdem libri ita loquitur: καὶ γὰρ ἁλούσης τῆς πόλεως περὶ τρίτον μῆνα τῆς νηστείας ἡμέρᾳ, &c. *Captâ vrbe circa tertium menſem, die ieiunij.* Quæ loquendi ratio menſem
D anni tertium, non obſidionis vtique deſignat.

De cyclo lunari Romano.

Capvt LXVII.

EVSEBIVS in Chronico, ad annum Olympiadis centeſimæ octogeſimæ ſextæ tertium, Herodis decimum, hæc adſcripſit. *Lunæ ſecundum Romanos curſus inuentus.* Quæ quidem verba Pontacus in IV Manuſcriptis non extare teſtatur. Scaliger porrò perperam Euſebium incuſat, quaſi ad annum tertium Olymp. CLXXXVII iſta poſuerit. Nam ad tertium Olympiadis CLXXXVI, in editione ipſius, & Pontaci, appoſi-

ta leguntur ad annum Abraami MDCCCCLXXXIII, qui iniit anno Per. Iul. 4679. A
Ita Kalendæ Ianuariæ poſt Autumnum, à quo Euſebij annus incœpit, incurrunt
in annũ Per. Iul. 4680, Iulianum duodecimum. Idem Scaliger Euſebianam illam
notationem ita declarat. Anno Iuliano duodecimo ſcribit periodi Calippicæ
quartæ ſexageſimum octauum annum incidiſſe, Alexandreæ verò quartæ quin-
quageſimum, quibus Neomenia lunaris in Kalendas Ianuarias incurrit. Ideo re-
fert Euſebius Romanorum curſum lunarem ab epocha illa cœpiſſe.

Hæc Scaligeri coniectura tritum illud in eius doctrina ſumit; Calippicam Pe-
riodum à Romanis, vt & populis fermè omnibus, agnitam, & adſcitam fuiſſe.
quod in libro I & II huius Operis ſæpe redarguimus. Nam ſi Romani lunarem
cyclum ab anno illo cœpere, accuratiores vtique motus ſideris illius obſerua-
runt; non Calippicos; ſecundum quos vno iam die in anteriora Neomeniæ pro-
greſſionem fecerant. Anno Per. Iul. 4679 iniit annus Iudaici computi 3727, cu-
ius Tiſri charactere 6, 2, 852, feria VI, Septembris IV, cyclo Lunæ V, Solis III, li-
tera D. Addito character IV menſium, confiet charactere Scebath, 5, 5, 784, feria
V, Decembris vltimo, id eſt hora vndecima fere poſt meridiem diei XXX. Quare B
Nouilunium nequaquam in Kalendas Ianuarias competebat, ſed in pridie eius
diei. Quæ cùm ita ſint; ſuſpicor Euſebianam illam periocham, vel ſuppoſititiam eſ-
ſet, & ab alio, quàm Euſebio, notatam; vel, ſi eſt germana, nihil aliud velle, niſi
circa hoc tempus Romanos lunarem aliquem Cyclum ad annum ſuum Iulianum
adſciuiſſe; ac tùm primùm vtriuſque ſideris epilogiſmos certo aliquo annorum or-
be, vtputa Enneadecaëteride, conſtrictos in concordiam adduxiſſe. non tamen
vt ab hoc anno caput illius periodi repetendum ſciuerint; quod periocha non di-
cit. ſed vt lunarem illo tempore curſum inueſtigauerint.

De æra Hiſpanienſi, eiúſque origine, initio, & vſurpatione.

CAPVT LXVIII. C

DE vocabuli origine, cauſſiſque capiendi ab epocha illa primordij, ma-
ior hactenus fuit, quàm de epocha ipſa controuerſia. Nam exploſa
Ioannis Gerundenſis Epiſcopi ſententia, qui XXVI ante Chriſtianam
annis æram illam inchoari credidit, fixum illud, omniúmque con-
ſenſu ſtabilitum eſt, octo & triginta ante Chriſtianam, ſiue Diony-
ſianam epocham annis æram Hiſpanicam inchoari, qui eſt Iulianus XV. Teſtantur
hoc veteres omnes Inſcriptiones, quæ in Hiſpania adhuc extant; tum Concilio-
rum Hiſpanenſium, nec non Africanorum tituli; aliáque monimenta vetuſtatis
iiſce notis inſignita, quæ à viris doctis iamdudum producta ſunt. Inter quos eru-
ditiſſimè de hoc argumento ſcripſit L. Andreas Reſendius, Epiſtola ad Ioannem
Vaſæum: in qua præcipua quæque de æra notauit, quæ Scaliger in ſuam diſputa-
tionem tranſtulit. & is tamen in fine capitis *ea ſe protuliſſe dicit, quæ à nemine antea
producta.* Atqui nihil fere ſcitu dignum attulit, quod non ab Reſendio, & ab aliis
Hiſpanicarum maximè rerum Scriptoribus obſeruatum iam antè fuerit.

Primum illud eſt de æræ nomine; quod à Sepulueda Cordubenſi perperam ex- D
plicatum idem ille Reſendius refellit. ipſe autem æram nihil eſſe docet aliud, niſi
notam numeri, vel ſupputationem: quod & Nonij Marcelli authoritate, ac Lu-
cilij apud eundem adſtruit; & Fauſti Regienſis lib. de Spiritu ſancto. Quæ om-
nia Scaliger exſcripſit. Alterum eſt, de cauſa epochæ illius; quid nimirum Hiſpa-
nos adduxerit, vt ab anno Iuliano VIII, ante Chriſti primum triceſimo octauo æ-
ram ſuam auſpicarentur. Scaliger exiſtimat ideo ab hoc anno putare cœpiſſe, quod
ſuperiore anno magna clade à Domitio Caluino ſint affecti Ceretani Hiſpaniæ
populi, vt author eſt Dio lib. XLVIII: qui id Coſſ. L. Martio Cenſorino, & C. Sa-
bino contigiſſe refert. Sed hæc Caluini victoria non ſatis idonea ratio videtur,
propter quam Hiſpania omnis temporum ſuorum titulum inde repeteret. Cerre-
tani Vaſconiæ populi ſunt in extremis Hiſpaniæ finibus, ad Pyrenæos. Ab iis ergo

A deuictis, Hiſpanos omnes annorum ſuorum epocham auſpicari minimè probabile eſt. Hoc cùm Scaliger, vt videtur, ipſe ſenſiſſet, pro Ceretanis apud Dionem Oretanos, vel Carpetanos ſcribendum putauit: vt in Hiſpaniæ gremium, & interiores populos Caluini victoriam transferret, quo Hiſpanis ipſis notior, & ad memoriam, ac nouæ temporum epochæ inſtitutionem eſſet inſignior. Sed deprauare eſt hoc Dionis hiſtoriam, ac non curua, quod aiunt, ſed recta corrigere.

Vetuſtiores Hiſpaniæ Scriptores æram ab ære nuncupatam arbitrati ſunt; quod Auguſtus deſcripto terrarum orbe, æs Reip. pendere coëgerit. In hac refellenda ratione ſi quis hodie tempus terat; nihil niſi ludibrium erudito lectori debeat. Et tamen præ altera, quam ex Hincmaro profert Garcias Loiſa, tolerabilis eſt: quem miror fragmentum illud Hincmari eſſe credidiſſe. Nam Hermanni Chronicon citat, ídque ad annum vſque milleſimum quinquageſimum quartum perductum aſſerit; cùm tanto antè vixerit Hincmarus. Deinde quid abſurdius, quàm quod Heram (Ita enim pro æra ſcribendum admonet) ab Hera, id eſt nomine Iunonis, ſiue aëris deriuat? Ecce alius vir pius, & eruditus ab ære collatitio
B vocis originem repetit, quod Hiſpania in triumphum Domitij Caluini dependere iuſſa eſt: quod tam copioſum fuit, vt inde publica Romæ opera inſtauranda curauerit. Sed ab æris contributione æram appellari Latinitas non patitur. Nihil verius eſt, quàm æram, ſupputationem, & ſummam ſignificare, & cùm ad tempora dinumeranda transfertur, idem eſſe atque computum. Nam præter Fauſtum Regienſem, qui libro primo de Spiritu ſancto, *æram ſiue ſupputationem* dixit; Idatius in Chronico ſub finem, captos eſſe piſces in Minio flumine dicit *Latinis ærarium numeris inſignitos*; id eſt CCCLXV.

Garciæ opinio de æra refellitur.

L. Andreas Reſendius, & Geneſius Sepulueda æram ab eo anno cœpiſſe prodway, quo primùm Hiſpaniam ex Triumuirali partitione Auguſtus obtinuit: quod *poſt annos quatuor, quàm interfectus eſt Cæſar* actum eſſe ſcribit Reſendius. Si id verum eſt, cœperit anno Varroniano Vrbis conditæ DCXIV, Iuliano VI, ante Chriſtianam æram quadrageſimo, quod eſt contra hypotheſin. Ex omnibus cauſis, quas in re tam obſcura comminiſci licet; nulla veriſimilior vide-
C tur, quàm ab eo anno Hiſpanienſem æram inchoari; quo Iulianam formam admiſerunt. Cur octauo ac triceſimo potiſſimum ante Chriſtianam epocham id egerunt, neque ſcitur; neque valdè intereſt ſcire. Suſpicari poſſit aliquis, cum anno Iuliano ſeptimo, L. Marcio, & C. Sabino Coſſ. Senatus decreto Triumuirorum acta confirmata ſint, vt refert Dio lib. XLVIII; inter quæ partitio Romani orbis fuit, anno proximè antecedente, Iuliano ſexto, ab Auguſto, & Antonio denuò facta; ideo à Kalendis Ianuariis anni Iuliani octaui tam annum Iulianum, quàm Auguſtei imperij epocham iniiſſe. Neque verò neceſſe eſt, vt ſtatim ab inſtitutione æræ titulo, ac vocabulo proceſſerit. Id enim longo poſt interuallo contigit, exoleſcente iam puriori Latinitate, quando ad temporum ſupputationem æræ nomen accommodari cœpit.

Ioannes Vaſæus in Hiſpanienſi Chronico, cap. XXII teſtatur ſe in Euſebiano Chronico Alcobacienſi, ad annum IV Auguſti adnotatum legiſſe: *Hoc tempore, edicto Auguſti Cæſaris, æs in tributum, & cenſus dari iubetur, ex quo æra collecta eſt.* quod cur in vulgatis Chronicis Euſebij deſit neſcire ſe dicit. Sed hæc lacinia ab imperita &
D barbara manu temerè eſt aſſuta; quæ meritò nec in cuſis, nec in manuſcriptis comparet. Scaliger vetuſtiſſimam omnium extare mentionem ait in Conciliis Carthaginienſibus; quibus æra præfixa eſt. Ex quo pugnat, Hiſpanorum, vt vulgò habetur, non fuiſſe propriam; ſed cum Afris communem; imò verò cum Italis, & Gallis. Nam in Italia Leo æram epiſtolis ſubſcripſit, & Gallicanis Conciliis eadem appoſita legitur. Poterat longè antiquius exemplum afferre. Siquidem Nicæna Synodus æra CCCLXIII notatur. Vnde Græcis etiam, & Orientalibus tribuendam eſſe vis Scaligerianæ argumentationis efficiet. Verùm ab Iſidoro Mercatore, vel alio collectore, & quidem Hiſpano, popularem gentis ſuæ computum tùm Nicæno, & Carthaginienſibus Conciliis inſcriptum; tum Leonis epiſtolæ triceſimæ ſubſcriptum, facile eſt coniicere. Nullam enim aliam ferè veteres illi, quàm Conſulatuum notam apponere ſolebant. Tanti ſunt ſingularia illa,

Falsò æræ mentio Chronico Euſebij tribuitur.

quæ de æra Hiſpanica primus obſeruauit Scaliger, vt ea gloriatus ſit *à nemine antea fuiſſe producta*. A

Æræ mentio apud Idatium. pag. 10. Sirm.

Qui æræ mentionem in illa notione fecerit, vetuſtiorem Idatio legi neminem. Hic in Chronico ſcribit Honorio VIII, & Theodoſio Arcadij F. Coſſ. æræ CCCCXLVII, Alanos, Vandalos, & Sueuos Hiſpanis ingreſſos eſſe, IV Kal. Octob. feria III. Deductis, ex methodo, XXXVIII, ſupereſt annus Chriſti CCCCIX, quo ſe Barbari in Hiſpaniam infuderunt, cyclo Solis XXVI, litera C. adeóque III Kal. Octob. feria tertia. At Scaliger in Iſag. Can. lib. II, malè id anno Chriſti notat CCCCVIII.

Pag. 40 Edit. Sirm.

Rurſus Idatius ſcribit æra quingenteſima, VI Non. Mart. in Gallæcia lunam cruentatam eſſe viſam. *Æra*, inquit, *D. VI Non. Mart. pullorum cantu ab occaſu Solis Luna in ſanguinem plena conuertitur. Idem dies ſexta feria fuit.* Hoc duplici charactere deſignatur annus Chriſti CCCCLXII, cyclo Lunæ VII, Solis XXIII, litera G. Vnde Martij II, feria VI. Quo die Luna defecit. Ex Tabulis Pariſinis Plenilunium verum Compoſtellæ in Gallæcia Martij II, hora 0, 15′ à media nocte. Initium eclipſis hora 1, 11′ ante mediam noctem. Finis hora 1, 39′ poſt mediam noctem. Durauit horas 2, 48′: digitorúmque fuit paulo plus nouem. Addit Idatius hunc annum currentem fuiſſe Leonis Imperatoris quintum. Quæ omnia eundem in annum Chriſti CCCCLXII competunt. Nam deductis octo & triginta annis de quingentis, reſtant CCCCLXII. Sic indubitata eſt epocha Hiſpanienſis æræ. quæ XXXVIII annis vulgarem Chriſti æram anteceſſit. B

Teſtatur idipſum diſertè S. Iulianus Archiepiſcopus Toletanus in calce libri II contra Iudæos, vbi tempus, quo opus illud ſcribebat, ita circumſcribit. *Era enim inuenta eſt ante triginta & octo annos quàm Chriſtus naſceretur. Nunc autem acclamatur Era eſſe 724. Detractis igitur triginta & octo annis, ex quo era inuenta eſt, vſque ad natiuitatem Chriſti, reſidui ſunt 686 anni.* Quæ cùm ita ſint; mirum valde eſt, eruditum Chronologum Nouæ veræque Chronologiæ cap. CCVII, perſuaſiſſe ſibi, Hiſpanicam æram XL annis communem Chriſti epocham præcedere. Quæ opinio cùm per ſeſe tot veterum, & omni exceptione maiorum authoritate damnetur: tùm leuiſſimis argumentis innititur. Primum illud eſt, cuius ſuprà memini, quod Ioannes Vaſæus in Alcobacienſi Euſebij codice teſtetur ad annum Auguſti IV adſcriptum æræ primordium fuiſſe. Annus autem quartus Auguſti quadrageſimus eſt ante Chriſtum. Sed appendix iſta ab homine imperito, vti diximus, aſſuta eſt. Et, vt germana ſit, nullo modo nouam illam ſententiam ſubleuat. Dicit enim anno demum Auguſti quarto edictum de ære in tributum exigendo profectum eſſe: à quo æra deducta ſit. Eſt autem conſentaneum, vno alteróve poſt editum decretum anno, Hiſpanienſem æram, & computum iniiſſe. Annus Auguſti quartus in Euſebiano Chronico iniit anno Abraami MDCCCCLXXVII. Is ex methodo lib. IX capite I declarata, cœpit anno Periodi Iulianæ 4673, ac maiori ex parte in 4674 incidit, qui eſt Iulianus VI. Ita biennio poſtea æra in Hiſpania putari cœperit ex mente Scriptoris illius.

Nouæ Chronologiæ diſcuſſio. C

Alterum argumentum ex Iſidoro in Chronico ſumitur. è quo ſex, ſeptémve loca profert: in quibus æram Hiſpanienſem ita cum rebus geſtis certorum annorum comparat; vt ex eo concludi poſſit, annis quadraginta Chriſti æram præcedere. Atqui in eodem Iſidori Chronico totidem fere alia loca ſunt, in quibus rectè, & ex communi ſententia æra triginta & octo non ampliùs annis epochâ Chriſti prior eſt. Velut cùm æra CCCCXIX cum anno Theodoſij Magni tertio confertur, qui eſt annus Chriſti CCCLXXXI. Item cum anno XIV Arcadij & Honorij, id eſt anno Chriſti CCCCVIII, comparatur æra CCCCXLVI. Rurſus ad annum Chriſti CCCCLXXXIV; ſiue Zenonis XI, applicatur æra DXXII. Tum annus Chriſti DVII, hoc eſt Anaſtaſij XVII, conijcitur in æram DXLV. Æra quoque DLIV anno Chriſti DXVI tribuitur. Poſtremò æra DLXIV applicatur ad annum Iuſtini IX, qui eſt Chriſti DXXVI. D

Iſidori error.

Eſt & vbi quadriennio Iſidorus aberrat. Vt cùm æram DLXXX refert ad annum Iuſtiniani XII; qui eſt annus Chriſti DXXXVIII. Sic æram DLXXXIV componit cum anno Iuſtiniani XVI; id eſt cum anno Chriſti DXLII. Quatuor annis æræ initium anticipat. Aliàs triennio. Velut cùm æram DCVIII accomodat ad annum Iuſtini

A II, qui eſt Chriſti DLXVII. In vno denique loco non παραχρονισμῷ peccat; ſed μεταχρονισμῷ annorum nouem. Siquidem annus Iuſtiniani XXXVIII æræ imputatur DXCIII. At annus ille Iuſtiniani cadit in annum Chriſti DLXIV. Ita nouem & viginti duntaxat annis æra Hiſpanica anterior erit epocha Dionyſiana. Quis ex eo non intelligit, quàm inani firmamento noua illa Chronologia fulciatur? Nam vel errore Librariorum numerales notæ, &, vt Idatius loquitur, æræ commutatæ ſunt. vel alios authores in annis Imperatorum Romanorum, rerúmque geſtarum ſtatuendis adhibuit Iſidorus: qui, vt fit, vno alteróque anno poſterius iſta, quàm vulgaris eſt opinio, referrent. Sic annum, quo ab Alarico Roma capta eſt, Iſidorus æræ imputat CCCCXLVII, Arcadij & Honorij XV. Conuenit igitur anno Chriſti CCCCIX, quem & firmare videtur Idatius; vti ſuo loco dicetur: quo ex authore & hæc, & alia multa deſcripſit Iſidorus. At ex communi, veriorique ſententia, capta eſt Vrbs anno Chriſti CCCCX, æra CCCCXLVIII. Quocirca nihil ex Iſidori authoritate conficitur: qui ad ſummum non minus communi fauet, quàm nouæ illi ſententiæ: & ancipitem in medio rem relinquit. Nam quod Ioannis Vaſæi te-
B ſtimonio nouæ Chronologiæ author vtitur: quid ille cum Reſendio ſenſerit, luculenter in Hiſpaniæ Chronico declarauit, capite XXII. Vbi octo & triginta annis Chriſtiana epocha popularem illam ſuorum æram priorem eſſe definit. quod ita planum hactenus eſſe factum arbitror, vt ne minimus quidem ea de re ſcrupulus cuiuſquam in mente reſideat.

De Actiaca pugna: dèque annis Actiacis.

CAPVT LXIX.

NAVALE cum Antonio Cæſaris certamen, nullo diſſentiente, contigit, Cæſare Octauiano III, & M. Valerio Meſſala Coſſ. anno Iuliano XV, die II Septembris, vt refert Dio lib. LI. Sed ob anni Roma-
C ni labem, vno die Kalendæ Septembris peſſum iuerant. Quatuor enim biſſextiles poſt annum primum editionis intercalati fuerant; cùm tres ſolùm inſeri debuerint, vt lib. IV cap. III planum fecimus. Ideo Kal. Septembris Iuliani ad II Septembris anni emendati deſcenderant. Ita nauale prælium tertio Septembris anni emendati conuenit. Etenim Dio ex Auguſti Commentariis, vel Faſtis publicis, victoriæ diem accepit. In his verò Septembris illius, qui agebatur, ex vitioſa methodo, dies ſecundus adnotatus eſt. qui cùm in tertium incideret emendati anni, eo vtique die victoria contigit, Thoth die quarta. qui cùm in anno caſtigato XXXI Auguſti cœperit; ob biſextilem diem ſuperfluum in XXX diem incurrit. Annus erat Periodi Iulianæ 4683; conditæ Vrbis DCCXXIII, cyclo Lunæ IX, Solis VII. Ab eo die Septembris Auguſti monarchia accuratiſſima ratione computatur, vt aſſerit Dio.

Poſt cladem Actiacam, Antonius & Cleopatra in Ægyptum, Cæſar in Italiam nauigauit. Anno inſequente Cæſar Ægyptum ingreſſus, Peluſium, & Alexan-
D driam obtinuit. Antonius & Cleopatra voluntariam ſibi necem intulerunt: anno Vrbis conditæ DCCXXIV, Cæſare IV, & M. Licinio Craſſo Coſſ. Romæ verò quamplurima in honorem Cęſaris decreta ſunt: & inter alia, vti dies, qua capta erat Alexandria, feſtus eſſet, ab eóque reliquis annis numerandis initium fieret. Ita Dio. Ab hac igitur epocha anni Ægyptiorum Actiaci numerari cœperunt: quorum celeberrima extat apud authores mentio. Cenſorinus cap. XXI ſcribit anno Vrbis conditæ nongenteſimo nonageſimo primo à Palilibus Varronianis; Iphiti milleſimo decimo quarto; Iuliano duceteſimo octogeſimo tertio, Ægyptios Auguſtorum annum egiſſe duceteſimum ſexageſimum ſeptimum. Demonſtratum eſt ſuprà, annum, quo ſcribebat Cenſorinus, Vlpio, & Pontiano Coſſ. eſſe Chriſti CCXXXVIII: in quem Iulianus annus duceteſimus octogeſimus tertius incurrit: ſiquidem quadraginta quinque annis æram Chriſtianam primus Iulianus anteceſſit.

Cenſorinus porro librum ſuum Iulio, vel Auguſto menſe ſcribebat, ante XXIX A
Auguſti; à quo iniit annus Actiacus CCLXVIII. Ideo labente adhuc ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo iſta commentabatur. Nam Iuliani anni, vt & anni Vrbis, regulæ inſtar ſunt. Quoniam ergo ab Ægypto in poteſtatem Pop. Rom. redacta, Ægyptij Actiacos annos putarunt: id autem poſt Antonij mortem euenit, anno Iuliano decimo ſexto; conſequens eſt anno Iuliano ducenteſimo octogeſimo tertio Actiacum annum incœpiſſe ducenteſimum ſexageſimum octauum. Item ſi anno Vrbis DCCXXIV cœpit primus Actiacus, anno Vrbis DCCCCXCI iniit CCLXVIII. Eodem modo, cùm anno primo Iuliano, ſiue quadrageſimo quinto ante Chriſtianam æram, cœperit annus Iphiti DCCXXXII; anno Iuliano CCLXXXIII cœpit annus MXIV. Tot igitur argumentis Actiacorum annorum cum Iulianis, Iphiteis, & Vrbis annis conſenſus adſtruitur. Sic apud Clementem Alexand. I Strom. ab Alexandri obitu anni putantur CCXCIV ad Auguſti victoriam, quando ſemetipſum Antonius occidit. Obiit Alexander anno Per. Iul. 4390, vt ſuprà vidimus. Thoth anni Nabonaſſarei CCCCXXV Nouemb. XII, feria I, cyclo Solis XXII. Ab B
hoc verò, ad Thoth anni Nabonaſſarei DCCXVIII anni interſunt CCXCIV abſoluti. Totidem annorum interuallum à Thoth Philippi, ſiue mortis Alexandri ad Thoth regni Auguſti, Ptolemæus ſtatuit lib. III, cap. VIII. Scribit enim à morte Alexandri ad regnum Auguſti annos intercedere CCCCXXIV; & à primo Auguſti anno, primáque die in Thoth Ægyptio menſe, & meridie, ad æquinoctium, quod obſeruauit anno XVII Adriani, Athyr VII, Septemb. XXV, duabus poſt meridiem horis, annos intereſſe CLXI, dies LXVI horas 2. quod æquinoctium cadit in annum Chriſti CXXXII. Anni Ægyptiaci CLXI cum diebus LXVI, dies componunt 58831, qui à XXV Sept. meridie anni Chriſti retrò putati deſinunt in meridiem diei XXXI Auguſti anni Iuliani XVI. Nam ad æram Chriſtianam anni Iuliani XXIX cum diebus CXXII putantur: ex quibus dies conſiunt 10715. Tum anni ſunt CXXXI Iuliani ab æra Chriſti, cum diebus CCLXIX. Componuntur dies 48116, qui ad ſuperiores adiuncti dant 58851 dies. Quare perſpicuum eſt annum Actiacum primum, à quo Ægyptij Auguſti annos computarunt, fuiſſe ducenteſimum nonageſimum C
quintum ineuntem Ægyptiacum, ſiue Nabonaſſareum à Thoth obitus Alexandri: & Iuliano XVI iniiſſe à Neomenia Thoth, quæ tum commodum in XXXI Auguſti in anno emendato ceciderat. at ob vitium anni Iuliani, quòd biſextiles quatuor pro tribus intercalati fuerant, ad Auguſti XXIX migrationem fecerat. Anni Nabonaſſarei DCCXVIII abſoluti ſunt à primo Thoth Nabon. anno Per. Iul 3967, Februarij XXVI, feria IV, ad Thoth Actiacum. Dies porro ſunt 262070. qui per ſeptem diuiſi, additis tribus, quia primus Thoth feria IV iniit, relinquunt feriam VII. Itaque Neomenia Thoth anni Nabonaſſarei DCCXIX cœpit feria I, cyclo Solis VIII, anno Per. Iul. 4384, litera Dom. emendati cycli E. Proinde Auguſti vltimo cœpit Neomenia Thoth. In cyclo vitioſo fuit ille biſextilis annus. Literæ D C. Vnde feria prima Auguſti XXIX.

Anni Actiaci, ſiue Auguſtorum.

Ex iis planum eſt annos Actiacos, ſiue Auguſtorum, vt Cenſorinus vocat; vel, vt Ptolemæus, imperij Auguſtei, non ab anno ipſo Actiacæ victoriæ, ſed à ſequenti inchoari apud Ægyptios; & quidem à XXIX Auguſti: quamuis Dio annos illius imperij à Septembris II die putari ſcripſerit: imo vt arbitror, non D
tam vſu aliquo numerandi à IV Non. Sept. computatos eſſe docet; quàm ſi quis accuratam eius monarchiæ rationem velit inire, ab illo die inchoandos eſſe: ὥστε καὶ τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν τῆς μοναρχίας αὐτοῦ ἐτῶν ἀπ᾽ ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἀκριβοῦσθαι. *Adeò vt numerus annorum monarchiæ ipſius, ſi accuratè putare velimus, ab illo die ſit ineundus.*

Hîc ego tyrones admonendos cenſeo, vti diligenter annos Actiacos ab Actiaca victoria diſcernere ſtudeant. Nam Veteres nonnumquam ἀπὸ τῆς ἐν Ἀκτίῳ μάχης tempora cõputant: id eſt ab ipſo anno, quo ad Actium ſuperatus eſt Antonius. Ita Ioſephus lib. XVIII Orig. cap. III, refert Quirinum Archelai bona in fiſcum redegiſſe, anno poſt Antonij cladem ad Actium ſeptimo, & triceſimo; qui eſt LI, vel LII Iulianus: vt in Animaduer. oſtendimus. Occurrent & alia quædam exempla, quæ ſuis locis reddentur. Alij verò Actiacos annos ab Auguſti poſtrema victoria, & Antonij nece colligunt.

pag. 126.

A Ea re non animaduerſa, Chriſtmannus lib. de Connexione annorum, fœdè omnia permiſcuit. Nam vtrumque confundit: annum, inquam, quo Actiaca clades contigit, eundem Iulianum putat, à quo anni Auguſtorum à Cenſorino; imperij Auguſti à Ptolemæo numerantur, nimirum ab editione Iulianâ decimum ſextum. Sic enim diſſerit: Cenſorinus author eſt, Actiacam Auguſti victoriam biennio antiquiorem eſſe triumpho Auguſtali, qui incurrit in annum Iulianum XVIII. Itaque Cenſorinus biennij illius initium numerat à Kalend. Ian. anni Iuliani XVI: *licet poſt octo demum menſes* (ait) *inciderit Auguſti Actiaca victoria, labente anno Olympiadico* DCCXLVII: *hoc eſt anno tertio Olympiadis* CLXXXVII. Fallitur. Nam victus eſt Antonius ad Actium anno Iphiti DCCXLVI, Vrbis DCCXXIII, anno ſecundo Olympiadis CLXXXVII. Pag. 366.

Euſebiani codices variant, vt obſeruat Pontacus. Quidam enim ad annum tertium Olympiadis Cleopatræ, & Antonij necem adſcribunt: alij ad quartum; quod & in vulgatis hæſit. Sed nimirum Euſebianos annos ab Autumno, qui Olympiadicorum annorum antecedit epochas, inire iam diximus. Vnde tametſi ad B annum illum, qui ab Olympiade quartus eſt, mors illorum appoſita ſit, intelligitur tamen annus tertius currens: vti ſecundus; ſi ad tertium Olympiadis applicetur. In editione Pontaci ad annum Abraami MDCCCCLXXXVIII iſta notantur; in Scaligeriana ad MDCCCCLXXXVII. Quoniam igitur Euſebianorum annorum epocha in autumno poſita eſt anni Periodi Iulianæ 2697. Ideo ex perpetua methodo, additis 2696 ad annos 1988, exiſtit annus Periodi Iulianæ 4684, quo reuera mors Antonij & Cleopatræ contigit. Et quidem ab hoc anno cœpit quartus Olympiadicus ab Octobri, ex Euſebij mente; cùm apud Elidenſes tertius duntaxat inchoatus ſit à ſolſtitio. Rectius itaque Pontaci editio, quàm Scaligeri, necem Antonij cum anno Abraami MDCCCCLXXXVIII copulauit. Hæc Euſebij Chronologia à paucis animaduerſa magnos in errores pleroſque tranſuerſos abſtulit.

Tacitus initio lib. I Hiſtor. ab Vrbe condita videtur ad Actiacam pugnam numerare annos DCCXX. quod & Mercator perperam ſecutus hiſtoriam conturbat. Verùm Tacitus non accuratè, ſed πλατικῶς, & rotundè DCCXX, pro DCCXXI C abſolutis expreſſit, vti ſuprà docuimus.

De annis Auguſtorum Romanis.

Caput LXX.

SVPERSVNT anni Auguſtorum Romani poſt Actiacam victoriam inchoati; quorum Cenſorinus meminit; ac teſtatur eorum initium ex Kalendis Ianuariis procedere anni, quo Coſſ. fuerunt Auguſtus VII, & Agrippa III: quod & Dio libro LIII prodidit. Hoc enim anno, poſteaquam Octauianus fruſtrà ſe imperio abdicare conatus eſt, déque ea re apud Senatum orationem habuit; neque tamen id facere permiſſus eſt: tùm Auguſti illi nomen eſt additum, ſententia L. Munacij Planci, vt Cenſorinus & Suetonius referunt; a.d. XVI Kalend. Febr. Contigit hoc anno D V.C. DCCXXVII, Iuliano ineunte XIX, Periodi Iulianæ 4687. Cenſorinus annum illum, quo ſcribebat; quémque nos oſtendimus Chriſti eſſe CCXXXVIII, Vrbis DCCCCXCI; Iulianum verò CCLXXXIII; dicit Auguſtorum Romanum eſſe CCLXV. Detractis 265 de 283, reſtant 18. Proinde nonus decimus Iulianus primus eſt annus Auguſtorum Romanus. Sic deductis 265 de 991, ſuperſunt 726. Igitur annus primus Auguſtorum eſt Vrbis conditæ 727. Memorabilis hic annus eſt eo nomine, quod nouum legitimi imperij primordium ab eo duxerit Auguſtus. Hactenus enim ſummum ſibi dominatum vi, ac citra conſenſum ciuium vſurparat; ſéq; id ad tempus, & donec Rempubl. ordinaſſet adminiſtraturum eſſe præ ſe tulerat. Quod cùm bona fide, an per ſpeciem deponere hoc anno voluiſſet, id effecit, vt imperium ſibi à Senatu, Populóque confirmaretur. Quod, vt popularem ſe eſſe demonſtraret, ita temperauit; vt Prouincias non omnes ſibi ſumeret: ſed partem illarum populo permitteret: partem per legatos ſuos adminiſtraret. Quocir- Vide Dionem lib. LIII.

ca nouum ab hoc anno initium imperij duxit Auguſtus. Nam & imperium ipſi à S. P. Q. R. decretum; & Auguſti nomen impoſitum: & gerendi in poſterum imperij forma quædam eſt, ac ratio conſtituta. A

Oroſius lib. VI. *Anno*, inquit, *ab V. C.* DCCXXV, *ipſo Imperatore Cæſare Auguſto quinquies, & L. Apuleio Coſſ. Cæſar victor ab Oriente rediens octauo Eidus Ianuarias Vrbem triplici triumpho ingreſſus eſt: ac tùm ipſe Iani portas, ſopitis omnibus, finitiſque bellis ciuilibus, clauſit. Hoc die primùm Auguſtus conſalutatus eſt.* Biennio ſcilicet falſus eſt. Id enim non Auguſto V Coſ. ſed VII, hoc eſt anno V. C. DCCXXVII, non CCCXXV, accidit vt Auguſtus appellaretur. Reliqua in annum DCCXXV congruunt. Tunc enim Ianum ab Auguſto clauſum eſſe teſtis eſt Dio. Nihilominus quod de ſolenni imperij primordio eo tempore conſtituto diximus, quo Auguſti nomen impoſitum, idem Oroſius affirmat. Cùm enim de Auguſti titulo dixiſſet, ſubiicit. *Atque ex eodem die ſumma rerum, ac poteſtatum penes vnum cœpit eſſe, & manſit: quod Græci monarchiam vocant.* Quanquam fortaſſe non tam de die, quo hoc nomine donatus eſt, B quàm quo victor ab Oriente Romam ingreſſus eſt, poſteriora hæc verba debent accipi. Impoſuit Oroſio, quod ad Auguſti nomen attinet, Euſebius in Chronico; vbi ad annum Auguſti XV, Abraami MDCCCCLXXXVIII, notat Auguſtum eo anno nominatum, altero ſcilicet, quàm ſe Cleopatra, & Antonius interfecerunt. Addit quoſdam ab hoc tempore primum annum Auguſti monarchiæ ſupputare. Quod etiam Alexandrinum Chronicum obſeruat. In quo leue mendum eſt in Auguſti Cæſaris appellatione, Αὔγουστος Καῖσαρ ὁ Κλαυγῖνος. Ita pag. 458. Leg. Ὀκταβιανός.

C.CXCIX. Redeamus ad Dionem. Huius verò ex authoritate liquet immeritò Cenſorinum ab authore *Nouæ veræque Chronologiæ* redargui, quod vulgatos Faſtos ſecutus crediderit annos Auguſtanos ab vno illo tempore progredi, quo Auguſti nomen Octauianus adeptus eſt. Ipſe verò à fine decennalis Triumuiratus deduci annos illos arbitratur. Quinquennio enim redundare Faſtos communes aſſerit. vnde qui in illis putatur annus DCCXXI Capitolinus, eum reuera conditæ Vrbis annum C
C.CXCIII. DCCXVI conſtituit, & ante Chriſtianam æram viceſimum ſeptimum. Anno Tab. Capit. DCCXX, Decembri, alterum Triumuiratus quinquennium deſiit. Secundum quòd hoſtis à Pop. Rom. iudicatus eſt Antonius. Ideo ab anno ſequenti DCCXXI, Auguſti monarchiam inchoari cenſet, quam XLIV annos obtinuiſſe dicitur: eoſdémque annos Auguſtorum Romanos appellari; qui quidem vulgò ab anno Capitolino DCCXXVI repetuntur.

Noua hæc opinio cum Romana hiſtoria, reíque veritate nulla ratione cohærere poteſt; vt ex iis patet, quæ ſuprà cap. XLVI de Auguſti initio diſputata ſunt. Annus vltimus Triumuiratus deſiit exeunte anno Iuliano XIII, qui eſt Capitolinus DCCXX, Octauiano II & Tullo Coſſ. Actiacum prælium conuenit anno Capitolino DCCXXII, quo Conſul III fuit Octauianus cum Meſſala. Ab hoc anno deinceps octo Conſulatus continuos habuit. Suetonius Auguſto, cap. XXVI. *Secundum Conſulatum*, ait, *poſt* IX *annos, tertium anno interiecto geſſit; ſequentes vſque ad vndecimum continuauit.* Primus autem in annum Tab. Capit. DCCX incidit. Secundus ergo in DCCXX, vt dictum eſt. Septimus porrò in DCCXXVI, quo & Auguſti nomen obtinuit, indidémque Auguſtorum anni proficiſcuntur. Quomodo igitur ambo iſta conſentanea ſunt, vt annus primus Auguſtorum, de quo Cenſori- D nus loquitur, in Conſulatum Auguſti VII incurrat; & nihilominus proximus ſit à decimo Triumuiratus anno, quo ſecundùm Conſul Auguſtus fuit? Nos Cenſorinum potiùs audiamus, & Auguſtorum annos inſigni titulo notatos inſtauratæ, imò conſtitutæ legitimæ monarchiæ, anno Iuliano XIX, Vrbis DCCXXVII definiamus; qui eſt ſane viceſimus ſeptimus ante Chriſtianam epocham, ſed poſt finem Triumuiratus ſextus iniens; ab Actiaca victoriâ quartus. Eiuſdem Kalendæ Ianuariæ dies ſunt octingenteſimus quinquageſimus ſeptimus à Thoth Actiaco, qui in XXIX incidit Auguſti anni Iuliani XVI. Interuallum anni duo Iuliani, quorum alter biſextilis eſt, cum diebus 122 à XXIX Auguſti ad vltimum Decemb. At Scaliger neſcio quid cogitans *differentiam annorum Auguſtanorum Ægyptiorum, & Romanorum dies* eſſe dicit *490. quod ex menſe Auguſto annus Auguſtorum Ægyptiacus competit* XVI *anno Iuliano: ex Ianuario autem annus Auguſtorum Romanus anno* XVIII. Fal-

Lib. v. de Emend. pag. 427.

A ſum hoc poſterius. Nam ex Kalendis Ianuariis anni Iuliani XIX incipiunt Augu-
ſtorum anni Romani; vt ex Cenſorino colligitur.

De Thoth Ægyptiorum fixo, ſiue anno Iuliano ab iis recepto: déque eius ab anno Actiaco quinquennali diſcrimine noua & probabilis obſeruatio. Theo, & Georgius Monachus illuſtrati. Scaligeri παρερμηνεία.

Capvt LXXI.

DIo lib. LI ad annum Vrbis conditæ Varronianum DCCXXIV, quo Au-
guſtus Alexandriam cepit, inter alia, quæ in honorem Auguſti decre-
ta ſunt, id fuiſſe conſtitutum memoriæ prodidit; τήν τε ἡμέραν, ἐν ᾗ
Ἀλεξάνδρεια ἑάλω, ἀγαθήν τε εἶναι, καὶ ἐς τὰ ἔπειτα ἔτη ἀρχὴν τῆς ἀπαριθμή-
B σεως αὐτῶν νομίζεσθαι. *vti dies, quo capta eſt Alexandria, feſtus eſſet, ab eó-
que reliquis deinceps annis numerandis initium ſumerent.* Quæ Dionis verba ſic om-
nes interpretantur, vt ex anno illo deinceps Ægyptij vago & mobili anno ſuo
frænos iniecerint, ac Iulianum, atque fixum amplexi ſint. Porro quinam dies
iſte fuerit, non explicat Dio; quod ſanè debuerat. Multò enim meliùs de poſteri-
tate meruiſſet, quàm cùm diem expreſſit, quo nauali certamine victus eſt Anto-
nius. Sed idem argumentatione colligitur. Nam cùm Thoth Ægyptius, id eſt pri-
ma dies anni, poſtmodum in Auguſti Iuliani XXIX die defixa ſit, & euagari lon-
giùs vetita; probabile eſt hunc ipſum diem à Dione ſignificari. Quare XXIX men-
ſis Auguſti Alexandriam Octauianus ingreſſus eſt. Oroſius lib. VI, cap. XIX ſcribit,
cùm Antonius Kalendis Sextilibus nauale certamen aduerſus Cæſarem ad por-
tum inſtrueret, ſubitò claſſem ad Cæſarem defeciſſe: Antonium verò ſe in re-
giam fugâ recepiſſe. *Deinde imminente Cæſare, turbatáque ciuitate Antonium ſeſe ferro
tranſuerberaſſe.* Poſteà mortua Cleopatrâ, Cæſarem Alexandriâ potitum. Id ſi XXIX
C Auguſti contigit; menſis vnius interuallum ferè inter Antonij & Cleopatræ mor-
tem, atque Alexandriam occupatam interfuerit: ſiquidem vera dicunt ambo il-
li Scriptores. Cæterùm anno Iuliano XVI, Vrbis Varroniano DCCXXIV, Thoth an-
ni Ægyptiaci Nabonaſſarei DCCXIX incidit in XXIX Auguſti anni Iuliani hodier-
ni, atque correcti, feria I. Cùm autem vitioſus eſſet annus Iulianus, quo Roma-
ni tum vtebantur, propter biſextilem vnum ſuperfluum. (Quatuor enim poſt an-
num primum Iulianum intercalauerant Pontifices, cùm tres ſolummodò inter-
calandi fuiſſent) eo factum eſt, vt Thoth Ægyptiacus ad XXIX Auguſti perueni-
ret. Quod ex Diagrammate annorum Iulianorum, quod libro IV cap. III deſcri-
pſimus, euidenter apparet. Thoth enim prima feria cœpit. Litera Dominicalis
anno Iuliano XVI fuit in vitioſo quidem D C, in correcto E. Proinde feria I illìc
quidem XXIX Auguſti: hìc autem, XXXI contigit. Ex quo factum eſſe creditur, vt
Ægyptij anno fixo & Iuliano ex decreto Senatus adſcito, primi menſis Neo-
meniam in Auguſti XXIX conſtanter ſtatuerint. Atenim Iulianus annus magis ac
magis poſtea deprauatus eſt: adeo vt duo præterea ſuperflui biſextiles expuncti
D ſint: donec emendauit Auguſtus, & duodecim ſine biſexto tranſigi iuſſit; vti li-
bro IV diſputauimus. Quomodo igitur Ægyptij Thoth ſuum in XXIX menſis Au-
guſti retinere potuerunt? Etenim XXIX dies Auguſti circa annum XXXVIII Iu-
lianum triduo prolapſa in Kalendas Septembris anni correcti, hodiernique ceci-
derat: euaſiſſétque porro longiùs, niſi Auguſtus priſtinas ad metas ſublato triduo
reuocaſſet. Iam verò quælibet alterius anni, quàm Iuliani hodierni, dies inter an-
ni vtriuſque biſextiles incidens biduum occupat in noſtro Kalendario. Verbi gra-
tia, Thoth Alexandrinus fixus proximè diem intercalarem ſequens, (qui inter
XXVIII, & XXIX Auguſti, quinque ferè menſibus ante noſtrum biſextilem inſeri-
tur,) incurrit in Auguſti noſtri triceſimum diem. aliàs ad XXIX regreditur. Idem
diebus cæteris accidit: qui inter biſextilem Alexandrinum & Iulianum intercur-
rent. Sic igitur anno Iuliano XVI, quoniam vnius iam diei μεταπλῶς vitioſus an-
nus à metis exciderat, accedente præterea biſextili; dies omnes, qui à XXIV Fe-
bruarij anni deprauati ad eundem diem anni Iuliani XVII ſequentis interceſſe-

runt; (quo in anno correcto intercalari debuit:) biduo ab anni correcti ſtatione pesſum abierant. In Iuliano XVII poſt biſextum anni correcti vno tantùm die recedebant: itáque deinceps vſque ad alium biſextum. Quocirca XXIX Auguſti in anno vitioſo, triceſima prima fuit Auguſti in anno caſtigato, labente XVI Iulianæ editionis anno. Poſtea verò ad vnius diei μετάπτωσιν regreſſa eſt; & anno ſequente fuit triceſima Auguſti correcti. Poſt annum XXVIII Iulianum bidui μετάπτωσις eſt conflata. vnde duobus ac tribus diebus eadem XXIX dies Auguſti vitioſi diſtabat identidem à XXIX Auguſti caſtigati: erátque illius XXXI, vel Kalendæ Septembris. Ab anno editionis Iulianæ XXXVII, tridui μετάπτωσις eſt facta, & interdum quatridui. Sed ne vltra labes illa graſſaretur, Auguſtus obſtitit, qui ab anno XXXVIII Iuliano duodecim ἀνεμβόλους præteriri iuſſit. Qua ratione XXIX Auguſti vitioſi, quæ ad Kal. Septembres emendati anni peruaſerat, ad eiuſdem XXIX rediit. Proinde anno illo Iulianæ editionis XVI, cum Thoth in XXIX Auguſti vitioſi congrueret, hoc eſt in XXX Auguſti anni caſtigati: extra ordinem verò, & in biſextili Pontificio, in XXXI: fingamus Ægyptios anni Iuliani formam ita complexos eſſe, vt ei nequaquam biſextilium Pontificiorum labem aſpergerent; ſed quarto quoque anno vertente diem intercalarent; hæſiſſet illorum Thoth hodiéque in XXX Auguſti noſtri, & ad XXXI aliquando perueniſſet. Atqui deinceps XXIX, & XXX duntaxat obſedit. Non igitur anno illo editionis Iulianæ XVI Thoth ſuum ita fixerunt, vt legitima deinceps intercalatione fungerentur: aut alio quopiam anno, quàm iſto ipſo conſtantem anni formam amplexi ſunt. Horum prius hactenus perſuaſum omnibus fuit. Nemo enim, quod ſciam, ad hanc diem dubitauit; qui quidem communi & vſitata Chronologia vti voluerit; quin Alexandrini vnà cum anno Iuliano, eius etiam vitium ac corruptelam à Pontificibus expreſſerint: cui poſtmodum idem, quod & Romano anno, remedium ab Auguſto comparatum fuerit. Hoc & Scaliger copioſè libro IV de Emendat. Temp. Capite de anno Ægyptiorum Actiaco, & in Iſagog. Canon. lib. III cap. XII, & Scaligeriani omnes pro comperto tenuerunt. Nos idem quoque lib. IV cap. V non ſine hæſitatione tradidimus. Mouebat nos ne penitùs aſſentiremur hoc maximè, quòd mirum ſit Ægyptios, qui certam anni Iuliani rationem apprimè ſciebant, eámque Romanis ipſis tradiderant; in diſpenſandis intercalationibus tantoperè peccaſſe. Ergo ita concluſimus: *Niſi vagam anni formam anno duntaxat Iuliano* XXI *repudiatam, & Iulianam ab Ægyptiis admiſſam dixeris, quo tempore Thoth ad* XXIX *Auguſti in anno emendato conuenit; ac deinceps recta biſextilium intercalatione Neomeniam Thoth ibidem retentam: neceſſe eſt Ægyptios vnà cum Romano anno huius etiam deprauationem accepiſſe.*

Hanc nobis dubitationem vehementiorem poſtea certa nonnullorum Scriptorum loca fecerunt, qui initium anni Iuliani ab Ægyptiis admiſſi quinque ferè poſt Cleopatræ necem annis ſtatuerunt; nimirum anno ipſo, quem odorati ſumus, Iuliano XXI. Etenim Ioannes Heruuartus CXXVII Theonis Alexandrini locum citat è libro, qui εἰς τοὺς προχείρους κανόνας τῆς ἀστρονομίας inſcribitur; quo in libro docet ab æra Nabonaſſari ad mortem Alexandri annos fluxiſſe CCCCXXXIV. inde verò εἰς τὴν ἀποκατάστασιν, ſiue in Ægyptiacorum annorum reuolutionem, qui quidem anni à XXIX Auguſti conſtanter incipiunt, annos eſſe CCXCIX. ſicque ab epocha Nabonaſſari annos vniuerſè colligi ad illam ἀποκατάστασιν, DCCXXIII. Primus itaque Thoth fixus anno congruit Nabonaſſari DCCXXIV. qui ex methodo libri VII cap. XIV, iniit anno Iul. Per. 4689, feria VI; anno Iuliano XXI, ab V. C. DCCXXIX Varroniano, Auguſto IX & Iunio Silano Coſſ. Idem docet & Theodorus Metochites in libro τῆς ἀστρονομικῆς κατ᾽ ἐπιτομὴν στοιχειώσεως: nempe ab Alexandri morte, ſiue epocha Philippi, ad ἀποκατάστασιν, ſiue initium anni fixi, colligi annos CCXCIX: indidémque ad Octobris VI anni mundi 6792, Chriſti 1284, Ægyptiacos annos intercedere 1309. Iam ſi ad annos 723 completos aduſque primum annum fixum, addideris 1309, conſient anni Ægyptij Nabonaſſarei 2032. Annus verò 2033 eâdem ex methodo libri VII cœpit Octob. VI anni Per. Iul. 5997, Chriſti 1284, feria VI. Anni Ægyptiaci 1309 ſolidi dies colligunt 477785, qui ab Octob. V anni Per. Iul. 5997 retrò putati deſinunt in XXIX Auguſti anni Periodi Iulianæ 4689. Item ab anno Per. Iul. 4689, & Auguſti XXIX ad Octobris VI anni 5997, anni ſunt interiecti Iuliani 1308 cum diebus 38. qui quidem ab Octob. V.

A retro putati deſinunt in Auguſti XXIX. Anni porro Iuliani 1308 biſextiles auferunt dies 327. qui cum 38 compoſiti annum integrum conficiunt: iſque ad 1308 adiunctus Ægyptiacos annos efficit 1309. Rurſus Michaël Pſellus in libro, cuius titulus Ἄθροισις εὐσύνοπτος εἰς τὰς τέσσαρας μαθηματικὰς ἐπιστήμας, docet calculum Ægyptiorum annis ſingulis conſurgere ex die XXIX Auguſti: atque anno mundi 6516, qui eſt Chriſtianæ æræ 1008, dies intercalares colligi 258. Quare cùm totidem biſextiles exigant annos Iulianos 1032, deſierunt ij Auguſti XXVIII anni Chriſti 1008: & annus 1033 iniit ſequenti die. Si igitur de annis Chriſti 1008, ſiue Per. Iul. 5721, ſubtrahas 1033, relinquentur anni 4688. Ergo anno 4689 cœpit annus primus Ægyptiorum fixus, & Iulianus.

Sic idem Heruuartus Albategnium refert epocham Alkept fixæ (ita Ægyptiorum annum fixum nominat) poſteriorem facere epocha Dilkarnaim, id eſt Seleucidarum, annis 287. Æra Dilkarnaim cœpit anno Per. Iul. 4402. ad quem ſi annos 287 completos adiicias, exiſtet annus 4689, quo deſiit annus ille 287, & 288
B iniit. qui eſt primus Ægyptiorum fixus. Sanè Albategnius cap. XXXII ita ſcripſit: *Romanorum autem Taric per Taric Alkept ſi noſſe quæris, annos Alkept, qui ſunt anni à Dilkarnain Ægyptiaci perfecti, ſume: ex quibus 387 abiice*, &c. Hic 287 pro 387 legendum putat Heruuartus. Quod ſi verum eſt, ratio conſtabit. Sed obſcura eſt tota illa Albategnij diſputatio. Nam & antea vt Taric Alkept per Romanorum Taric inueſtigetur, de annis Dilkarnaim dies 387 abiici iubet: & initio capitis tam annos Romanorum, quàm Alkept à morte Alexandri incipere ſcribit. Sed eximius eſt Georgij Syncelli locus, quem Scaliger in Euſeb. Animad. ad annum MDCCCCXXXVIII adducit: ſed perperam interpretatur. Scribit ergo Georgius Panadorum Monachum docuiſſe annum illum, quo Ægyptiorum annus biſextum admiſit, eſſe XXII τῆς Αὐγούστου μοναρχίας. Διὰ τὸ τοὺς πολλοὺς κατὰ τὸ ιϛ' ἔτος τῆς Αὐγούστου βασιλείας τὴν Ἀλεξανδρείας ἅλωσιν ἱστορεῖν, καὶ τούτου τοὺς χρόνους τῆς βασιλείας ἐντεῦθεν λογίζεσθαι· μεθ' ἣν ἀρξαμένην ἔτει ε' Αὐγούστου τεθῆναι τὴν τετραετηρικὴν ἡμέραν· καὶ μέχρι τοῦ νῦν οὕτω καθ' Ἕλληνας, ἤτοι Ἀλεξανδρεῖς, ψηφίζεσθαι τοὺς ἀστρονομικοὺς κανόνας ἐν ταῖς ἐκλείψεσι
C τῶν δύο φωστήρων, καὶ ταῖς καθ' ἕκαστον μῆνα συνόδοις, πανσελήνοις, τῶν τε πλανωμένων ἀστέρων, καὶ τῶν λοιπῶν ἀπλανῶν τὰς ἐποχὰς οὕτω λαμβάνεσθαι. *Quoniam plerique anno Auguſti monarchiæ* XVI *Alexandriam captam referunt; indéque imperij illius annos computant. Poſt captam verò Alexandriam, anno* V *Auguſti biſextum intercalari cœptum. Et hodiéque Græci, ſiue Alexandrini, Aſtrologicos Canones in luminarium defectionibus, & lunaribus ſynodis, ac plenilunijs ad eum calculum exigunt. tùm planetarum quinque reliquorum, & fixorum ſiderum epochas indidem capiunt.* Perſpicuum eſt ex his Georgij verbis Auguſteæ monarchiæ primordium à pleriſque ſtatui in anno Iuliano XVI, quo capta eſt Alexandria. Quanquam imperitè Georgius Iulianum XVI Auguſtei imperij decimum-ſextum putat. cuiuſmodi ἀνιστορησίαις ſcatent Græcorum commentarij. Ab hoc poſteriore Auguſti primordio quintus imperij annus deſinit in Iulianum XXI; Vrbis conditæ DCCXXIX Varronianum. quo quidem anno, Thoth Ægyptius à XXX die Auguſti caſtigati ad XXIX tranſitum fecit; primúſque fuit annorum fixorum: ac deinceps biſextilibus admiſſis veteris anni, ac vagi licentiæ modus eſt adhibitus. Hæc loci iſtius eſt ſententia; qua cum Theonis & aliorum
D teſtimonia concordant. Nos in veteri codice M. S. Georgij Syncelli ſuperiora illa non deprehendimus: ſed alia quædam; quæ ab eodem inſtituto non abhorrent: Ἐπὶ γὰρ τὸ α' ἔτος Φιλίππου τοῦ Ἀριδαίου τοῦ μετ' Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα βασιλεύσαντος Μακεδόνων α'· καθ' ὃ ἔτος καὶ ὁ Κλαύδιος Πτολεμαῖος τὴν τῶν προχείρων κανόνων ψηφοφορίαν ἐπήξατο, ἀρχὴν Αἰγυπτιακοῦ, καὶ Ἑλληνικοῦ ἔτους κατὰ τὴν α' τοῦ Θὼθ μηνὸς παρ' Αἰγυπτίοις λεγομένου, κθ' τοῦ Αὐγούστου μηνὸς οὖσαν ἀποκαταστατικήν. *Ad annum primum Philippi Aridæi, qui primus poſt Alexandrum Macedonibus regnauit. Quem ad annum Claudius Ptolemæus compendioſorum canonum ratiocinia direxit: & Ægyptiaci anni, Græcique principium in prima die Thoth menſis Ægyptiorum, quæ in* XXIX *Auguſti conuenit, ad eandem reuertens epocham defixit.* Hîc cœlum terræ miſcet Georgius monachus: ac trecentorum fere annorum interuallo diſſita componit: nimirum Philippi Thoth, qui ab eo anno cœpit, quo mortuus eſt Alexander, cum Thoth anni Ægyptiaci fixi, & ad Iulianam conſtantiam redacti.

Scaliger porro ſuperiora illa Georgij non intellexit. quibus hanc ſubeſſe ſen-

Scaligeri hallucinatio in verbis Georgij.

tentiam credidit; vt annum, quo Auguſtus biſextum correxit, Auguſtei imperij A xxii eſſe velit, initio inde ducto, vnde monarchiam Auguſti cõputare ſolent Ægyptij. *Auguſtus enim*, inquit, *correxit biſextum anno* xxviii *à morte Cæſaris*, *C. Aſinio Gallo*, *C. Marcio Cenſorino Coſſ.* Annus iſte verò viceſimus ſecundus eſt Auguſtorum. Sed hæc à Georgij mente tam aliena ſunt, quàm illa, quæ dixi, certiſſima. Nam quomodo quintum illum Auguſti annum interpretari poterit, quo vertente biſextum inſeri cœptum Georgius aſſerit? Deinde ſcribit anno illo biſextum τεθῆναι, id eſt *poni* cœpiſſe; non vtiq; caſtigari. Adde non anno illo Iuliano xxxviii biſextum ab Auguſto caſtigatum, aut intercalatum eſſe. (Fuit enim annus iſte tùm ex noſtra, tùm ex Scaligeri opinione, ſimplex) ſed ordinatam duntaxat anno illo biſextilium rationem in annos ſequentes. Quare primus biſextilis annus caſtigatus eſt Iulianus liii, à Cæſaris nece lii, vti Scaliger ipſe definit. Hunc igitur à Georgio nominari oportuit, ſi, quod Scaliger affingit, loqui voluiſſet. Sed alia omnia cogitauit; quæ ſine dubio à nobis expoſita ſunt.

Hinc igitur liquet, ex Græcorum quorundam, ac præſertim Aſtrologorum B mente, aliud eſſe annos Auguſti Actiacos, ſiue Thoth Actiacum; aliud Thot anni Ægyptiaci fixi, & Iuliani. Prius iniit anno Iuliano xvi, ante æram Chriſti triceſimo. poſterius anno xxi Iuliano, ante eandem epocham Chriſti, xxv. Ex quo ſequitur minimè videri Alexandrinos anno illo, quo Cleopatra & Antonio ſublatis Alexandriam Auguſtus intrauit, annum ſuum Iuliana forma mutaſſe: ſed poſt annos id quinque feciſſe. Ac duorum alterum eueniſſe ſuprà monuimus. Aut enim cum anno Iuliano vitioſam intercalationem vnà receperunt Ægyptij, ſi anno primo Actiaco illum vſurparunt. Aut in annum quintum vertentem Iuliani vſum anni diſtulerunt. Ex his qui prius tueri voluerit, video quid conſequens ſit. Dici enim hoc poteſt, Aſtrologos illos non ex hiſtoria, reique veritate; ſed καθ' ὑπόθεσιν, & fictione quadam, epocham Thoth anni fixi quinquennio poſt Iulianam formam ab Ægyptiis adſcitam ſtatuiſſe. Etenim Thoth anni mobilis anno Iuliano xvii Nabonaſſareo dccxx, ab Auguſti caſtigati die xxxi ad xxx C migrare cœpit, anno Vrbis Varroniano dccxxv. à quo, vertente anno quarto, nempe Iuliano xxi, Nabonaſſareo dccxxiv, ab V. C. dccxxix, tranſire cœpit in xxix Auguſti. Quod cùm Aſtrologi ex anni vagi, & Nabonaſſarei ratiociniis intelligerent, vt in anno Iuliano hodierno, & ab Auguſto caſtigato certam anno Ægyptiaco fixo epocham finirent, eum videlicet annum præſtituerunt, quo neomenia Thoth Auguſti nonum ac viceſimum diem adire cœpit; vt in eo deinde ſiſteretur. Vnde quinquennio poſt receptum annum Iulianum, eius epocham conſignarunt.

Poſterius qui aſſeuerandum putaret, hoc eſt qui ambas illas epochas diuerſas, & hiſtoricas, non fictas crederet, legi hactenus neminem. Atqui probabilis hæc ratio eſt: & eo fortaſſe quàm illa veriſimilior, quod, vt diximus, alioqui mirum ſit Ægyptios, à quibus anni Iuliani formam Romani didicerant; hanc ipſam adeò imperitè, inſcitéque tractaſſe. Hoc qui perſuadere ſibi non poterit, is poſterius hoc teneat neceſſe eſt. Et verò cur id inſtituerint Alexandrini; cur quod à Senatu mandatum iis fuerat non continuo fecerint; vt ab eo die, quo Alexandria potitus eſt Auguſtus, annum fixum inchoarent: non abſurdam coniecturam habe- D mus; cuius declarandæ gratia paulo altiùs quædam iuuat repetere. Primùm, Ægyptios, tametſi quandiu liberum, & effrænatum annum adhiberent, nullum intercalarent diem; non modò vulgò; ſed ne tacitè quidem; ſic vt vſu aliquo, exertéque in anno neſcio quo recondito, & Hierophantico diem illum exprimerent. quod aduerſus Scaligerum lib. iii, cap. i demonſtrauimus. nihilominus Iuliani quadriennij ſcientiam habuiſſe: nec ignoraſſe Thoth ſuum quarto quoque vertente anno, vno die in anteriora regredi. Quippe perſuaſum hoc vt aliis pleriſque, ſic Ægyptiis fuiſſe maximè; Tropicum ac Solarem annum cum Iuliano paria facere. Huius verò rationem tacitè ab illis etiam habitam eſſe, quorum popularis annus minimè Solaris erat. De qua re neceſſariò videnda ſunt, quæ libro i cap. vii diſſeruimus; cùm penes Athenienſes oſtendimus præter popularem, & lunarem annum, alterum fuiſſe reconditum, & Solarem, eundémque Iuliano ſupparem, quem ab Ægyptiis acceperant. Quamobrem Solarem annum putabant diebus con-

A conſtare CCCLXV, horis ſex: adeóque quarto anno vertente vnum redundare diem. Vagi ac popularis anni circuitus ad Caniculæ ſidus, quam Sothin appellabant, tanquam cardinem referebant Ægyptij; vt Horus Apollo, & Porphyrius in Antro docent. Quantum igitur à metis iis vertente quadriennio ſuò Sol abeſſet, facilè colligebant; & ex τοπικῇ διαστάσει, χρονικὴν, ac viciſſim hanc ex illa computabant. Secundò de die, quo Alexandria in poteſtatem venit Auguſti; hoc eſt, quando mortua Cleopatra penitus illam eſt adeptus, cùm infinita ſit apud Dionem mentio, coniectari licet, quartam fuiſſe τῶν ἐπαγομένων, ſiue penultimam anni veteris. Ea tum Auguſti XXIX, ſed in anno caſtigato, congruebat. Thoth enim in Auguſti XXXI die verſabatur; qui vt ad XXIX perueniret, quinque anni vertentes expectandi fuerunt. Mos autem hic apud Ægyptios erat, vt illuſtrium quarumque rerum, aut regum epochas ab anni ſui Neomenia putarent; tametſi pluribus antè diebus, aut etiam menſibus res ipſæ, vel regum initia contigiſſent. Quod ex Alexandri, & Philippi Thoth, aliorúmque regum, & Imperatorum euidens
B eſt: quorum omnium exordia Thoth vocare conſueuerunt. Cùm ergo Senatus decreto iuſſi eſſent Ægyptij Iulianam amplecti formam, eiúſque caput illo die ſtatuere, quo Alexandria potitus erat Auguſtus; ne aut diem vnum detrahere cogerentur: aut aliunde, quàm à ſuo Thoth ciuilem deinceps annum inchoarent: rem in quinquennium diſtulerunt. quòd eo tempore Thoth in eam ſtationem ſuccederet, quam epagomenon quarta dies occupaſſet.

 A

DIONYSII PETAVII
E SOCIETATE IESV
DE DOCTRINA TEMPORVM
LIBER VNDECIMVS. B

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

ILLVSTRIORES quoſque temporum titulos ab conditi orbis initio ad Chriſti ferè tempora duobus libris comprehendimus. De ipſius Chriſti natali reliquum erat, vt dicendum videretur. ſed nos Scaligeri veſtigia perſequi maluimus; ac ſeparato poſtremóque libro cùm illam Chriſti Domini natiuitatis epocham; tùm huic affinem Paſſionis eiuſdem; ac nonnullas alias complecti: velut annorum LXX, quorum meminit Hieremias: totidem annalium hebdomadarum, quæ à Daniele præfiguntur: ac ſi quæ ſunt aliæ, quarum eſt cum iſtis coniuncta, & implicata diſputatio. His itaque tantiſper dilatis, reliquas poſt Auguſti victoriam, ac deinceps conſecutas ordine peragrabimus. In his inſignis C eſt, & ad illam de natali Chriſti Domini diſputandam quæſtionem neceſſaria prorſus, ac velut προπαρασκευὴ quædam, Herodianæ mortis epocha; à qua libri huius capiemus exordium. Cùm autem multa ſint in ea tractanda contra veritatem hiſtoriæ à Scaligero commiſſa; vt ea faciliùs poſtea refutentur, libet ex Ioſepho, aliíſque quibus licebit hiſtoricis verum obitus illius tempus adſtruere.

De Herodis obitu ex Ioſepho præſertim, & Dione: déque regni illius annis.

CAPVT I.

HERODIS imperium, & res ab eo geſtas primus, & antiquiſſimus omnium, qui quidem extant, Ioſephus in hiſtoriam retulit: reliqui, qui eadem commentati poſtea ſunt, ex eius fontibus riuulos ſuos duxerunt. & tamen incredibile eſt quantum ab authore ipſo, magiſtróque ſuo diſſentiant: ex quo intolerabiles quidam in hiſtoriam D errores, perturbationéſque ſunt infuſæ. Horum omnium παρευρημάτων, & παρακουσμάτων, atque illius hiſtoricæ calamitatis ſi quis fundum eſſe dicat Euſebium, is à veritate, me quidem iudice, non abhorreat. Etenim tam ille in Herodis temporibus digerendis hallucinatus eſt; vt reliquis, qui eum vniuerſi fermè ſecuti ſunt, largiſſimè peccandi ſegetem occaſionémque præbuerit. Quamobrem vt & Euſebij, veterúmque, qui illius veſtigia preſſerunt, errata corrigantur; & certa ſinceráque ratio temporis illius expendatur; in id incumbendum nobis eſt, vt quæ apud Ioſephum de Herodis annis per varios Hiſtoriæ libros diſſipata leguntur, compendio colligamus. Ac prima quidem illius exordia, & quæ ad initium eius vſque pertinent, ſuperiore libro, capite XXVI delibauimus. Duplicem illîc ex Ioſephi mente imperij Herodis epocham ſtatuimus: alteram in anno Iuliano VI; alteram in nono: illam, cùm primùm rex à Senatu factus eſt; iſtam cum ex-

A pugnatis Hieroſolymis, & Haſamonæorum poſtremo Antigono ſublato, ſolus, ac ſine æmulo regnare cœpit. Nam vtrimque Ioſephus Herodis annos enumerat. Sex igitur, niſi memoria fallit, in locis Ioſephus Herodis annos nominatim concipit, poſtquam duplex illud eius initium retulit. Primus eſt locus lib. XV Ἀρχαιολογίας, cap. VII: vbi annus, quo ad Actium pugnatum eſt, ſeptimus Herodis vocatur. Erat idem Iulianus XV. proinde nono anno Iuliano primus Herodis iniit, quæ eſt eius epocha poſterior. Item capite XII eiuſdem libri meminit Herodis anni decimi tertij, quo ingenti fame laboratum eſt in Iudæa; in qua Herodis prouidentia, & magnificentia ſingularis extitit. Inter alia verò frumentum in Ægypto mercatus dicitur; cui tum Petronius præerat. Tum per idem tempus quingentos è ſatellitio ſuo delectos auxilio Cæſari miſit; quos Ælius Gallus ad mare rubrum duxit. περὶ δὲ τὸν χρόνον ἐκεῖνον καὶ συμμαχικὸν ἔπεμψε Καίσαρι φʹ ἐπιλέκτους τῶν σωματοφυλάκων, οὓς Γάλλος Αἴλιος περὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν ἦγεν εἰς πολλὰ χρησίμους αὐτῷ γενομένους. *Per illud tempus auxilia Cæſari ſubmiſit, quingentos videlicet delectos è ſatellitibus, quos Gallus Ælius ad Rubrum mare duxit; & ab iis plurimum eſt adiutus.* Non

B dubium eſt quin Ælij Galli nomen deprauatè ſcriptum ſit. pro quo Ruffinus *Eleiſeum* reddit. Legendum eſt autem Αἴλιος Λάργος. Nam Ælius Largus anno Vrbis DCCXXX, nempe Auguſto X, C. Norbano Coſſ. in Arabiam felicem exercitum duxit, vt refert Dio lib. LIII. Fuit is Cornelij Galli ſocius, & eiuſdem accuſator: vnde ille voluntariam mortem ſibi conſciuit, anno Vrbis DCCXXVIII, quo Coſſ. fuêre Auguſtus VIII, Statilius Taurus. Hæc Dio. Quare non poteſt Cornelius Gallus is eſſe, cuius meminit Ioſephus: ſed Largus. cuius expeditio commodum incurrit in annum Iulianum XXII, qui eſt Herodis XIV, proximus ab eo quo dira fames Iudæam inuaſiſſe dicitur. Porro Petronij Ægypti Præſidis mentio fit à Dione libro LIV, anno Vrbis DCCXXXII, Iuliano XXIV. Tertiò Ioſephus lib. XV cap. XIII ſcribit, Auguſtum, cùm in Syriam veniſſet, Tetrarchiam Zenodori in Herodem transtuliſſe. ἤδη δὲ αὐτοῦ τῆς βασιλείας ιζʹ παρεληλυθότος ἔτους, Καῖσαρ εἰς Συρίαν ἀφίκετο. *Cùm iam regni* XVII *annus Herodi præteriſſet, Cæſar in Syriam venit.* Subiicit deinde Zenodori mortem, cuius ditionem Auguſtus attribuit Herodi.

C Dio lib. LIV, Coſſ. Apuleio, & Silio Zenodori Tetrarchiam in Herodem collatam eſſe ſcribit. qui eſt annus Vrbis DCCXXXIV, Iulianus XXVI. Hoc enim anno, hiſque Coſſ. Auguſtum verno tempore in Aſiam perrexiſſe tùm in Syriam; ibi Zenodori Tetrarchiam Herodi dediſſe. Si igitur anno Iuliano XXIV iniit Herodis annus decimus octauus; primus ab anno nono Iuliano cœperit neceſſe eſt. Ruffinus priora illa verba ſic interpretatur. Igitur ſeptimo decimo anni regni Herodis, Cæſar ad Syriam peruenit. Sed præteriiſſe iam Græca demonſtrant.

Quartò Ioſephus capite XIV eiuſdem libri meminit anni decimi octaui Herodis, quando Templi ædificationem aggreſſus eſt: τότε γοῦν ιηʹ τῆς Ἡρώδου βασιλείας γεγονότος ἐνιαυτοῦ, &c. *Tunc igitur cùm octauus decimus regni Herodis annus ageretur.* Atqui libro I de Excidio, cap. XVI, ait quintodecimo anno regni ſui Templum inſtaurare cœpiſſe. Hîc ſine dubio Librariorum errore ιεʹ, pro ιηʹ ſcriptum legitur; vti pluribus diſputat Keplerus cap. VIII.

Quintò, lib. XVI, cap. IX refert, Cæſaream Sebaſten decimo anno exædificatam fuiſſe, Herodis regni octauo & viceſimo, Olympiade CXCII. Repetatur ab

D anno Iuliano IX Herodis exordium, viceſimus octauus cadet in Iulianum XXXVI, Vrbis DCCXLIV, quo annus Iphiti DCCLXVII, ſiue tertius Olympiadis CXCII cœptus eſt.

Demum lib. XVII, cap. X mortuum ſcribit Herodem. ταῦτα πράξας, inquit, ἡμέρᾳ πέμπτῃ μεθʼ ὃ Ἀντίπατρον κτείνει τὸν υἱὸν, τελευτᾷ βασιλεύσας, μεθʼ ὃ μὲν ἀνεῖλεν Ἀντίγονον, ἔτη τέσσαρα καὶ τριάκοντα, μεθʼ ὃ δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων ἀπεδέδεικτο, ἑπτὰ καὶ τριάκοντα. *His actis, quinto die quam Antipatrum F. occiderat, moritur, cùm regnaſſet, poſtquam Antigonum ſuſtulit, annis triginta quatuor; poſtquam verò à Romanis regnum obtinuit, ſeptem & triginta.* Contigit obitus Herodis paulò ante Paſcha, vt ex cap. XI colligitur. Tum alius character ab eodem Hiſtorico cap. VIII memoratur. nempe Lunæ deliquium. Ad hæc περὶ ἔτος ἑβδομηκοστὸν ἦν, ait cap. VIII, *ad ſeptuageſimum annum accedebat ætatis ſuæ.*

Hæc de annis Herodis ex Ioſepho delibauimus, quæ ſatis indicant, initium

eius ab anno Iuliano IX deduci, quando Antigono interfecto rerum potitus eſt. Ab hoc verò anno numerandi ſunt quatuor & triginta, quorum vltimus iniit anno Iuliano XLII, Vrbis conditæ DCCL. Quare aut hoc ipſo anno, aut ſequenti, deſinente ſcilicet anno triceſimo quarto mortuus eſt. Sed lunaris defectio anno ipſo Iuliano XLII obiiſſe comprobat. Defecit enim reuera Luna Martij XIII, tribus circiter horis ante ortum Solis. Plenilunium verum tabulæ Pariſinæ conferunt in Martij XIII, hora 2, 45′ à media nocte, Hieroſolymis verus locus Solis in gradu Piſcium 20, 23′. Deficere Luna cœpit hora 1, 24′. Deſiit hora 4, 9′. Duratio fuit horarum 2, 47′; ac digitos 6 ferè defecit. Opportuniſſimè igitur ad hiſtoriam lunaris iſta defectio conuenit. Proinde XXXIII ſolidos à Niſan impleuit Herodes, ex quo mortuus eſt Antigonus; vel XXXVI, ex quo regnum à Romanis obtinuit, ac tam trigeſimum quartum ab illa epocha, quàm ab iſta, triceſimum ſeptimum inchoauit. Idem ex Herodis ipſius ſucceſſoribus adſtruitur. Archelaus enim poſt obitum parentis, Ethnarcha ab Auguſto factus eſt. qui cùm annos nouem expleſſet, ac decimum inchoaſſet, à fratribus, & aliis primoribus accuſatus apud Cæſarem, & Viennam trans Alpes relegatus eſt: Δεκάτῳ δὲ ἔτει τῆς ἀρχῆς Ἀρχελάου, οἱ πρῶτοι τῶν ἀδελφῶν ἀνδρῶν ἔν τε Ἰουδαίοις, καὶ Σαμαρείταις, μὴ φέροντες τὴν ὠμότητα αὐτοῦ, καὶ τυραννίδα, κατηγοροῦσιν αὐτῶν ἐπὶ Καίσαρος. Mendum huic loco ſubeſſe videtur. Nam vox ἀδελφῶν non ſatis cohæret; neque Ruffinus hanc agnoſcit; qui ita vertit: *Interea decimo anno principatus Archelai, omnis nobilitas Iudæorum, primatéſque Samariæ non ferentes crudelitatem eius, moréſque tyrannicos apud Cæſarem accuſationem ei inſtituunt*. Sed à fratribus etiam accuſatum fuiſſe Dio demonſtrat lib. LV, cùm ita ſcribit Coſſ. M. Æmilio Lepido, L. Arruntio Coſſ. ὅ,τε Ἡρώδης ὁ Παλαιστηνὸς, αἰτίαν τινὰ ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν λαβὼν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ὑπερωρίσθη, καὶ τὸ μέρος τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐδημοσιώθη. *Herodes Palæſtinus à fratribus accuſatus trans Alpes eſt relegatus, ac pars eius ditionis in publicum redacta.* Hæc ad nullum alium, quàm Archelaum conuenire poſſunt: qui proinde relegatus eſt iis Coſſ. qui in annum Vrbis cadunt ſeptingenteſimũ quinquageſimum nonum, Iulianum quinquageſimum primum. Si igitur ab annis Iulianis LI detrahas annos X (nam decimus Archelai anno illo cœpit, quo deportatus eſt) relinquetur annus XLII Iulianus, quo Herode mortuo, primus iniit Archelai. Habemus itaque nobiliſſimorum duorum Scriptorum teſtimonium, ex quo neceſſe ſit Herodis obitum in annum Iulianum ſummouere ſecundum & quadrageſimum: nec aliter pronunciare poſſumus; niſi ambos illos faceſſere iubeamus. Addunt & alia quædam hiſtoriæ, ſed obſcuriora veſtigia Dekerius, & eum ſecutus Keplerus; quæ in illorum commentariis leguntur. Nunc quæ ſit aliorum de Herodis obitu ſententia videamus.

De Euſebij hallucinatione in annis Herodis.

CAPVT II.

EVSEBIVS in Chronico annos Herodis mirificè conturbat. Primum enim ipſius ad annum illigat quartum Olympiadis CLXXXVI, Abraami MDCCCCLXXXIV, Auguſti XI; cuius primus ab eodem ponitur is, qui proximè necem Iulij Cæſaris conſequitur. Quoniam igitur ab autumno ſuos annos auſpicatur Euſebius, additis ad annos 1984, ex perpetua methodo 2696, annus MDCCCCLXXXIV iniit ab autumno anni Periodi Iulianæ 4680. Quare ab Niſan ſequentis anni Iuliani primus Herodis computatur anno Periodi Iulianæ 4681, Iuliano XIII, quo cum ex Euſebij Chronologia vndecimus Auguſti componitur. Eodem anno cœpit Olympiadis CLXXXVI quartus à ſolſtitiali menſe ſecundum Elidenſes veteres: at ex Euſebij inſtituto, ab autumno antecedente. Porro Antigoni Haſamonæorum poſtremi necem coniicit in annum Abraami MDCCCCLXXVIII, Auguſti V, Olympiadis CLXXXV ſecundum; qui eſt annus Periodi Iulianæ 4675, Iulianus ſeptimus, Vrbis conditæ DCCXV. Ita in editione Scaligeri. At editio Pontaci in annum Auguſti decimum Antigoni obitum confert. Vnde anno Per. Iul. 4780,

A Iuliano XII cœperit; imò verò XIII. Nam cum anno XI Auguſti, primum Herodis comparat editio Pontaci, Abraami MCCCCLXXXIV.

Ab hoc anno triginta ſeptem annos Herodis computat Euſebius, eiúſque mortem refert in annum Auguſti XLVII, quartum Olympiadis CXCV, Abraami MMXX, qui quidem iniit ab Autumno anni Per. Iul. 4716. Vnde anno ſequente 4717 circa Niſan Herodes obiit; anno quarto æræ Dionyſianæ; Iuliano XLIX, currente anno quarto Euſebiano Olympiadis CXCV: Vrbis conditæ, ſi à Kal. Ian. numeres, anno DCCLVII. Hallucinatur itaque Scaliger in Animaduer. ad annum Euſebij MMXIX, bifariam. Primùm quod Herodis mortem collocari dicit in Euſebiano Chronico ad annum MMXIX. Nam & ipſe è directo anni MMXX mortem illam poſuit. Secundò quòd ab Euſebio metachroniſmum dicit eſſe commiſſum annorum trium. Verùm ſi ineunte anno Iuliano XLIX mortuus eſt Herodes, & anno quarto Olymp. CXCV, Auguſti XLVII: metachroniſmus erit annorum ſaltem quatuor. Nam Herodem anno Iuliano XLV periiſſe, nouem menſibus ante Natalem Dionyſianum in eâdem Animaduerſione ſcribit Scaliger.

B Abſurda eſt autem Euſebiana illa putatio, quæ in annum Iulianum XLIX mortem Herodis coniicit, cum anno LI Archelaus relegatus fuerit; quem nouem annis imperaſſe cum Ioſepho cenſuit. Præterea quid ἀνιστόρητον magis, quàm Herodis initium cum Ioſepho in eum annum includentem, quo Antigonus eſt occiſus, eundem annum Iulianum duodecimum facere? in quo triennio fallitur. Nam Agrippa & Caninio Coſſ. Herodes cum Soſio Antigonum vicit, Iuliano IX. ab eóque non XXXVII anni, ſed XXXIV Herodis putantur, authore Ioſepho. Quare ſex annis, ſeptémve ſolidis labat Euſebij Chronologia. Non minus aberrant, qui XXXVII Herodis annos ab Actiaca pugna deducunt, Iuliano XV; ita vt obitus eius in Iulianum LII, vel LIII incurrat, æræ Dionyſianæ ſeptimum, vel octauum: cùm Archelaus anno Iuliano LI relegatus ſit. Sed nec Herodes ab Actiaca pugna, vel potiùs ab anno primo Actiaco, qui illam proximè ſecutus eſt, regni ſui primordium cœpit, vt in Animaduer. ad Epiph. oſtendimus. Cæteri ferme Chronicorum, & Annalium Scriptores, qui vnius anni, vel biennij προχρονισμὸν C in æra Dionyſiana non obſeruarunt, in conſignando Herodis obitu ſecum & cum hiſtoria conflictantur. quorum è ſuperioribus caſtigandus eſt error.

Refellitur Euſebij ſententia.

pag. 124.

Inquiritur in Nouæ Chronologiæ ſententiam de Herodis initio.

CAPVT III.

AT *Noua, veraque Chronologia* longius etiam infra metas Euſebianas Herodis mortem ſummouet; nempe in annum Chriſti vulgarem ſeptimum. Etenim XXXVII Herodis annos exiſtimat non à primo eius initio deducendos, quo rex à Senatu Antonij, & Cæſaris opera renunciatus eſt: ſed à poſteriore, quando Hieroſolyma capta ſunt: qui eſt annus Iulianus nonus. à quo putati XXXVII anni deſinunt in annum Iulianum XLVI, Vrbis verò DCCLIV, qui eſt primus æræ Dionyſianæ. Sed author annum Vrbis exeuntē intelligit ante Palilia, vt ſit an-
D nus Chriſti ex cōmuni putatione II, quo ad Aprilem vſque in curſu erat annus V. C. DCCLIV Varronianus, & iniit DCCLV. Cùm autem annos V ſuperuacuos in Faſtos irrepſiſſe credat, hic annum illum æræ communis ſeptimum appellat. quo etiam contigit eclipſis Lunæ maxima, Februarij XX, hora vna ante noctis medium; Sole in fine Aquarij verſante. quam quidem digitorum facit 21, 18'. Verùm quod noua hæc opinio argumento illo nitatur, annorum V, qui in vulgaribus Faſtis abundant; adeóque de ſerie annorum eximantur; nequaquam probari à nobis poteſt; qui hanc coniecturam ſcimus eſſe falſam, & ſuo loco pleniſſimè refellimus; ſingulis, quæ ad eam adſtruendam ab erudito viro proferuntur, excuſſis, penitúſque conuictis. Quinetiam ſecum ipſe confligit illius author, qui XXXVII Herodis annos orſus ab anno Tabularum Capitolin. DCCXXVI, (Iulianus is nonus eſt) deſinere dicit in annum V. C. DCCLIII, quo Iulianus iniit XLVI, Chriſti verò pri-

C. CXLIX.

mus. Detractis annis v, cadet in vi æræ Chriſtianæ. Atqui ſeptimo dicit Herodem obiiſſe. Vno igitur plus numerat. Denique Chriſtianam æram confert A
Cap. iv. in annum Tab. Capit. DCCXLVIII. Ergo ſeptimus iniit exeunte anno DCCLIII, vſque ad Palilia; quibus DCCLIV initium habuit. Si igitur Herodes regnare cœpit anno DCCXVI, annos XXXVIII ſolidos regnauit : certè XXXVII ſuperauit. Sed hoc παρόραμα leuius ſit. Illud minimè concedendum ; aut annis quinque mutilandos eſſe Faſtos. quod ſeparatim poſteà demonſtrabitur. aut Herodem anno Chriſti ſeptimo ex hac vita ſublatum. quod tanto antè
C. cxlix. contigiſſe tot hactenus rationibus euicimus. Nam quòd Lunæ defectionem aliam negat circa Paſchæ feſtum per illa tempora commiſſam : id ex ſuperiori deſcriptione ſatis refellitur. Quamuis porrò Luna non tota per id tempus defecerit;
Ioſephus lib. xiii. Orig. cap. viii. ſed dimidia duntaxat parte diametri ; nihil hoc obeſſe debet: cùm Ioſephus lunam ſimpliciter defeciſſe ſcripſerit.

De Caio & Lucio Cæſaribus eorûmque tempore. Vnum ſupereſt ex eodem Ioſepho petitum argumentum, quo Herodis obitum tardius, quàm à nobis ſit, collocandum eſſe idem ille pugnat. Id eſt eiuſmodi. B
Herode mortuo, Romam profectus eſt Archelaus, vti regnum Iudææ ex patris teſtamento ratum ab Auguſto ſibi fieret. Eius rei cauſa conſilium amicorum Auguſtus habuit : quos inter nepoti ſuo Caio Cæſari ex Agrippa & Iulia nato principem locum dedit, quem prius adoptarat. Hæc Ioſephus lib. II, cap. III. Illîc, συνῆγεν τοὺς φίλους, ait, σὺν οἷς καὶ Γάϊον τὸν Ἀγρίππου μὲν, καὶ Ἰουλίας τῆς αὐτοῦ θυγατρὸς υἱὸν, ποιητὸν δὲ αὐτοῦ γεγονότα, πρῶτον δὲ καθεδούμενον παρέλαβε. *Amicos conuocauit. inter quos Caium Agrippa & Iulia filia ſua natum, quem adoptauerat, adhibuit; principem ei locum attribuens*. In lib. I de Excidio, πρώτως ἐκάθισεν : *primo loco ſedere iuſsit.* Hinc apparet Caium per id tempus non ſolùm grandiorem ; ſed etiam maiori aliqua dignitate præditum fuiſſe : ac proïnde tùm id videtur contigiſſe, cùm iam Conſulatu perfunctus in Orientem cum ſumma poteſtate mitteretur. Conſul verò fuit Caius anno ab V.C. Tab. Capit. DCCLIII, Iuliano XLVI, Chriſti I. Ergo ſequente anno, cùm in procinctu iam ad profectionem eſſet, diſceptationi illi interfuit, ac propemodum præfuit, cùm XX annum exceſſiſſet. Quocirca mortuus eſt Herodes anno ipſo Iuliano XLVII, Chriſti II, & propter quinquennium ſuper- C
uacaneum, anno Chriſti VII, Iuliano verò XLII. Quippe Iulianum primum quadraginta duntaxat annis ante æram Chriſtianam ſtatuit : vti ſuprà diximus.

Hæc minimè neceſſaria ſunt : & alioqui bellè ad ſententiam noſtram illius temporis acta congruunt. quorum ſummam ex Dione, Suetonio, Velleio, & Ancyrano lapide colligemus. Anno ab V.C. Varroniano DCCXXXIII, Iuliano XXV, Auguſtus Iuliam filiam ſuam Agrippæ in matrimoniũ dedit. Anno DCCXXXIV, Iuliano XXVI, Coſſ. M. Appuleio Nepote, P. Silio Nerua, natus eſt Caius Cęſar. Anno DCCXXXVI, Iuliano XXIX, C. Furnio, C. Iunio Silano Coſſ. natus eſt Lucius Cæſar Cai frater. quos Auguſtus adoptauit. Anno DCCXLII, Iuliano XXXIV, M. Valerio Meſſala, P. Sulpicio Quirino Coſſ. Agrippa moritur, & Iulia Tiberio Liuiæ filio collocatur. Anno DCCXLVIII, Iuliano XL, C. Antiſtio Vetere, D. Lælio Coſſ. Auguſtus, vt Cai, & Lucij puerorum audaciam comprimeret, Tiberio Tribunitiam poteſtatem in quinquenniũ dedit, eique mandauit Armeniam. At is priuignorum ſuorum offenſionem veritus in Rhodum inſulam ſeceſſit : ibiq; ſeptem annis delituit. Caius Cæſar decimum quartum iam egreſſus annum virilem togam ſumpſe- D
rat, cum profectus eſt Tiberius; vti Velleius indicat. Auguſtus vt Caium ſuo tirocinio deduceret in forum, Conſulatum XII ambiuit, authore Suetonio. Anno itaque DCCXLIX, Auguſto XII, L. Cornelio Sulla Coſſ. Iuliano XLI, Caius Cæſar ab auo ſuo deductus eſt, eique Conſulatus in quinquennium deſtinatus eſt. Anno DCCLII, Iuliano XLIV, Auguſtus Conſulatum XIII cum Plautio Siluano geſſit, à ſe ideo petitum, vt Lucium Cæſarem, itidem vt Caium fecerat, ſumpta virili toga deduceret. qui ſimiliter Conſul deſignatus eſt poſt annos quinque. Hæc Suetonius, & Ancyranum monumentum. Eodem anno Iuliam filiam impudicitiæ compertam Auguſtus relegauit. Idem & Naumachiam edidit. Anno DCCLIV, Iuliano XLVI, Chriſti I, Caius Cæſar cum L. Aimilio Paulo Conſul fuit, annos natus amplius viginti. Anno DCCLVI, Iuliano XLVIII, L. Ælio Lamia, M. Seruilio Gemino Coſſ. Tiberius poſt ſeptennij ſeceſſum è Rhodo inſula Romam, Auguſto

A permittente, rediit. Lucius Cæſar in Hiſpaniam ab Auguſto miſſus Maſſiliæ morbo periit. Anno DCCLVII, Sex. Ælio Cato, C. Sentio Saturnino Coſſ. Iuliano XLIX, Chriſti IV, Caius Cæſar in Lycia moritur, poſt menſes XVIII quàm Lucius frater obierat; vt refert Suetonius: poſt annum fermè; vt Velleius. Sed apud hunc fœdiſſimum eſt mendum, quod miror etiam in emendatiſſimis codicibus reſediſſe. Velleij verba: *Diu reluctatus, inuitúſque reuertens in Italiam, in vrbe Lyciæ (Limyrum nominant) morbo obiit: cùm ante annum fermè quinquageſimum Cæſar frater eius Hiſpanias petens, Maſſiliæ deceſſiſſet.* Scribe, *cum ante annum fermè L. Cæſar*, &c. Auguſtus nepotibus amiſſis Tiberium adoptauit.

Hæc illis, quos nominaui, teſtibus comperta ſunt. Cætera non perinde certa: quo anno Caius cognitioni illi de teſtamento Herodis interfuerit: tùm quo in Orientem profectus ſit. Keplerus lib. de anno Natali Chriſti, cap. X fusè hanc hiſtoriam digerit; ſanè probabiliter. Caium itaque cenſet deſignatum iam Conſulem anno Iuliano XLII, priuſquam in Prouincias proficiſceretur, adhibitum ab B Auguſto ad priuatum conſilium amicorum, & conſeſſum, cùm de Archelao & Herodis teſtamento iudicare vellet. Inde quod erat anni XLII reliquum, ac ſequentem XLIII in obeundis prouinciis conſumpſiſſe. demùm anno XLIV Romam reuerſum, paulo pòſt in Orientem eſſe cum exercitu profectum, vt contra Parthos bellum gereret, addito ei M. Lollio rectore. Qui cùm in Chium, vel Samum veniſſet, eius ſalutandi gratia Tiberius è Rhodo venit. Porrò Caius nunquam deinceps in Italiam rediit: adeóque Conſulatum geſſit abſens; vt ex Suetonio idem Keplerus oſtendit. Ad hunc modum ordinata Cai Cæſaris hiſtoria, cùm ſuperiore illa, quam approbauimus, de Herodis obitu, & Archelai ſucceſſione ſententia pleniſſimè congruit.

Atenim ex Archelai relegatione vir eruditus argumentatur, vt quinquennij προχρονισμὸν Dioni ac Ioſepho imputet. Nam Ioſephus lib Orig. XVIII, cap. III ſcribit Quirinium eodem tempore Archelai poſt relegationem bona in fiſcum redegiſſe, & cenſum peregiſſe, anno poſt victum Antonium ad Actium triceſimo ſeptimo. Annus Actiacæ pugnæ eſt Iulianus XV. Additis XXXVII conſurgit annus C Iulianus LI, Vrbis conditæ Varronianus DCCLIX, Coſſ. M. Æmilio Lepido, L. Arruntio, quibus Archelaum relegatum eſſe Dio refert lib. LV. Atqui cenſio illa, prædiorúmque deſcriptio, quam à Quirinio per idem tempus inſtitutam eſſe Ioſephus affirmat, non alia videtur eſſe, quàm cuius Dio meminit ad annum Vrbis conditæ DCCLXVI, qui eſt Iulianus LVIII, L. Munatio, & C. Silio Coſſ. Hoc enim anno ſcribit Auguſtum prædiis tam vrbanis, quàm ruſticis cenſum, ac tributum indixiſſe: ad idque varias in partes cenſitores allegaſſe. Nouæ Chronol. cap. ccxxxi

Verùm ex Dionis Hiſtoria manifeſtum eſt longè diuerſam fuiſſe poſtremam hanc cenſionem, & ἀπογραφὴν ab ea, quam in Palæſtina Quirinius exercuit. Hæc enim breui tempore facta; imò ne perfecta quidem. Cùm enim Auguſtus vt ærario ſuccurreret, viceſimam hæreditatum, ac legatorum penſitari iuſſiſſet anno illo Vrbis conditæ DCCLIX: poſteaquam id moleſtiſſimum eſſe comperit, aliud tributi genus per ſpeciem indixit; vt poſterius hoc grauati, prius vltrò reciperent. Igitur in vrbana prædia, ac ruſtica penſionem tranſtulit; anno ab Vrbe condita DCCLXVI, L. Munatio, & C. Silio Coſſ. miſitque qui priuatorum, ac ciuitatum D fortunas deſcriberent. Sed cùm id longè altero viſum eſſet intolerabilius: quod ille, vti dixi, prouiderat, ad viceſimam reditum eſt. Itaque ſtatim hæc bonorum cenſio, nouúmque penſationis genus abrogatum eſt.

Scaligeri de Herodis exceſſu ſententia refellitur.

CAPVT IV.

DE Herodis exceſſu Scaliger hoc in libro iſta definit. Iudæos imprimis refert, annos regum ſuorum à Niſan ordiri ſolitos, poſtea ſub Simone Pontifice ab Iiar putare cœpiſſe. Quare cùm Herodes à Senatu rex declaratus fuiſſet cyclo Lunæ XIX: tamen Ioſephus non orditur annos eius ante Niſan, aut Iiar cycli primi. Porro regnauit annos ſolidos XXXVII, vt Ioſephus aſſerit, ex quo rex à Senatu declaratus eſt; XXXIV verò, captis à

Soſio Hieroſolymis: deceſſit ante Iiar, qui princeps menſium fuit, Ioſephi tempore: vnde proximo Iiar annus Herodis XXXVIII initurus erat, qui reuera XXXIX numerari debuit à diebus æſtiuis. Nam cùm Herodes cyclo XIX rex à Senatu renunciatus ſit, huius tamen primum annum nonniſi à cyclo I putare Ioſephus incipit. Hæc Scaliger; quorum hæc eſt ſententia: Herodem regem eſſe declaratum anno Periodi Iulianæ 4674, Iuliano VI, cyclo Lunæ XIX, poſt Iiar: ideò primum eius annum à Ioſepho non numerari ante Iiar anni 4675, Iuliani ſeptimi; cyclo I, à quo primus regni proceſſit. Mortuus eſt autem anno Periodi Iulianæ 4713 cyclo I ante Iiar. Proinde ab Iiar anni 4674, ad Iiar anni 4713, annos propemodum XXXIX ſolidos expleuerit. Quare vno anno Scaligeri ratiocinia fallunt, dum XXXVII ſolidos ab Iiar anni 4675 ad Iiar anni 4713 numerat. Sunt enim XXXVIII abſoluti. neque tricesimus nonus Herodis reuera initurus erat ab Iiar anni 4713, ſed quadrageſimus; quod quiuis animaduertere poteſt. Itaque ex iſta Scaligeri ſententia, Herodes XXXIX annos prope ſolidos regnauerit, quod eſt abſurdum. Quod autem ad nouam illam epocham anni Iudaici ſpectat ab Iiar inchoatam, huius firmamenta, quæ ex Ioſephi perperam acceptis teſtimoniis petebantur, antea conuellimus. Oſtendimus nunquam Ioſephum annorum primordium ab Iiar menſe cœpiſſe. de quo vide caput LIII de Haſamonæo Simoone libro proximè ſuperiori. Nam quis illud perſuadeat, poſtquam Herodes Romæ rex à Senatu renuntiatus eſt, annum fere ſolidum extra ſummam iacuiſſe; nec ante vertentem annum regni illius tempus ab Iiar ſequente computari cœpiſſe? Vana iſta ſunt, & commentitia. Præterea quod ex Archelai nouem annis argumentatur, contra ipſum facit. Neque enim anno Iuliano LIII relegatus eſt Archelaus; ſed LI, vti ſuprà demonſtrauimus ex Dione. Quare triennio ſummouendus erit obitus Herodis in Iulianum XLII, ſi Ioſephum, ac Dionem audire volumus. Nam ſolidos nouem annos imputat Archelao Ioſephus, ac decimo ineunte regno ſpoliatum eſſe dicit. δεκάτῳ δὲ ἔτει τῆς ἀρχῆς Ἀρχελάου, ait ille lib. XVII cap. XV. *Decimo anno ineunte principatus Archelai.* Similiter argumentatur ex annis Philippi fratris Archelai; quem Ioſephus viceſimo anno Tiberij mortuum eſſe refert, (mendoſè pro XXII,) poſtquam annos XXXVII imperaſſet. Obiit ſub aduentum Vitellij, anno Iuliano octogeſimo primo; cum antecedente anno Iuliano octogeſimo, Vitellius Conſulatum cum Fabio Priſco geſſiſſet. Deductis annis XXXVII Philippi de LXXXI, reliqui ſunt anni XLIV abſoluti circa Herodis exceſſum, & initium Philippi, adeóque anno XLV Iuliano ineunte, mortuus eſt Herodes.

Verùm Conſulatus Vitellij atque Priſci nequaquam ad annum Iulianum LXXX, ſed LXXIX conuenit in Varroniana ſupputatione, quam Scaliger adhibet; nimirum in annum Vrbis DCCLXXXVII. Nam primus Iulianus eſt Varronianus DCCIX ab Vrbe condita. Eodem porro anno Iuliano LXXIX deſiit annus Tiberij XX, & iniit XXI. Cùm igitur Vitellius poſt Conſulatum in Syriam profectus ſit, & ſub eius aduentum Philippus obierit, anno id Iuliano LXXX, vel ſequenti neceſſe eſt accidiſſe, Tiberij circiter XXII. Nam ſi viceſimo mortuus eſt, Iuliano videlicet LXXVIII, vel ſequenti, ante aduentum Vitellij deceſſit. atque hoc modo ratio temporum cum iis, quæ de Archelao ſunt dicta, congruet; vt Iuliano XLII Philippus inierit. Sin poſt aduentum Vitellij Philippus obiit; neceſſe eſt amplius ipſum XXXVII annis regnaſſe. Præſertim cùm in Ruffini Latina interpretatione Philippus regnaſſe legatur viginti duos annos: vt appareat mendum in numeros irrepere potuiſſe. Præterea ſi verum eſt quod coniectatur Scaliger, Ioſephum annorum epochas ab Iiar menſe ſumpſiſſe; & eorum regnum, qui poſt Iiar cœperint, annum primum ab Iiar ſequente numerare, nullum ex annis Philippi opinioni ſuæ præſidiũ poteſt arceſſere. In quo ſingularis eſt inconſtantia. Nam Herodis annum primum putari cœptum aſſerit ab Iiar anni Iuliani proximè illum ſequentis, quo rex à Senatu conſtitutus erat; propterea quod Iiar menſium erat initium. at cùm de Philippi annis agit, decreti ſui immemor, ab ipſomet anno, quo mortuus eſt Herodes, & Philippus ipſe Tetrarcha factus vna cum Archelao, vtriuſque repetit exordium. Atqui longè poſt Iiar ambo illi, ex teſtamento patris, ab Auguſto Tetrarchias obtinuerunt. Eſt enim ea res in conſeſſu Romæ ab Auguſto diſceptata aliquot ſaltem poſt Herodis obitum menſibus: poſt Iiar certè: ante Auguſti

A verò iudicium neuter Tetrarcha fuit, quod de Philippo potiſſimum dici conuenit. Quare ſecundum Scaligerianam coniecturam, primus illius annus anno vertente poſt mortem Herodis iniit. atque hoc pacto, licet & XXII Tiberij, & anno XXXVII regni ſui expleto mortuum putemus Philippum; nihilominus Herodis mors in annum Iulianum XLII non XLV incurret. Sed vt vana eſt ſuſpitio illa Scaligeri de Iiar menſium principe; ita veriſimile eſt horum alterutrum; vt vel ante Vitellij aduentum Philippus obierit; vel plures quàm XXXVII annos præfuerit. Poſtremò Ioſephi teſtimonio Scaliger abutitur in Archelai relegatione ſuo tempore conſignanda. Scribit enim Ioſephus l. XVIII, c. III Quirinum Archelai bona in fiſcum redegiſſe anno triceſimo ſeptimo poſt Antonij cladem ad Actium, τριακοστῷ, καὶ ἑβδόμῳ ἔτει μετὰ τὴν Ἀντωνίου ἐν Ἀκτίῳ ἧτταν ὑπὸ Καίσαρος. Contigit victoria hæc anno Iuliano XV. Igitur triceſimus ſeptimus ab ea cœpit anno Iuliano LI, non LIII. Fruſtra igitur in vtraque editione Operis huius Ioſephum in partes trahere conatus eſt Scaliger, vt ex eius mente conficeret, Herodem anno Iuliano
B XLV deceſſiſſe. Quare in Euſebianis Animaduerſionibus Ioſephum hallucinationis damnare maluit; quòd Herodem XXXVII annos regnaſſe ſcribat, ex quo à Senatu rex appellatus eſt; Cn. Domitio, C. Aſinio Coſſ. Sed vt facile eſt Ioſepho dicam erroris impingere; ita reum peragere, ac conuincere perdifficile eſt: cùm Dionem præſertim adſtipulatorem, & aduocatum habeat; ac reliquæ temporum περιστάσεις cum eius authoritate mirificè conſentiant.

De Herodis genere, & vtrum Idumæus fuerit, atque alienigena dici potuerit. Scaligeri & Caſauboni error.

CAPVT V.

MVLTAS, ac præclaras opportunitates habet illa quæſtio qua de Herodis genere, natalibus, & conditione diſputatur; quæ ad illuſtrandum Natalis Dominici tempus, & Iacobei oraculi ſenſum explicandum non parum conducit. Accedit quod & in Euſebianis Animad-
C uerſionibus, & aliis in libris ſæpe eſt à Scaligero pertractata. qui cùm veterum Patrum authoritatem, & conſenſionem in Herode alienigena pronunciando nimis audacter eleuet, aſperiúſque caſtiget, viſa mihi res digna eſt, quam hoc loco, in quo de exceſſu Herodis agitur, peculiari diſputatione perſtringerem. Genus itaque primùm Herodis ingentem habet controuerſiam; quod alij Aſcalonitam; Idumæum alij eſſe ſentiant. Prioris ſectæ author eſt Africanus vetus Scriptor, qui ad Ariſtidem ſcribens, vt eſt apud Euſebium lib. I Hiſt. cap. VII, narrationem quandam expoſuit, quam à certis hominibus, Iudæis, & Chriſti Domini cognatis acceptam prodidit. Herodem igitur aiebant δεσπόσυνοι iſti (ſic enim appellantur, quaſi *Dominicos cognatos* dixeris, non *heriles*, vt interpretatur Caſaubonus) Antipatri fuiſſe filium Aſcalone nati, & Apollinis æditui; cuius etiam pater Herodes vocatus ſit, auus Antipas. Antipatrum deinde ferebant ab Idumæis captum, ac diutius moratum, ibidem filium genuiſſe, quem de patris
D ſui nomine appellauit Herodem. Vixit in Idumæa perdiu cum Herode filio ſeruiens Antipater. quòd eius pater Herodes præ inopia τὰ λύτρα perſoluere non poſſet. Tandem à popularibus ſuis Aſcalonitis ſtipe collata redemptus, in patriam reuertit. Ex eo contigit, vt Herodes ab aliis Idumæus, ab aliis Aſcalonita vocaretur. Pòſt Antipater cum Herode filio proſelytum ſe fecit, ac circunciſus eſt. Hæc Africanus ex fide τῶν δεσποσύνων quibus & aſſentitur. Africanum ſine vlla dubitatione ſecutus eſt Euſebius, qui eandem hiſtoriam pleniſſimè perſcribit; Ambroſius; ac cæteri ferè poſt Euſebium.

Aſcalonitam veteres ſcribunt.

Ioſephus verò multum ab hac narratione diuerſus abit. Sic enim de Herodis ſtemmate lib. XIV refert. Imprimis capite ſecundo, ſcribit Antipatrum Herodis patrem; qui & Antipas antea nominatus eſt, Antipæ filium, Idumæum genere fuiſſe locupletem, & manu ſtrenuum. Huius pater Antipas ab Alexandra Idumææ Præfecturam obtinuit. Antipater verò Herodis parens in ciuili ac dome-

Ioſephus Idumæum.

ſtica illa fratrum diſcordia, ſe ad Hyrcanum adiunxit. Mortuo Ariſtobulo, & Hyrcano reſtituto, Antipater (quod Ioſephus cap. XIV narrat) in Ægypto Cæſarem adiuuit, ab eóque Procurator eſt Iudææ factus. Qui mox Herodem filium Galilææ præficit. Ita paulatim euectus Herodes tandem regnum ab Romanis accepit. A

Quod & probabilius.

Hæc Ioſephus. Cuius mihi ſententia longè alteri præferenda videtur. Nam illa nullum certum & idoneum habet authorem; ſed obſcura, incertáque traditione nititur, ab iis accepta, qui ſe Chriſti Domini cognatos eſſe iactabant. Quamobrem Africanus ipſe, tametſi veram hanc narrationem eſſe non dubitet, non aliam tamen eius originem indicat, quàm ἄγραφον illam παράδοσιν. quæ quidem cupidè à Chriſtianis propter Herodis odium excepta eſt, poſteríſque commendata. Accedebat ad eius authoritatem & fidem opportunitas illa; quod ita demùm explicari poſſe Iacobeum illud vaticinium putarent; ſi quàm-maximè peregrinæ ſtirpis, & originis haberetur Herodes; atque ab Iudaico genere prorſus alienus. Aſcalonitam itaque, quàm Idumæum eſſe maluerunt. quòd iſti Iudaicum in nomen ac populum inſiti, Iudæi cenſeretur: illi αὐτόχρημα Gentiles. At aliorum extremè contraria ſententia fuit; qui Herodem ἄνωθεν Iudæum, & à Iudæis illis oriundum eſſe dixerunt, qui Babylone conſtiterant; & quidem de tribu Iuda. quod à Nicolao Damaſceno in Herodis gratiam confictum, & à Ioſepho repudiatum, mirum eſt Torniello probari potuiſſe. Nos Ioſepho libentius aſſentimur; & Idumæum Herodem fuiſſe defendimus. B

Hoc verò conſtituto, feruida illa recentiores inter pugna ſupereſt; eáque non vnis capitibus, ſed integris voluminibus agitata; ecquid alienigenam vel ἀλλόφυλον Herodem rectè Patres omnes appellauerint. Nam Scaliger in Animad. Euſebianis ad annum MDCCCLXXXIII, pertinaciſſimè contendit alienigenam dici nullo modo potuiſſe, quòd Idumæus eſſet: Idumæi autem omnes, ex quo Ioannes Hyrcanus Iudæorum Pontifex ac princeps illos edomuit, circuncisione accepta, ad Iudæos aggregati ſint, authore Ioſepho lib. XIII, cap. XVII. Proinde cùm Herodes Proſelyti eſſet filius, Iudæus, non alienigena dici debuit. Hoc Scaligeri decretum fuſiſſimè Caſaubonus propugnat Exercitat. I ad Annales Baronianos, Num. III, eodem, quo ille, fretus argumento, quòd alienigena dici non mereatur, qui Iudæus, hoc eſt circunciſus ſit. At ex aduerſo veterum Patrum opinionem Serrarius noſter contra Scaligerum tuetur in Opuſc. de Herode, cap. XV; vbi ſuperiorem illam, & à nobis improbatam Africani, Euſebiique traditionem adſtruit; Herodem patre Aſcalonita, non Idumęo, natum eſſe. proinde gentilem cum patre primùm; mox cum eodem circunciſum fuiſſe. Nos Ioſephum veriora de Herode mandaſſe ſcriptis, quàm Africanũ putamus. Sed eo poſito, reliqua omnis controuerſia, quę vtrimq; ab illis, quos dixi, acerrimè diſputatur, in verbi potiùs, quàm rei conflictione poſita mihi videtur. Quod vt euidentius oſtendã, primùm illud conſiderari volo, quid cauſæ veteres illi Patres habuerint, vt alienigenam Herodem in omni ferè de eo mentione nominarent. Eiuſmodi enim illa videlicet fuit. Cùm inter omnes cõſtaret, prædictionis illius ab Iacobo Patriarcha editæ, Gen. XLIX, hunc eſſe ſenſum: cùm primùm dux atq; princeps vel è tribu Iuda, vt pleriq; ſentiunt; vel è Iudaico populo; hoc eſt Iudæus, & indigena, atq; ex Iacobi ſtirpe propagatus, deficere cœpiſſet, tunc Meſſiam affuturum: hoc ipſum in Herode, quo regnante natus eſt Chriſtus, contigiſſe non dubitarunt. qui de Iſraëlitica ſtirpe nequaquam ſatus, eo ipſo peregrinæ ſtirpis, & alienigena, quod ad Iacobi mentẽ, & oraculi illius ſententiam attinet, habebatur. Quem ſi, vt communis fert opinio, Aſcalonitam fuiſſe velimus, erit iſtud ad opinionem illam, & vaticinij interpretationem ſanè commodiſſimum. Sin, vt Ioſephus perſuadet, Idumæus fuit, nihilo tamen ſecius ad eundem Iacobæi vaticinij ſenſum pertinere videbitur; quatenus tunc venturus eſſe Meſſias dicitur, quando principes alieni, & intruſi, hoc eſt è peregrina ſtirpe procreati, ſceptrum occupauerint. Quocirca nihil ad quæſtionem intereſt, ſiue à Gentilibus oriundum dixeris Herodem, ſiue à Proſelytis, & Idumæis. Sed in ea caſtigandi ſunt Scaliger, & Caſaubonus, quòd nimis peruicaciter alienigenam vocari non potuiſſe pertendunt. Neque hoc eo ſolùm dicimus, quod Proſelytorum filij etiam Proſelyti vocarentur, vt aduerſus Scaligerum demõſtrat Serrarius: neque quod Proſelyti tametſi religione Iudæi cenſerentur, in pleriſque tamen de-

A teriori iure eſſent, quàm Iudæi cæteri. quod idem commonſtrat. non iis, inquam, de cauſis amborum illorum reprehendenda pertinacia eſt; atq; antiquorum authoritas vindicanda: verùm ideo præſertim, quòd alienigena is ex Patrum inſtituto iure nominatur, cuius maiores aliunde, quàm ab Iſraële, ſiue Iacobo originem traxerunt. Quare aliud eſt origine eſſe Iudæum, &, vt Paulus κτ᾽ ἀλλοφύλων Proſelytorum loquitur, Iudæum ex Iudæis; aliud θρησκείᾳ, & religione. Herodes poſteriore illo modo Iudæus fuit; priore non item; ſed alienigena. Nam quod opponitur à Caſaubono de Chriſtianorũ appellatione, in qua nullum inter eos, qui à Chriſtianis orti ſunt, & qui ad fidem conuerſi, diſcrimen agnoſcitur, alieniſſimum eſt. Fiunt enim non naſcuntur Chriſtiani: Iudæi naſcebantur, & fiebant. Quare nullum in prioribus diuortium originis eſt; in Iudæis vel maximum. Proinde rectè à Patribus ἀλλόφυλος, & alienigena vocatur Herodes; hoc eſt οὐ προσήκων Ἰουδαίοις τὸ γένος, vt loquitur Euſebius VIII de Demonſtr. peregrinæ ſtirpis & originis. etſi non eidem aſſentimur, dum gentilem illum vocat, quem Idumæum fuiſſe veroſimilius B eſt, adeóque circunciſum.

Quo ſenſu alienigena dicatur Herodes.

De Auguſti obitu & ætate: & initio Tiberij. Tum de Lunæ ac Solis defectionibus, quæ per illud tempus accidiſſe memorantur.

Capvt VI.

CERTISSIMIS characteribus inſignita eſt Auguſti mors, ac Tiberij exordium, qui neminem paululum in hiſtoria verſatum aberrare ſinant. Nam & Conſules anni illius fideliter notati ſunt à Suetonio, Dione, ac cæteris. Mortuus eſt enim duobus Sextis, Pompeio & Apuleio Coſſ. qui in annum incurrunt Vrbis DCCLXVII Varronianum, Iulianum LIX, Per. Iul. 4727, æræ Dionyſianæ XIV. Qui idem annus C cœleſti quoque nota munitur lunaris defectionis, quam paulo poſt eius mortem accidiſſe teſtis eſt Tacitus lib. I, & Dio lib. LVII. Ea conſpecta Pannonicas legiones vehementi ſeditione cõcitatas ita terruit, vt paulatim ſedatę ad officium redierint. Accidit eclipſis illa anno, quem dixi, communis æræ XIV, cyclo Lunæ XV, Solis XXIII, Septemb. XXVII, feria V hora V matutina, ſcrup. poſt eam 10′ in Horizonte Lutetiæ. Digitorum fuit 19, 30′ fere. Durauit horas 3, 46′. Cœpit obſcurari hora 3, 17′. Immerſa eſt verò penitus in vmbram hora 4, 21′. Emergere cœpit hora 5, 59, oriente Sole. Itaque in ipſo defectu occidit Luna. Euſebius in Chronico ad annum Auguſti LVI, Abraami MMXXIX, Olympiadis CXCVIII primum, Solis defectionem contigiſſe memorat, quando mortuus eſt Auguſtus. Sed & Dio lib. LVI inter prodigia, quæ Auguſti mortem anteceſſerunt, Solem totum defeciſſe narrat. At Euſebius vno anno Auguſti anteuertit obitum. Si quidem adiectis ex methodo ad Euſebianum numerum annis 2696, conficet annus Per. Iul. 4725, quo cœpit annus Abraami MMXXIX. Proinde anno 4726 mortuus erit Auguſtus. Obiit autem anno 4727. Mercator anno illo, quo mortuus eſt Auguſtus, Sextis duobus D Coſſ. Solem defeciſſe putat, anno Nabonaſſari DCCLX, Sole in gradu 6, 15′ Tauri poſito. Eſt hic annus Chriſti XIII. Sed eo ipſo nulla neque Romæ, neque in Galliis, aut Hiſpaniis Solis defectio facta eſt. Nam Nouilunium verum Romæ hora viceſima fere poſt mediam noctem diei Aprilis XXVIII contigit; hoc eſt hora 19, 49′. vna hora poſt occaſum Solem. qui tùm ex Pariſinis tabulis vero motu ad Tauri gradum 5, 44′ peruenerat. Quocirca cùm nulla Solis defectio neque anno illo, quo mortuus eſt Auguſtus; neque antecedente viſa ſit; vel Dio falſus eſt, vel inuſitatus aliquis pallor ſideris & obſcuritas defectionis ſpeciem intuentibus præbuit: quemadmodum ſub Iulij Cæſaris necem accidiſſe ſuprà docuimus.

Paulus Foroſempronienſis Parte II Paulinæ, lib. XIII, eclipſin illam confert in annum æræ vulgaris XVII. Tùm enim Februarij XV, meridie circiter, Sol in Aquarij gradu XXVI defecit. Hanc etiam *Nouæ, ac veræ Chronologiæ* author amplectitur. Sed Paulus anno ipſo, quo defecit Sol, obiiſſe credit Auguſtum. Hic

Pauli Foroſempron. opinio. C. CXLVII.

autem, biennio pòſt, nempe Chriſti XIX. Vtrumque verò Romanis Annalibus, A
atque hiſtoriæ repugnat. Nam Sextis Conſulibus omninò mortuus eſt Auguſtus. Horum verò Conſulatus poſt C. Iulij Cæſaris V, & M. Antonij Conſulatum quinquageſimus octauus eſt; ſiue annus ab editione Iuliana LIX. Atqui Iulianus primus eſt quintus & quadrageſimus ante Dionyſianam epocham. Proinde mors Auguſti in XIV annum incidit æræ Chriſtianæ. Hæc partim in antecedentibus capitibus authoritate veterum, & Aſtronomicis obſeruationibus adſtructa ſunt: partim in ſequentibus iiſdem momentis veritatis aſſerentur. Ac ſi ſolius Dionis de Solis defectione tanti eſt teſtimonium; vt, quoniam in eum annum, qui ex reliqua omni Romanorum Annalium & hiſtoriæ fide neceſſariò conſequitur; nulla Solis eclipſis incidit; ideò contra tot authoritatum ac rationum pondera; contra omnem vetuſtatis memoriam quidam animum obfirment; & in quem maxima Solis defectio conueniat, alium ſibi putent annum eſſe quærendum: cur non vel eodem ratiocinandi genere concludamus, eum potius retinendum videri; in quem cætera cùm eiuſdem Dionis; tum aliorum maioris, quàm Dio, vetuſtatis, authoritatiſque Scriptorum teſtimonia concurrant? Etenim idem ille qui ante B
Auguſti mortem defeciſſe Solem aſſerit Dio, paulo poſt eandem idipſum paſſam quoque Lunam refert; & qui temporibus illis vicinior fuit, Tacitus affirmat. Iiſdem, inquam, Coſſ. quibus deceſſit Auguſtus, hoc eſt Sextis duobus; non longè poſt Auguſti obitum, in Pannonia Lunæ defectionem accidiſſe ambo illi Scriptores memoriæ prodiderunt. Conſulantur iam aſtronomicæ tabulæ; & annorum aliquot plenilunia computentur. quod nos ab anno Chriſti XIII ad XIX fecimus. Nullum ex iis annis inuenies, qui obſeruationis illius fidem exſoluat. Anno certè XVII, quem Paulus aſſerit, plenilunium eclipticum Ianuarij vltimo, & Iulij XVII contigit. Neutrum poſt Auguſtum menſem, quo Octauianus obiit. Anno verò ſequenti Chriſti XVIII, Ianuarij XX, maxima Lunæ defectio facta eſt, digitorum penè 22, hora 5, 12′ à media nocte in Pannonia. Sed vt anno XVII mortuus ponatur Auguſtus, illam oporteret eodem anno eſſe commiſſam, non ſequenti: quoniam iiſdem, vti dictum eſt, Coſſ. eclipſis iſta contigit, quibus exceſſit Auguſtus. C

At anno Chriſti XIX, quem *Noua Chronologia* vindicat, Luna Ianuarij IX, & Iulij VI defecit: adeóque nihil ad hiſtoriam vtrauis pertinet. Itaque nullus Auguſti morti præfiniri poteſt annus alter, quàm XIV: cùm in eo comprehendatur eclipſis illa, quam breui poſt Auguſti mortē interuallo Tacitus & Dio contigiſſe teſtantur.

Cap. CCLVII. Atenim verum fuiſſe Lunæ deliquium negat *Chronologia noua* ex vnius Taciti verbis. Primùm quod *æris ſono, tubarúmque concentu* perſtrepuiſſe milites ſcribit, & *prout ſplendidior, obſcuriórve*, lætos, vel mœſtos fuiſſe. At cùm Luna paulatim tenebris obducitur, non ſubinde ſplendidior, vel obſcurior euadit. Verùm, id quod nos oculis ipſis vſurpauimus, etiam in ipſa caligine Luna veluti conflictans aliàs magis ac minus obſcurari cernitur: quod & ab eruditis Aſtronomicis obſeruatum legimus. Alterum argumentum nihilo validius eſt: quæ à Tacito interim geſta narrantur, XXXIX dierum ſpatio, quod inter Auguſti mortem, & eclipſin intereſt, non potuiſſe perfici. Potuit verò, vt ex hiſtoriæ contextu facilè quiuis animaduertet. D

Accedant ad ſuperiora omnia ſequentium Imperatorum tempora, quæ & ipſa cœleſtibus obſeruationibus munita ſunt: imprimis verò Claudij, Neronis, & Domitiani, Adriani, Antonini, & aliorum deinceps; de quibus poſtea dicetur. Horum verò omnium initia cum Auguſti ac Tiberij exitu conſerta ſunt; vt labante altero, alterum titubare, ac totam cum eo Romanam hiſtoriam vacillare neceſſe ſit. Poſtremò vt de Auguſti Imperatoris ætate pauca dicantur,

Ætas Auguſti. Dio ſcribit Auguſtum annis vixiſſe LXXV, menſibus X, diebus XXVI. Natum enim eſſe XXIII Septembris, poſt Actiacum verò prælium annis XLIV, minus XIII diebus imperaſſe. Suetonius mortuum dicit LXXVI ætatis anno, minus V, & XXX diebus. quod Dioni congruit. Natus eſt Auguſtus IX Kalend. Octobris, id eſt, XXIII Septembris, anno Vrbis DCXCI, Cicerone, & Antonio Coſſ. qui eſt Periodi Iulianæ 4651. Mortuus eſt anno Periodi Iulianæ 4727, Auguſti XIX. Interuallum anni LXXVI, minus diebus XXXV. Ita quidem ſi vt illo, quo mortuus eſt, ita

quo

A quo natus eſt anno, Iuliana anni forma, idémque contextus menſium fuiſſet. Verùm September ille, quo natus dicitur Auguſtus, in Iunium, aut Iulium hodiernum circiter cadebat. Proinde ſeptuageſimum ſextum annum ſupergreſſus eſt Auguſtus; vt rectè demonſtratum eſt à Scaligero. Sed Hiſtorici plebeio more, & ἰδιωτικῶς ſic loquuntur, quaſi idem perpetuò tenor annorum fuerit. Ex iis exactam annorum imperij rationem potes ſubducere; ſiue à nece Iulij; ſiue à Triumuiratu; ſiue ab Ægypto in poteſtatem redacta. Nam finis in anno Iuliano LIX; æræ communis XIV fixus eſt. initium aut in Iuliano ſecundo ab Eidibus Martiis; aut à Conſulatu; quem in Panſæ locum, XIV Kalend. Septembris iniit, anno Iuliano III, cum collega Q. Pedio: aut à V Kalend. Decembris eiuſdem anni, quo Triumuir factus eſt.

B *De initio Tiberij Cæſaris. Inquiritur in nouam doctorum virorum ſententiam, qui Tiberium ante Auguſti mortem annis aliquot imperare cœpiſſe putant. Ea verò refellitur. De Proconſulari dignitate eiuſdem Tiberij, quam citra principatum habuit.*

CAPVT VII.

TIBERIVS Auguſto mortuo imperium adeptus eſt, anno, vt probatum eſt, Vrbis conditæ DCCLXVII, Iuliano LIX. Obiit anno V. C. DCCXC, Iuliano LXXXII, Cn. Acerronio Proculo, C. Pontio Coſſ. XVII Kalend. Aprilis. Imperauit igitur annos XXII, dies CCIX, qui ſunt menſes ferè ſeptem. Obiit ætatis anno LXXXVIII.

Nouæ Chronologiæ Scriptor contra communem hiſtoriam biennio ſpatium illud mutilandum eſſe pugnat. Tiberium enim poſt Auguſti mortem circiter XXI annis imperaſſe: ante mortem eiuſdem, duobus ferè. Quod eo argumento præſertim approbat; quia biennio ante mortem Auguſti Tiberio Proconſulare imperium vniuerſim, & abſolutè datum eſt, lege per Coſſ. lata, *vt prouincias cum Auguſto communiter adminiſtraret, ſimulque cenſum ageret*: vt ſcribit Suetonius cap. XXI. idque triennio poſt Varianam cladem accidiſſe memorat. At Variana clades accidit C. Poppæo Sabino, Q. Sulpicio Camerino Coſſ. anno ab Vrbe condita Varroniano DCCLXII, qui eſt annus reuera Chriſti IX; at *Nouæ Chronologiæ*, XIV. Proinde anno Vrbis conditæ DCCLXV, Chriſti XII; *Nouæ autem Chronologiæ* XVII, Tiberius in communionem imperij eſt aſſumptus, Germanico Cæſare, & C. Fonteio Coſſ. In quo Suetonius nonnihil & à ſeipſo, & à Velleio diſcrepare videtur. Scribit enim cap. XVIII proximo anno poſt cladem Varianam repetitam eſſe à Tiberio Germaniam. Igitur anno Chriſti X. Tum cap. XX, *A Germania*, inquit, *in Vrbem poſt biennium regreſſus triumphum quem diſtulerat egit*, &c. Ergo anno Chriſti XII. Subiicit cap. XXI. *Ac non multo poſt, lege per Coſſ. lata, vt prouincias communiter adminiſtraret, ſimulque cenſum ageret, condito luſtro, in Illyricum profectus eſt. Et ſtatim ex itinere reuocatus, iam quidem affectum, ſed tamen ſpirantem adhuc Auguſtum reperit.* Videtur his poſtremis verbis indicare, paulò ante mortem Auguſti Tiberium in conſortium imperij Proconſularis adſcitum fuiſſe. Atque ita cenſet Cappellus Diſſertat. de Tempore Paſſ. Chriſti. Sed nihil hoc neceſſe eſt. Legem quidem ipſam à Coſſ. ſtatim poſt triumphum latam eſſe demonſtrat. Triumphauit Tiberius anno, vt putat Suetonius, tertio poſt Varianam cladem, Vrbis DCCLXV, quod & Sigonio viſum. At is tertius eſt ante obitum Auguſti. Suetonius verò ſignificat non multò poſt triumphum lata lege commune cum Auguſto in prouincias imperium illi eſſe decretum; ac ſtatim condito luſtro in Illyricum abiiſſe: quo ex itinere nunciata Auguſti morte reuocatus eſt. Quamobrem inter legem latam, & conditum luſtrum, biennij ferè interuallum fuit: quod Suetonius compendio ſcribens omiſerit. Ita ab errore, pugnáque vindicari poteſt. Luſtrum autem anno imperij poſtremo condidit Auguſtus: vt idem Suetonius oſtendit.

C, D (section markers in margin)

Cap. CCXLVIII.

Pag. 75.

Iam verò Paterculus legem eandem ante triumphum eſſe latam aſſerit, dum refert poſt Varianum caſum, *cùm S. P. Q. R. poſtulante patre eius, vt æquum ei ius in omnibus prouinciis exercitibúſque eſſet, quàm erat ipſi, decreto complexus eſſet, in Vrbem reuerſum* Tiberium *iampridem debitum, ſed continuatione bellorum dilatum ex Pannoniis Dalmatiſque egiſſe triumphum.* Tametſi nonnihil à Suetonio diſcrepet Velleius, non magnum tamen hoc diſſidium eſt. Nam fieri poteſt, & verò probabile eſt, eodem vt anno, quo triumphauit Tiberius, ſed ante triumphum, (Nam Velleij, qui eorum ſpectator fuit, potior eſt fides) ſummum illud imperium ſit adeptus. A

Cappelli opinio repudiata. pag. 80.

Antonius Cappellus Diſſertatione de anno Paſſionis Chriſti, cap. v, ex Velleio & Dione colligit Tiberio decretum hoc imperium M. Lepido, Statilio Tauro Coſſ. qui eſt annus V. C. DCCLXIV, Iulianus LVI, Chriſti XI, ante mortem Auguſti quartus; octauus autem ab adoptione. quæ, vt ſuprà capite II diximus, anno contigit ab V. C. DCCLVII, Iuliano XLIX. Sic enim diſputat: Dio lib. LVI ſcribit Tiberium M. Æmilio Lepido, Statilio Tauro Coſſ. ædem Concordiæ ſacraſſe, qui eſt ſecundus poſt cladem Varianam. Teſtatur autem Suetonius anno ab ea clade ſecundo triumphaſſe Tiberium. Velleius porro imperium ante triumphum illi delatum. Quare annus acti triumphi, & dedicati Concordiæ templi octauus eſt ab adoptione: adeóque Tiberius quatuor annis cum Auguſto tenuit imperium. B

Sed vnius anni error eſt in illius ratiociniis. Nam Suetonius aſſerit anno proximo poſt cladem Varianam, hoc eſt V. C. DCCLXIII, Dolabella & Silano Coſſ. Tiberium in Germaniam eſſe profectum: & poſt biennium triumphum egiſſe. Proinde Coſſ. Germanico & Capitone, hoc eſt anno V. C. DCCLXV, tertio ante mortem Auguſti triumphauit, & eodem imperium illud in prouincias par & æquale cum Auguſto ſortitus eſt. Cui Sigonius & Pighius aſſentiunt. Quod ad Dionem attinet; ſcribit is Tiberium Q. Sulpicio Camerino, & C. Poppæo Sabino Coſſ. Romam ex Illyrico veniſſe, re feliciter geſta, & cùm triumphum acturus eſſet, audita clade Germanica deterritum fuiſſe. Poſtea ſubiicit: anno ſequenti Tiberium ædem Concordiæ ſacraſſe, inſcripto ſuo, & fratris Druſi nomine. Tum iſta: Μάρκου δὲ Αἰμυλίου μετὰ Σταπιλίου Ταύρου ὑπατεύσαντος, Τιβέριος μὲν καὶ Γερμανικὸς ἀντὶ ὑπάτου ἄρχων εἰς τε τὴν Κελτικὴν ἐσέβαλον, &c. *M. Æmilio, & Statilio Tauro Coſſ. Tiberius & Germanicus, cui pro Conſule erat imperium, impreſſionem in Germaniam fecerunt.* Hæc non eiuſdem anni ſunt, cuius Templi dedicatio, vt putauit Cappellus: ſed inſequentis. Nam Dio Coſſ. nomina prætermiſit anni inter Varianam cladem & Tiberij expeditionem interiecti, quo Tiberius ædem Concordiæ ſacrauit. Fuerunt autem Coſſ. P. Cornelius Dolabella, & C. Iunius Silanus. Quocirca probabilius eſt anno V. C. DCCLXV, æræ Chriſtianæ XII, Iuliano LVII, tertio ante mortem Auguſti, Tiberium imperio illo lege eſſe donatum. Nec ab eo diſſentit Tacitus, vt Cappellus exiſtimat. Etenim compendio Auguſti geſta relegens, poſt Cai, & Lucij Cæſarum mortem, in Tiberium Neronem ait *cuncta vergere cœpiſſe, filium, collegam imperij, conſortem Tribunitiæ poteſtatis adſumptum, omníſque per exercitus oſtentatum.* Quæ non eodem tempore annóve facta omnia; ſed paulatim, breui ſumma colligit Tacitus: neque verò par illud Auguſto imperium in prouincias & exercitus nominatim exprimit. C

Nouum imperij Tiberiani primordium expenditur.

Cæterùm de anno illo communicatæ cum Tiberio ſummæ ab Auguſto poteſtatis ideo diligenter ab Heruuarto primùm; tùm à Cappello diſputatur, quod nouum inde principatus, atque imperij Tiberiani primordium arceſſant. Sed Heruuartus, qui Tiberio totidem, quot vulgò tribuuntur; hoc eſt XXIII annos ferè vindicat, biennio duntaxat ante mortem Auguſti initium illius anteuertit: adeóque poſt obitum Auguſti, XXI fere imperaſſe ſtatuit; & biennium inde ſuperfluum è Faſtis expungendum eſſe defendit. Cappellus verò poſt obitum Auguſti XXIII annos imperaſſe Tiberium: ſed antea quatuor cum illo communiter in imperio tranſegiſſe. vt in totum annis ſex & viginti cum ſeptem ferè menſibus imperarit. quemadmodum Clemens Alexandrinus I Stromateo ſcripſit. D

Harum opinionum prior nulla ratione poteſt conſiſtere. Nam, vt benè contra illam Cappellus argumentatus eſt, Tiberius ante obitum Auguſti quindecies Tribunitiæ poteſtatis fuerat, & in decimo ſexto eius anno mortuus eſt Auguſtus: poſt obitum Auguſti, XXXVIII exegit Tribunitiæ poteſtatis annos. Docent hoc vete-

A res numi Adolphi Occonis. In his enim Tribunitia poteſtas ad XVI vſque, Tiberio Auguſti filio adſcripta legitur. A decima ſexta, Diui Auguſti filio inſcribi deinceps incipiunt: & ad XXXVIII propagantur. Quod argumento eſt, decimumſextum Tribunitiam poteſtatem obtinente Tiberio Auguſtum eſſe mortuum. Sanè Tribunitiæ collega poteſtatis aſſumptus eſt ab Auguſto primùm Tiberius anno V.C. DCCXLVIII, Iuliano XL: vt ſuprà diximus. Hanc in ſeceſſu Rhodio quinquennium tenuit: poſteáque biennio priuatus ibidem conſtitit. Mortuis Cæſaribus Auguſti nepotibus, anno V.C. DCCLVII, Iuliano XLIX, Ælio Cato, & Sentio Coſſ. adoptatus ab Auguſto eiuſdem Tribunitiæ conſortium poteſtatis accepit. Hic eſt vndecimus annus ante illum, quo Auguſtus exceſſit, nempe Iulianum LIX. Quare fiunt in totum anni Trib. Pot. ſedecim: ita vt decimoſexto labente mortuus ſit Auguſtus. Detractis de XXXVIII annis, quindecim ſolidis, reliqui ſunt XXIII. Ergo Tribunitiam poteſtatem ter & vicies poſt exceſſum Auguſti Tiberius inſtaurauit. atque adeo totidem fere imperauit annos.

B Altera verò Cappelli ſentētia in eo primùm minimè placet; quod vno anno communicati ab Auguſto in prouincias & exercitus imperij tempus anteuertit. Tùm quod ex obſeruatione illa cōſequens vterq; putat; id verò, probari nullo modo poteſt; ſummū, & αὐτοκρατορικὸν ius in Rempublicam Romanam Tiberij ante Auguſti mortem inchoari: aut à Scriptore vllo ſeriò, ac citra librariorum vitium ſiue plures tribus & viginti, vt Cappellus exiſtimat: ſiue totidem, à biennio ante mortē Auguſti numerari. quod Heruuartus amplectitur. Fateor quidem pleraq; ſummi imperij, & poteſtatis, hoc eſt, vt Græci dicunt, τῆς βασιλείας ornamenta imprídem in Tiberium collata fuiſſe: ſed eiuſmodi fere, quæ citra ampliſſimum faſtigium aliis cōceſſa ſunt; quos nemo ideo Imperatores Romanos appellet. Sunt hæc, opinor, Tribunitia poteſtas, & Proconſulare in prouincias, atq; exercitus imperiū. De tribunitia poteſtate dubiū non eſt, quin permulti cōpotes eius fuerint, qui Imperatores nullo modo cenſentur: vt Agrippa: vt tanto antè, quàm imperaret, ipſe Tiberius. De proconſulari dignitate ita ſentit Heruuartus, ſummæ in Tiberio poteſtatis etiam Auguſto ſuperſtite indicium hoc eſſe, quod iam tum Proconſul nominatus inuenitur. Hunc enim titulum abſoluti imperii partem eſſe, atque ab Imperatoribus cum imperio pariter aſſumptum, res eſt omnibus nota. Verùm ne hæc quidem appellatio perpetuò cum principatu coniuncta fuit. Multi, inquam, Proconſularem dignitatem citra imperium adepti ſunt. Germanicus Druſi F. adoptatus à Tiberio nunquam Imperator fuit, neque Romanos inter Imperatores refertur. Et huic ipſi tamen Proconſulare imperium, Tiberio poſtulante, Senatus detulit. Tacitus lib. I. qui & lib. II refert anno ab V.C. DCLXX, C. Cœlio, L. Pomponio Coſſ. permiſſas eidem prouincias à Senatu, *quæ mari diuiduntur, maiuſque imperium quoquò adiſſet, quàm his, qui ſorte, aut miſſu principis obtinerent.* Sed & aliis nonnullis, vt ad ſpem imperij, ſucceſſioniſque certiſſimam; ita priuſquam Imperatores & Auguſti forent, idem honor eſt habitus. Quod autem Tiberius Auguſto viuente Imperium, hoc eſt ſummum principatum & abſolutum minimè conſecutus ſit, docet imprimis illa poſt Auguſti mortem Liuiæ ſolicitudo, quæ Tiberio abſente *acribus cuſtodiis domum & vias ſepſit, donec Tiberius aduenifſet. ac tum ſimul exceſſiſſe Auguſtum, & rerum potiri Neronem fama eadem tulit.* Hæc Tacitus. Mox: *Primum facinus*

Proconſularis dignitas citra imperium data.

D *noui principatus fuit, Poſtumi Agrippæ cædes.* Tum: *Sex. Pompeius, & Sex. Apuleius Coſſ. primi in verba Tiberij Cæſaris iurauere.* Nondum igitur Imperator, princépſue creatus erat Tiberius. alioqui neque metuendi cauſam haberet Liuia: neque nouum principatus exordium caperetur: neque *nouus* deniq; *principatus* appellaretur. Quin illa Tiberij cunctatio, & imperij per ſpeciem in Senatu detrectatio nihil aliud oſtendit. *Nam Tiberius* (ait Tacitus) *cuncta per Conſules incipiebat, tanquam vetere Republica, & ambiguus imperandi. ne edictum quidem, quo Patres in Curiam vocabat, niſi Tribunitiæ poteſtatis præſcriptione poſuit ſub Auguſto acceptæ.* Ad extremum *feſſus clamore omniū, expoſtulatione ſingulorum, flexit paulatim, non vt fateretur ſuſcipi à ſe imperium, ſed vt negare, & rogari deſineret.* Poſtremò Pannonicarū legionum ſeditio ex laſciuia militum ortum habuiſſe dicitur: cùm Iunius Blæſus *fine Auguſti, & initiis Tiberij auditu, ob iuſtitium, & gaudium intermiſiſſet ſolita munia.* Suetonius cap. XXIV. *Principatum quamuis neque occupare confeſtim, neque agere dubitaſſet, & ſtatione militum, hoc eſt vi, & ſpecie domi-*

Cap. IV. *Cap. V.*

nationis aſſumpta, diu tamen recuſauit. Apparet Auguſto demum mortuo principatum, A
& abſolutum imperium, ac dominatum obtinuiſſe Tiberium. Hoc ipſum validiſſimè firmat, quod narrat in Adriano Spartianus: vbi de M. Aurelio Antonino Philoſopho, & L. Vero loquens: *Hi ſunt*, inquit, *qui poſtea duo pariter Auguſti primi Remp. gubernauerunt.* Item in Ælio Vero patre. *Eius filius eſt Antoninus Verus, qui adoptatus eſt à Marco. Verus certè cum Marco æquale geſſit imperium. Nam ipſi ſunt, qui primi duo Auguſti appellati ſunt; & quorum faſtis Conſularibus ſic nomina præſcribuntur, vt dicantur non tantùm duo Antonini, ſed duo Auguſti. tantúmque huius rei & nouitas, & dignitas valuit, vt faſti Conſulares nonnulli ab his ſumerent ordinem Conſulum.* In Antonino denique Philoſopho: *Tuncque primùm* (ait) *Romanum imperium duos Auguſtos habere cœpit.* Hæc ſatis eſſe poſſunt ad nouam ſententiam refellendam. Nam quòd Tiberius par Auguſto in prouincias, & exercitus imperium nactus eſt; quam Proconſularem dignitatem interpretantur; non ex eo princeps, & Imperator, Auguſtúſve conſalutatus eſt. Ad id enim præterea neceſſe fuit, vt in Vrbe, ac domi idem honoris ac poteſtatis faſtigium haberet. quod Auguſto mortuo, non anteà conſecutus eſt. Suetonius cap. XXVI. *Prænomen quoque Imperatoris, cognoménque Patris patriæ, & ciuicam in veſtibulo coronam recuſauit: ac ne Auguſti quidem nomen, quanquam hereditarium, vllis, niſi ad reges ac dynaſtas epiſtolis addidit.* B
Quamobrem numorum ac lapidum inſcriptiones ad XVI vſque Tribunitiam teſtatem, Tiberium Auguſti F. deinceps etiam Auguſtum nominant. Quæ cùm ita ſint, Tiberij principatus ab Auguſti morte conſenſu omnium incœpit; ac XXIII duntaxat annos, minus aliquot menſibus tenuit. Ab eâdem epocha decimus quintus à S. Luca putatur annus, quo labente, Geminis duobus Coſſ. baptizatus eſt à Ioanne Chriſtus. Quantum porro docti homines aberrarint, qui hunc annum XV à priore Tiberij principio numerandum eſſe cenſuerunt, vt in eundem Paſſio Saluatoris incidat; libro XII demonſtrabitur.

De initio, & imperio Cai Caligulæ, déque Conſulatibus eiuſdem.

CAPVT VIII. C

TIBERIO Cæſare XVII Kal. Apr. mortuo, eodem anno Chriſti XXXVII, C. Cæſar Caligula ſucceſſit, anno Per. Iul. 4750, Vrbis DCCXC. Coſſ. Cn. Acerronio Proculo, & C. Pontio Nigrino. Hic præter annos tres, menſes præterea decem imperauit, & octo dies, authore Suetonio. Dio menſes IX, dies XXVIII numerat. Obiit IX Kal. Febr. anno Vrbis DCCXCIV, Per. Iul. 4754, Chriſti XLIV, C. Cæſare Auguſto IV, Cn. Sentio Saturnino Coſſ. vti Scriptores conſentiunt.

Nec aſſentior viro docto, qui in *Noua Chronologia*, cap. CCL, Caium exiſtimat biennio tantùm ſolido, cum excurrentibus menſibus imperaſſe. Quod imprimis ille ex Auſonio probare nititur; qui in Cæſaribus Cai tempus ita perſtringit:

Tertia finit hiems graſſantia tempora Cai.

Neque enim exactè totum imperij tempus verſu comprehendere potuit Auſonius. Itaque cum Tiberio XXIII ſolidos aſſignaſſet, qui viceſimum tertium non expleuit; Caio tres tantummodo dedit. Totidem enim ſolidos, & vertentes imperauit. Sic idem Auſonius Tito tres annos tribuit. D

Ter dominante Tito, cingit noua laurea Ianum.

Quem tamen conſtat annos duos, ac totidem menſes imperaſſe. Fruſtra igitur ἀκρίβειαν hac in re à poëta requirit: ex eóque Scriptores antiquos, ipſúmque adeo Suetonium caſtigat. Nam & Authores plerique in regum, aut Imperatorum annis enumerandis, excurrentes vltra ſolidos annos menſium reliquias omittere ſolent: aut etiam pro annis integris habent.

Obiicitur Suetonij locus in Claudio, cap. VII: vbi in primo Conſulatu Claudium ſcribit ſortitum eſſe de altero Conſulatu in quartum annum. At primus Conſulatus Claudij incurrit in annum Chriſti XXXVII, quo mortuus eſt Tiberius. Igitur ſecundus incidit in XLI. Vulgò in XLII. Sed is eſt quintus annus, non ſe-

A cundus. Quocirca cùm anno altero, quàm occiſus eſt Caius, Conſul II Claudius fuerit, conſequens eſt Caium anno Chriſti XL deceſſiſſe. Atqui Suetonius non dicit illo ipſo anno, quo mortuo Tiberio Conſulatum primum obtinuit Claudius, ſortitum hunc eſſe de ſecundo. ſed ἀορίστως de honoribus eidem, adhuc ſuperſtite Caio, delatis capite iſto loquitur. Quos inter hic fuit, vt in quartum annum Conſul deſignaretur. Quare ſortitio illa anno XXXVIII Chriſti contigit, vel XXXIX.

Sed de Cai & Claudij Conſulatu primo, ac de reliquis Cai nonnulla quæſtio eſt. Scribit Suetonius in Caio: *Conſulatus quatuor geſſit: Primum ex Kalendis Ianuariis per duos menſes: Secundum ex Kalendis Ianuariis per triginta dies: Tertium vſque in Idus Ianuarij. Quartum vſque in* VII *Eidus eaſdem. Ex omnibus duos nouiſſimos coniunxit.* Ita in cuſis veteribus. At ſcripti quidam: *Primum ex Kalendis Iuliis*: &c, *Secundum ex Kalendis Iuniis.* Ita in ſuo codice notauit Guilelmus Peliſerius Montiſpeſſulani quondam epiſcopus. Et ita legendum videtur, ſaltem quod ad primum Conſula-
B tum attinet. Nam Dio lib LIX ſcribit eo anno, quo mortuus eſt Tiberius, Proculo, & Nigrino Coſſ. decreuiſſe Senatum vt abrogato Conſulibus Magiſtratu, Caius Conſul fieret. Sed id recuſaſſe Caium: atque expleto ſemeſtri ſpatio, ad quod tempus creati Conſules illi fuerant; tùm demum Caium cum Claudio patruo ſuo Conſulatum cepiſſe, quem duobus menſibus, diebus XII geſſit. Itaque primum vterque Conſulatum anno Chriſti XXXVII Iulio menſe iniit, & ad Septembrem vſque perduxit. Anno ſequenti Dio Conſules ponit M. Aquilium Iulianum, & P. Nonium Aſprenatem, qui & in Faſtis Siculis leguntur, & apud Caſſiodorum. Sed & Frontinus de Aquæductibus libro primo hos Coſſ. anno imperij Cai altero, Vrbis conditæ DCCXC tribuit. Onufrius autem pro eo quod Suetonius ait duos Cai Conſulatus coniunctos, id eſt continuatos fuiſſe, poſt Conſulatum primum Cai, ſecundum eiuſdem poſuit, Apronio Cæſiano collega. Huic Aquilium, & Aſprenatem ſubiicit. Nam ſi ante illos iſti collocentur, non duos, ſed tres Conſulatus coniunxit Caius. Onufrium hac ex parte Læuinus Torrentius ſe-
C quitur. Quod autem ex eo conſequens ſit duos etiam primos Conſulatus à Caio continuatos; excipit ille primum Conſulatum non ordinarium fuiſſe: ideóque duos tantùm coniunxiſſe, nimirum ordinarios. Hoc verò nihil ad rem pertinet. Nam cùm Suetonius quatuor Conſulatus geſtos à Caio ſcribat, nec vllum ordinariorum, vel ſuffectorum diſcrimen inſtituat; cùm ita ſubiicit, eundem ex omnibus duos coniunxiſſe; ſine dubio tam ex ordinariis, quàm ex ſuffectis duos iſtos nominatim excipit.

Eiuſdemmodi eſt Nouæ Chronologiæ ratio, quæ Conſulatum ſecundum Cai ſuffectum, non ordinarium facit, anno Chriſti XXXIX poſt Conſulatum Aquilij, & Aſprenatis. Hoc modo tres ex omnibus continuaſſe dicendus eſt. Mihi Suetonius aut ita ſcripſiſſe; *ex omnibus tres nouiſſimos*; aut erraſſe videtur. Quare ita ſtatuo; poſt Conſulatum I Cai & Claudij ſucceſſiſſe anno ſequenti Iulianum & Aſprenatem. Inde tres à Caio Conſulatus eſſe continuatos; quorum poſtremus iniit à Kalendis Ianuariis anni Chriſti XLI. Ab anno Chriſti XXXVII, Martij XVI, quo mortuus eſt Tiberius, ad annum XLI, & Ianuarij XXIV, quo die Caius occiſus eſt; anni ſunt ſolidi III, menſes X, dies VIII, vel IX. At Ioſephus ſupra trien-
D nium, menſes octo: ſed Ruffinus ſex reddidit. Suetonius natum illum facit Germanico ipſius patre, & C. Fonteio Capitone Coſſ. qui eſt annus Vrbis conditæ DCCLXV, Chriſti XII. Vixiſſe porro nouem & viginti annis; hoc eſt inchoaſſe viceſimum nonum; qui cœpit ex Prid. Kalend. Septembris, anni Chriſti XL.

Noua Chronologia refellitur.

A

De Claudij, ac Neronis initio. Suetonius explicatur. Veteres item Inſcriptiones, nec non Seneca, & Plinius caſtigantur, & illuſtrantur.

CAPVT IX.

CLAVDIVS Cæſar eodem, quo Caius periit, anno cepit imperium. cuius initium, præter Romanorum Faſtorum, & Conſulatuum argumentum, cœleſtis etiam characteris obſeruatione firmatur: nimirum defectione illa Solis, quam Dio lib. LX incidiſſe ſcribit, M. Vinicio II, & Statilio Coruino Coſſ. ipſis Auguſti Kalendis, hoc eſt natali die Claudij: quam cùm antè præuidiſſet, ne id vulgus in religionem oménq; traheret, edicto denunciauit. Erat hic annus quintus Claudij. Par enim Coſſ. illud quintum à Conſulatu Caij, & Saturnini fuit. Contigit autem neceſſariò defectio iſta Solis anno Chriſti XLV, cyclo Lunæ VIII, Solis XXVI, litera Dom. C. Kal. Aug. feria V. B
Ex Pariſinis tabulis Nouilunium ἀκριβὲς hora 9, 56′, tempore phyſico, poſt mediam noctem Kal. Aug. Apparens hora 8,52′. Sol in Leonis 6, 21′. Cœpit deficere hora 8,24′. Deſiit hora 9,47′. Fuit digitorum 3, 40′. ac tenuit horas 1,23′, motu apparente. Ex hac certiſſima temporis nota demonſtratur initium Claudij anno Chriſti XLI conuenire, non XLIII, vt Annales vulgati, ac Chronologiæ cenſent; quorum inde labem corrigas. Solinus præterea cap. II refert C. Pompeio Gallo, & Q. Veranio Coſſ. anno Vrbis conditæ octingenteſimo primo, ſeptimam & ducenteſimam Olympiadem actis publicis annotatam eſſe, quos Iphiti numerat annos DCCCXXV. Solinus Capitolinorum Faſtorum epocham ſecutus eſt, quæ Varroniana vno anno moratur. Qui igitur octingenteſimus primus Vrbis annus putatur, octingenteſimus ſecundus eſt Varroni, idémque nonus Claudij; quo cœpit Iphiti DCCCXXV, ſiue primus Olympiadis CCVII. Proinde ſi anno Claudij nono cœpit annus Olympiadis ducenteſimæ ſeptimæ primus, & Vrbis DCCCI Varronianus; primo eiuſdem Imperatoris iniit Vrbis DCCXCIV: ac primus Olympiadis CCIV. quod anno Chriſti XLI conſentaneum eſt. Clemens Alexandrinus C
lib. I Strom. ex vetere Chronologo putat annos à morte Alexandri ad Claudij primordium, CCCLXV. Hunc vno anno aberraſſe Scaliger exiſtimat; propterea quod Thoth à morte Alexandri eſt CCCCXXV Nabonaſſari. vnde annus CCCLXV erit DCCLXXXIX Nabonaſſari. Atqui Claudius cœpit anno Nabonaſſari DCCLXXXVIII, Mechir XV. Sed nullus error eſt in veteri illo Chronologo. Nam Chriſti anno XLI, ſiue Per. Iul. 4754, iniit annus à morte Alexandri trecenteſimus ſexageſimus quintus; nec non ſeptingenteſimus octuageſimus nonus ab initio Nabonaſſari. Quare tametſi Chronologum illum demus à Thoth Ægyptiaco annos ſuos exordiri, quemadmodum Thoth primus à morte Alexandri non ille cenſetur, qui mortem illius anteceſſit; ſed qui conſecutus eſt, ceciditque in XII Nouembris anno 4390 Per. Iul. ita trecenteſimus ſexageſimus quintus Thoth à morte Alexandri eſt ille, qui eodem anno Iuliano cœpit, quo ad imperium Claudius eſt euectus. Vnde Chronologo veteri ratio temporum conſtat. Moritur Claudius III Eid. Oct. Aſinio Marcello, Acilio Auiola Coſſ. vt refert Suetonius: qui eſt annus Vrbis DCCCVII, Iulianus XCIX; æræ Chriſtianæ LIV. Imperauit ergo annis D
XIII, menſibus VIII, diebus XX, quot & Dio computat, & Clemens, Alex. loco citato; niſi quod XXVIII dies accenſet.

Idipſum & ex eius ætate conficitur. Natus eſt enim Iulio Antonio, Fabio Africano Coſſ. Kalendis Auguſti Lugduni, eo ipſo die, quo primùm ara ibi Auguſto dedicata eſt, ait Suetonius. Hic eſt annus Vrbis DCCXLIV, Periodi Iulianæ 4704, ante Chriſtum decimus. Mortuus eſt ætatis anno LXIV iam inchoato ex Auguſti Kalendis anni Vrbis DCCVII, Chriſti verò LIV. Cùm tot argumentis communis hiſtoria Chronologiáque munita ſit; non debent ab ea nos deducere pauciſſima quædam Scriptorum loca, quæ vel ipſorum imprudentia, vel incuria librariorum aliud, quàm quod eſt receptum vulgò, de huius Imperatoris annis ſignificare videntur. Hoc eo dixerim, quod ex Suetonio ac Tacito quædam vſita-

Explicantur loca quædam, quæ vulgari Chronologiæ aduerſari videntur.

A tæ ſententiæ minus conſentanea proferuntur in *Noua Chronologia*; vt vno anno communes faſti redundare probentur. Quæ res vniuersè alio loco diſcuſſa, hîc interim, quatenus ad Claudij tempus præcipuè ſpectat, breuiter explicabitur.

Suetonius igitur in vita Claudij capite xxvii, ſcribit Britannicum vigeſimo imperij die, ínque ſecundo Conſulatu patris Claudij in lucem editum. At conſtat Claudium ix Kalend. Februarij imperare cœpiſſe. Proinde Februarij xii natus eſt Britannicus: atque adeo anno Chriſti xli, quo imperium iniit Claudius. Ergo Conſulatus eius ſuffectus, non ordinarius fuit. Atqui vulgares Faſti anno xlii, Conſulem ii, & quidem ordinarium ponunt Claudium. Ad hæc Suetonius idem Nerone, cap. vi, Neronem poſt ix menſes natum eſſe ſcribit, quàm Tiberius exceſſit, xviii Kalend. Ianuarij. Ergo anno Chriſti xxxvii. Tacitus verò lib. xii refert Coſſ. C. Antiſtio, M. Suilio, hoc eſt anno Vrbis conditæ dccciii, Neronem à Claudio antepoſitum Britannico biennio maiorem. Igitur anno tertio ab ortu Neronis natus eſt Britannicus: atque ita triennio duntaxat Caius imperauit. Suetonij.

B Reſpondemus ad priorem Suetonij locum quod attinet; ambo iſta quadrare non poſſe, vt & viceſimo imperij die, & in ſecundo Conſulatu Claudij natus ſit Britannicus. Etenim Conſulatus iii Claudij cum ſecundo continuatus fuit, eodem teſte Suetonio cap. xiv; vt de Dione, cæteríſque Annalium Faſtorúmve conditoribus taceam. At is incurrit in annum Vrbis dccxcvi, Chriſti xliii. Ergo ſecundus ad annum pertinet Chriſti xlii. Præterea duos reliquos, qui præter priſtinum à Claudio geſti ſunt, per interuallum, quarto quémque anno contigiſſe refert idem Suetonius. At v Conſulatus conuenit anno Vrbis cõditæ dccciv, Chriſti lii, ante quem quarto anno, id eſt Vrbis conditæ dccc, Chriſti verò anno xlvii, quartus obtigit. Proinde tertius quarto etiam ante hunc anno, Vrbis videlicet dccxcvi, Chriſti xliii incidit: &, quod conſequens eſt, ſecundus anno Chriſti xlii. Emendandus igitur, aut ſanè non audiendus eſt Suetonius.

De Tacito perſpicua res eſt, ipſum à Suetonio diſſentire, & Britannici ortum anteuertere. Non eſt autem nouum iſtiuſmodi Scriptorum in hiſtoria diſſidium. Taciti.

C Rurſus Inſcriptionum veterum authoritate pugnat; in quibus Tribunitiæ poteſtatis v, & Coſ. deſign. iv legitur: quomodo & apud Ioſephum lib. xx Antiq. cap. i extat in reſcripto Claudij. Hinc enim colligit anno ſexto imperij, non ſeptimo Conſulem fuiſſe quartum. Quaſi verò deſignari Conſules in proximum duntaxat annum, & non in plures ſolerent. Itaque anno Claudij v Inſcriptiones iſtæ exaratæ ſunt, quo Tribunitiæ poteſtatis v erat, & in annum tertium deſignatus Conſul. Ac plerumque quadratariorum, vel exſcriptorum culpa fit, vt inſcriptiones veteres mendoſæ ad nos perueniant. Quorum alterum in illa contigit; quæ in Velaunis extare dicitur, & à Grutero deſcripta eſt, TI. CLAVDIVS. CÆSAR. AVGV. GERMANICVS. PONT. MAX. TRI. POTEST. V. IMP. XI. P.P. COS. IV. Sed procul dubio ſcriptum fuit, aut ſcribendum certè, COS. DESIG. IV. Nam huic gemina eſt altera, quæ Romæ in ductu Aquæ Virginis cernitur, TI. CLAVDIVS DRVSI F. CÆS. AVGVSTVS GERMAN. PON. MAX. TRIB. POT. V. IMP. XI. P. P. COS. DESIG. IIII. Eiuſdem generis & alias tres habet Onufrius. Veteres inſcriptores excuſſæ. P. xxxix, 1.

D Quod autem rectè in Faſtis primus Claudij annus, ac reliqui deinceps collocentur, & anno Chriſti xli Caio ſucceſſerit, inde etiam colligas. Sextus Aurelius Victor refert anno Claudij ſexto in Ægæo mari repentè inſulam ingentem emerſiſſe, nocte, qua defectio Lunæ acciderat: eodem etiam anno octingenteſimum Vrbis more celebratum ait. Seneca lib. ii Natur. Quæſt. cap. xxvi, inſulam iſtam Valerio Aſiatico iterum Conſule prodiiſſe ſcribit. Tum lib. vi cap. xxi Theraſiam hanc vocat, quam ætate ſua natam aſſerit. Atqui anno vulgari Chriſti xlvi Luna bis defecit. Primùm Ianuarij xi, hora poſt meridiem 5, 28′ in Horizonte Romæ; (vti Pariſinæ Tabulæ nos docent) hora ferè integra poſt Solis occaſum: ac digitos 8 defecit. Deinde vltimo Decembris: ſiue nocte illa, quæ inter vltimum Decembris, & Kalendas Ianuarias interceſſit. Plenilunium verum ex iiſdem Tabulis contigit Ianuarij i, anni Chriſti xlvi, hora 7, 19′ Romæ: Sole in gradu Capricorni 9, 10′ conſiſtente. Ideo ſub horam 7, 31′ ortus eſt. Fuit hæc defectio maxima, digitorum amplius 21, tenuítque horas 3, 48′. Initium eius hora

5, 25′, finis hora 9, 13′ ſeſquihora ferè poſtquàm occidit. Tota in vmbram immerſa eſt hora 6, 29′, in eáque horam 1, 41′ delituit. Hac igitur ipſa nocte noua inſula prorupit, anno Claudij ſexto, quo adhuc labente, octingenteſimus Vrbis incœpit, Claudio v, & Vitellio Coſſ. Plinius inſulam iſtam Thiam appellat. Sed eandem multo antea prodiiſſe ſignificat: nempe M. Iunio Syllano, & L. Balbo Coſſ. qui eſt annus Vrbis DCCLXXII, quo ſextus Tiberij cœpit. Quanquam & mendoſa eſt Plinij putatio: qui anno quarto Olympiadis CXXXV Theram & Theraſiam emerſiſſe ſcribit. Inter eaſdem poſt annos CXXX Hieram, quæ & Automate. Et ab ea duobus ſtadiis pòſt annos CX Thiam. Annus quartus Olympiadis CXXXIV iniit anno Per. Iul. 4473. Adde annos 240; confiet annus 4713, in quem vulgaris Natalis incidit: ante annos XIX quàm Conſules eſſent Syllanus, & Balbus: quadraginta verò ſex ante verum tempus emerſæ à mari inſulæ. A

Error Plinij, ac Senecæ. pag. 510.

In quo Plinij ac Senecæ non omittendus eſt error. quorum ille Theram inſulam enatam refert anno quarto Olympiadis CXXXV. Atqui longe antiquior eſt: vt ex Herodoto lib. IV, Pauſania in Laconicis, cæteriſque conſtat. quam & Calliſten antea nominatam Cadmus incolis frequentauit. Battus verò Cyrenarum conditor poſtea tenuit. Seneca verò Theraſiam Aſiatico Conſule prodiiſſe ſcribit. Falsò id quidem. Nam & huius inſulæ Strabo lib. x meminit. B

Euſebius in Chronico anno IV Olymp. CCV, Abraami MMLX, anno Claudij IV, *Inter Theram*, inquit, *& Theraſiam exorta eſt inſula habens ſtadia* XXX. Sed in quibuſdam codicibus ad annum Claudij VI id adſcribitur, vt teſtatur Pontacus. Olim ad V poſitum fuiſſe non dubium eſt. Quippe Oroſius lib. VII cap. VI, & Caſſiodorus eidem anno imputant: Vinitio & Quartino Coſſ. Fruſtra igitur ex huius authoritate *Noua Chronologia* laborat annum vnum Claudij imperio detrahere. Nam Euſebium Caſſiodorus ſecutus eſt.

Neronis.

Claudio Cæſari ſucceſſit Nero: imperauitque annos XIII, menſes VIII ferè: vt author eſt Dio. Suetonius paulo minus IX annos. Huius anno quinto defectio Solis accidit: quæ ad dirigendos Annales conducere poteſt. Meminit Plinius lib. II, cap. LXX. *Solis*, inquit, *defectum*, *Vipſanio & Fonteio Coſſ. qui fuere ante paucos annos*, *factum prid. Kalendas Maias Campania hora diei inter ſeptimam*, *& octauam ſenſit.* C
Tacitus iiſdem Coſſ. Solem repente obſcuratum ait, lib. XIV; & Xiphilinus ex Dione. qui addit in mediis ſacrificiis, quæ Agrippinæ cauſa fiebant, totum ipſum defeciſſe: adeo vt ſtellæ conſpicerentur. Sed integram defectionem neque Prutenicæ tabulæ, neque noſtræ repræſentant. Ex his Nouilunium verum deprehenditur Capuæ, in Campania hora 12, 58′ poſt XXX Aprilis tempore phyſico. Apparens verò hora 13, 52′. Sol in gradu Tauri 7 41′. Cœpit defectio hora 0, 39′ à meridie. Deſiit hora 2, 59′. Tenuit horas 2, 20′, tempore apparenti: ac digitorum fuit 9 ferè. Arcus ſemidiurnus eſt horarum 6, 50′. Oritur ergo Sol hora matutina 5, 10′. Vnde inter ſeptimam, & octauam horam inæqualem, & diurnam eclipſis illa contigit in Campania: vt teſtis eſt Plinius. Etenim hora quælibet καιρικὴ tùm æqualium ſcrupula 70′ ferè continebat. Ideò ſumma obſcuratio Capuæ viſa ſub horam diurnam 7, 42′. Ex quo Pariſinarum tabularum illuſtratur fides. Conuenit Vipſanij & Fonteij Conſulatus in annum Vrbis DCCCXII, Iulianum CIV, Periodi Iulianæ 4772, æræ Chriſtianæ LIX, currente Neronis quinto. Nam ſextus à III Eid. Octob. poſtea cœpit. Quocirca decimus tertius Neronis incidit in annum æræ Chriſtianæ LXVI, Iulianum CXI. D

A

De Herodis poſteris, eorúmque temporibus, & iis maximè, quorum in Scriptura mentio.

Capvt X.

IN ſacrorum librorum hiſtoria frequens Herodis poſterorum incidit mentio. Ad hanc igitur ſine labe, & errore percurrendam; tum externam quoque dirigendam, & ab offenſione vindicandam, vtile eſt hoc caput. Nam & veteres nonnulli, vt obſeruat Hieronymus, & illorum caſtigator ipſe; & recentiores aliqui, propter Herodiadum ὁμωνυμίαν, & geſtarum ab iis rerum implicatam ſeriem, alij aliis tolerabilius hallucinati ſunt: grauiſſimè omnium, qui eam paucis abhinc annis quæſtionem accuratiſſimè
B diſputaſſe ſibi viſus eſt, Spalatenſis Epiſcopus lib. iv, cap. i, vbi de Antiochena, Romanáque Petri cathedra diſſerens, ex Actis Apoſtolorum demonſtrare ſtudet, vel nunquam, vel ſerò admodum Petrum adſpiraſſe Romam, ibique ſedem collocaſſe. Qua cum diſputatione connexam Herodis illius, à quo vinctus eſt Petrus, mentionem ſic attigit, vt in ea vehementius errauerit. Quocirca ſtirpem Herodis hoc in capite deſcribemus, authorem ſecuti Ioſephum, qui id vnus accuratiſſimè percenſuit, præſertim lib. xvii, cap. i, & xviii, cap. vii. Herodes nouem vxores habuit, imo decem. Prima fuit Dorcas Antipatri mater. Secunda Mariamme Hyrcani neptis, è qua nati ſunt Alexander, & Ariſtobulus, quos Antipatri calumniis impulſus occidit. filiæ, Salampſo, quæ Phaſaëlo conſobrino Phaſaëli fratris Herodis filio nupſit; & Cyprus, quam duxit Antipater Salomes Herodis ſororis filius. Tertia Mariamme altera Simonis, quam ad ſummum Sacerdotium euexit Herodes, filia, è qua genitus eſt Herodes. Quarta Marthaca Samaritana, quæ Herodem Antipam, Archelaum, at-
C que Olympiadem filiam peperit. Quinta fuit Cleopatra Hieroſolymitana, cuius filij Herodes, & Philippus. Sexta, Pallas, è qua Phaſaëlus. Septima Phædra; cuius filia Roxane. Octaua Elpis; è qua filia Salome. His adiungendæ duæ, quæ liberis caruerunt, nempe fratris filia, & conſobrina. Herodis ergo filij nouem recenſentur. Antipater, Alexander, Ariſtobulus, Herodes i, Herodes Antipas, Archelaus, Herodes iii, Philippus, Phaſaëlus. Filiæ quinque, Salampſo, Cyprus, Olympias, Roxane, Salome. Antipater priuato adhuc Herode genitus Alexandro, & Ariſtobulo fratribus calumniis ſuis exitium attulit. Ipſe poſtea ab Herode vinctus, & paulo ante mortem occiſus eſt. Alexander è Glaphyra Archelai Cappadociæ regis filia liberos ſuſcepit duos; Alexandrum, & Tigranem. quorum iſte Armeniæ regnum obtinuit, & ſine liberis mortuus eſt. ille Tigranem fratri cognominem genuit, qui Armeniæ rex à Nerone factus Alexandrum filium habuit, cui nupſit Iotapa Antiochi Comagenæ regis filia. Ariſtobulus verò quinque liberos ſuſcepit ex Berenice Coſtobari & Salomes filia, mares tres; Agrippam magnum, Herodem, & Ariſtobulum; filias duas, Mariamnem, & Herodia-
D dem. Agrippa, qui Iudææ totius regnum aſſecutus eſt, è Cypro Phaſaëli & Salampſonis F. mares duos, filias tres genuit, Agrippam & Druſum; tum Berenicen, Mariammen, Druſillam. Ex his Druſus adhuc puer moritur. Agrippa verò cum Romanis obſidioni Hieroſolymorum interfuit; quem pater moriens xvii annos natum reliquit. *Ioſeph. lib. xix, cap. vii.* Berenice patruo nupſit Herodi Chalcidis regi. Mariamme Iulio Archelao Chelciæ filio; Druſilla Epiphani Commagenes regis filio à patre deſponſæ fuerant. *Ioſeph. lib. xviii, cap. vii.* Herodes Agrippæ frater, qui & Chalcidis rex poſtea factus eſt, vxorem primùm habuit Mariammen Ioſepho fratre Herodis, & Olympiade eiuſdem filia natam, ex qua genitus eſt Ariſtobulus: qui Salomen Herodis filiam ſaltatricem duxit, ex qua nati ſunt Herodes, Agrippas, Ariſtobulus. Tertius Agrippę frater Ariſtobulus Iotapen Sampſigerami Emeſenorum reguli filiam duxit; è qua Iotapam filiam ſurdam ſuſcepit. Herodias porrò ſoror Agrippæ Herodi primùm nupſit Herodis magni filio ex Mariamme Simonis Pontificis filia, è quo cùm Salomen filiam ſaltatricem genuiſſet, inceſtas & illegitimas cum Herode Antipa

nuptias contraxit. At Salome Philippo nupſit Herodis filio Tetrarchæ. quo ſine liberis mortuo, iuncta eſt Ariſtobulo Herodis Agrippæ fratris filio, vt iam diximus. Mariamme Herodiadis, & Agrippæ ſoror Antipatro nupſit Herodis ex Doride filio. De Herode Antipa, Archelao, & Philippo Herodis magni liberis, mox pluribus agetur. Ex Herodibus reliquis Antipæ fratribus, prior è Mariamme Simonis filia genitus Salomes ſaltatricis maritus, ab Herode patre ex teſtamento, ac ſpe ſucceſſionis abraſus eſt, quod eius mater inſidias Herodi ſtruxiſſet. Filiarũ prima Salampſo Phaſaëlo conſobrino ſuo Phaſaëli fratris Herodis filio nupſit. Nati ſunt illis Antipater, Herodes, Alexander; filiæ Alexandra, Cyprus. Hæc Agrippæ magni coniux. illa Timij Cyprij. Olympiadem verò aliam Herodis filiam Ioſephus duxit Herodis fratre genitus. Cyprum, Antipater Salomes Herodis ſororis filius. A

Ioſeph. lib. xvii, cap. i.

Ioſeph. lib. xvii c. vi.

Ex hac Herodis ſtirpe quinque ſexve in Scriptura commemorantur. Archelaus, Herodes Antipas, Philippus, Herodes Agrippa, Herodias, eiúſque filia. De Archelao ſuprà mentionem fecimus, eiúſque initium ac finem circunſcripſimus. Cœpit eodem, quo Herodes obiit, anno. Relegatus eſt ab Auguſto anno, ſi Dioni creditur, Iuliano LI, cùm decimum Tetrarchiæ annum inchoaſſet. Poſt hunc Iudæa cum Hieroſolymis ad Romanam prouinciam adiuncta eſt, & Syriæ contributa. B

Herodis poſteri, quorum Scriptura meminit. Archelaus.

Herodes Antipas dictus Marthacæ Samaritanæ filius vterinus Archelai fuit; vt author eſt Ioſephus lib. XVII cap. I. At Temporarius Herodem Antipam ex Cleopatra ſuſceptum, contra fidem Ioſephi prodidit. Hic ille eſt Ioannis Præcurſoris interfector, & irriſor Domini; qui poſt obitum parentis Galilææ Tetrarchiam Auguſti arbitrio conſecutus eſt. Idem & cum Herodiade nefarias nuptias copulauit, & eius hortatu Romam ad Caium Imper. profectus eſt, vt ab eo regnum impetraret. Hoc enim grauiter ferebat impotens fœmina, fratrem ſuum Agrippam à Caio ad eam dignitatem eſſe prouectum. Cùm igitur ſimiliũ ſpe virum ſuum incitaſſet, accuſatus ab Agrippa, Lugdunum relegatus eſt; eiúſque Tetrarchia donatus Agrippa. Ioſephus lib. XVIII, cap. XVIII. Contigit anno Cai quarto ineunte, Chriſti quadrageſimo, Ioſephus lib. XIX pag. 603. Philippus Bataneæ, & Trachonitidis Tetrarchiam annis circiter XXXVII tenuit, mortuúſque eſt circa annum Tiberij XXII, Iulianum LXXX, æræ Chriſtianæ XXXV; vt libri huius capite IV demonſtratum eſt. Errat verò Temporarius, qui Philippum è Marthaca ſuſceptum, & Archelai ὁμομήτριον fuiſſe ſcribit. Nam Ioſephus Cleopatræ filium facit. C

Antipas.

Philipus.

Agrippa Herodis magni nepos, Ariſtobuli F. quem Herodem Lucas Act. XII nominat, varia fortuna iactatus eſt, quam accuratè Ioſephus narrat lib. XVIII cap. VIII, & IX, & lib. XIX, cap. IV. Primùm à Tiberio coniectus in vincula, quod impenſius Caio ſtudens, imperium ipſi precatus fuerat; poſt illius obitum, à Caio ſummo in honore, ac pretio habitus, ac Philippi Tetrarchia cum regis appellatione donatus eſt, adiuncta Lyſaniæ Tetrarchia, quod anno Cai primo ineunte contigit. Pòſt anno Cai tertio, vel ineunte quarto, Herodis Antipæ Tetrarchiam, hoc eſt Galilæam ac Peræam obtinuit, relegato, vti dictum eſt, Antipa. Mortuo Caio, Claudius Agrippæ regnum amplificauit; additis Iudæa, & Samaria, quæ Archelao quondam ademptæ fuerant. Ita vniuerſam Herodis ditionem Agrippa recuperauit. Obiit, authore Ioſepho, lib. XIX, cap. vlt. annum ætatis agens LIV, regni ſeptimum: quorum primos quatuor Caio imperante tranſegit. Nam Philippi Tetrarchiam regis titulo tres circiter annos obtinuit; quarto, Herodis Antipæ Tetrarchiam à Caio meruit: reliquis tribus Iudæa tota regnauit, Imperatore Claudio. Ioſephus lib. XIX pag. 603. Ita tertio, quàm vniuerſam Iudæam nactus eſt, anno exacto moritur; anno Dionyſiano XLIV. Obiit Cæſareæ, quæ Stratonis Turris vocabatur, diuinitus ab Angelo percuſſus, cùm ſpectaculis intereſſet, ac populi ſacrilegas acclamationes, & adulationes lætis auribus acciperet. Act. XII. A quibus non multum abhorret hiſtoria Ioſephi, capite illo VII lib. XIX: etſi in nonnullis à Luca diſcrepat. velut cùm bubonem, ſuper illius caput adſtitiſſe refert: Ἀνακύψας οὖν μετ᾽ ὀλίγον τὸν βουβῶνα τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς ὑπερκαθεζόμενον εἶδεν ἐπὶ σχοινίου τινός. ἄγγελον τοῦτον εὐθὺς ἐνόησε κακῶν εἶναι, τὸν καί ποτε τῶν ἀγαθῶν γενόμενον. *Sublatis ergo pòſt oculis, bubonem ſupra caput ſuum funi cuidam inſidentem aſpexit: quem* D

Agrippa.

A *ſtatim malorum ſibi nuncium eſſe cognouit, qui bonorum aliquando fuerat.* Nam vt idem hiſtoricus lib. XVIII, cap. VIII refert, cùm in vinculis eſſet Agrippa, & ad arborem quandam ſeſe mœſtus acclinaſſet, bubo ſupra ipſum in arbore conſedit. qua conſpecta Germanus quidam vnus è cuſtodiis, libertatem illi, & ampliſſima quæque prædixit. nec non quinto antequam moreretur die, eandem auem affuturam. Dubitari ergo nullo modo poteſt, quin Herodes ille, à quo Iacobus occiſus, & vinctus eſt Petrus, Agrippa ſit Ariſtobuli filius.

Huius ſoror fuit Herodias, quam Euangeliſtæ tres Philippo nupſiſſe primùm, inde eo relicto inceſtas cum Herode Antipa nuptias copulaſſe referunt, Mat. IV. Mar. VI, Lucas III. At Ioſephus lib. XVIII, cap. VII ſcribit Herodi magni Herodis filio ex Mariamne Simonis filia nupſiſſe, ex eóque ſuſceptâ Salome filia, ad Herodem Antipam deſciuiſſe. Sic enim refert, Herodem Antipam Galilææ tetrarcham vxorem duxiſſe Aretæ Petræorum Arabum regis filiam. Cùm autem Romam aliquando proficiſcens ab Herode fratre eſſet exceptus, quo cum erat Herodias, eius amore captum occultam cum ea pactionem feciſſe, vt ab Italia reuerſus, repudiata regis Arabum filia, ipſam duceret. quod & poſtea perfecit, cùm anteà rem ſubodorata Aretæ filia fugâ ſe ad patrem recepiſſet: ex quo bellum inter Arabem, & Herodem exarſit; in quo victus eſt Herodes. Hîc error ille nonnullorum caſtigandus eſt, qui Herodiadem Aretæ regis Arabum filiam eſſe dixerunt; vt Hieronymus in Matth. & ex eo Beda. Herodias.

B

Sanè Ruffinus in Euſebiana verſione, lib. I Hiſt. cap. XIII, peſſima fide Græca ſic interpretatur, vt ea loquentem faciat Euſebium, de quibus ne cogitauit quidem: quaſi is ex Ioſepho referat, Herodiadem regis Aretæ filiam fuiſſe, cùm tamen Græca ſine vlla ambiguitate narrent Herodem Antipam, priore coniuge relicta, regis Arabum Aretæ filia, Herodiadem ſibi iunxiſſe. Errat & Caluinus in Harmonia ſcribens ex Ioſepho, Herodem illum Herodiadis maritum regem fuiſſe Chalcidis, patruum ipſius Herodiadis; in quo bis peccat. Nam Herodes Chalcidis rex Agrippæ, & Herodiadis frater fuit, vt Ioſephus docet lib. XIX, cap. IV, & VII, nec non lib. XX, cap. I, & III. Abſurdiſſimè item Eraſmus in Annotat. ad Euang. Herodem Herodiadis coniugem patrem eius, à quo Chriſtus illuſus eſt, facit. Redeo ad illud Ioſephi ab Euangeliſtis diſſidium. De quo tria probabiliter excogitari poſſunt. Aut enim hallucinatus eſt Ioſephus. aut Herodes ille prior coniux Herodiadis idem cum altero Philippo cognomentum habuit. aut Herodi primùm Mariammes ſecundæ filio; inde Philippo ipſi nupſit Herodias: ab eóq; ad Antipæ nuptias poſteà tranſiit. Quod enim aliqui ſuſpicantur, Philippi nomen in Euangelicam hiſtoriam irrepſiſſe, id in tribus accidiſſe vix eſt credibile. Quanquam in quibuſdam Græcis codicibus M. S. Matthæi, atque Lucæ, nec non in cuſis Latinis, Philippi nomen aberat. Agrippæ ſenioris frater Herodes Agrippa Chalcidis dynaſta fuit. qui ius in templum & ærarium ſacrum; nec non eligendorum Pontificum obtinuit à Claudio: idque penes eius poſteros ad excidium vſque manſit. Ioſephus lib. XX, cap. I. Moritur anno octauo Claudij, tribus relictis filiis; Ariſtobulo ex priori coniuge; è Bernice verò fratris Agrippæ filia, Berniciano, & Hyrcano. Idem Ioſephus cap. III. Ariſtobulus à Nerone minoris Armeniæ principatum adeptus eſt. Idem cap. V.

Error Ruffini.

C

Cõciliatur cum Euangelio Ioſephus.

Poſtremò Agrippa Ariſtobuli filio natus Agrippa iunior, quo tempore mortuus eſt Agrippa pater Romæ apud Claudium Imper. educabatur, annos natus XVII. Quem cùm paterni regni ſucceſſorem deſtinaret Claudius, à libertis deterritus eſt. Itaque Iudææ, ac totius regni Procurator miſſus eſt Cuſpius Fadus. Qui cùm ſtolam Pontificiam in Romanorum poteſtatem, & Antoniam turrim transferre vellet, Agrippa pro Iudæis apud Claudium interceſſit. Author Ioſephus lib. XX, cap. I. Agrippa porro iunior primùm à Claudio Chalcidis regno donatus eſt anno imperij octauo: vt refert Ioſephus lib. XX, cap. III. Pòſt ablata Chalcide ampliori auctus eſt principatu ab eodem Claudio; nempe Philippi Tetrarchia, Bathanæa, Trachonitide, & Abila Lyſiæ Tetrarchia, anno Claudij XII, cùm iam quatuor annos Chalcidi præfuiſſet. Ioſephus cap. V, & lib. II de Excidio, cap. XI, vbi mendum opinor eſt. Scribit enim. Ἐκ δὲ τῆς Χαλκίδος Ἀγρίππαν εἰς μείζονα βασιλείαν μετατίθησι, δοὺς αὐτῷ τήν τε Φιλίππου γενομένην τετραρχίαν· αὕτη δὲ ἦν Βαταναία, καὶ Τρα-

D

χωνῖτις, καὶ Γαυλανῖτις. προσέθηκε δὲ τήν τε Λυσανίου βασιλείαν, καὶ τὴν Οὐάρου γενομένην ἐπαρχίαν. *Agrippam verò de Chalcide in regnum maius tranſtulit, tradens ei illam quoque prouinciam, quæ Philippi fuiſſet.* (Male vulgò Felicis.) *Erat autem iſta Trachonitis, & Batanæa, & Gaulanitis. Addidit autem regnum etiam Lyſaniæ, & Tetrarchiam, quam Varus rexerat.* Quæro quænam ſit illa Vari Tetrarchia. Nam Abela ſiue Abila Lyſaniæ fuit. Varus Syriæ præſes ab Auguſto miſſus eſt paulo ante magni Herodis obitum, vt refert Ioſephus lib. xvii, cap. vii. Suſpicari poſſet aliquis partem aliquam Tetrarchiæ Lyſaniæ poſt Herodis obitum Syriæ prouinciæ contributam Agrippæ poſtea ceſſiſſe. Nam Abilena, ſiue Abilina regio Lyſaniæ cuidam paruit, à quo & nomen in prouincia reſedit. quam Zenodorus quidam poſtea conduxit. vnde Ζηνοδώρου οἶκος appellari cœpit. Auguſtus cùm Herodi ditionem in eius filios diuideret, Philippo partem quandam attribuit Zenodori domus, id eſt Tetrarchiæ Lyſaniæ. Reliquam igitur fortean Syriæ, cui tum Varus præerat, adiunxit. quam Agrippæ iuniori Claudius dediſſe modò ſcribitur. Ideo reſcribendum erit: καὶ δὲ καὶ τὴν ὑπὸ τὴν Οὐάρου γενομένην ἐπαρχίαν. Ac neſcio an poſtquam Varus è Syria diſceſſit, ea pars peculiari Tetrarchæ permiſſa ſit. vt propterea nominatim Vari tempore Syriæ contributam fuiſſe dixerit.

Ioſephus lib. xvii, cap. xiii.

Eidem Agrippæ iuniori Nero Galilææ partem, hoc eſt Tiberiadem, Tarichæas, & Iuliadem in Peræa, & Abilam: reliqua Felici Procuratori commiſit. Ioſephus lib. xx Orig. cap. v; & ii de Excid. cap. xii.

De Syriæ Præſidibus & Iudææ Procuratoribus, qui ab Auguſti fere obitu ad excidium Hieroſolymorum præfuiſſe leguntur.

Capvt XI.

Plvrimvm ad hiſtoriæ ſacræ, quæ in Euangeliis, & Apoſtolorum Actis continetur, illuſtrandam ſeriem refert Magiſtratuum Romanorum, qui per idem tempus Syriam, & Palæſtinam adminiſtrarunt, accurata cognitio. Quod ideo peculiari hoc capite complectendum putaui. Nam qui ante illud tempus prouinciæ iſti præfuerunt, ab aliis iam ſtudioſè collecti ſunt.

Hoc antequam facio, prius nonnulla de ratione adminiſtrandæ Syriæ neceſſe eſt admonere. Prouinciam itaque Syriam Auguſtus in diuiſione Prouinciarum inter Cęſareas adſcripſit, vt Strabo l. xvii, Dio l. liii teſtantur. Quare ad eam adminiſtrandam Legati, vel Proprætores miſſi: qui & Præſides appellantur, & quidem Conſulares. Id enim facere Auguſtus inſtituit. Ideo ſimpliciter Cõſularis nonnunquã pro Syriæ Præfecto ſumitur. vt apud Ioſephum l. xviii Orig. cap. vi Vitellius. Aliàs στρατηγὸς, vel ἡγεμὼν vocatur. Interdum πρεσβευτής: vt Petronius c. xi. & lib. xix, cap. vi. Præter hunc Magiſtratum minores alij deſtinati ſunt. maximè Procuratores: qui & ἡγεμόνες, & Pręſides aliquando nominantur: ex equeſtri ordine, vel etiam ex libertinis. quorum officium fuit vectigalia colligere, & impenſas facere. Paulatim verò ius illorum amplificatum eſt: adeò vt ſæpè de capitalibus cauſis cognoſcerent: præſertim in paruis prouinciis, quibus nullus præter Procuratorem ius dicebat. Sed & in iis quoque, quas Cæſaris Legati, ſiue Præſides curabant, vt in Iudæa contigit. Quæ tametſi Syriæ Præſidi ſubeſſet, maxima tamen in ea Procuratoris poteſtas fuit. Ac Procuratores à Cæſare mittebantur: neque de illis citra eius mandatum Præſides cognoſcebant. Tacitus lib. xii Hiſt. *Cumanus & Felix contationem afferebant: quia Claudius cauſis rebellionis auditis, ius ſtatuendi etiam de Procuratoribus dederat.* Cæterum Procuratores Hieroſolymis & in Iudæa, Samaria, Galilæa, ac cæteris prouinciis tandiu fuerunt, quoad proprium nullum regem, vel dynaſtam habuerunt, cùm eſſent Syriæ contributæ. Proinde regnante Iudæis Herode, ac poſtmodum Agrippa ſeniore, Procurator in Iudæa nullus extitit. Quinam autem reliquo ad excidium vſque tempore Procuratores; ac regnante etiam Agrippa, Syriæ rectores fuerint, ſparſim ex Ioſepho, & Tacito colligemus.

Imprimis ergo paulo ante Herodis obitum, Quintilius Varus Syriæ præfuit; vt Ioſephus lib. xvii, cap. vii teſtatur. quem & Saturnino ſucceſſiſſe dicit. In eadem

A dem Syria Procurator erat Sabinus, qui Herode mortuo Iudæam quoque procurauit interim, dum Archelaus Roma reuerteretur.

Poſt Varum proximè nullius meminit alterius Ioſephus, quàm P. Sulpicij Quirinij, qui Archelao relegato venit in Syriam, δικαιοδότης τοῦ ἔθνους ἀπεσταλμένος, καὶ τιμητὴς τῶν οὐσιῶν γενησόμενος: *miſſus vt illi prouinciæ ius diceret; & bonorum cenſum haberet*. Sed haud ſcio an tam diu, hoc eſt decem ferè annis Varus Syriam rexerit. Cum Quirinio venit & Coponius Procurator Iudææ ex equeſtri ordine, cùm ſumma poteſtate. Verba Ioſephi. Κωπώνιός τε αὐτῷ συγκαταπέμπεται, τάγματος τῶν ἱππέων ἡγησόμενος, Ἰουδαίων τῇ ἐπὶ πᾶσιν ἐξουσίᾳ. Praua interpunctio Ruffino & Gelenio fraudi fuit. Vertit ille: *Mittitur etiam cum eo Coponius ductor totius equeſtris agminis, poteſtatémque Iudæorum omnium gerens*. Gelenius; *Præfectus turmæ equitum*. Verùm Coponius ex equeſtri ordine fuiſſe dicitur: & poſt ἱππέων apponenda diſtinctio. Clarius in libro II de Excid. cap. VI. τῆς δὲ Ἀρχελάου χώρας εἰς ἐπαρχίαν περιγραφείσης, ἐπίτροπός τις ἱππικῆς παρὰ Ῥωμαίοις τάξεως Κωπώνιος πέμπεται, μέχρι τοῦ
B κτείνειν λαβὼν παρὰ τοῦ Καίσαρος ἐξουσίαν. *Archelai regione in prouinciam redacta, Procurator equeſtris ordinis Coponius quidam mittitur, ſumma ei ab Cæſare poteſtate, etiam gladij permiſſa*. Iudææ poſt Coponium M. Ambiuius Procurator fuit. Cui ſucceſſit Annius Rufus, quo procurante mortuus eſt Auguſtus. Poſt hunc Valerius Gratus anno ferè Tiberij ſecundo: vt alio loco diſputauimus. Atque hic annis vndecim adminiſtrauit: donec ſucceſſor ei datus eſt Pontius Pilatus. Hæc Ioſephus libro XVIII cap. III.

Quod ad Præſides attinet Syriæ, Silanus à Ioſepho memoratur eodem capite, qui imperante Tiberio Syriam rexit. Hic eſt Creticus Silanus, qui Vononem Parthorum regem cuſtodia circumdedit; vt refert Tacitus lib. II: Statilio Tauro, L. Libone Coſſ. anno Vrbis conditæ DCCLXIX: quémque mox Tiberius C. Cœlio, L. Pomponio Coſſ. anno videlicet ab Vrbe condita DCCLXX, Iuliano LXII, æræ Dionyſianæ XVII, quo Tiberij quartus annus incœpit, demouit à Syria, cùm Germanicum ampliſſimo cum imperio mitteret in Orientem: vt lib. II Tacitus nar-
C rat. Hunc Auguſto viuente, nempe anno Vrbis conditæ DCLXV, legatum in Suriam profectum, ſcribit Onufrius, & Pighius. Silano ſuffectus eſt Gn. Piſo Germanico infenſus, ob ídque delectus à Tiberio, eodem anno, quo Germanicus Orienti præpoſitus, nempe DCCLXX ab Vrbe condita. Poſt hunc Cn. Sentius Saturninus Suriæ præficitur, non à Tiberio; ſed à Legatis, & Senatoribus, qui in comitatu erant Germanici: poſtquam is videlicet non ſine veneni à Piſone dati ſuſpitione in Oriente mortuus eſt, & Piſo è Suria coactus eſt decedere. Tacitus lib. II. Contigit hoc anno Vrbis conditæ DCCLXXII, M. Silano, & L. Norbano Coſſ.

Exinde rectores Syriæ duo memorantur: quorum vter vtrum anteceſſit diiudicare non eſt facile, L. Ælius Lamia, & L. Pomponius Flaccus. Tacitus lib. VI, extremo anni DCCLXXXVI, Ser. Galbâ, L. Sullâ Coſſ. ambos eſſe mortuos refert. *Extremo anni mors Ælij Lamiæ funere cenſorio celebrata: qui adminiſtrandæ Suriæ imagine tandem exolutus Vrbi præfuerat. Genus illi decorum, viuida ſenectus, & non permiſſa prouincia dignationem addiderat*. Exin. *Flacco Pomponio Syriæ proprætore defuncto, recitantur*
D *Cæſaris literæ*. Significat iis verbis Lamiam Syriæ rectorem delectum, ſed adire prohibitum, Vrbis tandem Præfectum fuiſſe: Flaccum verò in Syriæ adminiſtratione mortuum eſſe. Hic eſt ille Pomponius Flaccus, qui ob præmium compotationis & ebrietatis à Tiberio Syriam prouinciam eodem tempore ſortitus eſt, quo L. Piſo Præfecturam vrbanam. Suetonius cap. XLII. *Poſteà princeps in ipſa publicorum morum correctione cum Pomponio Flacco, & L. Piſone noctem, continuúmque biduum epulando, potandóque conſumpſit: quorum alteri Syriam prouinciam, alteri præfecturam Vrbis confeſtim detulit, codicillis quoque iucundiſſimos, & omnium horarum amicos profeſſus*. De Piſone teſtatur idem Plinius lib. XIV, cap. XXII. Seneca Epiſt. LXXXIII. Quem quidem mortuum anno DCCLXXXV, Cn. Domitio, & Cn. Camillo Scriboniano Coſſ. ſcribit Tacitus lib. VI. vbi & XX annis in Vrbis præfectura probatum ait. Et paulò antè: *Decus triumphale in Thracia meruerat. Sed præcipua ex eo gloria, quod Præfectus Vrbis recens continuam poteſtatem, & inſolentia parendi grauiorem mirè temperauit*. Quod eum viginti annis Præfecturam vrbanam geſſiſſe dicit, id eſt falſum.

Neque enim ante annos xx Imperator erat Tiberius: qui anno Vrbis conditæ A
DCCLXVII iniit. Vnde anno DCCLXXXV cœpit annus imperij XIX. Præterea Pomponius Flaccus anno DCCLXXII Mœſiæ præpoſitus eſt, authore Tacito lib. II. Vt igitur anno ſequenti Syriam adeptus ſit; Piſo verò Præfecturam: non potuit iſte amplius annos XIII Vrbis eſſe Præfectus. Sed nec anno ipſo, quo mortuus eſt Piſo, Præfecturam gerebat; cùm Tacitus dicat *recens Vrbis Præfectum*, hoc eſt nuper fuiſſe. Quare Lipſius pro XX annis, X reſcribit. Neque vir doctus audiendus eſt, qui ex hoc Taciti numero demonſtrare ſatagit, Tiberium biennio ante mortem Auguſti imperium occœpiſſe: vt ab eo tempore ad Piſonis obitum anni ſint XX. Verùm ex Pomponij Flacci proprætura Syriaca, quam eodem tempore ſortitus eſt, noua hæc opinio refellitur: éſtque pluribus ſuo loco refutata, cùm de initio Tiberij diximus. Nam ex ea ſequeretur Pomponium Flaccum vno & viginti annis Suriam rexiſſe. quod abſurdiſſimum eſt. Plures enim alij Syriam interim adminiſtrarunt.

Quocirca L. Ælium Lamiam arbitror primò Suriæ Præſidem à Tiberio dele- B
ctum: ſed eò minimè profectum eſſe, & vrbanam Præfecturam conſecutum. Poſt hunc verò Pomponius Flaccus in Syriam abiit, eámque diu, vt apparet, tenuit. Incertum tamen quot annis. Meminit huius Ioſephus lib. XVIII, cap. VIII. Interim Iudææ procurationem Pilatus obtinebat: quam decennio tenuit, vſque ad Tiberij mortem.

L. deinde Vitellius poſt Conſulatum præſes in Syriam mittitur anno ab Vrbe condita DCCLXXXVIII, quo Tiberij XII iniit. Tacitus lib. VI. Hic Marcellum amicum ad procurandam Iudæam deſtinauit; quem ordinarium Procuratorem fuiſſe non puto. Neque enim à Cæſare delectus eſt: ſed à Præſide tantiſper impoſitus, dum à Principe mitteretur alius; ac per eundem Pilatum Romam ad Tiberium nauigare iuſſit, quòd à Iudæis accuſatus eſſet. Sed antequam eò perueniret; Tiberius fato functus eſt. Ioſephus lib. XVIII Orig. cap. V. Ex quo patet Procuratorem Iudææ Pilatum anno ab Vrbe condita DCCLXXX circiter eſſe cœpiſſe, æræ Chriſti XXVII, quinto circiter ante Paſſionem Domini.

Pilato ſubſtitutus videtur à Caio Caligula Procurator Marullus anno primo C
principatus ſui. Ioſephus lib. XVIII, cap. VIII. Ἱππάρχην δὲ ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας ἐκπέμπει Μαρύλλον. Ruffinus: *Magiſtrum autem equitum in Iudæa conſtitutorum Maxillum deſtinat*. At Gelenius *In Iudæam autem Marullum miſit Præſidem*. Sed ἱππάρχου vocabulum non ſatis expedio.

Poſt Vitellium Præſidem Syriæ fuiſſe P. Petronium docet Ioſephus lib. XVIII, cap. XI, ídque ſub extremum tempus imperij Cai: vt ex narrationis illius ſerie liquet. Perperam ergo primo Cai anno Legatum hunc Syriæ facit Onufrius. Interim occiſo Caio, Claudius ad imperium euectus Agrippæ ſeniori Iudæam & Samariam conceſſit. Ideò Procurator hoc tempore nullus in Iudæa fuit. Præſes verò Syriæ Vibius Marſus Petronio ſuffectus eſt: vt ait Ioſephus lib. XIX, cap. VI; & Tacitus lib. XI, vbi Bardani Parthorum regi Armeniam tentanti reſtitiſſe Marſum Syriæ legatum refert anno DCCC, quo Claudij ſeptimus incœpit. Quare Ioſephus ab eo diſſentit. Hic enim initio lib. XX ſcribit Agrippa mortuo, Caſſium Longinum Marſo ſucceſſorem à Claudio miſſum; quod anno Claudi quarto contigit. D

Statim autem vt Agrippa vita functus eſt, eius regno Procurator datus eſt Cuſpius Fadus, vt ait Ioſephus in calce l. XIX, qui ſub Marſo & Longino Præſidibus illîc fuit. Longini Syriæ Præſidis meminit & Tacitus lib. XII ad annum DCCCII.

At Procurator in Iudæa poſt Fadum Tiberius Alexander ab Ioſepho proditur lib. XX, cap. III. Alexandrum Cumanus excepit anno octauo Claudij, eodem authore. Qui cùm flagitioſè ac crudeliter in ea prouincia verſatus eſſet, apud Quadratum præſidem accuſatus, & Romam miſſus eſt, ibique damnatus exilio, ſucceſſorem habuit Felicem. De his operæpretium eſt ea inter ſe conferre, quæ ab Ioſepho, & Tacito memoriæ tradita ſunt. Neque enim inter ſe congruunt. Tacitus lib. XII, ad annum DCCCV, quo duodecimus Claudij cœpit, refert damnatum à Quadrato Præſide Syriæ Felicem: quem & *iampridem Iudææ impoſitum* dicit, vt eodem ſcilicet tempore Samariæ Procurator eſſet, quo Ventidius Cumanus Ga-

A lilææ. Horum immanitate & auaritia prouinciales irritati iam ad defectionem parati erant, cùm ea re comperta Claudius Quadrato ius ſtatuendi etiam de Procuratoribus dedit. Sed Felice, propter fratris Pallantis gratiam inter iudices recepto, ſolus Cumanus flagitiorum damnatus eſt, quæ duo deliquerant: & quies prouinciæ reddita. Hæc Tacitus. Ioſephus autem lib. xx, cap. v, Iudæos ſcribit vehementius contra Samaritas, Cumanúmque commotos apud Quadratum Præſidem de iſto potiſſimùm queſtos eſſe; ac Romam ad Cæſarem miſſos. Qui Cumanum exilio multauit: deinde Procuratorem in Iudæam miſit Claudium Felicem. quod circa duodecimum imperij annum factum à Claudio ſignificat. Capite porrò ſeptimo Felici ſucceſſorem à Nerone datum ſcribit Porcium Feſtum: ac tum Iudæos Felicem apud Cæſarem accuſaſſe: ſed Pallantis precibus à Nerone condonatum. Contigit hoc circa annum Neronis ſecundum, vt poſteà dicetur. Hac ratione biennium circiter Felix præfuerit: quem tamen Tacitus ait iampridem Iudææ impoſitum. Quinetiam Paulus Act. xxiv, 10, Felicem allo-
B quens: *Ex multis annis*, inquit, *te eſſe iudicem genti huic ſciens, bono animo pro me ſatisfaciam*. Ideo fruſtra eſt Lipſius, qui apud Tacitum *haud pridem*, pro *iam pridem*, ſubſtituit. Nobis ita conciliari diſſidium hoc poſſe videbatur. Anno circiter octauo Claudij Cumanus Galilææ, ac Iudææ Procurator fuit; cùm Samariæ Felix præeſſet, vt ait Tacitus. Duodecimo deinde Claudij anno, damnatus Romæ Cumanus: Felix verò, qui Romam fortean & ipſe profectus erat, Pallantis fratris potentia non ſolùm ereptus periculo; ſed ampliori quoque ditione donatus à Cæſare, Iudææ inſuper Procurator eſt factus. quam biennio circiter obtinuit: nimirum ab anno ineunte xiii Claudij, vſque ad primum Neronis, quo eodem labente Feſtus ei ſucceſſit. Hinc eſt quod Lucas Act. xxiv, 27, ſcribit: *Biennio autem expleto accepit ſucceſſorem Felix Porcium Feſtum*. Quo de loco plenius in ſequentibus agetur.

De Felice Procuratore Ioſephus etiam in libro de Vita ſua ſub initium meminit. vbi iniuria ſanè reprehenditur in Annalibus. Scribit enim ſe anno ætatis xxvi
C completo Romam profectum grauiſſimis de cauſis. Nam cùm ea tempeſtate, qua Felix Iudæam procurarat, Sacerdotes aliquos Romam vinctos miſiſſet, eorum liberandorum gratia ſe nauigaſſe dicit: & verò compotem voti fuiſſe. Non ſcribit ſe Felice Procuratore nauigaſſe; vt Annales ſumunt. Id enim cum eo quadrare non poteſt, quod paulo antè dixerat; natum ſe anno Cai primo, à quo ad ſecundum Felicis anni ſunt circiter xx. Vnde ſexennij totius error illi tribuitur. Verùm qui à Felice ante annos quinque Romam miſſi fuerant; ij demum Ioſephi opera vinclis exſoluti ſunt.

Anno ab Vrbe condita dcccxiii, quo Neronis viii iniit; mortuo Vinidio Quadrato Syriæ rectore, in eius locum ſuffectus eſt Cn. Domitius Corbulo; vt ſcribit Tacitus lib. xiv. Feſto verò Procuratori ſucceſſit Albinus, eodem anno, quo & Corbulo Syriæ præpoſitus eſt, nempe vi, vel vii Neronis, vt habet Euſebij Chronicon.

Corbuloni Præſidi Ceſtius Gallus: Albino Geſſius Florus Iudææ Procurator ſucceſſit. Sub vtroque bellum Iudaicum exarſit anno Neronis xii. Gallo ſiue fa-
D to, ſiue tædio ſublato, Veſpaſianus ad Iudaicas tribus opprimendas in Syriam mittitur. Tacitus Hiſtor. lib. v. Tùm verò Præſidem fuiſſe Syriæ Mucianum idem Scriptor lib. i Hiſtor. refert.

Hæc de Syriæ Præſidibus, ac Iudææ Procuratoribus ex Ioſepho, ac Tacito præſertim ſelegimus: quòd ea res ad inſequentem hiſtoriam non parum vtilitatis afferret.

 A

De nonnullis rebus geſtis, quarum Lucas in Actis meminit; déque ſingularum temporibus.

Capvt XII.

PRæcipva ſunt, Stephani martyrium; Pauli conuerſio; Iacobi Apoſtoli nex; Petri carcer; fames quam Agabus prædixit, Concilium Hieroſolymitanum, tum variæ Pauli peregrinationes. Quarum omnium quæſtionum diſceptatio ad Antiochenam, Romanámque Petri ſedem ſtabiliendam προπαρασκευὴ quædam erit.

Stephani mors.

Stephanum breui poſt Aſcenſionem Domini interuallo necatum eſſe, & quidem eodem anno, rectè in Annalibus docet Baronius. quo tempore Chriſtiani per varias Iudææ ciuitates fuga dilapſi ſunt. Act. viii, 4. Pauli verò conuerſio tertio anno à Paſſione Chriſti ineunte contigit, vt argumentatione iſta colligitur. Hieronymus in Catal. refert Paulum anno poſt Paſſionem triceſimo ſeptimo mortuum eſſe, Neronis xiv. Chryſoſtomus verò Homilia de Principibus Apoſt. Tomo v ſcribit Paulum xxxv annis Chriſto ſeruiiſſe. Incidit Apoſtolorum martyrium in annum æræ Dionyſij lxvii, quo decimus tertius Neronis deſiit, cœpitque decimus quartus; vti mox probabitur. Si igitur de lxvii annis deducas xxxv, reliqui ſunt xxxii. Proinde xxxiii ineunte Paulus conuerſus eſt, anno Iuliano lxxviii, Tiberij xix labente. B

Iacobi mors, & Petri carcer.

Iacobi mors, & carcer Petri ex annis Herodis Agrippæ certiſſimè deducuntur. Hunc enim oſtendimus ex Ioſepho quatuor annis in Galilæa regnaſſe, cæteriſque prouinciis præter Iudæam, & Samariam, imperante Caio: tres autem reliquos annos Claudio Imperatore tranſegiſſe. qui ſimul atque nactus eſt imperium Agrippæ Iudæam & Samariam attribuit. Quare ex eo tempore Iudææ rex totius Agrippa fuit, adeóque Ieroſolymis regnauit, quæ hactenus Herodiadum ditioni ſubtracta, ac Romanis magiſtratibus permiſſa fuerat. Ab anno itaque Iuliano li, quo relegatus eſt Archelaus, ad annum Iulianum lxxxvi, æræ Dionyſianæ xli, quo Claudius iniit, annis xxxv nullus ex Herodis ſtirpe Ieroſolymis præfuit. Ab anno verò Claudij primo Herodes Agrippa eam ciuitatem obtinuit. Quod quidem ex Claudij reſcripto demonſtratur, quod Ioſephus lib. xix cap. iv refert. Nam cùm ſtatim poſt necem Caij ſucceſſor eius Claudius Agrippam Iudæa, & Samaria donaſſet, ille in Palæſtinam Româ ſubinde profectus eſt; eíque digredienti Claudius literas dedit in Iudæorum gratiam Alexandriam, & in Syriam perferendas. In iis literis Claudius δημαρχικῆς ἐξουσίας ſimpliciter dicitur; quod argumento eſt primo anno imperij ſcriptas fuiſſe. In ſecundo reſcripto additur ὕπατος χειροτονηθεὶς τὸ δεύτερον, *Coſ. deſignatus* ii. Secundum Conſulatum geſſit Claudius anno Chriſti xlii, imperij ſecundo: deſignatus autem ſuperiore fuit. Agrippa verò celerrimè, vt ait Ioſephus cap. ii, Hieroſolymam properauit, & Iudæos omnibus officiis demereri ſibi ſtuduit. Itaque probabile eſt, anno ipſo Dionyſiano quadrageſimo primo, quo ab Iudæis iniret gratiam, ſtatim in ipſo Ieroſolymorum poſſeſſionis exordio, de Iacobo, & Petro pœnas voluiſſe ſumere. Ita anno vndecimo poſt Dominicam paſſionem Iacobus occiſus, Petrus in vincula coniectus eſt. C D

Fames ab Agabo prædicta.

Illuſtrat hanc hiſtotiam famis illius tempus, quam Agabus Propheta Antiochiæ prædixiſſe fertur Act. xi, 28, quæque Imperatoris Claudij tempore contigit, vt ſcribit Lucas; licet annum eius non memoret. Dio lib. lxx prodit anno Claudij ſecundo, ipſo Claudio, & C. Licinio Largo Coſſ. ingenti fame laboratum eſſe: cui Imperatoris prouidentia egregiè ſubuentum eſt. Ioſephus lib. Orig. xx cap. ii famis alterius meminit, quæ eodem Imperatore contigit, anno eius quarto, vel quinto. Non eſt eadem cum ſuperiore, tametſi in Annalibus miſceantur. Euſebius in Chronico famem ab Agabo prædictam, quam & lib. Hiſt. ii, cap. xi cum ea, quam Ioſephus refert, confundit, in annum quartum Claudij confert.

A Hunc Oroſius ſequitur lib. VII, capite VI. Verùm Claudij ſecundo potiùs ea fames incidit; quam prædixit Agabus; altera verò, quam Dio memoriæ prodidit, Claudij quarto, non quinto. Quòd illa fames à Luca memorata, ſit ea, cuius meminit Dio, primùm ex eo ſuadetur, quòd altera, quam Ioſephus refert, Iudææ propemodùm ſolius fuerit: at Lucas toto orbe graſſatam dicit eſſe famem. Deinde quòd, vt ex Lucæ narratione conficitur, prior fames viuo adhuc Agrippa ſæuiit. Etenim ante Petri carcerem, & Iacobi cædem, Paulus & Barnabas collatitium æs Hieroſolymam portarunt; quod ad famis ab Agabo prædictæ ſubſidium vltro ſibi Chriſtiani Antiochenſes indixerant. Quare breui poſt illam contributionem tempore fames incidit. At Herodes Agrippa poſt annum tertium Claudij mortuus eſt. Non poteſt igitur illa fames eſſe, quæ ab Ioſepho refertur, quæ quidem poſt Agrippæ mortem accidit, anno Claudij quinto. quod ita demonſtratur. Ioſephus lib. XX, cap. I ſcribit Agrippa mortuo filium eius Agrippam iuniorem, qui Romæ apud Claudium erat, ab eo poſtulata Iudæorum impetraſſe: nempe vti Pon-
B tificia veſtis ipſorum poteſtati permitteretur. cuius rei tempus ex reſcripto Claudij ad Iudæos obſeruari poteſt. Καῖσαρ Γερμανικὸς, δημαρχικῆς ἐξουσίας, τὸ πέμπτον ὕπατος ἀποδεδειγμένος, τὸ τέταρτον αὐτοκράτωρ, τὸ δέκατον πατὴρ πατρίδος, Ἱεροσολυμιτῶν ἄρχουσι. Ita in Germanica editione, quæ praua interpunctione laborat. Sed vetus eſt interpunctionis illud mendum. Nam in Ruffini verſione cernitur. Sic enim reddidit. *Claudius Cæſar Germanicus, Tribunitiæ poteſtatis, quinquies Conſul, ordinarius quater, Imperator decies, pater patriæ, Hieroſolymorum principibus.* Ex quo Ioſephus in Annalibus Eccleſ. Anno XLVI, Num. IX acerrimè reprehenditur, quod quæ illîc geſta dicuntur referat ante annum quinti Conſulatus Claudij, qui fuit Imperij eius decimus: nec non ante famem illam toto orbe graſſatam, quæ anno ſecundo Claudij contigit. Sed extra culpam Ioſephus eſt. Sic enim reddendus ille locus fuit. *Claudius Cæſar Germanicus, Tribunitiæ poteſtatis quintum, Conſul deſignatus quartum; Imperator decimum, Pater patriæ.* Anni Tribunitiæ poteſtatis totidem fere ſunt, quot Imperij, vt refert Dio. Quare fuerit hic annus Claudij quintus, quo in annum imperij ſeptimum, Conſul IV deſignatus eſt. Conſulatum enim geſſit anno ſeptimo: at quintum anno vndecimo. Perperam autem
C Ruffinus ἀποδεδειγμένον vertit ordinarium. Ioſephus porrò ſequenti capite ſub idem tempus, quo reſcripſit Claudius, famem incidiſſe refert, cui opitulata eſt Helena Adiabenorum regina. Vnde perſpicuum eſt non anno Claudij quarto, ſed quinto famem incubuiſſe, cuius mentionem facit Ioſephus; nec eandem eſſe cum altera, quæ Actorum XI memoratur.

Reſtant variæ Pauli profectiones, & Hieroſolymitana Synodus, ad quam Apoſtoli conuenerunt. de quibus ſic habeto: quinquies omnino Paulum Hieroſolymam veniſſe. Prima profectio eſt illa, cuius Lucas meminit Act. IX, 26, & Paulus Epiſtolæ ad Galatas I, 18: vbi poſt annos tres à conuerſione dicit ſe Hieroſolymam adiiſſe, vt videret Petrum. Hoc igitur fecit anno æræ Dionyſianæ XXXVI. Nam XXXIII anno conuerſus eſt, & poſt annos tres Hieroſolymam adiit. Ibi à Barnaba deductus eſt ad Apoſtolos. Expletis ibidem diebus vndecim cùm Helleniſtas in ſeſe concitaſſet, Cæſaream abiit: indéque Tarſum petiuit. Act. IX, 30. I aduentus Pauli Hieroſolymã,

Secunda profectio legitur Act. XI, 30. Nam Barnabas ab Apoſtolis miſſus eſt II aduentus Pauli.
D Antiochiam. Vnde ille Tarſum abiit, vt quæreret Saulum. quo cum reuerſus Antiochiam annum ibi cum eo commoratus eſt. Sed cùm Agabus Propheta famem ingentem prædixiſſet, Antiochenſis Eccleſia collatitium æs per Saulum & Barnabam Hieroſolymam deſtinauit. Contigit ea fames ſuperſtite adhuc Agrippa, quem obiiſſe demonſtrauimus anno tertio Claudij, Chriſti deſinente XLIII, vel ineunte XLIV. Quare anno Chriſti XLII fames incidit, poſtquam Iacobus occiſus, Petrus in vincula coniectus eſt, anno Chriſti XLI. quo & Paulus cum Barnaba collatitiam ſtipem Hieroſolymam portauit. Quo officio perfuncti Antiochiam regreſſi ſunt; cap. XII, 25. Poſt hæc iidem ambo, iubente Spiritu ſancto, Seleuciam, & in Cyprum profecti ſunt. Ibi Sergius Paulus à Saulo conuerſus ad fidem viciſſim nomen vertit Apoſtoli. Is enim deinceps Paulus appellari cœpit. Sergius iſte ἀνθύπατος à Luca nominatur. Rectè noſter Interpres *Proconſul.* Imperitè Beza *Proprætor.* Atqui Cyprus, inquit, non erat Conſularis, ſed Prætoria prouincia: vti Bezæ hallucinatio.

Strabo in calce operis docet. Mouit hæc ratio pios aliquot & Catholicos Scripto- A
res non vt mutarent aliquid; ſed vt Proconſulem ideo vocari Sergium crederent, quia Ciliciæ Proconſulari Sergius præerat. Huic autem interdum Cyprum adiunctam eſſe probat Sigonius lib. I de Ant. iure Prouin. cap. XIV. Sed hoc libera duntaxat Republica factum: & quidem breui tempore. Nam ſubinde Prætoria Cyprus extitit. vt in fine lib. XIV Strabo teſtatur. Poſtea ex Auguſti diuiſione, qua prouincias bifariam partitus eſt anno ab V. C. DCCXXVI, Octauio ipſo VI, & Agrippa II Coſſ. vt author eſt Strabo lib. XVII; Dio lib. LIII: Proconſulares duæ duntaxat populo permiſſæ; Aſiæ pars maior, quæ Haly fluuio, & Tauro monte terminatur: & Africa. reliquæ Prætoriæ; quas numero decem Strabo recenſet: ac nonam ordine Cyprum. Verùm anno DCCXXXII, vti Dio lib. LIV ſcribit, Auguſtus Cyprum & Narbonenſem Galliam populo dedit. καὶ οὕτως ἀνθύπατοι καὶ εἰς ἐκεῖνα τὰ ἔθνη πέμπεσθαι ἤρξαντο: *Et ita Proconſules etiam in iſtas prouincias mitti cœperunt.* Docuit enim libro LIII magiſtratus omnes, qui à Senatu in populares prouincias mittebantur, Proconſules appellatos, etiam qui Prætores tantummodo fuiſſent, B
Prætoriiſve inſignibus ornati. è contrario qui à Cæſare mitterentur, etiamſi Conſulares eſſent, nonniſi legatos, vel Proprætores vocatos. Quare Sergius Paulus Cypri Proconſul erat, non Ciliciæ.

Digreſſus inde Paulus Pergen Pamphyliæ venit: tum Antiochiam Piſidiæ: atque adeo magnam Aſiæ partem peruagatus eſt quod Lucas cap. XIII, & XIV deſcribit. Pòſt Antiochiam Syriæ regreſſi (cap. XIV, 26) illic diu manſerunt (com. 28.) Secundum hæc orta contentione ſuper Iudaicis ritibus, Paulus & Barnabas ab Antiochenſi Eccleſia Hieroſolymam mittuntur.

III aduentus & Concilium Hieroſolymitanum.

Tertiò igitur Hieroſolymam Paulus adſpirat. Act. XV, quod & Gal. II, I commemorat: & poſt quatuordecim annos accidiſſe dicit: nimirum à triennio illo, quod antecedenti capite com. 18 poſuerat: vti XVII anni à conuerſione Pauli ad hunc tertium aduentum fluxerint. Quocirca cùm Paulus ſancti Spiritus inſtinctu Hieroſolyma proficiſci vellet; vt ipſe cap. II ad Gal. ſcribit, acceſſit ad Dei man- C
datum ab Antiochenſi Eccleſia impoſita legatio: cuius occaſione primum Hieroſolymis Concilium Apoſtoli celebrarunt. Neque Bezæ rationes, quibus coniecturam hanc oppugnat, valde nos commouent. Scio in Annalibus XIV annos à Paulo numeratos ab ipſa conuerſione putari. Nos Hieronymum libentius ſequimur; qui poſt annos XVII à conuerſione aduentum Pauli collocat, de quo cap. II ad Gal. Ita æræ Chriſtianæ XLIX, quo Claudij nonus iniit, Paulus eò peruenit. At in ea, quæ eſt ad Galatas primæ duntaxat, & tertiæ profectionis meminit; ſecundam omiſit: ideò fortaſſe, quod leuioribus eam de cauſis ſuſceperat; nimirum vt collatitiam pecuniam deferret: non vt de functione ſua, prædicandique munere cum Apoſtolis conferret: quæ primæ ac tertiæ profectionis occaſio fuerat. Id enim agebat in ea ad Galatas, vt ſe Euangelium ſuum non ab vllo accepiſſe mortalium, ſed à Deo ſolo, perſuaderet. Quare illas tantùm profectiones attigit, quæ αὐθεντίαν, & authoritatem ſuam approbarent. Nam primam iccircò retulit, vt nonniſi triennio poſt conuerſionem ſuam viſum à ſe Petrum, & alios Apoſtolos oſtenderet; adeóque nec ab iis Euangelium didiciſſe. Tertiam verò, quòd ex ea conſtaret, veram & legitimam ſuam eſſe doctrinam: quódque ſpecimen extaret in illa D
quoddam eius dogmatis, quod Galatis commendare vellet. Secunda profectio, cùm nihil haberet eiuſmodi, quod ad rem pertineret, ab Apoſtolo prætermittitur.

Reuerſus Hieroſolymis Paulus, ac finito Concilio, Antiochiæ cum Barnaba conſtitit. à quo diuulſus Sila comite Syriam ac Ciliciam peragrauit: cap. XV, 41. Tum Phrygiam, Galatiam, Myſiam, Troadem, Macedoniam, Achaiam. Corinthum cùm veniſſet, Iudæum ibi reperit Aquilam cum Priſcilla coniuge; qui nuper ex Italia venerant, ob edictum Claudij, quo Iudæos egredi Roma iuſſerat. Hæc Lucas cap. XVI, XVII, & XVIII. Hinc Epheſum petiit; vbi breui tempore moratus Cæſaream, & inde Hieroſolymam venit.

IV aduentus.

Quartus itaque Pauli aduentus deſcribitur cap. XVIII, 22. Cúmque Hieroſolymis aliquantum temporis reſediſſet, in Galatiam, & Phrygiam regreſſus eſt: ac demum Epheſum, cap. XIX, I: vbi biennium integrum docendo conſumpſit:

A com. 10. & cap. XX, 31. Tertio igitur anno Hieroſolymam rurſus aditurus, iuit
in Græciam, vbi tribus menſibus poſitis, in Macedoniam venit, atque inde poſt
azymorum dies nauigans in Aſiam (vt eſt cap. XX, com 6.) Miletum appulit. Ibi
allocutione facta, rurſus Hieroſolymam aduenit.

Quinto ergo, vltimóque Paulus Hieroſolymam circa Pentecoſten adiit: Act.
XX, 17: vbi & à Iudæis captus, ac Romanis Præſidibus traditus eſt: primùm Fe- V Aduẽtus.
lici; deinde Porcio Feſto, cap. XXIV, 27. Quo in verſu legitur, biennio expleto
Felicem accepiſſe ſucceſſorem Porcium Feſtum διετίας πληρωθείσης. Poteſt bifa-
riam id intelligi. Aut enim biennio toto in poteſtate Felicis, & in vinculis fuit.
aut biennium dicit, quo Felix Iudæam procurauit; vti ſuperiori capite demon-
ſtrauimus. Conſtat autem ex Euſebij Chronico, & Hieron. lib. de Viris Illuſt.
Paulum anno ſecundo Neronis Romam eſſe deductum. Felicem porro ſub idem
tempus exceſſiſſe Iudæa iam diximus. Duorum igitur alterum ſequitur. Vel enim
peragrationes illæ prouinciarum omnes, quæ à cap. XV Actuum ad XXI à Luca
deſcribuntur, quinque ſolidis annis circunſcribendæ ſunt: ſi biennio toto apud
Felicem reſederit. vt cùm anno Chriſti XLIX, quo cœpit Claudij IX, Hieroſoly-
B mitanum Concilium peractum ſit; anno vltimo Claudij, Chriſti LIV, Hieroſoly-
mam poſtremò venerit: & ſic anno Chriſti LVI, quo deſiit Neronis annus ſecun-
dus, Romam adierit. Vel ſi biennium de procuratione Felicis intelligendum eſt,
anno Chriſti LV, Neronis primo currente Hieroſolymam peruenit: ſequente,
Romam. Secundum priorem ſententiam Epheſum incolere cœpit ſub finem an-
ni Chriſti LI, qui tertius eſt ab anno celebrati Concilij. Nos poſteriorem rationem
magis amplectimur. Ita enim laxius interuallum peregrinationibus Pauli, & E-
pheſinæ illi commorationi tribuitur; quam anno Chriſti exeunte LII inchoaſ-
ſe videtur. Vide quæ de Felice & Feſto Procuratoribus ſuperiori capite diſpu-
tauimus.

Ex iis omnibus hunc in modum digeſtis liquet, primum illud Apoſtolorum
Concilium anno Chriſt XLIX contigiſſe, quod ita docetur. Paulus Oroſius lib. VII,
cap. VI, ſcribit anno nono Claudij expulſos per Claudium vrbe Iudæos, & au-
thorem citat Ioſephum. Atqui quorumdam veterum ex ſententia, quam laudat
Hieron. in cap. II ad Galat. poſt annos XVII à conuerſione Pauli, celebratum eſt
C Hieroſolymis Concilium. vt eadem ſit profectio, quæ Act. XV, & Galat. II de-
ſcribitur. Conſequens eſt ergo Concilium illud anno Chriſti XLIX peractum vi-
deri; qui eſt decimus ſeptimus à Conuerſione, & nonus Claudij. Nec ab ea con-
iectura dimouemur; ſingulari Dei prouidentia factum eſſe, vt & Petrus Vrbe
tùm cedere iuſſus Hieroſolymam adueniret, ac Concilio huic intereſſet: imò
verò præeſſet.

De Antiochena, & Romana Petri ſede. Spalatenſis & aliorum argumenta contra communem Catholicorum de ea re fidem diſſoluuntur.

CAPVT XIII.

PETRVM Apoſtolum Antiochenam, ac Romanam Eccleſias fun-
D daſſe, veteres plerique memoriæ prodiderunt: quod ſic interpreta-
mur, vt Epiſcopales illîc ſedes & ab eo primùm conſtitutas, & occu-
patas intelligant. Hanc ab omni vetuſtatis memoria traditam hi-
ſtoriam hodierni Hæretici magno conatu labefactare ſtudent; patro-
num ſuum, & authorem ſecuti. Caluinus enim lib. IV Inſtitut. cap. VI, § XIV, &
XV, parum quidem abeſt ab eo, vti Petrum Romæ vnquam fuiſſe neget omninò.
Sed inueterata tot ſæculorum authoritate, conſenſioneq; deterritus, hoc ſcilicet
vnum remittit, vt illum Romæ mortuum eſſe concedat. quod autem vel Epiſco-
pus illius vrbis aliquando fuerit; vel diutius in ea manſerit, id verò prorſus infi-
ciari ſe dicit. In eandem quæſtionem, errorîſque patrocinium vehementius nu-
per Spalatenſis incubuit; qui lib. IV cap. I aduerſus vtramque Petri ſedem vber-
rimè, ac ſcrupuloſiſſimè diſputauit; *nodum hunc vix ſolubilem eſſe* præfatus, quem

nihilominus ſoluturum ſe profeſſus eſt, atque ex ipſis ſacræ Scripturæ fontibus A rem ita illuſtraturum omnem, vt *aduerſus torrentem Scriptorum* (ſic enim loquitur) *regia via procederet*. Sed vbi tam magna, & præclara minatus eſt, ac reconditæ cuiuſdam, neque vulgaris iis in rebus peritiæ ſpem lectoribus oſtendit, incredibile eſt dictu, quàm ſe imperitè in tota illa temporum controuerſia iactauerit; adeo ſanè, vt ne prima quidem elementa artis illius, quam profitebatur, ſe didiciſſe fidem fecerit. De quibus cùm ante biennium ferè Reuerendiſſimi D. Nicolai Coëffeteauij Maſſilienſis Epiſcopi P. M. rogatu hortatúque Diſſertationem ſcripſerim, quam ille luculento, & egregio Operi illi intexuit, quod contra Spalatenſem edidit; quæ illic fuſius atque vberius expoſuimus, ſummatim hoc in loco, quæ eſt propria ſedes quæſtionis illius, perſtringenda putauimus.

Propoſitum eſt Spalatenſi, ex Actorum Apoſtolicorum hiſtoria; nec non ex Epiſtolis Pauli, veterem illam παράδοσιν falſitatis arguere. Primùm ergo demonſtrare ſtudet, Antiochenam ſedem nunquam à Petro conſtitutam: neque verò Petrum, niſi ſerò admodum, ac poſt fundatam ibi Eccleſiam Antiochenam B aduolaſſe. Tum verò Romam adiiſſe longo poſt ſpatio, quàm Paulus eôdem veniſſet, ac ſub extremum vitæ tempus. Ita falſiſſimum illud eſſe, quod vulgò perhibent; Petrum Antiochiæ ſeptem annis, Romæ quatuor & viginti ſediſſe. Argumenti caput illud eſt: Petrus antequam ab Herode vinciretur, pedem extra Iudæam non extulit. Ideo ne Antiochenam quidem ſedem, nedum Romanam ante tempus illud excitare potuit. Quod autem ante carcerem ſuum extra fines Iudææ non excurrerit, ex Actorum hiſtoria ſic oſtendit. Poſt necem Stephani, Diſcipuli per Iudæam, & Samariam diſperſi ſunt, præter Apoſtolos. Mox Samariam Petrus cum Ioanne mittitur, Act. VIII. Poſteà conuerſus eſt Paulus, altero anno poſt Paſſionem Chriſti. Poſt triennium quàm conuerſus eſt, Paulus Hieroſolymam venit, vt Petrum videret. Galat. I. Quare nondum Petrus è Iudæa migrauerat. Secundum hæc, pace per Eccleſias conſtitutâ, Petrus Iudæam, Galilæam, & Samariam peragrauit: Act. IX. Hinc Ieroſolymam reuertitur, Act. XI. Nec dum ergo Antiochenam fundarat Eccleſiam: cuius prima fundamenta iacta ſunt à Chriſtianis Cypriis, & Cyrenæis: Act. XI, 20: quo tempore ad Apoſtolos, qui C erant Ieroſolymis, fama peruenit. Vnde Paulus & Barnabas Antiochiam miſſi ſunt. De Petro verbum nullum. Inde cùm ingens fames Imperatore Claudio graſſari cœpiſſet, Paulus, & Barnabas collatam ab Antiochenis pecuniam Ieroſolymam comportarunt. Paulum verò priuatim & illud mouebat, vt cum Apoſtolis Euangelium conferret. Act. XI, 28, & Galat. II. Eſt hic ſecundus Pauli Ieroſolymam aduentus, poſt annos à conuerſione quatuordecim, vt ad Galatas ſcribens ipſe teſtatur. Idem verò eſt annus Chriſti XLIX, Claudij VI; quod ex Romanorum Imperatorum ſucceſſione colligit. Nam decimo quinto anno Tiberij baptizatus eſt Chriſtus annum agens triceſimum. Tiberius annis XXIII imperauit; Caius IV; Claudius XIII. Ita conuerſio Pauli incidit in annum Tiberij viceſimum, Chriſti XXXV. His adde XIV annos à conuerſione Pauli, ad ſecundum aduentum, conſient anni XLIX, nempe Chriſti XXXIV, & IV Tiberij; totidem Caij, & VI Claudij. Proinde anno Claudij ſexto, Chriſti quadrageſimo nono, fames illa contigit, de qua Lucas agit Act. XI. Hactenus Petrus in Iudæa permanſit. Cùm enim Paulus ad collectas portandas Hieroſolymam per idem tempus veniſſet, D cum Petro, & aliis quibuſdam Apoſtolis caput contulit, vt ad Galatas ſcribit, cum iiſque fœdus iniit, vt ipſe Gentibus, Petrus Iudæis prædicaret Euangelium. Poſt hæc Petrus ab Herode vinctus eſt, Iacobus capite truncatus, Act. XII. Elapſus è vinculis Petrus Antiochiam denique peruenit. Neque verò ante hoc tempus vrbem illam adiit, hoc eſt Claudij Imperatoris annum ſextum. Non longè poſteà rediit Petrus Hieroſolymam ad Concilium, de quo Act. XV, quod anno Claudij octauo celebratum eſt, Chriſti LI: à quo tempore ſi ſex, ſeptémve annos Antiochenæ ſedis ineas, pauciſſimi ad Romanæ tempus anni reliqui ſunt.

Ex iis concludit, Paulum diu ante Petrum Romam aſpiraſſe; cùm Petrus nonniſi ſub extremum vitæ tempus eò profectus ſit; nempe vt Simonis Magi conatibus obſiſteret. Breui autem poſt congreſſum illum cum Simone iuſſu Neronis interfectus eſt.

A Hæc de Spalatenſis longa, & odioſa diſputatione ſummatim decerpſimus, quæ iamdudum à Caluino, & Magdeburgenſibus, aliiſque, Catholicis obiecta fuerant; & ab ipſis variè pro cuiuſque captu diſſoluta. Nos vbi eadem Chronologicis ex principiis, quæ ſuperioribus capitibus poſita ſunt, accuratiùs, validiúſque, quantum ſpes eſt, confutauerimus, certam aliquam rationem vtriuſque ſedis & interualli ſtatuemus.

Refellūtur Spalatenſis argumenta.

Primùm itaque quòd Petrum, antequam in carcerem ageretur, è Iudæa migraſſe negat, temerè facit, & imperitè. Quamuis enim certis illis temporum opportunitatibus Hieroſolymis, aut alibi Iudææ verſatus ſit, & ibidem à Paulo conuentus, non ideo conſequens eſt, nuſquam toto illo ſpatio interim excurriſſe; aut ibi, vbi temporibus illis eſt deprehenſus, aſſiduum hæſiſſe. Poſt triennium enim à Pauli conuerſione Antiochiam profectus eſt, vbi & Epiſcopalem ſedem conſtituit, vt paulo pòſt dicam. Nihil igitur è Scripturarum authoritate Spalatenſis Chronologia promouet; è qua ſola negotium ſe confecturum oſtenderat; niſi id ex eâdem demonſtret; toto illo interuallo, quod à Paſſione ad Petri carcerem elaB pſum eſt, Iudæa non exceſſiſſe, neq; Antiochiæ fuiſſe Petrum. quod ne litera quidem probauit. Sed nec Antiochiæ primùm Chriſtiani viſi ſunt illo tempore, quod Actorum XI, 22 deſignatur; quando ad Eccleſiam, quæ erat Ieroſolymis, Chriſtianæ rei in illa vrbe propagatæ nuncius allatus eſt. Nam aliquot annis anteà, poſt necem Stephani, diſperſi Chriſtiani Antiochiam quoque Chriſtianam fidem importarunt. quod Lucas eodem capite, com. 19 ſignificat. Quare ſtupidum eſt, tam ſeriò Chriſtianam fidem Antiochiæ ſuſceptam eſſe contra expreſſam Lucæ authoritatem aſſerere. Satis enim hîc apertè demonſtrat; ſubinde poſt Stephani necem, Chriſtianam lucem Iudæis Antiochenſibus illatam fuiſſe. quanquam poſt annos aliquot maioribus incrementis amplificata illîc Eccleſia coaluit.

Sed Chronologi mirificus eſt conflictus. Paulum & Barnabam, ad Antiochenam contributionem Ieroſolymam perferendam, anno à conuerſione Pauli decimo quarto veniſſe dicit, Claudij ſexto, Chriſti XLIX. Verùm abſurdiſſimum id eſſe conſtat ex iis, quæ ſuperiori capite demonſtrauimus. Etenim fames illa ab C Agabo prædicta contigit anno Claudij ſecundo, Chriſti XLII, à conuerſione Pauli circiter decimo. certè viuo adhuc Herode Agrippa: vt ex Lucæ narratione patet. At Herodem probauimus obiiſſe anno tertio Claudii finito, Chriſti circiter XLIV, qui eſt à conuerſione Pauli plus minus vndecimus. Igitur ex accurata illa Spalatenſis Chronologia triennio fere poſt Herodis obitum fames illa graſſata fuit: imo verò ſex propemodum annis ab Herodis obitu, ſi anno Chriſti quadrageſimo nono Paulus Antiochenum æs, quod ad famis ſubſidium contributum erat, Ieroſolymam portauit. Atqui Lucas cap. XII, 1, dùm ita ſcribit: *Eodem autem tempore miſit Herodes rex manus:* docet ſub idem tempus, quo fames incidit, Petrum eſſe vinctum. Id autem anno Claudij primo factum eſſe probauimus. Igitur anno ſecundo Claudii fame laboratum: adeóque Pauli profectio ineunte anno ſecundo Claudii contigit. Prætereà primus annus Claudii ἀποδεικτικῶς conſtitutus à nobis eſt anno ineunte Chriſti XLI; Herodis Agrippæ mors anno ineunte Chriſti XLIV. Quare cùm Iacobi necem in annum Chriſti XLVIII Spalatenſis conferat, vt & carcerem Petri; quinq; circiter annis poſt Herodis obitum Iacobus occiſus, Petrus in vincula cõiectus fuerit: contra quàm Lucas ſcripſit. Sed & Paulus ipſe triennio feD re antè Paſſionem Chriſti conuerſus erit. Si enim decimo quinto anno à conuerſione ſua Paulus ad collectam portandam Ieroſolyma peruenit, paulo ante famem; quam oſtẽſum eſt anno incidiſſe Claudii ſecundo; cùm idem ſecundus annus Chriſti XLII cõgruat: ſi XV annos inde ſubducas, reliquus erit annus Chriſti XXVII. Itaque XXVIII Chriſti anno Paulus conuerſus eſt. Ecce aliud portentum. Scribit anno Chriſti LI Petrum Antiochiæ ſibi legiſſe ſedem; *vt ibi ab Herodis perſecutione tutus aliquandiu conquieſceret.* Sequitur inde anno poſt Herodis obitum octauo, Petrum illius inſidias timuiſſe. (Nam Herodes anno Chriſti XLIV mortuus eſt.) quo nihil eſt ineptius. Sed in nugis iſtis fruſtra operam conſumimus; quas præſertim alibi plenius diſcuſſimus. Ex eâdem porro reſponſione noſtra, & exacta temporum ordinatione, Caluini, Magdeburgenſium, ac reliquorum petitiones, quibus vtramque Petri cathedram oppugnant, validiſſimè propulſantur.

 A

Conſtituitur probabilis epocha Cathedræ ac ſedis vtriuſque: tum necis Apoſtolorum.

Caput XIV.

QVÆ ab Hæreticis ex accurata annorum diſputatione, & Actorum hiſtoria, contra Petri cathedram opponi ſolent, iis funditus euerſis, ac conuictis, nihil iam obſtare poteſt, quin vetus, & apud Catholicos recepta traditio pondus ſuum & authoritatem retineat. Quamobrem rectè id in Euſebij Chronico ad annum Claudij ſecundum adſcribitur: *Petrus Apoſtolus quum primus Antiochenam Eccleſiam fundaſſet, Romam mittitur: vbi Euangelium prædicans*, XXV *annis eiuſdem vrbis Epiſcopus perſeuerat.* Vbi Scaligeri coniectura probabilis eſt, Græcè στέλλεται ſcriptum fuiſſe, pro quo B *mittendi* verbum Hieronymus poſuerit. qui & in Catalogo eadem de Petro refert; nempe poſt Epiſcopatum Antiochiæ geſtum, anno ſecundo Claudij Romam aueniſſe. Proinde diu ante ſecundum annum Claudij Petrus Antiochiæ ſedem fixerat. Porro Euſebiana illa totidem verbis expreſſa vetuſtiſſimis in membranis legimus ad annum II Olympiadis CCV; vt in Scaligeri editione ponuntur. qui eſt annus Iphiti 818, qui cœpit anno Per. Iul. 4755, Chriſti 42. Ergo anno ſequenti ineunte, Claudij exeunte ſecundo, Petrus Romanam cathedram erexit.

Et quamuis primæ iſtius Antiochiam profectionis Scriptura non meminit, eſt tamen veriſimile ſub illud tempus à Petro eſſe ſuſceptam, quo, vt eſt Act. IX, 32, varias prouincias obeundo peragrauit; quod circa annum Chriſti XXXVII contigit, quo Tiberij vltimus deſiit, cœpitque Caii primus, Iuliano LXXXII. Ac cùm ita dicitur; Petrum ſedem Antiochiæ collocaſſe, non ſic illud accipiendum, quaſi perpetuò illîc hæſerit. quod præcipuum eſt firmamentum argumentationis totius, quæ aduerſus Petri cathedras ambas à Spalatenſi, ac reliquo omni C Hæreticorum grege comparatur. Hoc verò nimis eſt inſulſum. Nam vt ſedem alicubi ſtatuerit, ſatis eſt ipſum moræ aliquantum ibi feciſſe; cùm interim ad vicinas vrbes, & prouincias egreſſus, ſuos ex interuallo reuiſeret. Neque verò diffitemur, antequam Petrus Cathedram Antiochiæ poneret, Chriſtianos quoſdam, ex illa prima diſperſione poſt necem Stephani, Chriſtianam fidem in eam ciuitatem intuliſſe, vt eſt Act. XI, 19. Quod quidem eodem, quo Chriſtus, & Stephanus paſſi ſunt, anno contigiſſe videtur. Eſt enim Spalatenſis exploſa ratio; qui quod Actorum illo capite, ſub initium Claudii, fama ad Apoſtolos perueniſſe dicitur Chriſtianæ rei Antiochiæ propagatæ; non ante tempus iſtud arbitratur Eccleſiam illîc conſtitutam fuiſſe. Sed non ita eſt. Statim enim à cæde Stephani diſſipati Chriſtiani Antiochiæ Chriſtum prædicarunt. Sed maiora ſub id tempus, quo rumor ille percrebuit, incrementa cepit; cùm non amplius Iudaica ſe gente contineret Chriſti fides, ſed ad Gentiles quoque peruaderet. Ob id Paulus & Barnabas ad eos allegantur, anno circiter Chriſti quadrageſimo. Sed dubium eſt cùm Lucas ait Cyprios & Cyrenenſes, qui Antiochiam venerunt, Græcis prædicaſſe, vtrum D Gentiles intelligat. Græcè eſt enim πρὸς τοὺς Ἑλληνιστὰς: *ad Helleniſtas.* Verſu antecedente dixerat, diſcipulos illos, qui poſt Stephani necem diſperſi ſunt Antiochiam adeuntes ſolis prædicaſſe Iudæis. Nunc quoſdam ex illis etiam Helleniſtis prædicaſſe dicit. Notum eſt Helleniſtas ſæpiùs pro Iudæis vſurpari, qui Græcè ſacros libros legerent. Velut Act. VI, 1, & cap. IX, 29. Hîc verò τοῖς Ἰουδαίοις, non Ἑβραίοις opponuntur, vt Gentes intelligi poſſint. Niſi fortè priores illi ſub necem Stephani Hebraicè tantummodo ſcientes in Hebræorum Synagogis prædicauerint. iſti, vtpote Cyprii, & Cyrenæi, etiam ad Helleniſtas verba fecerint: & vtriuſque generis Antiochiæ Synagogas habuerint. Vtcumque res habet, poſterior hæc ad Græcos prædicatio, ex qua ingens ad Eccleſiam acceſſio facta eſt, aliquot annis priorem eſt ſecuta, quæ proximè antecedenti commate perſtringitur.

Romanæ ſedis initium iiſdem ex authoribus, & argumentis in æræ Chriſtia-

A næ XLIII; Claudij tertium ineuntem meritò confertur. Nam ſi anno Claudij ſe-
cundo, qui eſt Chriſti XLII, Romam profectus eſt Petrus, conſequens eſt anno
Chriſti XLIII, poſtquam Iudæi ſaltem aliqui ad Chriſtum adiuncti ſunt, at-
que Eccleſia coaleſcere cœpit, Petrum ibi ſedem erexiſſe. Oroſius lib. VII, cap.
VI. *Exordio regni eius* (Claudij) *Petrus Apoſtolus Domini noſtri Ieſu Chriſti Romam
venit, & ſalutarem cunctis credentibus fidem fideli verbo docuit, potentiſſimiſque virtu-
tibus approbauit. Atque exin Chriſtiani Romæ eſſe cœperunt.* Caſſiodorus Coſſ. Satur-
nino II, & Venuſto: *Petrus*, inquit, *Apoſtolus Romam mittitur, vbi Euangelium præ-
dicans, XXV annis eiuſdem vrbis Epiſcopus perſeuerat.* Cuſpinianus ad hunc locum
ſcribit apud alium Scriptorem pro illis Coſſ. poni Tiberium Claudium II, & Lon-
gum. Conſulatus II Claudij, annus eſt eius imperij itidem ſecundus, Chriſti XLII.
Accedat & Seuerus Sulpitius, qui lib. II Hiſtor. de Neronis agens imperio, ita
ſcribit. *Namque eo tempore diuina apud Vrbem religio inualuerat; Petro ibi Epiſcopatum
gerente, & Paulo, poſteaquam ab iniuſto Præſidis iudicio Cæſarem appellauerat, Romam de-*
B *ducto.* Petrus igitur ante Paulum Romam venit, & Epiſcopus ibidem fuit. Imò
verò primus Chriſtianam eò fidem inuexit, ſi Dionyſio Corinthiorum Epiſcopo,
Scriptori antiquiſſimo credimus; qui apud Euſebium lib. II Hiſtor. cap. XXIV, Pe-
trum ait Romanam Eccleſiam fundaſſe. Proinde ex horum omnium, nec non
Euſebij, Hieronymi, & aliorum, quos omittimus, authoritate certum eſt, Petrum
Romanæ Vrbis Epiſcopum fuiſſe, ac longè ante ſuam Paulique necem illô perue-
niſſe. Atque vt annorum Epiſcopatus Romani ſummam colligere poſſimus, prius
inquirendum eſt, quo demum anno ſit interfectus. Euſebius in Chronico, Hie-
ronymus Catalogo, Caſſiodorus, & alij, Petrum ac Paulum Neronis anno deci-
mo quarto cæſos eſſe, memoriæ prodiderunt. Quod in Annalibus Eccleſiaſticis
ex eo refellitur, ad annum LXIX; quod cùm Neronis primus annus inierit ex an-
te diem XIII Octobris, & octo menſes duntaxat anni decimi quarti confecerit,
vſque ad IV Eid. Iun. & Apoſtoli tertio Kalend. Iul. necati ſint; fieri nequeat, vt
anno Neronis XIV martyrium fecerint, ſed antecedente, nimirum decimo ter-
tio. Sed minimè reprehendendi ſunt Veteres illi, qui Imperatorum annos non
ab eo die putare ſolent, quo primùm inierunt, ſed à ciuili, & populari anni pri-
C mordio, quod illorum initium anteceſſit. Nonnunquam verò προληπτικῶς ante-
uertunt; ſiue à Paſchali menſe, & Eccleſiaſtico anni exordio numerent; ſiue à Ia-
nuario, præſertim cùm Romanas res perſcribunt. Annus primus Neronis cœpit
anno Iuliano XCIX, Vrbis DCCCVIII, æræ Dionyſianæ LIV, Octobri. Annus er-
go XIV iniit anno æræ Dionyſianæ LXVII, Fonteio Capitone, & Iulio Rufo Coſſ.
Quo anno paſſi ſunt Apoſtoli, currente Neronis anno XIII; ſed decimo quarto
à Kalendis Ianuariis, vel Paſchate. Firmiſſimè proinde ſtabilita eſt epocha necis
Apoſtolorum in anno communis æræ LXVII, non, vt vulgò putant, LXIX, vt è cœ-
leſtibus phænomenis, & aliis rationum momentis validiſſimè demonſtrauimus.
Ex quo cathedræ Romanæ tempus inueſtigare licet. Nam à Ianuario anni Chriſti Cathedræ
XLIII, quo primùm poſita eſt, ad Iunium anni LXVII, interuallum eſt annorum Romanæ
XXIV, menſium VI. Totidem annis Romanum Epiſcopatum Petrus obtinuit; An- tempus.
tiochenum verò ſex ſolidis; vt & de ſeptimo nonnihil libatum ſit. Nam à Februa-
rio menſe anni XXXVII Dionyſiani ad Ianuarium anni XLIII, Iuliani anni ſeptem
D inchoati ſunt.

Cùm autem Apoſtolum Petrum cum Simone Mago Romæ certaſſe, & eum
paulo ante mortem proſtrauiſſe Veteres plerique narrent; alij tamen certaminis
huius mentionem faciunt nullam, vt Iuſtinus, Irenæus, Epiphanius, licet alio-
qui Simonis hiſtoriam referant. Quin & ambigua res eſt, imperante Claudio, an
Nerone Simon Romam aduenerit. Nos cum Catholicis & eruditis viris bis Ro- Simonis
mam veniſſe Simonem Magum aſſerimus; primùm Claudio imperante, poſteà Magi du-
verò Nerone. Quod enim è veteribus aliqui Petrum anno Claudij ſecundo Ro- plex Romã
mam Simoni Mago ſe opponeret, veniſſe Petrum aſſerunt; alij ſub Nerone; id aduentus.
non alia ratione poteſt commodius explicari, quàm vt bis Simonem in eam ſe Vr-
bem infudiſſe dicamus. Sed plura de his in Annalibus Eccleſiaſticis Baronius.

De agone Neroneo, obitu, & ætate Neronis. Scaligeri error. Suetonij locus caſtigatus.

Capvt XV.

Tacitvs lib. Ann. xiv author eſt Nerone iv, Corn. Coſſo Coſſ.
quinquennale ludicrum Romæ inſtitutum eſſe, ad morem Græci
certaminis. Hic annus eſt Vrbis dcccxiii, Iulianus cv, Chriſti lx.
De quo immeritò notatur à Scaligero Tacitus, quod cùm primum
certamen Coſſ. illis retulerit, poſtea lib. xvi, Silio Nerua, & Attico
Veſtino Coſſ. ſecundo luſtro, idem ludicrum celebratum eſſe dicat. Id eiuſ- B
modi erratum eſſe putat, nullam vti latebram habere poſſit. Nam Coſſ. iſti ca-
dunt in annum Vrbis conditæ dcccxviii, Chriſti lxv, qui ſextus eſt ab
eo, quo primus agon eſt commiſſus. Atqui quinquennalem fuiſſe dicit, non ſe-
xennalem. Hæc Scaliger. Verùm nullus hîc error Taciti eſt. Quinquennalis enim
agon iſte, id eſt quinque ſolidis annis vertentibus inſtauratus fuit; prorſus eo mo-
do, quo Romanum luſtrum: non vt Olympias, aut Iulianum quadriennium. Eu-
ſebius id ad annum quartum adnotauit Olympiadis ccix, Abraami mmlxxvi.
Rectè. Nam additis ex perpetua methodo annis 2696, conſiunt anni Per. Iulianæ
4772. Annus verò quartus Olymp. ccix Euſebiano more cœpit ab Autumno
anni 4772, Chriſti quinquageſimo nono. Verba Euſebij: *Nero Romæ cithara con-
tendens ſuperat.* At idem mox ad annum tertium Olympiadis ccx; *Nero Romæ in
citbariſtarum agone contendens omnes ſuperat.* Non eſt hic ſecundus agon Neroneus,
quem Tacitus Nerua & Attico Coſſ. celebratum ait. Etenim annus ille poſterior
Euſebij iniit anno Per. Iul. 4775. Vnde certamen in 4776 congruit. At ſecun-
dum ludicrum à Tacito confertur in annum 4778. Verùm ante legitimum tem- C
pus Nero certamen illud repræſentauit. Suetonius cap. xxi. *Cùm magni æſtimaret
cantare, etiam Romæ Neroneum agona ante præſtitutam diem reuocauit.*

Imperauit Nero annos fere xiv, hoc eſt tredecim ſolidos cum menſibus octo,
vt refert Dio. Euſebius menſes vii, dies xxviii numerat. Cœpit enim Octo-
bris xiv, anno Chriſti liv, à quo putati anni xiii, menſes viii deſinunt in Iunij
circiter xiii anni Dionyſiani lxviii; quo mortuus eſt, anno Vrbis dcccxxi, Iu-
liano cxiii, C. Silio Italico, & Trachalo Coſſ. Teſtatur hoc inter alios Plinius
lib. iii Epiſt. vii. Suetonius cap. lviii obiiſſe dicit *anno ætatis triceſimo & ſecundo,
die quo quondam Octauiam interemerat.* Sed mirum eſt non animaduertiſſe eruditos
viros, qui ad Suetonium Commentaria ſcripſerunt, & eundem interpolarunt, le-
ctionis illius, quam eidem affingunt, cum poſterioribus iiſce conflictum. Scripſerat
enim, vt illi legunt, cap. vi, *Natum eſſe Neronem Antij poſt* ix *menſes, quàm Tiberius
exceßit*, xviii *Kal. Ianuarias.* Ita Pulmannus ex Turnebo: quòd in vetuſto codice
ſcriptum ſit; *natus eſt ante poſt.* quæ lectio deinde in editionibus omnibus propa- D
gata fuit. In antiquis tamen extat: *Nero natus eſt ante* ix *menſes, quàm Tiberius ex-
ceßit.* quod idem & in Manuſcriptis omnibus repertum à ſe teſtatur Torrentius;
niſi quod in vno erat; *Natus eſt ante nonum menſem*, &c. Si hæc veterum omnium
conſtans eſt lectio, doctorum Criticorum facinus mirari magis, quàm probare poſ-
ſum, qui Turnebi coniecturam in contextum ipſum admittere auſi ſunt. Cuius
quidem coniecturæ etiam Guilelmo Peliſſerio Montiſpeſſulani Epiſcopo venerat
in mentem, eámque ad oram ſui codicis adnotarat; quem cum veteri Scripto pri-
mariæ notæ contulerat. In eo porro ita ſcriptum erat: *natus eſt ante poſt* ix *menſes.*
Verùm animaduertere omnes illi debuerant, pugnare Suetonij locum iſtum
cum eo, quem ex cap. lvii modò produximus. Si enim eodem anno Iuliano,
quo Tiberius mortuus eſt, poſt ix menſes; id eſt xviii Kal. Ian. ſiue Decembris
xv natus eſt Nero; contigerit hoc Acerronio Proculo, & C. Pontio Coſſ. anno
Iulianæ editionis lxxxii, Chriſti verò xxxvii, cyclo Lunæ xix. Obiit Nero Si-
lio, & Trachalo Coſſ. anno Chriſti lxviii, cyclo Lunæ xii. Interuallum à die
Decembris xv anni Chriſti xxxvii ad Iunij xiii diem anni lxviii, eſt annorum
ſolidorum

A ſolidorum xxx, dierum cxcii, ſiue menſium circiter ſex. Itaque anno triceſimo primo ætatis, non triceſimo ſecundo mortuus eſt Nero. Sanè Dio vixiſſe Neronem refert annos triginta, menſes nouem. Sed hoc ipſum aduerſatur Suetonio; cuius ſine dubio authoritas eſt potior. Emendetur itaque locus ille fruſtrà vexatus à Criticis, atque ita reformetur: *Natus eſt ante* iii *menſes, quàm Tiberius exceßit.* Ita verum eſſe poteſt, quod idem Scriptor aſſerit, mortuum eſſe anno triceſimo ſecundo ætatis Neronem; aliter non poteſt. Quinetiam Suetonius idem cap. vi, Neronem ſcribit trimulum amiſiſſe patrem; & ſubinde matrem eſſe relegatam. At relegata eſt Agrippina Cai ſoror anno Vrbis dccxcii, vt ex Dione liquet, Chriſti xxxix. Quare ſi anno Chriſti xxxvii exeunte natus ſit, nonniſi bimulus tum fuerit. Quod rectè Ioannes Heruuartus animaduertit.

B *De imperio Galbæ, Othonis, Vitellij, & Veſpaſiani.*

Capvt XVI.

Trivm, qui ſequuntur, Imperatorum confuſa ſunt ac perplexa tempora. De quibus hæc ex hiſtoria colliguntur. Galbam Suetonius ait ſeptimo imperij menſe trucidatum eſſe: cui & Euſebij Chronicon adſtipulatur, & Sex. Aurelius Victor P. Andreæ Schotti, qui menſe ac die ſeptimo cæſum eſſe refert. Dio nouem menſes, dies xiii aſſignat. Initium Galbæ idem annus, qui & Neroni necem, attulit, nempe Iulianus cxiii, Chriſti lxviii. Itaque ſeptimus Galbæ menſis incidit in annum ſequentem, Chriſti lxix: vt cæſum illum oporteat eſſe Ianuarij circiter xvi die. Accidit hoc ſine dubio Ser. ipſo Galba ii, Tito Vinio Coſſ. vt author eſt Tacitus lib. i Hiſtor. qui Coſſ. competunt in annum Vrbis dcccxxii, Chriſti lxix; Hoc ſi verum eſt, falſum erit quod Tacitus & Suetonius produnt, periiſſe Galbam anno ætatis ſeptuageſimo tertio: aut, quod Dio refert, vixiſſe duos & ſeptuaginta;
C ſi quidem natus eſt, authore Suetonio, M. Valerio Meſſala, & Cn. Lentulo Coſſ. Etenim Conſulatus iſtorum incurrit in annum Iulianum xliii, quo exeunte, ix Kalend. Ian. natus dicitur Galba. Obitus eiuſdem accidit anno Iuliano cxiv. Igitur anno Iuliano cxiii, Decembris xxiv iniit annus Galbæ ſeptuageſimus primus. Quocirca cùm in ætatem Galbæ Hiſtorici plerique conſentiant. (Nam ad illos tres etiam Eutropius accedit, & Zonaras:) propius verò eſt mendoſum eſſe Suetonium, ac biennio antè natum eſſe Galbam, Auguſto xii, & L. Sulla Coſſ. non Lentulo, & Meſſala. Galbæ Saluius Otho: Othoni Vitellius ſucceſſit. Quanquam iſte ſuperſtite adhuc Galba defecit, Germanicarum legionum, quibus conſularis Legatus præerat, auxilio fretus. Sed Otho primus Imperator cenſetur; qui dies non amplius xc, vel xcv imperauit. Mortuus eſt ſeptimo & triceſimo ætatis anno, ait Tacitus lib. ii Hiſtor. Suetonius triceſimo octauo. Idem natum eſſe ſcribit Othonem iv Kalend. Maij, Camillo Aruntio, Domitio Ænobarbo Coſſ. Fuit hic annus Vrbis dccclxxxv, Iulianus lxxvii, Chriſti xxxii, à quo anno, diéque Februarij xxvi ad xx Aprilis anni Chriſtianæ æræ lxix, inter-
D ſunt anni ſolidi xxxviii minus dies vii. Accuratius itaq; Tacitus anno triceſimo ſeptimo ætatis mortuum eſſe ſcribit, quàm Suetonius, qui triceſimo octauo. Dio vixiſſe refert annos xxxvii, minus xi diebus. Quare fallitur Scaliger, qui ex Taciti ſententia conſequens eſſe dicit, Othonem ante cædem Galbæ mortuum eſſe, ſiquidem triceſimo ſeptimo anno mortuus eſt. Nam vergente ad exitum anno iſto, & inſtante xxxviii reuera cæſus eſt.

Maius in annis Vitellii hiſtoriæ diſſidium eſt. Cui quidem imperii menſes xi, dies circiter xx Dio tribuit. Septimum & quinquageſimum annum expleſſe Tacitus in calce lib. iii Hiſtor. ait. Suetonius anno ipſo lvii mortuum eſſe. Dio verò vixiſſe refert annos liv. Natus eſt, authore Suetonio, viii Kalendas Octobres, vel vii Eid. Septembr. Druſo Cæſare, Norbano Flacco Coſſ. Eſt hic annus Iulianus lx, Chriſti xv. Ab hoc anno, diéque Septembr. xxiv ad finem anni Chriſti lxix, quo occiſus eſt Vitellius, anni ſunt ſolidi liv, menſes tres. Aut igi-

tur quinquaginta tantùm annos expleuit, vt Dio ſignificat; falſique ſunt Tacitus, Suetonius, Eutropius, qui ſeptuageſimum ſeptimum imputant. Victor amplius quinque & quinquaginta. Aut vnus hallucinatur Suetonius, qui biennio tardius natalem illius reddit. Imperauit Vitellius ab eo die, quo in Germania ſalutatus eſt Imperator, annum vnum, minus diebus decem, ait Dio; ab Othonis obitu, menſes octo, dies quinque. A

Veſpaſianus natus eſt XV *Kal. Decemb. veſperi* (ait Sueto.) *Q. Sulpitio Camerino, C. Poppæo Sabino Coſſ. quinquennio antequàm Auguſtus excederet.* Mortuus eſt *Conſulatu ſuo nono* (ait idem) VIII *Kal. Iulij, annum agens ætatis ſexageſimum ac nonum, ſuperque menſem, ac diem ſeptimum.* Coſſ. illi, quibus natus dicitur, annum obtinent Vrbis DCCLXII, Iulianum LIV, Chriſti IX, cyclo Lunæ X: A die Nouembris XVII anni Chriſti noni ad annum, quo Veſpaſianus nonum Conſulatum geſſit, qui eſt Chriſti LXXIX, eiúſque Iunij diem XXIV, anni intercedunt ſolidi LXIX, menſes VII, dies VIII, vel IX. De eiuſdem imperio ſcribit cap. VI Suetonius, Tiberium Alexandrum Ægypti Præfectum *in verba Veſpaſiani legiones adegiſſe Kalendis Iulij, qui principatus dies in poſterum ſeruatus eſt.* Cœpit igitur anno æræ Dionyſianæ LXIX, à cuius Kalendis Iuliis ad vſque diem obitus, anni ſunt ſolidi decem, minus dies ſex, quot & Dio numerauit. Mortuus eſt ergo anno Chriſti LXXIX. Xiphilinus è Dione inter Neronis obitum & initium Veſpaſiani annum vnum & dies XXII interceſſiſſe ſcribit; additque ſuperiorum Imperatorum tempora inter ſe confuſa eſſe, atque permiſta. B

De Hieroſolymorum, & Templi poſterioris excidio.

CAPVT XVII.

ANNO Veſpaſiani ſecundo (ait Ioſephus lib. VI ἁλώσ. cap. XLVII) capta ſunt Ieroſolyma, Gorpiæi menſis VIII. Dio feria ſeptima id accidiſſe refert. De anno Veſpaſiani conſentit Euſebius. qui in Chronico ab anno quintodecimo Tiberij annos ait fluxiſſe XLII, & in lib. III Hiſtoriæ, poſt annos quadraginta, quàm paſſus eſt Chriſtus, euerſa eſſe Ieroſolyma. Vbi fruſtra eſt Scaliger; qui in Animad. pag. 183 Euſebio falſam lectionem affingit. Nam cùm ille ſcripſerit, τεσσαράκοντα ἐφ᾽ ὅλοις ἔτεσι μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ τόλμαν, *quadraginta ſolidis annis expletis poſt facinus in Chriſtum admiſſum*, Deum pœnas diſtuliſſe Iudæorum, legendum aſſerit Scaliger ἐφ᾽ ὅλοις δυσὶν, vt ſint XLII anni. Abſurdiſſima coniectura. Nam Euſebius paſſum ponit Dominum anno Tiberij XVIII, Abraami MMXLVII. Ieroſolymorum autem excidium anno Abraami MMLXXXVI. Interuallum anni XL. At Clemens Alex. lib. I Strom. cum anno XV Tiberij paſſum velit eſſe Dominum, annos XLII, menſes III inde ad ἅλωσιν computat. Euſebius itaque Clementis, & Origenis ſententiam caſtigauit. Ideo malè à Scaligero notatur. C

Annus & menſis incenſi Templi & Vrbis. Scaligeri falſa ſententia.

De anno atque menſe ſcribit idem, incenſum eſſe Templum Auguſti menſis decimo die; vrbem verò, Septembris octauo. Item illo ipſo anno, decimam-quartam Niſan, ſiue Paſcha, Aprilis decimo quarto die contigiſſe. Ex quo Iudæorum Alexandream periodum probari dicit. Nam ſi hodiernum computum Iudaicum conſulas, Neomenia Niſan pridie Kal. Apr. fuit. cùm igitur in Kal. ipſas inciderit, προήγησις σεληνιακὴ facta eſt vnius diei ab initio periodi Alexandreæ ad Paſſionem Chriſti. Verùm omnes iſtæ diuinationes leuiſſimæ ſunt: & ex Ioſepho perperam aſſumuntur. Is in lib. V τῆς ἁλώσεως, cap. XI de Paſchate ita loquitur: καὶ τῆς τῶν ἀζύμων ἐνστάσης ἡμέρας, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ Ξανθικοῦ μηνὸς ἐν ᾗ δοκοῦσιν Ἰουδαῖοι τὸν πρῶτον ἀπαλλαγῆναι καιρὸν Αἰγυπτίων. *Et inſtante die Azymorum, quartadecima Xanthici menſis. qua die Iudæi primùm ab Ægyptiorum dominatu liberati videntur.* Xanthicus hîc abſque dubio eſt Niſan, ſiue lunaris menſis, cùm die eodem populum ex Ægypto migraſſe dicat. Atqui Niſan lunaris XIV, non Aprilis Iuliani, populus ex Ægypto profectus eſt. Scaliger quidem lib. de Emend. cap. de Exodo ſcripſerat, Iudæos tertia decima Niſan, quæ incidebat in Aprilis XIV, feria III, egreſſos ex Ægypto; contra Scripturam, quæ XIV Niſan illos exiiſſe refert. D

pag. 351.

A Sed inter errata locũ illum poſuit; ac pro XIII Niſan, XIV ſubſtituit, quæ in Apr. XV incidit. Itaque quicquid de anno illo migrationis à Scaligero præfinito, déque lunaris menſis ſitu in anno Iuliano ſit, in quo à Scaligero diſſentimus; certè vel ex ipſius confeſſione, Xanthicus ille Ioſephi Niſan eſt lunaris, non Aprilis Iulianus: ſi quidẽ migratum eſt non Aprilis XIV die, ſed Niſan; Aprilis autem XV. At Ioſephus illum ipſum diem Xanthici vult eſſe, quo Iudæi migrarunt. Ruffinum in illa menſis appellatione non rectè ſecutus eſt Scaliger. Qui cùm aſſerit Ioſephum in illis libris, quoties Macedonicos menſes nominat, Iulianos & fixos intelligere, minimè eſt audiendus. Altera coniectura de conflagrationis die perinde à nobis exploditur. Ioſephus lib. VI ἁλώσεως, cap. XXVI, Loi decimo templum incenſum eſſe memorat; non vtique Auguſti Iuliani, ſed lunaris menſis, puta Ab decima. quod ex Ioſepho demonſtratur: qui mirum illud, nec ſine diuino conſilio eueniſſe refert, vt eodem die, quo à Babyloniis ſuccenſum fuerat, à Romanis itidem concremaretur. Atqui lunaris Loi, ſiue Ab decima die, non autem fixi & Iuliani, Templum à Nabuchodonoſore conflagrauit, ipſomet aſſeuerante Scaligero. Hic
B enim cap. de Excidio Templi, lib. V, pag. 377, Ab menſis decima die Templum ait euerſum, quæ in Kalend. Auguſti Iuliani incidit. Eſt igitur ſibimetipſi contrarius, dum ex Ioſephi authoritate ſtatuit Templum X Auguſti die ſuccenſum eſſe, propterea quod Loum ab illo pro Auguſto ſumptum eſſe putat: cùm idem ille dies Loi, quo prius à Chaldæis concrematum fuerat, non ſit Auguſti decima dies, ſed prima. Similiter Vrbem captam eſſe Ioſephus ſcribit X Gorpiæi lib. eod. cap. XLVII. Neque hic Iulianus eſt September, vt ariolatur Scaliger; ſed Elul Iudaicus, ac lunaris. Iam quæ de Alexandrea periodo à Iudæis obſeruatâ hîc diſſerit, ea caſſa ſunt. Nullam enim Alexandream Periodum fuiſſe oſtenſum eſt libro II: neque adeò περιήγησις vlla, vel ἐπανάληψις lunaris interuenit. Anno Chriſti LXIX, cyclo XIII, Nouilunium ex Pariſinis tabulis incidit Hieroſolymis Septembris IV, feria II, hora poſt mediam noctem 20 ferè. Item aliud Nouilunium Octobris IV, feria IV, hora 8, 44′ à media nocte. Vtra Neomenia Tiſri fuerit, haud compertum nobis eſt, qui ἀκρίβειαν anni Iudaici certò definire citra temeritatem non poſ-
C ſumus: velut quo cycli genere vſi ſint, quóue emboliſmorum ordine: tùm ἀπὸ τῆς „
φάσεως, an ἀπὸ τῆς συνόδου Neomenias putauerint. Anno porrò ſequenti, Chriſti „
LXX, cyclo Lunæ XIV, nouilunium medium ex Pariſinis tabulis contigit Lutetiæ Martij XXX, hora 10, 20′ poſt mediam noctem. In meridiano Hieroſolymitano, quod Pariſienſi orientalius eſt, horis 2, 48′, contigit nouilunium medium Martij XXX, hora 13, 8′, feria 6: id eſt vna hora, ſcrupul. 8 poſt meridiem. Hic eſt Niſan. In computo Iudæorum hodierno annus 3830 Tiſri habuit Septembris V, cuius character 3, 2, 258, feria III, anno Chriſti LXIX hora ſecunda, cum ſcrupulis Iudaicis 258 poſt meridiem. Fuit igitur embolimæus annus. Quare addito charactere ſeptem menſium, Niſan character 6, 19, 409; feria VII, Martij XXXI, id eſt hora 1,409 poſt meridiem diei XXX. Proinde Niſan contigerit Martij vltimo; ſi quidem medij illi motus à Iudæis adhibiti ſunt, neque vitium in popularem cyclum incurrerit. quod incertum eſt. Rurſus nouilunium iiſdem ex tabulis in meridiano Ieroſolymitano contigit Iulij XXVI, feria V, hora 16, 4′ poſt mediam noctem. Hic eſt Ab Iudaicus; cuius character 5, 22, 341, feria VI, Iulij XXVII. Denique no-
D uilunium Auguſti XXV, feria VII, hora 4, 48′ poſt mediam noctem: cuius character Iudaicus 7, 11, 54′, feria VII, Auguſti XXV, cyclo Solis XXIII, litera G. Quæ cùm ita ſint: templum quidem ſuccenſum eſt Auguſti V, hoc eſt Loi, vel Ab lunarium menſium decima die: Vrbs verò capta Auguſti XXXI, feria ſeptima, vti Xiphilinus ex Dione prodidit. At Iudæi nona die Ab primùm à Chaldæis ſuccenſum eſſe templum aſſerunt; à quibus vno die Ioſephus diſſentit, qui ambo excidia templi in decimum diem Ab, id eſt Loi coniicit. Sed neque de anno poſtremi excidij inter Iudæos conuenit, vt ex R. Iſſachar docuimus in Animaduerſ. Pag. 388.
Epiphanianis.

Igitur Ieroſolyma à Tito capta ſunt anno Periodi Iulianæ 4783, mundi 4053. Cyclo Solis XXIII, Lunæ XIV; à Diluuio 2398; à migratione ex Ægypto, & Moſis initio, 1601; à Dauidis inauguratione, poſt Saülis obitum 1125: à conditu Templi, 1085, à prima conflagratione, 659. Olympiadis CCXII anno ſecundo; Vrbis

conditæ anno DCCCXXIII; Veſpaſiano II & Tito Coſſ. Iuliano CXV; æræ Dionyſianæ anno LXX: Iudaici computi hodierni, 3830; anno primo Semitah. Nam Sabbaticus annus proximè ipſum anteceſſit, anno Dionyſiano LXIX, & errat videlicet R. Iſſachar, qui anno Sabbatico capta putat eſſe Ieroſolyma. Idem annus quadrageſimus fuit à paſſione, vt Euſebius notat; non quadrageſimus ſecundus; vt Clemens I Strom. ſcripſit, & eum ſecutus Hieronymus Epiſt. CL ad Hedibiam, Quæſt. VIII. A

De initio Titi, & Domitiani.

CAPVT XVIII.

VESPASIANVS exceſſit anno, vt oſtendimus, Chriſti LXXIX Iunij XXIV. Ab hoc die conſurgit initium Titi. quem Suetonius natum eſſe ſcribit anno ipſo, quo Caius Caligula cæſus eſt; III Kalend. Ian. Hic eſt annus Chriſti XLI, quo exeunte natus eſt Titus. Sed ſi hoc verum eſt, quînam conuenit, quod idem in fine ſcribit, altero, & quadrageſimo ætatis anno periiſſe? quod Euſebius interpretatur anno quadrageſimo ſecundo: errore manifeſto, qui viros eruditos præteriit. Nam quadrageſimus primus intelligitur. Sic apud Liuium lib. III. *Anno trecenteſimo altero quam condita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis*, trecenteſimus primus annus deſcribitur, vt Sigonius, & Onufrius docent. Atqui ne quadrageſimo primo quidem ætatis anno mortuus eſt Titus, ſi anno eodem natus eſt, quo Caius occiditur. Etenim vt anno Chriſti XLI primus illius ætatis annus inierit; quadrageſimus primus anno cœpit Chriſti LXXXI. Mortuus eſt Idibus Sept. Igitur annos iam expleuerat XXXIX cum menſibus octo, diebus XV. Xiphilinus è Dione vitam illius circunſcribit annis XXXIX, menſibus V, diebus XXV. Vt Suetonio ratio conſtet, natalis illius conferendus eſt in annum Iulianum XL. quod verò ſcribit annum eundem Caiana cæde inſignem fuiſſe, de anno Vrbis accipi debet. Nimirum anno Vrbis DCCXCIII, natus eſt Titus, qui à Palilibus anni Iuliani XL putatur; eodémque labente Vrbis anno, ſed Iuliano XLI, nono Kal. Febr. Caius interficitur. De tempore, quo imperauit, conſentit cum Dione Suetonius, qui annos dant II, menſes II, dies XX. Ab ante diem VIII Kal. Iul. anni Chriſti LXXIX, quo Titus iniit, ad Eid. Sept. anni Chriſti LXXXI, quo mortuus eſt, præciſè tempus illud intercedit. B C

De Imperio Domitiani.

CAPVT XIX.

DOMITIANI primordium partim ex Titi obitu; partim è cœleſti obſeruatione certiſſimè colligitur. Etenim Titus anno Chriſti LXXXI, cyclo Lunæ ſexto moritur, Idibus Septembris. Ab hoc tempore conſurgit initium Domitiani. Item Agrippa Mathematicus, vti Ptolemæus libro VII, c. III refert, anno duodecimo Domitiani Metroi XII, in Bithynia hora noctis ineunte tertia, lunam cum Vergiliis coniunctam, obſeruabat, anno Nabonaſſari DCCCXL, Tybi ſecundo, ſequente tertio, ante mediam noctem horis æqualibus quinque. Conuenit tempus in annum Chriſti XCII, Nouembris XXIX, hora à meridie VII in horizonte Regiomontano. Fuit hic reuera DCCCXL annus Nabonaſſari; cuius Thoth iniit Iulij XXXI, feria III, cyclo Solis XVII, lit. A G. Ergo Tybi ſecunda dies incurrit in Nouembris XXIX, feria V. Si primus annus Domitiani cœpit anno Chriſti LXXXI, Septemb. XIII, procul dubio duodecimus iniit anno Chriſti XCII, eodem die Septembris, tertiò menſe ante τήρησιν Agrippæ. Fallitur itaque Scaliger in Animaduerſ. Euſebianis ad annum MDCCCXCVII, dum in illa obſeruatione putat Agrippam Domitiani annos à Kal. Ianuar. non autem ab initio Imperij illius auſpicari; quòd anno obſeruationis ipſo, decimus tertius Domitiani à Septembri cœperit. Hoc falſum eſt. Sed neque reprehendendus eſt Euſebius, quem ille perperam ait biennij prochroniſ- D

A mum committere, dum annum primum Domitiani ad annum MDCCCCXCVII applicauit; primúmque CCXV Olympiadis. Neque enim animaduertit, quod nos ſuo loco demonſtrauimus, annos Euſebiani Chronici Antiochenorum more ab Octobri antecedente procedere. vt cùm primus Olympiadum annus Græcorum vſu computetur à ſolſtitio anni Periodi Iulianæ 3938: apud Euſebium incipit ab Octobri anni 3937. Vnde ad methodum annorum Euſebianorum addendi ſunt anni 2696, vt autumnale initium annorum habeas in Iuliana Periodo. Sic ad annos 1997 aduinctis 2696, conſiunt anni 4793. Igitur ab Octobri anni Per. Iul. 4793, cœpit annus primus Olymp. CCXCV, nec non Domitiani primus, qui in fine Antiocheni anni imperare cœpit, Sept. XIII, anno Per. Iul. 4794. velut etiam primus annus Olympiadis CCXCV à Solſtitio eiuſdem anni veterum Græcorum conſuetudine.

Alius eiuſdem error Scaligeri. Scribit is lib. V de Emend. hallucinari Ioſephum, Pag. 446.
qui ſe dicat in fine Originum, opus ſuum abſoluiſſe anno XIII Domitiani, ætatis
B ſuæ LVI; cùm, vt initio libri de Vita ſua refert, natus ſit anno primo Cai Cæſaris. Negat iſta congruere Scaliger; & vno anno minus dixiſſe Ioſephum ait. *Nam* LVII *annos, hoc eſt Cyclos tres abſolutos interfuiſſe oportebat.* Sed non dubium eſt, quin & ætatem ſuam, & annos Domitiani melius ſciuerit Ioſephus, quàm eius caſtigator Scaliger. Etenim primus annus Cai cœpit anno Chriſti XXXVII, Ianuarij XXIV; Domitiani verò XIII anno Chriſti XCIII, Septembris XIV. Vt igitur Ioſephus natus ſit anno ipſo XXXVII Chriſti exeunte, vel ineunte anno XXXVIII ante initium anni ſecundi Cai, annus ipſius LVI orſus erit ab Decembri anni XCII, vel Ianuario anni XCIII. Quare ſi eodem anno labente poſt XIII Septembris ſcribendi finem fecerit, idipſum anno ætatis illius LVI, Domitiani verò anno imperij XIII contigerit. Nihil erat igitur, quod in iſta ſibi obſeruatione placeret adeo Scaliger; vt hoc epiphonemate caput concluderet: *Ita quotidie periclitando fidem noſtræ methodi, alienos errores deprehendimus.*

Tertium hominis erratum, & quidem grauius multò: quod annos Domitiani Pag. 456.
C contra communem opinionem omnium non plures XIV attribuit cum diebus IV. Occiſus eſt Domitianus C. Valēte, & Antiſtio Vetere Coſſ. vt nominatim Dio, & Eutropius referunt. Conſulatus horum in annū cadit Vrbis DCCCXLIX, Iulianum CXLI, Chriſti XCVI, cyclo Lunæ II. Ab anno Chriſti LXXXI, & Septembris XIV ad XVIII Septembris anni XCVI intercedunt anni XV, dies V. De ſexto decimo itaque libauit dies quinque. Suetonius natum ſcribit eſſe Domitianum IX Kal. Nouembris, menſe proximè eum antecedente, quo pater eius conſulatum iniit. Occiſum verò prodit XIV Kalend. Octobris, anno ætatis XLV, imperij XV. Onufrius ex Suetonij verbis colligit, Veſpaſianum ſuffectum Conſulem fuiſſe anno Vrbis DCCCIV, Iuliano XCVI. Qua ratione mortuus erit anno ætatis quadrageſimo quinto prope confecto, vno ferè menſe antequam XLVI iniret.

Cæterum in nummis Domitiani quædam obſcura ſunt, quæ meritò Scaligerum mouerunt in Animaduerſ. ad annum MMXCVI. Cùm enim primos ſex Conſulatus ſuperſtite adhuc Veſpaſiano patre ceperit; ſeptimū verò poſt eius obitum, cum Tito fratre geſſerit; octauum iam factus Imperator; nummus tamen quidam
D ſic inſcriptus legitur apud Occonem. IMP. CÆS. DOMITIANVS AVG. P. M. TR. P. COS. VI. Item alius; IMP. DOMITIAN. CÆS. DIVI VESP. AVG. F. P. M. TR. P. COS VI. Atqui nonniſi poſt fratris obitum, cùm VII Conſul fuiſſet, & iam VIII deſignatus eſſet, Imperator, & Trib. poteſtate præditus fuit. Siquidem numus alius cum hac inſcriptione viſitur. IMP. CÆS. DOMITIANVS AVG. GERM. P. M. TR. P. COS. VII. Item, TR. P. COS. VII. DESIGN. VIII. P. P. Nec non TR. P. II. COS. VIIII. DES. X. P. P. Hic eſt annus imperij ſecundus, qui & ſecundus Tribunitiæ poteſtatis appellatur: vti & tertius Trib. Poteſtatis cum imperij tertio, ac deinceps alij. Quæ res argumento eſt, antequam Imperator eſſet, Tribunitia poteſtate præditum non fuiſſe. At eius frater Titus ſuperſtite adhuc parente, Tribunitiam poteſtatem octies cepit, vt ex antiquis lapidibus, & numis apparet. Nihil hîc habeo quod dicam, niſi mendoſas illas epigraphas videri, quæ cum Tribunitia poteſtate Conſulatum VI copulant, ac ſcribendum omninò COS. VII.

Domitiani obitus alio inſuper argumento colligitur non alio anno, quàm vulgaris æræ XCVI contigiſſe. Etenim quo die occiſus eſt, Luna erat in Aquario. Nam Suetonius in eius vita, cap. XVI, ſcribit illum pridie quàm periret affirmaſſe fore, *vt ſequenti die Luna ſe in Aquario cruentaret*: hoc eſt vt ſibi necem afferret. At illo ipſo anno Christi XVIII Kalend. Octobris, id eſt Iulij XVIII; Luna in gradu 24, 9′ Aquarij vero ſitu verſabatur ex noſtris tabulis. A

De agone Capitolino Domitiani. Explicantur Iuuenalis, Statij, & Anthologiæ loca.

Capvt XX.

DE hoc Suetonius in Domitiano, cap. IV. *Inſtituit, & quinquennale certamen Capitolino Ioui triplex, muſicum, equeſtre, gymnicum; & aliquanto plurium, quàm nunc eſt, coronarum. Certabant etiam & proſa oratione Græcè, Latinéque.* Cenſorinus cap. XVIII poſtquam retulit Romana Luſtra à Tullio rege inſtituta fieri deſiiſſe, mox ita ſcribit: *Rurſus tamen annus idem magnus per Capitolinos agonas cœptus eſt diligentius ſeruari, quorum agonum primus à Domitiano inſtitutus fuit, duodecimo eius, & Seru. Conelij Dolabellæ Conſulatu.* Annum deſignat Vrbis conditæ DCCCXXXIX, Iulianum CXXXI, Chriſti LXXXVI, quo quintus illius imperij annus labebatur. Fuit agon iſte ad Olympiadum inſtar, pentaëtericus, hoc eſt quinto quoque anno confecto, ineunte quarto. vnde cum luſtro vetere Romano non congruit. etſi id ex Cenſorini oratione colligi videatur, cùm *eundem magnum annum* appellat, cum Luſtro videlicet Seruiano. Verùm author idem anno quo ſcribebat, qui eſt Chriſti CCXXXVIII, Vlpiano, & Pontiano Coſſ. agonem vndequadrageſimum dicit inſtauratum. Ab anno Chriſti LXXXVI ad CCXXXVII anni ſunt CLII, qui per IV diuiſi dant agonas XXXVIII. Igitur anno ſequenti CXXXVIII cœpit agon XXXIX. Qua ex obſeruatione Cenſorini rurſus Vlpiani & Pontiani Conſulatus oſtenditur in annum Chriſti cōpetere CCXXXVIII; eundémq; illum eſſe, quo Cenſorinus iſta commentabatur; vt ſuo loco declaratum eſt. B C

Scaliger in idem caput de agone Capitolino multa alia de variis agonibus inſerit, in quibus non pauca caſtigatione digna videbantur, quæ paucis indicabimus. Nam agonis inſtituti tempus, præeuntibus Cenſorino, & Onufrio, rectè illo, quo diximus, anno notauit.

Pag. 448. Primus ille Iuuenalis locus occurrit è Sat. VIII, vbi inter præpoſtera nobilitatis ſtudia, hiſtrioniam ab iis factam Satyricè reprchendens ita loquitur;

-- Populi frons durior huius
Qui ſedet, & ſpectat triſcurria Patriciorum:

Tranſcurria ſcribit Scaliger, exponitque *ludos ad quos ex ſenatu tranſibant.* Sed ſua vulgatæ Lectioni conſtat ſententia. ſunt enim triſcurria, nimiæ Patriciorum ſcurrilitates; quibus mimos agentibus ſpectator aſſidet populus. Alter locus è libro II Anthologiæ, cap. εἰς Ποιητάς. vbi Lucilius inſulſum poëtam, qui Epicedium in filium ſcripſerat, & recitando odioſus erat, exagitans ita concludit, D

Τοῦ σοῦ γὰρ πάχω νεκροῦ χάειν, οἷα πάθοιεν
Οἱ καταδείξαντες βιβλία, καὶ καλάμους.

Scaliger omninò legendum deierat, οἱ καταλείξαντες; *qui delingunt ſcripta ſua & calamos. Nihil*, inquit, *ſiniſtrius Poëtæ aut Rhetori imprecatur, quàm vt illi accidat, quod victis fit in Miſcellaneis Lugdunenſibus ad aram Cæſaris.* Hæc Homeri Criticorum, vt eum vocat Caſaubonus, emendatio, & interpretatio Homerico, id eſt, cæco admodum Critico digna eſt. Etenim quid abſurdius, quàm victos in commiſſione Scriptorum putare ad delingendos calamos coactos fuiſſe. Nam de Scriptis ipſis teſtatur in Cai vita Suetonius; de calamis ridicula res eſt. Verus itaque ſenſus epigrammatis eſt; Lucilium moleſta illa recitatione peſſimè affectum iis etiam malè precari, qui librorum & calamorum, adeóque ſcribendi inuentores fuerunt. Ita Poëtis mos eſt, cùm aliqua res offendit, alioqui non mala, illius repertoribus malum imprecari. Ergo οἱ καταδείξαντες ſunt inuentores, & authores. *Tale,*

A inquit, *propter mortuum tuum patior; quale vtinam patiantur, qui primi libros, & calamos inuenerunt.* Sic Tibullus:

Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes?
Quàm ferus & verè ferreus ille fuit.

Sic in nauigationis authorem Horatius inuehitur.

Illi robur & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commiſit pelago ratem.

& alia ſexcenta. Aliud ex eodem libro Græcum epigramma cap. εἰς ἀσελγεῖς.

Οὐχ ὅτι τὸν κάλαμον λείχεις, διὰ τοῦτό σε μισῶ
Ἀλλ᾽ ὅτι τοῦτο ποεῖς καὶ δίχα τοῦ καλάμου.

Ibi κάλαμον λείχειν ad eandem pœnam infelicium Scriptorum refert, nimis inſulsè.

In numiſmatis Græcis litera L ſingularis apponitur. Hanc luſtrum ſignificare cenſet idem Scaliger. Nihil falſius. Trium Neronis numiſmatum, quæ pag. 452.
B ſunt penes P. Sirmondum, primum habet L I, ſecundum L IΓ, tertium L IΔ. Hæccine luſtra ſunt x, xiii, & xiv? Item Antonini Pij vnum eſt cum hac nota, L Δ; alterum cum hac, L IΓ, tertium habet L KA. Hæc ſunt, ex coniectura Scaligeri luſtra iv, xiii, & xxi. Quænam illa, rogo, luſtra ſunt? An verò tot luſtra quot à quarto ad viceſimum primum intercedunt, hoc eſt annos octo & ſexaginta Antoninus Pius imperauit? Vides quanta ſit diuinationis illius abſurditas. Sed nec in Anconitana inſcriptione, quam producit, L luſtrum ſignificat, ſed, vt apparet, annum. Ibi Baton Philonis F. biennio præfuiſſe gymnaſio dicitur, vnde & coronas ἐπὶ τοῖ προειρημένα ἔτη δύο meruit. tum rurſus εἰς τὸ Κϛ L, καὶ ZK L, καὶ HK L, ἀξιωθεὶς ὑπέμεινε εἰς τὸ ΘΚ L ἔτι γυμνασιαρχῆσαι. Ergo litera L non luſtra, ſed aliud quippiam deſignat, quod annuum ſit, niſi annus ipſe magis intelligatur.

Poſtremò de Statij Thebaide perperam iudicat, & eiuſdem Poëtæ verba deprauat è libro v. Sil. Epicedio in Patrem. pag. 457.

Nam quod me miſta quercus non preſſit oliua,
Et fugit ſperatus honos, cùm dulce parentis
C *Inuida Tarpeij caneret te noſtra magiſtro*
Thebais vrgebant priſcorum exordia vatum.

Scaliger *Parenti Tarpeio*, &, *vrebant*, pro, *vrgebant*, poſuit. hoc ſenſu: *Quod*, inquit, *quercum Capitolinam multum mihi ſperatam non potui coniungere cum oliua Albana, cùm committerem Thebaida meam cum priſcis poëtis, id eſt, cum iis, qui iam coronas altas ſæpe vicerant, vrebant me illi, & prægrauabant ſplendore nominis & famæ ſuæ; ita vt victus ſim in committenda Thebaide.* At nec emendatio illa probabilis eſt; neque vera ſententia. Thebaidem ludis Capitolinis commiſiſſe Statium, & ea victum eſſe, commentum eſt Scaligeri. Alia omnia Statius voluit; qui ſe ideo victum ludis iſtis queritur, quod in ſcribenda Thebaide, ac veterum Poëtarum, qui in ſimili genere verſati ſunt, lectione, imitationéque defixus, minus in aliis operæ, & contentionis adhibuerit. Ob id Thebaidem ſuam Tarpeij Iouis inuidam appellat; quod totum ſibi vendicàret, atque ad ſeſe raperet Statium, neque carmen illud, quod Capitolinis ludis committendum erat, elaborari, ac perpoliri
D ſineret. Rurſus alterum Statij ex epiſtola locum, quam initio Siluarum inſcripſit Stellæ, malè ad coniecturam ſuam detorquet Scaliger. *Quid enim* (ait Statius) *oportet huius quoque authoritate editionis onerari, quod adhuc pro Thebaide mea, quamuis me reliquerit, timeo?* Non ſe deſertum à Thebaide, hoc eſt, in eius commiſſione victum ait; ſed eius, vt interpretor, editionem ſibi ab amicis extortam, non ſponte ſuſceptam. Itaque ἐξ ἀντιθέτου authoritatem editionis in Siluis ſuis comparat cum Thebaidis publicatione, quam aliena, non ſua authoritate vulgatam initiò dicit. Nam ſecundò videtur eandem edidiſſe poſteà, vbi accuratius caſtigauit; ac tum perorationem illam, quæ eſt in fine operis adtexuit, vbi & nouam illam appellat: -- *cœpítque nouam monſtrare futuris.*

Siue hoc igitur, ſiue aliud, quod nos præterit, intellexit Statius, cùm ſe relictum à Thebaide ſua dixit, nihil minus cogitauit, quàm quod ei coniectura ſua Scaliger affinxit.

 A

De Neruæ, ac Traiani temporibus. Vbi & hallucinatio Scaligeri notata.

CAPVT XXI.

DOMITIANVS Imperator obiit, vt proximè demonſtratum eſt, Va-
lente & Vetere Coſſ. anno Chriſti XCVI, XIV Kalend. Octobris. Ei
Nerua ſucceſſit, cui annum vnum, menſes IV, dies IX Dio tribuit. A
die itaque Septembris XVIII anni Chriſti XCVI, ad Ianuarij XXVII diem
anni XCVIII Chriſti, tempus illud extenditur. Proinde Neruâ mortuo, Traianus
anno Chriſti XCVIII cœpit, cyclo Lunæ IV.

Quamobrem fallitur Scaliger, qui cyclo tertio, id eſt anno Chriſti XCVII mor-
tuum Neruã aſſerit, anno Nabonaſſari DCCCXLIV, neomeniâ Phamenoth. Nam B
Domitianus Vetere, & Valente Coſſ. periit, anno Chriſti XCVI, Septembris XVIII.
Igitur Nerua obiit anno XCVIII. Præterea perperam idem Scaliger Onufrianos
Faſtos redarguit, quòd paria Coſſ. duo Neruæ imperio tribuant, cùm vnum dunta-
xat interiectum ſit. Verùm bis in imperio Conſulatum Nerua cepit; primùm an-
no XCVII, quo Nerua III, & Virginius Rufus III Coſſ. habentur etiam in Faſtis
Siculis. deinde anno XCVIII, quo Nerua IV, Traianus II Coſſ. fuerunt. Sed quo-
niam paucis poſt diebus obiit Nerua, ideo ſolus in Faſtis Siculis Traianus Conſul
ponitur. Atqui Menelai Mathematici τήρησις eſt apud Ptolemæum lib. VII, pag.
170 edit. Græcæ, Traiani anno primo notata. quo Lunam cum ſpica coniunctam
animaduertit anno Nabon. DCCCXLV, Mechir XV, ſequente XVI. Conuenit tem-
pus anno Chriſti XCVIII, Periodi Iulianæ 4811, Ianuarij X, cyclo Lunæ IV. Cùm
igitur Nerua circa Ianuarij finem obierit, conſequens videtur, Neruam anno ſu-
periori, Chriſti XCVIII mortuum eſſe; & anno primo Traiani exeunte Menelaum
de cœlo ſeruaſſe. Ita ratiocinatur Scaliger. Sed cùm & de Domitiani obitu, & de
imperio Neruæ ex Romana hiſtoria certiſſimè conſtet, procul dubio annus ille, C
quem diximus, Neruæ morti præfiniendus eſt. At Menelaus primum annum Tra-
iani cœpit à Thoth anni Nabonaſſarei DCCCXLV, qui anno Chriſti XCVII iniit, Iu-
lij triceſimo.

Imperauit Traianus annis, vt Dio, & Eutropius referunt, XIX, menſibus VI, die-
bus XV. quod tempus, ſi ab anno Chriſti XCVIII, & XXVII die Ianuarij menſis ex-
plicetur, deſinet in annum Chriſti CXVII, & in Auguſti decimum diem, ſiue IV
Eidus Auguſti. At Scaliger anno Periodi Iulianæ 4829, cyclo Lunæ tertio mor-
tuum ait, qui eſt annus Chriſti CXVI: etſi perperam cum anno Chriſti CXVII con-
nectat. Hic eſt enim Periodi Iulianæ 4830. Euſebius Traiani mortem coniicit in
annum IV Olymp. CCXXIII, ſiue Iphiti DCCCXCII, Abraami MMCXXXII, qui iniit an-
no Per. Iul. 4828, Antiochena, & Euſebiana conſuetudine. Omninò videtur anno
Chriſti CXVII obiiſſe Traianus, Nigro, & Aproniano Coſſ. ſiquidem viceſimum
inchoauit annum. Sanè vetus Indiculus Rom. Pontificum Liberij temporibus
ſcriptus; quem penes me habeo; Xyſtum annos X. M. IV ſediſſe refert Adriani tem- D
poribus, à Conſulatu Nigri & Aproniani vſque Vero III, & Ambibulo.

De initio Hadriani. Scaligeri hallucinatio diſcuſſa, & vera ſententia conſtituta. Ptolemæus explicatus.

CAPVT XXII.

CVM Traiani obitus anno contigerit Chriſti CXVII, Auguſti decimo,
indidem Hadrianus initium ſumpſit. At Scaliger lib. V de Emend.
vno anno anteuertit: quod ſi rectè poſſet adſtrui, non inuitus aſſen-
tirer. Sed in hac ipſa definitione ſibi non conſtat. Etenim annos
Hadriano tribuit XXI, menſes XI; & ipſius obitum aſſignat anno
Periodi Iulianæ 4850, ſexto Eidus Iulij. Atqui ſi anni illi menſéſque retrò com-
putentur, eorum initium procedet ab anno Periodi Iulianæ 4828, Chriſti CXV,

A Auguſti xi. Nam anno illo, quo Hadrianus obiit, inchoandus erat ipſius viceſi-
mus tertius. In Animaduerſionibus Euſebianis eadem eſt ἀλογιστία. Totidem enim
Hadriano annos imputat è Spartiano, hoc eſt xxii, minus vno menſe. At obi-
tum Traiani non vt in libro v de Emend. ſtatuit in anno Per. Iul. 4829, Chriſti
cxvi, ſed in ſequenti, Chriſti cxvii, Nigro, & Aproniano Coſſ. porro mortem Ha-
driani cõtigiſſe anno Chriſti cxxxvii, quo & Antoninus iniit. vbi biennij error eſt.
Si quidem anno illo Chriſti cxxxvii viceſimus tertius Hadriani annus inchoandus
erat. Si igitur de cxxxvii deducas annos xxiii, primus incidet in annum Chriſti
cxv, non cxvii. aut ſi anno cxvii exorſus eſt Hadrianus, obiit vtique Chriſti
anno cxxxix. Non rectè itaque Scaliger argumentatur: Quoniam enim annus
Chriſti cxxxvii eſt primus Antonini, & annus cxxxviii ad Auguſtum vſque eſt
idem currens Antonini, ſi de annis cxxxviii detrahantur anni xxii, remanere
annum cxvii, quo Traianus obiit. Atqui cùm anno cxxxviii Antonini ſecundus
cœperit, non ab eo vtique viginti duo anni Hadriani demendi ſunt, ſed à cxxxvi.
B Hoc enim anno, viceſimus ſecundus Hadriani cœpit. Quod ſi feceris, inuenies
prImum Hàdriani anno Chriſti cxv, vti dictum eſt, cœpiſſe. Ita ſecum, & cum hi-
ſtoriæ veritate pugnat Scaliger. Caput erroris eſt, quòd Hadriano annos duos &
viginti minus vno menſe tribuat, de quo paulo poſt.

Hadriani itaque primus annus, & poſtremus in Annalibus certiſſimè notantur.
primus quidem eo quo Traianus exceſſit anno, Coſſ. Nigro & Aproniano, Chri-
ſti cxvii, Iuliano clxii, V.C. dccclxx. Obitus verò contigit anno Vrbis dccc-
xci, Iuliano clxxxiii, Chriſti cxxxviii, Camerino & Magno Coſſ. Cùm igitur &
Auguſti xi die anni Chriſti cxvii inierit, & Iulij xii anni cxxxviii obierit, ex Ro-
manorum Annalium fide, imperauit annis viginti, menſibus vndecim. Quod ip-
ſum & ex annis vitæ ipſius colligitur. Vixit enim annos lxii, menſes v, dies xix,
vt ait Xiphilinus. vnde corrigendus eſt Spartianns, qui annos vitæ lxxii imputat.
Natus eſt autem, eodem authore Spartiano, Veſpaſiano vii, & Tito v Coſſ. qui
eſt annus Vrbis dcccxxix, Iulianus cxxi, Chriſti lxxvi, nono Kal. Febr. à quo
C die ad Iulij xii anni Chriſti cxxxviii, intercedunt anni lxii, menſes v, dies xix.

Hæc cùm apud Annalium Romanorum ſcriptores vulgò teſtatiſſima ſint, ta- Ex Ptolemæo dubia quædam.
men ex Aſtronomicis obſeruationibus, quas Ptolemæus refert, redargui viden-
tur. Prima eſt illa apud Ptolem. lib. iv, cap. ix Lunæ, quam notauit, eclipſis, an- Pag. 102
no nono Hadriani, vt eſt in Latinis codicibus. quanquam in Græcis τῷ η΄ Ἀδριανοῦ, edit. Gr.
octauo Hadriani legitur: anno Nabonaſſari dccclxxii, Pachon xvii, ſequente
xviii, hor. 8, 24′, à meridie. Conuenit anno Per. Iul. 4838, Chriſti cxxv, Apri-
lis v, feria iv. Si igitur anno Chriſti cxxv Aprili menſe labebatur annus Hadria-
ni nonus; omnino ab Auguſto ſequente decimus iniit. Quare primus cœpit anno
Chriſti cxvi. Quòd ſi, vt eſt in Græco, octauus ille tantummodo numeretur
annus, primordium Hadriani rectè in cxvii annum Chriſti conferetur. Sed reli-
quæ Ptolemæi obſeruationes annum nonum potiùs, quàm octauum aſſerunt. Se- pag. 98 Gr.
cunda τήρησις eſt libro iv, cap. vi, vbi eclipſis altera deprehenſa dicitur Hadriani
xvii, Nabonaſſari dccclxxx, Payni xx, horis xi, 15′ à meridie. Hic eſt annus
Per. Iul. 4846; Chriſti cxxxiii, Mai vi, feria iii. Tertiò in eâdem pagina de-
D fectio Lunæ altera memoratur Hadriani xix, Nabonaſſari dccclxxxii, Choiac
ii, horis xi à meridie. Congruit anno Per. Iul. 4847, Chriſti cxxxiv, Octobris
xx, feriâ iii. Quarta Lunæ defectio anno Hadriani xx contigit; Nabon. dccc-
lxxxiii, Pharmuthi xix, hor. 16 poſt meridiem, Per. Iul. 4849, Chriſti cxxxvi,
Martij vi. Idipſum & æquinoctiales obſeruationes adſtruunt. Veluti lib. iii, cap. pag. 77 Gr.
viii, æquinoctium autumnale deſignauit author idem anno Hadriani xvii, Na-
bon. dccclxxx, Athyr vii. Quod tempus incidit in annum Chriſti cxxxii, Se-
ptemb. xxv. Item ex iis obſeruationibus illud efficitur, quas annis Antonini no-
tatas memoriæ prodidit. Ex quibus omnibus ita concluditur. Si anno Chriſti
cxxxiii, Maio labente, erat in curſu annus Hadriani xvii, idémque cœpit anno
Chriſti cxxxii, vt æquinoctialis obſeruatio demõſtrat. tùm ſi anno Chriſti cxxxiv
iniit Hadriani xix; anno verò Chriſti cxxxvi, cœpit Hadriani xxi: prorſus neceſ-
ſe ſit, vt primus eiuſdem Imperatoris anno Chriſti cœperit cxvi, non, vt Chrono-
logis placet omnibus, anno cxvii.

Chriſtmanni opinio refutata. pag. 391, & 396.

Chriſtmannus lib. de Connexione annorum ex æquabilium, & Ægyptiaco- A
rum annorum vago principio, & ab Romani anni initio diſcrepante, nodum il-
lum explicare nititur. Sed falſa, abſurdáque multa ſumit. cuiuſmodi id eſt, de quo
ſuprà verba fecimus, quòd vno anno tardius Romanorum Imp. epochas omnes
conſtituit. Traianus, inquit, currente anno Iuliano CLXIII deceſſit, cui ſucceſſit
Hadrianus. at Ptolemæus initium Hadriani confert in Thoth anni Nabonaſſarei
DCCCLXIV, qui incurrit in XXV Iulij, feriam VI, currente anno Iuliano CLXI.
Vnde biennio citius, quàm Dio, Ptolemæus epocham Hadriani numerat. Verùm
perperam anno Iuliano CLXIII mortuum eſſe Traianum exiſtimat, qui eſt æræ
Chriſtianæ CXVIII. Falſum eſt & illud, Iulio menſe obiiſſe Traianum, & Hadria-
num cœpiſſe. Nam Auguſto accidit vtrumque. Ad hæc cùm Traianus anno Na-
bonaſſari DCCCLXV obierit, Thoth XVII, quæro cur Ptolemæus à Thoth anni Na-
bon. DCCCLXIV initium illius arceſſat. Mos eſt enim Imperatorum exordia ab an- B
tecedente Thoth putare. quod alibi Ptolemæus obſeruat. Hoc ſi in Hadriano, &
Antonino tenuerit, quod ratio ipſa perſuadet, enimuerò cùm illa ſunt falſa, quæ
Chriſtmannus poſuit; tùm ea confirmantur, quæ paulò antè demonſtrata ſunt;
Ptolemæum anno Chriſti CXVI primum Hadriani annum inchoaſſe.

Ptolemæus cur à vera Chronologia diſcrepet.

Hoc Ptolemæi ab Romanis Faſtis diſſidium cùm perdiu miratus eſſem; nec
vllam eius probabilem cauſam excogitare poſſem; tandem in Ptolemaicum Ca-
nonem incidi, qui inſcribitur κανὼν βασιλέων, in quo regum, & Imperatorum à
Nabonaſſaro ſeries continetur, qui Aſſyriis, Perſis, Græcis, Ægyptiis, Roma-
niſque præfuerunt: ac Babyloniam, & Ægyptum obtinuerunt. In eo canone
cùm imperij cuiuſque tempus, & annorum Nabonaſſareorum ſumma compre-
henſa ſit, animaduertimus Romanorum principum initia à Caio Caligula vno an-
no deinceps anteuerti. Annus, quo mortuus eſt Alexander, Periodi Iulianæ 4390
putatur. Hoc anno Thoth anni Nabonaſſarei CCCCXXV cœpit Nouemb. XII, fer. I.
Itaque ad annos ab obitu Alexandri additis 424, conficies annum Nabonaſſari la-
bentem. At Canon iſte Romanorum Imperatorũ tempora non ſatis accuratè diſ-
penſat. Annus exempli cauſa Tiberianæ mortis ſtatuitur ab Alexandri obitu 359. C
Adde 424, erit annus Nabonaſſari 783 cuius Thoth iniit Auguſti XV anni Per. Iu-
lianæ 4748, Chriſti 35. Atqui mortuus eſt Tiberius anno Nabonaſſari 784, cu-
ius Thoth cœpit Auguſti XIV. Itaque Pharmuthi V, id eſt XVII Kal. Apr. Tiberius
exceſſit. Idem & in cæteris Imperatoribus obſeruabis. Hoc eo factum eſt, quòd
ſingulorum tempora, neglectis menſibus, per annos ſolidos numerare inſtituit.
Velut Tiberio XXII annos aſſignat, Caio, IV; & ſic in reliquis. Hunc igitur Ca-
nonem Ptolemæus cùm adhibuiſſet, atque ad obſeruationes tam alienas, quàm
ſuas Imperatorum Romanorum annos adnotaſſet; quod vtique diu poſt eaſdem
obſeruationes in cœlo notatas factum eſſe veriſimile eſt; dum videlicet Opus
ſuum recenſet: inde contigit, vnius vt anni labes contracta ſit. Nam ſi eodem
tempore, quo de cǽlo iſta ſeruabantur, Imperatorum anni adſcripti fuiſſent;
credo non alia quàm populari conſuetudine numeraſſet. Iam verò reſpectum ha-
buit ad annos ipſos Nabonaſſari, & Canonem illum, in quo Imperatorum anni
παχύτερον deſcripti ſunt. Hæc vitioſæ putationis vnica eſt, & certiſſima ratio.

D

De initio Antonini.

CAPVT XXIII.

ANTONINI Pij Imperatoris initium iiſdem de cauſis in dubium ad-
ducitur, ob quas epocham Hadriani nutare diximus. Sunt enim
Ptolemaicæ quædam obſeruationes, quæ vno anno præuertendum
pag. 61 Gr. eſſe ſuadeant. Libro V, cap. III æquinoctium autumnale Pto-
lemæus obſeruabat anno Antonini tertio, Nabon. DCCCLXXXVII,
Athyr nono, hora vna poſt ortum Solis. Hic eſt annus Periodi Iulianæ 4852,
Chriſti CXXXIX, Septembris XXVI. Si anno Chriſti CXXXIX, cœpit Antonini tertius;
ergo anno CXXXVII, primus iniit. Atqui CXXXVIII vulgò ſolet inchoari. Rurſus

A lib. IX, cap. X anno Antonini II, Nabonaſſari DCCCLXXXVI, Epiphi II, p. 236 Gr. ſequente III, periodicus Mercurij motus obſeruatus eſt, anno Chriſti CXXXIX, Maij XVII, Periodi Iulianæ 4852. Tertiò libro X, cap. IV, anno Antonini II, p. 241 Gr. Tybi XXIX, ſequente XXX Veneris obſeruatio facta. Ea conuenit in annum Chriſti CXXXVIII, Decemb. XVI, Periodi Iulianæ 4851. Cùm ergo ſecundus Antonini Decembri labente anni Chriſti CXXXVIII numeratus ſit, idémque anno ſequente, Chriſti CXXXIX, Maio menſe fuerit in curſu; tùm eodem anno Chriſti, CXXXIX, Septembri tertius Antonini putetur, apparet primum anno Chriſti CXXXVII conuenire. At Chronologi omnes in ſequentem reiiciunt. Huius diſcriminis eadem eſt ratio, quam proximè ſuperiori capite reddidimus. Scaliger in lib. V de Emend. Hadriani mortem, & initium Antonini reiicit in annum Periodi Iulianæ pag. 459. 4850, Nabonaſſari DCCCLXXXIV, diebus decem ante initium anni Nabon. DCCCLXXXV, anno Iphiti DCCCCXIIII ineunte. Nam Euſebius, inquit, ponit malè annum DCCCCXIV. Ita ex opinione Scaligeri, anno Chriſti CXXXVII, Antoninus B imperare cœpit. quod ex antecedentium capitum doctrina falſum eſſe liquet. Nam Hadrianus obiit anno Chriſti CXXXVIII, quo & Antoninus iniit, anno Iphiti DCCCCXIV. Apud Euſebium in Chronico moritur Hadrianus anno Abraami MMCLIII, Olympiadis CCXXIX anno primo. Annus Abraami MMCLIII, cœpit anno Per. Iul. 4849 ab autumno, eodémque labente, anno Per. Iul. 4850 mortuus eſt Hadrianus, anno primo Olympiadis CCXXIX tam à Solſtitio, more Elidenſium, quàm ab Octobri antecedentis anni Iuliani, vt Antiochenſes putare conſueuerant. Quare neque rectè ſentit Euſebius, neque Scaliger animaduertit ipſum in eadem ſecum ſententia, erroréque verſari.

In Animaduerſionibus Euſebianis, ad annûm illum Euſebij, Scaliger Antoninum ait cœpiſſe Chriſti anno CXXXVII. Sed ex annis Hadriani, Traiani, atque Neruæ & Domitiani obitu, qui certiſſimè in Annalibus notatur, erroris arguitur. Obiit Domitianus Valente, & Vetere Coſſ. Dione, & Eutropio teſtibus; qui eſt annus Vrbis DCCCXLIX, Iulianus CXLI, Chriſti XCVI. Hoc indubitatum eſt. Ab hoc tempore conſequentium Imperatorum anni fideliſſimè deſcripti ſunt. Domitianus XV annis ſolidis imperauit, ac totidem Tribunitiæ illi poteſtates in C numis veteribus adſcribuntur. Nerua deinde anno & IV menſibus ſolidis imperium adeptus eſt. Nam & Tribunitiæ poteſtatis II in numis legitur. Mortuus eſt proinde anno Chriſti ineunte XCVIII, Ianuarij XXVII. Sequitur Traianus, quem viceſimum annum inchoaſſe vel numi veteres ſuadent; qui Trib. Pot. XX nominant. Quare mortuus eſt anno CXVII. Hadrianus deinde viceſimum annum citra controuerſiam exceſſit. Nos ex Dione vnum & viginti minus vnico menſe tribuimus. Neque enim Spartiano licet aſſentiri, qui cum Eutropio annos XXI, menſes XI numerat. alioqui mortem eius in annum Chriſti CXXXIX prorogari neceſſe ſit, cùm tamen tertius eiuſdem, authore Ptolemæo, curreret in Septembri anni CXXXIX. pag. CCLI. Atenim veteres lapides Tribunitiam poteſtatem bis & vicies adſcribunt Hadriano. cuiuſmodi duæ ſunt apud Gruterum. quanquam in alterâ pro XXII, Onufrius XXI legit; & fieri poteſt vt errore quadratarij, vel eius, qui excepit, in alteram quoque, XXII annorum numerus irrepſerit. Neque enim dubitari poteſt, quin anno Chriſti CXXXVIII, mortuo Hadriano, Antoninus imperare D cœperit.

Cenſorinus cap. XXI ſcribit ad annum, quo ſcribebat, quique Vlpium, & Pontianum Coſſ. habuit, Chriſti CCXXXVIII; annos centum à Conſulatu Imperatoris Antonini Pij II, & Bruttij Præſentis intercedere. Scaliger in Animaduer. Euſeb. Conſules iſtos anno Chriſti CXXXVIII illigandos dicit, & Onufrium, qui ad annum CXL applicat, biennio peccare. Falſum eſt. Nam reuera Conſulatus illorum in annum Vrbis Varronianum DCCCXCII cadit, Iulianum CLXXXIV, qui eſt Chriſti CXXXIX. At Onufrius, qui natalem Chriſti vulgarem vno anteuertit anno, CXL illum putat. Baronius verò, qui biennio communis æræ natalem anticipat, confert in annum Chriſti CXLI. Nullum itaque par Conſulum ſuffectorum pro ordinario in ſeriem irrepſit, vt ſuſpicatur Scaliger. Idem rectè Cenſorinum caſtigat, quòd anno illo, qui Antoninum Pium II, & Bruttium Præſentem Coſſ. notat, Thoth Nabonaſſareum ante diem XII Kalendas Iul. incidiſſe

velit. Nam contigit ante diem XIII Kalend. Aug. Fuit enim annus Nabonaſſ. A
DCCCLXXXVII, cuius Thoth cœpit Iulij XX, feria I, cyclo Solis VIII, lit. E.

De initio Alexandri Seueri, & Gordiani, præſertim iunioris.

CAPVT XXIV.

Euſeb. lib. VI Hiſt. c. κβ'.

ANTONINVS Alagabalus ſub initium Martij à militibus occiditur, ſe IV, & Alexandro Cæſare Coſſ. eo anno, qui nobili charactere inſignis eſt in Canone Paſchali, quem Hippolytus ſcripſit, extátque inter Inſcriptiones antiquas. In eo verò, primo anno Imperatoris Alexandri, decima quarta Paſchalis contigiſſe fertur Eidibus Aprilis, feria VII. Fuit igitur cyclus Lunæ XIV, Solis VII, lit. F. anno Chriſti CCXXII, vt rectè argumentatur Scaliger. Quocirca B corrigendi ſunt ex eo charactere nonnullorum Faſti: vt Onufrij, qui anno Chriſti CCXXIII Alexandri initium illigat: non CXXIV, vt Scaliger in Animaduerſ. putat. Hoc enim anno ab iis duntaxat ponitur, qui biennio communem æram anteuertunt. Onufrius verò vno non amplius anticipauit. Idem porro VI Eid. Mart. occiſum ex Dione refert Alagabalum, quod apud Dionem non reperi. Et alioquin ex actis Vrbis, quæ à Lampridio proferuntur, liquet ante diem illum interfecto Alagalabo, Alexandrum ad imperium eſſe prouectum. Nam Pridie Non. Mart. aduerſus Alagabalum mortuum, & in Alexandri Imperat. gratiam acclamationes editæ ſunt in Senatu, quas Lamprid. refert, quando & Antonini, atque Magni cognomen Alexandro decretum eſt. Obiit Alexander Seuero, & Quintiano Coſſ. anno Chriſti CCXXXV. Imperauit annos XIII, dies IX. Lampridius Eutropius, Victor. Herodianus libro VI maiorem anni decimi quarti confectam ab eo partem eſſe ſignificat. Sed ſine dubio fallitur.

Alexādro ſuffectus eſt Maximinus XV Kal. Apr. vt author eſt Onufrius. Imperaſſe Maximinū annis tribus, diebus aliquot, ſcribit Eutropius. De triennio Victor aſ- C ſentitur, & Caſſiodorus in Chronico. Euſebius l. VI, c. κη'. Oroſius l. VII, c. XIX, tertio, quàm regnabat, anno periiſſe ſcribit: vt biennium cum aliquot menſibus imperio potitus ſit. quod & Onufrius ſecutus eſt, qui interfectum illum refert anno Vrbis DCCCCXC. Perpetuo, & Corneliano Coſſ. Hic eſt annus Chriſti CCXXVII.

Porro viuente adhuc Maximino, Gordianus Proconſul Africæ Carthagini Imperator acclamatus eſt, cum filio. Sed vterq; à Capeliano Maximini duce paulo pòſt opprimitur. Imperarunt ambo annum vnum, menſes ſex, ſi Capitolino credimus. Onufrius autem menſem vnum, dies ſex numerat ex Capitolino, & Herodiano. quod ſecus habet. Quanquam probabilior eſt Onufrij computatio. Ac videtur circiter Maio menſe Gordianus vterque imperium adeptus. Nam literas Gordiani Romam allatas Syllanus Conſul VI Kal. Iunias recitauit, vt Capitolinus aſſerit in Maximinis. Idem porro in Maximo & Balbino VII Kal. Iunias Gordianorum nece nunciata, ambos iſtos à Senatu Imperatores lectos eſſe dicit. mendoſè. ſi quidem poſtridie Gordianorum recitatæ ſunt literæ. Aut ergo VII Kal. Iul. aut eiuſmodi aliquid ſubſtituendum, quod ad ludorum Apollinarium, quibus hæc acciderunt, tempus conueniat. Igitur Senatus Romæ ex viginti viris, quos ad tutan- D dam Rempub. abſentibus Gordianis elegerat, Imperatores duos conſtituit, Maximum Pupienum, & Balbinum. quorum prior aduerſus Maximinum Aquileiam obſidentem profectus rem ex animi ſententia confecit. Nam Maximini ambo à militibus interfecti ſunt, circa Kal. Octob. vt ſcribit Onufrius. Verùm quibus annis iſta contigerint, propter Hiſtoricorum diſſidium minus eſt explicatum: vti & Gordiani tertij primordium. Capitolinus in Maximinis ait, mortuis Gordianis Maximum Pupienum ex Præfecto Vrbi, & Claudium Balbinum Imperatores creatos. quibus à populo Auguſtis appellatis, per milites deinde, ac populum Gordianus ſenioris Gordiani nepos Cæſar eſt dictus; eodem die, quo illi Imperatores & Auguſti à Senatu renuntiati ſunt; vt Herodianus lib. VII, & Capitolinus in Gordiano tertio narrant. Occiſis demum Pupieno, atque Balbino Gordianus Imperator,

A peratur, & Auguſtus ſalutatus eſt; vt iidem authores referunt. è quibus Herodianus ludis Capitolinis id accidiſſe ſcribit. Quare vno anno circiter Pupienus, & Balbinus imperarunt. Nam & Iunio menſe, vel Iulio ſuperioris anni creati, & eodem ſequentis anni menſe militari ſeditione cæſi ſunt. Gordianus igitur puer hactenus Cæſar, poſt necem iſtorum Imperator & Auguſtus acclamatus eſt. Docet hoc Herodianus, & Capitol. in Gordiano tertio, & in Maximo, atque Balbino. Atqui contrarium ex hoc eodem poteſt colligi, nempe Maximino adhuc ſuperſtite Imperatorem, & Auguſtum fuiſſe Gordianum puerum. Nam ſtatim poſt Maximini necem, miſſæ ſunt Romam literæ, quas nuncius Aquileia & Rauenna, vbi Maximinus Imperator erat, incredibili celeritate ad Balbinum attulit, qui tum forte cum Gordiano ludorum ſpectaculis intererat. *Et forte dies ludorum erat* (verba ſunt Capitolini in Maximino patre) *quum ſubito ſedente Balbino, & Gordiano theatrum nuntius ingreſſus eſt: atque antequam aliquid indicaretur, omnis populus exclamauit: Maximinus occiſus eſt: ita vt nuntius præuentus, Imperatores, qui aderant, gaudium publicum nutu, & conſenſu indicauerint.* Imperatores vocat Balbinum, & Gordianum.
B Non igitur Cæſar hic tantummodo fuit. Sed validius è ſequentibus argumentum. Recitatis in Senatu per Balbinum Auguſtum literis, acclamauit Senatus inter cætera; *Maxime Auguſte tibi gratias: Balbine Auguſte tibi gratias. Tibi gratias Gordiane Auguſte.* Eutropius item lib. IX; *Poſtea tres ſimul Auguſti fuerunt Pupienus, Balbinus, & Gordianus.* Ergo & Imperator, & Auguſtus cum Maximo, & Balbino Gordianus fuit. Pergit Capitolinus: apud quem Cuſpidius Celerinus ita cenſuit. *Victoriæ cauſa principibus noſtris Maximo, Balbino, & Gordiano ſtatuas cum elephantis decernimus, currus triumphales decernimus, ſtatuas equeſtres decernimus.* Profectò maius aliquid ampliúſque, quam Cæſaris, faſtigium conſecutus ille videtur, qui cum ambobus illis, Imperatoris, Auguſti, Principis appellatione; tum honorum cõmunione ſociatur. Præterea Maximinus mortuo Alexandro, imperator factus eſt anno Chriſti CCXXXV, menſe Martio, XVI circiter die. Si quidem Alexander, qui Prid. Non. Martias Imperator renunciatus eſt, vltra XIII annos nouem dies imperauit, qui in XV Martij deſinunt. Anno ſequente, qui fuit Chriſti CCXXXVI, Maximino Auguſto, & Iulio Africano
C Coſſ. Gordiani in Africa Imperium vſurparunt circa Maium. quibus interfectis, Iunio, vt apparet, exeunte, Maximus Pupienus, & Balbinus ſuffecti ſunt, iidémque anno Chriſti CCXXXVII, eodem fere, quo inierant, menſe à militibus interempti ſunt. Quibus extinctis Gordianus tertius ſolus imperauit. Porro huius exordium cœleſti charactere notatum eſt; quod memoriæ prodidit in eius vita Capitolinus. *Sed indicium*, inquit, *non diu imperaturi Gordiani hoc fuit, quod eclipſis Solis facta eſt, vt nox crederetur, neque ſine luminibus accenſis quicquam agi poſſet.* Duæ Solis inſignes defectiones anno Chriſti CCXXXVII, & CCXXXVIII acciderunt. Prior Aprilis XII. cuius ex Pariſinis tabulis ea delineatio colligitur. Nouilunium verum hora 3, 12′, poſt meridiem, Romæ. Apparens hora 4, 31′. Sol in Arietis gradu 20, 20′ circiter. Motus latitudinis verus 0, 4, 25′. latitudo vera Borea 21′, 57″. Parallaxis latitudinis 19′. Qua detractâ, latitudo apparens eſt 2′, 57. Scrupula incidentiæ 29, 12′. Motus horarius apparens vna hora ante apparentem eſt 27′. pòſt apparentem, 33′. Igitur totius eclipſis duratio fuit horarum 1, 55′. Cœpit hora 3, 43′ poſt meridiem. Deſiit hora 5, 38′, ante Solis occaſum, hora fere integra. Digitos habuit 10, 30′ fere.

D Anno verò CCXXXVIII Aprilis 2 contigit eiuſdem ſideris defectio. Vera ſynodus hora 8, 4′ poſt mediam noctem: Sole in Arietis gradu 9, 58′ conſiſtente. Apparens ſynodus hora 7, 25′. Motus latitudinis verus 0, 11, 35′. Latitudo, 59′, 52″. Parallaxis latitudinis 51′. Ergo apparens latitudo, 8′, 32″. qua deducta de ſumma diametrorum, quæ eſt 29′ 35″, reſidua ſunt 21′, 3″. Itaque Digitorum fuit 8, & ſcrup. 15′. Scrupula incidentiæ 28′, 22″. Motus horarius apparens 32′. Tota proinde tenuit horam 1, 48′ motu apparente. Cœpit hora 6, 31′ poſt ortum Solis, ſcrupulis 17′. Deſiit hora 8, 19′. Ex iis Solaribus deliquiis, prius ſine dubio congruit ad hiſtoriam Capitolini. Nam longe maius poſteriore fuit. Itaq; Gordianus iam tùm Imperator, & Auguſtus fuiſſe videtur ex anno Chriſti CCXXXVII, cyclo Lunæ X, Solis XXII.

Anno C. 238 Caladis Januar. lex data est à Gordiano Imp. lib. 5. Cod. t. 70.

in Chronologia Ao 238, rectiq.

De Philipporum initio, & ludis ſæcularibus.

CAPVT XXV.

GORDIANVS ſexennio regnauit, ait Victor Schotti, poſt Capitolinum. item Euſebius, Epiphanius, Caſſiodorus, &c. Occiſus eſt igitur anno Chriſti CCXLIV, Peregrino, & Æmiliano Coſſ. Succeſſit ille ipſe, qui Gordianum interfecit, Philippus Arabs ex Præfecto Prætorio, cuius imperium Sæcularium ludorum commiſſione celebratum eſt, anno Vrbis abſoluto milleſimo, & ineunte milleſimo primo; quo ambo Philippi Conſules fuerunt pater III, filius II. Id enim numi veteres quàmplurimi demonſtrant. B Atque hic annus æræ communis eſt CCXLVIII, quo Philipporum deſinente quarto, quintus inchoatus eſt. Quippe annus Chriſti CCXLVIII eſt Periodi Iulianæ 4961. cùm ergo primus annus Vrbis Varronianus cœperit à Palilibus anni 3961, anno 4961, Chriſti CCXLVIII, iiſdem ex Palilibus iniit annus Vrbis milleſimus primus, quo quidem ludi illi Sæculares tempore meſſis, vt refert Zoſimus, inſtaurari ſoliti, à Philippis celebrati ſunt. Hinc errare liquet eos, qui contra numorum fidem, ludos iſtos à Philippo, anno imperij ineunte quarto, Conſulatu ſecundo, peractos aſſerunt: qui Chriſti CCXLVII putari debet. etſi CCXLIX illi numerent. Sed & Caſſiodorus in Chronico perperam ludos Sæculares coniicit in annum ſequentem, quo Coſſ. fuerunt Æmilianus, & Aquilinus, qui eſt Chriſti CCXLIX.

Philippus an Chriſtianus fuerit.

Hic eſt autem ille Philipppus, quem à S. Pontio martyre ad fidem fuiſſe conuerſum, acta illius martyris teſtantur, quæ ſunt apud Surium Tomo VII, Maij XIV. Sed quantum illis tribuendum ſit, indicat in Annalibus Baronius ad A. CCXLVI, vbi ridiculam iis intextam eſſe fabulam oſtendit, de templo, ac ſimulacro Iouis à Fabiano, & Pontio ſubuerſo. Euſebius lib. VI Hiſt. cap. λδ´ famam refert de C ſuſcepta ab Imperatore Philippo Chriſtiana fide memoriæ proditam, déque literis ab Origene ad ipſum, & ad eius coniugem datis. de quo meritò dubitat idem Annalium Illuſtriſſimus conditor; qui è Zonara complures obſeruat nominum ſimilitudine deceptos, quæ Philippo Ægypti Auguſtali conueniunt, ea ad Philippum Imperatorem accommodaſſe.

De initio & obitu Decij, Galli, & Voluſiani; Valeriani, & Gallieni, Claudij, Aureliani, Taciti.

CAPVT XXVI.

PHILIPPIS annos quinque Victor, Eutropius, & Onufrius attribuunt. ſeptem Euſebius in Hiſtoria, & in Chron. Epiphanius, Oroſius, Caſſiodorus, & Baronius. Priores mortuos eſſe Philippos volunt D Coſſ. Æmiliano, & Aquilino, qui eſt annus Chriſti CCXLIX; poſteriores Deciis duobus Coſſ. qui eſt annus Chriſti CCLI. Rurſus Decio biennium Eutropius, & Victor imputant. Hic tamen in Epitome menſes XXX numerat. Caſſiodorus annos II, menſes IV. Euſebius & Epiphanius annum I, menſes II. De Gallo item, & Voluſiano haud paulo impeditior eſt quæſtio. Biennio quippe regnaſſe Victor, Eutropius, aliique cenſent. At Inſcriptiones veteres Trib. pot. IV illis admetiuntur. Sanè tam horum, quàm inſequentium Imperatorum tempora partim ſcriptorum inopia, vel ἀνιστορησία: partim Cõſulatuum perturbatione obſcuriſſima remanſerunt; vt ad hiſtoricos illos nodos, & controuerſias dirimendas probabili coniecturæ pręcipuus eſſe locus debeat.

Philippi quot annis imperauerint.

Nos ambobus Philippis non plures annos quinque ſolidis cum menſibus aliquot aſſignandos credimus. Nam Tribunitiam poteſtatem VI cum Conſulatu III Philippo Patri numi veteres addicunt. vt appareat cœpto iam anno imperij ſexto, Coſſ. Æmiliano, & Aquilino, periiſſe Philippos, anno Chriſti CCXLIX.

A At Veronenſis Inſcriptio, quam in Annalibus laudat Baronius, & Adolphus Occo, teſtatur anno Chriſti CCLIII cæſos eſſe Philippos. Sed adulterina & nugatoria eſt epigraphe, quam meritò neglexit Onufrius. Neque enim annorum Chriſti putatio ita vetus eſt; quam demum poſt Dionyſium paſſim vſurpatam eſſe conſtat. Itaque nihil erat, quod ad rationes ſuas cum ψευδεπιγράφῳ illo monumento conciliandas, Annalium, Chronicorúmque Scriptores biennium Philippis arrogarent. Atque vt Deciis ambobus Coſſ. necatos eſſe Philippos arbitremur, nequaquam is annus erit æræ Chriſtianæ CCLIII, vt Annalibus videtur; ſed CCLI. Verùm ante Decios ambos Conſules, Philippos extinctos eſſe, probabilius eſt. Videtur enim Decius pater in illo Conſulatu, qui ſecundus in Faſtis illi tribuitur, iam Imperator, & Auguſtus; Etruſcus verò filius, Cæſar appellatus. Nam ſi alij Coſſ. annum aperuiſſent, eorum titulo inſignitus eſſet annus, vti paſſim in Faſtis cernimus. Quocirca Decius pater anno ſequenti, quàm imperium adeptus eſt, Conſulatum cœpit, & collegam habuit Gratum, ſiue Gratianum; in altero verò Con-
B ſulatu Etruſcum filium. quod mirum non eſt. Siquidem & Philippus Imp. primum Conſulatum cum Titiano, ſecundum cum filio ſuſcepit. Maximinus item Conſul primò cum Africano fuit; cum filio nuſquam comparatur. Sed Coſſ. ſeries alia in Faſtis Siculis, alia in Caſſiodori Chronico reperitur. Quippe Siculi poſt Philippum Aug. III, & Philippum F. II ſubiiciunt Æmilianum II, & Aquilinum; Decium & Gratianum; Gallum & Voluſianum; Voluſianum II & Maximum; Decium Cæſarem, & Decium F. mendoſè. Melius apud Caſſiodorum, Æmiliano, & Aquilino Decius & Gratus Coſſ. ſubiuncti ſunt: tùm Decius II & Etruſcus. inde Gallus & Voluſianus; Voluſianus II, & Maximus. Cuſpinianus in quibuſdam Faſtis Decium II cum Grato componi; cum Decio verò F. Cæſare; Decium III aſſerit. quod & Onufrio placuit. Itaque ſuffectũ aliquo anno Decium fuiſſe non improbabile eſt. Cui quidem annos duos cum menſibus aliquot imputamus, nempe VI, vt author eſt Aurelius Victor. Etenim anno Chriſti CCXLIX, Aemiliano, & Aquilino Coſſ. imperare cœpit; peruenitque ſaltem ad extremum
C annum Chriſti CCLI, quem ipſe Conſulatu III cum Etruſco filio notauit. Nam Trebellius Pollio in Valerianis Senatum Decij Imperatoris authoritate coactum refert duobus Deciis Coſſ. VI Kal. Nou. in quo Valerianus abſens Cenſor factus eſt; idque ordinis ampliſſimi decretum ratum iuſſit eſſe Decius. Quare ſub illius anni finem Decij ambo perierunt.

Falſa inſcriptio refellitur.

Decij imperium.

Anno igitur exeunte Chriſti CCLI, extinctis ambobus Deciis, Gallus Hoſtilianus cum Voluſiano filio ſucceſſit; quibus biennium Victor, & Eutropius tribuunt; hic quidem non integrum. at Euſebius Chron. & Caſſiodorus annos duos, menſes IV. In veteribus numis Occonis vnus eſt cum hac epigraphe, IMP. CAE. C. VIB. VOLVSIANO AVG. P.M. TR. P. IIII. COS. II. ex quo Baronius Gallo & Voluſiano quatuor adſcribit annos. Ita mortui fuerint anno Chriſti CCLIV. quod ipſum Chronologiæ noſtræ conſentaneum eſt: vt cum nouo anno Iuliano, noua Tribunitia poteſtas inchoata ſit, adeóque quater inſtaurari potuerit. Quamobrem ineunte anno Chriſti CCLIV Gallus & Voluſianus interfecti ſunt, cùm imperaſſent annos ſolidos duos, nempe CCLII, & CCLIII, ac menſes IV, qui poſtremam anni
D CCLI partem, & tres circiter primos anni CCLIV menſes occupant. Vides quàm bellè cum Inſcriptione veteri Chronologia noſtra conſentiat: vtque neceſſe ſit poſteriores duos annos communes illis facere cum Valeriano, & Gallieno. qua in ſalebra Caluiſius hæret. Vide quæ ſubinde de Tribunitia poteſtate notauimus.

Gallus & Voluſianus.

Gallo & Voluſiano Imperatoribus extinctis, Licinius Valerianus, & Gallienus ſubrogantur. His annos XV Euſeb. & Caſſiodorus aſſignant. è quibus Valerianus ſex, Gallienus nouem obtinuit, authoribus Eutropio, & Aurelio Victore. Imperarunt ab anno Chriſti CCLIV ad CCLXVIII. quo, circa IX Kal. Apr. Claudius imperator acclamatur. vt ex Trebellio colligitur. Is intra biennium morbo periit. Eutropio & Oroſio teſtibus. Euſebius, & Caſſiodorus annum I, menſes IX, Victor biennium tribuit. Videtur anno Chriſti CCLXVIII cœpiſſe, & anno CCLXIX deceſſiſſe, & hoc modo biennium haud integrum exegiſſe.

Valerianus & Gallienus.

Claudius.

Claudium Quintillus excepit. Sed eodem tempore Aurelianus eligitur. Quin-

Aurelianus.

tillus itaque vix viceſimum imperij diem attigit. At Aureliano ſex annos, minus A paucis diebus Vopiſcus imputat. Eutropius annos V, menſes VI. totidem Victor, Euſebius, Oroſius, Caſſiodorus. Initium eius anno Chriſti CCLXIX, obitus anno ineunte CCLXXV, Aureliano ipſo III, & Marcellino Coſſ. (vt inter cæteros teſtatur Idatius in Chronico) Ianuario menſe. quod ex Vopiſco docetur. Scribit enim, Aureliano cæſo milites Imperatoris eligendi poteſtatem Senatui feciſſe. Ob idq; tertio nonas Februar. Senatum in curiam Pompilianam cōueniſſe. Occiſus eſt Aurelianus apud Cænophrurium inter Heracleam, & Byzantium. Proinde temporis aliquid ab eius nece ad eum diem interceſſit, quo Romam nuncius ille peruenit. Ita Ianuario menſe Aurelianus interemptus eſt. Sextum ergo Iulianum annum inchoauit. At ex antiquis numorum Inſcriptionibus concludit Baronius ſeptimum annum ab eodem eſſe libatum. quod in iis Tribunitia poteſtas VII notatur. Nihilominus tot Hiſtoricorum concordia pluris eſt apud me, quam B Inſcriptionis illius fides, quæ ſiue cuſoris hallucinatione; ſiue exceptoris ipſius mendoſa videri poteſt. Sed hæc quæſtio capite ſequenti plenius explicabitur.

Poſt Aureliani mortem ſex menſium interregnum fuiſſe Vopiſcus refert. Sed octo ferè menſes interceſſiſſe ex illius hiſtoria conuincitur. Etenim poſtquam vltro citróque ab exercitu ad Senatum nuncij commearunt; mutuò ſibi Imperatoris legendi ius vtriſque deferentibus; tandem VII Kal. Octob. Tacitus ad imperium euectus eſt, vt in Tacito Scriptor ille narrat. Imperauit Tacitus menſibus ſex: hoc eſt intra ſextum menſem interemptus eſt, Vopiſcus, Eutropius: Euſebius, &c. Victor ducenteſimo imperij die mortuum affirmat. Huic Florianus frater ſubſtitutus eſt, qui vix duobus menſibus imperauit, teſte Vopiſco. Itaque Tacitus anno Chriſti CCLXXVII exceſſit è vita; eodémque Probus Imperator eſt factus, cuius initium, & imperij tempus exquiſitiore diligentia perueſtigandum eſt.

De Probi Imper. initio, & Faſtorum vulgarium perturbatione.

CAPVT XXVII.

PROBI Imperatoris tempus Chronologiæ Chriſtianæ cardinem, ac velut vmbilicum continet, in quem diſcrepantes inuicem annales & Faſti coeunt, & in gratiam, concordiámque reuocantur; annis & Conſulatibus aliquot vel additis, vel detractis. Id quemadmodum fiat intelligere, non iniucunda Chronologiæ ſtudioſo res erit; nobis, qui temporum harmoniam, & concordiam in hoc opere profitemur, explicare neceſſarium eſt.

Ex iis quæ in ſuperioribus libris de variis poſt Chriſti natalem epochis, déque ipſo natali poſtea commentati ſumus, euidens eſt, magnam partem eorum; qui annales & Chronologias conſcripſerunt, in annis Chriſti vulgaribus cum Romana Græcáve hiſtoria comparandis vno anno, vel duobus aberraſſe. Quod inde illis accidit, quòd annum primum æræ Dionyſianæ totidem, quot ipſos erraſſe conuincimus, annis anteuertunt. Cùm enim primus annus Chriſti, qui D octauo poſt vulgarem natalem die ſumit exordium, anno quarto CXCIV Olympiadis conueniat; Iuliano XLVI; idque & ex Hiſtoricorum veterum teſtimoniis, & ex innumeris cœleſtium obſeruationum argumentis certiſſimè conſtet; nonnulli ad annum Olympiadis illius ſecundum: alij ad tertium: ad Iulianum itidem alij XLIV, alij XLV, Chriſtianam epocham imprudentes retraxerunt. Sic vnius, aut alterius anni labes in inſequentia tempora redundauit. Et quoniam in illa Conſulatuum fæce, quæ poſtremorum Imperatorum annos occupauit, mira quædam, & inextricabilis eſt annalium veterum perturbatio, quam ſuffectorum Coſſ. & ordinariorum confuſio magna ex parte propagauit: hinc opportuniſſima vel errori, vel inſcitiæ latebra in illorum temporum obſcuritate fuit. Neque priùs deprehenſum eſt vitium, quàm ad inſignem aliquam, & illuſtrem epocham, atque clauſulam perueniretur, quæ certum ac definitum interuallum terminaret. Tale Diocletiani primordium eſt, quod anno communis

A æræ CCLXXXIV congruit. Item Valentiniani, qui anno biſextili CCCLXIV Imperator eſt factus. Etenim ab initio illo, quod iſti ſibi præfixerunt, nimirum ab anno ſecundo Olymp. CXCIV, cyclo Lunæ XVIII, Solis VII, ad initium Diocletiani, cui cyclus XIX Lunæ, Solis XIII conuenit, interiecti eſſe debent anni CCLXXXVI, vel vno pauciores ab anno III Olymp. eiuſdem, cyclo Lunæ XIX, Solis VIII; vt ex Aſtronomicis obſeruationibus, & vulgari cyclorum methodo liquet. Nam anno Chriſti XIV, cyclo Lunæ XV, Luna defecit die Septembris XXVII, hora circiter V matutina; quo anno mortuus eſt Auguſtus, & Tiberius imperare cœpit. Item anno Chriſti XLV Kal. Auguſti Solis defectio contigit Claudij anno quinto. Conſulatus duorum Sextorum, qui anno XIV tribuitur, competit anno Iuliano LIX, Vrbis ex Varoniana putatione DCCLXVII. Annus verò primus Diocletiani, qui eſt omnium conſenſu æræ Chriſtianæ CCLXXXIV, cadit in annum Iulianum CCCXXIX, Vrbis MXXXVII; ſi quidem annus primus Iulianus cum anno ab Vrbe condita Varroniano DCCIX comparatur. Proinde Conſulatus Carini II, & Numeriani,
B qui confertur in annũ Chriſti CCLXXXIV, debet eſſe ducenteſimus ſeptuageſimus poſt Sextorum duorum Conſulatum. Ad hæc annus Chriſti CCCLXIV biſextilis eſt Iulianus quadringenteſimus nonus. deductis ànnis LIX, ſuperſunt CCCL. Totidem ergo Conſulatus poſt annum Iulianum LIX, Chriſti XIV, quo Auguſtus obiit, numerantur ad Iouianum Auguſtum, & Varronianum Coſſ. ſiue annum Chriſti CCCLXIV. Quod & ex cyclorum methodo perſpicuum eſſe poteſt. Nam primus annus æræ Chriſtianæ cyclo Lunæ II præditus eſt. Si igitur ad annum primum Diocletiani, qui eſt Chriſti CCLXXXIV, calculus procedat, incidet in eum cyclus Lunæ XIX. Quare cycli ſunt abſoluti XIV, cum annis reſiduis XVIII: quibus vnitas accedit; propterea quod ante primum annum æræ Dionyſianæ vnus iam cycli annus præteriit. Iam verò ſi annus primus Chriſti cyclum habet Lunæ II, conſequens eſt annum ſeptingenteſimum ſeptuageſimũ ſextum retro numeratum, quo prima Olympias iniit, cyclo affici V, qui eſt Per. Iulianæ 3938, & ſeptingenteſimum quinquageſimum tertium ante primum annum Chriſti, cyclum ſibi vendicare VIII, qui eſt in Periodo Iuliana 3961, in quem Varroniana Palilia prima cõueniunt. Ex quo,
C velut Chryſippea quadam fati catena, inſequentium annorum cycli deducti ſunt: vt annus ſecundus Olympiadis CXCIV, ſiue Iphiti DCCLXXV, cyclo præditus ſit Lunæ XIX, eundémque Vrbis annus DCCLII obtineat, quo Auguſtus XIII, & Siluanus Coſſ. fuerunt. Quocirca cùm annus primus Diocletiani fixus ſit in æra Chriſtiana, & CCLXXXIV putetur, ac cyclum XIX conſenſu omnium habeat; ab anno illo Iphiti DCCLXXV, Vrbis DCCLII, à quo Chriſtianam æram Eccleſiaſtici Annales incipiunt, cyclóque, vt oſtenſum eſt, Lunæ XIX, ad eundem cyclum anno Chriſti CCLXXXIV tributum, cycli ſunt abſoluti XV, cum vno anno, hoc eſt anni CCLXXXVI. ab anno verò Iphiti DCCLXXVI, Vrbis DCCLIII, quo Lentulus & Piſo Conſules adſcribuntur, cyclo Lunæ I, in quem primum Chriſti Onufrius, ac Perrerius conferunt, ad eundem annum primum Diocletiani, cyclúmque XIX, Enneadecaëterides præciſè ſunt XV, anni CCLXXXV. Biennio itaque prior opinio; vno anno poſterior excedit. Sunt enim haud plures anni quàm CCLXXXIV. Eadem ratione, ſi ad annum Chriſti CCCLXIV, quo Valentinianus Imperator acclamatus eſt, calculus dirigatur, in priori CCCLXVI, in poſteriori, CCCLXV ab an-
D no primo poſt natalem Chriſti numerandi ſunt. Atqui communis æra nonniſi CCCLXIV colligit. Vt igitur Chronologiam ſuam per annos Chriſti propagatam, ſed vno, vel altero anno communem epocham antecedentem, cum æra vulgari in concordiam adducerent, alij duos annos, alij vnicum de Faſtis expunxerunt, quod in illa temporum & Conſulum colluuione tam factu facile fuit, quàm animaduerti difficile. propterea quod perpauci ſunt, qui in illas ſe tricas annorum, & ἀκανθολογίας excutiendas audeant committere. plerique verò trita pedibus aliorum veſtigia perſequi malunt, quàm inquirendi veri moleſtia cruciari. Sed hæc quæ dixi, vt veriſſima ſunt, ſic ab hiſtoriæ, Chronologiæque ſtudioſo minimè negligenda: eiuſmodi certè ſunt, vt, quemadmodum ea hactenus explicauimus, à mediocribus etiam ingeniis percipi, comprehendique poſſint.

Ad ſummam ab anno Chriſti XIV, quo Tiberius iniit, ad annum Chriſti CCLXXXIV, Carino II, & Numeriano II Coſſ. paria Coſſ. CCLXX intercedere de-

bent. In Annalibus Baronianis nonniſi CCLXVIII. in Onufrianis CCLXIX cenſentur. Item poſt annum Chriſti CCXXII, quo Alexander Mammææ F. cepit imperium, vt ex Hippolyti Canonio planum fecimus, ſexageſimum ſecũdum par Conſulum eſt Carinus II, & Numerianus II: annúſque Chriſti CCLXXXIV, itidem ſexageſimus ſecundus. At in Baronianis Annalibus Conſulatus tantummodò ſexaginta; in Onufrianis vno amplius decurrunt. Quoniam ergo eundem omnes annum Chriſti ducenteſimum octuageſimum quartum, & trecenteſimum ſexageſimum quartum putant, vti in Baronianis, quod eſt dictum, Annalibus Conſulatus duos exemptos; vnum in Onufrianis diſſimulatum eſſe conſtat; ita quinam maximè præteriti ſint, in tanta Faſtorum diſcordia definiri vix poteſt. Sed vt noſtram de re tota coniecturam ac ſententiam aperiamus, laterculum hîc deſcribetur Conſulum aliquot, variis ex Faſtis excerptum; vt eorum inter ſe conflictus: &, quos mancos ac defectos eſſe diximus, vitij in illis locus ipſa comparatione deſignetur. Quadruplicem igitur Conſulum ſeriem ſubiecimus. Prima ex Idatij Faſtis, quæ eadem eſt cum Onufrianis, niſi quod Probum, & Paulinum Coſſ. ordinarios Idatius agnoſcit, quos prætermittit Onufrius. Secunda eſt è Faſtis Siculis, ſiue Alexandrino Chronico. Tertia ex Caſſiodoro. Quarta ex Baronis Annalibus.

LATERCVLVM CONSVLATVVM ALIQVOT VARIIS è Faſtis decerptum.

		Ex Idatio, & Onufrio.	Ex Faſtis Siculis.	Ex Caſſiodoro.	Ex Baronio.	
1023	271	Antiochianus, Orfitus.	Antiochianus, Orfitus.	Antiochianus, Orfitus.	271	Antioch. Orfitus.
1024	272	Aurelianus, & Baſſus.	Aurelianus, Baſſus.	Valerianus, Baſſus.	272	Aurelianus, Baſſus.
1025	273	Quietus, Voldumianus.	Quietus, Bradumianus.	Quietus, Valdumianus.	273	Quietus, Valdum.
1026	274	Tacitus, Placidianus.	Tacitus, Placidianus.	Tacitus, Placidianus.	274	Tacitus, Placidian.
1027	275	Aurelian. II, Capitolinus	Quietus II, Bradumian⁹.	Aurelian. Capitolinus.	275	Aurel. II, Capitol.
1028	276	Aurelian. III, Marcellus	Aurelianus II, Capitolin.	Aurelia. II, Marcellus.	276	Aur. III, Marcellin.
1029	277	Tacitus II, Æmilianus.	Aurel. III, Marcellus.	Probus, Paulinus.	277	Probus, Paulinus.
		* Probus & Paulinus.	Tacitus II, Æmilianus.	Probus II, Paternus II.	278	Patern. Probus II.
1030	278	Probus II, Lupus.	Probus, Paulinus.	Probus III, Patern. III.	279	Tacitus, Æmilian.
1031	279	Probus III, Paternus.	Probus II, Lupus.	Meſſala, Gratus.	280	Meſſala, Gratus.
1032	280	Meſſala, Gratus.	Probus III, Paternus.	Probus IV, Tiberianus.	281	Probus IV, Tiber.
1033	281	Probus IV, Tiberianus.	Meſſala, Gratus.	Probus V, Victorinus.	282	Probus IV, Victor.
1034	282	Probus V, Victorinus.	Probus IV, Tiberianus.	Carus, Carinus.	283	Carus, Carinus.
1035	283	Carus II, Carinus.	Probus V, Victorinus.	Carinus II, Numerian.	284	Carus II, Numer.
1036	284	Carinus II, Numerianus	Carus, Carinus.	Diocletianus, Ariſtob.	285	Diocl. II, Ariſtob.
1037	285	Dioclet. II, Ariſtobulus	Diocletianus, Baſſus.	Maximus, Aquilinus.	286	Maximus, Aquilin.
1038	286	Maximus II, Aquilinus.	Carinus II, Numerianus			
			Diocletian⁹ II, Ariſtob.			
			Maximus, Aquilinus.			

Cum Idatianis conueniunt & Victorij Aquitani Faſti, qui in vetuſtiſſimis P. Sirmondi membranis leguntur; niſi quod & Coſſ. nomina deprauata ſunt, & pro Lupo collega Probi in II Conſulatu, Paternus ponitur. Onufrius Probum & Paulinum ſuffectos eſſe, non ordinarios credidit, ob ídque prætermiſit. quos reliqui omnes in ſerie collocarunt. Porro nos Onufrium ab æra vulgari vno anno diſſidere κατ' προχρονισμὸν ſuo loco diximus; Baronium autem, biennio. vnde ambos inter illos vnius anni diſcrimen eſſe debet. Verùm Onufrius anno Chriſti CCLIV, Coſſ. Decium III, & Gratum II præteriit, quos Baronius poſuit. ex quo factum, vt biennio deinceps à Baronianis illius Faſti diſſideant. Pòſt Conſulatus duos inculcauit; nempe anno CCLX, Æmilianum, & Baſſum: anno CCLXI Sæcularem, & Donatum; qui in Baronianis prætermiſſi ſunt. Ita ambo quidem inter ſe concordes, Dionyſianam, & vulgarem æram biennio morantur; donec ad Probum Imperatorem peruentum eſt, vbi biennium vterque tacitè diſſimulauit. De altero anno, qui omiſſus eſt, ſatis conſtat. Nam Paulum, & Paulinum Onufrius; Baronius Probum & Lupum prætereunt. At quodnam par alterum Coſſ. in illorum Faſtis deſideretur, id verò difficile eſt conicere. Nec in horum tantùm duorum

A tabulis, ſed in cæteris vnum aliquod par Conſulum deeſſe videtur. Sunt qui Probum, & Ælium Scorpianum inculcandum putant poſt Tacitum, & Æmilianum. Ita Temporarius, & Caluiſius. Sed ei ſententiæ Vopiſci refragatur hiſtoria. Hic enim eodem anno, quo Tacitus obiit, ac Florianus eius loco prouectus eſt, Ælium Scorpianum Conſulem fuiſſe ſcribit, & literis à Probo, poſtquam renunciatus eſt Imperator, acceptis, de iis ad Senatum retuliſſe. Tacitus imperare cœpit Septembri menſe: ſex porro menſibus imperium tenuit; Florianus menſibus duobus. Igitur Iunio circiter Probus Imperator acclamatur, eodem anno, quem Conſules Tacitus & Æmilianus aperuerunt. Teſtatur hoc Probus ipſe ſcribens ad Senatum his verbis. *Rectè, atque ordine P. C. proximo ſuperiore anno factum eſt, vt veſtra clementia orbi terrarum principem daret, & quidem de vobis, qui & eſtis mundi principes*, &c. Tacitum intelligit, qui imperium à Senatu meruit. Quocirca proximo anno, quàm Tacitus electus eſt, id eſt eo ipſo, quo mortuus eſt, Probus à militibus renunciatus eſt Imperator. Atqui eodem anno Tacitus, & Æmilianus Coſſ. notantur in Faſtis. Cùm igitur Ælius Scorpianus eo tempore Conſul fuerit, quo Probus imperium obtinuit, neceſſe eſt ſuffectum illum fuiſſe, non ordinarium. B Sanè Probum & Scorpianum, neque Idatius, neque Victorius, neque Faſti Siculi, neque Caſſiodorus agnoſcunt. Sed nihilominus par vnum Coſſ. in Faſtis vulgaribus inſerendum arbitror, ſiue Imperatore Probo, ſiue alio quopiam. quod nominatim concipere, propter Conſulum in illis deprauata vocabula, minimè poſſumus. Atque hoc ex annis ipſis conditæ Vrbis, qui apud Onufrium adnotati ſunt, cernere licet. quorum ſumma vno anno deficit. Etenim Varroniana Palilia in Faſtis ſuis adhibuit, quæ anno tertio Olympiadis ſextæ congruunt, qui eſt à vulgari Chriſti natali ſeptingenteſimus quinquageſimus tertius, Periodi Iulianæ 3961. Igitur annus Chriſti XIV, quo Coſſ. fuêre duo Sexti, Vrbis eſt DCCLXVII, & annus Chriſti XLV, Coſſ. Vinicio, & Statilio, eſt ab Vrbe condita annus DCCXCVIII; quemadmodum in Onufrianis Faſtis rectè comparantur. Proinde Chriſti annus CCLXXXIV, debet Vrbis eſſe MXXXVII. Eſt autem apud Onufrium Vrbis MXXXVI. Sic annus Chriſti CCCLXIV, qui ex Varroniana putatione eſt ab Vrbe condita MCXVII, ab Onufrio numeratur MCXVI. Quare vnum par Coſſ. in Faſtis Onufrij deſideratur. C Et quamuis circa Probi tempus, & initium Diocletiani annos Chriſti, quos ante Dionyſianam æram inchoauerat, cum hac ipſa conciliauerit: in annis tamen Vrbis per imprudentiam peccauit, & à Varronianis calculis ad Capitolinos deſciuit.

De Conſulatibus Probi tempore difficilis quæſtio.

Par vnum Conſulum deſideratur

Scaliger ad annum Euſebianum MMCCLXI putat Onufrium ad annum illum, quo ludi ſæculares Philippis duobus Coſſ. inſtaurati ſunt, qui eſt ab Vrbe condita MI, Chriſti CCXLVIII, vnum par Coſſ. ſuffectorum ab Onufrio pro ordinario poſitum, eo quod vnius anni metachroniſmo peccat. deinceps autem ad Philippum, & Saliam Coſſ. qui eſt annus Chriſti CCCXLVIII, vnum par ordinariorum expunctum eſſe. Horum prius eſt falſum. Neque enim in Conſulatuum numero præcipuè ibi peccat Onufrius; ſed in iiſdem cum æra Chriſtiana comparandis; quam vno anno præuertit. Poſterius autem verum eſſe, ex annis Vrbis colligitur. Nam Victoris locus ille, quem producit Scaliger, non valdè rem conficit.

Redeo iam ad Probum Imperatorem; quem quidem militaribus ſuffragiis electum D eſſe conuenit anno illo, quo Coſſ. adſcribuntur Tacitus & Æmilianus; qui eſt annus Chriſti CCLXXVI. Imperauit annis, vt Vopiſco placet, V. Eutropius verò annos VI, mẽſes IV tribuit. Aurelius Victor à P. Schotto editus, cis ſextum annum interfectum aſſerit. Eutropio aſſentitur Euſebius, & Caſſiodorus. Sed & Iulianus in Cæſaribus ſeptimum annum inchoaſſe confirmat, quod & probabilius eſt. Obiit enim Probo V, & Victorino Coſſ. Octobri circiter menſe. Quare caſtigandus eſt Idatius dum Probo, & Paulino Coſſ. occiſum eſſe Tacitum refert. Hac ratione biennium ferè Tacito tribuendum eſſet, quem ſex menſibus tantùm imperaſſe conſtat. Sed neque Conſulem fuiſſe Probum, antequam Imperator fieret, exiſtimamus. Siquidem Tacitus apud Vopiſcum ad Probum ſcribens, epiſtolam ita concludit. *Te enim manet pro virtutibus tuis Capitolina palmata.* quibus verbis ſignificat, ante hoc tempus Conſulem non fuiſſe Probum; atque id demum egregiis illius meritis eſſe conceſſum. Quocirca Faſti illi, quos in Annalibus Baronius

ſecutus eſt, mendoſi ſunt, in quibus bis Conſul Probus eſt, antequam Tacitus imperaret. Melius apud Idatium,& in Faſtis Siculis, atque Caſſiodori inter Probi Conſulatus Tacitus non interponitur, qui tamen perperam à Caſſiodoro prætermittitur. A

Poſtremò de errore vulgari, qui Vopiſci codices omnes occupauit, in Animaduer. Epiphanij admonuimus. Ibi enim ſcriptum eſt Ælium Scorpianum Coſ. eo anno, quo Probus imperium cepit, tertio Nonas Februarias ad Senatum de eodem Imperatore retuliſſe. quod eo tempore fieri nullo modo potuit; ſed Iulio vel Auguſto menſe. Itaque tertio Nonas Auguſtas reſcribendum videtur.

De Cari, Carini, ac Numeriani primordiis.

Capvt XXVIII.

PRobo Imperatore à militibus extincto, M. Aurelius Carus imperium adeptus eſt, anno ab Vrbe condita MXXXV, Chriſti CCLXXXII. qui ſtatim duos liberos, Carinum, & Numerianum, Cæſares nuncupauit. Perperam verò nonnulli Cari primordium in annum Chriſti CCLXXXIII conferunt: obitum autem in annum CCLXXXIV, quo Carinus II, & Numerianus Coſſ. notantur. Sed cùm iidem Diocletianum Palilibus ipſis, id eſt XI Kal. Mai, poſt Numeriani necem iniiſſe cenſeant, ex eo ſequeretur, Carum vix quinque menſibus imperaſſe. Etenim Probus, qui IV menſes ſupra VI annos imperium tenuit, occiſus eſt menſe circiter Nouembri. à quo ad Palilia ſequentis anni menſes ſunt V cum diebus aliquot, quo interuallo Carus & Numerianus imperarunt. quod ſanè nimium eſt anguſtum. Quocirca neceſſe eſt initium Cari ad annum referre Chriſti CCLXXXII. Eutropius tribus illis biennium attribuit. Ita & Euſebius, Epiphanius, Oroſius, Caſſiodorus. Quo menſe Carus occiderit, incertum eſt. In veteribus Inſcriptionibus Tribunitia poteſtas bis Caro tribuitur, apud Gruterum, pag. CCLXXVII, & CCLXXVIII. Nam tres priorem tribunitiam poteſtatem indicant: IMP. CÆS. AVG. CARO. PIO. FEL. INVICTO. PONT. MAX. TRI. POT. P. P. PROCOS. altera eidem dat TRIB. POT. II. Proinde ſecundum annum inchoaſſe videtur. etſi id ex eo neceſſariò non ſequitur. ac, ſi qua fides eſt Eccleſiaſticis Annalibus, paucis menſibus imperauit. Rurſus in Euſebianis Animaduer. Scaliger quærit, qui verum ſit, quod in Carino Vopiſcus refert, Carini, & Numeriani imperium memorabile maximè iſtud habuiſſe, *quòd ludos Romanos nouis ornatos ſpectaculis dederint.* Atqui Numerianus Eufratenſi prouincia pedem poſt obitum patris non extulit. Igitur ab vno tantùm Carino ludi illi dati ſunt. Item, Olympius Nemeſianus Cynegetica ſua Carino dicat, Caro iam mortuo, vt ipſemet verſibus ſuis indicat. Viuente autem Numeriano hæc eadem à ſe ſcripta eſſe ſignificat. Hæc Scaligeriana dubitatio minimo negotio diſcuti poteſt. Siue enim Carus ſecundum annum inchoauerit, & ad Ianuarium, Februariúmve anni CCLXXXIV peruenerit; ſiue anno ipſo CCLXXXIII, nondum ineunte anno imperij ſecundo, deceſſerit; Numerianus menſes aliquot imperauit. quo interuallo ludi Romæ Carini, & Numeriani abſentis nomine edi celebrariq; potuerunt. ac Cynegetica ſua interim Carino Nemeſianus inſcripſit. Neque enim Numerianum ipſum Romæ tum fuiſſe, & ludis illis, qui nomine ſuo edebantur, interfuiſſe neceſſe eſt; neque hoc Nemeſianus ſignificat, vt ſuſpicatur Scaliger. Sed præſentem videre Numerianum optat aliquando, cùm ita canit,

Iam gaudia nota
Temporis impatiens ſenſus, ſpretórque morarum
Præſumit: videórque mihi iam cernere fratrum
Auguſtos habitus, Romam, clarúmque Senatum.

Hæc optantis poëtæ, non rem factam deſcribentis verba ſunt. Quæ ſi attentius legiſſet Scaliger, & antecedentia carmina conſideraſſet, nunquam ſuſpicatus eſſet Nemeſianũ dicere, poſt parentis obitum, Romam adueniſſe Numerianum, ac ludis iiſce cum fratre præfuiſſe. Nam contrarium paulo antè demonſtrat, Nume-

Chronicon Siculi triennium.

Ad A. MMCCXCIX.

Soluitur nodus à Scaligero propoſitus.

B C D

A riani videlicet abſentiam; cùm amborum fratrum res geſtas propediem celebraturum ſe pollicetur, cùm primùm Numerianum viderit.

Hæc nobis noſtræ libabunt carmina Muſæ,
Cùm primùm vultus ſacros, bona numina terræ
Contigerit vidiſſe mihi.

Quod ad Carinum ſpectat, is Diocletiano iam imperium adepto vixit aliquanto tempore, & cum eo diuerſis prœliis conflixit. quo verò anno perierit, etſi nemo diſertè conceperit; probabile eſt tamen ipſum anno Chriſti CCLXXXV è medio eſſe ſublatum. quod ex iis, quæ de Diocletiani epocha ſubinde dicentur, aſtrui poteſt.

DE INITIO DIOCLETIANI.

B *Quæ de hac epocha Scaliger lib.* V *de Emend. & in Animad. Euſeb. atque Iſagog. Canon. ſcripſerit, excutiuntur, ac refutantur.*

CAPVT XXIX.

NVLLA vetere in Eccleſia illuſtrior æra fuit, quàm quæ ab initio Diocletiani petitur; à qua Chriſtiani quondam annos ſuos putare conſueuerant. De hac perplexa eſt, & inconſtans doctrina Scaligeri, cuius in lib. de Emend. V hæc fere eſt ſumma. Poſt multas de Paſchatis celebritate velitationes, primos omnium ait Ægyptios Enneadecaëteridem Paſchalem inſtituiſſe anno Actiaco CCCXIV, cuius Neomenia incidit in annum Chriſti Dionyſianum CCLXXXIV, Probo Aug. II, & Furio Lupo Coſſ. triennio ante initium Diocletiani. Hic enim cœpit anno Chriſti CCLXXXVII, Periodi Iulianæ 5000, Olymp. CCLXVI anno II, cyclo Lunæ III, Solis XVI. quod quidem & Oroſium teſtari putat, cùm anno ab V. C. MXLI Diocletianum Imperatorem dicit electum. hoc eſt annus Vrbis MXLI incipiebat ab illis Palilibus Varronianis, à quibus ipſe Diocletianus iniuit. Sed & Euſebius rectè ad annum II Olympiadis CCLXVI, initium Diocletiani poſuit. Errat igitur quiſquis æram Martyrum Diocletianeam eſſe initium imperij Diocletiani exiſtimat. Hæc in libro V de Emend. In Animaduer. Euſebianis ad annum MMCCCI peccare dicit Euſebium vnius anni metachroniſmo, ſi à Kal. Ianuarij ex Romano vſu ordiamur, & amplius, ſi æræ Diocletianeæ ratio habeatur ex XXIX Auguſti, numero MMCCC. *Inde enim eſt exordium anni τοῦ Πασχαλίου Ægyptiorum Chriſtianorum. Sed Eccleſia,* pergit idem, *Græca, & Latina, incipiebant annos Diocletiani in vetuſtiſſimo Paſchali à Martio numeri* MMCCCI, *Maximo* II, *& Aquillino Coſſ. At Ægyptij, ſiue Elkupti, à* XXIX *Auguſti, numeri, vt diximus,* MMCCC, *Diocletiano* II, *& Ariſtobulo Coſſ. Hæc enim æra non eſt inſtituta ab initio Diocletiani, ſed ad methodum aurei numeri.* Mox: *Sane ſecundum Dionyſium, & Eccleſiæ Latinæ inſtitutum, ab Incarnatione ad primum annum numeri aurei Diocletianei ſunt anni* CCLXXXIV *abſoluti; & annus* CCLXXXV *eſt primus Diocletiani à Martio.* Denique lib. III Iſag. Can. Diocletianum annos duntaxat XIX imperaſſe ſcribit, & vltimum eorum conuenire in annum Chriſti CCCVII, primum verò iniiſſe ab anno Chriſti CCLXXXVIII (malè à Typographo editum eſt CCCVIII) quatuor annis ſolidis poſt initium æræ Paſchalis Ægyptiorum. At errare Chronologos, qui quod æræ principium eſt, id imperij conſtituant initium.

Pag. 463. Pag. 466. C Pag. 305. D

Tribus illis in locis neque vera, neque ſibi conſentanea definit. Prius itaque de pugna, & conflictu; poſteà de falſitate dicendum. In lib. V de Emend. Vrbis annum MXLI à Palilibus incipere docet, quæ cadunt in annum Chriſti CCLXXVII, Periodi Iulianæ 5000, & ſecundum Olymp. CCLXVI. Atqui primus annus Vrbis conditæ Varronianus cœpit anno Periodi Iulianæ 3961, cyclo Lunæ IX. annus Chriſti CCLXXXVII eſt Periodi Iul. 5000, cyclo Lunæ III. Ab anno 3961, ad 5000 non plures ſunt, quàm anni 1040: ita vt milleſimus quadrageſimus inierit à Palilibus anni Per. Iul. 5000, Chriſti 287. Non erat igitur annus iſte milleſimus quadrageſimus primus. Præterea nec illud cohæret, annum Vrbis Varronia-

num MXLI cum anno ſecundo Olympiadis CCLXVI concurrere. Eſt enim annus A
ille Vrbis in Per. Iuliana, 5001, anno Chriſti CCLXXXVIII, quo deſiit annus tertius Olymp. CCLXVI, & quartus iniit. Quin & Euſebius cum anno primo non ſecundo, Olympiadis CCLVI primum annum Diocletiani compoſuit. Illud verò palmare, quod anno Chriſti CCLXXXIV Coſſ. fuiſſe dicit Probum II, & Lupum, qui CCLXXVIII anno Chriſti congruunt. Septem itaque annis aberrat.

In Euſebianis Animaduerſ. peræquè conturbat. Euſebius annum primum Diocletiani comparat cum Abraami MMCCCI. Scaliger metachroniſmum eſſe dicit vnius anni ſi à Kal. Ian. numeremus; & eo amplius, ſi à XXIX Auguſti. Quare ſecundum Romanos, qui à Kal. Ian. ordiuntur; initium Diocletiani congruet Euſebiano numero MMCCC. at ſecundum Ægyptios, qui à Thoth, ſiue XXIX Auguſti incipiunt, numero MMCCXCIX. Falsò igitur ſubiecit, Latinam, Græcámque Eccleſiam incipere à Martio numeri MMCCCI. alioqui metachroniſmum Euſebianum ſequerentur, quod non putat Scaliger; qui è contrario hunc ipſum metachroniſmum ex Græcorum, & Latinorum epocha corrigit. Annus Euſebii MMCCCI, additis ex perpetua regula 2696, iniit ab Autumno anni Periodi Iulianæ B
4997, qui eſt Chriſti CCLXXXIV. Quare Diocletiani primordium rectè ab Euſebio confertur in annum illum Abraami. Sed Conſulum par vnum ab anno natali Chriſti ad Diocletianum prætermiſſum eſt in editione Græca. Etenim Euſebius natum Chriſtum putat anno tertio Olymp. CXCIV, Coſſ. Auguſto XIII, & Plautio Siluano, qui eſt annus Per. Iul. 4712. Æram itaque Chriſti vno anticipauit anno: adeóque à primo anno Chriſti Euſebiano ad eum, quo Coſſ. notantur in Græco Chronico Diocletianus & Ariſtobulus, id eſt ab Abraami MMXVI ad MMCCC, Conſulum paria debent eſſe CCLXXXVI. At non plura ſunt, quàm CCLXXXV. Vnus ergo Conſulatus expunctus eſt; nempe Probi & Paulini. Ita fit, vt cum æra Dionyſiana deinceps Euſebij Chronicon conſentiat; quod ad Conſulum cum annis Chriſti concordiam ſpectat. At in annis Abraami ſibi non conſtat. Diocletianus enim, & Ariſtobulus ad annum MMCCCI adiungendi fuerunt; qui quidem annus iniit anno Per. Iul. 4997, Chriſti CCLXXXIV ab Autumno; eiúſque pars maxima Chriſti anno CCLXXXV reſpondet; in quem cadit ille Conſulatus. C
Sed neque Conſules, neque annos Chriſti Euſebius adnotarat. & qui Conſules in Græca farragine adiunxit Scaliger, contra Euſebij mentem illos adſcripſit. Hinc apparet Ægyptios quidem ab anno Abraami MMCCC exeunte Diocletiani æram incipere. Hic enim annus iniit Periodi Iulianæ 4996, Chriſti CCLXXXIIII, ac Septembri menſe deſiit (ſi quidem Euſebius Syromacedonum popularium ſuorum initio vtitur, à Kal. Octobris. Nam ſi Alexandrinos ſequitur, æra Diocletiani cœperit anno Abraami MMCCCI ineunte) Conſulibus Carino II, & Numeriano; non autem Diocletiano II, & Ariſtobulo, vt ait Scaliger.

Qui & in Indictione peccat, dum anno illo, quo Nouilunium accidit primo die Thoth, id eſt XXIX menſis Auguſti, Indictionem IV iniiſſe dicit menſe Septembri. Hic eſt annus æræ Chriſtianæ CCLXXXIV, qui Coſſ. Carino II & Numeriano ſignatur in Faſtis, Indict. II. at Septembri cœpit Indictio III. Itaque παραχρονισμῷ
pag. 641. vnius anni tam in Conſulibus, quàm Indictione lapſus eſt Scaliger. Nec minus Alexandrinum Chronicon errat. Scribit enim à Coſſ. Diocletiano Aug. II, & Ariſtobulo annos Diocletiani in Paſchali digeſtos eſſe. Verùm & Ægyptij Diocletiani annos ab Auguſti XXIX computant anni Chriſti CCLXXXIV; & Indict. exeunte II, ineunte vero III: & Romani à Paſchali menſe anni CCLXXXV, Indict. III eoſdem annos ordiuntur. D

Demum in Iſagogicis Canonibus Diocletianum aſſerit imperare cœpiſſe quatuor annis ſolidis poſt initium æræ Paſchalis Ægyptiacæ. quæ eſt noua ſententia; & à priori libri V de Emend. Temp. diuerſa. Hac enim ratione primordium illius incurrit in annum Chriſti CCLXXXVIII.

Error Caſſiodori. Sed Caſſiodori grauis imprimis error caſtigatione dignus eſt, quem imprudenter ſecutus Scaliger in eam opinionem delapſus eſt, vt anno Chriſti CCLXXXVII, vel CCLXXXVIII Diocletiani conferret initium. Caſſiodorus ergo Diocletiano, & Ariſtobulo Coſſ. Probum occiſum eſſe ſcribit, & Carum cum filiis ſucceſſorem habuiſſe, annis duobus. Mox Diocletiano II, & Aquilino Coſſ. Carum periiſſe

A dicit: ac denique Diocletiano II, & Maximiano Coſſ. Numeriano, & Carino ſublatis, imperaſſe Diocletianum. quæ ſunt inquinatiſſima, & ἀνιστόρητα. Neque enim ſuperſtite Probo Diocletianus cum Ariſtobulo Conſul fuit; vti nec Auguſtus. Porro Diocletianus, & Maximianus Coſſ. fuerunt anno Chriſti CCLXXXVII; à quo Diocletiani primordium Scaliger arceſſit. In quo ſumma eſt hominis à ſeipſo diſſenſio. Etenim Ammiani teſtimonio vtitur in Euſebianis Animaduerſionibus, quo nullum opinioni ſuæ magis aduerſatur. Sed Scaligerum ipſum præſtat audire. *Porro à Diocletiano Auguſto II, & Ariſtobulo Coſſ. ad tempora Iuliani Apoſtatæ, nullum hominem priuatum vlli Auguſto collegam fuiſſe ſcribit Ammianus initio libri XXIII; hoc eſt per annos LXXVIII ſolum Iulianum Auguſtum IV Coſ. habuiſſe collegam Salluſtium hominem priuatum.* Atqui vel hic ipſe locus Ammiani Scaligerianum conuincit errorem. Conſulatus enim Iuliani quartus cum Salluſtio collega anno Chriſti congruit CCCLXIII. de quo deductis annis LXXVIII, reliqui fiunt anni CCLXXXV. Quare non anno CCLXXXVIII Diocletianus imperare cœpit, quod opinatur Scaliger; qui imprudens Ammiani contra ſe teſtimonium adduxit. Nam & in eo refragatur ipſi; quod Ammianus in illo Conſulatu, quem cum Ariſtobulo geſſit, Auguſtum fuiſſe Diocletianum aſſerit: Scaliger verò Diocletianeam æram, *quæ à Coſſ. Diocletiano* II, *& Ariſtobulo ſumitur, non inſtitui ab initio Diocletiani, ſed ad methodum numeri aurei.* Qui quidem in Canonibus Iſagogicis Diocletiani primordium reiecit in annum quartum à Coſſ. Diocletiano II, & Ariſtobulo. Quis tam aduerſari alteri poteſt, à quo maximè diſſentiat, quam ſibi eſt Scaliger ipſe contrarius? Nam annos ab eo tempore, quo Auguſtus cœpit eſſe Diocletianus, LXXVIII putat ad annum Chriſti CCCLXIII. ex quo relinquitur initio Diocletiani annus Chriſti CCLXXXV. & tamen nonniſi poſt annos quatuor ab eodem illo anno imperare cœpiſſe confirmat.

Ad annum MMCCCII

B

Annus ac dies, quo Diocletianus imperare cœpit, probabili ratione conſtituitur aduerſus inueteratam Chronologorum ſententiam.

C

CAPVT XXX.

QVI Ammiani locum illum legerit, cuius paulò ſuprà meminimus, minimè is quidem dubitabit, quin eo ipſo Conſulatu, in quo collegam Ariſtobulum habuit, Auguſtus, & Imperator Diocletianus extiterit. *Iulianus verò*, inquit ille, *iam ter Conſule adſcito in collegio trabeæ Salluſtio Præfecto per Gallias, quater ipſe ampliſſimum inierat Magiſtratum; & videbatur nouum, adiunctum eſſe Auguſto priuatum. quod poſt Diocletianum, & Ariſtobulum nullus meminerat geſtum.* Eſt autem annus iſte procul dubio æræ Chriſtianæ CCLXXXV. Quem proximè Carini, & Numeriani Conſulatus anteceſſit, in quo Faſti omnes conſentiunt, Idatij, Victorij, Caſſiodori, Siculi, Onufriani, Baroniani. Atqui non anno ipſo, quo Conſul II fuit cum Ariſtobulo, ſed præcedente videtur imperator eſſe factus. Vt enim Ammianum præteream: cuius verba ſic interpretari licet; vti nondum quidem Auguſtus fuerit, quando Conſulatum iniit; ſed poſtea ſit factus. vt, inquam, de Ammiano taceam, ex veteri certè Inſcriptione colligas anno ſuperiore, quàm cum Ariſtobulo Conſulatum capeſſeret, Auguſtum, & Imperatorem fuiſſe. Extat apud Gruterum pag. CCLXXXIV; quæ Diocletianum Coſ. II, & Trib. Pot. II nominat. Ex quo ſequitur Tribunitiam poteſtatem primo anno antè, quàm Conſulatum ſecundum gereret, conſecutum fuiſſe. Conſulatus ſecundus cadit in annum Chriſti CCLXXXV. Ergo Tribunitiam poteſtatem primam eſt adeptus anno CCLXXXIV. Idatius in Faſtis Diocletiano II, & Ariſtobulo Coſſ. *Occiſus eſt*, inquit, *Carinus Margo: & leuatus eſt Diocletianus Imperator; qui ipſo anno cum Ariſtobulo Conſul proceſſerat.* His verbis oſtendit, adhuc priuatum fuiſſe Diocletianum, quando Conſul cum Ariſtobulo collega annum aperuit: & eo labente Conſulatu ad imperium eſſe prouectum. Sed huic vetus illa refragatur inſcriptio. Quinetiam Alexandrinum Chronicon, antequam ſecundum cum Ariſtobulo Conſulatum caperet, Auguſtum iam fuiſſe

D

Diocletianum indicat. Nam ante Coſſ. iſtos verba illa poſuit. Διοκλητιανὸς ἀναγορευθεὶς πρὸ ιε' Καλανδῶν Ὀκτωβρείων ἐν Χαλκηδόνι, εἰσῆλθεν εἰς Νικομήδειαν πρὸ ε' Καλανδῶν Ὀκτωβρείων, μετὰ τῆς πορφυρίδος, καὶ Καλάνδαις Ἰανουαρίαις προῆλθεν ὕπατος. *Diocletianus Imperator* XV *Kal. Octob. Chalcedone renuntiatus*, V *Kal. Octob. Nicomediam purpuratus intrauit, & Kal. Ian. Conſul proceſſit.* Non auro contra carus eſt hic locus, quo veram Diocletiani epocham docemur: quam haud ſcio an alius Scriptor expreſſerit. Nimirum ab a. d. XV Kal. Octobres anni Chriſti CCLXXXIV Diocletianus imperare cœpit. quamuis in Faſtis Paſchalibus ab anno ſequente annos illius ordirentur. Subiungit enim Chronicon idem Coſſ. Diocletianum II, & Ariſtobulum. ad quos iſta notat: ἀπὸ τούτων τῶν ὑπάτων τάσσονται τὰ Διοκλητιανοῦ ἔτη εἰς τὸ Πασχάλιον. *Ab his Coſſ. Diocletianei anni in Paſchali digeruntur.* Mea hæc ſententia eſt: Diocletianum ſtatim poſt occiſum Numerianum ab Apro ſocero à militibus imperatorem eſſe factum, anno CCLXXXIV. Sed cùm Carinus ſuperſtes adhuc eſſet; nondum pacificè, ac ſine competitore, nec vbique Diocletianus imperabat; donec multis prælijs cum Carino geſtis, eo interfecto, ſolus imperium tenuit, anno CCLXXXV; quo nouum veluti primordium habuit imperij: quando ſcilicet ab iis etiam prouinciis, & exercitibus Imperator ſalutatus eſt, quibus hactenus Carinus præfuerat. Quô mihi reſpexiſſe videtur Idatius, dum Coſſ. Diocletiano II & Ariſtobulo, leuatum dicit eſſe Diocletianum. Hoc enim de Occidentalibus prouinciis poſt Carini necem intelligi poteſt. At in Oriente, vbi Carus & Numerianus extincti ſunt, anno ſuperiore iam imperium ceperat. vt antea demonſtrauimus.

Fauere videtur, quod in Codice Iustinianeo nulla lex (inquisivi n. studiose) Carino II et Numeriano Coss. a Diocletiano Imp. lata invenitur ante Idus Octobris. lib. et tit. vide pag. seq.

Quo die imperium auſpicatus ſit Diocletianus.

Nunc quo die primum inierit, attentius exploremus. Fuit hactenus Chronologis pleriſque, & Annalium, hiſtoriarúmque ſcriptoribus ſine vlla dubitatione perſuaſum; Diocletianum Palilibus ipſis, id eſt XI Kal. Maias à militibus Imperatorem eſſe ſalutatum. Id ab Oratore Gallicano veteri, Claudio Mamertino in Panegyrico, quem Maximiano dixit, proditum eſſe, docuit Onufrius in Faſtis; & in eandem opinionem Scaligerum, Baronium, & innumerabiles alios, méque adeo ipſum aliquando perduxit. Sed cùm & Alexandrini Chronici de Diocletiano; & Idatij, de Maximiano teſtimoniis initio leuiter commotus, qui alios, quàm qui ab Onufrio ex Panegyrici iſtius authoritate tribuuntur, natales imperij dies ambobus Imperatoribus ſtatuunt; illum ipſum Panegyrici locum accuratius obſeruaſſem; animaduerti nihil ex eo poſſe tale concludi, cuiuſmodi authores illi ſuſpicati ſunt. Hoc autem eſt: eundem Vrbi, qui & illis imperij, fuiſſe natalem. Panegyri verba ſunt. *Reuera enim, ſacratiſſime Imperator, meritò quiuis te, tuúmque fratrem Romani imperij dixerit conditores. Eſtis enim, quod eſt proximum, reſtitutores: & ſit licet hic illi vrbi natalis dies, quod pertineat ad originem populi Romani; veſtri imperij primi dies ſunt principes ad ſalutem.* Nego vllam iis in verbis literam eſſe, qua probari poſſit, Diocletianum, aut Maximianum Palilibus ipſis imperatores eſſe factos. imo verò diuerſos ibidem aio dies illos conſtitui, & κατ' ἀντίθεσιν cum primo die Romæ conditæ, primos Imperatorum illorum comparari dies; qui tam ab Vrbis natali, quàm à ſe mutuo differre vel in Panegyrico ſignificantur; vel ſi ita quiſpiam ſentiat, ab eo deduci teſtimonij illius authoritate non poteſt. Reſipiſcant itaque deinceps Chronologi omnes, & hanc de primo Diocletianei imperij die πρόληψιν tam leui, imo nullo argumento ſubnixam dediſcant, ac meliore commutent. Gratiæ verò Alexandrino illi Chronico debentur; cuius author ex Actis publicis diem nobis deſignat, quo primùm Chalcedone Diocletianus imperator eſt appellatus: nimirum XV Kal. Octobres, anno Chriſti CCLXXXIV. quod ſtatim à Numeriani cæde contigit; qui poſt Cari parentis obitum, ex Oriente, ac Perſide rediens, à ſocero in itinere eſt interfectus; recenti adhuc Cari funere; cui pius iuuenis præter modum illacrymans, ocularem in morbum inciderat.

De initio

A

De initio Maximiani Herculij, & Faſtorum varietate.

Capvt XXXI.

Præcipva quædam eſt de huius primordio, nec ſatis explicata quæſtio. Vulgò quidem Maximo II & Aquilino Coſſ. in collegium imperij adoptatum à Diocletiano Maximianum exiſtimant. Idatius; *His Coſſ. leuatus eſt Maximianus Imperator ſenior die Kal. Apr.* Hîc notanda dies, qua Maximianus ad imperium aſſumptus eſt. Fruſtra enim hactenus crediderunt, Palilibus id accidiſſe. de quo proximè ſuperiori capite diximus. Sed annus ipſe valde eſt incertus. Chronicon Alexandrinum Diocletiano III & Maximiano Aug. Coſſ. communicatum Maximiano refert imperium à Diocletiano, tertio imperij anno. Hic eſt annus Chriſti CCLXXXVII. at qui ab Idatio præfinitur, eſt CCLXXXVIII. Caſſiodorus Baſſo, & Quintiano Coſſ. qui eſt CCLXXXIX. Plerique Maximo II, & Aquilino Coſſ. Maximianum adſcitum volunt anno CCLXXXVI. Ita Onufrius, & Baronius, qui ex numis veteribus id affirmat. Ij enim apud Occonem Maximiano Conſuli Tribunitiam poteſtatem II vendicant IMP. MAXIMIANVS PIVS, AVG. P. M. TR. P. II. COS. P. P. Porro Conſulatus ille Maximiani competit anno Chriſti CCLXXXVII. Verùm communi illi ſententiæ refragatur vetus Inſcriptio apud Gruterum pag. CCLXXX, quæ Diocletiani in ſecundo Conſulatu collegam tribuit Maximianum Auguſtum. MAXIM. AVG. .... N. DIOCLETIANO II. COSS. SVB FELICE PROC. AVG. N. THERM. ANTONIANARVM. Hîc in ſecundo Conſulatu collegam Diocletianus habuit Maximianum Auguſtum. at in Faſtis omnibus in eo Conſulatu collega Diocletiani ponitur Ariſtobulus. Caſſiodorus quidem primum Diocletiani Conſulatum eum numerat, quem cum Ariſtobulo geſſit; ſecundum verò cum Maximiano copulat. Sed vtrumque priuato adhuc Diocletiano contigiſſe falsò putat. reliqui Faſti cum Ariſtobulo ſecundùm Conſulem Diocletianum comparant. in primo verò, quem priuatus ſcilicet obtinuit, collegam eidem Baſſum Faſti Siculi tribuunt. Quamobrem cùm ex antiquis illis Inſcriptionibus Diocletianum appareat in ſecundo Conſulatu Tribunitiam poteſtatem ſecundùm habuiſſe, & collegam in eodem Maximianum; conſequens eſt, Diocletiani Conſulatum II cum Maximiano collega ante Maximum & Aquilinum Coſſ. incidiſſe, adeóque anno Chriſti CCLXXXV, quo Tribunitiæ pot. perinde vt imperij ſecundum annum Diocletianus iniit. At neſcio an Diocletianus Conſulatum ſecundum cum Ariſtobulo initum, cum Maximiano iam in Imperium adoptato, ſuffectóque continuauerit.

pag. 648. *Primis ſtatim menſibus Imperii à Diocletiano adſcitum eſſe Collegam Maximianum colligitur certò è Codice Juſtinianeo, ubi lib. 3. Tit. 7. l. 1. Carino et Numeriano Coſs. lex datur Idibus Octobris à Diocletiano Imp. solo: Calendis autem Januar. ſubſeq. (vide marginalia mea pag. hanc ſeq.) à Diocletiano et Maximiano Collegis.*

B

C

Quanquam in Faſtis Idatij, Caſſiodori, Victorij primus Maximiani Conſulatus Diocletianum III collegam habet, anno Chriſti CCLXXXVII; ſecundus anno ſequenti Ianuarium. At Onuphrius, & Baronius, nec non Temporarius cum Diocletiano III, Maximianum II Cos. comparant. Caluiſius autem Diocletiani primum Conſulatum cum Ariſtobulo, anno CCLXXXV, ſecundum cum Maximiani I anno CCLXXXVII compoſuit. Sed antiqui omnes Faſti Diocletianum II Coſ. & Ariſtobulum exhibent; itidémque Diocletianum III & Maximianum. Quod autem Diocletianus III cum Maximiano II Conſul fuerit, ex antiquo illo lapide concludi poteſt. Si enim Diocletianus in ſecundo Conſulatu Maximianum collegam habuit, eundem ſecundum Coſ. in tertio ſortitus eſt. Atenim alia eſt Inſcriptio, quam producit Onuphrius; DIOCLETIANO III ET MAXIMIANO COS. in qua Conſulatus I Maximiani ad Diocletiani tertium adiungitur. Hîc hæreo, niſi aliunde ſubſidium aduocetur. Panegyricus Maximiano & Conſtantino Auguſtis dictus aſſerit Maximianum viceſimo anno Imperatorem, octauo Conſulem imperium abdicaſſe. *Te*, inquit, *rurſus viceſimo anno Imperatorem, octauo Conſulem ita ipſa amplexu quodam ſuo Roma voluit detinere.* Et ſubinde: *Non potuiſti reſiſtere ſanctæ illius parentis imperio, & inuitus licet paruiſti; & te illis vigiliis, illiſque curis, quas viginti annis expertus fueras, reddidiſti.* Ad hæc Aurelius Victor

D

Difficilis nodus.

à Schotto noſtro vulgatus, Diocletianum *celebrato regni viceſimo anno curam*, ait, *abieciſſe Reipub. & in ſententiam Herculium ægrè traduxiſſe; cui anno minus potentia fuerat*. Annus, quo vterque ſe imperio abdicauit, eſt CCCIV æræ Dionyſianæ, Diocletiano IX, & Maximiano VIII Coſſ. quo annus Diocletiani viceſimus abſolutus eſt XV Kalend. Octobris, cùm primus anno CCLXXXIV iniiſſet. Maximianus ergo, qui vno anno minus imperauit, & poſt decimum nonum abſolutum, viceſimum inchoauit ex a.d. Kal. April. imperare cœpit anno CCLXXXV, Diocletiano II, & Ariſtobulo Coſſ. Alioqui ſi Maximo & Aquilino Coſſ. anno CCLXXXVI iniit, vt vulgaris fert opinio, nonniſi XVIII imperauit annis, biennio minus quàm Diocletianus. Totidem certè in Alexandrino Chronico tribuuntur. Sed Panegyrici veteris, & Aurelij Victoris grauior eſt authoritas. Panegyricus porro viceſimum annum Maximiani putat à Kalendis Ianuariis anni CCCIV; cùm nonniſi XIX ab imperij epocha confectus eſſet. A

At huic tam operoſæ concluſioni adverſatur lex 2. tit. 34. lib. 6. Codicis Juſtinianei, quæ inſcriptionem habet Impp. Diocletiani et Maximiani Augg. data Calendis Januar. Diocletiano II. et Ariſtobulo Coſs. verbis diſertis.

Ex iis omnibus efficitur; Maximianum Auguſtum & Imperatorem eſſe factum anno Chriſti CCLXXXV, Diocletiano II, & Ariſtobulo Coſſ. & huic, quod quidem apparet, Conſulem eſſe ſuffectum. Hoc vt à communi opinione remotum eſt, ita veterum marmorum, & primariorum Scriptorum teſtimonio ſuadetur. B

De perſecutione Diocletiani.

CAPVT XXXI.

DIOCLETIANVS, & Maximianus poſtremis annis imperij ſui diram in Chriſtianos perſecutionem exercuerũt. Hanc cùm Euſebius in Chronico, & in Hiſtoria Eccleſiaſtica teſtetur menſe Martio, decimo nono anno Diocletiani, ac diebus Paſchæ contigiſſe, anno primo Olympiadis CCLXXI, Scaliger in lib. V de Emendat. anno Chriſti CCCV, eam aſſignat cyclo Lunæ 2. Vt enim Paſcha incideret in Martium, hoc non potuit accidere, niſi terminus Paſchalis fuiſſet in Martio. Anno igitur CCCV Paſcha in XIV incidit, cyclo Solis VI, lit. G, Martij XXV. *Eſt ergo locus illuſtris*, inquit, *quo probamus ante canonem Nicænum* πάσχα ἀναστάσιμον *concurriſſe cum Termino. Error igitur in Chronico Euſebij. Non enim anno primo Olympiadis* CCLXXI, *qui quidem annis cœpit à cyclo* II, *ſed eodem anno Iuliano hoc contigit: à cuius diebus æſtiuis cœpit annus primus Olympiadis* CCLXXI. *Itaque nondum incœperat annus* XIX *Diocletiani. Deerat enim menſis ad Palilia, vnde initium Diocletiani. Eccleſiæ igitur ſubuerſæ ſunt in Paſcha illius anni, in quo cœpit annus* XIX *Diocletiani à ſequentibus Palilibus, annus autem primus Olympiadis* CCLXXI *à diebus æſtiuis*. Mox eo quod Euſebius dicat, fine anni, quo Antiochenſes putabant annos CCCLI, cœptum proſcriptionibus innocentum cædibus martyrum crudeliter ſæuiri, concludit id accidiſſe anno CCCL editionis Iulianæ, cyclo II, cùm perſecutio ab eo autumno cœperit, à quo annos CCCLI Antiochenſes putare cœperunt. Pag. 467. C

Denique ſi anno CCLXXXVII, cyclo III, primus annus Diocletiani cœpit, ergo decimus nonus cœpit anno CCCV, cyclo II à Palilibus. Sub hæc Euſebiana fragmenta, quæ in calce Hiſtoriæ Græcæ Euſebianæ leguntur, exagitat, eiúſque characteres omnes mendoſos eſſe dicit. *Beauit nos tamen*, inquit, *Euſebius, qui annum* XIX *Diocletiani cum* CCCL *anno Iuliano comparat, hoc eſt quo anno à Kalendis Octobris Antiocheni annum* CCCLI *putare cœperunt. Eſt enim character* ἀναντίλογητος. *Sola igitur Eccleſia Antiochena nobis veram huius inſignis calamitatis epocham conſeruauit*. Hæc eo deſcripſi, vt hominis in ſuſcepta ſententia firmitatem, & confidentiam animaduerteres: quam cùm poſtea mutauerit, apparet quantum in cæteris illius aſſeuerationi fidei ſit habendum. Etenim in Euſebianis Animaduerſ. ad annum MMCCCXIX, anno Chriſti CCCIII perſecutionem illam cœpiſſe dicit. Quanquam incertus eodem in loco titubat, neque ſe ſatis explicat; ac denique in annum CCCV relabitur. Verùm cùm anno decimonono Diocletiani perſecutio illa cœpiſſe referatur, abſurdiſſimum eſt imprimis anno Chriſti CCCV illam contigiſſe credere, anno videlicet vno, poſtquam Diocletianus & Maximianus imperio D

Scaligeri inconſtantia.

A ceſſerunt. quod illo IX, iſto VIII Coſſ. adeóque anno CCCIV accidit. Præterea cùm ex antecedenti capite penitus exploratum ſit Diocletiani primum annum à XV Kalend. Octobris anni Chriſti CCLXXXIV exordium ſumere, annus XIX iniit anno Chriſti CCCII. anno verò Chriſti CCCV, cœpiſſet annus Diocletiani XXII, ſi quidem Imperator adhuc fuiſſet.

Quod ad Euſebium pertinet, quem ita Scaliger interpretatur, vt anno primo perſecutionis Paſcha in Martium incidiſſe dicat; primùm non hoc ſcripſit Euſebius, cuius è lib. VIII, cap. III verba ſunt. Ἔτος τοῦτο ἦν ἐννεακαιδέκατον τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας. Δύστρος μήν. λέγοιτο δ' ἂν οὗτος Μάρτιος κατὰ Ῥωμαίους. ἐν ᾧ τῆς τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτῆς εἰσελαυνούσης, ἤπλωτο πανταχόσε βασιλικὰ γράμματα. *Annus erat iſte Diocletiani* XIX, *menſis Dyſtrus, qui Romanorum Martio reſpondet: in quo ſalutiferæ paſsionis aduentante feſto, vbique Imperatoria edicta propoſita fuerant.* Perperam in lib. V de Emendat. Euſebium ſcripſiſſe refert, τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα εἰσελαυνούσης, indéque colligit Paſcha in Martium incurriſſe. Non hoc dicit Euſebius. Sed eius verba de Paſſionis Dominicæ feriis accipi poſſunt: quæ & ipſæ Paſchatis interdum

B nomine cenſentur.

Euſebius explicatur.

Atque vt reliqua Scaligeri peccata caſtigentur, & veritas ipſa certis indiciis exploretur; ſciendum eſt, ex iis temporum notis, quas Euſebius ſuppeditat, duorum annorum Dionyſianorum alterum ad illius perſecutionis initium apprimè congruere, nempe CCCII, aut CCCIII. Euſebius quidem ipſe in calce lib. VII Hiſtor. Eccleſ. ab anno Natiuitatis Dominicæ ad Oratoriorum euerſionem, annos computat CCCV. cuius verba in Oratione de SS. Metrophane, & Alexandro deſcribuntur apud Photium N. CCLVI, vt obſeruat Scaliger: qui & annum Chriſti CCCIV deſignari ab Euſebio ſentit. Sed nec annus iſte congruit, quo Diocletiani XX abſolutus eſt, & viceſimus primus incœpit: decimus autem nonus quæritur. & Acta illa ſpuria videntur. Si annus CCCII eligitur; Paſcha tùm contigit Aprilis V, cyclo Lunæ XVIII, Solis III, litera D. Nouilunium Paſchale Nicænum, Martij XVI: (ſed Diocletiani tempore fortaſſis adhuc hærebat in XVII:) feria II; decima quarta, Martij XXIX, Dominicâ. Ergo Paſcha diffundendum in Aprilis V.

C At ἡ τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτή, hoc eſt hebdomada ſancta, poſtridie cœpta. Niſi quis fortè celebratum in termino Paſcha malit, quod non eſt neceſſe. Agebat tum in imperio Diocletianus annum XVIII, & XIX proximè inchoandus erat. Euſebius verò decimum nonum ab ipſo Paſchali menſe potuit incipere; vel ab autumno antecedente, vt Syromacedones ſolebant.

Alter annus eſt CCCIII Chriſti, cyclo Lunæ XIX, Solis IV, litera C. Nouilunium Nicænum Martij VI, feria VII, decima quarta Martij XIX, feria VI: Paſcha itaque Martij XXI. Verùm Diocletiani æuo Neomenia conuenire potuit in VII Martij. Terminus Martij XX, feria VII; Paſcha verò, qui nonnullis tum Eccleſiis mos erat; vt ex Hippolyti Canone liquet, in XXII Lunam, id eſt XXVIII Martij transferri. Sed & propter cycli vitium, Neomenia ipſa Paſchalis vno die tardius potuit accidere: vt omninò Martij XXVIII Paſcha celebratum fuerit. Quod multò probabilius eſt, quàm quod in Animaduerſ. Euſebianis decernit Scaliger. *Itaque anno Chriſti propoſito* CCCIII *Dionyſiano, Antiochenſium* CCCL, *nobis conſtat in Occidente Paſcha* ἀναστάσιμον *celebratū* XXI *Martij: in Oriente* XVIII Ξανθικοῦ, *id eſt Aprilis.*

D Neutrum ſanè prudenter conſtare poteſt. Nam & in Occidente Neomenia vno die infra Nicænam, id eſt Martij VII conuenit; &, quòd terminus in VII feriam incurriſſet, diffundi Paſcha potuit in Martij XXVIII. Hoc enim Latinis vſitatum fuiſſe ſuo loco demonſtratum eſt. Et idem in Orientalibus quibuſdam Eccleſiis fortaſſis euenit.

Euſebius characteriſmorum varietate dubiam rem facit. In Chronico decimus-nonus Diocletiani cum anno tertio Olympiadis CCLXX confertur in editione Scaligeri. in edit. Pontaci, cum quarto, qui eſt Abraami MMCCCXX. Non autem è regione anni primi Olymp. CCLXXI ponitur, vt lib. V de Emend. ſcribitur. Annus quartus Olympiadis CCLXX Elidenſibus cœpit anno Periodi Iulianæ 5017, Chriſti CCCIV. Syromacedonum verò more, ab autumno antecedente, anno Chriſti CCCIII. Rurſus annus Abraami MMCCCXX incœpit ab autumno anni Periodi Iulianæ 5016, Chriſti CCCIII, anno viceſimo Diocletiani currente. Verùm

Euſebius vno anno tardius Diocletiani primordium collocat, ad annum primum Olymp. CCLXI; cùm ad quartum Olympiadis CCLX ponendum fuerit, qui Euſebiano more cœpit anno Per. Iul. 6996 ab Autumno; anno Chriſti CCLXXXIII, quo & annus Abraami MMCCC initium habuit. Quare mirum non eſt annum XIX Diocletiani vno itidem anno tardius incurrere. qui reuera adſcribendus erat ad annum Abraami MMCCCXVIII. Ita quidem in editione Scaligeri. At in Pontac. biennij metachroniſmus eſt. Illîc enim vti primus Diocletiani ad annum Abraami MMCCCII, ſic decimus nonus ad MMCCCXX apponitur. Rurſus ad annum XIX Diocletiani, Abraami in edit. Scaliger. MMCCCXIX, in Pontac. verò MMCCCXX id adſcriptum eſt. *Secundum Antiochenos annus* CCCLI. Oſtenſum eſt libro ſuperiore primum annum Antiochenum cœpiſſe ab Autumno anni Per. Iul. 4665. Vnde CCCLI ab autumno iniit anni 5015, Chriſti CCCII, Diocletiani decimo nono iam inchoato. Sed ſi Diocletiani annos à populari Antiochenorum epocha, id eſt ab Octobri antecedente, cœperit Euſebius, annus CCCLI Antiochenus cadit in annum XX ineuntem Diocletiani Imperat. Crediderim equidem Euſebium, aut quicumque notam illam æræ Antiochenſis appoſuit, cùm ſciret anno XIX labente Diocletiani, qui Romano more à Palilibus anni Chriſti CCCII inierat, Antiochenſem annum CCCLI ab autumno cœpiſſe, idipſum ad Euſebianum Chronicon adnotaſſe è regione anni XIX Diocletiani; cùm ſecundum epocham Euſebianam, ad XX notari debuiſſet. Hanc verò laciniam nequaquam Euſebij eſſe, ſed adſcititiam iure Pontacus credidit, cùm à pleriſque codicibus abſit. Quocirca neque tanti facienda eſt, quanti eſſe putat Scaliger; neque vt germana cenſeatur, illius errori patrocinatur. quin potiùs anno Chriſti CCCII initium perſecutionis adſcribit, Iuliano CCCXLVII, non CCCL. A B

Euſebij liber de Martyribus.

In fine Euſebianæ Hiſtoriæ libri tertij, appendix quædam eſt, in qua Martyrum, qui in illa perſecutione paſſi ſunt, geſta deſcribuntur, quæ in nonnullis codicibus ſeparatum volumen faciunt, cum hac epigraphe; Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου περὶ τῶν μαρτύρων τῶν ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης ἐπὶ Διοκλητιανοῦ, καὶ Μαξιμίνου μαρτυρησάντων. Huiuſmodi Fragmentum ex Hiſpania Lutetiam allatum mox vt vidi, ratus, id quod titulus præ ſe ferebat, Opus illud eſſe, quod de Martyribus à ſe ſcriptum teſtatur Euſebius, magnopere gauiſus eram. Sed ſubinde comperi nihil aliud eſſe quam laciniam illam, quæ à Rob. Stephano ad calcem lib. VIII Hiſtor. Eccleſ. adtexta fuerat. quæ haud fortaſſe temerè libri tantopere deſiderati pars eſſe nonnulla videatur. Sed in appendice iſta, cuiuſquemodi ſit, Perſecutionis illius anni certis characteribus notantur. Verùm ij maiori ex parte mendoſi ſunt, neque ſecum conſentiunt. Vnum tamen exemplum eſt, quod perſecutionis annum primum in Chriſti CCCII conferendum eſſe ſuadeat. Fol. 94 edit. Rob. Steph. pag. 1 anno ſecũdo perſecutionis, Apphianus inſigne martyriũ obiit Xanthici die II, quæ eſt IV Non. Apr. feria VI. Eſt hic annus CCCIII, cyclo Solis IV, litera C. Igitur primus annus cadit in Chriſti CCCII. Sed reliqua exempla deprauatiſſimam continent temporis notam. Ea nos ideo prætermittimus. Apud Photium N. 256 ex libro quodam, qui inſcribitur de vita SS. Metrophanis, & Alexandri, proditum eſt, Diocletiani anno XIX, Chriſti CCCV, perſecutionem in Chriſtianos efferbuiſſe. Sed acta illa mendoſiſſima ſunt. Velut cùm eodem anno Conſtantinum dicunt ἔφηβον fuiſſe, quem conſtat triginta & eo amplius annos habuiſſe. Cùm Nicenum Synodum triennio, ac ſex præterea menſibus duraſſe referunt: & id genus alia. Quare nec annum illum Chriſti CCCV amplectimur. Sulpitius Seuerus lib. II Hiſtoriæ interiectos ait eſſe fere quinquaginta annos à perſecutione Valeriani, ad initium Diocletianeæ: quod eſt verum. Valerianus iniit anno Chriſti CCLIV. à quo ad annum CCCII numerantur anni XLIX. Idem perſecutionem illam & annos X tenuiſſe ſubiicit; & ante annos LXXXIX, quàm ſcriberet, deſiiſſe. quod verum eſt. Nam limes hiſtoriæ Sulpitij eſt Stiliconis Conſulatus anno Chriſti CCCC, vt ipſe profitetur. Demptis 89 de 400, reliqui ſunt 311. At anno CCCXII deſiit perſecutio, decimo anno, vt Euſebius in fine libri VIII ſcripſit. Ex quo liquet eandem anno CCCII cœpiſſe. C D

non numerat feria, ſed dr factum in Paraſceve. Vide Græca et et confirmationem Anni 303 (primi Perſecutionis) pag. inter chartas perditas

Ad ſummam dira illa perſecutio cœpiſſe videtur anno Diocletiani exeunte XVIII, & ineunte XIX, Chriſti CCCII, Martio menſe, vel Aprili, vt in Appendice Euſebiana legitur. Ita ſentit Onuphrius, & Baronius.

A

De Diocletiano, & Maximiano in ordinem redactis.

Capvt XXXIII.

MAXIMO veterum, ac recentiorum omnium conſenſu annus ille ſtatuitur æræ Chriſtianæ CCCIV, quo Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Mediolani purpuram depoſuerunt. Euſebius in Chronico: *Secundo anno perſecutionis Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Mediolani purpuram depoſuerunt.* Primus annus perſecutionis cœptus eſt anno Chriſti CCII; ſecundus abſolutus anno CCCIV. Aurelius Victor Diocletianum anno imperij viceſimo ſe abdicaſſe ſcribit. Cùm ergo Chriſti CCLXXXIV inierit, viceſimus expletus eſt anno CCCIV. Præterea Zoſimus lib. II tempus indicat, dum ait à Conſulatu Chilonis, & Libonis, quo Seuerus ludos ſæculares inſtaurauit, B ad Diocletianum IX, & Maximianum VIII Coſſ. quo anno Diocletianus priuatus ex Imperatore factus eſt, annos interceſſiſſe CI. Conſulatus iſte cadit in annum Chriſti CCCIV. quo cœpit annus Vrbis Varronianus MLVII. Chilonis & Libonis Conſulatus competit anno Vrbis DCCCCLVII, Seueri XII, vt ex Inſcriptione veteri conſtat; Per. Iul. 4917, Chriſti CCIV. Interuallum vtroque comprehenſo termino, annorum CI. At in Annalibus Eccleſiaſticis anni tantummodo ſunt XCIX: in Onuphrianis, centum. Ideo manifeſta eſt vtrobique labes; & fruſtrà illîc Zoſimus appellatur. Zoſimo aſſentitur Idatius, & Caſſiodorus. Cùm de anno illo certiſſimè conſtet, nihilominus aduerſus Hiſtoricos omnes nititur coniecturâ ſuâ Scaliger, & ad annum Euſebij MMCCCXX pertinaciſſimè negat ante Conſulatum Diocletiani X, qui Chriſti anno CCCVIII conuenit, imperio ſeſe illos abdicaſſe. Ita porro diſputat: Abſurdum eſt Diocletianum depoſuiſſe purpuram, & priuatum poſtea Conſulatum decimum geſſiſſe. *Si igitur viceſimo imperij anno depoſuit purpuram, ergo primus annus imperij eius conuenit anno Chriſti Dionyſiano* CC-C LXXXVIII (malè à typographo editum CCCVIII) *quatuor annis poſtquam epocha Elculpti inſtituta eſt.* Ideo perperam ait epocham Ægyptiorum Diocletianeam, quæ iniit anno CCLXXXIV confundi cum initio Diocletiani.

Scaligeri falſa opinio.

Nos Scaligerianum hunc errorem ſanè grauiſſimum de initio Diocletiani, cap. XXX refutauimus. Quod ad finem ſpectat, haud ſcio an abſurdius fingi quicquam poſſit, quàm anno Chriſti CCCVIII Diocletianum & Maximianum purpuram exuiſſe, tertio videlicet anno, quàm Conſtantius Chlorus è viuis exceſſit, & Conſtantinus Auguſtus factus eſt. Nam vtrumque poſt abdicatos ambos illos accidiſſe, adeo certum eſt, nihil vt peræquè teſtatum ſit. Et verò cuius illud fiduciæ eſt, contra veteres omnes ſola, & quidem falſiſſima coniectura, & opinione contendere? Author Panegyrici Maximiano & Conſtantino eo tempore dicti, quo Maximianus Fauſtam filiam cum Auguſti, & Imperatoris titulo Conſtantino dedit, diſertis verbis aſſerit Maximianum anno viceſimo imperij, octauo Conſulatu imperio ceſſiſſe. *Te rurſus*, ait, *viceſimo anno imperatorem, octauo Conſulem, ita ipſa amplexu quodam ſuo Roma voluit detinere, vt videretur augurari iam, & timere quod factum eſt.* Quod ſubinde manifeſtius declarans, oſtendit ſe de imperij depoſitione D loqui, quam *placito* inter ipſum & Diocletianum *conſilio* ſuſceperant. Ergo cùm octauus Maximiani Herculij Conſulatus cum Diocletiani IX comparetur, & in annum cadat Chriſti CCCIV, non dubium eſt, anno iſto ſeſe ambos abdicaſſe, & quadriennio toto aberrare Scaligerum.

Victoris locus expenditur.

Vnicus eſt Victoris locus, quem *coniecturæ ſuæ*, ſic enim loquitur, *certiſſimæ* fauere dicit. nimirum quod in Epitome teſtetur Diocletianum annos imperaſſe XXV; in quo ipſo tamen authorem ſuum redarguit, quod initium Diocletiani cum æra Diocletianea confuderit. Ab anno Chriſti CCLXXXIV, ad CCCVIII anni ſunt XXV. Nos Epitomen illam nihil moramur. Etenim Victor ipſe à Schotto publicatus Diocletianum refert viceſimo anno regni celebrato curam abieciſſe Reipublicæ. Tot igitur rationum, authoritatúmque momentis oppreſſa diuinatio illa Scaligeri nullo loco poteſt conſiſtere.

De Conſulatu decimo Diocletiani, negari non poteſt, quin anno Chriſti A
cccviii vulgo in Faſtis adſcribatur, cum collega Maximiano vii. Ita Faſti Siculi.
At Idatiani tantùm, *Decies, & Maximiano* vii *Coſſ.* velut proximè antè, *Nouies, & Con-*
ſtantino, qui eſt Maximiani Herculij nonus cum collega Conſtantino iam Augu-
ſto. Quod etſi mirum eſt, Diocletianum poſito iam imperio Conſulem rurſus eſſe
factum, nihilominus ex eo pugnari nequit, imperium ad id vſque tempus ab eo
propagatum fuiſſe.

Iam quod nonum Diocletiani, & octauum Maximiani Conſulatum arbitratur
Scaliger Euſebiano numero mmcccxxii congruere, vehementer fallitur. Nam
hic annus Abraami inchoatur autumno anni Periodi Iulianæ 5018, Chriſti cccv.
annus verò mmcccxx ab autumno anni 5016, Chriſti ccciii. Ideo hoc ipſo A-
braami anno labente, Chriſti ccciv, Conſulatus ille Diocletiani, & eius abdi-
catio conuenit.

B

De variis Auguſtis & Cæſaribus, qui per idem tempus extiterunt.

Caput XXXIV.

TAm multi per idem tempus quâ Auguſti, quâ Cæſares in Faſtis &
Hiſtoriis occurrunt, & eorum plerique nominum affinitate iuncti, vt
ea res non ſatis attento lectori poſſit imponere. Græcos quidem im-
primis Hiſtoricos conſtat in Maximianorum, & Maximinorum ap-
pellationibus deceptos fuiſſe, vt ad Epiphanium obſeruabamus.
Quamobrem vt & caueri hallucinatio iſta poſſit, & illorum tempora, imperiáque
diſcerni: viſum eſt quæ de iis apud antiquos memoriæ prodita reperiuntur, pecu-
liari capite complecti. Diocletianus anno imperij ſecundo Maximianum Hercu-
lium imperij participem, Auguſtúmque fecit, anno Chriſti, vt ſuprà definiui-
mus, cclxxxv. Poſtea graſſantibus in Romanum imperium variis vndique gen-
tibus, cùm & Orientem Perſæ, & Africam Quinquegentanæ nationes infeſta-
rent, Iulium Conſtantium, & Galerium Maximianum cognomento Armenta- C
rium Cæſares crearunt, & affinitate ſibi iunxerunt. Prior Herculij priuignam
Theodoram, alter Valeriam Diocletiano editam ſortiuntur, repudiatis, quas ha-
bebant, vxoribus. Factum id eſt Tiberiano, & Dione Coſſ. vt Idatius refert, Ka-
lendis Martiis, anno Chriſti ccxci. At Euſebius anno Abraami mmcccciv tri-
buit; vt anno Chriſti cclxxxviii reſpondeat. Sed ſibimet ipſi contradicit, dum
Conſtantium Chlorum obiiſſe ſcribit anno Abraami mmcccxxii, ſextodecimo
imperij anno. Triennio enim amplius intercedit. Melius igitur Idatius. Errat ve-
rò dubio procul Eutropius, qui libro ix ſcribit, ob Achilei, & Carauſij defectio-
nem, & Quinquegentianorum incurſionem, Maximianum Herculium Augu-
ſtum à Diocletiano ex Cæſare factum; Conſtantium & Maximianum Cæſares.
quæ tempore diſiunctiſſima ſunt. Aurelius Victor Schotti noſtri Conſtantium,
& Galerium Maximianum xiii annis Cæſares fuiſſe ſcribit; qui non minùs re-
darguendus eſt: quanquam Eutropius idem de Conſtantio teſtetur.

Poſtquam autem Diocletianus & Maximianus ſenior imperio ceſſerunt, Cōſtan- D
tius Chlorus, & Galerius Maximianus Armentarius ex Cæſaribus Auguſti renun-
ciati. quorum ille Gallias & Britannias; iſte Orientem cum Italia & Africa ſuſce-
pit. Eutropius. Galerius Cæſares duos creat, Seuerum, & Galerium Maximinum,
qui Dazas antea vocabatur, ſororis filium. hunc autem Orienti; illum Italiæ præ-
fecit. Idatius Cæſares hoſce factos ipſo anno teſtatur, quo Diocletianus & Ma-
ximianus imperium exuerunt, qui eſt Chriſti ccciv. At Euſebius Galerium ait
biennio ſolùm, id eſt nondum creatis Cæſaribus, imperaſſe; Cæſares autem ele-
ctos anno illo, quo Conſtantius exceſſit. Ita quippe Euſebij verba illa de biennio
Galerij accipienda credimus. in quibus magnopere ſeſe torquet in Notis ſuis
Pontacus. Nos Idatium ſequimur. Maxentius porro ſub idem tempus, quo
Conſtantinus Conſtantij Chlori F. in Britanniis poſt parentis obitum Imperator
à militibus appellatus eſt, Romæ & ipſe Prætorianis à militibus Auguſtus accla-

A matur, Maximiani Herculij filius legitimus an ſpurius. Nam authores variant. Contra quem Seuerus Cæſar à Galerio Maximiano miſſus, ad Rauennam occiditur, ſecundo anno imperij ſui, ait Euſebius. Idatius Maximiano IX, & Conſtantino Coſſ. qui eſt annus Chriſti CCCVII. Pòſt Licinius à Galerio Maximiano Imperator adſcitus eſt, Diocletiano X & Galerio Maximiano VII Coſſ. anno Chriſti CCCVIII. Idatius. In quo fallitur Alexand. Chron. quod ſub obitum à Galeriano Maximiano Licinium Imperat. creatum aſſerit. Maximianus ſenior dum inſidias Conſtantino genero ſtruit, Maſſiliæ periit, non Tarſi, vt falsò Zoſimus tradit: anno II poſt Conſulatum Maximiani VII, & Diocletiani X, Chriſti CCCX. Galerius Maximianus anno CCCXI, quo octauum ipſe Coſ. collegam habuit Licinium, moritur conſumptis genitalibus, ait Victor in Epitome. Idem à Schotto editus vulnere peſtilenti conſumptum eſſe ſcribit; & indicat Zoſimus. Cuius morbum, & miſerabilem exitum, & paulo antè quàm moreretur, deſitam ab eodem Chriſtianorum perſecutionem deſcribit Euſebius lib. VIII cap. ιϛ' & ιζ'.

B Quanquam familiari Græcis potiſſimùm errore Maximinum appellat. Sed Galerium Maximianum eſſe vel Edicti ipſius inſcriptio declarat: Imperator Cæſar Galerius Maximinus Tribunitiæ poteſtatis XX, Conſul VIII. Hoc Maximino non conuenit, ſed Maximiano Armentario, qui in octauo Conſulatu deceſſit, anno XXI imperij ſui, ait Euſebius. Rectè. Nam & anno CCXCI Cæſar appellatus eſt, & anno CCCXI diem functus eſt, vt ait Idatius. Quinquennium igitur Imperator, & Auguſtus fuit, vt Victor Schotti noſtri teſtatur. nimirum ab anno CCCIV, quo Diocletianus, & Maximianus imperio ceſſerunt. Cæterum quod in vulgatis Euſebij codicibus, ac pleriſque manuſcriptis XXI imperij anno obiiſſe fertur Maximianus, in quibuſdam XX tantùm notatur, Pontaco teſte: neque plures Tribunitiæ poteſtates, quàm XX in illius edicto numerantur, quod Euſebius in Hiſtoria producit. Ex iis corrigendus error Zoſimi, qui poſt Galerij Maximiani obitum, Herculium Maximianum Conſtantino inſidias ſtruxiſſe, & Tarſi morbo periiſſe prodidit. In quo dupliciter hallucinatur. Poſterior de Tarſo iam à nobis eſt animaduerſus error. prior ex Euſebio, Eutropio, & Idatio conuincitur. ante enim

C Maximianus Herculius, quàm Galerius Maximianus deceſſit. Quocirca Galerij duo, Maximianus & Maximinus attentum hiſtoriæ lectorem poſtulant. Nam à Græcis, vti dixi, potiſſimùm haberi promiſcue ſolent; vt ab Euſebio, Socrate lib. I cap. I, & aliis. è contrario Maximianus ab Eutropio nominatur is, qui aduerſus Licinium res nouas molitus, obiit Tarſi. qui eſt Maximinus. Ambos verò præter ſimilitudinem nominis idem fere mortis genus propemodum confundit. Galerium Maximianum Scaliger in Animaduer. Euſeb. ad annum MMCCCXXVI negat Chriſtianos vnquam perſecutum fuiſſe. Sed longe ſecus Euſebius in Hiſtoria memoriæ prodidit: & ex Actis Martyrum affirmat in Annalibus Baronius. Galerius Maximinus poſt atrociſſimam in Chriſtianos excitatam perſecutionem, cùm aduerſus eum Licinius Imperator contenderet, Tarſi miſerando genere mortis extinctus eſt, anno altero, quàm Galerius Maximianus periit: id eſt Chriſti CCCXII. author Euſebius Chronico. adſtipulante Victore, & Eutropio; cùm Auguſtus biennio fuiſſet. De cæteris ſuo ordine pòſt paulo dicemus.

D

De obitu Conſtantij Chlori.

CAPVT XXXV.

CONSTANTII Cæſaris obitum Scaliger accidiſſe memorat anno Chriſti CCCVII. a. d. VIII Kal. Aug. Conſtantinum autem iniiſſe VIII Kal. Octob. anno I Olymp. CCLXXI, id eſt primo luſtri Iuliani, quod incipiebat a. d. VIII Kal. Octob. anni CCCVII ſecundum Conſtantinopolitanos. At Euſebius è regione anni tertij Olymp. CCLXXI poſuit, anno quarto perſecutionis: qui competit in annum Chriſti CCCVIII. quòd videlicet annus CCCVIII ſit primus currens Conſtantini M. ab a. d. VIII Kal. Oct. pag. 469.
anni CCCVII. Hæc Scaliger capite de initio Conſtantini Magni, in V, de Emend.

Sed multis modis hallucinatur. Nam quartus perſecutionis annus cœpit anno Chriſti cccv: aut, vt aliis placet, cccvi. Annus enim Diocletiani xix, qui primus eſt perſecutionis, iniit anno cccii. quod ſuprà validiſſimè demonſtrauimus. & viceſimus, anno ccciii, non cccvi, vt Scaliger affirmat. Itaque Conſtantius Chlorus anno Chriſti cccv, vel cccvi mortuus ſit neceſſe eſt. Plerique omnes annum cccvi deligunt, Conſtantio v, & Galerio Maximiano v Coſſ. quibus functum eſſe Conſtantium docet Idatij Chronicon. Neque quenquam inuenias, qui ante hunc annum aut Conſtantij mortem, aut Conſtantini primordium collocarit. Fauet Euſebius in Chronico, dum anno xvi imperij Eboraci in Britannia Cōſtantium obiiſſe teſtatur. videlicet ab eo tempore, quo Cæſaris nomen obtinuit. qui eſt annus Chriſti ccxci, Tiberiano, & Dione Coſſ. vt eſt in Idatij Chronico. Idem Euſebius annum Abraami mmcccxxii adiungit in editione Scaligeri, cum anno ii Olympiadis ccclxxi. At Pontaci editio annum Abraami mmcccxxiii, Olympiadis verò tertium. Annus mmcccxxii Euſebianus cœpit autumno anni Periodi Iulianæ 5018, Chriſti cccv, vnde anno ſequente, cccvi mortuus erit Conſtantius, Iulij xxv, vt prodit Socrates lib. i cap. i. quod ipſum communi ſententiæ congruit. At ſi anno Euſebiano mmcccxxiii obitum Conſtantij tribuas, mortuus erit anno Chriſti cccvii; vt putat Scaliger. Rurſus annus primus Olymp. cclxxi iniit anno Chriſti cccv à Solſtitio, vel Euſebiano more ab autumno anni ccciv, à quo & Abraami cœpit annus mmcccxxi. Quare rectior Euſebiani Chronici putatio, vt anno Abraami mmcccxxii, Olympiadis cclxxi anno ſecundo Conſtantius obierit, vti Scaligeriana editio præbet. Socrates verò anno primo Olympiadis cclxxi mortuum illum facit, qui eſt Chriſti cccv. Quem annum complura argumenta perſuadent. Primùm Aurelius Victor Schotti noſtri Conſtantio annuum imperium fuiſſe teſtatur, ex quo ſcilicet Diocletianus & Maximianus imperare deſierunt. Eſt autem hic annus Chriſti ccciv, quo Palilibus ipſis ambo illi purpuram depoſuerunt. Ex hoc die primus annus Conſtantij Chlori, & Galerij Maximiani procedit. Quorum ille tertio menſe poſt annum expletum moritur. Ideo annuum hoc vocat imperium Victor. Igitur anno Chriſti cccv mortuus eſt. alioqui non annuū imperium, ſed biennij ſolidi putaret, ſi anno cccvi tertio anno iam inchoato, è viuis exceſſiſſet. Præterea Chronicon Euſebij quarto anno perſecutionis Conſtantij obitum, & initium Conſtantini vendicat. Cœpta eſt perſecutio, vti nos ſuprà declarauimus, anno cccii ſub ipſum Paſcha. Quartus itaque illius annus iniit à Paſchali menſe anni cccv. quo currente, eiúſque menſe quarto mortuus eſt Conſtantius: ſexto verò menſe Conſtantinus imperium cepit. Nam ſi anno cccvi iſtud eueniſſet, non quarto, ſed quinto anno fuerat imputandum. Tertiò Socrates anno primo Olymp. cclxxi mortem illius aſſignat. qui neceſſariò cadit in annum Chriſti cccv. Quartò idem ex annis imperij Conſtantini colligitur, quos Euſebius lib. iv de vita Conſtantini cap. liii duos & triginta numerat, paucis exceptis menſibus. Igitur quo anno deceſſit, inchoandus erat imperij triceſimus tertius; adeóque primus illius annus à cccv procedit. Sed de annis Conſtantini proximè verba faciemus. His de cauſis magna mihi ſuſpicio eſt, Conſtantium Chlorum anno Chriſti cccv mortuum eſſe. quod tamen affirmare prorſus, & aduerſus communem hoc tempore Chronicorum omnium, & Annalium fidem pugnare non audemus. Itaque rem in medio relinquimus.

At Scaliger luſtra neſcio quæ Iuliana commentus eſt, quorum in ducenteſimo ſeptuageſimo primo mortuum dicit eſſe Conſtantium. Vnicam nouæ illi, & inauditæ coniecturæ anſam præbet Socrates, qui anno i Olympiadis cclxxi Conſtantium exceſſiſſe ſcribit. Hoc Scaliger de Iphiteis Olympiadibus intelligi poſſe non putat, qui id ſemel perſuáſum habuit, anno Chriſti cccvii mortem illius contigiſſe. Itaque ad noua illa luſtrorum commenta confugit. de quorum abſurditate multa in ſuperioribus libris diximus. Quinetiam falsò quartum perſecutionis annum dicit eſſe Chriſti cccviii: vt primus anno cccv cœperit; cùm Diocletianus, & Maximianus annum iam in priuata vita contriuiſſent. Et tamen anno xix Diocletiani cœpta perſecutio dicitur. Magna hæc eſt hallucinatio.

De die, quo Conſtantinus renunciatus eſt Imperator à militibus, perinde di-

A uinat Scaliger, fuiſſe VIII Kal. Octob. Nam Idatius VIII Kal. Aug. leuatum eſſe Conſtantinum ſcribit in Chronico. idémque ſentit Onufrius.

De initio Conſtantini magni, & eius imperio.

CAPVT XXXVI.

QVÆ ſit communis de Conſtantini Imperatoris exordio ſententia, capite ſuperiori docuimus. Nam præter vnum Scaligerum, omnes ferme anno CCCVI mortuum eſſe Conſtantium, & Conſtantinum imperare cœpiſſe ſentiunt. Quod etſi nequaquam improbamus, cauſas tamen nonnullas habemus, quæ dubitationem ſaltem iniicere poſſint. Si quidem Conſtantium anno Chriſti CCCV deceſſiſſe certis argumentis adſtruximus: quorum illud quartum fuit, quod ex annis imperij Conſtantiniani petitur,
B de quibus non planè inter Scriptores conuenit. Euſebius in Chronico annos XXX, menſes X attribuit. cui conſentaneus eſt Eutropius, qui Conſtantinum anno vno & triceſimo imperij mortuum eſſe ſcribit; ætatis ſexto & ſexageſimo. Socrates & Sozomenus imperio XXXI annos, vitæ LXV. Vno amplius ætati tribuit Hieronymus in Supplemento. At Euſebius lib. IV de Vita Conſtantini cap. LIII, duos & triginta annos paucis menſibus, & diebus exceptis imperaſſe refert, ac duplum illius temporis vixiſſe. Huic Victor à Schotto noſtro editus adſtipulatur ita ſcribens. *Ita anno imperij triceſimo ſecundóque, cùm totum orbem tredecim tenuiſſet, ſexaginta natus, atque amplius duo &c.* At in Epitome parum conſtanter imperaſſe refert annos triginta, vixiſſe tres & ſexaginta. Subinde verò XXXII annos imperio tribuit: *Irriſor*, inquit, *potius, quàm blandus. vnde prouerbio vulgari, Trachala, decem annis præſtantiſſimus, duodecim ſequentibus latro, decem nouiſſimis pupillus ob profuſiones immodicas, nominatus.* Duos igitur & triginta annos imputat. Obitus porro Conſtantini indubitato charactere notatur. Pentecoſtes in XI Kal. Iunias incurrentis,
C Feliciano & Titiano Coſſ. anno Chriſti CCCXXXVII, cyclo Lunæ XV, Solis X, litera B. De Pentecoſte author eſt Euſebius lib. IV de Vita Conſtant. cap. LXIV. De Coſſ. Idatius. vtrumque Socrates in fine lib. I complexus eſt. Hoc igitur anno ex Euſebij, Victoriſque mente triceſimus tertius inchoari debuit. Quare primus retro putatus in annum Chriſti CCCV refunditur. Panegyricus Maximiano, & Conſtantino Auguſtis ab incerto authore dictus indicat, Conſtantinum, cùm in Britannia mortuo patre imperium adeptus eſſet, Cæſaris appellatione contentum, Auguſti, & Imperatoris abſtinuiſſe nomine, donec à Maximiano gener adſcitus vnâ & Auguſtus appellaretur. quod anno altero ab obitu Conſtantij contigit. Ex quo duplex initium Conſtantini fortaſſe conſtituendum eſt: quorum à primo duos & triginta prope annos imperauit: vno minus ab altero. Quanquam vt hoc affirmemus, Conſulatuum prius in Faſtis ordo ſolicitandus eſt. Nam duo Conſulatus poſt nonum Diocletiani, & octauum Maximiani, quo ſe abdicarunt, in Annalibus notantur. Fixus eſt autem Conſulatus ille Diocletiani, & Maximiani anno
D Chriſti CCCIV. Vnde nonniſi anno CCCVI mortuus erit Conſtantius. Hanc noſtram de Conſtantij morte dubitationem peritiores, quàm nos ſumus, antiquitatis hiſtoriæque diſcutient. Illud extra controuerſiam, Conſtantini primordium perperam à Scaligero in annum Chriſti conijci trecenteſimum ſeptimum. Cuius & alia ſunt errata in Euſebianis Animaduerſionibus quæ ad Conſtantium, vel Conſtantinum attinent. Imprimis ad annum MMCCCXXII ſcribit Conſtantinum ideo ex prima Conſtantij coniuge natum minimè videri, *quod prior vxor erat Mineruia mater Criſpi Cæſaris; quam dimittere coactus eſt, quum Theodorã priuignam Herculij duxit vxorem.* Perſpicua eſt hallucinatio. Nam Mineruia Conſtantini prior coniux fuit; ex qua natus eſt Criſpus. eáque repudiata Fauſtam Maximiani filiam duxit. Item ſequente Nota negat τελευτῶντα, id eſt moribundum Conſtantium Chlorum à filio repertum, ſed τελευτήσαντα, hoc eſt iam mortuum. Atqui nihil exploratius eſt, quàm viuente Conſtantio, ſuperueniſſe Conſtantinum, ac maximo gaudio patris

exceptum; vt Euſebius in eius vita teſtatur. Cætera de Maxentio, & vicennalibus A
Conſtantini iiſdem in Animaduerſionibus peccata ſequenti capite caſtiganda
ſunt.

De Maxentio à Conſtantino magno deuicto.

CAPVT XXXVII.

IDATIVS in Chronico, Conſtantino II, & Licinio II Coſſ. vi-
ctum & occiſum Romæ Maxentium ad pontem Muluium ſcribit.
Eſt hic annus Chriſti CCCXII. quod ex æræ nota, quam Idatius
adſcribit, intelligimus. Eſt enim CCCL, è qua demptis XXXVIII,
reſidui ſunt CCCXII. Zoſimus lib. II refert, Conſtantino à mi-
litibus in imperium patri ſubſtituto, eiúſque Romam imagine perlata, Ma-
xentium æmulatione percitum, Prætorianorum ope militum, imperium vſur- B
paſſe. Quare paulo poſt Conſtantinum, Maxentius Imperator ſalutatus eſt.
quod & Eutropius indicat, & Victor. Onufrius in Faſtis circa VII Kal. Octo-
bris, imperium cepiſſe Maxentium aſſerit, Panegyricis, vt ait, authoribus. Sed
quos Panegyricos intelligat neſcio. Nullus enim è Gallicanis illis Oratoribus, qui
in illorum temporum Imperatores Panegyricos ediderunt, tale quicquam ſignifi-
cat. Vnus eſt inter illos Conſtantino Auguſto Conſtantij filio dictus, in quo præ-
lium ab eo cum Maxentio geſtum, & huius exitum deſcribit. In eo verò duntaxat
anni memorantur, quibus ille tyrannidem exercuit. Primùm ita loquitur: *Mille
& ſexaginta annis contractas ex toto orbe diuitias monſtrum illud redemptis ad ciuile la-
trocinium manibus ingeſſerat.* Poſteà: *Sed diuina mens, & ipſius Vrbis æterna maieſtas
nefario homini eripuere conſilium, vt ex inueterato illo torpore, ac fœdiſſimis latebris ſu-
bitò prorumperet, & conſumpto per deſidias ſenio, ipſum diem natalis ſui vltima ſua cæde
ſignaret, ne ſeptenarium illum numerum ſacrum, & religioſum, vel inchoando vio-* C
laret. Legendum in his verbis *ſexennio*, non *ſenio*. Nam cùm Maximianus, vt re-
fert Victor, ſexagenarius obierit, Maxentius eius filius ſenex eſſe non potuit. Ergo
ſex annos imperaſſe Maxentium, & paulo antè quàm ſeptimum inchoaret ſubla-
tum è medio, Panegyricus dicit. Victor Schotti, anno tyranndis ſexto. quem-
admodum & Euſebius in Chronico ſcribit à Pontaco editus. Qui quidem iiſ-
dem ex illis Panegyrici verbis colligit, Maxentium vltimo ſexti anni die mortuum
eſſe. tametſi non id apertè author ille tradit: ſed natali ſuo die cæſum fuiſſe. Vox
tamen *vltimâ* neſcio quid eiuſmodi demonſtrat. Quo itaque menſe, menſiſve
die Maxentius occubuerit, incertum eſt. Onufrius VIII Kal. Octobris definit.
Sed authorem nullum habet, quamuis plures citet. Illud veriſimile eſt, haud lon-
gè poſtquàm à militibus Imperator ſalutatus eſt Conſtantinus, Maxentium ty-
rannidem arripuiſſe. Ex quo etiam initium eius colligi poteſt. Si enim anno Chri-
ſti CCCXII ſextus illius annus abſolutus eſt, & ſeptimus inchoandus fuit; haud
dubiè cœpit anno Chriſti CCCVI. Vnde & initium Conſtantini eodem anno ſta- D
tuendum, non, vt ſuſpicamur, anno, CCCV. Itaque anno ſeptimo Conſtantini vi-
ctus, & interfectus eſt Maxentius. At Chronicon Alexand. Theophanes, & Ce-
drenus id anno ſexto factum volunt, quibus præiuit Euſebius in Chronico, vt à
Scaligero publicatus eſt, & in aliquot ſcriptis codicibus cernitur. etſi non pauci,
quos Pontacus ſecutus eſt, anno ſeptimo Conſtantini Maxentij necem adſcri-
bant. Rurſus in editione Scaligeri ad annum Abraami MMCCCXXVIII, & Olym-
piadis CCLXXII annum quartum Maxentij obitus adnotatur. apud Pontacum au-
tem anno Abraami MMCCCXXX, ſecundo Olympiadis CCLXXIII. Si Maxentius
ante Octobrem, vnde Euſebius annos inchoat, occiſus eſt, rectè prorſus editio
Scaligeri. Nam Abraami annus MMCCCXXVIII cœpit anno Periodi Iulianæ 5024,
Chriſti CCCXI. vnde exeunte anno cæſus eſt Maxentius, anno Chriſti CCCXII.
Sic annus quartus Olympiadis CCCLXXII ititidem ab antecedente cœptus au-
tumno congruit. At Pontaci deſcriptio tarditate peccat, ac duorum, aut trium
annorum μεταχρονισμῷ.

A Scaliger libro v de Emend. Maxentium ait anno Vrbis conditæ MLX abſolu- Hallucinatio Scaligeri pag. 475.
to, & ineunte MLXI imperare cœpiſſe, quod & Oroſius memoriæ prodidit. Falsò
id verò Scaliger. Nam currente anno Vrbis MLIX Varroniano cœpit, in quem
Chriſti CCCVI cadit. Sed & ipſe pugnantia loquitur. Si enim Chriſti CCCVII Con-
ſtantinus iniit, non vtique anno Vrbis MLXI, ſed MLX cœpit. Pergit Scaliger, &
Maxentij necem illigat anno Chriſti CCCXIII; *imo*, inquit, *anno* CCCXIV, *ſi Euſe-
bio credimus, qui illum annum comparat cum ſecundo Olympiadis* CCLXXII. *quod ſanè fal-
ſum eſt. Hoc enim contigit anno primo Olympiadis, non ſecundo.* Nihil dici potuit abſur-
dius. Annus primus Olympiadis CCLXXII eſt Iphiti MLXXXV, quibus additis an-
nis 3937, conſiunt anni Per. Iul. 5022, qui eſt annus Chriſti CCCIX. Eo cæſus erit
Maxentius. Atqui anno Chriſti CCCXIII mortuum volebat. Præterea falſum eſt
Euſebium in annum II Olymp. CCLXXII contuliſſe, vt è ſuperioribus patet.

Iam quod anno Chriſti CCCXIII necatum eſſe Maxentium prudens ac ſciens Scaligeri hallucinatio altera.
opinatur Scaliger, id in Prolegomenis Operis de Emend. Temp. repetit, ac Ba-
B ronium redarguit, qui annum CCCXII præfiniit; cùm Panuinius rectè CCCXIII
conſtituat. Sed quod ad Panuinium attinet, is in Chronico anno Chriſti CCCXII,
Vrbis MLXIV, Conſtantini ſeptimo Maxentium occiſum eſſe refert. In Faſtis
verò annum quidem Vrbis adſcribit eundem, ſed eum cum anno Chriſti CCCXIII
copulat. Verùm in Faſtis hallucinatione, vel librarij culpa mendum irrepſit. Cùm
enim primus annus Chriſti ex Onuphrij mente inierit Kalend. Ian. anni Vrbis
DCCCLIII, neceſſe eſt anno Vrbis MLXIV adiungi annum Chriſti CCCXII. At rur-
ſus in annis Vrbis errat Onuphrius. Non enim annus Vrbis MLXIV, ſed MLXV ad
annum Chriſti CCCXII pertinet. Onuphrius autem vno expuncto Conſulatu, an-
norum Vrbis ſeriem deprauat, à Probi temporibus, vt nos ſuprà declarauimus.
In Animaduerſ. Euſebianis perinde anno CCCXIII Maxentium periiſſe docet.
Sed omnibus illis argumentis refellitur, quibus partim initium Conſtantini ad-
ſtruximus anno Chriſti CCCVI; partim hoc ipſo capite Maxentij obitum conferen-
dum eſſe demonſtrauimus in annum CCCXII. Quinetiam Optati locus ille
C quem producit, euidenter eius errorem coarguit. Si quidem Conſtantino III, &
Licinio III Coſſ. Conſtantinus à Donatiſtis contra Cæcilianum interpellatus
Romam eos ad Epiſcopale iudicium conuenire iuſſit, vt Auguſtinus in Epiſt.
LXVIII ex Actis refert. *Conuenerunt*, ait Optatus, *in domum Fauſtæ in Laterano, Con-
ſtantino* III *Coſſ.* VI *Non. Octob. die, ſexta feria.* Annus quo Conſules iſti fuerunt, eſt
Chriſti CCCXIII, cyclo Solis XIV lit. D. Si igitur anno Chriſti CCCXIII, Septem-
bri circiter exeunte victus eſt Maxentius, quomodo Conſtantinus miſſis ad ſe
Donatiſtarum libellis ab Anulino Proconſule Aphricæ datis XVII Kal. Maias
Carthagine, Conſtantino III Coſ. vt ex actis tradit Auguſtinus, Romam illos
euocare potuit, quam nondum obtinebat; cùm in ea diriſſimus adhuc Chriſtiani
nominis hoſtis Maxentius tyrannidem exerceret? Nihil igitur certius eſt, quàm
rectiſſimè Baronium anno Chriſti CCCXII Maxentij necem tribuere; maximo verò
Scaligerum in errore verſari, qui annum XIII affirmet. Neque verò Conſtantino
IV, Licinio III Coſſ. ſed vtroque III in emendatis codicibus apud Optatum
legitur.

Qui Maxentianæ cladis ac necis hiſtoriam poſteris tradiderunt, Euſebius lib. I
D de vita Conſtant. cap. XXXII, Zoſimus lib. II, & Theophanes, ſcribunt Maxen-
tium pontem è ſcaphis ſupra Tiberim ſtruxiſſe, qui reuulſis fibulis, quibus in me-
dio vinctus erat, ſolueretur. Victum porro Maxentium cùm per eundem pontem
trepidus ad Vrbem fugeret, ruina illius oppreſſum, & cum equo demerſum. At
Euſebius in Chron. Victor, Oroſius, & alij iuxta pontem Muluium duntaxat oc-
ciſum aiunt. Scaliger ad Euſebium non iuxta pontem, ſed in ipſo ponte Muluio,
eiúſque ruina occidiſſe putat, errore manifeſto. cui & alter accedit, quod La-
ctantium dicit lib. I cap. XXI de hac re loquentem pontem Muluium malè con-
fundere cum Sublicio. Atqui Lactantius de hac hiſtoria verbum ibi nullum.

 A

DE INDICTIONE CONSTANTINIANA.

Scaligeri de Indictione ſententia declaratur, & conuincitur, nec non Chronici Alexandrini, Georgij Monachi, & aliorum errata redarguuntur.

Capvt XXXIX.

I. INdictionvm originem Scaliger ab editione ludicrorum Pa-
negyricorum, & ſpectaculorum quinquennalium, decennalium, & vi-
pag. 470. cennalium arceſſit in quinto de Emend. Temp. Etenim Græci
ἐπινέμησιν vocant Indictionem. at illa vox largitionem ſignificat: cu-
iuſmodi ſunt ὑπατεῖαι, & encænia Imperatorum. Porro Imperatores
celebraturi quinquennalia, penſiones, tributa, & reſidua debitorum aut tollebant, B
aut laxabant. quæ luſtra numi per L, vel Λ exprimere ſolent. Cùm igitur Con-
ſtantinus imperium exorſus ſit anno Chriſti cccvii, eius quinquennalia congru-
unt anno cccxii. Idem anno cccxxvii Vicennalia dedit. A Quinquennalibus ad
Vicennalia, anni xv ſolidi. Hinc mos cœptus putari tempora per trina Quin-
quennalia, ſiue per Indictiones, & totum tempus Indictio vocatur, & eius initium
ex a. d. viii Kal. Octob. Hæc in lib. v de Emend. quæ & in Prolegomenis re-
petuntur.

II. In Euſebianis autem Animaduerſionibus, & Iſagogicis Canon. cùm eadem illa
de Indictionum origine traduntur; tum noua quædam adiiciuntur. In Animad-
uerſionibus enim, ad annum MDCCCCLXIX, Indictionem facit duplicem; alteram
Cæſarianam, in qua ad Indictionem primam Conſtantinianam interſunt anni
CCCLX, hoc eſt Indictionum cycli XXIV; alteram Conſtantinianam. De priore aper-
pag. 173. tius loquitur in lib. III Iſag. Can. cap. II. *Omnium*, inquit, *quæ in vſum recepta ſunt,
temporum ciuilium vetuſtiſſima eſt Indictio Antiochena*, XLVIII *annis ante initium anno-
rum Chriſti Dionyſianorum*, *anno Per. Iul. 4666*, *vnde conſurgit Antiochena epocha*, *qui eſt* C
χρηματισμὸς τῆς Ἀντιοχείας. *quæ eſt Indictio Iuliana*. Mox è libro v de Emend. Indi-
pag. 295. ctionum cauſas iubet repetere. In eodem libro, Parte II, plura de Antiochena, ſiue
Cæſariana illa Indictione diſputat; & illud inter cætera, inire illam à Maio menſe;
& proculdubio omnes Indictiones ab Antiochena deriuari. Primam itaque fuiſſe
ἀπὸ τοῦ χρηματισμοῦ τῆς Ἀντιοχείας: ſecundam Augusteam anno Per. Iul. 4710 ab au-
tumno, quum Quirinus in Palæſtinam; alij in alias prouincias miſſi ſunt. Vide &
pag. 305. Numerum CXII eiuſdem Partis II. Quibus omnibus in locis ad lib. v de Emend.
lectorem exquiſitioris cuiuſdam ſcientiæ cupidum remittit.

I. Hanc de Indictionum origine ſententiam à Scaligero acceptam, tacito eius,
vnde mutuatus erat, nomine Chriſtmannus amplexus eſt, libro de Connexione
annorum; Caluiſius autem repudiauit, eíque Baronianam antepoſuit. de qua ante-
quam diſputo, prioris huius redarguenda falſitas eſt. Neque enim cohærere illa
poteſt, quæ errore, & hallucinatione nititur. Id enim, ſine quo ſtare nequit, abun-
de ſuprà confutauimus: videlicet initium Conſtantini ex anno Chriſti CCCVII
ſurgere. quod minimè verum eſt: & anno plane CCCVI, Conſtantio mortuo, Con- D
ſtantinus imperare cœpit. Vide quæ illîc argumenta protulimus. Itaque cùm an-
no Chriſti CCCVI Conſtantini primus annus inchoatus ſit, quintus eiuſdem an-
no CCCX cœptus, anno CCCXI deſitus eſt; viceſimus autem anno CCCXXV iniit, de
quo ſequenti capite dicetur. Perperam ergo vicennalia Conſtantini reiicit in an-
num CCCXXVII. Hoc autem remoto, Indictionum origo illa refellitur, quæ à quin-
quennalibus Conſtantini deriuatur.

II. In quo mira eſt ἀπροσεξία. Nec enim contradictionem, ac decretorum inter ſe
pugnam animaduertit. In Animaduerſionibus, & Iſag. Canon. Indictionem non
à Conſtantino primùm repertam, aut eius tempore conſtitutam putat; quod in
pag 473. C. lib. v de Emend. viſus erat aſſerere: vbi προληπτικῶς & fictione ſola vſum Indi-
ctionum ad annum confuſionis reuocari cenſuit. ſed reipſa anno Per. Iul. 4666,
Vrbis DCCVI, quadrageſimo octauo ante Chriſtianam æram cœpiſſe docuit, vnà
cum

A cum Antiochenorum epocha. Atqui duo iſta prorſus ἀσύστατα ſunt, inuicémque contraria: dicere Indictiones à quinquennalibus Imperatorum ortum accepiſſe; & primam omnium anno Vrbis DCCVI iniiſſe, ab eáque propagatas eſſe reliquas. Etenim quinquennalium, decemnouennalium, & vicennalium inſtitutio ab Auguſto manauit. de quo ita Dio lib. LIII. Anno Vrbis conditæ DCCXXVII, Octauio ipſo Cæſare VII, & Agrippa III Coſſ. Auguſtus orationem habuit in Senatu, qua ſe imperio abdicare velle præ ſe tulit. Sed reclamantibus vniuerſis, imperium retinere videlicet coactus, ordinatis diſtributíſque prouinciis, poteſtatem Reipubl. conſtituendæ in decennium ſuſcepit, profeſſus ſe, ſi prouincias pacare citius poſſet, imperio ceſſurum. Decennio confecto, quinquennium aliud decretum eſt. quo euoluto, aliud quinquennium: pòſt decennium: inde aliud decennium eiuſdem decreto Senatus acceſſit: adeo vt totum imperij, monarchiæque tempus per quinquennia, decenniáque conficeretur. καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ μετὰ ταῦτα αὐτοκράτορες, καίτοι μηκέτ' εἰς τακτὸν χρόνον, ἀλλ' ἐς πάντα καθάπαξ τὸν βίον ἀποδεικνύμενοι, ὅμως διὰ τῶν δέκα ἀεὶ ἐτῶν ἑώρτασαν, ὡς καὶ τὴν ἡγεμονίαν αὖθις τότε ἀνανεούμενοι. καὶ τοῦτο καὶ νῦν
B γίγνεται. *Quam ob cauſam poſteriores quoque Imperatores, etſi non ad certum tempus, ſed in omnem vitam conſtituerentur; per decennia ſolennes dies agebant; tanquam imperij nouum initium caperent. quod vſque hodie fieri conſueuit.* Hinc illa ſententiæ ſuperioris abſurditas patet. Nam ſi Indictiones è quinquennalibus, ac Decennalibus originem traxerunt; quomodo ante Quinquennalia, & Decennalia conſtituta, priuſquam Auguſtus ipſe, quo imperante primum audita ſunt, rerum potiretur, Antiochiæ Indictiones obſeruari potuerunt? Quis ambo hæc in concordiam adducat? Quonam præterea fretus authore dicit quinquennia Indictiones appellari? Nam de literis L, & Λ in numorum Inſcriptionibus, ſuprà verba fecimus. Hîc verò Scaliger ſibi non conſtat. Qui enim antea literis iſtis Λύστρα, id eſt quadriennia, cuiuſmodi Capitolina fuerunt, ſignificari dixerat; idem modò Indictiones, quæ ſunt ſolida quinquennia, putat exprimi. Sed neutrum probat.

Chronicon Alexandrinum, quod ab anno primo Monarchiæ Cæſaris Indictiones incipit, nihilo magis audiendum eſt: cuius eſt perplexa, & mendoſa temporum ratio, & à ſeipſa diſcrepans. Poſtquam enim initium Iulij Cæſaris cum anno Chronici Alexandr. error. pag. 436.
C primo Cleopatræ, & Olympiadis CLXXXII anno primo copulauit, Coſſ. Caleno, & Vatinio, & quinque Conſulatus percenſuit, quorum quartus eſt Iulij Cæſaris IV ſolius; quintus, Panſæ, & Hirtij, ſubiicit iſta: Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ πρῶτος ἡρέθη μονάρχης. Mox Romanam Rempub. à Coſſ. adminiſtratam eſſe dicit per annos CCCXCIII, vſque ad annum V Cleopatræ, & primum C. Iulij Cæſaris, & Coſſ. Hirtium, ac Panſam. Sed poſtea Hirtio & Panſæ Conſules ſubiicit Lepidum & Plan- pag. 446.
cum, à quibus primum annum Monarchiæ Cæſaris incipit, adſcribitque ΑΡΧΗ ΙΝΔΙΚΤΙΩΝΟΣ. Indictiones à primo anno C. Iulij Cæſaris, & Coſſ. Lepido atque Planco, ſiue XII Artemiſij, hoc eſt Maij inchoari ſcribit. Ἀπὸ πρώτου ἔτους τοῦ Ἰουλίου Καίσαρος, καὶ τῶν προειρημένων ὑπάτων Λεπίδου, καὶ Πλάγκου· ἤγουν ιβ' καὶ αὐτῆς τοῦ Ἀρτεμισίου μηνὸς, Ἀντιοχεῖς τοὺς ἑαυτῶν χρόνους ἀριθμοῦσι· καὶ αἱ Ἰνδικτοι δὲ χρηματίζειν ἤρξαντο ἀπὸ πρώτης καὶ αὐτῆς τοῦ Γορπιαίου μηνός. *A primo anno C. Iulij Cæſaris, & Lepido, & Planco Coſſ. ſiuè à* XII *Mai, Antiocheni ſuam æram auſpicantur. Indictiones autem numerari cœptæ à primo die Septembris.* Ibi Scaliger pro ἤγουν ιβ', corrigit, Ἰνδίκτου ιβ'. Malè id
D quidem. Nam à XII Mai Antiochenam æram putari cenſet. Sed nec Indictionem à Maio menſe procedere voluit; imo verò à Septembri. Cæterum verba illa Chronici nugis & hallucinationibus referta ſunt. Iulium Cæſarem quatuor Conſulatus ante Coſſ. Hirtium & Panſam, & antequam Dictator eſſet, obiiſſe ſcribit. Deinde IV annos, menſes VII eius Monarchiæ tribuit, à Conſulatu Lepidi atque Planci. Fœdiſſima eſt iſta colluuies. Quartus Cæſaris Conſulatus cadit in annum primum Iulianum, Vrbis DCCIX. ipſe in V Conſulatu mortuus eſt, in quo anni IV Monarchiæ cum menſibus aliquot deſinunt, quorum initium eſt à Conſulatu II anno Vrbis DCCVI. Porro Lepidi atque Planci Conſulatus conuenit in annum Vrbis DCCXII, qui tertius eſt à morte Iulij Cæſaris, qui eſt V. C. DCCVIII. Hirtij vero atque Panſæ Conſulatus, quem proximum facit Chronicon ante primum annum Monarchiæ, & Dictaturæ, primus eſt poſt Cæſaris necem. Quocirca dum anno primo Monarchiæ Cæſaris Indictionem primam cœpiſſe refert, hoc ad an-

num Vrbis DCCV pertinet, Claudio Marcello, Corn. Lentulo Coſſ. quo primùm Cæſar Dictator eſt factus. anno Per. Iul. 4665. Hoc enim anno à Septembri Indictio I περιληπτικῶς iniit. Quare anno ſequenti 4666, vrbis ineunte DCCVI eadem erat in curſu; vti Chronicon ſignificat. qui & Monarchiam Cæſaris imprudens ab anno illo deducit, labente, non ineunte Indictione prima. A

Maximi Monachi error.

Maximus Monachus in Computo Indictionem ait cœpiſſe anno Auguſti ſecundo, quem mundi putat 5460, qui diuiſus per XV dat Indictionem XV. at Auguſtus primam illam eſſe iuſſit. Nos in lib. primo Tomi huius, totius operis IX demonſtrauimus annum 6133 ab Orbe condito ex Maximi regulis, iniiſſe ab autumno anni Chriſti 640, Periodi Iulianæ 5353. Igitur annus Maximi 5460 cœpit ab Autumno anni Periodi Iulianæ 4680, Iuliano XII, quo Indictio XV in vtroque computo currebat. Sed Auguſtum Maximus putat pro Indict. XV primam numeraſſe. Itaque conueniet Auguſti ſecundus annus in annum ſequentem, Iulianum XIII, Indictione I, Vrbis conditæ DCCXXI.

Georgij Monachi error.

Maximum ſequitur Georgius Monachus, vt in veteri codice D. Leuuillæi legimus. cuius hæc verba ſunt: τῷ ͵εφξ´ ἔτει τοῦ κόσμου δεύτερον ἐχρημάτισεν Αὐγούστου Καίσαρος πλῆρες, καὶ ἀρχὴ τοῦ γ´. ἐν ᾧ καὶ ἡ Ἰνδικτος ὑπ' αὐτοῦ, ἤτοι ἐπινέμησις ἐθεσπίσθη. ὡς μαρτυρεῖ ὁ μακάριος Μάξιμος ἐν τῷ περὶ τοῦ Πάσχα λόγῳ. *Anno mundi* VMCDLX *ſecundus Auguſti annus expletus eſt, iniitque tertius; quo & Indictio ab eodem decreta; vt author eſt B. Maximus libro de Paſchate.* Subiicit, eo ipſo anno Ciceronem interfectum eſſe. Vides ἀνιστορησίαν. Auguſti ſecundum annum eam appellarunt, qui Iulij Cæſaris primus, aut ſecundus magis numerari debuit; & in hoc ipſo nimium quantum hallucinati ſunt. Ad hanc porro ſententiam de Indictione Auguſti nata temporibus, friuola illa nominis originatio referri poteſt; quam Conſtantinus Porphyrogeneta, Cedrenus, aliique recentiores Græculi tradiderunt, vt Ἰνδικτιὼν dicta ſit, tanquam Ἰνακτιὼν ab Actio promontorio, & Octauij Cæſaris victoria, quam anno XV imperij ſui conſecutus eſt; vnde & Indictiones ortæ. Ita Cedrenus. atque hoc pacto primus Auguſti conueniet in annum Vrbis DCCIX, quem & Marcellinus in Chronico præfinit, Indict. XIV, Baſiliſco & Armato Coſſ. B

C

De Indictione quid à veteribus traditum compertúmque ſit, exponitur.

CAPVT XL.

CHRONICON Alexandrinum, ſiue Faſti Siculi, ad annum primum Olympiadis CCLXXIII, Coſſ. Conſtantino Aug. III, & Licinio II. (Corr. Conſtantino Aug. II) hæc adſcribunt verba. Ἰνδικτιώνων Κωνσταντινιανῶν ἐντεῦθεν ἀρχή. *Indictionum Conſtantiniarum hinc ſumitur initium.* Quare cùm author idem ad annum primum Iulij Cæſaris adnotauerit Ἀρχὴ Ἰνδικτιῶνος: perſpicuum eſt, primam Indictionum originem ab illo conſtitui in anno primo Iulij Cæſaris; Conſtantinianarum verò caput in anno Chriſti CCCXII, quo Coſſ. fuere Conſtantinus, & Licinius II. Quo illud pertinet à Baronio, & Scaligero notatum, Indictiones ab illis Imperatoribus nomen eſſe ſortitas, quorum temporibus inchoatæ ſunt. Sic Valentiaca Indictio libro XI Cod. Theodoſiani. Verùm *ſoli*, inquit Scaliger, *Conſtantinianæ Indictioni datum eſt, vt Faſtos ſignaret.* Idem porrò in Animaduerſ. Euſebianis, & in Iſag. Can. Alexandrini Chronici ſententiæ ſubſcripſit, & Indictiones à Iulij Cæſaris monarchia, atque ab Antiochena epocha reuera cœpiſſe putat; quod meritò in Annalibus Baronius refellit. Neq; enim Scriptor vllus, qui quidem primis à Chriſto ſæculis tribus extiterit, Chriſtianus, vel ethnicus Indictionis vſquam meminit. Primus è recentioribus Onuphrius, cùm ſe ad inquirendam Indictionis cauſam, & originem vehementius intendiſſet, animaduertit Conſtantino primùm imperante Indictiones in vſum hominum lucémque prodiiſſe: quarum caput anno illi tribuit, qui Coſſ. habuit Conſtantinum II & Licinium II, qui eſt reuera Chriſti CCCXII: licet eum CCCXIII in Faſtis numeret; de quo poſtea. Hanc Onuphrij ſententiam cæteri deinde magno conſenſu ad hoc vſque tempus amplexi ſunt, Alexandrini, vti diximus, Chronici teſtimonio comprobatam. tametſi nemo traditam ab Onuphrio origi- D

pag. 446.

A nis illius hiſtoriam approbarit, qui Indictionem quaſi indicationem appellari cen-
ſuit ab eo Crucis indicio, quod in aëre Conſtantino M. paulo ante Maxentianum
prælium, diuinitus editum eſt. Hac, inquam, opinione repudiata, nemo non ortas
Indictiones anno illo, quem diximus, Chriſti CCCXII perſuaſum habet.

Id vt hoc anno potiſſimùm crederetur eſſe factum, vnius Chronici authoritas
impulit. Neque enim vetuſtior alter, quod ſciam, Conſtantini tempore, atque an-
no illo debellati Maxentij, Indictiones cœpiſſe memoriæ prodidit. Onuphrius
Chyrium Fortunatum Aphrum laudat, authorem, ſi verum dicit, antiquiſſimum.
Hunc enim illum ipſum putat eſſe, cuius Hieronymus in viris Illuſtribus meminit,
Aquileienſem Epiſcopum; à quo Indictionis inueſtigandæ methodus tradita ſit.
Sed ego Scriptorem illum hactenus non vidi. Extat inter Latinos Rhetores Curij
Fortunatiani Conſulti tripartitum Opus de Rhetorica. Verùm nuſquam Indi-
ctionis ille meminit. Athanaſius libro de Synodis, Arianorum conuenticulum per
Encæniorum tempus Antiochiæ factum incidiſſe dicit Coſſ. Marcellino, & Pro-
B bino, Indictione XIV. Quæ nota, niſi inſerta poſtea ſit, omnium videri poteſt an-
tiquiſſima. Sed meritò mihi ſuſpecta videtur, vt & illa Romano Concilio ſub
Iulio Papa celebrato præfixa Indictionis ſextæ: quæ & alioqui vitioſa eſt.

Poſt hæc recenſendus Ambroſius, qui anno Chriſti CCCLXXXVI exeunte ſcri-
bens ad Epiſcopos Æmiliæ de menſe Paſchali ita loquitur. *Hic autem menſis & pri-
mus eſt ſecundum Ægyptiorum prouentus, & primus eſt ſecundum legem, & octauus eſt ſe-
cundum conſuetudinem noſtram. Indictio enim Septembri menſe incipit.* Onuphrius in
Concilio Niceno Indictiones putat inuentas; & in Olympiadum locum dinume-
randis temporibus ſubſtitutas, cùm eas Conſtantinus abrogaſſet. Cuius in rei fi-
dem Nicenum canonem producit; *quo præcipitur, vt ſingulis Epiſcoporum diplomati-
bus anni, menſes, dies, & quota ſit Indictio addatur.* Sed canon eiuſmodi nullus eſt Ni-
cenus. Verùm quocumque demum anno Indictioni datum ſit initium, illud extra
controuerſiam eſt, ſic eas putandas, ac tali annorum ordine percurrendas eſſe, vt &
decimus quintus quiſque poſt annum Chriſti CCCXII, Indictione prima notetur à
Septembri; à Ianuario verò decimus ſextus; & ſi in anteriora tempora προληπτικῶς
C refundantur, anno illi, qui proximè Chriſtianam æram præceſſit, quarta à Se-
ptembri menſe tribuatur Indictio, à qua & annus Chriſti primus orditur. Ideó-
que illo ipſo, quem nominauimus, anno CCXII, prima Indictio iniit à Septem-
bri. In hunc enim Conſulatus ille Conſtantini, & Licinij ſecundus incidit, nec
non Conſtantini de Maxentio victoria, vt rectè in Chronico obſeruarat Onu-
phrius, quem proinde mirum eſt in Faſtis anno Chriſti CCCCXIII Indictionis ini-
tium, & Maxentij necem illigaſſe. Neque enim ex eo poteſt excuſari, quod Na-
talem Chriſti, æràmque communem vno anticiparit anno. (Natum enim poſuit
Chriſtum Auguſto XIII, & Siluano Coſſ. anno Iuliano XLIV, & primum à Natali
numerare cœpit anno Iuliano XLV.) Nam etſi Faſtos ſuos ita digeſſerit, vno ta-
men, vt ſuo loco declaratum eſt, expuncto Conſulatu, cum æra communi circa
Probi tempora rediit in gratiam. Vnde Conſulatus II Conſtantini, ac Licinij in
annum Chriſti CCCXII non minùs Onuphrianum, quàm Dionyſianum compe-
tere debet. Meliùs itaque Chronicon Onuphrij hac ex parte procedit, quàm
eiuſdem Faſti.

D Quod enim Indictionum ſeries ita poſtulet, vt in annum, exempli cauſa, Chri-
ſti CCCXII, à Septembri competat Indictio I, ſiue κατὰ πρόληψιν, ſi quidem non-
dum Indictiones ortæ fuerant: ſiue reipſa; ſi ab illo anno deductæ ſunt; pluribus
argumentis, & exemplis licet oſtendere. velut ex Actis Calchedonenſis, aliorúm-
que deinceps Conciliorum; ex Dionyſij Exigui cyclis; è Marcellino; Chronico
Alexandrino; Theophane, & infinitis aliis. ante omnia verò id ex Theodoſiano
Codice, lib. XI, Tit. XXVIII de Indulgentiis debitorum, demonſtrari poteſt.
L. IX Theodoſius Iunior Conſtantio & Conſtante Coſſ. id eſt anno Chriſti
CCCCXIV, ſic edicit V. Eid. Apr. *Per omnes prouincias Orientis ex Indictione vndecima
Valentiaca, in quintam vſque nuper tranſactam Indictionem, annorum ſcilicet quadràginta,
id eſt Conſulatu Diuorum Valentiniani, & Valentis iterum Auguſtorum, vſque ad Conſu-
latum inuictiſſimi Honorij patrui mei ſepties, & meum iterum*, &c. Anno illo, quo Va-
lentinianus, & Valens II Coſſ. fuerunt, Indictionem fuiſſe dicit XI. Eſt hic annus

Chriſti CCCLXVIII, quo reuera Indictio vndecima in curſu fuit, ab antecedente Septembri anni CCCLXVII. Ab eodem verò quadrageſimus annus eſt Chriſti CCCCVII, Coſſ. Honorio VII, Theodoſio II, cui Indictionem V tribuit; quod & ratio exigit. Idem docet & Lex ſequens X. Ex quo mendum apparet irrepſiſſe in Legem VIII; in qua Honorius ita reſcribit. *Nauiculariis intra Africam ex quartadecima Indictione Conſulatus Valentiniani Auguſti III, & Eutropij V. C. vſque ad Indictionem quartam Conſulatus noſtri ſepties, & Teodoſii iterum, omnia reliqua indulgemus. Dat. III Non. April.* Indictionem CCCC IV affingit anno, quo Coſ. fuerunt Honorius VII, Theodoſius II, cùm in aliis legibus quinta numeretur. Similiter anno, quo Coſſ. erant Valentinianus III, & Eutropius, XV fuit Indictio, anno videlicet Chriſti CCCLXXXVII. Malè igitur XIV concipitur. Hæc vulgatarum labes editionum ab Onuphrio, qui leges iſtas citat, nequaquam animaduerſa fuit. Quin & Scaliger lib. V de Emend. longè vitioſius *Indictionem* XIII ſcripſit. Iuſtinianus Imp. ad Mennam Præf. Præt. de Codice ſuo cõfirmando ſcribens, annum illum, qui Decij V.C. Cõſulatu notatur, éſtque Chriſti DXXIX, Indictionem habere VII dicit, Aprili menſe. quod & verum eſt. Quocirca cùm anno Chriſti CCCLXVIII Indictio XI tribuitur, & anno CCCCVII Indictio V: & anno DXXIX Aprili menſe, Indictio VII in curſu fuerint; Indictiones autem à Septembri ineant, vt ex Ambroſio docuimus, conſequens eſt, ſi annos retexamus, Indictionem I anno Chriſti CCCXII cœpiſſe.

De die, vnde Indictio cœpta.

Diximus de anno, nunc de die diſputandum eſt, à quo Indictionum caput arceſſi ſolebat. Beda lib. de Temp. rat. cap. XLVI. *Incipiunt*, inquit, *Indictiones ab VIII Kalendas Octobris, ibidémque terminantur.* Atqui Bedæ ſæculo Græci à Kalendis ipſis Septemb. Indictiones orſi ſunt, & diu ante Bedam. Scaliger ab VIII Kal. Oct. ad Kal. Sept. retractum illarum exordium putat Iuſtiniani tempore. Verùm ante Iuſtinianum id iam in vſu fuiſſe demonſtrat L. vlt. Tit. XVI lib. X Cod. Iuſt. vbi Anaſtaſius Imperator totum Septembrem nouæ Indictioni eximit. Imo verò ex Actis Calchedonenſis Concilij, Theodoſij Iunioris tempore, à Kal. Sept. cœptas Indictiones eſſe colligi videtur. Nam Actione IX, in Actis Ibæ Edeſſeni Epiſcopi, poſt Conſulatum Flauij Zenonis, & Poſtumiani, die V Kal. Maias, Indictio I currebat. Hîc eſt annus Chriſti CCCCXLVIII; quo reuera prima fuit Indictio. Eadem anno, Kalendis Sept. numeratur Indictio II, in Actione X. Igitur Indictionis caput eſt à Kal. Sept. Si verum eſſet, quod in Iſag. Can. affirmat Scaliger, Antiochenſem Indictionem Maio menſe cœpiſſe, dici poterat in Actis illis, quæ Beryti in Syria confecta ſunt, Indictionem Antiochenam vſurpatam fuiſſe. Sed vereor vt coniectura ſit illa probabilis. Nam de æra Antiochena teſtatur id quidem Chronicon Alexandrinũ: de Indictione non item: quam à Kal. Sept. ibidem computari docet. Quod ſi Indictionem indidem, vnde Antiochena æra cœpit, id eſt à Maio inchoatam eſſe velimus, & ab eo anno procedere, cui initium τοῦ χρηματισμοῦ Chronicon Alexandrinum tribuit, quoniam annus idem ille Vrbis eſt DCCVI, Per. Iul. 4666, vt ſuo loco probatum eſt; fatendum erit Indictionem Antiochenam nono menſe poſt initium Conſtantinopolitanæ cœpiſſe. Nam ſi Indictionem hanc perpetuò fingamus obſeruatam fuiſſe, primus eius annus inierit oportet anno Per. Iul. 4665. Proinde anno illo Chriſti CCCCXLIX, quo prima Indictio Conſtantinopolitana currebat ab antecedente Septembri inita; & ſecunda Indictio Septembri ſequente ſucceſſit, Antiochenſis Indictio non ſecunda à Maio principium ſumere debuit; ſed prima. Itaque obſeruatio illa Indictionis Antiochenæ à Maio proficiſcentis ad illum Calchedonenſium Actorum locum nequaquam congruit. maximè, cùm, vti dictum eſt, Chronicon ipſum, à quo Indictionis iſtius manauit opinio, non dixerit Indictionem à Maio cœpiſſe; ſed contrarium potiùs indicauerit. Nam cùm animaduertiſſet, à primo anno Iulij Cæſaris, & à XII die Artemiſii, id eſt Maij, Antiochenos æram ſuam auſpicari; ſubiungit: καὶ αἱ Ἰνδικτοι δὲ χρηματίζειν ἤρξαντο ἀπὸ πρώτης καὶ αὐτῆς τοῦ Γορπιαίου μηνός. *Indictiones porro numerari cœptæ à prima die Gorpiæi menſis*, id eſt Septembris.

Quæ cùm ita ſint; haud adeò compertum eſt, quonam tempore putari cœpta ſit Indictio à Kal. Septemb. & vtrum prius ab VIII Kal. Octob. quod Bedæ placet, inierit, quàm à Kalendis; an potiùs à Kal. ipſis antè cœperit; tùm apud nonnullos populos in VIII Kal. Octob. coniectum ſit illius initium. Triplex porro diſ-

pag. 346.
pag. 295.

A tingui vulgò ſolet Indictio; Conſtantinopolitana quæ à Kal. Sept. incipit; Cæſarea, quæ ab VIII Kal. Oct. Pontificia, ſiue Romana; quæ à Kal. Ian. ſequentibus progreditur. Harum ſecundam Conſtantinianam etiam appellant. Sed vtrum Conſtantini ſæculo à XXIV Sept. inchoata ſit Indictio, nondum ſatis idonea nobis argumenta ſuppetunt. Dionyſius Exiguus, vt quidem exiſtimat Beda, Indictionis caput non à Septembri, ſed à Ianuario ſequente, vel Martio, repetere videtur, cùm tamen contrarium Beda profiteatur. Huius enim verba ſunt cap. XLVII libri de rat. Temp. cùm Indictionis inueniendæ methodum præſcribit: *Sume annos ab Incarnatione Domini, quotquot fuerunt in præſenti: verbi gratia* DCCXXV *adde ſemper tria; quia quarta Indictione ſecundum Dionyſium natus eſt Dominus.* Idem & alibi repetit. Igitur ſi Indictione IV natus eſt Chriſtus, vtique anno illo, qui æram Dionyſianam præcedit, exeunte natus eſt, cyclo Lunæ I, anno Iuliano XLV, qui communi vſu præfixus eſt Natali Domini. Huic enim à Ianuariis Kal. Indictio tertia; à Septembri, quarta cōpetit. Atqui Dionyſium volunt Chriſtū natum poſuiſſe cyclo Lunæ II, quo anno epactæ fuere XI, decima quarta Luna VIII Kal. Apr. Paſcha B VI. Kal. Apr. vt ipſemet Beda teſtatur cap. XLV. Hic eſt annus æræ Dionyſianę II: vt & Circuli ipſi Dionyſiani demonſtrant: cuius maiorem partem, id eſt octo primos menſes occupauit indictio IV; reliquos quatuor quinta indictio ſibi vendicauit. Quare Dionyſius Indictionem à Kal. Ian. aut à XXV Martij, qui dies Incarnationi dicatus eſt, inchoauit. quemadmodum & Caſſiodorus, qui annis ab Incarnatione numeratis, perpetua methodo, tria iubet adiungi ad Indictionem habendam.

Poſtremò quod ad vocabuli originem pertinet, quibus de cauſis πεντεκαιδεκαετηρὶς illa Indictio nominata ſit, vel potiùs quindecim Indictionum, ſiue totidem annorum orbis inſtitutus; nondum hactenus exploratum fuit; tametſi magno ad eam rem indagandam ſtudio eruditi homines incubuerunt. Illud conſtat, Indictiones nihil aliud eſſe, quàm annonas & tributa; quorum canon quotannis indicebatur. cui mediæ vetuſtatis authores ridiculam neſcio quam fabulam adſpergunt; dum primo luſtro indictum auri tributum; ſequente autem argentum: æs denique tertiò exactum aſſerunt, atque hoc modo redeuntibus in orbem tribus illius C ſtipendiorum generibus, Indictiones euolutas. Meminit huius commenti præter alios S. Eligius Nouiomenſis Epiſcopus Sermone II. Sed omiſſis fabulis, cur quindenario numero circunſcriptus ſit orbis ille penſitationum, id verò neſcimus. Quod enim omnium, quæ ad hanc diem excogitata ſunt, probabile maximè iudicatur; ex eo quòd Conſtantinus militaria ſtipendia ad XV annos redegerit, quæ XVI antea taxata fuerant, inde totidem annos in periodum eſſe coniectos; id propterea minus eſt firmum, quod authorem illum fuiſſe contrahendi ſtipendij militaris, & ad XV annos reuocandi, neque veteribus vllis monumentis probatur; neque magnum ex vnius anni deductione compendium ad milites rediturum fuiſſe videtur.

Non prætermittenda eſt hoc loco *Nouæ Chronologiæ* de origine Indictionum ſententia. quæ ab anno Chriſti ſecundum communes Faſtos decimo tertio, re autem vera decimo octauo, repetitas illa eſſe coniicit. Etenim anno Chriſti XIII, qui eſt Iulianus LVIII, L. Munatio, & C. Silio Coſſ. cenſionem illam, ac prædiorum deſcriptionem, quam in Palæſtina Quirinius inſtituit, poſt Archelai relegationem, accidiſſe ſentit: qui annus à Conſtantinopolitanis triennio Chriſti natalem ante- D uertentibus decimus ſextus putatur, idémque primus ab eâdem *Noua Chronologia* ſtatuitur imperij Tiberij. Cùm igitur Patres quidam Conſtantinopolitanum calculum ſecuti, tribus ante vulgarem epocham annis natum eſſe Chriſtum exiſtimarent, quo tempore adhuc Herodes viuebat: at aliundè ſcirent cenſionis à Quirino factæ tempore idipſum eueniſſe, quæ ab natali Chriſti, quem fixerant, decimo ſexto anno celebrata fuiſſet; vnde nonnulli natalem ipſum Domini ab hoc anno repetendum eſſe iudicarunt: cæteri, ne alterutri ſententiæ præiudicarent, nouam quandam numerandorum temporum rationem excogitarunt per annos XV: quæ cùm reuera ab Incarnatione Chriſti conſurgeret, non minùs tamen alteri Euangelicæ traditioni congrueret.

Hæc noua, & hactenus inaudita coniectura, quæ authori valde probatur, falſis principiis innixa cohærere nullo modo poteſt. Id enim minimè verum eſt, deſcri-

ptionem illam à Quirino factam anno Chriſti XIII contigiſſe: vti capite III libri A
huius, ſub finem oſtendimus. Nam quæ anno iſto, Dione teſte, ab Auguſto ſuſcepta eſt, exitum non habuit, & eodem fere tempore deſiit, cùm ad priorem tributi rationem ſponte omnes redierunt.

De anticipatione triennij in Conſtantinopolitanis ratiociniis quid dicendum ſit ex libro IX, cap. III colliges. Nam pauciſſimi è Græcis, qui Natalem annum Domini ſupra 5500 annos extendunt, alium, quàm 5509, ortui eius præſtituunt. Alexandrinum quidem Chronicon, annum 5507: cæteri eundem cum vulgari, atque noſtro; qui eſt, vt ibidem demonſtrauimus, Græci computi 5509 annus. Ad hæc æra iſta, quam nominat, Græcorum trium eſt poſtrema, longéque poſt vſum Indictionum reperta; vti capite IV eiuſdem libri docuimus. Non potuit igitur ab ea Indictionum origo proficiſci. Sed vide omninò quæ ſunt illîc à nobis de triplici Græcorum computo accuratiſſimè tradita.

De anno conſeſſus Nicæni. Refellitur eorum ſententia, qui triennio duraſſe B
putant, vt Scaligeri: cuius & errata quædam alia notantur. De morte Criſpi. Euſebij Chronicon recenſetur.

Capvt XLI.

MIRA perſuaſio Scriptorum quorumdam, qui ante centum ferè annos extiterunt; Nicenum Concilium anno Chriſti CCCXXII celebratum fuiſſe. Hanc præcipui quidam rei Cōputiſticæ magiſtri, docti cæteroquin amplexi ſunt; Paulus Foroſempronienſis Epiſcopus lib. III, & IV Partis I, Ioannes Stœflerus in Kalendario, Propoſ. XXXIV; Ioannes Lucidus. Mouit illos ad ita ſentiendum opportunitas aurei numeri, vel cycli lunaris: quòd anno CCCXXIII aureus numerus I incidit. Cùm igitur numerorum aureorum methodum à Nicena Synodo conſtitutam, & ad Chri- C
ſtianum Paſcha tranſlatam vulgò putarent, vnà illud arbitrati ſunt, ſtatim poſt dimiſſam Synodum, eo, qui proximè conſecutus eſt, anno vſurpatam rem fuiſſe.

Error Scaligeri. At Scaliger Nicenum Concilium anno Chriſti CCCXXV cœptum triennio ferè celebratum ſcribit, & anno CCCXXVII dimiſſum, quando & Vicennalia Conſtantini data ſunt. cuius annum primum conſtituit eum, qui eſt Chriſti CCCVII. Atque vt prioribus illis, qui anno CCCXXII tempus Concilij definiebant, opportunitas illa placuit aurei numeri primi in annum à celebrato Concilio proximum incidentis: ita Scaligerum Solaris cycli commoditas iuuit; cuius primus annus in Chriſti CCCXXVIII cadit. Neque verò primus hoc de triennali Concilio commentus eſt Scaliger. Sed & antea Græculis quibuſdam in mentem venerat: quos Baronius citat, & in Actis Metrophanis, & Alexandri apud Photium N. CCLVI idem legitur. At ille falſiſſimæ ſententiæ noua erroris adſtruxit argumenta; dum Conſtantini primordium anno Chriſti tribuens CCCVIII, Olympiadem CCLXXI à Socrate conceptam ad luſtra neſcio quæ Iuliana detorquet. Hoc verò commen- D
tum ſuperioribus capitibus, in quibus de Conſtantij Chlori, eiúſque filij Conſtantini epocha diſputatum eſt, prorſus obtriuimus.

In Prolegom Operis de Emend. Temp.

Nihil ergo verius eſt, quàm quod vulgò ferè apud eruditos obtinuit; Nicenam Synodum anno Chriſti CCCXXV celebratam Paulino, & Iuliano Coſſ. vt Inſcriptio ipſa teſtatur Græcis præfixa Canonibus. quæ & anno Alexandri DCXXXVI, menſe Dæſio, eiúſque XIX die, ſiue XIII Kal. Iul. conueniſſe, Patres aſſerit. Anni Alexandri, qui & Græcorum appellantur, initium ſumunt ab anno Periodi Iulianæ 4402: (vti ſuprà cap. XLI lib. X docuimus:) qui eſt treceteſimus duodecimus ante Chriſtum. Addantur ergo anni 636 ad 4401, conſurget annus Periodi Iulianæ 5037, de quo deductis annis 4713, relinquitur annus CCCXXIV, quo cœpit ab Octobri, ſiue Hyperberetæo, ſexcenteſimus triceſimus ſextus annus ab Alexandro, quæ eſt Seleucidarum epocha. At Dæſius menſis Syromacedonicus, & in annis Græcorum Alexandreis, eſt idem cum Iunio. Itaque ſequenti anno,

A Chriſti cccxxv, Synodus Nicæna celebratur. Quod autem eodem anno termi-
nata fuerit; neque ad cccxxvii propagata, ex eo liquet, quod cùm viceſimus an-
nus imperij Conſtantini commodùm in idem tempus incidiſſet, vicennalia poſt
abſolutam Synodum data fuiſſe ſcribit Euſebius lib. iii de Vita Conſtantini,
cap. xxi; & lib. iv, cap. xlvii. nec non Sozomenus lib. i, cap. vlt. Primus Con-
ſtantini annus, vt ſuprà demonſtratum eſt, cœpit anno cccv, vel cccvi. Igitur
viceſimus cadit in annum cccxxv.

Idatius in Faſtis, Conſtantino vii, & Conſtantio Cæſare Coſſ. occiſum dicit
eſſe Criſpum, & vicennalia Romæ à Conſtantino edita. Hic eſt annus Chriſti
cccxxvi. Euſebius autem in fine Chronici anno Abraami mmcccxlii, Olym-
piadis cclxxvi anno ſecundo, Conſtantini xx. *Vicennalia*, inquit, *Conſtantini
Nicomediæ facta, & ſequenti anno Romæ edita.* Ergo vicennalia priora, quæ in Aſiæ
ciuitatibus, Nicomediæ videlicet, ac Nicææ celebrata ſunt, competunt in an-
num cccxxv. Apud eundem Euſebium Criſpi nex in quibuſdam editionibus ad
B Conſtantini xix adſcribitur: vt in vetuſtiſſimis Chronici membranis tribus repe-
ri, quæ ſunt penes P. Sirmondum, vbi & Olymp. cclxxvi primus annus apponi-
tur. in aliis ad xx. quod & Pontacus amplexus eſt. Labente itaque, vel finito vi-
ceſimo anno Criſpus occiſus eſt; anno cccxxv; vt rectè notatur ab Idatio; anno
nono itidem currente, ex quo Cæſar à patre creatus eſt. quod Gallicano & Baſſo
Coſſ. Idatius factum refert Kalend. Martiis, anno ſcilicet cccxvii, anno Con-
ſtantini xii. At Scaliger Vicennalia Conſtantini Nicomedienſes anticipaſſe vno
anno putat; Romanos verò ritè celebraſſe. Illos enim anno Chriſti cccxxvi, iſtos
cccxxvii peregiſſe. Sed fallitur; vt iam omnibus conſtat. quamuis & Onufrium,
& Annalium Eccleſiaſticorum conditorem imprimis redarguat, à quo fuerat
meritò reprehenſus.

Criſpi mors.

Cæterum in Euſebiano Chronico ad annum xx Conſtantini appoſitus eſt an-
nus Chriſti cccxxix in editione Pontaci: quod & ipſe comprobat; imò adeò cer-
tum exiſtimat; vt à nemine in dubium iure reuocari debeat. Verùm neque anni
Chriſti ab Euſebio, aut ab Hieronymo, aut ab alio quopiam vetuſtiore ad Chro-
C nicon adiuncti ſunt; vt idem Pontacus docuit: vnde nec in antiquis codicibus
comparent, velut in Sirmondianis tribus. & longè probabilius eſt, cum viceſimo
Conſtantini copulandum eſſe cccxxvii annum. Ita biennio Pontacum aberraſ-
ſe: ac meliorem hac ex parte Scaligerianam editionem videri. Huius porro va-
rietatis ea cauſa contigit, quod anni Chriſti in editione Pontaci vno anno pri-
mùm anticipantur. Nam ad annum Abraami mmxv, Olymp. cxciv tertium, Au-
guſti xlii, quo natus eſt Dominus, primus apud Pontacum Chriſti ponitur an-
nus. Rectiùs in Scaligeriana cum ſequenti coniungitur. Siquidem æra Chriſti poſt
eum annum, quo natus eſt Chriſtus, inchoatur. Deinceps ergo vno anno tardior
eſt editio Scaligeri. Poſteà Caracallæ vii ſolidos annos Chronici ſeries Pontace-
na tribuit; Scaligeriana vi. Dempto igitur anno vno, biennio tardius incipit eſſe
Scaligerianum Chronicon in annis Chriſti. Deinde alius annus eximitur in Sca-
ligeriano codice, qui apud Pontacum Tacito peculiaris conceditur. Quare trien-
nio Scaligeriana editio tardior eſt; vt exempli cauſa Probi primus annus ſit Sca-
D ligero, cclxxvii: Pontaco verò cclxxx. Sed rurſus ad biennium metachroni-
ſmus redit. Quippe Caro & Numeriano triennium Scaligeri codex; Pontaci non
plures duobus annis imputat. Quod diſcrimen deinceps conſtanter manet. Vnde
poſtremus annus Euſebiani Chronici, qui eſt Conſtantini xx, numeratur in edi-
tione Pontaci cccxxix; in Scaligeriana, cccxxvii. Quanquam veteres membra-
næ, quas modò laudauimus, cum Pontaci editione faciunt.

In Euſebianum Chronicon inquiritur.

Ex iis non ſolùm varietatis in vtraque Chronici editione ratio conſtat: ſed ea
quoque refelluntur argumenta, quibus Pontacus ad vltimum illum annum
Chronici probat cccxxix annum ex authoris mente eſſe ſcribendum. Sic enim
diſputat: In Præfatione teſtatur Hieronymus, *A Tiberij quinto-decimo vſque ad* xiv
Valentis numerari annos cccli, & proinde à Chriſto ccclxxxi. Quòd ſi ab illis ſe-
iunxeris lii annos, quos Hieronymi ſupplementum continet, ſupererunt anni
cccxxix abſoluti. Verùm in editione Scaligeri Tiberij xv, eſt Chriſti xxix; in
Pontacena xxx. Valentis porro xiv cum Chriſti ccclxxix copulatur à Scalige-

ro: de quibus demptis LII, ſuperſunt CCCXXVII. Ac ſi de CCCLXXIX detraxeris A
XXVIII, qui decimum quintum Tiberij præceſſerunt; reliqui erunt CCCLI, vt voluit Hieronymus. Cæterum Chriſti annos meliùs in Scaligeriano codice, quàm in Pontaceno adnotatos eſſe, ex eo vincimus, quod æra Chriſti Euſebiana vno tantùm anno communem ac Dionyſianam anteuertat. Nam vno duntaxat anno Chriſti natalem anticipat; dum natum illum facit anno III Olympiadis CXCIV; qui ex vulgaris æræ ratiociniis quarto natus eſſe debuit Iam verò Valentis obitus, in quem Supplementum Hieronymi deſinit, conuenit in annum communis æræ CCCLXXVIII. Proinde ad Euſebij mentem numerandus eſt CCCLXXIX; non CCCCLXXXI.

Diximus ſæpe Euſebianos annos ab autumno Antiochenorum ac Syrorum more progredi; & primum annum Abraami ab autumno anni 2697 Per. Iul. incipere. quo fit vt additis annis 2696 ad annos Abraami, conſequamur initium anni cuiuſlibet Euſebiani in Iuliana Periodo. Quocirca cùm annus poſtremus Chronici ſit Abraami 2394 ſecundum Scaligerum; Pontaco verò ſit 2395 adiectis 2696, B
exiſtet annus Per. Iul. in editione Scal. 5090; Chriſti 377; in Pontacena, Per. Iul. 5091, Chriſti 378. Prius autem rationi conſentaneum eſt. Siquidem annus 2394 Abraami iniit ab autumno anni Chriſti 377. Quod & Olympiades ipſæ demonſtrant. Nam apud Scaligerum & Pontacum cum anno XIV Valentis, & vltimo Chronici copulatur annus ſecundus Olympiadis CCLXXXIX. hoc eſt Iphiti annus 1154; quidem Elidenſium more cœptus eſt à Solſtitio anni Per. Iul. 5091; Euſebiano verò, ac Syromacedonum inſtituto, ab Autumno anni 5090, qui eſt Chriſti 377. Proinde ſatius eſt ad annum XIV Valentis, annum Chriſti 379 Euſebianum adiici; qui ſit Dionyſianus 378: quàm 381, qui eſt Dionyſianus 380.

Atenim in calce Chronici Euſebiani; ſiue Hieronymiani Supplementi, vbi annorum ſummulæ colliguntur, anni dicuntur in toto Chronico contineri 2395. Sed appendix iſta non eſt Hieronymi; (quanquam in membranis extat;) & in editione Scaligeri prætermittitur. In vno verò Sirmondiano peruetere ad ea verba, quibus Valentis obitus in Chronico deſcribitur: *Lacrymabile bellum in Thracia*; &c. annus Valentis XV adſcriptus erat; cùm in reliquis non vltra XIV numerus excur- C
rat. Quare librarius ille, vel quicumque demum philologus æras in calce Operis ſubduxit, vno anno Chronici ſeriem auctiorem habuit; vt XV Valentis annus apponeretur. Ac decimum ſanè quintum imperij annum Valens inchoauit. Nam anno Chriſti CCCLXIV cœpit Kal. Apr. vt Onufrius tradit, & CCCLXXVIII periit, V. Eid. Aug. Imperauit, eodem putante, annos ſolidos XIV, menſes IV, dies XIII. Hoc in animo fortaſſis habuit appendicis author. Verùm quoniam Euſebius, & Hieronymus Principum annos ita deſcribere ſolent, vti ſingulorum initia non ab eo anno, quo primùm inaugurati ſunt, quique ſæpius inchoatus eſt, ſed à ſequentis exordio ſumant; atque exempli cauſa Valentis primus annus non ab eo procedat, quo Iouianus eſt mortuus; ſed à ſequenti: ideo rectius annus Valentis vltimus decimus quartus habeatur, quàm quintus decimus. Igitur vltimus annus Euſebij eſt Abraami 2342, vt in vetuſtiſſimo Sirmondiano reperi; non 2343: eique Chriſti annus adiungendus fuit CCCXXVII; hoc eſt Dionyſianus CCCXXXVI. Additis porro LII annis Hieronymiani Supplementi, poſtremus annus erit Abraami 2394; Chriſti CCCLXXIX; qui eſt Dionyſianus CCCLXXVIII. Nam vno, vti di- D
ximus, anno æra Chriſti Euſebiana vulgarem antecedit.

Concludamus hanc de Niceni Concilij tempore diatribam, & pro certo illud habeamus; celebratum id fuiſſe anno Chriſti CCCXXV, Conſtantini anno XX; Syluestro Pontifice; non, vt Sozomenus lib. I, cap. XVI, Iulio. qui eſt error manifeſtus. Neque verò ſic excuſari poteſt, vti magno viro venit in mentem, quaſi Sozomenus ſcripſerit: πολιὸς δὲ ὁ Ῥωμαίων ἐπίσκοπος διὰ γῆρας ἀπελιμπάνετο, pro quo Ἰούλιος à librario ſit expreſſum. Id enim conſuetudo Græci ſermonis, & ἀκολουθία reſpuit; vt πολιὸς ſimpliciter, abruptéque ponatur.

De Encæniis, & conditu nouæ Romæ, ſiue Conſtantinopoleos.

Caput XLII.

Non dubia eſt epocha nobiliſſimæ vrbis, quam à Seuero dirutam, & in vici formam redactam Conſtantinus inſtaurauit, in eáque ſedem imperij ſtatuit. Id enim accidit anno illo, qui Gallicano, & Symmacho Coſſ. in Faſtis notatur. Teſtis eſt Idatius in Faſtis, qui ad hos Coſſ. ita ſcribit: *His Coſſ. dedicata eſt Conſtantinopolis, die* v *Idus Maias.* addit æram CCCLVIII. Chronicon Alexandrinum ad eoſdem Coſſ. refert; Ἔτους τά τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως τοῦ κυρίου, καὶ κέ τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας, Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβέστατος πατὴρ Κωνσταντίνου νέου Αὐγούστου, καὶ Κωνσταντίου, καὶ Κώνσταντος Καισάρων πόλιν μεγίστην, λαμπρὰν καὶ εὐδαίμονα κτίσας, συγκλήτῳ τε τιμήσας, Κωνσταντίνου πόλιν κέκληκε, πρὸ πέντε εἰδῶν Μαΐων ἡμέρᾳ δευτέρᾳ τῆς ἑβδομάδος Ἰνδικτιῶνος τρίτης, &c. *Anno* CCCI *poſt*
B *aſſumptum in cælum Dominum*, XXV *imperij ipſius*, *Conſtantinus religioſiſſimus Conſtantini iunioris Auguſti, & Conſtantij, atque Conſtantis Cæſarum pater, vrbem maximam illuſtrem, & beatam condidit, ſenatu illuſtrauit, & Conſtantinopolim appellauit* v *Eid. Maias, feria* II, *Indictione* III. Iidem characteriſmi ſunt apud apud Cedrenum. Addit poſtea Chronicon annum Vrbis conditæ fuiſſe MLXXX. Sed reuera milleſimus octogeſimus tertius erat Varroniani computi. Hoc igitur anno abſoluta eſt Vrbis ædificatio, quæ biennio antè cœpta fuerat, vt idem Chronicon ait, Ianuario, & Iuſto Coſſ. At Codinus lib. de Conſtantinopoli, nouem omnino menſibus poſt iacta fundamenta, perfectam vrbem, ac dedicatam aſſerit: τῷ πενταχιλιοστῷ ὀκτακοσιοστῷ τριακοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς, ἐν ἡμέρᾳ τετάρτῃ, ὄντος τοῦ ἡλίου εἰς τὸ τοῦ τοξότου ζώδιον· ὡροσκόπει γὰρ καρκῖνος, τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς διακοσιοστῆς ἑξηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος ἐπήξαντο τοὺς θεμελίους, &c. *Anno mundi* V MDCCCXXXVII, *Septembri menſe, die* IV, *cùm Sol in Sagittarij ſigno verſaretur, Horoſcopante Cancro, primo*
C *anno* CCLXV *Olympiadis, iacta ſunt fundamenta.* Hæc ſunt abſurdiſſima. Septembris IV Sol in Sagittario verſari quî potuit? Sed primum certa de Vrbis initio conſtituenda ſententia; tùm quæ falsò nonnullis ab authoribus prodita ſunt, ad amuſſim veritatis exigentur.

Anno itaque Chriſti CCCXX, cyclo Solis III, Lunæ VIII, Indictione III, Conſtantinopoleos encænia celebrata ſunt, XI Mai. De die conſentiunt omnes, iſque in Menologio Græcorum adſcriptus eſt. De anno confirmat Idatius, & Alexandrinum Chronicon. Hoc enim anno Coſſ. ij fuere, quibus Vrbem conditã aſſeuerant. Sed & character diei in Alexand. Chronico notatus, cum Indictione ita perſuadent. Nam & feria II in XI Mai anno Chriſti CCCXXX cecidit, & Indictio III. Factum id labente anno Conſtantini XXIV, ſi eius initium ab anno Chriſti CCCVI ducatur, die VIII Kal. Aug. vt Idatius ſcripſit, tertio circiter menſe ante ineuntem XXV. In Euſebiano Chronico ex editione Scaligeri ad annum Abraami MMCCC-
D XLVI iſta leguntur: *Conſtantinopolis dedicatur, pene omnium vrbium nuditate.* Cui quidem anno Chriſti trecenteſimus primus adſcribitur ex ratione illa Euſebiani prochroniſmi, quã ſuprà memoraui, Olympiadis verò CCCLXXVII annus II. At Pontacus hæc Hieronymi verba ponit anno Abraami MMCCCXLVIII, Chriſti CCCXXXIV, Olymp. CCLXXVII anno IV, Conſtantini XXV. Melius editio Scaligeri. Nam anno Chriſti CCCXXX iniit annus II Olympiadis CCLXXVII; qui ex Syromacedonum vſu cœpit ab Autumno anni CCCXXIX vnà cum anno Abraami 2346.

Græci mundi annos Chriſtique variè computant, dum Encænia Conſtantini referunt. Theophanes annum mundi 5816, Chriſti CCCXVI, quem ipſum eſſe ſcribit, quo Nicena Synodus eſt abſoluta. cui & Nicephorus aſſentitur lib. VIII, cap. XXVI. Sed Theophanes Conſtantini XXXII annum illum facit; Nicephorus XX; vt & Cedrenus. At Codinus annum Conſtantini XXII. Tam autem hic, quàm Zonaras & Cedrenus, annum ab orbe condito putant 5838. De multiplici Græcorum computo vide quæ lib. IX explicauimus. Quam hoc loco tres iſti ſecuti ſunt, ea eſt quam Alexandrinam aliqui vocant; cuius in annum 5509 vulgaris ac Dionyſianus

Græcorum computatio varia.

Chriſti natalis incidit: cùm Græcorum opinione ſit 5507. Quare detractis annis 5509, relinquetur annus Dionyſianæ æræ 329: à Natali verò Græcorum 331, quo dedicata Conſtantinopolis eſt. At Theophanes alteram computandi rationem adhibet: ſecundum quam Natalis Dionyſianus conuenit anno mundi 5493. Græcorum verò ſententia 5500. Quare ex illius calculo encænia Conſtantinopolis, aut eius fundatio cadent in annum æræ communis 323. Apud Suidam in voce Κωνςαντινȣ́πολις anni ab Augusti Cæſaris monarchia ad Conſtantinopolim fundatam CCCLX interceſſiſſe feruntur: quod de inchoatis annis, non vertentibus accipe; ſi ab anno primo Actiaco repetatur exordium. Hic enim incurrit in annum Vrbis DCCXXIV, Per. Iul. 4684, à quo trecenteſimus triceſimus eſt annus ipſe fundatæ Conſtantinopolis. A

Onuphrii error.

Caſtigandus verò ex iis omnibus eſt Onuphrius, qui Baſſo & Ablabio Coſſ. id eſt anno Chriſti CCCXXXI, conditam eſſe Conſtantinopolim ſcribit in Faſtis. quod perperam ex Marcellini Comitis authoritate colligit. Hic enim Mauortio ſolo Coſ. Indict. V ſcribit anno regiæ Vrbis conditæ CXCVII, Iuſtinianum Imperatorem à Iuſtino factum eſſe Kal. Aprilis. Eſt hic annus Chriſti DXXVII, quo Indictio V fuit. Porrò Kal. Apr. labebatur annus à fundata Conſtantinopoli CXCVII, & XI Mai ſequentis iniit annus CXCVIII. Quare cùm annus CXCVIII cœperit Indict. V, neceſſe eſt primum iniiſſe Indict. III, adeóque anno CCCXXX, non CCCXXXI. Alius eiuſdem alioquin eruditi Faſtorum conditoris error, quòd Byzantium primùm aſſerit à Lacedæmoniis Pauſania duce conditum. Hoc falſum eſt. Diu enim ante Pauſaniam condita fuit; vt ad Themiſtij Orat. VI olim obſeruauimus. B

Caſſiodorus denique perperam Pacatiano & Hilario Coſſ. Byzantio nomen à Conſtantino inditum ſcribit. Quod par Coſſ. à vicennalibus quintum eſſe putat Scaliger lib. V de Emend. cap. de Encæniis Conſtantinopolis. Sed errat. Conſtantinus vicennalia bis dedit. Primùm in Oriente Paulino, & Iuliano Coſſ. hoc eſt anno ipſo Nicæni Concilij. Euſeb. lib. III de eius vita. Deinde Romæ anno ſequenti, Coſſ. ipſo Conſtantino VII, & Conſtantio Cæſare; vt teſtatur Idatius. At Pacatiani & Hilarij Conſulatus à prioribus octauus eſt incluſis vtriſque, à poſterioribus, ſeptimus. C

De Conſtantini M. obitu, & initio Conſtantij, déque Solis defectionibus variis, quæ hoc imperante contigerunt.

CAPVT XLIII.

CONSVLIBVS Feliciano, atque Titiano mortuum eſſe Conſtantinum teſtes ſunt veteres: Socrates in calce lib. I, qui & XI Kal. Iun. id accidiſſe refert, anno ſecundo CCLXXVIII Olymp. vixiſſe verò annos LXV, regnaſſe XXXI. Subſcribit & Sozom. lib. II, cap. XXXII vitæ & imperij totidem annos tribuens. Idatius in Faſtis, Feliciano & Titiano Coſſ. *Conſtantinus*, inquit, *Aug. ad cœleſtia regna ablatus eſt XI Kal. Iunias, & ipſo anno nuncupati ſunt tres Auguſti, Conſtantinus, & Conſtantius, & Conſtans V Eid. Sept.* Chronicon Alexandrinum iiſdem Coſſ. obiiſſe perhibet; Mai XXII, ſiue XI Kal. Iunias, ipſo die Pentecoſtes. quod & Euſebius lib. IV de Vita Conſtant. cap. LXIV, memoriæ prodidit. Conuenit tempus anno Chriſti CCCXXXVII. Cyclo Solis X, lib. B. Lunæ XV. quo Paſcha contigit Aprilis III; Pentecoſte Mai XXII. Imperauit igitur annos plures quàm XXIX, & menſes VIII, quot imputauit Scaliger; quem in epocha Conſtantini multum fugit ratio: vti ſuprà docuimus. Quare XXXII ſaltem attigit. D

Supplementum Hieronymi Tricennalia Conſtantini anno antequam obiret data memorat. Idatius verò biennio, Coſſ. Conſtantio, Albino: Rectius quidem; vti Tricennalia competunt in annum CCCXXXV, ex quo conſequens ſit anno CCCVI, aut etiam CCCV Conſtantinum iniuiſſe. In quo fruſtrà conflictatur Scaliger.

A Paulo verò ante mortem baptizatum eſſe Conſtantinum veteres affirmant: Euſebius lib. IV de vita Conſtantini, Hieronymus in Chronico, Ambroſius Orat. in funere Theod. quibus Socrates, Theodor. Sozomenus, Chronicon Alexandr. & alij multi ſuffragatores accedunt. qui & ab Arianis, eorúmque ſignifero Nicomedienſi Euſebio baptizatum referunt. At ex aduerſo conditor Annalium Eccleſiaſticorum pugnat Actorum Silueſtri authoritate fretus: cui & Theophanes patrocinatur; ex eo demonſtrans Conſtantinum Niceni Concilij tempore baptizatum fuiſſe, quod alioqui catechumenus medio in Epiſcoporum conſeſſu locum nullum habuiſſet. Sed eam diſceptare litem alterius eſt inſtituti. De baptiſmo Conſtantini.

Quambrem Conſtantij Imperatoris initium, quod commune cum fratribus habuit, conſurgit ab anno Chriſti CCCXXXVII. Quod ex obſeruatione cœleſti colligitur; cuius in Supplemento meminit Hieronymus ad annum Euſebij MMCCCLXIV, Conſtantii X. Sic enim refert. *Solis facta defectio.* Theophanes quoque ad annum Conſtantij X: τῷ δ' αὐτῷ, inquit, ἔτει ἔκλειψις ἡλίου ἐγένετο, ὥστε καὶ ἀστέρας φανῆναι ἐν τῷ οὐρανῷ, ἐν ὥρᾳ γ' τῆς ἡμέρας, μηνὶ Δαισίῳ ϛ'. Eclipſis Solis.
B *Eodem anno defectio Solis accidit: adeo vt ſtellæ apparuerint in cœlo, hora diei tertia, Dæſii menſis* (is eſt Iunius) *die ſexto.* Eadem & Cedrenus habet. Rurſus Theophanes anno ſequenti, quem XI Conſtantij numerat; τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ὁ ἥλιος πάλιν αὐχμηρότερος γέγονεν ἐν ὥρᾳ β' τῆς κυριακῆς ἡμέρας. *Hoc anno Sol rurſus ſquallidior apparuit hora tertia dei Dominicæ.*

Prior illa Solis defectio Iunij VI die contigit, anno Chriſti CCCXLVI, aureo numero V, cyclo Solis XIX, litera E. Nouilunium verum ex Pariſinis tabulis contigit hora 6, 41′, 50″, tempore phyſico, Conſtantinopoli. Apparens verò ſub horam 5, 31′. Sole in gradu 14, 48′ Geminorum poſito. Fuit eclipſis illa digitorum 7, 36′. Initium eius hora poſt mediam noctem 4, 44′, quadrante circiter vno poſt Solis ortum, qui per id tempus hora 4, 28′ oritur. Finis eclipſis hora 6, 18′. Tenuit horam 1, 34′. Quare neque totus Sol defecit; neque hora diei tertia maxima illius obſcuratio contigit, ſed ſecundâ; quâ & deſiit. Tametſi vera coniunctio in horam diei tertiam inciderit.

Anno ſequente, cyclo Lunæ VI, litera Domin. D, Solis altera defectio contigit, Octobris XX, feria III. Nouilunium verum, ex Pariſinis tabulis, incidit hora 15, 44′ à media nocte, Romæ. Apparens autem hora 16, 22′. Initium defectionis hora 15, 25′: finis, hora 17, 15′, ſcrupulis 5′ circiter ante Solem occaſum, qui hora 17, 20′ infra horizontem in illo ſitu mergitur. Durauit itaque horam 1, 50′ apparente motu; fuítque digitorum fermè ſeptem. Sol vero motu in gradu libræ 27, 28′ verſabatur. De hac eclipſi Theophanes intelligi non poteſt, cùm anno inſequente ſcribit Solem luridâ ſpecie eſſe conſpectum, Dominicâ die. Sed nec vlla præter iſtam altera Solis defectio anno CCCXLVII contigit. Quamuis enim Mai XXVI Nouilunium medium eclipticum videatur: (quod Romæ factum eſt hora 8, 3′, 18″ à media nocte. Latitudinis porrò motum habuit Signorum 0, 15, 10′, 6″.) tamen neque apparens Nouilunium Romæ proſpici potuit: (quod quidem hora poſt meridiem 8, 6′ contigerit, hora 1, 35′ poſt verum, quod incidit in horam 6, 31′; Sol autem cùm in gradu Geminorum 4, 32′ verſaretur, occidit hora 7, 23′ poſt meridiem:) neque motus latitudinis tempore apparentis eclipticus fuit. Erat enim ſignorum 0, 18, 12′, 55″.
C II Solis defectio.

D Verùm anno CCCXLVIII cyclo Lunæ VII, Solis XXI, lit. C B illa ipſe ſine dubio incidit eclipſis, quam Theophanes obſeruat Dominica die hora diei ſecunda contigiſſe. Hoc enim anno Octobris IX, feria I defeciſſe Solem animaduertimus. Nouilunium verum ex Pariſinis tabulis in vrbe Conſtantinopoli accidit hora 9, 5′ poſt mediam noctem, phyſico tempore. Apparens autem hora 7, 31′. Initium eclipſis hora 6, 36′, paulo poſt ortum Solis: qui hora 6, 24′ oritur in illo ſitu. Finis defectionis hora 8, 33′. Durauit horam 1, 55′ apparente motu. Summa eius obſcuratio hora 7, 31′: hoc eſt hora diei ſecunda: vt ſcribit Theophanes, fuit digitorum circiter 8. Vt vel hoc exemplo Pariſinarum tabularum fides approbari poſſit. III Solis defectio.

Falſus eſt tamen in eo Theophanes, quòd anno proximo poſt illum, quo Iunij VI Sol defecit, alterum illud deliquium Dominica die hora ſecunda commiſſum eſſe dixerit. Hoc enim poſterius tertio à priore anno accidiſſe videmus. Sanè Caſſiodorus in Chronico, Philippo & Sallea Coſſ. Solis defectionem eſſe factam me- Theophanis error.

moriæ prodidit. Qui quidem Coſſ. anno Chriſti CCCXLVIII tribuuntur. De hac igitur Solis eclipſi loquitur: quam Marianus Limenio & Æone Coſſ. notat; & anno Chriſti CCCXLVII. Sed Coſſ. iſti ad annum pertinent CCCXLIX. A

Error Mariani.

Sed mendoſè Marianus XVIII Kalend. Ianuarij Solem defeciſſe ſcribit; quod eſt falſiſſimum. Nec minus abſurda Mercatoris opinio: qui anno Chriſti CCCXLVII, octauo Kalend. Ian. eandem defectionem Solis aſſignat. Atqui hoc ipſo anno, cyclo Lunæ VI, nouilunium medium Decembris XIX, die ineunte contigit, ex Pariſinis tabulis. Quinetiam ad XVIII Decembris adſcriptus eſt aureus numerus VI: ad octauum verò Kalend. Ian. aureus numerus XIX. Vnde perſpicua eſt hallucinatio: quæ multo magis ex ea Solis eclipſi patet, quam eodem anno Octobris XX contigiſſe demonſtrauimus.

Error Scaligeri, pag. 479.

At Scaliger tùm libro V de Emend. tùm in Animaduerſ. ad annum MMCCCLXIII vehementius impegit. Illîc enim Cedrenum arguit, quod anno X Conſtantij ſcripſerit Solem defeciſſe Iunij VI. *Nam quamuis*, inquit, *ea die coniunctio fuit luminarium, tamen neque latitudinis lunaris anomalia, neque eclipſis illa, de qua iam locuti ſumus;* (nimirum, quæ anno ſequente, Octobris XX commiſſa eſt;) *hoc patitur: cùm à* VI *Iunij anni* CCCXLVI *ad* XX *Octobris anni* CCCXLVII *interſint tantùm ſyzygiæ* XVI. Hæc cùm libro V de Emendat. ſcripſiſſet, in Animaduerſionibus Euſebianis poſteà caſtigare voluit; ſed partim in eodem cœno implicatus hæſit: partim etiam nouo errore cumulauit. Nam ad Euſebij verba illa anno X Conſtantij Imperatoris adſcripta: *Solis facta defectio:* Cedrenum ſequitur; ac Iunij VI hanc defectionem attribuit, annóque Chriſti CCCXLVI, & Euſebiano MMCCCLXII. Ideo metachroniſmum vnius anni ab Euſebio commiſſum putat. *Corrigendum* (ait paulo pòſt) *quod ſcripſimus in libris de Emendat. Temporum, eam eclipſin contigiſſe anno ſequenti, Octobris* XX. *Nam falſum eſt omninò. Neque vero noſter error eſt: ſed Mariani Scoti, quem* ἀνεξετάστως *ſequuti ſumus, qui falsò collocat iſtam eclipſim* XX *Octobris anni* CCCXLVII: *in quo nulla defectio ſolaris contingere potuit, latitudine lunari repugnante. Propterea ſi anno* CCCXLVI *Sol defecit* VI *Iunij, ab ea die ad diem* XX *Octobris anno ſequenti, ſunt ſyzygiæ* XVI. *quod interuallum eſt* ἀνέκλειπτον. *Potiùs contigiſſet menſe Decembri, ſiquidem vlla contingere debuiſſet.* Hîc verò Theramenis, quod aiunt, cothurnum obſeruare licet. Iiſdem enim argumentis priorem, quam VI de Emendatione tenuerat, opinionem redarguit in Animaduerſ. quibus eam, quam hîc amplectitur, illîc refellendam putauerat. Quippe Iunij VI anni CCCXLVI negabat ideo defeciſſe Solem, quòd anno ſequenti, Octobris XX defeciſſet. At in Animaduerſ. negat Octobris XX defeciſſe, quia Iunij VI defecerit. Vtrobique verò ſic aberrat, vt qui homini huic æquiſſimus eſſe velit, tùm cùm iſta ſcriberet, quid ageret neſciſſe fateatur. Vno verbo; triplex Solis defectio annis totidem accidit, nimirum CCCXLVI, CCCXLVII, & CCCXLVIII. Prima Iunij VI; ſecunda Octobris XX; tertia Octobris IX. vt ex iis conſtat, quæ paulo antè diximus, & ſingularum deſcriptio ſuo loco plenius oſtendet. Quin & Buntinghus ſecundam ex Prutenicis tabulis accuratiſſimè delineauit, eiúſque calculi non multùm à noſtris diſſident. Motus verus latitudinis apud illum eſt Signorum 5, 16, 53′, 29″. Nobis eſt 5, 17, 9′, 48″. Latitudo Lunæ illi eſt 67′, 58″: nobis, 66′, 13″. Parallaxim denique latitudinis inuenit ille, 53′, 42″: nos 54′: qua deductâ de latitudine, reliqua ſunt, 12′, quæ eſt apparens latitudo, & quidem ecliptica. Porrò interuallum ab apparenti coniunctione Iunij VI, hora 5, 31′ anni CCCXLVI, ad apparentem Octobris XX, hora 16, 22′, anni CCCXLVII, eſt dierum 501, 10, 51′. quæ ſunt ſyzygiæ lunares XVII. quod ſanè interuallum eſt ἐκλειπτικόν. Denique quod ſubiicit, Decembri potiùs menſe futuram eclipſim, ſi quæ contingere debuiſſet; non minùs eſt abſurdum. Siquidem anno CCCXLVII, Decembri media coniunctio incidit in diem XIX, hora 0, 21′ poſt noctem mediam. Motus latitudinis medius Signorum 7, 19, 52′ ἀνέκλειπτος. Non erat ſanè cur nos *ad accuratiſſimam obſeruationem Scaligeri lib.* V *de Emendat. Temporum*, vir bonus allegaret, vt de hac eclipſi certi quid haberemus. Nam fœdiſſimè & hîc, & in Animad. omnia conturbat.

Solaris defectio ab Hieronymo notata, eſt tertia ex iis quas attulimus.

De Hieronymo, vti breuiter abſoluam; cùm hîc Euſebiano more Imperatorum annos non ab eo, quo imperare cœperunt, ſed ab inſequente potiùs ordiatur, & in quibuſdam exemplaribus ad annum Abraami MMCCCLXIII, Conſtantij X adſcripta

A x adſcripta ſit eclipſis illa mentio: nec non ad annum Chriſti CCCXLVIII, qui eſt communis æræ CCCXLVII: vt in editione Scaligeri: veriſimilius eſt ſecundam Solis defectionem ab eo ſignificari, quæ Octobris XX contigit, anno Conſtantij XI, Chriſti CCCXLVII. At in editione Pontaci eclipſis eadem apponitur anno Conſtantij XI, ſed Abraami MMCCCLXV. Hic annus ab Octobri cœpit anni Chriſti CCCXLVIII. Quocirca ſolare deliquium ab Hieronymo proditum tertium illud erit, cuius Theophanes meminit: quod Octobris IX accidit, feria I. Nam & maius antecedentibus duobus extitit. Nos Euſebiani Chronici vetuſtiſſima exemplaria tria conſuluimus. quorum in vno reperimus ad annum XI Conſtantij, & quartum Olymp. CCLXXXI Solis defectionem adnotatam. In cæteris ad Conſtantij X, & tertium Olympiadis CCLXXXI. Crediderim omnium optimam eſſe lectionem, quæ ad Olymp. CCLXXXI annum IV, Abraami adſcribit annum MMCCCLXV, Conſtantij XI; qui etiam annus in Pontaci editione ponitur. Sed adiungitur annus I Olympiadis CCLXXXII. Annus Cõſtantij XI apud Hieronymũ reuera duodecimus eſt. In eum
B verò à nobis inuenta Solis defectio cadit, anno Chriſti CCCXLVIII, Octobris IX.

Sed alia eſt eiuſdem Conſtantij epochæ longè prioribus illis nota certior ex ſolari itidem deliquio, quod cæteris maius horribiliúſque conſpectum eſt Conſtantio X, Iuliano III Coſſ. Hoc Ammianus initio libri XX deſcripſit; & eius occaſione de ſiderum defectione diſputat. *Eodem*, inquit, *tempore per Eoos tractus cælum ſubtextum caligine cernebatur obſcura, & à primo auroræ exortu vſque ad meridiem intermicabant iugiter ſtellæ. hiſque terroribus accedebat, quod cùm lux cœleſtis operiretur, è mundi conſpectu penitus luce abrepta, defeciſſe diutius Solem pauidæ mentes hominum æſtimabant: primò attenuatum in Lunæ corniculantis effigiem, deinde in ſpeciem auctum ſemeſtrem, poſteáque in integrum reſtitutum.* Viſa eſt hæc Solis eclipſis anno Chriſti CCCLX, quo Coſſ. fuerunt Conſtantius X, Iulianus III, aureo numero XIX, cyclo Solis V, litera B A. Nouilunium verum in Meſopotamia ad Tigrim fluuium, longitudinis graduum 80, latitudinis 36, factum eſt Auguſti XXVIII, feria II, hora 7, 31′ matutina. apparens hora 5, 31′ in ipſo Solis exortu. Itaque ſumma eiuſdem orientis obſcuratio fuit, digitorum circiter XI: vt verè ſcripſerit Ammianus: *primò attenuatum in*
C *Lunæ corniculantis effigiem* prodiiſſe Solem. Durauit horas circiter 2, 4′ motu horario vero, ac deſiit hora I poſt ortum, nempe 6, 33′. Sol vero ſitu verſabatur in gradu Virginis 5, 6′. Sed hanc ipſam defectionem horrenda caligo conſecuta eſt; cùm idem Ammianus referat ad meridiem vſque ſtellas eſſe conſpectas. quod inuſitati prodigij genus eſt.

Quarta Solis defectio.

Scaliger neſcio quid cogitans ad nouiſſimam hanc eclipſin locum illum ex Hieronymi Supplemento trahit, quem nos paulò antè declarauimus: & addit Olympiade CCLXXXII id ſcribi eſſe factum, *vitio illius ſæculi, quo luſtrum Iulianum ſumebatur pro Olympiade. Itaque annus Chriſti* CCCLX, *erat primus luſtri, ſiue Olympiadis Iulianæ, non autem luſtri Elidenſis.* Quæ ſunt ἀσύστατα. Hieronymus nullam alterius huius defectionis mentionem attigit. De luſtris verò Iulianis commentitiis, vide quæ IX libro cap. XL contra Scaligerum fusè diſſerimus.

pag. 480.

D *De Iuliani, Valentiniani vtriuſque initio: & morte.*

CAPVT XLIV.

EXINDE reliquorum Imperatorum initia communi ex hiſtoria deprompta ſunt à Scaligero. Velut Iuliani; quem Tauro, & Florentio Coſſ. imperare cœpiſſe notum eſt ex Ammiano; cùm III Non. Octobres Conſtantius obiiſſet. Hic eſt annus Chriſti CCCLXI. Idem Ammianus refert Iuliano, cùm Viennæ Allobrogum eſſet, ſpectrum quoddam appariuſſe; quod Conſtantij mortem tum forè prædixerit; cùm & Iouis ſtella Aquarij poſtrema teneret; & Virginis partem 25 Saturnus occuparet. Et certè anno Chriſti CCCLXI, circa tempus illud, quo Conſtantius exceſſit, Saturnus gradum circiter 25 Virginis obtinebat: Iupiter quoque gradum 23 Aquarij: vt ex Prutenicis tabulis liquet. Iniuria itaque Scaliger ineptos appellat Hiſtoricos,

qui hæc retulerunt in libros ſuos: quaſi ob tarditatem motus Saturni, nota illa temporis conſignari mors Conſtantii non potuerit. Atqui vt vel tardiſſimi ſint motus, nihilominus ab Aſtronomis, & à Dæmonibus vtique, longè accuratius deſignari poſſunt. A

Valentiniani ſenioris epocha. Iam Valentiniani Senioris epocha nemini dubia eſſe poteſt. Notatur enim inſigni charactere biſextilis diei, qui annum Chriſti CCCLXIV deſignat. Mortuus eſt Iulianus ipſo IV, & Salluſtio Coſſ. vt docet Ammianus lib. XXIII, & Socrates lib. III, cap. XXI, Idatius in Faſtis, Chron. Alexand. & Caſſiodorus; Iunij XXVI, ſiue VI Kal. Iul. vt priores tres diſertè tradunt. Porro annum iſtum æræ Dionyſianæ eſſe CCCLXIII non dubium eſt. Siquidem in Idatij Faſtis numeratur æræ Hiſpanicæ CCCCI. de quibus deductis ex perpetua methodo annis XXXVIII, reliqui ſunt CCCLXIII. Iouianus deinde ſucceſſit. qui anno ſequenti obiit, Iouiano Aug. & Varroniano Coſſ. iiſdem authoribus, Februarij die XIX, vt ſcribit Idatius: vt autem Socrates refert, die XVII. quod & probabilius eſt. Ammianus enim poſt Iouiani mortem neminem diebus decem imperij gubernacula tenuiſſe prodit. B qui à XVII Febr. ad XXV numerantur, biſextili die comprehenſo. Ergo anno Chriſti CCCLXIV Valentinianus iniit, æra, vt putat Idatius, CCCCII. Nec hodie Chronologus vllus aliter ſentit. At antea vehementius tempora conturbata ſunt, vt in Carrionis Chronico: qui anno Chriſti CCCCLXVIII cœpiſſe refert: quemadmodum & Genebrardus. In Supplemento Euſebiani Chronici, quod S. Hieronymus adtexuit, notatur ad eum annum, quo mortuus eſt Iouianus, annus Chriſti CCCLXV, in edit. Scal. Rectè id quidem, propter vnus anni prochroniſmum. Peſſimè autem in Pontacena, annus CCCLXVII.

Valentinianus iunior. Valentiniani iunioris obitus nobili charactere conſignatur ab Epiphanio lib. de menſuris & pond. vbi necatum aſſerit Arcadio II & Rufino Coſſ. & ſtrangulatum in Palatio repertum Id. Mai, pridie Pentecoſtes, feria VII, Pachon XXI, qui erat XVI Kal. Iun. Quæ omnia congruunt anno Chriſti CCCXCII, vt ad illum locum oſtendimus. Apud Marcellinum duplex error eſt, quòd & anno ſuperiore, Tatiano & Symmacho Coſſ. interfectum eſſe dicit, & Idibus Martiis. De anno & Coſſ. cum Epiphanio conſentit in Faſtis Idatius. C

De obitu Sancti Martini Turonenſis Epiſcopi.

CAPVT XLIV.

SANCTISSIMI Martini Epiſcopi Turonenſis obitus inſignis olim apud Gallicanos Annalium Scriptores titulus temporum fuit. Ab eo certè S. Gregorius eiuſdem vrbis antiſtes hiſtoriæ ſuæ interualla deducit. Quem cùm antiquiſſimum ac propemodum vnicum Scriptorem habeamus, à quo Francorum exordia, primorúmque regum geſta memoriæ prodita ſint; præter Martini commendationem, & gloriam; Gregorianæ inſuper hiſtoriæ ratio id exigit, vt illius mortis annum, ſeu vitæ potiùs melioris initium diligentius exquiramus. Fecit idem libro de Emendat. VI pag. 571. Scaliger. Cùm enim priſci Francorum imperij primordia pertractaret, putauit ad D id eſſe ſatis, ſi Gregorij Turonenſis hiſtoriam leuiter percurreret, quæque in illis expreſſæ conceptæque ſunt notæ temporum, eas ad examen vocaret. Hoc vt præſtare poſſet, à Martini obitu neceſſariò ſumpſit initium. quem Gregorius, vti dictum eſt, titulum hiſtoriæ ſuæ præfixerat. Verùm tam in hoc, quàm in pleriſque hiſtoriæ Gregorianæ veſtigiis fœdiſſimè prolapſus eſt. Sed quæ de Martino ſcribit idem Gregorius, priùs expendamus.

Libro primo Hiſtoriæ Francorum, capite XLVI, & vltimo his verbis mortem illius expoſuit. *Arcadij verò, & Honorij ſecundo imperij anno, Martinus Turonenſis Epiſcopus, plenus virtutibus, & ſanctitate, præbens infirmis multa beneficia, octogeſimo & primo ætatis ſuæ anno, Epiſcopatus autem* XXVI, *apud Condatenſem diæceſis ſuæ vicum excedens à ſæculo feliciter migrauit ad Chriſtum. Tranſiit autem media nocte, quæ Dominica habebatur, Attico Cæſarióque Conſulibus.* Attici, & Cæſarij Conſulatus in annum Chri-

A ſti cccxcvii incidit. quo Arcadij & Honorii tertius annus iniit xv Kal. Febr. cyclus erat Solis xiv, litera D. Proinde Nouembris xi fuit quarta feria, non Dominica. Et tamen in ſententia conſtat Gregorius, vt illis Coſſ. exceſſiſſe putet, & eo anno, qui ſit æræ communis cccxcvii: vt ex fine libri x patet, in quo alterum quoque Chronologiæ illius vitium eſt. Nam à Paſſione Domini ad S. Martini obitum vtroque loco annos ccccxii numerat, quæ ſumma mendoſiſſima eſt. Dominicæ diei characteriſmus impunitatem errandi minorem facit. Hunc tamen neglexit in Annalibus Baronius: qui anno Chriſti ccccii mortem illius aſſignat. Quo anno cyclo Solis xix litera fuit E. Ideo Nouembris xi fuit feria iii.

Proſper in Chronico à Pithœo edito anno v Arcadij, & Honorij Martinum obiiſſe refert. Is erit annus cccxcix, litera B, Nouembris xi, feria vi.

Duæ ſunt omnium probabiles maximè ſententiæ. Nam aut anno Chriſti cccc, aut cccci mortuus videtur. Quorum ille literis præditus eſt A G. iſte litera F. In illo, Nouembris xi dies in Dominicum incurrit: iſto verò, in feriam ii. Si priorem
B amplectimur, media nocte, à qua Romano more dies incœpit, obierit Martinus. Sin poſterior placet, exeunte Dominico die; ſed ciuili conſuetudine, quæ ab ortu Solis diem auſpicatur, adhuc labente, obitus acciderit. Poſteriori ſuffragatur Sulpitius. Hic enim anno Chriſti ccclxxxvi, hoc eſt Euodio Conſule, Martinum ad Maximum Imperatorem veniſſe ſcribit, quando perhonorificè ab eo ſuſceptus, & ad conuiuium admiſſus eſt. *Libro de Vita B. Martini, cap. xxiii.* Idem porrò Sulpitius Dialogo iii Martinum refert, quod inuitus in ea legatione Ithacianorum communione pollutus eſſet, mœrore ac pœnitentia ductum, deinceps ad mortem vſque ab omni conuentu Epiſcoporum abſtinuiſſe. *Sedecim* (inquit) *poſtea vixit annos: nullam Synodum adiit: ab omnibus Epiſcoporum conuentibus ſe remouit.* Ab anno ergo Chriſti cccxcvi decimus ſextus eſt Chriſti cccci. Sed hîc Arcadij & Honorij ſeptimus eſt annus, non quintus; vt Proſper putabat.

Sigebertus ad annum ccccii. *Sanctus Martinus* (ait) *ætatis anno octogeſimo primo, epiſcopatus verò viceſimo ſexto, obiit hoc anno ſecundum Proſperum: qui ſcripſit eum obiiſſe anno quinto Arcadij & Honorij: imo ſecundum Seuerum, qui ſcribit in vita eius, eum poſt mortem Priſcilliani* xvi *annos vixiſſe.* Sed fallitur dum Proſperum cum Seuero con-
C cordare putat. Ambo enim diſcrepant. Quod ſcribit anno ætatis lxxxi deceſſiſſe Martinum, idem à Gregorio Turonenſi proditum eſt. Sed nequaquam congruit, ſi verum eſt, quod idem libro i cap. xxvi narrat, Martinum anno Conſtantini vndecimo natum eſſe. Is eſt Chriſti cccxvi; ad quem additi lxxx deſinunt in cccxcvi; aut ſi vertentes annos accipias, in ſequentem Martini poſtremus incidet. Quod vt Gregorij opinioni conſentaneum eſt, ita falſum eſſe conſtat ex iis, quæ ſuprà diſputauimus. Aut igitur amplius lxxxi vixit annos; aut Chriſti anno circiter cccxxi, Conſtantini xv natus eſt Martinus.

Hinc & Scaligeriana ſententia refellitur Martini obitum ſtatuentis in anno Chriſti cccxcv, quo litera quidem Dominicalis erat G, eáque ad hiſtoriam apta. Sed cùm annus hic idem ab Ithacij nece, & Martini cum Maximo Imperatore congreſſu ſit tantummodo decimus, Seueri authoritate reiicitur.

D *De Stiliconis Conſulatu* ii, *& Honorij* vii, *&* viii *Conſulatus ab Idatio qua ratione digeſti.*

Capvt XLVI.

ANno Chriſti ccccv, Indictione iii, æræ Hiſpanienſis ccccxliii, Conſul ii cum Anthemio fuit Stilico, vt in Chronico refert Idatius; & Marcellinus. At Romæ extat inſcriptio, quæ Heliam quendam argentarium Conſulatu Stiliconis vii Kal. Nouembris die Veneris depoſitum eſſe ſignificat. Sed feria v fuit anno illo non vii Kal. Nouembris. Itaque quadratarij errore vitioſa eſt epigraphe. Hoc multò probabilius, quàm quod ſuſpicatur Scaliger, par vnum Conſulum deeſſe inter Conſulatum Auſonii, & Stiliconis. Eiuſdemmodi circa vii Honorii Conſulatum hæ-

ſitatio Scaligeri, & falſa ſuſpicio tollenda nobis eſt. In Inſcriptione Græca Treuirenſi notatur ὑπατεία Ονωρίου τὸ Η, καὶ Κωνσταντίνου τὸ Α. Id verò Scaligerum vehementius torſit. *Quæro*, inquit, *quis ſit iſte Conſtantinus collega Honorij in ſeptimo Conſulatu. Nam Marcellinus, Proſper, & Caſsiodorus cum Honorio* VII *Conſule comparant Theodoſium iterum Conſulem*, &c. Mox trito, vſitatóque perfugio ſpreto ſuffecti Conſulatus, eò propenſior eſt, vt aliquot paria Conſulum in Faſtis deſiderentur. A

Conſtantinus tyrannus.

Sed leuiſſimus erat iſte, neque valdè difficilis nodus; quem nullo negotio ſoluiſſet, ſi illorum temporum hiſtoriam conſulere voluiſſet. Nimirum Honorio imperante Conſtantinus tyrannus ex infima militia ad imperium euectus in Britannia, inde in Gallias erupit: vbi & triennio ferè regnauit. Huius exordium anno Chriſti CCCCVII conuenit, quo Coſſ. fuere Honorius VII, Theodoſius II, vt ex Zoſimo colligitur. Hic enim libro V, iiſdem Coſſ. literas ad Stiliconem ab Honorio miſſas eſſe ſcribit; quibus ſignificabat, Conſtantinum occupata tyrannide, ex inſula Britannia in Gallias traieciſſe, ac pro Imperatore ſe gerere. Tum eodem anno, exacto iam autumno, Baſſum & Philippum deſignatos eſſe Coſſ. ſcribit. Interfectus eſt autem Conſtantinus Theod. Aug. IV Coſ. vt in Faſtis notat Idatius, anno Chriſti CCCCXI, hoc eſt æra CCCCXLIX, XIV Kal. Oct. de quo vide Zoſimum, & Oroſium lib. VII, cap. XL, & XLII: vbi anno V. C. MCLXV ſublatum è medio Conſtantinum refert cum filio Conſtante, quem Cæſarem fecerat, & in Hiſpanias miſerat. Conuenit annus Vrbis ex Capitolinorum Faſtorum ratione cum anno Chriſti CCCCXI. Quamobrem non dubium eſt Conſtantinum Galliis iam potitum Conſulatum cepiſſe, & cum Honorio, qui Conſul VIII erat, à Treuirenſibus Gallis fuiſſe compoſitum. Nam & aliâs ſæpe, cùm tyranni imperium alicubi per vim occupaſſent, Conſules duos, aut eorum ſaltem alterum legebant; quorum nominibus Faſti ſignabantur iis in regionibus, in quibus dominabantur. Quod ex Idatii Faſtis apparet. In iis enim gemina nonnunquam Conſulum paria ponuntur. Velut æra CCCXLVI, qui eſt annus Chriſti CCCVIII, Diocletiano X & Maximiano VII Coſſ. alterum par Coſſ. additur, Maxentius & Romulus. qui videlicet à Maxentio tyranno creati fuerant. quod & annis quatuor conſequentibus factum ibidem legitur, vſque ad æram CCCL, hoc eſt annum Chriſti CCCXII, quo Maxentius interfectus eſt, qui tum quarto ſuo Conſulatu, eóque ſolo annum aperuerat; cùm legitimi Coſſ. eſſent Conſtantinus II & Licinius II. Quocirca facilè hinc animaduertis cur cum Honorio Conſul in veteri lapide poſitus ſit Conſtantinus. Hic enim commune cum Honorio imperium habere voluit; in eúmque finem legationem ad illum adornauit; vt teſtatur Zoſimus. B C

Alterum Scaligeri παρόραμα. Deprauatos eſſe Conſulares Faſtos inde colligit, quòd in Cod. Theod. lib. XI, Tit. XXVIII, Eutropius V. C. comparatur Conſul cum Valentiniano Aug. III. Atqui cum Valentiniano III ab Ammiano libro XXVIII, Socrate, & aliis componitur Valens III. Verùm alius eſt Valentinianus iſte, quo cum Eutropius Conſul fuit, ab eo, cuius collega fuit Valens. Hic enim Valentinianus eſt ſenior, cuius Conſulatus III cum Valente fratre cadit in annum Chriſti CCCLXX. at Valentinianus iunior III Conſul cum Eutropio conuenit anno CCCLXXXVII, Theodoſiani Codicis locus ille eſt in lege VIII, quam nos ſuprà diſcuſſimus, ac cætera quæ perperam in ea lege interpretatur Scaliger, enarrauimus. D

A

De exilio S. Ioannis Chryſoſtomi, eiúſque, & Eudoxiæ, atque Arcadij morte. Georgius Alexandrinus ſcriptor notatur.

Capvt XLVII.

Honorio vi & Ariſtæneto Coſſ. pulſum fuiſſe Chryſoſtomum veteres Hiſtorici conſentiunt: qui eſt annus Chriſti cccciv, Indict. ii. Ita Socrates lib. vi, c. xvii, Chron. Alexandr. Corrigendus itaque Marcellinus in Chronico, qui Theodoſio Iuniore, & Rumorido Coſſ. id accidiſſe refert; Indict. i. Eodem anno poſt tres circiter menſes Eudoxiam Auguſtam mortuam teſtatur Socrates lib. vi, c. xvii, Sozom. lib. viii, c. xxvii; Proſper in Chronico, qui iiſdē Coſſ. Eudoxiam obiiſſe memorat.

Alexandrinum verò Chronicon hunc ipſum annum certis notis deſignat. Nam B ad Coſſ. Honorium vi, & Ariſtænetum, Indict. ii, ſcribit, menſe Hyperberetæo, qui eſt October, feria vi, circa horam viii, ingentem grandinem è cœlo decidiſſe: καὶ ἐτελεύτησεν Εὐδοξία Αὐγοῦστα μηνὶ τῷ αὐτῷ Ὑπερβερεταίῳ, πρὸ α' Νωνῶν Ὀκτωβρίων, ἡμέρᾳ ε', καὶ ἐτέθη ἐν τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις μηνὶ Ὑπερβερεταίῳ, πρὸ δ' Εἰδῶν Ὀκτωβρίων, ἡμέρᾳ δ'. *Mortua eſt Eudoxia Auguſta eodem menſe Hyperberetæo, prid. Non. Octob. feria* v, *& depoſita eſt in Eccleſia ſanctorum Apoſtolorum, Hyperberetæo menſe,* iv *Eid. Octob. feria* iv. Feriarum hic character, quem videtur publicis ex Actis author exſcripſiſſe, docet anno eodem, quo in exilium pulſus eſt Chryſoſtomus, Eudoxiam obiiſſe; anno, vti dictum eſt, cccciv, quo cyclus erat Solis xxi, lit. C B. Igitur prid. Non. Octobris fuit feria v; & iv Eid. Octob. feria iv.

Quod autem aſſerit eodem menſe, feria vi, grandinem è cœlo cecidiſſe, ſi id ante mortem Eudoxiæ contigit, vti Socrates & Sozomenus affirmant; & quidem quarto ante die; non poteſt Hyperberetæo menſe, ſed Gorpiæi potiùs vltimo accidiſſe die, qui eſt September, cuius poſtrema dies fuit feria vi. Niſi fortè ἡμέραν παρασκευὴν Chronicon appellet Sabbatum, quæ eſt παρασκευὴ τῆς κυριακῆς. quod & C verum arbitror. Ita Kalendis ipſis Octobris grando deciderit; & poſt iv dies mortua erit Eudoxia. Rurſus illo ipſo anno, menſe Dæſio, qui eſt Maius noſter, vi Kalendas Iulias, feria vi, miſſo iam in exilium Ioanne, magna Eccleſia cum Senatu ſubito incendio conflagrauit, feria ii, hora vi, vt ait Chronicon. Atqui non feria ii, ſed Dominica illo die fuit. Legerim ergo πρὸ ε' Καλανδῶν Ἰουλίων, v *Kal. Iulias.*

Qui ad decidendam illam de Eudoxiæ morte controuerſiam, Georgij cuiuſdam Alexandrini Epiſcopi teſtimonio nituntur, eodémque Cedreni, Nicephori, Glycæ, & Harmenopuli opinionem fulciunt, homines alioquin eruditi, paululum expenderent, quanti pretij Georgius iſte ſit. Scriptor eſt enim non ſolùm barbarus; vt qui ne verborum quidem, ac nominum ſyntaxin ſciſſe videatur; ſed etiam in hiſtoria futiliſſimus, & mendaciſſimus: quibus illum coloribus author acerrimi iudicij Photius in Bibliotheca depinxit. At enim propterea Georgius in inuidiam adducitur à Photio, quòd in Eudoxiæ morte à Socrate, reliquíſque diſſentiat. Hæc D enim eſt magni & eruditi viri ſuſpitio. Valeat igitur non in reliquis ſolùm; ſed in hac re quoque Scriptoris illius authoritas, ſi non in pleráque illius temporis hiſtoria nugaciſſimè ſit, imperitiſſiméque verſatus. Cuius in ſpecimen ex innumeris hîc pauca ſeligam.

Pag. 138. edit. Aug.

Scribit ille Theophilum, poſt obitum S. Ioannis Chryſoſtomi, ad iudicium citatum ab Arcadio, iuſſúmq; Theſſalonicā venire, ac ſe Synodo ſiſtere, ingenti mœrore confectum, & æſtuantē, Iſidorum, alióſque Monachos conſuluiſſe, quid facto opus eſſet; eóſque reſpondiſſe bono eſſet animo: nam prope diem Innocentium Papam moriturum; neque negotij quicquam amplius facturū. quod & paulò pòſt contigit. Addit poſt Innocentij mortem, Atticum laboraſſe vti Chryſoſtomi memoria publicè celebraretur. Atqui poſt Theophili mortem quinque ferè annis ſuperſtes fuit Innocentius. Hic enim anno Chriſti ccccxvii: ille ccccxii mortuus eſt. Arcadius verò anno ccccviii, decem ante Innocentium annis. Quid quod idem Georgius Eudoxiam Innocentio ſuperſtitem facit? Ex iis de Scriptoris iu-

Pag. 252. edit. Sauil.

dicio coniecturam capere poſſumus. Obiicitur Zoſimi locus: qui poſt exilium A
Chryſoſtomi refert Iſaurorum defectione Conſtantinopolim allata, miſſum contra illos Arbazacium ducem: qui re proſperè geſta cùm bellum conficere poſſet, delitiis ac voluptatibus fractus, priuatis commodis publicum bonum poſthabuit. Ob eam cauſam reuocatus ab Imperatore, Auguſtæ gratia, quam prædæ parte ſibi demeruerat, damnationem euaſit. At verò trimeſtri ſpatio, quod inter exilium Chryſoſtomi, & Eudoxiæ mortem Socrates interponit; tot res obiri minimè potuerunt. Tùm Chryſoſtomus teſtatur nondum Iſauros ad id tempus, quo Cucuſi morabatur, à Romanis compreſſos fuiſſe. Denique Marcellinus Comes expeditionem Arbazacii confert in annum illum, quo Coſſ. fuêre Stilicho, & Anthemius: qui poſt Honorij v, & Ariſtæneti Conſulatum, quo exulatum abiit Chryſoſtomus, proximè ſequuti ſunt.

Verùm facilè iſtis occurritur. Nam quod ad Marcellinum attinet; cùm is Eudoxiam Honorio v, & Ariſtæneto Coſſ. obiiſſe ſcribat, vtique eidem anno Arbazacij perfectionem illigare debuit. Itaque falſus eſt. velut in eo quoque, quod B
Chryſoſtomi relegationem Theodoſio iuniore i, & Rumorido Coſſ. aſſignet. Arbazacij autem expeditio vel breuiore ſpatio perfici potuit. Qua cum vexati, non profligati barbari ſint; nihil mirum eſt, ſi nondum expugnatos fuiſſe Chryſoſtomus indicarit. Tam hic porro, quàm Palladius, qui eius acta fideliſſimè conſcripſit, de Eudoxiæ morte tacendum rati ſunt, ne Imperatorem offenderent. quod de Palladio præſertim ſuſpicari licet; qui quadriennio circiter poſt exilium Chryſoſtomi de eius vita Dialogum edidit.

Poſtremò Chryſoſtomus triennium ferè in exilio vixit. Obiit enim Honorio vii, & Theodoſio ii Coſſ. anno Chriſti ccccvii, Nouembris xiv, vt refert Socrates lib. vi, cap. xix. Alij xiv Sept. Vixit annos lii, menſes viii. Sedit annos ix, menſes vi, dies xx.

Anno ſequente, Chriſti ccccviii, Baſſo & Philippo Coſſ. obiit Arcadius, Kalendis Mai; cùm imperaſſet, annos poſt parentis obitum, xiv; vixiſſet xxxi, Socrates lib. vi, cap. xxiii. Theophanes ait mortuum illum xi Kal. Sept. Sed C
fallitur. ac videtur illi Zoſimus erroris illius occaſionem dediſſe. qui libro vi Stiliconem refert iiſdem Coſſ. è medio ſublatum x Kal. Sept. Sed ita rem narrat, vt ambiguum relinquat, vtrum Arcadium, an Stiliconem illo die periiſſe velit. Βάσσου μὲν τοῦ ὑπατεία καὶ Φιλίππου, καθ' ἣν καὶ Ἀρκάδιος ὁ βασιλεὺς ἔτυχε τῆς εἱμαρμένης· τῇ δὲ πρὸ δέκα Καλανδῶν Σεπτεμβρίου ἡμέρᾳ. *Baſſus & Philippus Coſſ. erant. quibus etiam Arcadius Imperator obiit. die porro x Kal. Sept.*

De Roma ab Alarico capta. Faſtos illius æui Conſulares integros eſſe contra Scaligerum aſſeritur. Idatius illuſtratur.

Capvt XLVII.

Magno omnium conſenſu clades illa confertur in annum Chriſti ccccx, Flauio Varane Coſ. cum anno antecedente Vandali Hiſpanias occupaſſent. Ita Proſper, & Caſſiodorus. Marcellinus item D
Comes Varane ſolo Conſule captam Vrbem refert. Caſſiodorus Tertullum collegam adiicit. Hic enim vmbratilis Conſul ab Attalo creatus eſt: vt ſcribit Oroſius lib. vii, cap. xlii. De huius itaque calamitatis tempore ne mentionem quidem attigiſſem, niſi grauiſſimi Scriptores nonnihil dubitationis afferrent. Minimam omnium Oroſius facit. cuius vnius authoritate commotus Scaliger Conſularibus Faſtis vnum inculcat annum. Sed de Oroſio paulo pòſt. Valde nos Idatius commouet, qui eodem tempore vixit. Hic enim in Chronico ſcribit, anno xv Honorij, primo Olympiadis ccxcii, Alanos, & Vandalos, & Sueuos Hiſpanias ingreſſos æra ccccxlvii, vel iv Kal. (vel, vt alij, iii Eid. Octobris) feria tertia, Honorio viii, & Theodoſio Arcadij filio iii Coſſ. Tum eodem anno ſubiicit, Alaricum regem Gothorum Romam ingreſſum. Hic eſt annus Chriſti ccccix, vt ex æræ putatione colligitur: cyclus erat Solis xxvi,

A litera C. Itaque IIII Kalend. Octob. fuit tertia feria. Vnde per parentheſin
apud Idatium legenda ſunt ; *alij quarto Kalendas (alij tertio Idus Octobris memorant
die*) *tertia feria*. Nam tertio Idus erat feria IV. Cæterùm eodem anno Chriſti CCCCIX
initium habuit Olympias CCXCVII. In Faſtis ſimiliter Idatius æra & Coſſ. iiſdem
barbaros Hiſpanias ingreſſos eſſe ſcribit. Idatio populari ſuo ſuffragatur Iſidorus,
qui in Chronico Gotthorum ſignificat æra CCCCXLVII Alaricum Vrbem occu-
paſſe. Verùm ſatius eſt communem ſententiam tueri : quæ & anno Chriſti CCCCX
captam à Gotthis Vrbem adſtruit, & anno altero, quàm Vvandali & Sueui Hiſpa-
niam occuparant. At Oroſius lib. VII, cap. XL ſcribit anno ab V. C. MCLXIV cla-
dem illam accidiſſe. Hic annus ex Varronis putatione, cadit in annum Chriſti
CCCCXI. Cui & Cedrenus adſtipulatur. Nam Indictione IX captam memorat.
Verùm qui in annis V. C. Oroſium ſequi velit, identidem is aberret, à ſéque ipſo
diſſentiat. Neque enim Varronis, vel Capitolinorum Faſtorum æram conſtanter
adhibet : ſed inconditè in hac temporum nota fertur : vt ipſemet Scaliger agno-
ſcit. Cui propterea venire in mentem non debuit ; inter Auſonij Conſulatum, &
B Stiliconis II, id eſt inter annum Chriſti CCCLXXIX, & CCCCV vnum annum in-
ferciendum eſſe, qui ſine Coſſ. tranſactus ſit. Ita vt Stiliconis Conſulatus II in
annum Chriſti CCCCVI, non antecedentem congruat. Sed leuiſſimum eſt conie-
cturæ iſtius argumentum. Cuius etiam inanitas ex eo conuincitur, ſi quis annos
duos certiſſimo aliquo charactere notatos inter ſe comparet. Exempli cauſa Con-
ſtantinus obiit anno Chriſti CCCXXXVII, Mai XXII feria ; I, ipſo die Pentecoſtes.
Ergo cyclo Solis X lit. B. cyclo Lunæ XV: vt cap. XLII docuimus. Item anno CCCLX,
Conſtantio X, Iuliano III Coſſ. Sol defecit ſub ipſum diei principium, Auguſti
XXVIII; vt eodem capite demonſtrauimus. Rurſus Idatius in Chronico, & in Faſtis
ſcribit Arcadio V, & Honorio V Coſſ. Solem defeciſſe III Id. Nouembris, feria ſe-
cunda, æra CCCCXL. Nemo dubitat, quin iſte ſit annus Chriſti CCCCII, cyclo Lunæ
IV, Solis XIX, litera E, quo eclipſis Solis maxima contigit. Nouilunium verum
Pariſinæ tabulæ repræſentant vndecimo die Nouembris, feria III, hora 9, 57′, 24″,
Romæ, tempore phyſico. Apparens autem, hora 8, 57′, 24″ poſt mediam noctem.
Initium defectionis hora 7, 39′. Finis hora 9, 47. Durauit horas 2, 8′, apparente
C motu : fuítque digitorum 10, 30′ ferè. Corrigendus autem Idatius, qui feria ſe-
cunda defeciſſe Solem ait. Id enim tertiâ factum.

Idem denique, vt paulo antè commemorauimus, Honorio VIII, & Theodoſio
III Coſſ. æra CCCCXLVII, hoc eſt anno Chriſti CCCCIX, quarto Kalend. Octob. ter-
tiam feriam fuiſſe ſcribit. Hæc omnia vera eſſe nequeunt, ſi interualla iſta tempo-
rum vel vnico anno maiora, aut minora feceris, quàm in vulgaribus Faſtis poſita
ſunt. Fruſtra igitur de labe illa Faſtorum ariolatus eſt Scaliger. Apud Idatium
locus alter occurrit, ex quo ſimile quiddam, ac Scaligero viſum eſt, ſuſpicari ali-
quis poſſet; vnum quempiam in Faſtis annum deeſſe. Refert in Faſtis anno poſt
Coſſ. Sergij, & Nigriniani, æra CCCLXXXIX, apparuiſſe in Oriente ſignum Salua-
toris die III Kal. Febr. Luna XXVIII. Ex æra colligitur hunc annum eſſe Chriſti
CCCLI : cyclus erat Lunæ X. Nouilunium itaque medium ex Pariſinis tabulis con-
tigit Ianuarij XIV, feria II, hora 4, 15′, 48″ poſt mediam noctem. Proinde Ianuarij
XXX fuit Luna XVII. At verò anno ſequenti, Chriſti CCCLII, cyclo Lunæ XI, Solis
XXV, litera E D, nouilunium Ianuarij III, feria VI, hora 13, 4′, 16. Vnde Ianuarij
D XXX, Luna fuit XXVIII. Hinc oriri dubitatio poteſt, ecquid annus CCCLII poſt
Conſulatum Sergij, & Nigriniani numerandus ſit. Verùm Idatium opinor, cùm
annorum initium à Paſchate ſumeret, quæ Ianuario inſequentis anni contige-
rant, antecedentibus Coſſ. atque æræ tribuiſſe, tametſi Conſulatuum, atque æræ
primordium à Kalend. Ian. duceretur.

De Primorum Franciæ regum initiis. Illuſtratur Gregorij Turonenſis hiſtoria. Scaligeri errata varia.

Capvt XLVIII.

Scal. l. vi. pag. 571. CVM veterum tempora Francorum; tùm initia primorum maximè regum, propter monimentorum inopiam, ac ſæculi illius inſcitiam, ſumma in obſcuritate verſantur. Vnus ex antiquitate Gregorius Turonenſis mandare ſcriptis res eorum aggreſſus eſt. Sed longè plura prætermiſit, quàm memoriæ prodidit: & ea ipſa quæ ſcribendo attigit, nullo ſermonis cultu, neque rerum delectu, neque narrandi ordine, perplexè, atque inconditè perſcripſit. Verùm cùm meliorem hoc authore, quem ſequamur, habeamus neminem, danda eſt opera, vt ex illius hiſtoria quæ poſſumus B illuſtrandæ regum noſtrorum memoriæ præſidia capiamus. Ac de prioribus quidem regibus perleuem mentionem facit libro II, cap. IX, Chlogione, Meroueo, Childerico; neque Pharamundi meminit.

Pharamundus. At Proſper in Chronico, quod Pithœus edidit, de Pharamundo primùm ad annum Honorij XXVI ita ſcribit. *Faramundus regnat in Francia.* De Clodio verò ad annum V Theodoſij iunioris, poſt Honorij mortem: *Clodius regnat in Francia.* Denique ad annum eiuſdem Theodoſij XXV iſta leguntur: *Meroëus regnat in Francia.* Annus Honorij XXVI iniit Chriſti anno CCCCXX. Hoc igitur vel ſequenti Phara-
Clodio. mundus regnum auſpicatus eſt. Chlodius verò anno circiter CCCCXXVIII. Meroueus porro, ſiquidem Theodoſii annos attendimus, circa annum CCCCXLVIII iniérit. Honorius enim anno Chriſti CCCCXXIII obiit. Ideo quintus Theodoſii poſt Honorii mortem eſt CCCCXXVIII: viceſimus quintus eſt CCCCXLVIII. Verùm apud Proſperum ille ipſe quintus & viceſimus Theodoſii annus ſextus retrò ponitur ab eo anno, quo Chalcedonenſis Synodus eſt indicta: quæ anno CCCCLI C contigit. vnde anno CCCCXLVI Merouei primordia congruerent. Nihilominus annum CCCCXLVIII amplectimur. Solent enim in iſtiuſmodi Chronicis labentes anni pro integris vſurpari, nouorúmque principum initia ad ſequentes an-
Chilpericus. nos transferri. Hoc modo Pharamundus ſeptem ferè annis: Chlodius XXI, regnauerint. Childerici anni ex Clodouæi primordio petendi ſunt. hoc verò ex ipſius obitu conſtitui debet. Gregorius in fine libri II regnaſſe Clodoueum refert annos XXX; & ad eius mortem à tranſitu S. Martini putari annos CXII. Martini obitus confertur à Gregorio in annum Chriſti CCCXCVII, Cæſario, Atticóque Conſulibus. Ita Chlodouei obitus acciderit anno Chriſti DIX. At ſi mortuus putetur Martinus anno CCCC, vel CCCCI, Chlodoueus obierit anno DXI, vel DXII. De quo vt probabile aliquid eliciatur, ex Chlodouei poſteris diiudicanda res erit.

Chlodouei filij. Chlodoueo rege defuncto, quatuor filii eius Theodoricus, Clodomeris, Childebertus, & Chlotharius *regnum æqua lance diuidunt*; ait Gregorius Turon lib. III, cap. I. Reliquis mortuis Chlotharius rerum ſolus potitus eſt. Childeberti obitum D author ille, qui ad Marcellinum Comitem appendicem addidit, aſſignat anno XVI poſt Conſulatum Baſilii, Indict. V. Hic eſt Chriſti annus DLVII. Idem verò anno poſt Conſulatum Baſilii XII Indict. I Hlotarium contra Saxones iuxta Vviſeram pugnaſſe ſcribit, cùm iam XLIV annis regnaret, eodémque mortuum eſſe Theodebaldum Theodeberti filium, Theodorici nepotem. Non alius hic annus eſt, quàm Chriſti DLIII. Si igitur annus Chriſti DLIII Chlotharii fuit XLIV, videtur eius initium, adeóque Chlodouei mors, incurrere in annum DIX, vel DX.

Chramni obitus. Gregorius Turonenſis lib. IV, cap. XX refert Chramnum Chlotarii filium, qui à patre defecerat, & ad Britannorum comitem confugerat, à patre viuum incendio concrematum. Tum ſequenti capite, Chlotharium anno quinquageſimo primo regni ſui mortuum eſſe, *poſt vnum decurrentis anni diem, quo Chramnus fuerat interfectus.* Quæ ſic intelligunt, quaſi anno vertente poſt Chrammi necem obierit. Appendix Marcellini refert Indictione VI, poſt Conſulatum Baſilii anno

A xvii, Chramnum interfectum eſſe. Eſt is annus Chriſti dlviii. Itaque Chlotharius mortuus ſit anno ſequenti, Indictione vii. At hoc falſum. Videamus enim porrò.

Theodoricus anno regni ſui xxiii moritur, ait Gregorius lib. iii, cap. xxiii. Huic Theodobertus ſuccedit, annóque xiv regni decedit è vita. Idem libro iii, cap. xxxvii. Vnde in calce libri iv colligit à morte Chlodouei ad mortem Theodoberti annos xxxvii. Theodoberto ſucceſſit Theodoualdus, cuius & Agathias meminit, ab eóque miſſum in Italiam Bucellinum ducem cum ingentibus copiis narrat, quæ omnes à Narſete profligatæ ſunt. Theodobaldus anno ſeptimo regni ſui moritur: vt idem ſcribit lib. iv, cap. ix. Quo etiam anno Chlotharius, ad quem illius regnum peruenit, cum Saxonibus bellum feliciter adminiſtrauit. Sed biennio pòſt ab iiſdem Saxonibus ad deſperationem redactis penè internecione deleti ſunt Franci. quod Indictione iii anno videlicet dlv geſtum eſſe Marcellini Appendix memorat. Rem narrat Gregorius lib. iv, cap. xiv. Iam verò cùm Theodobaldus annos ſeptem regnauerit, ſi ad xxxvii B priores addantur, conficient anni xliv à morte Chlodouei ad obitum Theodobaldi. quot etiam tum Chlotharius numerabat, vt Marcellini Appendix refert. Theodorici mors.

Chlothario è vita ſublato, quatuor filij regnum inter ſe ſortitò diſtribuerunt. Charibertus regnum Childeberti, & ſedem Pariſios obtinuit. Gunthchramno Chlodomeris regnum, ac ſedes Aurelianenſis obtigit. Chilperico regnum Chlotharij patris, & Sueſſiones. Sigiberto denique Theodorici regnum, cuius ſedes Remi fuere. Ita Gregorius lib. iv, cap. xii. Sigibertus obiit anno xiv, vt idem cap. li ſcribit, qui & in fine libri iv ſummam denuò ſubducit, annorum videlicet xxxvii ab obitu Chlodouei ad mortem Theodoberti: à tranſitu verò Theodoberti ad exitum Sigeberti, annorum xxix. Conſiunt anni ab obitu Chlodouei ad mortem Sigeberti, lxvi. Chlotharij filij.

Sigebertus ſucceſſorem reliquit Childebertum, cuius anni accuratius notantur à Gregorio; quod in huius ditione Turones eſſent. Nonnunquam & huius anni cum annis Chilperici, & Gunthchramni comparantur. Quocirca Chil- C deberti regnum, quod Chronologicis etiam notis Gregorius illuſtrauit, velut cardo quidam eſt illorum temporum, per quem cæterorum epochæ certius inueſtigari poſſunt. Initium eius in ipſum Natalis Dominici diem incidit: vt teſtatur Gregorius libro v, cap. i. Annus verò Chriſti fuit dlxxv. quod multis argumentis efficitur. Imprimis Gregorius lib. v, cap. xvii refert anno ii Childeberti (Nam poſtea cap xxv, annus tertius ſubiicitur) dubiam Paſchatis obſeruationem fuiſſe. Nam in Galliis celebratum eſt xiv Kal. Maias. in Hiſpania xii Kal. Apr. Congruit hoc anno Chriſti dlxxvii, cyclo Solis xxvi, litera C. Aureo numero viii. Terminus Paſchalis Latinorum xix Martij, feria vi. Proinde Paſcha ſecundum Latinorum, ac Victorij præſcriptum celebratum eſt Martij xxi. de qua re videnda ſunt omninò quæ libro ii, cap. lxiii diſputauimus. Sigibertus in Chrònico valdè imperitè confert hanc Paſchatis hiſtoriam in annum Chriſti dlxxiii: quo cyclus erat Solis xxii, litera A, Lunæ iv. Neuter verò congruit. Iam verò cùm tertius annus Childeberti cœperit à Natali anni dlxxvii; primus vtique à Natali iniit anni dlxxv. Sigebertus. Gregor. lib. v cap. xlviii.

Sed inſignis eſt eiuſdem Gregorij locus lib. x, cap. xxiii, vbi anno xv Childe- D berti, & Gunthchramni xxix, (vt cap. x ſcribit,) aliam de Paſchate controuerſiam incidiſſe memorat. *Dubietas*, inquit, *Paſchæ fuit ob hoc, quod in cyclo Victor Lunæ* xv *Paſcha ſcripſit fieri. Sed ne Chriſtiani vt Iudæi ſub hac Luna hac ſolennia celebrarent, addidit: Latini autem Luna* xxii. *Ob hoc multi in Galliis Luna* xv *celebrarunt. nos autem* xxii. *Inquiſiuimus tamen ſtudioſè. Sed fontes Hiſpaniæ, qui diuinitus implentur, in noſtrum Paſcha repleti ſunt. Terræ motus factus eſt magnus* xviii *Kal. menſis quinti, die quarto, primo mane, cùm lux redire cœpiſſet. Sol eclipſin pertulit menſe octauo mediante: & ita lumen eius minuit, vt vix quantum quintæ Lunæ cornua retinent, ad lucendum haberet.* Hîc triplex eſt character; Paſchatis Luna xv, vel xxii celebrati; feriæ iv in xiv Iunii cadentis; & eclipſis Solis Octobri menſe. Quæ omnia ſine dubio in annum Chriſti dxc incurrunt. Fuit enim hoc anno cyclus Solis xi, litera A; cyclus Lunæ ii. Neomenia Paſchalis xii Martii; Terminus in xxv Martii, feria vii. Ergo Paſcha dubium.

Eclipſis Solis anno Domini 590. Martii XXVI fuit Luna XV, eadémque Dominica Paſchalis, & quidem legitima. At ſecundum Latinorum regulam alii in XXII lunam, id eſt Aprilis II, Paſcha diffuderunt. Rurſus eodem anno XVIII Kal. Iulias fuit quarta feria. Octobri verò menſe Sol defecit. Nouilunium verum Lutetiæ commiſſum eſt Octobris IV, feria IV, hora II, 10′, 33″ à media nocte. aparens verò hora 10, 4′, 49″. Motus latitudinis verus Signorum 5, 21′, 6″. Latitudo vera borealis, 46′, 8″. Parallaxis latitudinis, 35′, 30″. Ergo apparens latitudo, 10′, 38″. qua deductâ de ſumma ſemidiametrorum 28′, 40″, ſuperſunt 18′, 2″. Proinde digitorum fuit paulo minus ſeptem. Tenuit horas circiter duas vero motu: cœpitque ſub horam 9 à media nocte, & vndecimâ deſiit. Rectè itaque Gregorius Solis lumen ita diminutum aſſerit, vix vt tantum orbis lucidi remaneret, quantum Lunæ quintæ cornua retinent. Quinta Luna tempore Gregorij pene ſexta fuit ἀκριβὴς, & cœleſtis. Quæ ad dimidiatam propius accedit. cuiuſmodi pars illa Solis fuit, quæ Lunæ interuentu non obſcurabatur. Hîc duo ſunt animaduertenda. Alterum, ordinem menſium à Martio repeti. Sic enim quintum appellauit Iulium; octauum itidem, Octobrem. Alterum; quod mediante octauo menſe dixit eclipſin illam Solis incidiſſe, B
Scaligeri error grauiſſimus. idem eſſe quod labente. quemadmodum loquitur Epiphanius Hæreſi LXX, vt ad Num. X & XII ibidem obſeruauimus. Nam illîc *μεσαζόντων τῶν ἀζύμων* dixit, pro eo quod eſt *labentibus azymorum diebus*.

Hæc cùm non animaduerteret Scaliger, mirificè totam hanc Gregorij deprauauit hiſtoriam. Credidit enim illa omnia contigiſſe anno Chriſti DLXXXVIII, cyclo Solis IX, Paſchali XIX. Litera DC. Sed reliqua minimè congruunt. Verùm ille
Scal. pag. 582. quintum menſem, adeóque reliquos ordine numerari putat initio ab Aprili facto. Qua ratione quintus menſis erit Auguſtus, cuius XVIII die fuit feria IV. Legendum enim apud Gregorium aſſeuerat XVIII *menſis quinti*, pro XVIII *Kalendas. Non enim*, inquit, *dicitur* XVIII *Kal. menſis quinti: ſed prima, ſecunda, tertia menſis quinti. Quare ſi ex more Romano per Kal. & Idus, & Nonas menſem primum, ſecundum, tertium putare moris eſſet, hic* XVIII *Kal. menſis quinti eſſent Idus ipſæ Iulij*. Sed vehementer errat; abſurdéque fingit à Gregorio menſem quintum appellari non Iulium, ſed Auguſtum. De eclipſi porrò Solis ab eodem Gregorio notata multò alieniora ſentit. Hanc enim octauo menſe, id eſt Nouembri contigiſſe vult, *Chriſti anno* DXCVII, C *in quo ſanè Sol defecit*, inquit, XV *Nouembris, hoc eſt, vt ipſe loquitur, mediante octauo menſe. Igitur confundit annum* DLXXXVIII, *in quo dubietas Paſchæ fuit, &* XVIII *Auguſti erat feria quarta: cum anno* DXCVII, *in quo eclipſis contigit* XV *Nouembris. quem etiam annum in fine operis ait fuiſſe quintum Gregorij Papæ, cùm is fuerit octauus iniens illius Papæ.* Hîc in reprehendendo temeritatem hominis, an hallucinationem magis admirer neſcio. Nam vtraque non vulgaris eſt. Solis defectionem anno illo Nouembris XV in Galliis fuiſſe conſpectam, id verò falſum eſt. Contigit enim Nouilunium verum Lutetiæ hora 5, 35′, 49″, duabus horis ante Solis ortum. qui cùm peridem tempus in Scorpij gradu 25, 47′ deprehenſus ſit, oriebatur circa horam 7, 36′. Itaque tametſi ecliptica fuerit iſta ſyzygia. (Nam motus verus latitudinis erat Sign. XI, 21, 51′.) tamen neque in Galliis videri potuit: quod ante Solis ortum accidit. neque vt orto iam Sole commiſſa ſit; in Europa conſpici potuiſſet: propterea quod auſtralis erat latitudo, quam parallaxis augere ſolet, & vltra fines eclipticos ſummouere. Iniuria itaque Scaliger Gregorium accuſat, quem veriſſimè conſtat D in annum DXC omnia illa contuliſſe. Sigibertus ad annum DXCVI iſta ſcribit: *Sol à mane vſque ad meridiem minoratus eſt, vſque ad tertiam ſui partem*. Videtur eandem illam à Gregorio memoratam Solis eclipſin intellexiſſe. quòd Gregorius vix tan-
Scal. pag. 579. tum ex orbe Solis ab obſcuritate vindicatum fuiſſe dicat, quanta eſt Luna quinta. Sed abſurdum eſt quod dicit à mane vſque ad meridiem id perſeueraſſe, quatuor circiter horis.

Eiuſdemmodi eſt & alia Scaligeri caſtigatio. Gregorius lib. IV cap. XXXI ſcribit regnante Sigeberto Kalendis Octobris ita *Solem obſcuratum apparuiſſe, vt nec quarta quidem pars in eodem lucens remaneret; ſed teter atque decolor apparens quaſi ſaccus videretur*. Hoc fieri non potuit, ait Scaliger, niſi anno Chriſti DLXXIV, cyclo Lunæ V, Solis XXIII, litera G. Sed eodem anno Nouilunium incidit quidem in Kalend. Octobris; contigítque medium Lutetiæ Octobris 1, feria 2, hora 1, 50′

A à media nocte. Medius latitudinis motus, Sign. 7, 10, 39′. qui eclipticus non fuit. Quare pro *Kal. Octobris* ſcribendum ait Scaliger, *Kal. Septembris*, quibus Sol defecit. Atqui nulla tum eclipſis Solis in Galliis, neque Europa tota cerni potuit. Motus ſanè latitudinis eclipticus fuit. Medius enim ſignorum fuit 6, 10, 2′. Sed auſtralis erat latitudo, quam parallaxis excludit ab eclipticis terminis. Quinetiam vera ſynodus hora vna circiter ortum Solis anteceſſit. Contigit enim vera poſt mediam noctem hora 5, 56′ apparens hora 4, 11′. Sole in gradu Virginis 10, 13′ commorante, quo tempore ſub horam 5, 24′ exoritur. Vides quàm ſit exquiſita Solis ac Lunæ cognitio ad temporum doctrinam, erroréſque caſtigandos vtilis, imò neceſſaria. cuius præſidiis non ſatis inſtructus Scaliger miſerabilem in modum lapſus eſt. Quocirca poſteriorem illam à Gregorio memoratam lucis in Sole defectionem citra lunarem ἐπιπρόσθησιν accidiſſe veriſimile eſt: aut alio id menſe contigiſſe. quem ex tabulis inueſtigare poſſunt, quibus otium ſuppetit. Cæterum ex priore Solis eclipſi, ac reliquis anni DXC notis, quem in annum Childeberti XV incurrit; euidens eſt annum primum eiuſdem regis inire ex Natali Dominico anni DLXXV. Idem etiam adſtruunt & alia Gregorij loca, in quibus Childeberti iunio-
B ris anni ſingillatim percenſentur. Libro VI, cap. XXV, anno Childeberti regis octauo, pridie Kalendas Februarias diem Dominicam fuiſſe refert. Erat ergo Dominicalis litera C, adeóque Chriſti annus DLXXXIII, cyclo Solis IV. Ad hæc anno Childeberti ſeptimo, *qui erat Chilperici, & Gunthchramni viceſimus primus*, (ait lib. VI, cap. XIV) inter alia prodigia, *Luna eclipſin paſſa* eſt, vti capite XXI ſcribit. Et reuera anno DLXXXII bis inſignis Lunæ defectio contigit. Primum Martij XXV, feria 3. Plenilunium verum, & eclipſis medium accidit hora 3, 56 poſt mediam noctem. initium hora 1, 48′. finis hora 6, 4′. Itaque duratio eius horarum 4, 18′, fuitque digitorum 22, 8′. Sol vero ſitu in Arietis gradu 6, 28′ collocatus erat. Altera defectio Septembris XVIII, feria 6, Plenilunium verum incidit hora 0, 41′: Sole in gradu Virginis 26, 49′, 22″ poſito. Cœpit Septembris XVII hora 22, 51′ poſt mediam noctem: deſiit hora 2, 31′ poſt mediam noctem Septembris XVIII. Ita duratio eius horarum 3, 40′. Digitos habuit 21 circiter.

Cœleſtium motuum notatio Chronologiæ quàm neceſſaria ſit.

Eclipſes Lunæ duæ.

Idem porro Gregorius lib. XLI, lunam ait eſſe contenebricatam anno Childe-
C berti, vt apparet, quinto. Annus iſte Chriſti debet eſſe DLXXX, cyclo Lunæ XI. Sed hoc ipſo nulla Lunæ defectio in Galliis eſt viſa. Bis quidem oppoſitionis mediæ tempore motus latitudinis intra terminos eclipticos conſtitit. Primum Mai XIV. Media enim oppoſitio contigit hora 16, 52′ à media nocte. Motus latitudinis Sign. 0, 12, 18′, 49″. Vera oppoſitio Mai XV, hora 0, 40′ poſt mediam noctem, phyſico tempore. At motus latitudinis verus ſignorum 0, 13, 23′, 36″ extra terminos eclipticos. Itaque latitudo Lunæ 69′, 6″ maior eſt ſemidiametrorum Vmbræ, Lunæque ſumma, quæ eſt ſcrup. 63′, 56′. Alterum plenilunium medium contigit Octobris IX, feria IV, hora 8, 32′. Medius motus latitudinis Sign. 5, 15, 40′, 4″. Vera oppoſitio Octobris VIII, feria III, hora 19, 18′. Motus latitudinis verus Sign. 5, 13, 18′, 39″ extra limites eclipticos. Quocirca anno Childeberti quinto Luna non defecit. Sed anno ſequenti, Chriſti DLXXXI, Lunæ plus dimidia parte obſcuratum eſt. Verum Plenilunium contigit Aprilis V, feria VII, hora 1, 32′ poſt noctem mediam, phyſico tempore. Initium eclipſis hora 0, 2′, ipſo
D pene momento mediæ noctis. Finis hora 3, 2′. Durauit horas 3, fuitque digitorum fere ſeptem, hoc eſt 6, 40′.

Ex iis omnibus citra controuerſiam liquet annum Childeberti iunioris primum, vt & Sigeberti patris ipſius obitum, cadere in annum Chriſti DLXXV; cuius ab natali regnum auſpicatus eſt. Chlotharij liberi quatuor annis XIV antea regnauerant: quot videlicet Sigeberto tribuuntur. Ideo Chilperici & Gunthchramni decimus quintus, eſt Childeberti primus. Gregorius lib. V, cap. XXI, *Anno quoque tertio Childeberti regis, qui erat Chilperici, & Gunthchramni ſeptimus decimus annus*. Capite item XXVII quartus Childeberti, aliorum eſt octauus decimus. Sic lib. VI, cap. XIV annus ſeptimus Childeberti eſt XXI amborum fratrum. Item lib. X, cap. X, annus XV Childeberti cum XXIX Gunthchramni componitur. Vnde librarij error operis in calce corrigendus eſt. vbi ſe deſinere dicit in annum Gunthchramni regis XXXI, & Childeberti XIX, qui ſit S. Gregorij Papæ quintus. Si Gunthchramni XXIX eſt

Childebertus iunior.

Childeberti xxix, triceſimus primus illius erit iſtius xvii. At verò quintus annus A S. Gregorij Papæ reuera anno Childeberti xix labente cœpit. Sed Gunthchramni anno xxxiii, & vltimo; qui eſt annus Chriſti dxciv. Itaque numeri iſti caſtigatione opus habent. quemadmodum & annorum ab orbe condito ſumma, quæ ſexaginta amplius colligit, quàm interualla, ex quibus conflatur, efficiant.

Iam cùm Chilperici & Gunthchramni, nec non Sigeberti annus xiv concurrat cum anno Chriſti dlxxv, primus vtique iniit anno dlxii, vel dlxi exeunte. quo mortuus eſt Chlotarius Chlodouei F. Is annos regnauit li; eodem teſte Gregorio libro iv, cap. xxi. Cœpit igitur anno Chriſti dx, vel dxi. Crediderim anno dx mortuum eſſe Chlodoueum, eodémque regnare cœpiſſe fratres quatuor. Sic enim à tranſitu Chlodouei ad obitum Theodoberti Gregorius annos xxxvii numerat: inde ad mortem Sigeberti, annos xxix. Fiunt anni lxvi. quos ſi de annis dlxxv deduxeris, relinquentur anni dix. Ergo ſequenti ſaltem mortuus eſt Chlodoueus. Tametſi plerumque annorum particulæ pro integris annis accipi ſolent. Vnde nemo certam, ac liquidam regum iſtorum epocham ſtatuere poteſt. Sed nimis ex- B acta diligentia nihil hîc opus eſt. Quare quod eſt probabilius amplectimur.

Initium Chlodouei.

Chlodoueus annos, vt ait in fine libri ii Gregorius, regnauit triginta. Orſus eſt igitur ab anno cccclxxx, vel cccclxxxi. Ante hunc qui Francis regnauêre, ita ſingulorum annos expendes. Chlodio ſub annum Chriſti ccccxxviii iniit, Felice, ac Tauro Coſſ. Quo eodem anno Proſper in Chronico, & Caſſiodorus referunt partem Galliarum Rheno proximam à Francis occupatam ab Aëtio duce receptam fuiſſe. Huius expeditionis meminiſſe quidam exiſtimant Sidonium Apollin. Paneg. v in laudem Maioriani. vbi & Cloionem Francorum regem nominat. Sed hæc poſterior eſt annis aliquot: vt ad eundem locum P. Sirmondus adnotauit; ac congruit in annum Chriſti ccccxlv. Bis igitur cum Romanis congreſſus ac ſuperatus eſt Chlodio: primùm ad Rhenum: deinde cùm in interiorem Galliam penetraſſet, ad Helenam vicum in Atrebatibus. Chlodioni xx annos imputat Aimoinus lib. i. cap. vi. Obiit igitur circa annum ccccxlvii, aut ſequentem: quo Meroueus imperare cœpit: vt ex Proſpero ſuprà docuimus. Ab initio itaque Merouei ad Chlodouei primordia interiecti ſunt anni xxxiii circi- C ter in Meroueum, & Childericum partiendi. Childericus quatuor & viginti regnum tenuit, vt Aimoinus aſſerit lib. i, cap. xii. Nouem igitur ſolidos Meroueus expleuit. Initium Childerici ſub annum cccclvii.

Redeamus ad Chlodouei poſteros. Childebertus anno regni ſui nono & quadrageſimo exceſſit e vita, Aimoino teſte lib. ii, cap. xxix. Errant itaque qui xlv annos regno illius imputant. quos ſatis ſupérque pragmaticum eius redarguit.

lib. ii cap. xx.

(Ita regium diploma vocat Aimoinus) quod de S. Vincentii ad Vrbem monaſterio datum eſt anno regni Childeberti xlviii. Mortuus eſt itaque circa annum Chriſti dlix cui biennio circiter Chlotarius ſuperſtes fuit. Hic enim annos li regnauit: qui in annum Chriſti dlxi ferè deſinunt.

Theodoricus vtriuſque frater obiiſſe videtur anno Chriſti dxxxiii: quo Theodobertum ſucceſſorem reliquit. Is circa annum dxlvii, anno regni ſui xiv moritur. Theodobaldus eius filius anno circiter dliv, regni ſui ſeptimo. Ita regnum omne Francorum paulatim ad Chlotarium eſt redactum.

Chlotarij liberi quatuor anno, quem diximus, Chriſti dlxi regnum partiti D ſunt. Nec audiendus Paulus Vvarnefridus, qui libro ii, cap. x ſignificat per idem tempus, quo Alboinus Longobardorum rex Italiam inuaſit, mortuo Chlothario quatuor eius filios regnare cœpiſſe: & idipſum capite xxv Indictione tertia contigiſſe memorat. Is eſt annus Chriſti dlxix. Octo annis aberrat. Ex iis Chariberto nono, vt ferunt, anno regni ex hac vita ſublato; Sigebertus quartum-decimum attigit, & aduſque Chriſti dlxxv peruenit. Chilpericus anno xxiii regni interfectus eſt, Chriſti dlxxxiv, nono videlicet Childeberti iunioris: vt Gregorius author eſt. ſiue ineunte xxiv. Nam Fredegarius, ſiue quis alius author Appendicis ad Gregorium, Gunthchramnum ſcribit anno xxiv regni ſui mortuo Chilperico, Fredegundis, & Chlotharij tutelam ſuſcepiſſe.

Gunthchramnus denique anno regni xxxiii, v Kal. Apr. obiit, vt in eâdem Appendice legimus, anno Chriſti dxciv. Hactenus ex hiſtoria Gregorij. Nam reliqua

A liqua Francorum regum tempora minus impedita ſunt.

His autem, quæ à nobis conſtituta ſunt, nonnihil refragari videntur Conciliorum aliquot Gallicanorum inſcriptiones. Nam Aurelianenſe II anno XXII Childeberti ſenioris, & Iuſtiniani X celebratum dicitur. Initium Iuſtiniani conuenit in annum Chriſti DXXVII. Decimus itaque cadet in annum DXXXVI. Ita Childebertus regnare cœperit anno DXIV, quo mortuum ponit Clodoueum Sigebertus in Chronico, eúmque vulgò Annales noſtri ſequuntur. Sed in annum Iuſtiniani mendum irrepſit. pro quo ſubſtituendus eſt VI, vti ſcilicet anno DXXXII celebrata ſit illa Synodus. Rurſus Concilium Aurelianenſe III Paulino Iuniore, & anno Childeberti XXVI notatum eſt. Paulini Conſulatus conuenit in annum DXXXIV. Vnde Childebertus inierit anno DVIII, vel DIX. At Annales Eccleſiaſtici Paulino alterum Conſulatum adſcribunt, anno DXL, contra Faſtorum fidem. Non dubito quin vitioſa ſit ſubſcriptio. Item Aurelianenſe V celebratum dicitur anno XXXVIII Childeberti. Scaliger addit; *circa tempora Pelagij Papæ primi habitum Indict.* XIII, *poſt Conſulatum Paulini anno* XII. Sed hæc lacinia in editis non extat.

Conciliorum aliquot Inſcriptiones caſtigantur.

Pag. 577.

B neque ſanè cohæret. Nam XII annus poſt Conſulatum Paulini incidit in annum DXLVI, quo Vigilius Pontificatum tenebat. Pelagius verò nonniſi anno DLIV ſedere cœpit, poſt Conſulatum Baſilij anno XIII, Indict. II, vt Marcellinus ſcribit. Videtur iſta Synodus anno Chriſti DXLVIII peracta, Indict. XI. At Concilium Valentinum II habitum inſcribitur X *Kal. Iul. anno* XXIV *regni glorioſiſſimi domini Guntheramni regis, Indictione ſecunda.* Hic annus eſt Chriſti DLXXXIV: in quem reuera XXIV incurrit Gunthchramni regis; ſecundum ea, quæ ſuprà diſputata ſunt.

Antequam à Gregorio diſcedam, vindicandus is à falſa erroris ſuſpicione videtur, quam ei Scaliger impingit lib. VI de Emend. Temp. Narrat Gregorius l. VII, c. XXXV, Gunthchramnum regem aduerſus Gundobaldum ducem, qui tum in vrbe Conuenis erat, exercitum miſiſſe. *Audientes deinceps*, inquit, *eos infra muros vrbis Conuenicæ cõmorari, relictis plauſtris, ac diuerſis impedimentis cum populo minore, robuſtiores viri ipſum, ſicut iam Garumnam tranſierant, inſequi deſtinant. Quibus properantibus venerunt ad baſilicam S. Vincentij, quæ eſt iuxta terminũ Aginnenſis vrbis; vbi ipſe martyr pro Chriſti nomine agonem dicitur conſummaſſe: inuenerúntq; eam refertam diuerſis theſauris incolarum,*

lib. VI, pag. 380.

C &c. Hic miram eſſe Gregorij hallucinationem dicit Scaliger. Vincentius iſte Cæſarauguſtani cognominis paſſus eſt Agenni in Galliis V Idus Iunij. Huius baſilica erat non longè Lugduno Conuenarũ, ad vallem Caprariã; *cuius*, inquit, *baſilicæ etiam hic author meminit libro primo Miraculorũ, capite* CV. *Vallis Capraria diſtat Aginno pluſquam itinere quatridui. At Gregorius perperam interpretatur fuiſſe iuxta terminũ Aginnenſis vrbis.*

Sed iniuria Gregorius in inuidiam erroris adducitur. Quin ipſe potiùs accuſator Gregorij Scaliger hallucinatur. Non enim baſilicam illam intelligere oportet, quæ in Conuenis eidem S. Vincentio dedicata eſt; ſed alteram in Aginnenſi territorio vltra Garumnam, tam in Hiſtoria Francorum, quàm libro I de Mirac. neque cauſæ quicquam eſt, cur Lugdunenſem illam vtrobique ſignificari putemus. Imo verò manifeſtiſſimè ab hac alteram ſeiunxit, cùm ita ſcripſit; *ad baſilicam S. Vincentij, quæ eſt iuxta terminum Aginnenſis vrbis.*

Gregorius à Scaligeri reprehenſione defenditur.

D

De Heraclij initio & obitu. Tùm de SS. Anaſtaſij Martyris, & Ioannis Eleemonis tempore.

CAPVT XLIX.

IN Heraclij Imperatoris hiſtoria, eiúſque temporibus impedita & obſcura eſſe permulta; tùm in iis valde mendoſos Annales & Chronologias eſſe vulgares, ante decem annos oſtendimus in Notis ad Nicephori Breuiarium. Non repetam hoc loco, quæ illîc vberius explicata ſunt. Duo tantummodo perſtringam hiſtoriæ capita, quæ præ cæteris alieniſſimo loco à Chronologis redduntur. Alterum eſt, S. Anaſtaſij Perſæ Martyris: alterum S. Ioannis Eleemonis obitus. Sed antea de Heraclij expeditionibus pauca proponenda ſunt.

Initium Heraclij extrà controuerſiam eſt in anno Chriſti DCX , Indictione A XIV, ex Octobri menſe: vt Alexand. Chron. Theophanes, Cedrenus, aliique demonſtrant. Maximus item Martyr, qui anno illius vltimo Computum ſcripſit, annum XXXI Heraclij notat Indict. XIV, & annum Diocletiani CCCLVII, quo Terminus Paſchalis incidit in Kal. Apr. feria I, Paſcha verò celebratum VIII Apr. Hic eſt annus Chriſti DCXLI, cyclo Lunæ XV, Solis VI, lit. G. Indict. XIV. Mortuus eſt autem Heraclius eodem hoc anno, Martij XI, cùm imperaſſet annos XXX, menſes X, ait Theophanes; ſiue menſes IV, dies VI, vt Nicephorus noſter. Quare primum ac triceſimum inchoauit annum. Quod ſi XXXI illius annus iniit Octobri anni Chriſti DCXL: primus cœpit anno DCX.

Chosrois duces.

Hic cum Choſrois ducibus potiſſimùm quinque pugnauit. Primus eſt Σάης, qui & Σάϊτος à Nicephoro dicitur. Hic Ægyptum, Alexandriam, & Africam occupauit. Inde Calchedonem vſque cum exercitu peruenit. quam expugnare non potuit. Heraclius verò legatos ad Choſroen de pace deſtinauit. Hæc Sais expeditio facta eſt anno Heraclij VI & VII, Chriſti DCXVI, & DCXVII. Secundus eſt Sarbarus, qui à Theophane, ac Cedreno B Sarbanazas vocatur: quem anno Heraclij XIII, Indict. XI, ait Theophanes, Choſroes aduerſus Heraclium miſit: qui illum anno ſequenti cum aliis duobus, Sarablanca, & Saino tribus præliis cecidit. Tertius eſt Sarablancas. Quartus Sais à primo illo Saë diuerſus: cuius anno XIV, XV, & XVI Heraclij meminit Theophanes, ex eóque Cedrenus. Poſtremus eſt Razates, qui anno Heraclij XVII victus eſt.

S. Anaſtaſij Martyris tempus.

His animaduerſis, vt de S. Anaſtaſio martyre primo loco diſputetur: Metaphraſtes in eius vita refert ipſum cum fratre in Saini copias conſcriptum Calchedonem vſque veniſſe. Sed cùm Heraclius in Perſidem irrupiſſet, Sainum ex Aſia retractum; Anaſtaſium verò à militia receſſiſſe, atque anno Heraclij X Hieroſolymam profectum ibi Monaſticam vitam ſuſcepiſſe. vbi ſeptem exactis annis demum anno Heraclij XVII paſſus eſt. Annales referunt Anaſtaſium anno Chriſti DCXXI Chriſtianam fidem, & Monaſticum vitæ genus amplexum fuiſſe, & anno DCXXVII martyrium feciſſe. Verùm dux ille Perſa, quem Sainum vocat Metaphraſtes primus ille eſt, Σάης, ſiue Saitus, qui anno Heraclij VI Calchedonem ob- C ſedit. At Sais, quem quartum recenſuimus Calchedonem non venit, ſed Sarbarus poſt Saen. Itaque anno Chriſti DCXVI, Heraclij VI Anaſtaſius Chriſto nomen dedit, &, quod eſt conſequens, anno Chriſti DCXXII, Heraclij XII martyrium obiit.

De S. Ioanne Eleemone.

In Ioanne verò Eleémone maior Annalium labes. Huic annos X in Chronico Nicephorus aſſignat. Annales autem Eccleſiaſtici Chriſti DCXX deceſſiſſe hunc affirmant: cùm Nicetas Patricius Alexandriam miſſus, vt Eccleſiaſticas pecunias in fiſcum redigeret, ſanctiſſimum virum Conſtantinopolim abducere voluit. ſed is in itinere obiit. Verùm cùm anno Heraclij VI, Chriſti DCXVI, Indict. II, Perſæ Alexandria & Ægypto potiti ſint; vt Theophanes narrat, & Nicephorus in Breuiario non obſcurè fauet; quomodo Nicetas quinquennio poſtea pecunias Alexandriæ collegit? Quinque igitur annorum μεταχρονισμὸς eſt. Leontius in Ioannis vita ſcribit ipſum ab Heraclio Eccleſiæ Alexandrinæ eſſe præfectum. Vt hoc igitur anno primo Heraclij factum ſit, & Ioannes anno eiuſdem ſexto deceſſerit: quod neceſſe videtur: non X, vt Nicephorus in Chronico ſcribit; ſed VI annis duntaxat Eccleſiam illam adminiſtrauit. Hæc & iis plura, quæ ad Nicephorum exquiſitius tractata ſunt, in Annalibus & Chronicis emendanda videntur. D

De initio Muhammedis, & annorum Hegiræ.

CAPVT L.

EODEM Heraclio imperante, Muhammedes Arabum princeps extitit. qui cùm ob innouatam religionem in diſcrimen vocatus aufugiſſet, ab ea fuga, annorum Hegiræ, id eſt τοῦ διωγμοῦ æram Arabes auſpicati ſunt. Huius initium ex anno Chriſti DCXXII, Heraclij XI labente proficiſcitur; atque ab Iulij XVI die, quæ tum erat feria VI. Nam cyclus erat Solis XV, lit. C. Ideò Iulij XVI feria VI. Cyclus erat Lunæ

A xv. Nouilunium medium ex Pariſinis tabulis Iulij xiii, feria iii, hora 21, 45′, 37″ à media nocte. Hieroſolymis autem, & in Arabia, Iulij xiv, feria iv, hora 0, 33′, 37″. Itaque Luna tertia contigit Iulij xvi, feria vi. quæ tamen Arabum Neomenia fuit. Si quidem illi Neomenias lunares ἀπὸ τῆς φάσεως, tertiáque Luna ſolent repetere. Commodùm igitur tunc euenit, vt in eundem diem feria vi, quæ Veneri conſecrata fuit, & Neomenia popularis, ac Luna corniculata, & Muhammedis fuga conuenirent. quæ omnia ſuperſtitioni maius incrementum attulerunt. Nam Arabes ex antiquo Veneris cultores erant. Herodotus Clio: Ἐπιμεμαθήκασι δὲ καὶ τῇ Οὐρανίῃ θύειν, παρά τε Ἀσσυρίων μαθόντες, καὶ Ἀραβίων. καλέουσι δὲ Ἀσσύριοι τὴν Ἀφροδίτην Μύλιττα. Ἀράβιοι δὲ Ἀλίττα. Πέρσαι δὲ Μίθραν. *Didicerunt porro & Vraniæ ſacra facere: idque ab Aſſyriis, & Arabibus perdocti ſunt. Aſſyrij Venerem appellant Mulitta: Arabes Alitta: Perſæ Mithram.* Sane Arabes Lunam nouam הלאל *hilil* nominant, quemadmodum Hebræi הילל luciferum, ſtellámque matutinam: vt Iſaiæ xiv, 12 הילל בן שחר *Lucifer, qui mane oriebaris.* Targum כוכב נוגהא *ſtella Veneris.*
B Ita enim appellat R. Moſe lib. ii More, cap. ix. R. D. Kimhius in Comment. ad Pſal. xxii, Pſalmi titulum interpretans על אילת השחר *pro cerua matutina*, ſcribit ex nonnullorum ſententia matutinam eſſe ſtellam, quam Rabbini אילתא nominant, hoc eſt Luciferum. Eadem eſt ergo Venus & Lucifer, & Mithra, & Vrania, & Luna, & Aſtarte: (vt indicat Lucianus περὶ Συρίης θεοῦ) & Lucina, quæ in Gloſſario vetere dicta φωσφόρος, & Lucifera Ἑκάτη: & Εἰλειθυία. Cuius origo vocis non ſolùm ab הילל, & lucis ſignificatione: ſed etiam à ילד & לדת inflexa videri poteſt, quæ *partum* exprimunt. Vnde & Μύλιττα, quaſi מולדתא. Hinc Arabes propriè Cobar appellant. Cedrenus ad annum Heraclij xxiii de Mahometana ſuperſtitione loquens, ſolennem precandi formulam hanc ab Saracenis vſurpari ſcribit: Ἀλλᾶ ἀλλᾶ, οὐὰ Κουβάρ, ἀλλᾶ. vbi κουβὰρ interpretatur μεγάλην, ἤτοι σελήνην, καὶ Ἀφροδίτην. Ita quoque Conſtant. Porphyr. lib. de adminiſtr. imperii, cap. iv. Hinc ſextæ feriæ religio penes Saracenos ac Turcas reſedit.

C Quòd autem anni Hegiræ ab anno Chriſti dcxxii, & Iulij xvi exordium ceperint, demonſtrare nihil neceſſe eſt. Id enim protritum eſt ac vulgare: tum ſatis ſupérque res illa declarata eſt lib. ii, capitibus aliquot à quinquageſimo: vbi pleraque ab Scaligero lib. v repetita de Arabicis periodicis, anniſque accuratè diſcuſſa reperies. Vide & vii lib. cap. xx, vbi methodum anni pertractauimus.

Porro Machometes anno Heraclij xviii, Chriſti dcxxviii, ex Æthribo felicis Arabiæ regione, cum Saracenis ſuis ad Imperatorem acceſſit, & agrum ad habitandum impetrauit. vt refert Zonaras. Meminit Αἰθρίβου Conſtantinus loco citato, & Nicephorus in Breuiario. Anno verò Chriſti dcxxxi, qui eſt x ab Hegiræ primordio, mortuus eſt Muhammedes, Heraclii xxi, vt Theophanes, & Cedrenus aſſerunt: nono anno, quam imperare cœperat.

D *De æra Iezdegirdis Perſæ, quæ à morte illius incipit, déque primo Phrauardin illius, & occaſu Perſici imperij. Tum inſignis Anonymi Scriptoris locus illuſtratur.*

Capvt LI.

Celeberrima eſt apud Aſtrologos, præſertim Arabas, Iezdegirdis æra. Hic poſtremus Perſarum rex ab Artaxare, qui Parthis deuictis, imperium ad Perſas tranſtulit ſub annum xiii Alexandri Mammeæ F. vt ſcribit Herodianus, & Xiphilinus: à Saracenis vita & imperio priuatus eſt. Rem geſtam memoriæ commendauit inter cæteros Haythonus in Paſſagio Terræ ſanctæ, cap. xv. vbi Saracenos refert anno dcxxxii, Heraclii tempore in Meſopotamiam, & Chaldæam impreſſione facta cum rege Perſarum Aſcaioth pugnaſſe, & eo interempto Perſarum imperio potitos eſſe; ab iiſque delectum Imperatorem è ſtirpe Mahumetti, quem Caliphem

appellarunt. Paulo pòſt verò Turquinianos. (Ita Turcas nominat) qui Perſarum A
regi auxilio venerant, ad Saracenos adiunxiſſe ſeſe, ac Mahometicam ſuperſtitionem eſſe complexos. Poſtremum hunc Perſidis regem vulgò Iezdegirdem nuncupant. Albategnius cap. XXXII, Alfraganus cap. I, Saracenus, & alij paſſim. Hic igitur anno Chriſti DCXXXII à Saracenis occiſus eſt: vnde & noua epocha primordium accepit: quemadmodum à morte Alexandri Græci, & Arabes putare ſolent.

Alfraganus interuallum inter Nabukadnezarem (is eſt Nabonaſſarus) & Iezdaierem ait eſſe Perſicorum, adeóque Ægyptiacorum annorum 1379. Interuallum inter Alexandrum & Iezdaierem, annorum Romanorum 942, dierum 259. Interuallum denique inter epocham Hegiræ, & Iezdegirdis eſſe dierum 3624. Anno Chriſti 632 cœpit annus Nabonaſſari 1380, cuius Thoth incidit in diem Martij XVIII, feria IV, cyclo Solis XXV, lit. ED. Annus primus Alexandri cœpit à Kal. Octob. anni Per. Iul. 4402. (eſt enim Terik dilkarnaim) à quo die ſi annos 942, diéſque 259 numeres, vltimus erit XV Iunij anni Per. Iul. 5345, qui eſt Chriſti 632. Quare à XVI die Iunij cœpit æra Iezdegirdis, feria 3. quod Albategnius, B
& Alfraganus obſeruant. Eadem erat Neomenia Choiac. Hegiræ vndecimus iam annus erat in curſu: cuius Muharram cœpit Martij XXIX, feria I. Itaque Iunii XVI fuit Rabie prioris dies XXI. Colliguntur ab initio Hegiræ, dies 3624: qui à XV Iulii anni Chriſti DCXXII, feria V (vnde Alfraganus epocham Hegiræ deducit) deſinunt in XV Iunij anni DCXXXII. Qui de annis Iezdegirdis plura ſcire cupiet, legat ea, quæ lib. III, cap. XI, XII, & ſequentibus expoſita ſunt. Illîc enim vberrimè de omni ratione Perſici anni diſſeruimus, ac Scaligerianas illas fabulas traiectionum, inſtaurationum, & id genus aliorum, quibus doctrinam anni Perſici & æquabilis adſperſit, ſtudioſè refellimus. Explicatus eſt & capite XVI inſignis Iſaaci Argyri locus; in quo de Periodo Caniculari Perſarum multa continentur memoria digna, quæ hoc loco prætermittimus.

Primus menſis anni Perſici Phrauardin, vel Phrurdin dicitur. qui anno Chriſti DCXXXII incurrit in diem Iunii XVI, feria III. quemadmodum ex methodo libro VII tradita colligitur. Fuit hic annus Periodi magnæ Cynicæ, CCCVIII; vt ex Iſacio conſtat. De annis Nabonaſſari detractis 1379 reſiduum dat annum Iezdegirdicum. C
Hoc anno, qui putatur vulgaris æræ 1626, incipit annus Nabonaſſari 2375, cuius Thoth inibit Iulii XIII in anno veteri Iuliano, feria V. Deductis 1379, reſtat annus Iezdegirdis 996. Phrauardin incipiet Octobris X, feria III.

Sed ad æram Iezdegirdis, annique Perſici methodum illuſtrandum inſignis eſt Anonymi cuiuſdam Scriptoris locus, quem nefas ſit prætermittere. Edidit hunc in lucem Iacobus Cappellus in libello de Epochis; ex eóque deſcripſit Scaliger
pag. 307. Iſag. Can. lib. III, Parte II, Num. CXVIII, vbi de primo Pharauardin Iezdegirdis agit. Sed in eo plurimùm errauit. Verba Scriptoris anonymi. ἐψηφοφορήθη ὁ Κριός, καὶ εὑρέθη ὅτι ἐκ τῷ ϛζνα' ἔτει πεπληρωμένῳ, καὶ τρέχοντος τοῦ νβ' ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου παραγωγῆς εἰσέρχεται ἥλιος εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ Κριοῦ μηνὸς Μαρτίου ια', ὥρα η', κθ', μ'' ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου τῆς αὐτῆς ἡμέρας. Περσῶν δὲ ἦσαν ἔτη ωιγ' πεπληρωμένα· καὶ ἡ ια' τοῦ Μαρτίου ἦν μηνὸς Περσικοῦ τοῦ Τερμᾶ ἡ ιζ'. καὶ τῷ αὐτῷ ἔτει, Ἰουνίου ιβ', νυκτὸς ὥρα β', κ', η'', εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ Καρκίνου. Περσῶν ἔτη γὰρ ἐνταῦθα πεπληρωμένα ωιγ'. καὶ ἡ ιβ' τοῦ Ἰουνίου ἦν ἡμέρα κ' μηνὸς Μεχερμᾶ Περσικοῦ. καὶ ἐπὶ τοῦ ἐφεξῆς ἐρχομένου Σεπτεμβρίου τῇ ιδ', ὅτε καὶ ὁ ϛζνγ' χρόνος ἤρξατο, πληρωθέντος τοῦ νβ', εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ Ζυγοῦ, ὥρα α', D
κδ', κη'' ἀπὸ ἀνατολῆς. ἡμέρα ἦν Περσικοῦ μηνὸς τοῦ Δημᾶ ἡ κδ'. καὶ τῇ ιβ τοῦ Δεκεμβρίου ἡλίου τῆς αὐτῆς ἡμέρας. Περσῶν ἔτη καὶ ἐνταῦθα ωιγ', καὶ ἡ ιδ' τοῦ Σεπτεμβρίου ἡμέρα ἦν Περσικοῦ τοῦ Δημᾶ ἡ κδ'. καὶ τῇ τοῦ Δεκεμβρίου τοῦ αὐτοῦ ἔτους (leg. καὶ τῇ ιβ' τοῦ Δεκεμβρίου) ὥρα ζ', μα', ιϛ'' ἀπ' ἀνατολῆς ἡλίου εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ Αἰγοκέρωτος. Περσῶν ἔτη ωιδ' ἐνταῦθα πεπληρωμένα. καὶ ἡ ιβ' τοῦ Δεκεμβρίου ἡμέρα, ἦν ἡ ιη' τοῦ Φαρουαρδὴν Περσικοῦ πρώτου μηνός. Καὶ οὕτως εὑρίσκονται τέσσαρες ὧραι τοῦ ἔτους· ἤτοι αἱ δύο ἰσημερίαι, καὶ αἱ δύο τροπαὶ κατὰ τὴν Περσικὴν τετράχρον ψηφοφορηθεῖσαι κατὰ τὸ ἔτος ὅπερ ἀνωτέρω εἴρηται. *Ex tabularum calculo computatum eſt Arietis initium; deprehenſúmque eſt anno mundi 6951 abſoluto, & labente 6952 à mundi conditu, Solem ingredi in caput Arietis, Martij die* XI, *hora 8, 29', 40'' ab ortu Solis eiuſdem diei. Erant anni Perſici completi 813. Porro* XI *Martij erat Perſici menſis Termæ* XVII *dies. Eodem anno Iunij* XII, *hora noctis 2, 20', 8'', Solis ingreſſus in Cancrum incidit, expletis Perſicis annis 813. Duodecima verò Iunij erat Mechermæ Perſici* XX. *Rurſus Septembri proximè ſequente, eiuſque die* XIV, *quando anno mundi*

A *6953, confecto 6952, initium habuit; in Libræ caput tranſitum fecit, hora* 1, 24′, 28″ *ab ortu Solis eiuſdem diei, abſolutis annis Perſicis* 813. *Porrò in* XIV *Septembris incidit Perſici menſis Demæ dies* XXIV. *Item Decembris* XII *eiuſdem anni hora* 7, 41′, 16′ *ab orto Sole ingreſſus in Capricorni initium contigit. quæ eadem dies erat Phrauardin primi menſis Perſici* XVIII. *Ad hunc modum deprehenduntur quatuor anni tempeſtates, nimirum æquinoctia duo, totidémque Solſtitia, ſecundum compendiariam Perſici anni methodum ad calculos redacta anno illo, quem ſuprà ſignificaui.* Hæc ille.

Scaliger perpetuum in anni Perſici numero Scriptoris illius errorem redarguit. Credit enim annum currentem fuiſſe 813, & completos fuiſſe 802. Verùm magno ille potiùs in errore verſatur. Annus Conſtantinopolitani computi vulgaris 6952, deductis 5508 eſt æræ communis 1444. ita vt à Septembri anni huius inierit Conſtantinopolitanus ille, & ad Septembrem vſque anni 1445 perſeuerauerit, quo annus 6953 incœpit. Iam verò ex methodo anni Iezdegirdici lib. VII, cap. XV tradita conſtat anno Chriſti 1444 iniiſſe Iezdegirdis annum 814, expletis 813: cuius Neomenia, ſiue prima dies Phrauardin incurrit in Nouembris XXVI, feriam B IV. Fuit enim Canicularis quartæ periodi annus 1121. Item Nabonaſſari annus 2193, cuius Thoth iniit XXVII Auguſti. Proinde Neomenia Choiac, quæ eadem eſt cum Phrauardin, contigit Nouembris XXV. vt mirum ſit in re tam facili tam ſæpe Scaligerum offendere. Cui, vt apparet, illud impoſuit, quod de 1444 detraxit 631, qui Iezdegirdis æram proximè præceſſerunt: nec animaduertit interim Neomeniam Phrauardin vltra Kalendas Ianuarias retrò progreſſam, æquabilium annorum numerum vnitate cumulaſſe. quod in anni Nabonaſſarei, & Perſici methodo tractanda monuimus.

Error Scaligeri, & falſa reprehenſio Anonymi Scriptoris.

Præterea obſeruationes cardinum falſas illîc eſſe cauſatur Scaliger. Iniuriâ id quidem. Nam ſatis exactæ ſunt: hoc eſt horis duntaxat aliquot à veris momentis, ſi fortè, diſcrepant. Sanè Pariſinæ noſtræ tabulæ iiſdem diebus æquinoctia, Solſtitiáque referunt: vt ex ſequenti Diagrammate conſtabit. Optandum erat vt Anonymus ille ciuitatem nominaſſet, cuius ad longitudinem calculos ſuos direxit.

Sumamus, quod veriſimile eſt, ad Conſtantinopolitanæ vrbis ſitum tempus illud exactum fuiſſe: ad eúmque nos tabularum noſtrarum ratiocinia reuocemus. C Verùm quod horas καιρικὰς idem Scriptor aſſumit, quæ in æquinoctiis duobus eædem ſunt cum æquabilibus; in Solſtitiis differunt; primùm eas peræquabimus Maxima dies, & nox horis æqualibus conſtat 15, 12′ Conſtantinopoli; cuius altitudo graduum eſt 43 ferè. Minima proinde dies & nox horas æquabiles colligunt 8, 48′. Quocirca ſi vtrumque per 12 diuidas, horæ cuilibet æſtiuæ diurnæ, vel nocturnæ brumali congruet æquinoctialis hora 1, 16′: horis verò breuiſſimis, ſcrupula horaria 44′. Itaque duæ noctis horæ cum ſcrup. 20′, 8″ circa Solſtitium æſtiuum, æquinoctiales horas conficiunt, 1, 48′, 8″. quæ ad arcum ſemidiurnum hor. 7, 36′ adiunctæ faciunt æquinoctiales horas poſt meridiem, 9, 24′, 8″: à media nocte, 21, 24′, 8″. Sic horæ 7, 41′, 16″ breuiſſimæ conficiunt æquinoctiales 5, 49′, 16′. quæ cum arcu dimidiæ noctis 7, 36′ compoſitæ dant æquinoctiales horas 13, 25′, 16″ à media nocte. Hoc modo Solſtitia duo Scriptoris anonymi peræquantur. His animaduerſis, laterculum proponemus, in quo quadruplex erit cella. Prior æquinoctia, Solſtitiáque media repræſentabit ex Tabulis Pariſinis eruta: Secunda, eadem vera, & per proſthaphæreſes caſtigata: vtraque ad ſitum Conſtantinopolis. Tertia D cardines eoſdem dabit ab Anonymo conceptos. Quarta diſcrimen verorrum cardinum ex Pariſinis tabulis depromptorum, & ab Anonymo deſignatorum.

DIAGRAMMA QVATVOR CARDINVM anni Chriſti MCDXLV.							
Æquinoctium vernale.							
Medium Pariſinum.		Verum Pariſinum.		Ex Anonymo.		Differentia.	
	H. ′		H. ′		H. ′ ″		H. ′
Martij XIII	19 38	Martij XI,	17 48	Martij XI,	14 29 40		3 18
Solſtitium æſtiuum.							
	H. ′		H. ′		H. ′ ″		H. ′
Iunij XIII	3 5	Iunij XIII	0 34	Iunij XII,	21 24 8		3 10
Æquinoctium autumnale.							
	H. ′		H. ′		H. ′ ″		H. ′
Septẽb. XII	10 35	Septẽb. XIV	12 12	Septẽb. XIV	7 24 28		4 48
Solſtitium Hibernum.							
	H. ′		H. ′		H. ′ ″		H. ′
Decẽb. XII	17 58	Decẽb. XII	15 16	Decẽb. XII	13 25 16		1 51

Ex iis apparet non multum à veris Tabularum noſtrarum epilogiſmis Scriptoris illius calculos abhorrere. Quòd ſi Tropicum annum æquabilem adhibebimus, cuius methodus lib. VII, cap. X præſcripta eſt, paucis duntaxat horis ab Anonymi momentis aberunt, vt ex ſequenti Laterculo conſtabit.

Laterculum quatuor cardinum anni Chriſti MCDXLV ex æquabilis anni Tropici methodo libro VII, cap. X tradita.		Differentia eorumdẽ ab Anonymi notatione.
	F. H. ′	H. ′
Martij XI	5 18 16	3 46
Iunij XIII	1 3 31	6 7
Septembris XIV	3 12 46	5 22
Decembris XII	1 18 26	5 1

Iam verò ſi Aſtronomico more à meridie calculi procedant, in vtroque Laterculo cardines iidem ad ſequentem fere diem ciuilem reiiciendi ſunt. vt hic illorum ſitus ſit ex noſtra, & Anonymi deſcriptione.

Ex vtriſque Tabulis noſtris.	F.
Martij XII	6
Iunij XIII	1
Septembris XV	4
Decembris XIII	2

Ex Anonymo.	F.
Martij XII	6
Iunij XIII	1
Septembris XIV	3
Decembris XIII	2

In vno duntaxat autumnali æquinoctio diſcrimen eſt: reliqui cardines congruunt. Quin & Scaligeriana methodus anni æquabilis Tropici in eoſdem nobiſcum dies conſpirat.

Sanè inſignis eſt Anonymi Scriptoris ille locus; quem ideo vberius, & accuratius expendere operæpretium duximus. Nam & anni Perſici rationes illuſtrat; & Pariſinarum tabularum fidem, authoritatémque commendat; & Scaligeri calidam nimis in reprehendendo, ac præcipitem audaciam conuincit.

De primo Phrurdin Gelali, ſiue Sultanæo.

CAPVT LII.

SVLTANVS quidam Coraſan, ſiue Meſopotamiæ princeps præſtantiſſimis Aſtronomis edixit, vti Tropicum annum ita conſtituerent, vt ſingulorum menſium Neomeniæ in ipſa momenta congruerent Solaris in vnumquodque Signum ingreſſus. Nomen illi Gelal-eddin Melicha, &c. vti Scaliger lib. III. Iſag. Canon. refert. Vbi & Georgij Chryſococcis locum affert, qui neceſſariò hîc adſcribendus eſt. Ετος, inquit, Σουλτάνου Μελιξᾶ· προσταγῆ γὰρ ἐγένετο τοῦ τοιούτου Σουλτάνου, ὡς ἂν τὰ αὐθημερινὰ θῶσιν εἰς τὸ ἔτος αὐτοῦ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν χρόνων τοῦ ἔτους ἐκείνου, ἡνίκα ὁ ἥλιος εἰσέρχεται εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ κριοῦ· καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ ἑκάστου μηνὸς ἦν ὅτε ὁ ἥλιος ἀπὸ ζωδίου μεταβαίνει εἰς ζώδιον. ἡ ἀρχὴ τοῦ ἔτους τούτου ἡμέρα α΄ ἦν. Εἴπερ οὖν ἐκ τῶν τῆς κτίσεως κόσμου ἐτῶν χρόνοις ϛφπϛ΄,

A *ἀφαιρήσῃς, καταλειφθὲν ἐστὶ τὸ ἔτος Μελιξᾶ, ἀρχὴ ἰσημερίας, ἥτις ἐστὶ τῇ ιγ' τοῦ Μαρτίου μηνός. Ἐστὶ δὲ ἡ τοῦ χρόνου τῶν Περσῶν ἀρχὴ μὴν ὁ φαρβαρδίν. Annus Sultani Melixæ. Iuſsit enim Sultanus iſte, vt ipſimet dies in anno ſuo ad initia tempeſtatum anni illius applicarentur. Velut cùm Sol in caput Arietis ingreditur. At hoc modo ſingulorum menſium initia diſpoſita ſunt, vt ad illa momenta congruerent, quibus Sol ab vno zodio ad alterum tranſitum facit. Anni huius initium erat feria I. Quare ſi ab annis mundi deducas 6586, quod reliquum eſt, erit annus Melixæ, & initium æquinoctij, quod in XIII Martij competit. Eſt autem Perſici anni caput menſis Pharuardin.*

In libro IV de Emend. capite de anno Tropico Perſarum, ſiue Neuruz Gelalæo; & lib. V, ſcribit, Aſtrologos illos Neomeniam primi Phrurdin Gelalæi conſtituiſſe in ipſo die, quo commiſſum æquinoctium deprehenderant, nempe in XIV die Martij, hora 2 $\frac{158}{1080}$ poſt meridiem, ſiue $\frac{79}{540}$. anno Chriſti 1079, cyclo Solis XXIV, Lunæ XVI, litera Domin. F. anno Hegiræ 471, ſexta Ramadhan, feria V, à qua meridie conſurgit calculus feriæ ſextæ ſecundum annum cœleſtem. Poſtea cum Hipparchea *τηρήσει* æquinoctij verni Gelalæum iſtud conferens, horarum B circiter octo diſcrimen interuenire dicit. & de anni Tropici, ac cœleſtis à ſe fabricati præſtantia, vt vtilitate multa differit. Pag. 285. Pag. 491. lib. IV pag. 288.

Sed in illa tota Scaligeri diſputatione non pauca ſunt animaduerſione digna. Quorum illud eſt primum: pro certo id in medium afferri, de quo vehementer ambigitur; vtrum æquinoctium iſtud ab Aſtrologis ex obſeruatione aliqua cœleſti defixum ſit: an ex Tabulis deſumptum. Quod poſterius Chriſtianus Longomontanus affirmat. qui ex annua illa quantitate, quam Albategnius inter ſe, ac Ptolemæum interceſſiſſe comperit, definitum per id tempus æquinoctium putat. Ex Pariſinis quidem tabulis l. VIII æquinoctiũ verum anno Chriſti 1079 contigit Martii XIV, hora poſt noctem mediam 22, 58', Lutetiæ Pariſiorum: Alexandriæ verò, Martii XV, 1, 24'. Sic è Tabulis lib. VII æquinoctium hora 23, 14' Lutetiæ: vt quadrantis ſolius inter ambas tabulas diſcrimen exiſtat. Differentia noſtri, & Gelalæi æquinoctii, horarum inter 11 & 12. Sed *ἀκριβὲς*, & ex obſeruatione partum non fuit. Itaque vel ex Albategnij, vel ex alterius Tabulis, æquinoctij punctum illud inſtituerunt. Longom. l. I Theor. pag. 38.

C Albategnius æquinoctium autumnale deprehendit anno Chriſti DCCCLXXXII, Septembris XIX, hora 1, 16' Aractæ: quod eſt Alexandriæ hora 0, 36'. vt ipſe refert cap. XXVII. At ſequenti capite interuallum ab æquinoctio autumnali ad vernum ſtatuit dierum 178, hor. 14, 30'. à verno ad autumnale, 186, 14, 45'. Sed mendum ſubeſt. Ambo enim hæc interualla dies componunt 365, 5, 15'. Atqui annus Tropicus ab illo circunſcribitur diebus 365, 5, 46', 24", paulóque amplius. vt *ἀδιάφορον* anni Iuliani, ſit 13, 36' ferè. Deſunt ergo 31', 24". Sed vt interuallum ab autumnali ad vernum æquinoctium faciamus dierum 178, horarum 14, 30', & addamus ad æquinoctium autumnale anni 882; confiet æquinoctium vernum anni 883, Martii XVI, hora 15, 46'. Interuallum ab hoc anno ad 1079, anni 196, qui ex differentiæ Tropicæ ratione ſcrup. 13', 36", diem vnum efficiunt cum horis 21, 52', 12". Ea detracta de diebus Martii 16, 15, 46', relinquunt Martij 14, hor. 17, 53', 48", quæ horis fere quatuor diſcrepant à Sultanico. Quòd ſi interuallum autumnalis & verni à Tychone præſtitutum aſſumeremus, 178, 11, 19'; vt æquinoctium vernum anni D 883 caderet in Martij 16, 12, 35', ex eóque τὸ *ἀδιάφορον* anni Albategniani ſubtraheretur, propemodum cum Sultanico paria faceremus. Exiſteret enim vernum æquinoctium Martij 14, 14, 42', 48". Quocirca probabile eſt Meſopotamenos illos aſtrologos aliud quoddam interuallum, quàm Albategnianum, aut certè modum alium anni Tropici ſecutos, ex tabulis, non ex obſeruatione pronunciaſſe. Albategniani codicis error.

Hoc verò poſito, irritus eſt Scaligeri conatus omnis de anno Tropico ex illius contentione cum Hipparcheo & Coperniciano differentis. Qua de re vide quæ nos lib. IV contra Tropicum illius annum vberius explicauimus.

Redeo ad Chryſococcis locum: ex quo illud auferri poteſt, edicto principis illius conueniſſe peritos ſiderum, vti modum quendam anni Tropici conſtituerent: cuius menſes ſinguli per ſigniferi dodecatemoria deſcriberentur, vt ſingulorum initia ingreſſui Solis in Signum quodque reſponderet. qua ratione Dionyſius Mathematicus annum cœleſtem inſtituit, cuius menſibus à Zodiaci ſignis appellatio-

nem indidit. de quo genere anni lib. IV, cap. XVI verba fecimus. Erat hic annus A
Chriſti 1079, Græci computi 6587, eius videlicet, qui Natalem Chriſti exhibet anno mundi 5509. Ideo perpetuâ methodo annos iubet ſubtrahi 6586, vt annos Sultanicos habeas in Cõſtantinopolitano computo. Cœpit autem primus annus feria v. atque ita corrigendum videtur, vt ἡμέρᾳ έ pro ά legatur apud Chryſococcen. Agebatur tum annus Hegiræ 471. cuius Muharram iniit Iulij XIV, feria VII, anno Chriſti 1078, cyclo Solis XXIII, lit. G. Lunæ, XV. Igitur octaua dies Ramadan incidit in Martij XIV diem, feria 5. Nam character anni 7 cum charactere Ramadan 5 dat feriam 5, Neomeniæ Ramadan. cui ſimilis eſt octaua dies. At Scaliger falsò diem illum ſextum eſſe Ramadan dicit. Porrò periodi magnæ canicularis Perſicæ fuit hic annus 755. cuius Phrauardin incurrit in diem Februarij XXV, feria II. Ergo XVII Phrauardin Perſici contigit æquinoctium Sultanorum. Vide methodum à nobis traditam lib. VII cap. XVI de anno Perſico, eiúſque charactere. Intelliges annum 755 Periodi quartæ Canicularis in Iuliana Periodo incipere ab feria II: vnde feria v conuenit in XVIII Phrurdin. Nam & annus idem Nabonaſſari fuit 1827, cuius Thoth cœpit Nouemb. XXVII, feria III, anno Chriſti 1078, cyclo Solis XXIII, lit. G. Ideo XVIII dies Choiac incidit in Martij XIV, feriam v. Quippe Neomenia menſis Choiac Ægyptii perpetuò congruit cum Neomenia Phrurdin Perſici. B

lib. IV de Emend. pag. 285.

Eſt autem conſiderandum quod ait Chryſococces, ſic ab Aſtrologis illis menſes fuiſſe diſpoſitos, vt ſingulorum initia in illud punctum incurrerent, quo Sol tranſit in capita Signorum. Hoc verò de ciuilibus Perſarum menſibus intelligi non poteſt, qui tricenarii omnes, & æquabiles fuerunt: contra quàm menſibus iis accidit, qui ad Zodiaci ſegmenta deſcribuntur. Hos enim inæquali dierum numero conſtare neceſſe eſt. Alterum ergo genus anni fuerit oportet, cuius menſes à ciuilibus differrent. Ac neſcio an tùm initium Phrurdin in ipſo æquinoctii die conſtitutum fuerit. quod Chryſococces indicare videtur, dum ſubiicit, initium anni Perſici eſſe Pharuardin. Niſi fortè de anno ciuili loquatur, à quo nouus ille ac Tropicus differret: cuius etiam menſes ciuilibus cognomines eſſe potuerunt.

pag. 284.

Nam quòd ad ciuilem Perſarum annum pertinet, Scaligeri ſententia ſibi non conſtat. Lib. IV de Emend. vbi agit de anno Tropico Sultanico, docet Perſas hodiéq; Iezdegirdis annum æquabilem ciuili vſu retinere; alterum autem, & Tropicum, quem Gelalæum nominat, in Panegyribus, Neuruz, in annalibus, & Chronologiis, in Almenichiis, & ephemeridibus obſeruare. At in Iſag. Can. contrarium aſſerit; Perſas ab eo tempore, quo Neuruz Gelalæum inſtitutũ eſt, ad hanc vſq; diem, Gelalæa vti forma, *relicto anno vago Iezdegird. cuius nullus hodie in ciuilibus actibus vſus eſt apud Perſas. In ſolis tabulis aſtronomicis locum habet.* Hæc ex diametro ſibi inuicem aduerſantur. Sanè poſt Gelalæi Neuruz editionem, Perſas adhuc æquabili anno, vagóque vſos eſſe, non Tropico, multa perſuadent. Docet hoc imprimis Iſaacus Monachus loco illo, quem l. III, cap. XVI protulimus: vbi Perſarum annum æquabilem, & Ægyptiaci ſimilem eſſe dicit, tricenariis menſibus, & epagomenis quinque conſtantem. Scripſit autem Iſaacus annis multis poſt conditum Neuruz Sultanicum. quod argumento eſt, Tropicum illum populari vſu minimè receptum fuiſſe. & Ignatius Patriarcha Antiochenus, cuius epiſtolam ad ſe ſcriptam Scaliger citat lib. III Iſag. Can. præſenti vtitur tempore, cùm dicit: *Scitote annos Perſarum eſſe Solares æquabiles, hoc eſt non exactos; cùm ſint dierum* CCCLXV. *Similiter eorum menſes æquabiles triginta dierum, cum appendice quinque dierum furtiuarum.* Sed in illo Iſaaci loco quædam ſunt ab Chriſtmanno interpretata perperam: quæ cùm illum locum exſcriberemus, vnà cum eius verſione imprudentes admiſimus. Poſtquam enim docuit eam eſſe Perſici anni rationem, vt quadriennio quoq; diem vnum anteuertat in Romano Kalendario, ſubiicit: ἐν ὅλοις δὲ αυξ´ ἔτεσιν ὁλοκλήρῳ Περσικῷ ἔτει. hoc eſt, *integris annus* 1460, *ſolido anno Perſico.* Sic enim reddenda iſta ſunt, quæ malè à Chriſtmanno ſunt accepta. Nimirum vt quarto quoq; anno Neomenia primi menſis vnum diem anticipat, ſic poſt annos 1460, dies 365, qui eſt annus Perſicus. Corrigatur itaque Chriſtmanni interpretatio illa, quæ in noſtrum librum cum errore ipſo recepta eſt. Hæc argumento ſunt, annum Sultanæum nequaquam ciuilem eſſe factum, neque ad contractus adhibitum; vt exiſtimat Scaliger. Qui quidem verba illa Chryſococcis non eſt aſſecutus: ὡς αὖ τὰ αὐθημερινὰ

pap. 308.

pag. 256.

lib. III de Doctrina Temp. pag. 293.

C D

A θῶσιν εἰς τὸ ἔτος αὐτοῦ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν χρόνων τοῦ ἔτους ἐκείνου, ἡνίκα ὁ ἥλιος εἰσέρχεται εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ κριοῦ. Credit τὰ αὐθημερινὰ eſſe *ciuiles actus.* quaſi dicat *Quotidiana.* Quòd ſi admiſerimus, abſurda erit totius loci ſententia: imò nulla. Verùm τὰ αὐθημερινὰ τιθέναι nihil eſt aliud, quàm ſuis diebus conſignare: ſiue ipſis diebus τῆς ἡλιακῆς παρόδου menſium Neomenias illigare. Præterea Chryſococcen eundem malè intellexit Scaliger, dum ab eo putauit aſſeri, annum Sultanicum primum cum æquinoctio in Martij XIII diem incidiſſe. Non hæc mens Chryſococcis fuit. Sed hoc tantummodo ſignificauit, æquinoctium tempore ſuo in XIII Martij conueniſſe. Nam alibi ita ſcribit. ἡ τοῦ Σουλτανοῦ τοίνυν Μελιξᾶ χρόνου ἀρχή ἐστιν, ὁπηνίκα ὁ ἥλιος εἰσέρχεται εἰς τὸν κριόν. εἰσέρχεται δὲ νῦν τῇ ιγ´ τοῦ Μαρτίου μηνός. *Initium anni Sultani Melixæ tunc eſt, quando Sol ingreditur Arietem. Ingreditur autem hodie* XIII *die Martij.* Quod veriſſimum eſt. Scribebat, inquit Scaliger, iſta Chryſococces anno Chriſti 1346. Anno biſextili 1344 æquinoctium verum ex Pariſinis tabulis libri VIII commiſſum eſt Martii XII, hora 11 à media nocte præcisè. Conſtantinopoli B verò, hora 13, 8´, feria VI, cyclo Solis IX, lit. DC. Ita rectiſſimè ſæculo iſto tribuitur Martii XIII. neque Chryſococcen à Scaligero reprehendi oportuit.

Ex iis verò poſterioribus Chryſococcis verbis apparet annum illum Sultanicum merè Tropicum fuiſſe: cuius Neomeniæ in Iulianis menſibus κατὰ προήγησιν ſtationes ſuas anticiparent. Ob id ciuilis fuiſſe non videtur.

De anno, quo Conſtantinopolis à Turcis expugnata eſt.

CAPVT LIII.

QVID antiquis in rebus fiet, cùm florentiſſimæ quondam, rerúmque dominę ciuitatis tam recentis calamitatis annus propemodum ignoretur? Tota in annis duobus controuerſia poſita eſt. Aut enim Chriſti anno MCCCCLII, aut MCCCCLIII captam eſſe conuenit. Mihi dubium non eſt, quin id poſteriore contigerit. Hoc imprimis teſtatur C Hiſtoria politica Conſtantinopolitana à Martino Cruſio edita. Καὶ οὕτω γέγονεν ἡ ἅλωσις τῆς ἀρίστης τῶν πόλεων ταύτης, ἐν ἔτει ςϡξα´, μηνὶ Μαΐῳ κθ´, ἡμέρᾳ τρίτῃ, πρωΐ. lib. 1, λα´. *Hoc modo capta eſt præſtantiſſima hæc vrbs anno 6961, menſe Maio, feria tertia manè.* Annus mundi 6961 Conſtantinopolitani computi, detractis ex methodo 5508, redigitur ad 1453. Laonicus Chalcondylas lib. VIII idipſum aſſerit anno mundi 1453, feria tertia, Mai XXVII. Sed legendum, Mai XXIX. Quippe anno 1453 cyclo Lunæ X, Solis VI, lit. G. Ideo feria III fuit viceſimo nono die Mai. Bonfinius Hung. rerum Dec. III lib. VIII memoriæ prodidit Amurathem Turcarum Imperatorem anno ſalutis quadringenteſimo & quinquageſimo ſupra milleſimum obiiſſe, anno Iubileo. Huic Mahumetem filium ſucceſſiſſe: à quo anno ſalutis 1453 capta eſt Conſtantinopolis. Antonius Meyerus Annalium Flandriæ lib. XVI, ſcribit anno ipſo 1453, quo Paſcha Kal. Apr. fuit, in fine Mai Conſtantinopolim à Turcis occupatam. Certiſſimus eſt character feriæ tertiæ, idque XXIX Mai. Quod in libro etiam illo, cui titulus eſt Ἄνθος, extare teſtis eſt Cruſius. tametſi annum Chriſti D 1452 præfiniat. Sed nullus alius quàm 1453 id ſuſtinet. Perperam ergo Cruſius hiſtoriæ Politicæ locum illum ad annum 1452 tranſtulit. Quæ & Mercatoris opinio fuit. Quibus ea ſententia placet, conſtare putant intra dies Pentecoſtes captam fuiſſe. Atqui anno 1452 cyclo Lunæ IX, Solis V, lit. BA, Paſcha incidit Apr. IX, Pentecoſte Mai XXVIII. Poſtridie ergo feria II expugnata fuerit. De anno conſentit Sabellicus lib. VI Enneadis X, quem eundem, ex quo Byzantii cœptum eſt imperari, numerat 1191. diem quoque IV Kal. Maias notat: ſed errore manifeſto, pro Iunias. Annales Turcici etſi annum Hegiræ non exprimunt; tamen cùm inter annum DCCCLVI, & DCCCLVII Conſtantinopoleos ἅλωσιν ponunt, ſatis indicant anno Hegiræ DCCCLVII vrbem eſſe captam. Sed addunt, die vigeſimo menſis Rebuilulæ. Is eſt Rabie prior. Anno Chriſti MCCCCLIII iniit annus Hegiræ DCCCLVII. Muharram cœpit Ianuatii XII feria VI. Rabie prior Martii XII, feria II. At Giumadi prior iniit Mai X, feria V. Vnde Giumadi XX, id eſt Mai XXIX, fe-

ria III vrbem inuaſere Turcæ. Caſtigandi igitur Annales. tùm verò Scaliger ipſe, qui annum Hegiræ DCCCLVI iis in Annalibus ſignificari putat; & anno ipſe Chriſti MCCCCLII ἅλωσιν aſſignat. A

Ad ſummam capta videtur Conſtantinopolis anno Chriſti MCCCCLIII, Mai XXIX, feria III, quæ Trinitatis Dominicam ſecuta eſt. In quo Abraami Batſchay Hungaricum Chronicon emendandum eſt, vbi legitur anno Chriſti MCCCCLIII captam eſſe, *feria tertia poſt Corporis Chriſti*. Leg. ante feſtum Corporis Chriſti. Accidit hoc anno 1124 ex quo dedicata primùm eſt à Conſtantino. Idatius enim in Faſtis, Coſſ. Gallicano & Symmacho, æra CCCLXVIII dedicatam ait eſſe Conſtantinopolim V Idus Maias. Hic eſt annus Chriſti CCCXXX. Alexandrinum Chronicon iiſdem Coſſ. illud idem eſſe factum refert. Vide quæ cap. XLII huius libri diſputata ſunt. Hinc falli conſtat Sabellicum, qui anno, ex quo Byzantij cœptum imperari, ſupra milleſimum, ac centeſimum primo & nonageſimo Conſtantinopolin eſſe captam aſſerit.

lib. VI Dec. X.

Epilogus librorum IX, X, XI de Doctrina temporum.

QVÆ in vno de Emend. temporum quinto libro Scaliger complexus eſt, ea nos tribus abſoluimus: inſignes videlicet epochas, & hiſtoriæ velut cardines; ex quibus cætera deinde pendent, quæ ex illorum obſeruatione ſuis temporibus aptari facillimè poterunt. Ex hac verò diſputatione noſtra confectum illud opinor librorum trium problema, quod πορίσματος inſtar libro nono præfiximus: nimirum, ſi vnum, alterúmve caput exceperis, in quo de artificio Iulianæ Periodi, ac de Dario Medo diſſerit; reliqua illius inuenta ad aliorum ſententiam adiuncta, quâ falſa, vel minimè probabilia; quâ ſecum inuicem pugnantia, & contraria videri. B

QVicquid igitur in quinto de Emendatione Temporum libro; tum in tertio Iſagogicorum Canonum de inſignibus hiſtoriarum interuallis diſputans Scaliger ex ingenio ſuo aliorum ad ſententiam adiunxit, ſi vnum alterúmve caput exceperis, ea partim falſa, vel minimè probabilia; partim ſibi inuicem contraria ſunt. quod erat demonſtrandum.

A

DIONYSII PETAVII
E SOCIETATE IESV
DE DOCTRINA TEMPORVM
LIBER DVODECIMVS.

B

PROBLEMA LIBRI XII, DE DOCTRINA TEMPORVM.

QVæ in ſexto de Emendatione Temporum Libro de Natali Domini, déq; Paſchatibus quinque, ac de die Paſsionis: tùm de Danielis hebdomadibus, hiſtoria Eſther, Francorum primis regibus, quæ ſunt totius ferè libri capita, traduntur, in iis quicquid noui excogitatum eſt à Scaligero, falſum omne eſt, & abſurdum.

C

DE ANNO NATALIS AC PASSIONIS Chriſti, & aliis quibuſdam quæſtionibus.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

QVAM ſit abſtruſarum reconditarúmque rerum in hominibus ignoratio tolerabilis, documento illud eſſe poteſt, quod vulgarium, & quotidianarum tantis ſit difficultatibus obſtructa cognitio. Cùm enim Chriſto Domino, ab eóque geſtis rebus, & ipſius vita atque morte, nihil ſit Chriſtianis hominibus notius: obſcuriſſima nihilominus illorum omnium tempora ſunt, neque quibus annis ſingula contigerint, plenè eſt hactenus, ac liquidò compertum. Huius obſcuritatis ea cauſa primùm eſt, quòd qui Chriſti res memo-
D riæ mandarunt, vetuſtiſſimi omnium, ſacríque Scriptores, ortus illius, necíſque περιστάσεις, quod ad temporum notas attinet, minus limatè ac ſubtiliter expreſſerunt. Quorum hac in parte diligentiam vti incuſare non poſſumus; quòd nihil ab iis, niſi eiuſdem, cuius nutu regebantur, inſtinctu ſpiritus, aut omiſſum, aut perſcriptum credimus: ita de cæteris, qui deinde ſunt ſecuti, Chriſtianis Scriptoribus meritò fortaſſe querimur, quod indiligentius illa, quæ erant ipſis notiora, perſequentes, iuſtiſſima poſteritatis ſtudia fruſtrati ſunt. Sed hoc videlicet ſub ipſa Chriſtianæ religionis initia, quod primis imperiorum, ac ciuitatum temporibus accidit; vt qui tùm viuebant homines gerendis potiùs eſſent, quàm ſcribendis rebus intenti. Ex quo factum eſt, vt obſoleſcente paulatim illarum memoria, qui ſe ad eaſdem notandas, & illuſtrandas poſteà contulerunt, in tenuibus & obſcuris antiquitatis veſtigiis maiori ſe operæ & induſtriæ laude, quàm fructu, ac pretio iactauerint. Eiuſmodi hæc eſt, ad quam nos inſtituti ſeries operis perduxit, de Chriſti ortu, & Paſſione diſputatio, quæ duobus abhinc ferè ſæculis vehemen-

tius agitari cœpta, hoc præſertim poſteriore, ita doctos homines, ac temporum peritos exercuit; vt non ſingulorum capitum; ſed librorum vnicum hoc ſibi argumentum præſcriberent. Paulus certè patria Middelburgenſis, Epiſcopus Foroſempronienſis in vtramque quæſtionem Commentariorum ingentes Tomos duos inſumpſit. Cuius accenſi ſtudio complures alij iiſdem de rebus copioſiſſimè diſputarunt; de Paſſione ipſa verò potiſſimum; de qua & ante Paulum, Petrus Burgenſis, Abulenſis, cæteríque non pauci, quos longum eſt perſequi, ampliſſimas diſſertationes ediderunt. Nos in eâdem explicanda controuerſia eo maiore vtemur compendio, quo illius hactenus fundamenta, ac principia conſtituimus; cum quibus ex capitibus iſta potiſſimum quæſtio proficiſcitur, ea ſingillatim ac per partes ſuperioribus ſunt in libris tradita. Etenim qui natalem annum Chriſti, vel Paſſionem Chronologicis notis circunſcribunt, per Olympiadas, Vrbis annos, Iulianos itidem, Auguſteos, Actiacos, nec non Herodis, ac Tiberij Imperatoris annos, & eius generis alia tempora rem deducunt. Quorum omnium tractatio, vt in vnum locum ſepoſita immenſam molem diſputationis efficit; ita ſeorſim, vti iam fecimus, & propriis locis enucleata, breuiorem ac tolerabilem præcipuæ quæſtioni modum relinquit. A B

Cùm igitur celebres illi omnes temporum cardines quanta potuimus induſtria perueſtigati, & illuſtrati fuerint, ſupereſt vt illius modo diligentiæ fructum, ac methodorum omnium vſum in nobiliſſima, & obſcuriſſima quæſtione colligamus. Atque vt ſtatus ipſe propoſitæ controuerſiæ lectorum ſubiiciatur oculis, libet ex Romanis Faſtis Conſulatus aliquot excerpere, ab eo anno, vltra quem nemo Chriſti natalem extendendum putat; ad Tiberij vltimum; citra quem omninò Paſſionis annus includitur. Coſſ. Romanis, & annis Vrbis ex Onufrianis Faſtis delectis, Olympiadas, Iulianos annos, Actiacos, Auguſteos ab anno ipſo Iulianæ cædis, ac Dionyſianos adiungemus. Ita facilè omnes intelligent, cùm variæ opiniones expendentur, ad quos annos ſingulæ Chriſti natiuitatem, ac paſſionem applicent.

LATERCVLVM ANNORVM aliquot ad vſque Tiberij mortem. C

Anni ab Vrbe condita.	Anni Iuliani.	CONSVLES.	Olympiades.	Annus Actiacus à Ianuario.
746	XXXVIII	C. Marcius Cenſorinus. C. Aſinius Gallus.	CXCIII I	XXII
747	XXXIX	Ti. Claudius Nero II. Cn. Calpurnius Piſo II.	II	XXIII
748	XL	D. Lælius Balbus. C. Antiſtius Vetus.	III	XXIV
749	XLI	Auguſtus XII. L. Cornelius Sulla.	IV	XXV
750	XLII	C. Caluiſius Sabinus. L. Paſſienus Rufus.	CXCIV I	XXVI
751	XLIII	L. Corn. Lentulus. M. Valerius Meſſalinus.	II	XXVII
752	XLIV	Imp. Cæſar Auguſt. XIII. M. Plautus Siluanus.	III	XXVIII
753	XLV	Coſſus Corn. Lentulus. L. Calpurnius Piſo.	IV	XXIX

D

LATER-

A

LATERCVLVM ANNORVM aliquot ad vſque Tiberij mortem.

	Anni ab Vrbe condita.	Anni Iuliani.	CONSVLES.	Olympiades.	Annus Actiacus à Ianuario.
	754	XLVI	Imp. Cæſar Auguſtus XIV. L. Æmilius Paulus.	CXCV I	XXX
	755	XLVII	P. Vinicius Nepos. P Alfinius Varus.	II	XXXI
B	756	XLVIII	L. Ælius Lamia. M. Seruilius Geminus.	III	XXXII
	757	XLIX	Sex. Ælius Catus. C. Sentius Saturninus.	IV	XXXIII
	758	L	L. Valerius Meſſala. Cn. Cornelius Cinna.	CXCVI I	XXXIV
	759	LI	M. Aimilius Lepidus. L. Arruntius Nepos.	II	XXXV
	760	LII	A. Licinius Nerua. Q. Cæcilius Metellus.	III	XXXVI
	761	LIII	M. Furius Camillus. Sex. Nonius Quinctilianꝰ.	IV	XXXVII
C	762	LIV	C. Poppæus Sabinus. Q. Sulpitius Camerinus.	CXCVII I	XXXVIII
	763	LV	P. Cornelius Dolabella. C. Iunius Silanus.	II	XXXIX
	764	LVI	M. Aimilius Lepidus. T. Statilius Taurus.	III	XL
	765	LVII	Tib. Germanicus Cæſar. C. Fonteius Capito.	IV	XLI
	766	LVIII	C. Silius Nepos. L. Munatius Plancus.	CXCVIII I	XLII
	767	LIX	Sex. Pompeius Nepos. Sex. Apuleius Nepos.	II	XLIII
D	768	LX	Druſus Tiberij F. C. Norbanus Flaccus.	III	XLIV
	769	LXI	T. Statilius Taurus. L. Scribonius Libo.	IV	XLV
	770	LXII	C. Cœlius Rufus. L. Pomponius Flaccus.	CXCIX I	XLVI
	771	LXIII	Tib. Auguſtus III. Germanicus Cæſar II.	II	XLVII
	772	LXIV	M. Iunius Silanus. L. Norbanus Flaccus.	III	XLVIII

LATERCVLVM ANNORVM aliquot ad vſque Tiberij mortem.

Anni ab Vrbe condita.	Anni Iuliani.	CONSVLES.	Olympiades.	Annus Actiacus à Ianuario.
773	LXV	M. Valerius Meſſala. M. Aurelius Cotta.	IV	XLIX
774	LXVI	Tib. Auguſtus IV. Druſus Tiberij F. II.	CC I	L
775	LXVII	C. Sulpitius Galba. D. Haterius Agrippa.	II	LI
776	LXVIII	C. Aſinius Pollio. C. Antiſtius Vetus.	III	LII
777	LXIX	Ser. Cornelius Cethegus. L. Viſellius Varro.	IV	LIII
778	LXX	Coſſus Cornelius Lētulus. M. Aſinius Agrippa.	CCI I	LIV
779	LXXI	Cn. Cornelius Getulicus. C. Caluiſius Sabinus.	II	LV
780	LXXII	M. Licinius Craſſus. L. Calpurnius Piſo.	III	LVI
781	LXXIII	Ap. Iulius Silanus. P. Silius Nerua.	IV	LVII
782	LXXIV	C. Rubellius Geminus. C. Fuſius Geminus.	CCII I	LVIII
783	LXXV	L. Caſſius Longinus. M. Vinicius Quartinus.	II	LIX
784	LXXVI	Tiberius Aug. V. L. Ælius Seianus.	III	LX
785	LXXVII	Cn. Domitius Ahenobar. A. Vitellius Nepos.	IV	LXI
786	LXXVIII	Ser. Sulpitius Galba. L. Cornelius Sylla.	CCIII I	LXII
787	LXXIX	Paulus Fabius Perſicus. L. Vitellius Nepos.	II	LXIII
788	LXXX	C. Ceſtius Camerinus. M. Seruilius Rufus.	III	LXIV
789	LXXXI	Q. Plautius Lælianus. Sex. Papinius Gallienus.	IV	LXV
790	LXXXII	Cn. Aceronius Proculus. C. Pontius Nigrinus.	CCIV I	LXVI

A Hactenus laterculum annorum, & Conſulatuum, intra quos Natalis Chriſti, ac vita eius omnis, & Paſſio coercetur; vt neque natus ante annos illos, neque poſt eoſdem paſſus videri poſſit. Annorum verò conditæ Vrbis, Iulianorum, Olympiadicorum, ac cæterorum, cum adſcriptis Conſulibus, atque inter ſe connexio, ſuperioribus libris adeo firmiter adſtructa eſt, vt de ea nemini dubitare liceat. B Huic igitur ſolo, cuius à nobis eſt explorata, & perſpecta ſoliditas, omnis noſtra ſuperſtruenda diſputatio eſt; in qua illud inquiritur, cuinam anno Chriſti Natalis, ac Paſſio debeatur.

C

D

A

Explicantur veterum, imprimiſque Bedæ, ac cæterorum Computiſtarum ſententiæ, de anno natali Chriſti.

CAPVT I.

QVI Natalem Domini certo anno definire conati ſunt, vnum omnes Lucæ teſtimonium vſurparunt, quod eſt capite III, 23, vbi de Chriſto ad baptiſmum accedente ita ſcribit: καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος, ὢν, ὡς ἐνομίζετο, υἱὸς Ἰωσὴφ τοῦ Ἡλί; &c. *Et ipſe Ieſus erat quaſi annorum triginta incipiens; filius, vt putabatur, Ioſeph filij Heli.* Et quoniam velut dubitabundus Lucas ætatis annum illum poſuit; neque abſolutè triginta tum annos habuiſſe, ſed quaſi triginta ſcripſit; inde ſententiarum varietas eſt orta: cùm alij triceſimum annum expletum, & triceſimum primum initum à Chriſto ſentiant: alij XXIX abſolutos, inchoatum verò triceſimum magis exiſti-
B ment. Ita vnius ferè duntaxat anni diſcrimen eſt. Antiquiſſimus Patrum Iuſtinus Apol. II refert ante annos centum quinquaginta, quàm apologiam ſcriberet, natum eſſe Chriſtum. Si, vt in Animad. oſtendimus, circa initium Antonini Pij Iu- Hereſ. XLVI
ſtinus iſta ſcribebat; Imperium autem inierit ille anno communi CXXXVIII, decem circiter annis natum prius eſſe Chriſtum conſequens erit, quàm vulgò habeatur. Sed plerique circiter triceſimum annum à Ioanne tinctum eſſe ſentiunt. de qua re poſtea. Qui annum, quo Chriſtus in lucem editus eſt, primus expreſſit, Clemens eſt Alexandrinus lib. I Strom. Ἐγεννήθη δὲ ὁ κύριος ἡμῶν, τῷ ὀγδόῳ, καὶ εἰκοστῷ ἔτει. *Natus eſt Dominus noſter octauo, & viceſimo anno.* Etſi non explicat quo de anno loquatur, tamen certum eſt, Ægyptiorum more, æram Actiacam intellexiſſe ab eo tempore deductam, quo Ægyptij Antonio, & Cleopatra mortuis in Auguſti poteſtatem redacti ſunt. Caput eſt ab Auguſti viceſimo nono die anni Vrbis conditæ DCCXXIV Iuliani XVI, à quo ſi XXVIII annos numeres, vltimus cœperit anno Vrbis DCCLI, Iuliano XLIII. Quare ſi, vt Ægyptij crediderunt, Chriſtum VI Ia-
C nuarij natum exiſtimat Clemens, Natalem illius coniicit in annum Iulianum XLIV, Auguſto XIII, & Plautio Siluano Coſſ. quæ eſt ipſiſſima Epiphanij ſententia. Nam aut Coſſ. Lentulo & Meſſalino, id eſt anno Vrbis DCCLI, Iuliano XLIII; aut ſequenti, Vrbis DCCLII, Iuliano XLIV natus perhibetur. Vnus Sulpitius lib. II Hiſtoriæ anno Vrbis DCCL, Iuliano XLII Natalem aſſignat, Coſſ. Sabino, & Ruffino, anno primo Olymp. CXCIV. Qui infra annos iſtos Chriſtum natum putaret, veterum reperio neminem. Primus Dionyſius cognomento Exiguus longè à communibus iiſce terminis receſſiſſe creditur, & incarnatum, natúmque Dominum ſtatuiſſe anno illo, qui eſt Iulianus XLVI, Vrbis DCCLIV, Olympiadis CXCV primus, Auguſto XIV & L. Æmilio Paulo Coſſ. Quam ſententiam Beda, cæterique deinde Computi Scriptores ad centeſimum abhinc annum amplexi ſunt: adeo vt ſi communem æram à Kal. Ian. proximè poſt Natalem iſtum ſequentibus ordiri libeat, præſens hic annus, quo iſta ſcribimus, qui eſt æræ MDXXIV, ex Computiſtarum ſententia nonniſi MCXXIII ſit habendus. Hanc Dionyſij mentem Dionyſij Exigui verba.
D fuiſſe ex ipſius verbis ita Beda, cæterique colligunt.

Dionyſius Epiſtola II ad Petronium ſcribit ſe in circulis ſuis *ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti annorum tempora prænotare*; neque, vt S. Cyrillus inſtituerat, *memoriam impij, & perſecutoris innectere.* Etenim Cyrillus cyclum ſuum annorum XCV ab anno Diocletiani CLIII cœperat, & vltimum in CCXLVII terminarat. Dionyſius autem à CCXLVIII Diocletiani cyclos ſuos auſpicatus eſt. Qui quidem Circuli apud Bedam Tomo I deſcripti leguntur, per Enneadecaëteridas diſtributi; adſcriptiq; ſunt anni ab Incarnatione Domini. in quibus primus annus, quo incarnatus, & natus eſt Chriſtus, Indictione IV notatur, & Epactis XI, concurrentibus V, cyclo lunari XVIII, quo & decima quarta Paſchalis contigit VIII Kal. Apr. Paſcha ipſum VI Kal. Apr. Luna XVI. Tot in vnum coniecti characteres annum illum deſignant, qui eſt primus æræ communis, cycli decemnouennalis, & Paſchalis ſecundus, cui Indictio IV contigit; Epactæ autem XI, (vt ex Epactarum methodo

Tomo ſuperiore, libro VI tradita palam eſt.) Nouilunium Nicenum, cuiuſmodi A
Dionyſius obſeruauit, conuenit Martij XI. proinde decima quarta Paſchalis, Martii XXV, ſiue VIII Kal. Apr. cyclo Solis X, litera B. vnde Paſcha incidit in Martii XXVII, qui eſt VI Kal. Apr. Luna XVI. Hoc igitur anno, qui eſt æræ communis primus, exeunte, XXV Decembris, natum Saluatorem ratus eſt Dionyſius Exiguus, ſi Bedæ creditur. Qui & cyclum ſuum orſus eſt ab anno Chriſti DXXXII, quo Diocletiani CCXLVIII iniit à Kal. Ian. more Romano. à quo ſi, vt in cyclis fit, retro annos retexas, primus cyclus Dionyſianus cœpit ab eo anno, qui Chriſtianã æram anteceſſit, & aureo numero I præditus eſt. Idem & ex Bedæ teſtimonio conſtat, lib. de Temp. rat. cap. XLV; vbi poſtquam Dionyſij verbis ea retulit, quæ paulo antè commemorauimus, iſta ſubiecit: *Qui in primo ſuo circulo quingenteſimum triceſimum ſecundum Dominicæ incarnationis annum in capite ponendo, manifeſtè docuit ſecundum ſui circli annum ipſum eſſe, quo eiuſdem ſacroſanctæ incarnationis myſterium cœpit.* Mox ſecundum annum Circuli ipſum eſſe dicit, *in quo incarnari dignatus eſt; & ſi eſſet, qui tunc Paſcha more nunc Eccleſiis vſitato die Dominica faceret, ipſa nimirum dies, quomodo hîc adnotatum eſt*, VI *Kal. Apriles veniret, ac lunam haberet* XVI. Vides vt ex Dionyſij B
ſententia, interprete Beda, Chriſtus incarnatus ſit, & natus anno illo, qui primus annorum Chriſti vulgò putatur, cyclo aurei numeri II. Ideo paulo pòſt Beda refert Dionyſium præcepiſſe, vt ad inueniendum quotus ſit annus cycli decemnouennalis, ad annos Chriſti vnitatem addamus: *ſignificans*, inquit, *illo incarnato vnum circuli decemnouennalis annum iam fuiſſe completum*. Annus, quo iſta commentamur, eſt æræ Chriſtianæ MDCXXIV, cycli decemnouennalis annus X. Si igitur retro annos 1624 computes, & à poſtremo, qui cyclum habet X, ad primum peruenias, cadet in illum cyclus II Dionyſianus. Igitur anno primo Chriſti exeunte natus eſt, ex illorum ſententia, Chriſtus. Inquiramus modò quotus ille ſit annus Olympiadum, Vrbis conditæ, atque Iulianus. Hoc verò perſpicuum eſt ex iis, quæ libris ſuperioribus ſingillatim oſtẽdimus, cùm de annis illis ageremus. Nam vt ab annis Vrbis, & Iulianis exordiar, ἀποδεικτικῶς conſtat annum decimum quartum æræ Dionyſianæ conuenire in annum Vrbis DCCLXVII, Iulianum LIX, quo Coſſ. fuere C
Sexti duo: quibus mortuus eſt Auguſtus. item annum eiuſdem æræ communis quadrageſimum quintum incurrere in annum Claudij quintum, Vrbis conditæ DCCXCVIII, Vinitio, & Statilio Coruino Coſſ. qui Iulianus eſt XC. Siquidem eo anno defecit Sol Kalendis Auguſti, cyclo Lunæ VIII, vt lib. XI cap. IX diximus. Igitur cùm annus XLV æræ hodiernæ ſit octogeſimus Iulianus, conſequens eſt primum annum eſſe Iulianum XLVI. Atqui primus Iulianus incurrit in annum Vrbis Varronianum DCCIX, vt ſuo loco demonſtratum eſt. Ergo primus æræ communis, ſiue quadrageſimus ſextus Iulianus, conuenit in annum Vrbis DCCLIV, Auguſto XIV, & Aimilio Paulo Coſſ. Annus primus Vrbis Varronianus cadit in eum annum Iulianæ formæ, quo deſiit viceſimus tertius Iphiti, ſiue tertius Olympiadis ſextæ, & quartus iniit, qui eſt in Periodo Iul. 3961. Quare primo anno æræ communis primus annus incœpit Olympiadis CXCV. Hæc omnia ſatis ſupérque prioribus libris patefacta ſunt. Ex iis verò liquidò patet, Bedam, ac reliquos natalem Chriſti contuliſſe in annum Iulianum XLVI, Auguſti XLIV; ſi à Coſſ. Hirtio, & Panſa imperium illius ordiare; quadrageſimo verò quinto, ſi à nece Cæſaris: cyclo Solis X, Lunæ II, Indictione V à Septembri, vel à Ianuario, quarta. Item & D
ex Chronologis, Dionyſio, Bedáque recentioribus oſtenditur. Marianus Scotus ad annum mundi 4193 notat Chriſtum ex mente Dionyſij natum eſſe anno ſecundo cycli magni; nec non Sigebertus ad annum Chriſti DXXXII: tum alij plerique. quod & communis æræ appellatio declarat; dum annos Chriſti non à Natiuitate, ſed ab Incarnatione computant. Vnde manifeſtum eſt, anno primo Chriſti incarnationem eius, ac natalem accidiſſe. Denique Computi artifices omnes hoc velut poſtulato, & axiomate nituntur. velut Paulus Foroſempr. Parte II Paul. lib. IV; Campanus in Computo cap. XXIV.

Hinc apparet, vehementer illos errare, qui annum primum æræ communis à Kal. Ian. proximè poſt Natalem Chriſti à Computiſtis paulo vetuſtioribus ſtatutum auſpicari putant: vel, quod idem eſt, natum ex illorum opinione Chriſtum arbitrantur cyclo Lunæ I, Indict. III à Ianuario, vel IV à Septembri. Vno enim

A anno natalem Chriſti tardius illi poſuerāt. Ita vulgaris æra Chriſti, qua nos vtimur, eſt illa quidem Bedæ, cæteriſq; cognita, ſi epocham anni Iuliani, aut Vrbis cõditæ, aut Olympiadis, & id genus alia ſpectes. ſin ad Chriſti natalem referas, computus noſter illorum computum vno anno præcedit. quem enim nos à Natiuitate numeramus annum, hunc illi ab Incarnatione putant. Ideo maiores noſtri principium anni à verno tempore, quo Chriſtus incarnatus eſt, repetere conſueuerant. poſtea ab Natali deductum eſt, & ab VIII Kal. Ian. ad quod initium aſſequendum cùm menſes eximendi forent de epocha priſtina Incarnationis Dominicæ, ternis potiùs menſibus anticipata fuit. Itaque dies ille XXV Decembris, qui Incarnationis annum primum, atque adeo primum Chriſti annum antecedit, Natali Chriſti præſtitutus eſt; vt deinceps natus diceretur anno illo deſinente, qui Chriſtianam æram proximè præcedit, cyclo Lunæ I. Hoc verò notariorum errori Paulus Foroſempronienſis adſcribit Parte I, libro IV. Quanquam Bedæ ipſi, ne Dionyſium nominem, aliiſque Bedam ſecutis tribuendum videtur; qui imprudentes vtrumque in opinione ſua poſuerunt. Nam & Chriſtum incarnatum, atque in lucem
B editum eſſe putarunt anno primo æræ Chriſtianæ, cyclo Lunæ II; & nihilominus cum de ætate Chriſti, ac Paſſione loquuntur, indicant, anno illo, qui æram antecedit, natum ſe eundem arbitrari. Aſſerunt enim Chriſtum, quando paſſus eſt, æræ communis anno triceſimo quarto, triginta tres annos ſolidos cùm menſibus tribus expleſſe. Ita Beda lib. de Temp. rat. cap. L. Qua ratione natalis Chriſti conferendus eſt in annum Iulianum XLV, cyclo Lunæ I, quæ eſt vulgaris computandi ratio. Quocirca natus eſt Chriſtus ex communi iſta circunſcriptione, anno Vrbis conditæ DCCLIII, Iuliano XLV, Olympiadis CXCIV anno quarto; Actiaco XXIX à Kal. Ian. vel XXX, à Thoth Alexandrino. Per. Iulianæ 4713, Decembris XXV, feria VII, cyclo Solis IX, lit. DC, anno biſextili, cyclo Lunæ I, Indict. III. Kalendis verò Ianuariis ſequentibus inchoatur æra Chriſtiana.

Ex iis euidens eſt, in eadem æra Chriſti, quam vulgò omnes amplectimur, natalem tamen diuerſis annis attribui: & Computiſtas veteres, qui poſt Dionyſium extiterunt, ipſo anno communis æræ primo natum exiſtimaſſe Dominum: hodie verò natalem eius conſtitui in anno illo, qui æram anteceſſit. Vnde prior illa Incar-
C nationis æra: poſterior Natiuitatis appellatur. Sed vtrum Dionyſius, quem authorem iſtius computi vulgò nuncupant, idem Incarnationis atque æræ ſuæ primordium fixerit; ac reuera mentem illius aſſecuti ſint Beda, Marianus, Sigebertus, ac cæteri: id eo diligentius explorandum eſt, quo nemo ad hanc diem, quod ſciamus, id in quæſtionem, & controuerſiam adduxit.

De æra Dionyſiana, eiſq́ue ſuper Incarnatione, & Natali Chriſti ſententia. Oſtenditur diuerſam eſſe ab ea, quam illi Beda, cæterique hactenus imputarunt: & noua quædam ac vera illius ratio traditur. Hodiernam æram à Dionyſiana diſcrepare.

CAPVT II.

D DVo ſunt quæ Dionyſio Exiguo paſſim accepta referuntur, & ab eo nominari ſolent: alterum annorum Chriſti computus: alterum cyclus annorum DXXXII. Nam & illa Dionyſiana vocatur æra; & iſte Dionyſianus cyclus. Quæ cùm ambo diſtincta ſint; tamen ab imperitis, aut alioqui minus attentis, plerumque confundi non citra periculum erroris videmus. Sed omninò ſeparanda ſunt. Nam æra ipſa per ſeſe nulli eſt affixa cyclo; neque viciſſim ab ea cyclus dependet. Cycli annorum DXXXII conditor aliquot ante Dionyſium annis fuit Victorius Aquitanus: vt libro II, cap. LXVII docuimus. Is ab anno Dominicæ Paſſionis illum orſus eſt. Dionyſius poſtmodum ab Incarnatione. Sed ita tamen, vt vno anno cyclus æram antecedat. Nam primus annus æræ Dionyſianæ ſecundus eſt cycli. Ac de cyclo Dionyſiano paulo pòſt agemus. Nunc de æra diſputemus.

Communis eſt, vt ſuperiori capite declarauimus, Computiſtarum veterum opi-

nio; Dionyſium cyclum annorum DXXXII ſic inſtituiſſe, vt primus illius annus A eſſet is, qui æram vulgarem proximè præceſſit, & aureo numero I præditus eſt. Dionyſium verò cenſent anno ipſo vulgaris æræ primo Incarnationem Chriſti, Natalémque tribuiſſe. ita vt aureo numero II labente, Martio menſe Chriſtus incarnatus ſit, & Decembri in lucem exierit. Hoc vt cæteris hactenus omnibus; ita mihi quoque Beda perſuaſerat. cuius & in capite XLV libri de ratione Temp. & in Circulis Dionyſianis; & alibi paſſim aperta ſunt ea de re teſtimonia; nemo vt aliter, qui Dionyſium ipſum non legiſſet, ſuſpicari poſſet. Sed poſtquam Dionyſij ambas epiſtolas, quæ nondum editę ſunt, è membranis veteribus exſcriptas curioſiùs relegi, paulatim eò ſum deductus, vt epocham Dionyſianam aliter ac Beda, cæterique ſcribunt, ab authore ſuo conſtitutam putarem. Ea denique coniecturæ noſtræ ſumma eſt: Dionyſium Exiguum Incarnationem, ac Natalem Domini eodem anno ſtatuiſſe, quo vulgò hodiéque ponitur: eo ſcilicet, qui Chriſtianam æram proximè præcedit: tum ab eodem Incarnationis annos numerare cœpiſſe. ſic vt vno minus anno numeremus hodie, quàm Dionyſius inſtituerat: quamuis B in Incarnatione ipſa, & Natali nihil ab eo diſcrepemus. Poſtremo cycli Dionyſiani principium vno itidem anno vulgare initium antecedere, atque in numerum aureum XIX congruere. Vno verbo; cyclum Dionyſianum aio, ſi retro numeretur, incipere ab anno Per. Iul. 4712, æram autem ab anno 4713. Hoc vti nouum eſt, nec ab vllo, quod equidem meminerim, hactenus obſeruatum, ita demum perſuadebitur, ſi ex ipſis Dionyſij verbis, & ab eo traditis principiis effici potuerit. Ea verò ſunt eiuſmodi.

Dionyſianus cyclus.

Cyclum Dionyſius inſtituit annorum XCV, quem Cyrilliano labanti, deſinentíque velut ſuccidaneum pertexuit: vt libro II, cap. LXVI demonſtrauimus. Is ex quinque Enneadecaëteribus conſtabat. Enneadecaëterides ſingulas ducebat annus ille, in quo Neomenia Paſchalis incidit, in Aprilis IV, decima quarta verò in XVII. Secundus erat annus, in quo XV Paſchalis erat Aprilis VI. vti libro VI cap. X declaratum eſt; vbi & Dionyſiani cycli deſcriptionem habes ex eius Epiſtola deſumptam. Cæterum ex eiuſdem doctrina capitis liquet Dionyſium annos cycli ſui non à Kal. Ian. nec à Neomenia Paſchali, ſed à XV Paſchalis menſis inchoaſſe. ita vt C initium anni cuiuſlibet eſſet decima quinta Paſchalis; finis, decima quarta in anno conſequenti. Atque hac ratione duobus aureis numeris idem reſpondebat annus. Exemplum: Anno Chriſti DXXXI cyclus ſiue aureus numerus erat XIX, Neomenia Paſchalis Aprilis IV: decima quarta, menſis eiuſdem XVII. Eadem fictione quadam Computiſtica, propter Lunæ ſaltum, decima quinta numeratur, ſecundum ea, quæ l. VII, c. VIII diſſeruimus. Ab hac igitur die XVII Aprilis annum primũ cycli decemnouennalis Dionyſius orditur. qui deſinit in decimam quartam Paſchalem anni ſequentis, quæ eſt Aprilis V: cùm iam numerus aureus à Kalendis Ianuariis laberetur, I. Ita numeros duos idem annus Dionyſianus obſidet. Sic annus II cycli incipit à VI die Aprilis, quæ eſt XV Paſchalis; deſinit autem in VIII Kal. Apr. ſiue Martij XXV: quæ eſt quartadecima Paſchalis aurei numeri II.

Rurſus idem Dionyſius in Epiſtola ad Petronium teſtatur ſe Circulis ſuis annos Incarnationis adſcripſiſſe. Sic enim loquitur. *Quia verò ſanctus Cyrillus primum cyclum ab anno Diocletiani* CLIII *cœpit, & vltimum in* CCXLVII *terminauit; nos à* CCXLVIII *anno eiuſdem tyranni potiùs, quàm principis inchoantes noluimus circulis noſtris* D *memoriam impij, & perſecutoris innectere: ſed magis eligentes ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti annorum tempora prænotare.* Scribit autem Beda cap. XLV libri de rat. temp. Dionyſium in capite Circuli primi annum Incarnationis quingenteſimum triceſimum ſecundum Dominicæ Incarnationis poſuiſſe.

Denique Circulorum ſuorum initium iiſdem hiſce verbis Dionyſius expreſſit: nimirum ab anno CCXLVIII Diocletiani, cùm Cyrillus à CLIII ad CCXVII, ſuos perduxiſſet. Annus primus Diocletiani, vt lib. XI demonſtratum eſt, cœpit apud Ægyptios à Neomenia Thoth, ſiue Auguſti XXIX anni Chriſti CCLXXXIV. Ergo annus CLIII iniit à Thoth anni æræ Chriſtianæ CDXXXVI, aureo numero currente XIX, & maiorem partem obtinuit anni CDXXXVII, aureique numeri I. Proinde CCXLVII annus Diocletiani cœpit Auguſti XXIX anni vulgaris DXXX, & CCXLVIII eodem die in anno Chriſti DXXXI: ita vt maximam partem ſequentis occuparet.

A Ex iis omnibus ita ratiocinando quod propoſitum erat oſtendimus. Primus annus cycli, ſiue Ennenecontapentaëteridos Dionyſij incipit à xiv Paſchali, cuius Neomenia aureo numero xix adſcribitur, Aprilis iv: deſinit autem in decimam-quartam Paſchalem; cuius Neomenia numerum aureum habet i, Martij xxiii. Atqui annus Chriſti vulgaris dxxxi aureo numero xix notatus eſt; in quo xiv Paſchalis cadit in Aprilis xvii, Neomenia verò in iv diem. Hinc igitur primus Dionyſiani cycli annus inchoatur. cui cùm annus Incarnationis dxxxii adſcriptus fuerit, authore Beda; ſi retro cyclos Dionyſij retexendo numeres ad quingenteſimum & triceſimum ſecundum vſque, primus incipiet biennio ante vulgarem epocham Chriſti: nimirum ab anno Iuliano xliv, Per. Iul. 4712, aureo numero xix. Vnde conſequens eſt Incarnationem Dominicam in annum ſequentem conuenire, Iulianum xlv, Per. Iul. 4713: qui eſt ille ipſe, quo vulgò Incarnatum & in lucem editum Chriſtum ponimus. Ab eo verò Dionyſius æram ſuam exorſus eſt. Si quidem, vt ait Beda cap. xlv de ratione temporum, ab anno ſecundo cycli decemnouennalis annos Domini putare cœpit: adeo vt ad methodum B cycli decemnouennalis ad annos Domini vnum adiici iuberet. Vno verbo, prima dies anni primi cycli Dionyſiani incipit anno vulgari Chriſti dxxxi, Aprilis xvii, aureo numero xix, iſque quingenteſimus triceſimus ſecundus Incarnationis, ſiue Domini numeratur annus. Ergo æra Domini, ſiue Incarnationis, ex mente Dionyſii, incipit vno anno ante primum annum Chriſti vulgarem: cyclus verò decemnouennalis biennio. Quamobrem vno anno citius æram Incarnationis putauit Dionyſius, quàm hodie fit: tametſi eodem anno Incarnationem, & Natiuitatem Domini collocarit. Sed ille nimirum annum ipſum, quo incarnatus eſt, primum Domini eſſe iuſſerat: non ſequentem à Kalendis Ian. quæ natalem illius conſecutæ ſunt.

Dionyſium natalem ibi vbi hodie poſitus eſt conſtituiſſe.

Huius porrò varietatis, ac diſcrepantiæ cauſſam hanc interpretor fuiſſe. Cùm enim annum quingenteſimum triceſimum ſecundum primo anno cycli ſui præfixiſſet, & ab anno ccxlviii Diocletiani ſe orſum eſſe ſcripſiſſet, eiúſque Paſcha primum ſtatuiſſet: quandoquidem poſtremum Cyrilli Paſcha anno ccxlvii Dio- C cletiani congruebat: ex eo Beda collegit annum primum cycli Dionyſiani incipere ab eo anno, quo Diocletiani ccxlviii iam in curſu erat. Eſt autem is in vulgari computo annus Domini dxxxii: cuius Paſcha primum Dionyſius in Laterculo ſuo deſcripſerat. Non dubitauit ergo Beda, quin Dionyſius cycli ſui primordium ab eo Paſchate ſumpſiſſet, quod primo loco poſuerat, ſiue ab xv Paſchali. Ex quo tam cyclum ipſum Dionyſij, quàm eiuſdem æram vno anno moratus eſt. Verùm Dionyſius poſtremum Cyrilli Paſcha anno ſuo primo complexus fuerat. Cuius anni quatuor circiter menſes Diocletiani annum ccxlvii Ægyptiaco more terminabant: reliqui ad ccxlviii pertinebant. Ac neſcio an Diocletianeos annos Dionyſius ab ea Paſchali xv ſit exorſus, quæ Thoth Ægyptiacum, à quo anni ſinguli numerarentur, antecedebat. Inde enim factum animaduertimus, vt ab aureo numero xix Computiſtæ veteres, non à i progrederentur. Cùm enim aureos ipſos numeros, prout ab Alexandrinis acceperant, ad ſingulos Kalendarij ſui dies adnotaſſent; vtputa i ad xxiii Martij, cui xxvii Phamenoth reſpondet: D xix ad iv Aprilis, quæ eſt ix Pharmuti: quid eſſe cauſæ potuit, cur non primum cycli ſui decemnouennalis annum ab aureo numero i, ſed à xix potiùs inchoarent, niſi quod aureo ſuo numero xix labente, primum Alexandrinum ab Auguſti xxix incipere viderent; & maiori ex parte primum Alexandrinorum numerum cum aureo ſuo xix concurrere? Cur autem à xv Paſchali annos ſuos Dionyſius auſpicari maluerit, cauſam ipſe reddit in Epiſtola i; nimirum quod Paſchalis menſis dies omnes ad xiv vſque, ad poſtremum menſem pertineant, quoniam Paſcha nullo in eorum poteſt peragi.

Vide lib. vi, cap. x.

Quæ cùm ita ſint, æram hodiernam non à Dionyſio, ſed à Beda propagatam eſſe ſuſpicor, quam pro Dionyſiana tamen ex hallucinatione poſteris venditauit. Bedam cæteri Computiſtæ de more ſecuti ſunt, neque Dionyſij verba diligentius expenderunt. Interim tamen admirabiliter factum eſt, vt aduerſus magiſtrorum authoritatem, vulgus ipſum incarnationem, natalémque Chriſti in priſtino, & à Dionyſio tradito anno retineret; tametſi ipſius æræ principium extorqueri ſibi

mm iiij

paſſum fuerit. Vtrum verò iſtud ipſum, vt natalem Chriſti ante Kalendas Ian. anni primi vulgaris æræ ſtatueret, per errorem & imprudentiam obtinuerit, vt plerique omnes ſentiunt, qui Dionyſianam æram à vulgari non diſcernunt; an perpetuo in vulgi conſcientia fixus ſemel à Dionyſio natalis annus inſederit: id vt ambigi meritò poteſt; ita ſolicitius inquiri non oportet, dummodo de reipſa conſtet. Ad hanc nouam obſeruationem duplicis æræ Chriſtianæ, ſeu vulgaris præter mentem Dionyſij cõſtitutæ, ſi tamen erudito Lectori probabimus; caſtiganda ſunt omnia illa, quæ de Dionyſiana epocha, cyclóque ſparſim his in libris tradita ſunt, quibus quidem ita ſignificatur, Dionyſium in anno primo cycli ſui ſtatuendo minimè conſtantem fuiſſe: vel cyclum æramque Chriſti hodierno, ac recepto more condidiſſe. quod cùm nobis Beda, & mortales hactenus perſuaderent omnes; id non authoritate, diſputationéque noſtra; ſed ipſius Dionyſij voce ac teſtimonio perfectum iri deinceps confidimus; vt homines eruditi aliter de hac re tota, & Dionyſij decretis, inſtitutiſque ſentiant. A B

De cyclo Dionyſij. in quo itidem, vt in æra hactenus aberratum eſt. Oſtenditur Dionyſianum cyclum nonnniſi XCV *annorum fuiſſe. De falſo Cyrilli cyclo, cuius Beda, & Iſidorus meminerunt: cuius certum tempus eruitur.*

Capvt III.

Illvd ſupereſt explicandum, ecquod Dionyſius cycli genus inſtituerit: hoc eſt num cyclum illum maiorem annorum dxxxii non excogitarit quidem. (quis enim neſcit à Victorio tanto ante Dionyſium fuiſſe repertum?) ſed adſciuerit tamen, ac reformarit. Vſum enim iſtiuſmodi cyclo fuiſſe, Computiſtæ omnes arbitrantur. neque aliter vulgò iudicant. Dionyſius tamen ipſe nullam in Epiſtolis ſuis eius cycli ſignificationem dedit. Sed alterius duntaxat, qui ad modum Cyrilliani quinque & nonaginta annis euoluitur. Cyrillus enim cyclum illum xcv annorum ab anno Diocletiani cliii, qui eſt æræ vulgaris cdxxxvii, ad ccxlvii Diocletiani, æræ communis dxxxi perduxerat. Huic ſe Dionyſius alterum cyclum annorum totidem ſubſtituiſſe ſcribit. Mira res, ſi hoc cycli genere contentus potuit eſſe Dionyſius; cuius vitia non agnouit modò, ſed etiam caſtigauit. Hoc ſi fecit, quid aliud ſuſpicari poſſumus, quàm ad vitandam Latinorum ac Victorij methodum, ab huius commodiore alioqui cyclo abſtinere maluiſſe, & Alexandrinorum, id eſt orthodoxum Paſcha præſcribentium, quamlibet deteriora inuenta prætuliſſe? Anonymus quidam in Præfatione, quam ad Bedæ Circulos ſcripſit, refert Dionyſium ad Cyrilli cyclum duos alios eiuſdem generis addidiſſe cyclos, qui ſunt anni cxc. & ad annum dccxxii vſque propagaſſe. Dionyſius verò Epiſtola i vnum ſe tantummodo cyclum annorum xcv poſt vltimum annum S. Cyrilli ſubieciſſe confirmat. At Beda complures alios circulos adiecit ad annum Chriſti mdxcv. C D

Cyclus porro Cyrilli nomine apud S. Iſidorum lib. vi Orig. deſcriptus legitur. Tum ex eodem Enneadecaëteridas duas Dionyſianis cyclis Beda ſubtexuit. Sed vtrobique menda ſunt plurima: dum imperiti homines quæ non intelligunt pro ſuo captu inſcitiáque caſtigant. Apud Iſidorum primus annus biſextilis ponitur: Paſcha Luna xx, Pridie Eid. Apr. Secundus annus vi Kal. April. Luna xvi exhibet Paſcha. Tertius xvi Kal. Mai, Luna xvii. Quartus Luna xx, vi Eid. Apr. Igitur primo anno litera Dominicalis fuit ED. Neomenia Paſchalis Martij xxiv. vbi nullus eſt aureus numerus. Fuit ergo Luna xxi, vt eſt apud Bedam. Anno ſecundo litera B. Neomenia xii Martij, aureo numero ii. Anno tertio, lit. A. Neomenia Martij xxxi, aureo numero iii. Quartus annus literam poſtulat G. Neomenia Martij xx, aureo numero iv. Apud Bedam ſecundus annus biſextilis eſt; primus verò communis. Hic litera præditus eſt D. Secundus literis C B. Tertius,

Tomo i. pag. 502.

A A. Quartus G. Apparet Iſidori diagramma deprauatum eſſe, & biſextum ad annum ſecundum oportere ſcribi, non ad primum. Anno CDXXXVII, quo cyclum ſuum Cyrillus orſus eſt, numerus aureus fuit I. anno ſequente II. cyclus verò Solis anno priore fuit XXVI, litera C: poſteriore XXVII, litera B. Quartus ergo tantummodo biſextilis fuit. Literarum Dominicalium ſeries in vtroque Laterculo exigere videtur, vti anno primo cyclus Solis XX cum litera D tribuatur. quod à Cyrilli deſcriptione plurimùm abhorret.

Iſidorus in fine cycli iſta ſubiunxit. A conditione mundi vſque ad hunc nouiſſimum cycli annum computantur anni VMDCCCCXX: poſt cuius expletionem ad primum annum recurrendum. Deductis de 5920 annis 95, reſtant 5825. ergo cyclus iniit anno 5826. de quibus rurſus ablatis 5199. (totidem enim ad Chriſtum ex Euſebij Chronico Latini numerabant: vt lib. IX cap. II diximus) ſuperſunt anni 627. Hic eſt annus, à quo cyclum annorum XCV Iſidorus inchoauit. quod ambo demonſtrant Solis, Lunæque cycli. Etenim primus annus illorum XCV, vt
B paulo antè demonſtratum eſt, habet cyclum Solis XX, Lunæ I. Ex iis ſecundum methodum libro VII, cap. IX traditam, conficitur annus Chriſti DCXXVII. in quod fere tempus Chronicon vtrumque terminauit Iſidorus. Nam Gotthorum Chronicon deſinit in Siſebuti mortem: qui obiit Era DCLXVI, hoc eſt anno Chriſti DCXXVIII. Generale verò Chronicon, quod eſt in calce libri V Originum, clauditur anno Heraclij XVII. vt erat in Manuſcripto codice Monaſterii S. Remigi Remenſis: cum in vulgatis codicibus ſcriptum ſit XXVII. Quod ſi verius eſt, cùm Heraclii annus XXVII inierit anno Chriſti DCXXXVI, ad hunc vſque chronicon illud propagatum fuerit, qui eſt Suuintilæ VI. Sanè Iſidorus in calce libri V Orig. ſcribit ſe ad Sumptiliani regis Gotthorum tempora ſuum prouexiſſe Chronicon. Sed appendix illa, quæ Imperatorum Laterculo ſubiicitur, mirè deprauata eſt. Perperam enim legitur. *Colligitur omne tempus ab exordio mundi vſque in præſentem annum decimum glorioſiſſimi principis, qui eſt Eraclius*, VMDCCCLVII. Abſurdè prorſus decimus hîc annus Heraclii poni-
C tur, cùm paulo ante XXVII, imò, vt emendauimus, XVII putauerit. Vetuſtiſſimæ membranæ tres, quibus cum librum illum contulimus, mirè in hac lacinia variant. In vno codice, qui erat inſignis Eccleſiæ Remenſis, inueni ſcriptum *annum decimum glorioſi Recenſuinthi principis, qui eſt Hera* DCXCVI, *A.* VDCCCLVII. In altero; *Recſuindi principis anno* X, *qui eſt Era* VDCLXXXX, *A.* VDCCCLIX. In tertio, qui erat Monaſterij S. Remigij, corruptum nomen eiuſdem Recinſuindi regis apparet. Item *Anno* X, *qui eſt æra* DCLXVI, *A.* VDCCCLVII. Ex quibus patet aſſutam hanc ab aliquo fuiſſe laciniam. Nam Receſſuindus Viſigotthorum rex obiit Era DCCX, id eſt anno Chriſti DCLXXII, Kal. Septemb. feria IV, vt eſt in Chronico Viſigotthorum, regnauit annos XXVIII, menſes III, dies XXII. Cœpit igitur anno Chriſti DCXLIV Iſidoro iam mortuo. Fortaſſis ita ſcripſit Iſidorus. *Colligitur omne tempus ab exordio mundi vſque in præſentem annum quintum glorioſi Sumptilani principis, qui eſt Era* DCLXXIV, VMDCCCXXXV. Sed ad Iſidori cyclum reuertor: quem deſiturum ait anno mundi VMDCCCCXX; nempe Chriſti DCCXXI, cyclo Lunæ XIX: *poſt cuius expletionem ad primum exordium recurrendum.* Perperam ſanè. Nam cyclus XCV anno-
D rum perpetuus eſſe non poteſt. Ex hoc tamen apparet nondum maiorem illum Victorij cyclum ab Orthodoxi Paſchatis fautoribus admiſſum: proindéque nec à Dionyſio. Qui cùm cyclum annorum XCV Cyrilliano iam deſinenti ſubiecerit, Iſidori cyclus viciſſim Dionyſianum ſuppleuit. Hic ab anno Chriſti DXXXII ad DCXXVI peruenit. Ille ab anno DCXXVII ad DCCXXI. Itaque tres illi cycli ſibi inuicem ſuccedunt. Cùm autem Anonymus ille Præfationis author, vt ſuprà dictum eſt, Dionyſium aſſerat binos ad exemplum Cyrilli compoſuiſſe cyclos, niſi opinione fallitur, & Iſidorus potiùs alterius author ſit, probabile eſt hunc ipſum cyclum Dionyſianum eſſe ſecundum. Quanquam miror Iſidorum nullam Dionyſij feciſſe mentionem.

At imperitus ille, qui Cyrilli nomine duas Enneadecaëteridas in Bedæ Tomum primum inferciit, videtur ex Iſidori cyclo ſumpſiſſe, & ad annum Incarnationis Dominicæ tertium accõmodaſſe. Quo facinore ſuam inſcitiam ad poſteros traduxit. Hoc ſi Cappellus animaduertiſſet, nequaquã ex iiſce duobus cyclis colligi pu- pag. 125.

taſſet, Dionyſium æram incarnationis in anno Iuliano quadrageſimo fixiſſe, hoc A eſt ſexennio toto ante communem. Quod ex ipſomet Dionyſio refellitur: qui ſe ab anno Diocletiani CCXLVIII cyclum ſuum cœpiſſe confirmat: hoc eſt ab anno Chriſti DXXXI, vti nos capite ſuperiori planum fecimus; cyclo Lunæ XIX, Solis VIII. Cui ſimilis eſt annus Iulianus XLIV, Per. Iul. 4712.

Antequam ab Dionyſiano iſto cyclo recedam; libet eiuſdem Dionyſij verba, quæ in Epiſtola prima leguntur, exponere. quæ tam in cuſis, quàm calamo ſcriptis codicibus vitioſè concepta ſunt. Ea nos lib. VI cap. X retulimus; & ex deprauata lectione ſententiam exculpere fruſtrà ſtuduimus. Nunc verò ex Mariano Scoto ad A. DXXVI ſic reſtituenda ſunt. *Tranſacto anno per Indictionem III, Lunam decimam-quartam nono Kalendarum Aprilium die, id eſt XXIV menſis Martij fuiſſe quis dubitet?* Scribebat iſta Dionyſius anno vulgari DXXVI, Indictione IV. Ideo annum decimum-quartum cycli decemnouennalis incipit à XV Paſchali anni antecedentis, qui fuit DXXV, Indictione III. quo XV incidit in IX Kal. Apr. à quo deinceps ad XIV anni DXXVI, id eſt Pridie Eidus Apr. computat. At in libris perperam B Indictio V pro III ſcriptum eſt. quod fraudi ſcilicet nobis tùm fuit.

De æra communi à Beda, Computiſque reliquis tradita, & hodierno vſu recepta. tùm de Græcorum opinione.

CAPVT IV.

QVIDNAM ex communi de anno Natali Computiſtarũ ſententia conſequens ſit, demonſtrat Laterculũ, quod nos capitis huius initio propoſuimus. Etenim ſi, vt oſtenſum eſt, Natalis Chriſti à Beda, & pleriſque coniectum eſt in annum primum exeuntem cõmunis æræ, quo Conſules fuere Auguſtus XIV, & Aimilius Paulus, Auguſti XLIV; (vt ab anno, qui cædem Cæſaris ſecutus eſt, illius imperium putetur.) primo item Olymp. CXCV; ex his omnibus concluditur, Chriſtum quando mortuus eſt Auguſtus, annos duodecim ſolidos cum menſibus octo circiter abſoluiſſe. Si quidem Auguſtus obiit anno Iuliano LIX, Conſulibus Sexto Pompeio, & Sexto Apuleio, qui eſt annus æræ Chriſtianæ quartus decimus. Proinde cùm ſub finem anni primi illius æræ natus à Dionyſio ponatur Dominus, ab hoc tempore ad Auguſti mortem haud plures interlapſi ſunt anni. Igitur anno quintodecimo Tiberij, quo baptizatus vulgò Chriſtus habetur; Coſſ. Geminis duobus, qui eſt annus LXXIV Iulianus iniens, Chriſti XXIX, annum ætatis XXVII abſoluerat, déque viceſimo octauo dies XIII delibauerat Chriſtus. At ex vera Dionyſij ſententia, quæ conſentanea eſt communibus ratiociniis, vno anno grandior erat, & viginti octo ſolidis expletis, nonum & viceſimum inchoabat. C

Tam manifeſtum ἄτοπον Annalium ſcriptores, & Chronologos omnes impulit, vt ab epocha illa Natiuitatis Dominicæ, in quam æræ communis epilogiſmi neceſſariis rationibus inducunt, conſtanter recederent. Neque enim repertus eſt è Latinis aliquis, qui Natalem Dominicum anno Vrbis conditæ DCCLIV, Iuliano XLVI, Olympiadis CXCV primo, Coſſ. Auguſto XIV, & Æmilio Paulo attribuendum putaret: quod ex Bedæ opinione ſequitur. ac ne antecedentem quidem in annum quiſpiam contulit, Coſſ. Lentulo & Piſone. quin omnes vno anno, vel biennio vulgarem epocham; Bedæ autem, biennio vel triennio anteuerterunt. Ac ne Dionyſius quidem ipſe, ſuam hac in parte ſententiam tenuit; neque Dionyſij aſſectator, & interpres Beda. Qui cùm ambo Chriſtum ætatis, æræque communis anno triceſimo quarto ineunte paſſum eſſe pronuncient, Tiberij XVIII, natalem ipſius in annum Iulianum XLIII conferant neceſſe eſt, Coſſ. Lentulo & Meſſalino: aut ſi anno ætatis triceſimo tertio inchoato paſſum arbitrentur; natum eundem oportet Iuliano XLIV, Auguſto XIII & Siluano Coſſ. Beda in Chron. anno tertio Olymp. CXCIV, Vrbis DCCLII natalem aſſignat. qui eſt annus poſterior, Auguſto XIII Conſule notatus, biennio ante natalem ab ipſo conſtitutum, vno ante vulgarem. quod deinceps ferè Chronologi & Computiſtæ ſecuti ſunt, Marianus Scotus, Sigebertus, & alij. D

A Ex recentioribus Onufrius, Perrerius, Ioannes Mariana lib. de die mortis Chriſti, c. XI idem ſentiunt. At Baronius in Annalibus, Coſſ. Lentulo & Meſſalino natum aſſerens Chriſtum biennio vulgarem natalem, triennio Bedæ natalem anticipauit. quod & pleriſque perſuaſit. Quamobrem duæ ſunt hodie ab Annalium Chronicorúmque conditoribus vſurpatæ ferè ſententiæ. Aut enim Coſſ. Lentulo & Meſſalino; aut Auguſto XIII ac Siluano Chriſtum Dominum ortum eſſe defendunt. At qui poſt Bedam aliquot abhinc ſæculis Chronica ſcripſere, damnata Dionyſij methodo, natalem Domini XXII annis, aut XXI anticipandum eſſe putarunt. Ita Sigebertus ad annum DXXXII, & MLXXVI; Marianus Scotus ad annum DXXXII: Matthæus Paris ad annum MLXXVI. Denique peruagata inter iſtorum temporum Chronologos opinio fuit; Dionyſium XXII annis tardius Natalem Chriſti poſuiſſe. Sic enim ratiocinari ſolebant: Chriſtum XXV Martij feria VI paſſum eſſe, reſurrexiſſe Martij XXVII feria I. Anni in toto cyclo Dionyſiano tres omninò characteres illos habent. Nam lunarem cyclum oportet eſſe XIII, literam verò Dominicalem B. quod in annis cycli contingit XIII, vel CCLX, vel CCCCL, qui ſunt anni Chriſti XII, CCLIX, CCCCXLIX. Cyclus enim vno anno Chriſtianam præcedit
B æram. Quocirca cùm reliqui duo anni nimium remoti ſint, annum Chriſti XII elegerunt, in quem Paſſionem conferrent, cyclo Lunæ XIII, Solis XXI, litera CB. Hoc igitur (inquiunt) anno includenda fuit Paſſio; atque adeo ante XXXIII annos ab eodem anno Natalis Chriſti putandus, ac communis æræ collocandum initium. Annus primus æræ vulgaris eſt Iulianus XLVI; duodecimus verò, eſt Iulianus LVII. Si triceſimo quarto anno ante duodecimum communis æræ natus eſt Chriſtus, id acciderit anno Iuliano XXIV, Auguſti XXII. Vnde mortuus erit Chriſtus tertio anno ante obitum Auguſti, contra Euangelij fidem. Barbara eſt igitur, & à communi ſenſu alieniſſima tot ſæculorum iſta perſuaſio.

Quanquam in iſta Chronologiæ fæce tantum reſediſſe falſitatis minus admiror. illud maiorem in modum obſtupeſco, idem à Paulo Foroſempronienſi viro pererudito, & Mathematicarum artium peritiſſimo; hiſtoriæ verò, quàm illi erant, intelligentiore, probatum aliquando, & longiſſima diſputatione, ac variis argumen-
C tationibus adſtructum lib. X, Partis II. quod commentum vſqueadeo placuit homini, vt id ſe per ſomnium à Paulo Apoſtolo dediciſſe finxerit, aut vigilans ſomniarit. Sic enim refert; poſtquam diu multúmq; ſe in illa quæſtione verſaſſet; quòd non dubitaret quin Chriſtus Martij XXV, feria VI mortem obiiſſet, tandem poſt longam vigiliam affuiſſe ſibi Paulum Apoſtolum, & Chronologorum omnium errorem indicaſſe, qui in annorum ſerie duos & viginti prætermiſſent: ita vt qui duodecimus Chriſti cenſetur annus, is XXXIV numerari debeat. Hanc verò labem temporum, annorúmque iacturam inde eſſe conflatam, quod trium pontificum anni, Cleti, Marci, & Marcelli ab Euſebio prætermiſſi ſunt, quorum anni collecti ſummam illam conficiunt. Quod vbi variis, vti dictum eſt, argumentis efficere conatus eſt, ſubinde tamen in ſequentibus libris, maximéque XIII, contempta reuelatione, & Apoſtoli tanti authoritate ſuſque deque habita, ſententiam mutat, & communem æram non μεταχρονισμῷ XXII annorum, ſed biennij προχρονισμῷ peccare defendit: vt nimirum anno Iuliano XLVII, Nepote & Varo Coſſ.
D natus ſit Chriſtus. Meritò itaque Baronius ad annum Chriſti XXXIV, Pauli Foroſempr. ſomnium iſtud illuſit. ac ridiculè Caſaubonus Exercit. XVI Annalium conditorem accuſat, quod temerè diuinæ illi reuelationi fidem abrogarit. Hoc verò in tam acri Baronij cenſore non vulgari animaduerſione dignum. Iam altera Foroſempronienſis opinio de biennij προχρονισμῷ in æra vulgari, neque veris firmamentis innititur, & hiſtoriæ penitus aduerſatur. Auguſtum dicit eo mortuum anno, quo Solis eclipſis illa contigit, quam in Chronico memorat Euſebius, & ad annum Chriſti XV, Auguſti LVI adſcribit. Sanè inter prodigia, quibus Auguſti ſignificata mors eſt, Dio lib. LVI Solis defectionem refert. Atqui incidit illa in annum æræ communis XVII, Februarij XV, hora ferè meridiana, Sole in Aquarij gradu 26 poſito. Igitur Auguſtus anno Chriſti XVII moritur, non, vt Euſebius ait, XV. Proinde biennio Dionyſij computus aberrauit. Verùm ſi anno æræ Dionyſianæ XVII mors Auguſti ponenda ſit, non duobus annis, ſed tribus illam Dionyſius anticipauit. quoniam, vt è ſuperioribus patet, anno XIV æræ communis,

Iulianus annus LIX, & duorum Sextorum Conſulatus competit. Iccirco Tiberij A anno tertio Solis illa defectio congruit. Quod enim Luna ſub Auguſti mortem defecerit, adeóque Coſſ. iis, quos modò numeraui, Tacitus lib. I Ann. euidentiſſimè demonſtrat. Nimirum quo anno mortuus eſt Auguſtus, Sex. Pompeium, & Sex. Apuleium Coſſ. fuiſſe, quos & in verba Tiberij primos iuraſſe ſcribit. Tùm Lunam iiſdem illis Coſſ. poſt mortem Auguſti defeciſſe; proximè ante annum illum, quo Druſus, & Norbanus Conſulatũ inierunt. Quin & inſequentium Imperatorũ tempora, Caij, Claudij, Neronis, & aliorum, partim Romanorum Annalium fide, partim cœleſtium obſeruationum authoritate munita, obitum Auguſti vltra quartumdecimum æræ vulgaris annum moueri, nedum ad quartum ab hinc produci, nullo modo patitur; vt de Herodis imperio, reliquiſque ad idem tempus adiunctis modò ſileam.

Græcorum opinio de natali Chriſti.

At Græci dum ad annales ſuos computos, & id genus alia nimium attenti ſunt, Natalem Dominicum vltra biennium etiam ad annos ſeptem vel octo prorogant: vt ex iis apparet, quæ lib. IX capite de Græcorum Computis diximus. Nam qui B anno mundi 5500 natalem Chriſti tribuunt, annis VII communem æram, ac Dionyſianam morantur: qui in annum 5501 conferunt, annis octo. Itaque cùm annos ab Incarnatione, vel natiuitate Chriſti computant, ſeptem vel octo minus colligunt, quàm vulgò à noſtris fieri ſolet: vt ex Theophane, Maximo, Cedreno, & aliis libro IX demonſtrauimus. Chronicon Alexandrinum, quod anno mundi 5507 Chriſti conſignat ortum, biennio ferè communem æram anticipat. Quan- pag. 463. quam fœdè omnia permiſcet, & annos duos in vnum confundit. Etenim 5506 annum, quo Zachariæ Angelus adſtitit, & Ioannis ortum nunciauit, certis cha- pap. 472 & 478. racteribus deſignat. Ait Indictionem fuiſſe XIV; & Lunam ſecundam Kalendis Septemb. feria VII. Anno verò ſequenti 5507 Martij XXV ſcribit Lunam fuiſſe decimam, feriam autem II Iunij 24. Ex prioris anni Indictione cognoſcimus quintum illum ante communis æræ primum fuiſſe; nimirum in Periodo Iuliana 4709: quo Indictio erat XIV, Cyclus Lunæ XVI. Ideo Kal. Septembris Luna Nicæna prima, non ſecunda fuit. Sed hoc diſcrimen leue ſit; vt propterea ab anno Per. Iul. 4709 Conſtantinopolitanus ille 5506 non ſit abiudicandus; cui Indictio maximè ſuffra- C gatur: quid cyclo Solis faciemus? Si enim Kal. Sept. feria fuit VII; literam oportet extitiſſe G, cyclum Solis VI. Ergo & annum Per. Iul. 4710, non 4709, quem Indictio, & propemodum Lunæ cyclus adſtruebat. Rurſus anno ſequenti ſi Martij XXV Luna fuit X, cum feria II Iunij 24, neceſſe eſt cyclum Lunæ fuiſſe XVIII; literam autem F, hoc eſt cyclum Solis VII. Fuit ergo Periodi Iulianæ annus 4711. Sed ſi anno præcedente Luna Kalendis Septembris ſecunda fuit; inſequens annus XXV Martij decimam lunam habere quî potuit? Nam dies ſunt à Kal. Septemb. ad XXV Martij, 206. addito vno, propterea quod ſecunda Luna in Kalendas inciderat; & ſumma per 59 diuiſa, ſuperſunt 30. Quare ſyzygiæ integræ ſunt ſe- pag. 480. ptem. Non igitur Luna decima in Martij XXV incurrit. Sic etiam natali die Chriſti, qui eodem, quo natus eſt Ioannes, anno contigit, feriam IV fuiſſe diſputat. Ergo litera F: adeóque annus erat 4711 Per. Iul. & proximè antecedens 4710, non 4709.

Maximus verò Monachus eundem annum charactere ſaltem indicat. Scribit enim, quo anno Zachariæ nunciatus eſt Ioannis ortus, viceſimo ſeptimo Septembris fuiſſe feriam V. Proinde litera G, hoc eſt cyclus Solis VI, & annus Pe- D riodi Iulianæ 4710. Itaque Chriſtus anno ſequenti natus eſt, Periodi Iulianæ 4711. quo & Ioannes antè, Iunij XXIV, feria II in lucem erat editus. Vide caput illud Maximi quo de anno natali Chriſti diſputat. Sanè Clemens Alexand. lib. I Strom. non alium annum ſignificare videtur, cùm ἀπὸ τῆς γεννήσεως Chriſti ad obitum Commodi annos putat CXCIV. Mortuus eſt autem Commodus anno æræ communis CXCII. Biennio itaque Clemens anteuertit. At tametſi Græci poſteriores, qui Chriſtum anno 5500, vel 5501 natum volunt, characteribus ſuis annum illum Incarnationis, & natalis deſignent, qui eſt Per. Iul. 4711, & biennio communem æram præcedit: nihilominus alium ſibi reipſa, & oratione ſua præſcribunt; nimirum communis æræ ſeptimum vel octauum, ad quem falsò characteres illos accommodant. Etenim ſeptem, vel octo annis Chriſtianam æram decurtant. Ita Maximus annum Chriſti 640, in quem XXXI Heraclii incidit, numerat

ab

A ab Incarnatione Chriſti 633. Quare anno æræ communis VII natalem Saluatoris affingit. Quod & ex Theophane, ac Georgio Monacho licet colligere: qui totidem annis vulgarem epocham morantur. Vnus Panodorus illum ipſum, qui vulgò ſtatuitur, Natalis annum imprudens conſtituit. Si quidem annus 5493, quo natum Chriſtum aſſeruit, reſpondet anno æræ Chriſtianæ primo, ſi à Septembri antecedente ſumatur initium. ſed eò, niſi me coniectura fallit, non tam ipſum annorum ratiocinia redegerunt, quàm cycli lunaris Alexandrini commoditas: vti libro primo definitum eſt.

Quod ipſum de altero computo, qui natalem Chriſti anno exhibet 5509, ibidem adſtruximus, vt nihil nouis coniecturis opus ſit, cur Antiocheni, vel qui poſteriorem hanc æram amplexi ſunt, annos octo ſolidos ad antiquam illam Africani, quæ eſt 5500 ad Chriſtum annorum, adiecerint. Neque enim probantur illa nobis, quæ ab erudito viro ſuper ea re diſputantur: cùm noſtra illa ratio ſimpliciſſima ſit, &, vt puto, veriſſima. Theophanem in annis ab Incarnatione putandis B imitatus eſt, vel potiùs expreſſit interpretando Paulus Diaconus in Miſcella. vt cùm annum illum, quo Heraclius in Africa ſalutatus eſt Imperator, numerat ab Incarnatione DCII; qui eſt Dionyſianus DCX. Illi itaque octo fere annis Chriſti epocham tardius reddunt. Antiquiores autem Græci vno, & altero anno præuertunt. Sic Euſebius anno Abrami 2015 Chriſti ortum imputans duobus annis communem epocham antecedit. Nam cùm ex perpetua methodo ad Euſebianos annos 2696 addenda ſint, vt annum Iulianæ Periodi conſequamur, in quo annus Euſebianus incipit; adiectis annis 2696 ad 2015, conſiunt 4711. Ita anno exeunte 4711 natus erit Chriſtus; vel ineunte 4712, ſi quidem ſexto Ianuarij natum fuiſſe velit.

Igitur Græcorum poſteriorum epilogiſmi nimium diſtant à vero. Vetuſtiores Græci, vt & Latini, propiùs acceſſerunt; præſertim qui Dionyſij conflictu & ἀντιμαχίᾳ cognita, aliis, quàm ille, Conſulibus natum Chriſtum eſſe dixerunt; neque dubitarunt biennio, vel triennio ante conſtitutum ab illo tempus, Natalis epocham defigere. vti Onufrius, Perrerius, Iamſenius, tum verò Baronius, ac cæteri C deinceps omnes inſtituerunt. Sed in eorum pleriſque vnum illud erat optandum, vt de annis Chriſti æráque communi ſententiam ſuam clarius exponerent, neque aliud apertè, ac disertè profiterentur; aliud è verbis ſuis, & ἀκολουθίᾳ doctrinæ colligendum relinquerent. Neque enim conſtituti à ſe Chriſti natalis, & Dionyſiani, vel communis diſcrimen animaduerterunt, aut id certè ſignificarunt. quin ita ſunt in omni annorum ac temporum deſcriptione verſati, vt vtrumque promiſcuè haberent; ex quo multa in illorum Chronicis haud ſatis explicata reperiuntur, quæ vna illa diſcriminis obſeruatione vindicari poſſunt. Vt enim vno alteróve id exemplo monſtretur; annus ille Chriſti decimus quartus, quo mortuum Auguſtum tot argumenta conuincunt, in Onufrii, Perrerii, aliorúmque ſecta quintus decimus putatur; in aliorum Annalibus, ſextusdecimus. Item annus quintus Claudii Cæſaris, quo Kalendis Auguſti Luna defecit, reuera Chriſti annus eſt XLV, Onufrio, XLVI: aliis XLVII. Reliqua taceo, quæ ſunt generis eiuſdem. Pauci cùm in vulgari, aut Dionyſiano natali μεταχρονισμὸν illum deprehendiſſent, annum alium, quo reuera natus eſt Chriſtus, ab eo diſtinxerunt, in D quem communis æra natalem Chriſti coniicit. Ita conflictum labémque ſuorum Annalium vitarunt. Quod vt Scriptores deinceps omnes Chronicorum, & Annalium faciant, conſultum putauerim. Nam & vulgaris illa, quam tenemus, æra conſeruanda eſt; quæ præteritarum rerum memoriam vſu iam inueterata continet; & vndecumque ducatur, nihil ad veritatis fidem intereſt.

Quam porro ſunt inſulſi, qui ex eâdem ærâ Catholicis partibus inuidiam faciunt; & erraſſe, quod dictu nefas eſt, Eccleſiam eo ipſo prædicant, quod pauciores, quàm reuera fluxiſſe iudicant, annos ab ortu Chriſti, vel Incarnatione numeret! Verùm ita communes illos calculos popularis vſus admittit, vt ad eorum inquiſitionem, maieſtatem, grauitatémque ſuam Eccleſia non demittat. Quemadmodum in annis ab orbe condito putandis cùm tam diuerſæ & olim fuerint, & hodiéque ſint ſententiæ, vnam atque certam ſibi ſummam annorum Eccleſia præſcripſit, quæ quotannis, cùm Martyrologium recitatur, natali ipſo Dominico in

Chriſtianis cœtibus auditur. *Anno*, inquit, *à creatione mundi quinquies milleſimo cen-* A
teſimo nonageſimo nono: à diluuio verò anno bis milleſimo nongenteſimo qninquageſimo ſepti-
mo &c. *Ieſus Chriſtus in Bethleem Iudæ naſcitur ex Maria virgine factus homo.* Hic ſe-
ptuaginta ſeniorum epilogiſmos Eccleſia ſequitur: quod & teſtatur Auguſtinus lib.
xv de Ciuit. Dei cap. xi. Quin & Acta Conciliorum generalium ſummam ean-
dem exhibent; adeóque Patres omnes, & Scriptores, qui ad patrum noſtrorum
memoriam fere vixerunt, vti Baronius in Annotat. ad Martyrol. Romanum,
Decembris xxv demonſtrat. Et tamen nullus eſt hodie, qui Annales, aut hiſto-
riam attingat, quin & Hebrica ratiocinia potiùs amplectatur; & illam ipſam, quam
tot ſæculorum conſenſus approbauit, computandi rationem non vt falſam, vi-
tioſámque condemnet. Vt igitur in illa, quam diximus, annorum ab orbis initio
ſumma ſi quis calumniari, & Eccleſiam accuſare velit, nihil aliud ei præſcribi-
mus, niſi id Eccleſiam minimè curare, quot ante Chriſtum annis reipſa ſit mun-
dus à Deo conditus; neque iudicium ſuum ad eas tricas & minutias diſceptandas
interponere: cæterum hoc annorum computo, qui vulgo receptus ſit, eſſe conten- B
tam. ſic aduerſus Hæreticos, & reprehenſores illos in hac, qua de agimus, quæ-
ſtione iuſtiſſimam defenſionem opponimus: annos ab ortu, & incarnatione Chriſti
totidem Eccleſiam ſubducere, quot vulgo numerantur; nec ad rem pertinere,
plures reuera an pauciores interceſſerint, cùm, vtcumque res habeat, ab Incar-
natione, vel natiuitate Chriſti, hoc eſt poſt incarnationem, & natiuitatem, ex
omnium fere conſenſu, primus illius annus proceſſerit; quod ad eius verita-
tem ſatis eſt. Paulus verò Foroſempronienſis lib. xiii, cap. vi, poſtquam Diony-
ſianam æram biennio vitioſam eſſe docuit, id ſibi obiicit; ex eo ſequi Eccleſiam,
ſummóſque Pontifices in bullis ac reſcriptis ſuis errare: Tùm ita reſpondet; Ec-
cleſiam hac temporum dinumeratione vti quidem; ſed minimè probare: ac ſi quis
eſt error, eum Dionyſio, non Eccleſiæ tribuendum. Neque verò perpetuam hanc
numerandi conſuetudinem fuiſſe: ſed ante paucos annos, authore Blondo Foro-
liuienſi, qui Pontificij Collegij à ſecretis notarius erat, admiſſam Eugenio iv Pon- C
tifice; cùm hactenus ſoli Pontificum anni in literis adſcriberentur. Addit inſu-
per, Dionyſium ipſum Exiguum æræ conditorem errore ſuo agnito *verecundia*
confuſum, vt ſcribit Sigebertus, *frontem ſibi pudoris cauterio exuſſiſſe.* Sed de æræ Dio-
nyſianæ criminatione paulo pòſt. Nunc quod firmamentum ſit opinionis vtriuſ-
que, quæ biennio, vel vnico duntaxat anno natalem Domini verum populari at-
que trito priorem eſſe decernit, accuratius exploremus: ſimúlque vehementes il-
los communis æræ reprehenſores oſtendámus nihilo certiora nobis attuliſſe.

Expenditur Lucæ locus, ex quo ætas Chriſti colligitur: cuius germana inter-pretatio traditur, reiecta ea quam plerique tribuunt.

CAPVT V.

QVOD vnicum Natalis anni conſtituendi præſidium & argumen-
tum eſſe diximus, teſtimonium illud Lucæ, quo Chriſtum refert, D
cùm ad baptiſmum adiit, ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα, *quaſi annorum tri-*
ginta fuiſſe, nemo non ad ſe trahere, ac ſuam inde ſententiam
approbare ſtuduit. Sed qui odioſiùs, & impotentiùs Scaligero, Cal-
uiſio, ac toto illo grege fecerit inuenias neminem. Qui quod biennio ante vul-
garem natalem ortum eſſe Dominum exiſtimant, tolerari à nobis poſſunt. Id
enim magnis quoque viris, imprimiſque Baronio placuiſſe paulo antè vidimus.
qui Coſſ. Lentulo & Marcellino, adeóque biennio ante Coſſ. illos, quibus æra
communis Natalem illigat, ortum eſſe Chriſtum aſſeuerat. Sed cùm iſtud ipſum è
Lucæ verbis apertè ac neceſſariò colligi putant, eúmque, qui aliter interpretetur,
conuiciis ac malis dictis onerant, id eos omnes, ipſúmque præſertim vt opinio-
nis iſtius aſſerendæ, ſic alienæ nimis acriter vexandæ ducem Scaligerum iniquè fa-
cere, & in Lucæ oratione declaranda plurimum hallucinari, hoc in capite con-
uincam.

A Sed Scaligerum ante omnia diſputantem audiamus. Chriſtum triginta annis ætatis abſolutis, & triceſimo primo ineunte baptizatum à Ioanne colligit ex Luca. Nam triginta annorum is demum dicitur, qui triceſimum abſoluit annum. Sic Iuriſconſulti anniculum vocant, cui iam incipit exire annus abſolutus, L. Anniculus, de verborum ſignif. Sic Auguſtus in Indice rerum ſuarum ſcribit anno viceſimo ætatis ſuæ, ſe fuiſſe annorum vndeuiginti. Si annorum vndeuiginti eſt, cui annus viceſimus currit: ergo annorum triginta eſt, cui triceſimus primus iniuit. Aduerſus hæc manifeſta reſponſio eſt. Non enim Ieſum ait fuiſſe τριάκοντα ἐτῶν, ſed ὡσεὶ τριάκοντα, *quaſi triginta.* Vt igitur quaſi anniculus non eſt anniculus, ita neque quaſi triginta annos natus, idem eſt ac triginta annos natus. De particulæ igitur ὡσεὶ vera propriáque notione tota contentio eſt. de qua pergit idem Scaliger. Imprimis notat ſcriptum eſſe, ὢν ὡσεὶ τριάκοντα ἐτῶν ἀρχόμενος, ex quo ſequitur τὸ ὡσεὶ non eſſe dubitandi particulam. Quamuis enim proba locutio eſt: Ego ſum circiter triginta annorum, & Græcè, ἐγώ εἰμι μικροῦ

B δεῖ τριάκοντα ἐτῶν: non tamen dicitur: Ego incipio eſſe circiter annorum triginta. Nam *circiter*, & μικροῦ δεῖ, eſt indefinitum: τὸ ἄρχεσθαι definitum. Quare ὡσεὶ non poteſt eſſe ἀπορητικὸν, ne duo contraria iungantur; ſed ἀληθινόν. quale eſt illud Ioannis primo, δόξαν ὡς μονογενοῦς, *quaſi Vnigeniti à Patre.* Ad hæc; *quis Græciſmus hoc patitur?* ἐγὼ ἄρχομαι τριάκοντα ἐτῶν, *pro* ἄρχομαι τοῦ τριακοστοῦ ἔτους. Ιησοῦς ὢν τριάκοντα ἐτῶν *toto anno triceſimo primo.* Sed abſoluto triceſimo ſtatim dicebatur ἄρχεσθαι ὢν τριάκοντα ἐτῶν. Non enim *intelligunt participium* ὢν *tacitum, quod omiſſum eſt, ne repeteretur.* ὢν ἀρχόμενος, *id eſt* ἤρχετο. *Ergo hæc ſunt perinde ac ſi ita concepta fuiſſent:* ἤρχετο Ιησοῦς ὢν τριάκοτα ἐτῶν, ὢν, ὡς ἐνομίζετο, υἱὸς Ιωσήφ. *Nam* τὸ ἀρχόμενος *non poteſt eſſe ſine ipſo,* ὢν. Hæc Scaliger. quibus abſurda, & ridicula interpretatio continetur. quaſi id Lucas voluerit: ὢν ἀρχόμενος ὢν ὡσεὶ τριάκοντα ἐτῶν. Quis ſic aliquando locutus eſt? ἐγώ εἰμι ἀρχόμενος ὢν, pro ἐγὼ ἄρχομαι ὤν. Duo illa participia ad idem relata verbum, nec non ſubſtantiuum ipſum verbum cum participio ſuo copulatum, inconcinnam, & abſonam locutionem faciunt.

Nam quod ad particulam ὡσεὶ pertinet, tam Scaliger ipſe, quàm alij quidam Quæ vis ſit particulæ ὡσεί.

C haud mediocriter falluntur, cùm ἀπορητικῶς, vel ἐνδοιαστικῶς negant in illis Lucæ verbis accipi; ſed ἀληθινῶς: & ſimilem Ioannis locum eſſe putant, vbi ſcriptum eſt: *gloriam, quaſi vnigeniti à patre.* Verùm triplex à nobis obſeruata eſt voculationis ὡσεὶ poteſtas, & notio. Prima cùm ἐνδοιαστικῶς, *dubitatiuè*, ſumitur. Vt Lucæ XXII, 41. καὶ αὐτὸς ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολήν: & ipſe *auulſus eſt ab eis, quaſi iactu lapidis.* Item cap. I, 56. καὶ ἔμεινε Μαριὰμ σὺν αὐτῇ ὡσεὶ μῆνας τρεῖς. *Manſit autem Maria cum illa quaſi menſibus tribus.* Rabbini כף השיעור *Caph coniecturæ.* Secundò συγκριτικῶς, *comparatiuè* ponitur. Lucæ III, 22. καὶ καταβῆναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον σωματικῷ εἴδει, ὡσεὶ περιστερὰν. *Et deſcendit Spiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum.* Tertiò αἰτιολογικῶς, *cauſatiuè*, ſiue ἐμφατικῶς, quando cauſam continet, propter quam id quod refertur accidit. Sic Odyſſ. ξ.

> Επλέομεν Βορέῃ ἀνέμῳ ἀκραέϊ καλῷ
> Ρηϊδίως, ὡσεί τε κατὰ ῥόον.
> *Nauigabamus proſpero vſi, & fauente Borea*
> *Facillimè, vtpote ſecundo fluctu.*

D Cauſa facilis & expeditæ nauigationis in ὡσεὶ vocabulo ineſt, nempe quod ſecundo mari vela faceret, ὡς ἐν ὕδατι κάτω ῥέοντι, καὶ οὐ στατῷ κατ' ἰσότητα ἐπιφανείας: *vtpote in mari vergente, & in inferiora fluente, non ſtabili ob æqualem ſuperficiem.* Quanquam in hac tertia ſignificatione ſoli propemodum Poëtæ particulam adhibent ὡσεὶ: reliqui frequentius ὡς vtuntur. at ὡσεὶ vt plurimum eſt *circiter, ferè.* Itaque Ioannis I δόξαν ὡς μονογενοῦς, dixit, non ὡσεί. & illud ipſum ἐμφατικὸν eſt, & αἰτιολογικόν. Cur enim in tanta gloria conſpectus fuerit, cauſa hæc eſt, quod vnigenitus ſit Patris filius.

Hinc apparet nihil ad rem facere Ioannis locum illum, vt exemplo aliquo demonſtretur, τὸ ὡσεὶ non ἐνδοιαστικῶς apud Lucam accipi. Nam nec ὡσεὶ apud Ioannem ſcriptum eſt; neque ἔμφασιν vllam, aut αἰτιολογίαν in Lucæ verbis obtinet; vt certiſſimum ſit idem hîc eſſe, atque *plus minus*, vel *circiter.* Sanè Lucæ verba non aliter vetuſtiſſimi Patres acceperunt: vt Iuſtinus Dialogo cum Tryphone, καὶ τριά-

p. 92. edit. Rob. Steph.

κοντα ἔτη, ἢ πλείονα, ἢ καὶ ἐλάσσονα μείνας, μέχρις οὗ προελήλυθεν Ἰωάννης κῆρυξ αὐτοῦ. *Et triginta plus minus annis manens, donec prodiit Ioannes ipſius præco.* Irenæus quoque lib. II, cap. XXXIX Chriſtum baptiſmi tempore nondum ætatis annum triceſimum expleuiſſe ſcribit. Clemens Alex. Strom. I, Chriſtum abſoluto XXIX, & ineunte XXX baptizatum aſſerit, ac vertente triceſimo mortem obiiſſe. quod omnes illi ſecuti ſunt, qui Chriſti κήρυγμα vno anno definierunt.

Iuſtini locus exponitur.

Vnus Ignatij locus opponi ſolet, ex Epiſt. ad Trall. in quo vis eſſe magna creditur. καὶ τρεῖς δεκάδας, inquit, ἐτῶν πολιτευσάμενος ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου. *Et tres annorum decurias cùm vixiſſet, baptizatus eſt à Ioanne.* Verùm an plus eſt dicere, ἐπολιτεύσατο τρεῖς δεκάδας, quàm ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτώ: *impleti ſunt dies octo*? Lucas enim cap. II, 21, poſtquam conſummati ſunt dies octo, circumciſum eſſe Chriſtum refert; quod octauo ipſo die factum, nullus ignorat. Rurſus Lucæ cap. IX, 28, Ἐγένετο δὲ μετὰ τοὺς λόγους τούτους ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτώ: *Factum eſt autem poſt hæc verba ferè dies octo.* De Transfiguratione loquitur, quæ poſt octo ferè dies contigit ab eo ſermone, quem inſtituit. Matthæus cap. XVII, 1: & Marcus IX, 2; ſpatium ita deſcribunt: καὶ μεθ' ἡμέρας ἕξ. *Et poſt ſex dies.* Vide quæ vis ſit voculationis ὡσεὶ, vtque ἀπορητικὸν ſit, non ἀληθινόν. Si igitur octo dies numerare ſalua veritate licuit, cùm ſex duntaxat intercederent ſolidi; ſi poſt octo dies factum quippiam ab Euangeliſta refertur, quod octauo ipſo contigit; cur cùm idem Euangeliſta quaſi annorum triginta fuiſſe Chriſtum refert, vertentem nos annum triceſimum egiſſe neceſſariò, non inchoaſſe fatebimur? Vis eſt iſta quidem; præſertim cùm particula *quaſi* non integram illam eſſe ſummam euidenter oſtendat.

Quid ſit ἄρχεσθαι in Lucæ verbis.

De participio ἀρχόμενος, quod Scaliger cum 1 altero participio ſubſtantiuo ὢν copulat; longè aliter iudico. Eſt enim inſolens, & incondita conſtructio iis in verbis, καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος ὢν, ſi ἀρχόμενος ad ὢν referas. Quanto rectiùs ὢν cum ſequentibus coniungitur? ὢν, ὡς ἐνομίζετο, υἱὸς Ἰωσήφ. Præterea τὸ ἀρχόμενος, *incipiens*, de initio prædicationis accipiendum eſt. Etenim cùm ὡσεὶ, *quaſi* dubitandi particula ſit, idémque ac plus minus; nemo eam locutionem probet: *Incipiebat eſſe Ieſus* plus minus annorum triginta: cùm tam ὡσεὶ, quàm ἀρχόμενος, infinitam neque certam ſignificationem efficiant. Igitur ἀρχόμενος incipiens in apertum lucémque prodire Chriſtus erat; quaſi XXX annorum, hoc eſt paululum aut excedebat triceſimum, aut ad eum accedebat. Sic Actorum cap. 1, 22, ἐν ᾧ εἰσῆλθε, καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς ὁ κύριος Ἰησοῦς ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου. *In omni tempore, quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Ieſus incipiens à baptiſmate Ioannis.* Item cap. X, 37, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας μετὰ τὸ βάπτισμα: *Incipiens à Galilæa poſt baptiſmum.* Verbum itaque ἄρχεσθαι, & ἀρχόμενος ad initium prædicationis pertinet. quam ſententiam meritò aliis omnibus anteponit Cornelius Iamſenius eruditus Euangeliorum interpres.

Ex iis, niſi me fallit ſententia, liquidò conſtat, ex illo Lucæ loco non poſſe de ætate Chriſti Domini, cùm ad Ioannem adiit, certi aliquid erui; imò verò probabilius eſſe, infra trigeſimum, aut paulò ſuprà tum fuiſſe, quàm præciſè triceſimum abſoluiſſe. Accedit quod, vt triceſimus annus definitus ab Euangeliſta putetur, non ideo tamen de ætate ipſa, aut Natali anno Domini concludi poſſit. Non enim aliter negotium conficitur, quàm ſi decimo quinto anno Tiberij baptizatum arbitremur: quod quidem ex Lucæ oratione neceſſariò non ſequitur. Quippe anno decimo quinto Tiberij Ioannem duntaxat prodiiſſe ſcribit. At neſcimus quantum inter initium prædicationis Ioannis, & baptiſmum Chriſti tempus interceſſerit. Vnde poſtulatum id eſt, non probatum, anno ipſo Tiberij XV baptizatum eſſe Chriſtum. Denique quis ariolari poſſit, vtrum Lucas annorum Tiberij primordium ab ipſo Iuliano menſe, quo imperium iniit, an ab antecedente Niſan, vel autumno, vt Antiochenis mos erat, inchoarit? Hæc ſunt quæ prudentem hominem aſſenſum ſuum alterutram in partem præcipitare prohibent, fateríque cogant, coniecturis tantummodo probabilibus, non certis argumentis eos inniti, qui baptiſmum Chriſti certo anno hactenus circunſcribunt.

A

Conſtituitur probabilis epocha Dominici Natalis. refellitur noua quædam de eo ſententia. Annum immutari quid ſit.

Capvt VI.

Hactenvs vno alteróve anno communem Chriſti natalem; vno verò amplius Dionyſianum anticipandum eſſe, qui ambos reſpuerunt arbitrati ſunt. Baronius enim, nec non Scaliger, ante duos annos, quàm natus vulgò credatur, ortum Chriſti collocarunt; alij vno anno duntaxat anteuertunt, vt Onufrius, & Perrerius. Sed alia quædam ante hos viginti circiter annos moueri cœpta diſputatio eſt, quæ biennio vltra Baronianum annum, aut certe triennio, promouendum Chriſti natalem eſ-
B ſe contendit. Primus omnium in eam quæſtionem ingreſſus eſt ὁ μακαρίτης Dekerius noſter, vir pius, & antiquitatis hiſtoricæ ſolertiſſimus indagator; qui Auguſto XII, & L. Cornelio Sulla Coſſ. anno Vrbis conditæ DCCXLIX, Iuliano XLI natum eſſe Chriſtum docuit. cuius ſententiam poſtea Keplerus amplexus, vnum ei adiecit annum; & Iuliano XL, Lælio Balbo, & Antiſtio Vetere Coſſ. Chriſti ortum attribuit. Eius conſtituendæ rationis occaſionem vtriſque Ioſephi, Dionis, & aliorum Hiſtoricorum diligenter explorata, & inter ſe collata monimenta præbuerunt. Neque verò ſingula, quibus ſuum illi dogma tuentur, argumenta complectar. præcipua duntaxat attingam: vt de nouo illo doctorum hominum inuento quid ſibi ſtatuendum ſit, prudens Lector non præiudicata ſententia, nec ἀλόγῳ quadam ὁρμῇ, ſed certo iudicio, ac libratis argumentorum omnium momentis, apud ſe cogitet. Quod ſecus à nonnullis inſtitutum animaduertimus; qui ne illa ipſa quidem, quam damnabant, intellecta ſententia, neque cauſa cognita, grauiſſimis eam decretis, atrociſſimíſque fixerunt.

C Quòd igitur biennio ſaltem ante Lentuli, & Meſſalini Conſulatum naſci Chriſtum oportuerit, inde concludunt, quòd certum ſit Herode ſuperſtite id accidiſſe. Atqui mortuus eſt Herodes anno Iuliano XLII, vt ex Ioſepho, & Dione colligitur. Nam Ioſephus Herodem duplex initium habuiſſe ſcribit; alterum anno Iuliano ſexto, Domitio Caluino, Aſinio Pollione Coſſ. alterum anno Iuliano nono, Agrippa, & Caninio Gallo Coſſ. quando capta ſunt Ieroſolyma, opitulante Soſio, & Antigonus occiſus. Porro à primo initio ſeptem & triginta; à poſteriore, triginta quatuor annos, eodem authore, regnauit, vti ſuprà lib. X demonſtratum eſt. Quod autem mors eius in Iulianũ annum XLII incurrat, non ſolùm eclipſis Lunæ docet, quæ ante mortem illius nocte cõſpecta eſt, & anno iſto contigit. ſed etiam ſucceſſorum Herodis tempora, quæ ab epocha illa proficiſcuntur. Nam Archelaus decimo anno Tetrarchiæ cœpto, Viennam relegatur. vt ſcribit Ioſephus l. XVII Orig. c. XV, & II ἁλώσ. c. XI. Dio Coſſ. M. Lepido, & Lucio Arruntio id adſcribit, qui eſt annus Iulianus LI. Si igitur anno Iuliano quinquageſimo primo decimus Archelai annus inchoatus eſt, procul dubio primus cœpit anno Iuliano XLII. Ergo iam Herodes mortuus erat. Idipſum & ex annis Philippi deducitur: qui XXXVII annis Te-
D trarcha fuit, vt ſuo loco declaratum eſt His accedunt alia quædam argumenta, ſed ex iiſdem petita fõtibus, authoritate videlicet Ioſephi; quod Caium Cæſarem Auguſti nepotem ei concilio, quod de Herodis teſtamento Auguſtus habuit, interfuiſſe dicatur; Româ autem is exceſſerit anno Iuliano XLIV. tum eiuſdem generis alia, quæ à Dekerio & Keplero copioſius explicata ſunt. quæ quidem ad intelligendum paulo ſunt abſtruſiora. ſuperiora verò plana & facilia. Quæ ſi Scaliger, cum ſuo grege, & iis omnibus, qui biennio ante communem æram Natalem Domini præfractè collocant, animaduertere potuiſſent, nonnihil de illa ſua confidentia remiſiſſent; neque Baronio, & Catholicis tam audacter inſultaſſent; vt eos falli, ac decipi, ſe verum Chriſti natalem annum inueniſſe gloriarentur. Nam qua tandem argumentatione biennij προχρονισμὸν illum poſſunt defendere? Chriſtus, inquiunt, baptizatus eſt anno XV Tiberij, cùm eſſet annos triginta natus. Hoc negatum eſt conſtare certò, vtrum triginta iam annos impleſſet, an paulo plus, aut

minus haberet: quod Lucæ verba præciſum tempus non ſignificent. Authorita- A
te ſi pugnatur, primùm inter ſe veterum decreta non conſentiunt. deinde quæ vltra biennium extendi natalem ſuadeant, grauiora ſunt, & firmiora, quàm quæ ab aliis afferuntur; Dionis, & Ioſephi teſtimonia.

Quocirca nouum ad illum & à Dekerio noſtro primùm inuectum annorum Chriſti computũ nuper M. Antonius Cappellus biennium non dubitauit adiicere, cap. v Diſſertationis de Cœna Chriſti ſuprema aduerſus Ægyptium. Vbi vulgarẽ annorum Chriſti numerum à vero Natali abhorrere docuit annis ſex. Chriſtum enim natum eſſe putat Coſſ. D. Lælio Balbo, & C. Antiſtio Vetere Coſſ. anno Iuliano XL, Olymp. CXCIV primo, Nabonaſſari DCCXLV. Æram porro communem falſam eſſe, nec à Dionyſio vel ipſam, vel eum, qui paſſim illi tribuitur, & ab Incarnatione deducitur, annorum DXXXII cyclum introductum arbitratur. Quin potius indidem, vnde auſpicandum cenſet ipſe, hoc eſt ab anno Iuliano XL, Dionyſium æram Chriſtianam inchoaſſe. Ex quibus apparet, Cappellum vltra Dekerianam epocham natalem Chriſti biennio anteuertiſſe, Keplerianam verò
anno vno. Keplerus enim ad Dekerianam vnum addit annum. Sed non video B
cur huic illæ præferendæ ſint. Præſertim cùm ex prioribus iſtis pluſculum Chriſto Domino ætatis arrogetur. Conſtituto enim Paſſionis anno in Iuliano LXXVI: quod poſtea demonſtrabitur: ſi anno exeunte XL natus eſt Chriſtus, annos XXXV ſolidos cum menſibus tribus exegerit, quando ad paſſionem acceſſit. At Dekerius annos tantummodo XXXIV cum menſibus tribus aſſignat. Quare cùm haud magna ſint argumentorum momenta, quibus vnus ille à Keplero ad ſummam annus adiicitur; qui nouam hanc natalis Chriſti πρόληψιν amplecti velit, poteſt in Dekerianis ratiociniis acquieſcere. Secundum quæ natus erit Dominus anno Periodi Iuliani 4709, Olympiadis CXCIII, anno quarto: Vrbis conditæ Varroniano DCCXLIX; Iuliano XLI; Nabonaſſari DCCXLIV; Auguſti anno XL à nece Iulij: ab Antonij & Cleopatræ morte, ſiue Actiaco XXVI, Coſſ. Auguſto XII & L. Cornelio Sulla.

Nam quod Cappellus Olympiadis CXCIV primum, & Nabonaſſari DCCXLV C
cum anno Iuliano XL componit, cohærêre nullo modo poteſt: in eòque ſibimetipſi repugnat. Etenim primus annus æræ Chriſti vulgaris ab eo ſtatuitur editio-
pag. 129. nis Iulianæ XLVI: quod & verum eſt: Caio Cæſare, & Paulo Coſſ. Igitur quadrageſimus Iulianus, ſextus retrò eſt ante initium æræ Chriſtianæ. Atqui anno eiuſdem æræ CCXXXVIII, iniit annus ſecundus Olympiadis CCLIV, (vti libro IX, capite XLII demonſtratum eſt ex Cenſorini teſtimonio) hoc eſt Iphiti milleſimus decimus quartus. Detractis itaque annis 238, & 5, id eſt, annis 243, qui poſt Iulianum quadrageſimum fluxerunt, de 1014 ſuperſunt anni 771. Vnde conſtat anno Iuliano quadrageſimo cœpiſſe annum Iphiti 771, ſiue annum tertium Olympiadis CXCIII. Ad hæc primus annus Iphiti, vt lib. IX, cap. XLI, & ſequentibus oſtendimus, cœpit anno 776 ante initium æræ Chriſtianæ; nempe Iulianæ Periodi 3938: Iulianus autem quadrageſimus anno 4708. Ergo eodem labente quadrageſimo Iuliano cœperit oportet annus tertius Olympiadis CXCIII. Biennio itaque lapſus eſt Cappellus. Sic in annis Nabonaſſari manifeſtus eſt error. Demonſtratum eſt enim lib. IX, cap. LI primum annum Nabonaſſari iniiſſe anno D
Per. Iul. 3967, qui eſt ſeptingenteſimus quadrageſimus ſeptimus ante epocham Chriſtianam. atque inſuper anno Chriſti CCXXXVIII cœpiſſe Nabonaſſari annum DCCCCLXXXVI, Iunij XXV. Anni Ægyptiaci 985 dies colligunt 359525: qui à Februarij XXVI anni ante Chriſti epocham ſeptingenteſimi quadrageſimi ſeptimi putati, deſinunt in XXIV Iunij anni Chriſti ducenteſimi triceſimi octaui. Quare conſequens eſt anno Iuliano XL cœpiſſe annum Nabonaſſari DCCXLIII. Si enim de annis Nabonaſſareis 986 demas annos 243, qui poſt annum Iulianum quadrageſimum interiecti ſunt; reliquus erit annus Nabonaſſari 743 cadens in annum Iulianum quadrageſimum. Quod ipſum & Ptolemaicæ obſeruationes omnes adſtruunt: velut eæ ſunt, quas idem Cappellus adducit. Lunares videlicet defectiones
pag. 110. anno Nabonaſſari 880, & 882, atque 883 deprehenſæ. Harum prima contigit Payni XX, Mai VI, anni Chriſti CXXXII. Proinde Nabonaſſari annus 880 initium habuit anno Chriſti CXXXII. Deductis annis 132 de 880 reſtant 748. Ergo

A anno natalis vulgaris iniit annus Nabonaſſari DCCXLVIII:&,quod conſequens eſt, anno Iuliano XL, cœpit annus Nabonaſſari DCCXLIII. Idem & reliquæ perſuadent ,quas ſuo loco percenſebimus. Non rectè itaque Cappellus & anno Iuliano XL annum Nabonaſſari DCCXLV, & Iuliano XLV, quo natus vulgò Chriſtus ponitur, annum DCCL attribuit. Vtrobique verò biennij error eſt.

Atenim Scriptor anonymus, qui Chronicon edidit ab Orbe condito ad XIII Alexandri, & extat Tomo II Antiq. Lect. Caniſij; ſcribit anno XIII Alexandri exactas eſſe Olympiadas CLIII, id eſt annos 1012. *Sunt*, inquit, *omnium Olympiades vſque ad annum* XIII *Alexandri Cæſaris Olympiades* CLIII, *quæ ſunt anni mille duodecim.* Proinde biennio ante Cenſorinum author ille ſcribebat, eóque interuallo decimus tertius annus Alexandri præceſſit Conſulatum Vlpij, & Pontiani. Occiſus eſt Alexander Seuero & Quinctiano Coſſ. inter quos & Conſulatum Vlpij & Pontiani paria ſunt in Faſtis vulgatis duo.cum tamen Cenſorino, & Anonymo teſtibus, vnicum par interceſſerit. Igitur ſi annum primum Olympiadis DLIV
B ſtatuas in Conſulatu Seueri & Quintiani, primus annus æræ vulgaris incurret in annum ſecundum Olympiadis CXCV. Hæc ille.

Verùm vti certum eſt Olympiadas plenas CLIII eſſe annos 1012; ita verum eſt annum decimum tertium Alexandri non incidere in annum vltimum Olympiadis CLIII, ſed iniiſſe anno ſecundo labente eiuſdem Olympiadis. Primus Alexandri Cæſaris annus cœpit æræ Chriſtianæ anno CCXII menſe Martio, qui eſt Iul. Per. 4935. Deductis 3937 reſtant anni 998 Iphitei. Quare Martio menſe labebatur annus 997, ſiue primus Olympiadis CCL. Anno Chriſti CCXXXIV cœpit annus Alexandri XIII, cùm in curſu eſſet annus primus Olympiadis CCLIII. Occiſus eſt anno Chriſti CCXXXV expletis annis XIII, cum diebus totidem: currente anno Iphiti 1010; ſiue Olympiadis CCLIII anno ſecundo. Quarto pòſt anno Cenſorinus libellum ſuum commentatus eſt. Interuallum Conſulatus duo, non vnus duntaxat. Hæc tam aperta ſunt, & perſpicua, vt dubitationem omnem excludant.

De errore Panuinij dictum eſt alibi. Hic vno anno communem anteuertit
C æram, non biennio, vt Cappellus aſſerit. Nam primus Alexandri apud illum eſt pag. 112.
CCXXIII, non CCXXIV æræ Chriſtianæ.

Sed vt ad æram Dionyſianam, communémque redeam: hanc non modò Cappellus repudiat; breuiorémque putat eſſe, quam vt ad verum Chriſti natalem perueniat: verùm etiam Dionyſium eius authorem eſſe non credit. quin potius Dionyſium arbitratur anno illo XL Iuliano, in quem ipſe Chriſti natalem ſummouet, ſuam æram auſpicatum. Verba Cappelli. *Fixit itaque Dionyſius æram ſuam in illo ipſo anno, quo ex noſtra, & antiquorum ſententia Dominus natus eſt: vt iam qui nunc dicitur Dionyſianus 1624, ſit Dionyſii annus 1630. Si cyclus iſte vulgaris cum æra ſua Dionyſii Exigui non eſt, aut aliquem alium Dionyſium authorem habuit, aut impoſtor aliquis hoc nomine perſonatus orbi illudere voluit.* Quod breuiorē eſſe communē æram Chriſti ſtatuit, nec ad verum Chriſti natalem pertingere; non primus, neque ſolus id dixit. Eſt enim Kepleri, vt paulo antè dictum eſt, ſententia: qui ad Dekerianam vnum annum adiicit. Ita qui vulgo numerabatur annus 1524, is à verò natali 1529 putandus eſt. At ille vno inſuper anno auctiorem facit. Sex, inquam, annis Dionyſianam epocham Cappel-
D lus anteuertit. Scribit enim annum illum 1624 ex opinione ſua eſſe 1630, & annum 1625 eſſe 1631. & nihilominus anno ipſo primo æræ Dionyſianæ Chriſtum eſſe natum aſſerit: vt ab Incarnatione potiùs, quàm à Natiuitate cōputus iſte procedat. Cætera quæ ab eodem Cappello traduntur, noua, & ad hanc diem inaudita ſunt, neque veritatis ſpeciem habent vllam. minimè omnium quod ait Dionyſium Exiguum epocham ſuam ab anno XL Iuliano ſumpſiſſe, quod capite IV refellimus. Ad ſummam, vt huic de anno natali Chriſti diſputationi modum aliquem ſtatuamus, nobis ita ſentiendum videtur: Seposita quidem Ioſephi, Dionis, & id genus antiquiorum authoritate Scriptorum, communem æram hac vnica ratione poſſe defendi. Chriſtum enim natum tueri poſſumus anno Iuliano XLV, Lentulo, & Piſone Coſſ. biennio poſt Baronianam epocham: eundem porro baptizatum aſſeremus anno Iuliano LXXV, Longino, & Quintino Coſſ. expleto nono, ac viceſimo ætatis anno, ineunte triceſimo: aut ſi ſuperiore factum id velimus,

pag. 126.

Geminis duobus Coſſ. currente Tiberij xv, conſequens erit octo & viginti an- A
nis abſolutis, ineunte nono, baptizatum fuiſſe, cùm eſſet quaſi annorum xxx.

Ita quidem communi æræ patrocinari poſſimus. Sed ſi Herodis, eiúſque poſte-
riorum tempora ex Ioſephi ac Dionis libris aduingamus; longè aliter pronuncian-
dum videtur. Aut igitur Hiſtoricis illis abroganda fides erit: aut quæ ex eorum nar-
ratione concluduntur, pro veris minimèq; dubiis amplectenda. de qua re amplius
cogitandum exiſtimo. Vix illud admonendum putarem, niſi doctorum virorum
hallucinatione cautiores reddere cæteros operæ pretium ducerem; æram ipſam
vulgarem tam Dionyſianam, quàm hodiernam, & à Beda cæteriſque Computiſtis
interpolatam, Incarnationis æram appellari conſueuiſſe; eandémque à verno cir-
citer æquinoctio, vel à xxv Martij; interdum etiam à Paſchate cœpiſſe. ſic vt no-
uus poſt Paſcha numerari annus inciperet. In vetuſtiſſimis Francorum Annali-
bus, qui ſunt penes R. P. Sirmondum; qui ab anno Chriſti DCCXLII ad DCCCXII
fere perueniunt, anni ſinguli à Paſchate ducuntur. Ideo poſt mentionem factam
Paſchatis, identidem illud repetitur. *Et immutauit ſe annus.* Velut anno CCCLXVIII. B
Et Paſcha, inquit, *in Rodomo ciuitate. Et immutauit ſe numerus annorum in* CCCLXIX.
Manifeſtè tranſitum ab vno in alterum annum immutatio illa ſignificat, quomo-
do Philochorus apud Halicarn. in Dinarcho loquitur. τοῦ δὲ ἐνιαυτοῦ τούτου διελθόν-
τος, ἑτέρου δὲ εἰσιόντος. Quare perperam *Noua veráque Chronologia* credit hac loquen-
di formula demonſtrari vulgarem æram per illa tempora ſæpius immutatam fuiſ-
ſe, propter incertam rationem annorum Chriſti, quos aliter atque aliter puta-
pag. 126. rent. Quod & Cappello placuit. Sed fruſtra. Nam quod dixi extra controuerſiam
Diſſertat. eſt. Quinetiam patrum noſtrorum memoria publicis in Actis à Paſchate annorum
initia Franci capere conſueuerant. donec edicto Caroli IX mos ille ſublatus;
iuſſique deinceps omnes à Cal. Ianuariis incipere.

---

*De die, quo Chriſtus natus eſt. Exponitur Scaligeri & aliorum coniectura,
qui ex Ephemeriarum Sacerdotalium ordine nouam ſententiam
inuehunt: eáque redarguitur. Defenditur com-* C
munis Eccleſiæ traditio.

CAPVT VII.

CHRISTVM Dominum VIII Kal. Decembris natum eſſe, vetuſtiſſi-
ma eſt Eccleſiæ traditio. Hanc nuperi quidam Chronologi leuiſſi-
mis argumentis labefactare, & nouam ei coniecturam opponere non
ſunt veriti. Fecit id inter alios magna contentione Scaliger. qui in
calce operis de Emendat. temporum; in notis ad Fragmenta; & in
lib. III Iſag. Can. Annot. CI, & CII duo conſtituit. Alterum, ex Ephemeriis Sa-
cerdotum, & inter eas octauâ, quæ eſt Abiæ, colligi Chriſtum Septembri menſe
pag. 297. natum eſſe, non Decembri. Alterum, vulgarem illam Eccleſiæ ſententiam de
XXV Decembris ex eo Patrum quorumdam errore manaſſe, quo Zachariam ſum-
mum fuiſſe Pontificem arbitrati ſunt. Vtrumque commentum ſuos plauſores ha- D
buit. præſertim verò prius illud: quod mihi quidem haud paulo abſurdius, quàm
iſtud videri ſolet. Aduerſus hæc duo figmenta pugnare hoc capite ſtatuimus, &
communem, vetuſtiſſimámque Romanæ Eccleſiæ traditionem ab imperita nouo-
rum hominum temeritate defendere.

Ad primum quod attinet, antiquiſſimo Dauidis inſtituto, quod I Paral. XXIII,
17 memoratur; Aaronis poſteri omnes in XXIV ephemerias ſiue claſſes diſtributi
ſunt: quarum ſedecim ab Eleazaro, octo ab Ithamare propagatæ fuerunt. Eæ ſa-
cerdotum familiæ per vices in templo miniſtrabant: ac ſingulis Sabbatis nouæ
ſuccedebant. Harum quæ prima ſub Dauide ſortitò eſt educta, deinceps princi-
pem locum obtinuit: reliquæ itidem ſorte gradum ſuum conſecutæ ſunt. Hoc
modo princeps extitit familia Ioarib: octaua verò Abiæ. Harum porro ſucceſſio-
num & ordinum tàm religioſa erat obſeruatio, vt non impune per functiones

A miſcerentur: ac ne propoſito quidem vitæ periculo quo minus vicibus ſuis adminiſtrarent abſterrerentur. Quod ex Ioſepho Scaliger iiſdem locis approbauit. Hoc verò conſtituto ita demùm ratiocinatio procedit. Ab eo tempore, quo Sacerdotales vices à Dauide ſunt deſcriptæ, ad Iudæ Macchabæi tempora nonnunquam interruptæ ſunt; vt cùm à Nabuchodonoſoro templum eſt euerſum: & cùm ab Antiocho rege profanatum. Ex quo verò Iudas illud reſtituit, ac priſtinos cultus inſtaurauit, perpetuò deinceps ad poſtremum excidium propagatæ ſunt: ſic vt nulla ſolennibus ſacris interpellatio poſthac interuenerit. Iam Chriſtus anno Periodi Iulianæ 4711, Iuliano XLIII natus ponitur à Scaligero, biennio ante natalem communem. At verò Zachariæ XIV ante Chriſtum natum menſibus Euangeliſmus contigit, vt ex hiſtorica ſerie conſtat. Quippe ſtatim poſt functionis ſacræ tempus expletum, & oblatum Angeli viſum, concepit Eliſabet: Lucæ 1, 24. Sexto pòſt menſe Gabriel ad Mariam miſſus eſt, commate 26. & nono menſe Chriſtus naſcitur. Ad nunciatum itaque Zachariæ Ioannis ortum ab inſtauratis à Iuda ceremoniis ephemeriarum ordo perducendus eſt.
B Poſt triennalem templi contaminationem ab Antiocho rege factam, Iudas Macchabæus ſolennes ritus & ſacrificia reſtituit anno Græcorum CXLVIII, ac die XXV Caſleu *obtulerunt ſacrificium ſecundum legem*: 1 Mac. cap. IV, 54. Hic eſt annus Periodi Iulianæ 4549, vti libro X ſtatuimus. Neomenia Caſleu incidit in Octobris XXX. Quare Nouembris XXIII, feria I, fuit menſis Caſleu XXV. Verùm à pridie eius diei, quod Sabbatum erat, prima ephemeria functionem iniit. Ea verò familia ſine dubio Ioaribi fuit. Neque enim aliunde, quàm à primâ ſtationum ordinem inchoauit. Cùm igitur ephemeriæ XXIV eſſent, & ſeptenos dies ſingulæ miniſtrarent, ſi quatuor & viginti ſepties numeres, conſient CLXVIII, quem hieraticum orbem Scaliger appellat. Proinde ſi XXII Nouembris iniit familia Ioaribi, quæ ab hac octaua fuit Abiæ familia, cœpit anno Per. Iul. 4550, Ianuarij X. Inde ad Sabbatum XXI Iulij anni 4710 fluxerunt anni CLX, dies 192. qui ſunt orbes hieratici Abiæ 349 præciſè. Ergo XXVIII Iulij impleti ſunt dies functionis Zachariæ. Quare poſt XXVIII Iulij conceptus eſt Ioannes, & inter XXI, & XXVIII
C Euangeliſmus incidit. Elizabeth paulo poſt id tempus concepit, & V menſes abdidit ſeſe, vt com. 24 Lucas ait: & ſexto menſe ineunte Gabriel Mariæ adſtitit, circa finem Decembris. Itaque Natalis Chriſti competit circiter finem Septembris. quo tempore ſub dio paſtores degere, ac pernoctare ſolent, cùm per brumam in caulas potiùs cogantur. Hæc Scaliger in Appendice præſertim: ſed & in Iſag. Canon. eadem retractat, & magnopere collaudat. Refellitur Scaliger falſa perſuaſio.

Verùm neque Scaligeriana hæc omnis argumentatio vim habet vllam, cùm ex incertis rebus tota pendeat: & vt momenti in ea functionum ſerie inſit aliquid, non minùs ad alios annos, annorúmque tempora orbis ille ſtationum euolui poteſt; vt ad communem natalis epocham aptiſſimè conueniat. Quod enim parum certa ſint illa Scaligeri firmamenta, vel ex eo patet, quod pro conceſſo ſumitur, Iudam à Ioaribi familia functionum ordinem inchoaſſe. Atqui fieri potuit, vt priſtinam ſtationum ſeriem Iudas pertexere voluerit, non nouum ordinem ſtatuere. Præterea cùm Sacerdotes mundos, ac ſine macula delegerit Iudas, qui mundarent ſancta, vt eſt cap. IV, 42 libri 1 Mac. fortaſſis incidit, vt è familia Ioarib nulli
D tum ad manum eiuſmodi Sacerdotes eſſent, qui legali immundita vacarent. vnde ex alia quapiam ephemeria capere opus habuerit.

Quod autem ſic hieratici illi orbes inſtitui poſſint, vt in legitimam, & ab Eccleſia receptam natalis epocham aptiſſimè cadant, ita cognoſces. Sumatur ex diuerſis de vero Chriſti natali ſententiis ea, quam cæteris anteponendam iudicamus, vt anno Iuliano XLI, Per. Iul. 4709 natus ſit. Ab anno ergo reſtitutorum à Iuda Macchabæo ſacrorum, qui eſt Per. Iul. 4549, & Nouembris XXII ad Septembris XVII anni 4708 dies ſunt 58009, qui per ſeptem diuiſi dant hebdomadas 8287, qui ſunt orbes hieratici 345, & præterea dies 49, ſiue ephemeriæ ſeptem integræ. Igitur Septembris XVIII, feria VII cœpit octaua ephemeria, nimirum Abiæ; anno Per. Iul. 4708, cyclo Lunæ XV, Solis IV, litera C. Qua hebdomade labente Gabriel Zachariæ ſuffitum adolenti Ioannis ortum nunciauit. Expleta functione domum reuerſus eſt poſt XXIV Septembris. Elizabeth verò concepit haud

multo poſtea: peperit verò Ioannem nono menſe vertente, anno Per. Iul. 4710. A
quo eodem anno, poſt ſex menſes natus eſt Dominus Decembris xxv. Ita vel il-
la ipſa Scaligeri coniectura communem de die Natali Chriſti veterémque tra-
ditionem adiuuat: nihil vt neceſſe ſit autumno natum aſſeuerare Chriſtum.
Nam quod de gregibus, & Paſtorum excubiis obiicitur, hoc & Keplerus, &
Caſaubonus ipſe iamdudum refellerunt. Quippe frigidiſſimis etiam in tracti-
bus, vt in Anglia, hieme tota ſub dio greges habentur: quod multo magis in
æſtuoſis regionibus fieri conſueuit.

Aliud Scaligeri commentum de æræ vulgaris origine.

Reſtat alterum Scaligeri commentum, quod & alij plerique ſunt amplexi: inſi-
tam illam animis omnium opinionem de Chriſto Decembri exeunte nato, ex illo
veterum quorumdam errore manaſſe; quo Zachariam ſummum fuiſſe Pontificem
arbitrati ſunt. Nam ex eo ſic eſſe ratiocinatos: Cum decima die Tiſri ſummus ſa-
cerdos ad adolendum ſuffitum ingrederetur in Sancta; decima ergo Tiſri hoc
Zachariam de more feciſſe. Iam cùm ſcriptum ſit Ioan. III, 30; *Oportet illum cre-
ſcere, me autem minui*; enimuerò Ioannem eo tempore naſci decuiſſe, quo dies in- B
cipiunt minui. Quod quidem confecto ſidere Solſtitij, Iunij XXIV factum opor-
tuit. Hoc igitur die natus eſt Ioannes; nono menſe ſcilicet à conceptu, adeóque ab
decima Luna Tiſri antecedentis. At ſi retro numeres à XXIV Iunij, calculus deſi-
net in XXVII Septembris. Proinde dies eiuſmodi quærenda Septembris, in quam
Luna decima cōpetat. Non alius annus eſt, quo id accidat, quàm qui cyclo Lunæ
I ſit præditus. Fuit igitur XLV Iulianus, ſiue Periodi Iulianæ 4713. quo Neome-
nia Tiſri contigit Septemb. XVIII. cuius character 6, 11, 989, feria ſeptima, trans-
latione Iudaica. Ab hoc tempore nouem menſibus exactis, commodùm illo die,
quo dies decreſcunt, Ioannes in lucem eſt editus. & ſexto poſt menſe, quo die pri-
mùm lux incrementum accipit, id eſt XXV Decembris, natus eſt Chriſtus, anno Iu-
liano XLVI, Per. Iul. 4714, communis æræ primo. Hinc ortam illam eſſe tradi-
pag. 508. ditionem Scaliger multis in locis affirmat: ac præſertim libro VI de Emend. vbi
de Chriſti natali diſſerit. Quod & Keplerus lib. de anno Natali cap. XV credidit.
Verùm ſi conſtituendæ in illo die natiuitatis Chriſti rationem eiuſmodi veteres
habuiſſent: oporteret ab iis eundem illum annum editum fuiſſe, in quem notæ C
iſtæ competerent: ac nimirum & Euangeliſmum Zachariæ anno Iuliano XLV, qui
proximè vulgarem æram anteceſſit: & Ioannis, Chriſtíque natalem anno primo
eiuſdem æræ communis attribui. Ita Coſſ. Auguſto XIV, & L. Æmilio Paulo Chri-
ſti ortum veteres aſſignaſſent. Atqui nemo ex omni antiquitate repertus eſt, qui
non vt minimum triennio ante natum Chriſtum prodiderit: plerique quadrien-
nio. Qui Conſulibus iſtis, & anno æræ Chriſtianæ primo Chriſtum natum ede-
ret, ante Bedam, hoc eſt ſeptimum ante ſæculum, repertus eſt nemo.

Nam ne Dionyſius quidem Exiguus annũ illum Chriſti natiuitati præfiniit. quod
& Scaliger exiſtimat, & pleriq; hactenus omnes opinati ſunt. Imò verò non alium,
quàm qui vulgò creditur, annum putauit eſſe, quo Chriſtus ortum accepit. vti nos
ſuprà capite III demonſtrauimus. Et quamuis Dionyſius, vt illis placet, ita ſen-
ſiſſet; cùm id eum tradidiſſe primum omnes illi fateantur, conſequens erit non
ante quingenteſimum annum à Chriſto nato quicquid iſtud eſt falſæ opinionis
extitiſſe. At longè ante perſuaſiſſimum erat, Chriſtum XXV Decembris editum
eſſe. Nec ſolùm Chryſoſtomi, & Auguſtini tempore: (qui tamen integro ſæculo D
Dionyſium Exiguum anteceſſerunt:) ſed & longè antea, ſaltem Romæ, & in Oc-
cidente percrebuerat: vti Baronius in Notis ad Martyrologium; Dekerius, Suſ-
lyga, & alij iampridem probarunt. Quibus & Martyrologium Romanum illud an-
tiquiſſimum accedit, quod à Roſuueydo noſtro primùm editum eſt. Quocirca
ſi, vt Keplerus aſſerit, ab anno circiter Chriſti CCC; vt autem arbitror; multo
antea, & à Chriſti Apoſtolorúmque temporibus deriuata eſt illa traditio de natali
Chriſti die, nonne perabſurdum eſt ex ea opinione, quæ aliquot poſtea ſæculis
emerſit, & hactenus inaudita fuit, illius eiuſdem traditionis ortum originémque
repetere?

Dicerent illi potiùs, quod & veriſſimum eſt; priùs de die Natali in XXV De-
cembris ſtatuendo inſitam, & πατροπαράδοτον hæſiſſe ſententiam. cætera deinde de
Zachariæ ſummo Pontificatu, & id genus aliis, veteri illi fundamento ſuperſtru-

A cta; caſſa illa quidem, & inania; ſed quæ vbi rationum ponderibus obtrita euer-
ſaque fuerint; immotum idipſum cui inſident, ac ſtabile perſiſtat.
At Scaliger in VI de Emendat. falsò Chryſoſtomum teſtem citat, quaſi is ora-
tione in natalem Chriſti ſcripſerit Conſtantinopolitanos quidem ante annos de-
cem de die illo ab Romanis eſſe perdoctos: Romanos verò aliquot annis anteà
iſtum diem celebrare ſolitos. *Hæc omnia* (inquit) *oſtendunt nuperam, & nouitiam
religionem illius diei.* Verùm Chryſoſtomus in illa Homilia, quæ eſt XXXI Tomi de
Diuerſis Noui Teſtamenti locis ex editione τοῦ μακαρίτου Frontonis Ducæi, aliter
ea de re loquitur. Cùm enim dixiſſet, verum illud natalis tempus ante decem annos
ex vetere Roma, & Occidente in Orientem allatum fuiſſe; paulo poſt eius in Oc-
cidente vetuſtiſſimam fuiſſe religionem, vſúmque declarat. Ἀλλ᾽ ἄκουε, καὶ μὴ ἀπί-
στει, ὅτι παρὰ τῶν ἀκριβῶς ταῦτα εἰδότων, καὶ τὴν πόλιν οἰκούντων παρειλήφαμεν τὴν ἡμέ-
ραν. οἱ γὰρ ἐκεῖ διατρίβοντες ἄνωθεν, καὶ ἐκ παλαιᾶς παραδόσεως αὐτὴν ἐπιτελοῦν-
τες, αὐτοὶ νῦν αὐτοῖς ἡμῖν τὴν γνῶσιν διεπέμψαντο. *Verùm audi ſis; neque fidem abroga: quo-
B niam ab iis, qui probè iſta norunt, illius vrbis habitatoribus diem illum accepimus. Nam qui
in ea degunt vrbe, olim, & ex antiqua traditione ſolennem illum diem habentes, nunc demum
eius nobis notitiam impertierunt.* Tantum abeſt vt nuperam apud Romanos iſtius
diei religionem Chryſoſtomus dicat, vt vel antiquiſſimam faciat.
Vt ſummatim contraham: eſto hæc breuiſſima, & ἀναντίρρητος contra nouam il-
lam diuinationem Scaligeri, aliorúmque collectio. Chriſtum natum eſſe anno pri-
mo æræ Chriſtianæ; adeóque Ioannem eo anno, qui proximè præceſſit; recens eſt
opinio, ſeptimo poſt Chriſtum exorta ſæculo, authore per hallucinationem Beda.
At altera illa, Chriſtum XXV Decembr. ortum eſſe, tribus, vt illi ipſi fatentur, ſæ-
culis anterior eſt. Non potuit igitur hæc ex illa proficiſci. quod tamen nuperi
Chronologi parum callidè, & nimis imprudenter aſſerunt.

---

*De cenſu Quirini, & Magorum aduentu. multiplex ab Auguſto inſtituta
cenſio. eam verò, quæ à Quirinio facta, ſcriptis à nemine
C proditam eſſe diſputatur.*

CAPVT VIII.

AD inſtitutam de natali Dominico diſputationem abſoluendam
vna ſupereſt, alteráve quæſtio. Prior de cenſu Quirini: quem ex
Auguſti Cæſaris edicto ſub idem tempus in Syriam cenſum exer-
cuiſſe Lucas nos docuit. In hoc eruditi Chronologi, & Annalium
conditores hoc ſæculo vehementius elaborarunt. Nos verò ſum-
matim variarum opinionum diſceptatione præterita, quid pro-
babile iudicemus explicare conabimur. Quirini Ioſephus lib. XVIII Orig.
cap. I mentionem facit. vbi miſſum ait illum ab Auguſto in Syriam poſt Ar-
chelai relegationem. Κυρήνιος δὲ τῶν εἰς τὴν βουλὴν συναγομένων ἀνὴρ τάς τε
ἄλλας ἀρχὰς ἐπιτετελεκὼς, καὶ διὰ πασῶν ὁδεύσας, ὕπατος γενέσθαι, τά τε ἄλλα
ἀξιώματα μέγας σὺν ὀλίγοις, ἐπὶ Συρίας παρῆν, ὑπὸ Καίσαρος δικαιοδότης τοῦ ἔθνους
D ἀπεσταλμένος, καὶ τιμητὴς τῶν οὐσιῶν γενησόμενος. *Quirinius verò ſenator Romanus per om-
nes honorum gradus ad Conſulatum vſque prouectus, & inprimis clarus, à Cæſare mittitur
in Syriam, vt iura populis redderet, facultatéſque cenſeret omnium.* Tacitus item Annali
III. *Impiger*, inquit, *militiæ, & acribus miniſteriis Conſulatum ſub diuo Auguſto, mox
expugnatis per Ciliciam Homonadenſium caſtellis inſignia triumphi adeptus, datúſque rector
C. Cæſari Armeniam obtinenti.*, &c. Conſulatus illius notatur in Faſtis anno Vrbis
DCCXLII, Iuliano XXXIV, ante Chriſtianam æram decimo tertio. At cenſus ille,
quem poſt Archelai relegationem Ioſephus actum eſſe prodidit, ex accurata tem-
porum dinumeratione, quam ſuo loco reddidimus, incurrit in annum Iulianum
LI, vel LII, Chriſti VI, aut VII. Ob eam cauſam in Annalibus inclementer in Io-
ſephum dicitur. Sed reuera Ioſephum immeritò pulſant. Non enim errauit ille:
ſed qui ſine iudicio, vt alia ſexcenta, hiſtoriam illam ex Ioſepho deſcripſit Euſe-
bius lib. Hiſt. I cap. V. Putauit enim cenſum eum, cuius citato loco nobiliſſimus

ille Iudæorum hiſtoricus meminit, eundem eſſe cum altero, de quo Lucas agit. A
Atqui diuerſis temporibus inſtituti ſunt. Cenſum omnino ter Auguſtus egit, vt docet Suetonius; & lapis Ancyranus teſtis eſt. Primum anno Iuliano XVIII celebrauit cum collega M. Agrippa. Secundum anno XXXVIII Coſſ. Marcio, & Aſinio, vt lapis indicat. Tertium anno vltimo imperij, duobus Sextis Coſſ. anno Iuliano LIX. Ex iis primus & vltimus remotiores ſunt ab eo tempore, quo Chriſtus natus eſt. Medius omnium propinquiſſimus. Eſt enim octauus ante vulgarem natalem annus. Nihilominus quibuſdam hic ipſe videtur eſſe, quo inito Saluator naſcitur: cuius propterea natalem IV, vel IV annis anteuerterunt.

Verùm multo ſum in eam opinionem propenſior, vt diuerſum ab illis tribus, & extraordinarium fuiſſe primum Quirini cenſum exiſtimem. Auguſtus breuiarium totius Imperij moriens reliquit; in quo deſcriptæ erant opes omnes ac vires Imperij Romani: vt author eſt Dio libro LVI. Ad hunc conficiendum indiculum veriſimile eſt cenſum extra ordinem in prouinciis imperatum, & eum quidem exactiorem, quàm fieri vulgò ſolebat. Cuius exequendi munus in Syria, & B
aliis fortaſſis Orientis prouinciis Quirino commiſſum eſt. Qui proinde extraordinariam curationem, ac præfecturam geſſit in Syria, cùm alter iam, & ordinarius eius prouinciæ moderator Saturninus eſſet. Hic enim circa annum Iulianum XXXVIII præeſſe Syriæ cœperat; quam annis quatuor aut quinque tenuit. Hinc eſt, quod cenſum eundem Tertullianus libro IV, cap. XIX per Sentium Saturninum ait eſſe perfectum. Non ordinarius hic erat magiſtratus; extraordinarius autem, ac ſolius cenſus gratia miſſus eſt Quirinus. Nam quod ἡγεμονεύων τῆς Συρίας à Luca dicitur, non iccirco Præſes tum Syriæ fuiſſe putandus eſt. Quippe, vt ab aliis iam animaduerſum eſt, vocabula iſta τοῦ ἡγεμόνος, & id genus cætera cum aliis pleriſque communicari ſolent à Ioſepho, quàm ordinariis Præſidibus. Hæc illius hiſtoriæ ac cenſus explicandi ratio, vti ſimpliciſſima eſt, ſic ab omnibus quæſtionum tricis, ac moleſtiis imprimis expedita. Cur autem πρώτη nominetur, non longè quærendum nobis eſt. Nam cùm ab eodem Quirino bis extra ordinem cenſus in Syria celebratus fuerit; primus iſte comparatione poſterioris dicitur, qui poſt Archelai relegationem imperatus eſt. Neque verò, quod pleriſ- C
que videtur, tributum in ea cenſione, vel capitatio vlla ab Iudæis eſt exacta. Non enim id in Herodis regno, rege adhuc ſuperſtite, ſibi vnquam permiſit Auguſtus: neque ἀπογράφεσθαι aliud eſt, quàm cenſeri, profiteri. quod ſine penſitatione fit.

Ioannes Heruuartus Nouæ Chronologiæ cap. CCXXXI cenſionem illam alteram à Quirino factam poſt Archelai relegationem anno ſecundum vulgares Faſtos DCCLXVI, Coſſ. L. Munatio, & C. Silio contigiſſe putat, & eam ipſam videri, cuius Dio meminit l. LVI. Sic enim loquitur. Αὔγουστος ἐπί τε τοὺς ἀγροὺς, καὶ ἐπὶ τὰς οἰκίας τὴν συντέλειαν ἤγαγε, καὶ παραχρῆμα μηδὲν εἰπὼν, μήθ᾽ ὅπως αὐτὸ δώσουσιν, ἔπεμψεν ἄλλους ἄλλῃ τά τε τῶν ἰδιωτῶν, καὶ τὰ τῶν πόλεων κτήματα ἀπογραψαμένους. *Auguſtus in ruſtica, vrbanáq; prædia penſitationem tranſtulit. ac ſubinde non profeſſus quantum cuiq; pendendum eſſet, altos aliò dimiſit, qui tam priuatorum, quàm ciuitatum bona cenſerent.* Contigit hoc anno Iuliano LVII æræ vulgaris XII. Ex quo colligit Archelaum anno V. C. DCCLXIV Viennam eſſe relegatum, Iuliano LVI, Chriſti XI, & Quirinium vnà cum Coponio ſequenti anno Archelai ditionem Syriæ contribuiſſe, eiúſque pecuniam omnem in fiſcum D
redegiſſe: Herodem verò anno Vrbis conditæ DCCLV, Iuliano XLVII, Chriſti II, quo & Luna defecit Februarij XX. Hac ratione quinquennio toto Archelai relegatio tardiùs acciderit, quàm à Dione, ac Ioſepho referatur.

Sed poſtrema illa cenſio, quam anno ante obitum Auguſtus inſtituit, cum altera confundi nullo pacto poteſt, quæ in Palæſtina facta dicitur Archelao in exilium miſſo. Hæc enim non bona fide, nec ſeriò ab Auguſto ſuſcepta, ſed terrendi gratia, & eodem anno paulo pòſt deſita. Scribit enim Dio lib. LV Auguſtum anno V. C. DCCLIX, cùm ærarium militare conſtituere vellet, nouum induxiſſe tributum ex viceſima hæreditatum, ac legatorum. quod cum Romanis moleſtum accidiſſet, anno DCCLXVI ea de re ad Senatum retulit. Cunctantibus Patribus, ipſe, quo tolerabiliorem omnibus priorem illam penſitationem videri faceret, prædia cenſere, & ab iis exigere vectigal inſtituit. Sed cùm acerbior hæc, quàm illa, conditio viſa eſſet, ad priorem reditum eſt. Quocirca vel oſtenſa tantùm, non reipſa per-

A perfecta eſt iſta cenſio : vel breuiſſimo tempore facta, ſtatimque ſublata eſt. Vnde non poteſt eadem eſſe cum altera, quam ad exitum vtiq; Quirinus in Syria perduxit. Præſertim cùm ex Dione, & Ioſepho tam apertè conſtet ambas illas à ſe inuicem diuerſas, nec iiſdem temporibus eſſe ſuſceptas. Quorum ex dubia incertáque coniectura temere authoritas & fides ſolicitari non debet.

Caput eſt alterum diſputationis huius, quæ temporum in Natali Dominico τὴν ἀκρίβειαν perſequitur; de Magorum aduentu, déque ſtella, qua præeunte iter ingreſſi ſunt. Ad Magos quod attinet, primùm eos non alibi quærendos arbitror, quàm ibi, vbi id genus hominum floruit, nimirum in Perſide. Epiphanij ſententia, quæ Magos, ex Arabia, & eius certa regione, Magodia in Iudæam adducit; tùm Abraami & Cetturæ poſteros illos facit; probabilitate caret. Quo tempore Bethleemum aduenerint, variant opiniones. Epiphanius idem Hær. LI, N. IX biennio poſt natum Dominum adiiſſe cenſet: propter illa Mathæi verba de infantibus cæſis à bimatu, & infrà. Vulgò, & quidem rectiùs arbitrantur paucis ab ortu Chriſti diebus magos adoratum veniſſe. quod & Herodis hiſtoria ex Ioſepho ſuprà diſputata neceſſariò perſuadet. Paucis enim ille menſibus nato Chriſto ſuperfuit.

B At illa Matthæi: *à bimatu, & infrà*; variis modis ab Interpretibus torquentur. Et quidem alterutrum colligi videtur. Nam aut Magi biennio poſt Chriſtum natum venerunt; ſi quidem ſtella non ante illius ortum apparuit: aut biennio ante natalem velut prænuncia ſtella terris illuxit; ſi Magi ſtatim poſt natum Dominum iter aggreſſi ſunt. *Occidit* enim, ait Matthæus, *omnes pueros, à bimatu, & infrà ſecundum tempus, quod exquiſierat à Magis.* Nempe à bimatu propterea iuſſit illos occidi, quia id tempori, quod à Magis didicerat, reſpondebat. Alterum igitur è duobus illis accidit. Quorum prius, præter Epiphanium, Origenes, & Euſebius in Catena Græca Manuſcripta regiæ bibliothecæ ad illum Matthæi locum ſentiunt: nimirum biennio poſtquam Simeon Chriſti parentibus bene precatus eſt, καταβαίντων πάλιν ἐν τῇ Βηθλεὲμ, τοῦ βρέφους φερομένου τε ἐν ἀγκάλαις τῆς τεκούσης, καὶ παροικήσαντος ἐν οἰκίᾳ ξενίᾳ: *cùm rurſus Bethleem veniſſent, & infans in vlnis matris adhuc gereretur; atque in hoſpitio manerent*; eôdem Magos fortè

C diuertiſſe. Nec aliter ſentit Auguſt. Serm. VII in Epiph. quem S. Thomas in catena citat authorem. At idem S. Tomas, Lyranus, Abulenſis, Caietanus ſtellam exiſtimant ſub ortum Chriſti primùm apparuiſſe, ſtatimque Magos eſſe profectos: ſed Herodem biennio poſt Magorum aduentum infantes occidiſſe. Cauſæ porrò dilationis huius complures incidere potuerunt, quas illi commemorant, partim haud veras, partim probabiles: cuiuſmodi ex Auguſtino depromptæ ſunt. etſi non ille biennium à Magorum exitu ad infantium necem interponit; ſed dies aliquot. At recentes, & eruditi Interpretes neutram illarum opinionum amplexi, verbis illis, *à bimatu, & infrà; ſecundum tempus* &c. diuerſos ſenſus accommodant. Maldonatus *ſecundum tempus* id eſſe putat, quaſi ſcriptum ſit; ante tempus. Veritum quippe ne ante tempus à Magis conceptum natus infans eſſet, ad id adieciſſe biennium. Iamſenius autem, & Baronius hæc verba: *ſecundum tempus, quod exquiſierat à Magis*: ad iſta præciſè referunt: *& infra*; non autem ad hæc: *à bimatu*. Herodem itaque dicunt non omnes infantulos occidi iuſſiſſe, qui à biennio illo, ad

D tempus, quo cædem edixit, nati fuerant; ſed ad illud ſolùm, quo Magi Hieroſolymam aduentarant. Verùm quis hoc perſuadeat; Herodem adeo circunſpectos eſſe iuſſiſſe milites, aut tantum illis otij fuiſſe, vt ætatis delectum tam accuratum inſtituerent: cùm hæc infantium cædes ſubito calore, & impetu, ſine denunciatione patrata ſit; ac parentes ipſi cum filiis nec opinantes oppreſſi ſint, ne latere poſſent? Ad hæc ſuſpicari potuit Herodes, tùm cùm Magi venerunt, nondum in lucem editum eſſe puerulum, ſed paulo pòſt natum.

Ne longior ſim in aliis referendis, enucleandiſque ſententiis; mea hæc eſt opinio: Magos paucis poſt ortum Chriſti diebus in Iudæam veniſſe: Herodem verò poſt Magorum diſceſſum tandiu cædem diſtuliſſe, dùm B. Virgo purgaretur, & in Ægyptum migraret. Ita S. Aug. Ser. VII de Epiph. qui incipit: *Domini & Saluatoris.* Stellam porro biennio ante natum Chriſtum circiter apparêre cœpiſſe. Cur igitur Magi tam ſerò profecti ſunt? Quia prius illis ſignificatum non erat, ad Meſſiæ re-

gis ortum pertinere ſtellam. Vel, ſi antea moniti fuerant cuius prænuncium ſidus illud eſſet, vna & tempus indicatum eſt, quo ſe ad iter compararent. Quid ſi principiò ſtella iſta ſublimior, cœlóque vicinior apparuit; ita vt cùm cæterarum ortus, & occaſus imitaretur, poſtea verò in citima ſeſe terris loca demiſerit, ac tum Magi ad iter capeſſendum diuinitus excitati ſunt? Hæc opinio cum Matthæi verbis magnopere quadrat. Quæ ſi minus tamen arridet, at eò ſanè confugere poſſumus, vt Herodem dicamus, cùm à Magis tempus didiciſſet, quo ſtella primùm apparuerat, videlicet ſub Saluatoris ortum; hoc ipſum tempus vno & altero anno anteuertendum putaſſe; & cùm proximè poſt Magorum diſceſſum nefarium facinus eſſet aggreſſus, biennium ante tempus illud edicto ſuo deſignaſſe. A

DE ANNO DOMINICÆ PASSIONIS.

Variæ antiquorum ſententiæ. B

CAPVT IX.

DE Paſſionis Dominicæ tempore magis aliquanto, quàm de Natali, docti homines altercati ſunt. Qua quidem in quæſtione tria ſunt ex Euangeliorum authoritate certiſſima; quibus velut principiis ad eius rei patefaciendam veritatem innitimur. Primum eſt, Pontio Pilato Præſide, adeóque Tiberio imperante paſſum eſſe Chriſtum. Alterum, in Paraſceue Sabbati, quæ eſt feria ſexta. Tertium, tria ſaltem poſt Baptiſmum Paſchata peregiſſe. De iis cùm Chriſtiani conſentire omnes inter ſe debeant, veteres tamen aliqui Patres, quod ſæpè miratus ſum, ea de Paſſionis anno ac die ſentiunt, quæ cum illis nulla ratione congruunt.

Irenæi ſententia. Irenæus lib. II, cap. XXXIX, cùm inter quadrageſimum, & quinquageſimum ætatis annum paſſum dicit eſſe Chriſtum, & eundem nihilominus ineunte triceſimo baptizatum, quod erat conſequens non vidit, neque Pilato Præſide, neque Imperatore Tiberio iſtud accidiſſe. Tiberius enim viginti tres annos, nec eos integros imperium tenuit; Pilatus autem ante Tiberij mortem è Iudæa digreſſus eſt. Quare cùm baptiſmus Chriſti, id eſt triceſimus iniens annus, in XV Tiberij cadere debeat; ſi quadrageſimũ Chriſtus exceſſit, neceſſe eſt vt Caij, vel Claudij tempore mortem obierit, quod eſt primo de tribus Catholicæ fidei decreto contrarium. C

Clementis Alex. Clemens Alexandrinus I Stromat. Chriſtum triginta duntaxat annis vixiſſe; vno poſt baptiſmum prædicaſſe docuit. quindecim enim Auguſto; totidem Tiberio imperante in viuis fuiſſe. Ἦν δὲ Ἰησοῦς ἐρχόμενος ἐπὶ τὸ βάπτισμα, ὡς ἐτῶν λ'. καὶ ὅτι ἐνιαυτὸν μόνον ἔδει αὐτὸν κηρύξαι καὶ τοῦτο γέγραπται οὕτως. ἐνιαυτὸν δεκτὸν κυρίου κηρύξαι ἀπέστειλέ με. τοῦτο καὶ ὁ Προφήτης εἶπεν, καὶ τὸ Εὐαγγέλιον. πεντεκαιδεκάτῳ οὖν ἔτει Τιβερίου, καὶ πεντεκαιδεκάτῳ Αὐγούστου, οὕτω πληροῦνται τὰ τριάκοντα ἔτη, ἕως οὗ ἔπαθεν. *Erat autem Ieſus cùm ad baptiſmum venit, quaſi annorum* XXX. *Quod autem vno duntaxat anno prædicaturus eſſet, & hoc ita ſcriptum eſt: Annum acceptum Domino prædicare miſit me. Hoc & Propheta dixit, & Euangelium. Quintodecimo itaque anno Tiberij, & quintodecimo Auguſti, hoc modo triginta complentur anni, donec paſſus eſt.* D

Tertulliani. Tertullianus libro contra Iudæos in eâdem eſt ſententia. *Huius*, inquit de Tiberio loquens, *decimo quinto anno patitur Chriſtus, annos habens quaſi* XXX *cùm pateretur.* At Hieron. in caput IX Danielis Tertulliani ſententiam ita refert, quaſi triginta tres annos vixiſſe Chriſtum dixerit.

Africani. Africanus quoque ab eodem citatus Hieronymo Chriſtum anno XV Tiberij mortuum ſcripſit; & apertiſſimè Lactantius lib. IV, cap. X. vbi & anno XV Tiberij, & Coſſ. Geminis duobus, & ante diem X Kal. Apr. Chriſtum in crucem actum eſſe teſtatur. Sed ſi Geminis duobus Coſſ. paſſus eſt, vno duntaxat anno prædicauit; quod tertio fidei dogmati contrarium eſt. ſi X Kal. Apr. iſtud accidit; non ſexta feria, ſed quinta crucifixus eſt. quod ſecundo decreto repugnat: vt omittam Lunam eodem illo anno, qui æræ communis eſt XXIX, Martii XXIII, ſiue X Kal. Apr. incidiſſe viceſimam. Atqui Geminis duobus Coſſ. vel anno XV Tiberij mor-

A tuum eſſe Saluatorem, non ij tantùm, quos recenſui; ſed etiam Auguſt. aſſerit lib. XVIII de Ciuit. cap. vltimo, & lib. IV de Trin. cap. V: & Sulpicius Seuerus lib. II Hiſt. qui & ab anno illo Conſulatus Geminorum duorum ad Stiliconem Conſulem, numerat annos CCCLXXII. Stiliconis primus Conſulatus, quem cum Aureliano geſſit, incurrit in annum Chriſti CCCC; de quo detractis CCCLXXII, reliqui ſunt XXVIII. Itaque viceſimo nono communis æræ, in quem Geminorum Conſulatus conuenit, paſſus à Sulpitio ponitur Chriſtus. Proſper Aquitanicus Parte I libri de Prædiction. cap. VII, Chriſtum cenſet anno ætatis triceſimo crucifixum eſſe. Fauent eidem opinioni veteres illi Patres, qui à Paſſione Chriſti ad excidium Hieroſolymitanum annos duos & quadraginta computant; vt Origenes lib. IV contra Celſum. Sed huius, vti diximus, ſententiæ meritò nulla poſterioribus ſæculis eſt habita ratio. Nam plus vno anno prædicaſſe Chriſtum tam certum eſt, quàm Euangeliſtas vera ſcripſiſſe; ex quibus tria ſaltem Paſchata colliguntur. an autem non plura tribus interceſſerint, paulo pòſt aperietur; ſi priùs

B quid conſequentibus temporibus perſuaſum pleriſque fuerit, explicemus.

Auguſtini, & Seueri.

Cùm igitur tria illa, quæ ſuprà commemoraui, de Paſſione Chriſti capita certa ex Euangeliis fide conſtent; poſteriores alia ferè totidem in eandem Catholicæ fidei neceſſitatem incluſerunt. Qua illorum præſcriptione, ac pleno fiduciæ decreto circunſcripti poſtmodum homines, & in anguſtias redacti, in eas ſalebras incurrerunt, è quibus euoluere ſe ſine generoſo aliquo facinore non poterant. Primum ex iiſce poſtremis tribus fuit, Chriſtum ætatis anno triceſimo tertio iam abſoluto, ineunte quarto paſſum eſſe. alterum, quatuor obiiſſe Paſchata poſt baptiſmum; hoc eſt tres annos cum menſibus aliquot prædicaſſe. tertium Luna XV morte eſſe damnatum. Quæ omnia pro Eccleſiaſticis dogmatibus Beda venditat lib. de Temp. rat. capite XL. *Habet enim* (inquit) *niſi fallor, Eccleſiæ fides Dominum in carne paulo plus quàm* XXXIII *annis vſque ad ſuæ tempora Paſſionis vixiſſe: quia videlicet* XXX *annorum fuerit baptizatus; ſicut Euangeliſta Lucas teſtatur: & tres ſemis annos poſt baptiſma prædicauerit;* &c. Poſtea, *Nam quod Dominus* XV *Luna, feria ſexta crucem aſcenderit, & vna Sabbatorum, id eſt die Dominico, reſurrexerit à mortuis, nulli licet dubitare Catholico.* Triplici huic Eccleſiæ decreto, quartum ſubinde poſt Bedam additum eſt

C à Computiſtis, & Chronologis quo diem Paſſioni præfinierunt eum, qui eſt VIII Kal. Apr. de quo ita Beda. *Quod autem* VIII *Kal. Apr. crucifixus,* VI *Kalendarum earundem die reſurrexerit, multorum latè Doctorum Eccleſiaſticorum conſtat ſententia vulgatum.* Cui Theophili, & Cæſarienſium Patrum teſtimonium opponit, qui alio die paſſum eſſe ſciuerant Chriſtum. Itaque non tanta fiducia poſtremum hoc aſſeuerat; quod ſequentibus deinde ſæculis omnium animos occupauit.

Computiſtarum inextricabilis ſententia.

Quocirca poſteriores Bedâ Chronologi quatuor illa dogmata tanquam certiſſima, & indubitata poſuerunt; quibus parem atque Euangeliis ipſis, aut Conciliorum decretis authoritatem tribuerunt: vt ex Mariano Scoto, Sigeberto, nec non Guilelmo Durando, aliiſque id genus Scriptoribus liquet. Quinetiam Alphonſus Toſtatus, cum Senis in Etruria inter capita XXI, quæ diſputanda propoſuerat, hoc ipſum edidiſſet; Chriſtum die XXV Martij non eſſe mortuum, ſed die tertia Aprilis, anno XXXIII ætatis ſuæ ineunte; inſtante Ioanne Turrecremata Cardinali poſtulatus iudicio, atque damnatus eſt, vti Mariana noſter meminit libro de

D anno & die mortis Chriſti, cap. X. qua de re longiſſimam Apologiam ſcripſit Toſtatus, Defenſorij nomine; cuius in ſecunda parte de anno, & die Paſſionis pleniſſimè diſputauit. Ac veteres quidem, Solis, ac Lunæ neglectis curriculis, nec Aſtronomicis tabulis in conſilium adhibitis, ſimpliciùs, ac ſine diligentiori vlla inquiſitione, annum diémque, qui opportunus ipſis viſus eſt, Paſſioni Dominicæ præfixerunt. Poſteri verò Lunæ, Soliſque methodum ad eius rei inueſtigationem adiunxerunt. Sed initiò rudis & inchoata fuit cœleſtium motuum, & aſtronomicarum rationum ſcientia. Nam neque Lunarem, aut Solarem anteceſſionem nouerant: & iiſdem momentis annuos cardines, ac Nouilunia Chriſti tempore, quibus Nicæni Concilij, ac ſua deinceps ætate, committi putabant. Poſtremò oculis ipſis penè priùs, quàm Mathematicorum demonſtrationibus admoniti, diſparia motuum interualla, & antegreſſiones ſiderum notarunt; ex quo ſubtiliùs, ac limatiùs in ea tractanda quæſtione verſati ſunt.

Refellitur Computiſtarum opinio.

Atque vt de mediæ vetuſtatis Computiſtis, & Chronologis prius verba faciam, A
nemo dubitauit illorum, quin quibus diebus aurei numeri in Kalendariis Nicæni Concilij ſæculo fuerant adſcripti, iis ipſis perpetuò ab orbe condito ad ætatem ſuam nouilunia contigiſſent, deincépſque reditura forent: & ſolares cardines iiſdem, quibus olim erant notati temporibus, immobiles conſiſterent. Quamobrem cùm & paſſum Luna xv Chriſtum, & Martij xxv die crederent; vt autem Luna xv in eum Martij diem incurrat, Neomeniam Martij xi, ac numerum aureum xiii eſſe oporteat; ita demum ratiocinati ſunt: anno illo, quo paſſus eſt Chriſtus, neceſſariò cyclum Lunæ xiii fuiſſe, ac nouilunium accidiſſe Martij xi, literam verò Dominicalem B. Hoc velut oraculum & ἀξίωμα ſibi præſcribentes, animaduerterunt certas illas temporis notas minimè ad annum Paſſionis congruere, quem Dionyſius, ac Beda præfinierunt. Etenim quarto & triceſimo anno Chriſti, in quem Paſſionem iſti contulerunt, cyclus erat Lunæ xvi, Neomenia Martij viii; Luna xv, Martij xxii, feria ſecunda. Sed nec alius quiuis annus characteribus illis inſignitus eſt, præter Chriſti duodecimum, cycli lunaris decimum tertium, quo B
litera Dominicalis fuit C B. Ex eo itaque portentum illud opinionis emerſit; Dionyſium duobus & viginti ſolidis annis Paſſionis annum tardius adnotaſſe, quàm reuera contigerit: ac reuera Chriſtum Dominum anno æræ Dionyſianæ, & communis duodecimo mortem obiiſſe. Quod illepidum, abſurdúmque dogma ſic hominum animos per illa tempora peruaſerat, vix vt author vllus Chronica ſcripſerit, quin Dionyſianæ iſtius labis lectorem admoneret: velut Sigebertus, Marianus, Matthæus Paris, aliíque, quos commemorare ſuperuacaneum eſt. Ita alij ex aliis fatalem hanc inſcitiam, ac ridiculam fabulam expreſſerunt. Tandem Aſtrologiæ diſciplina plenius exculti Computiſticæ rei magiſtri ſuperioris ætatis errata caſtigare aggreſſi ſunt; ac plerique id eſſe falſum iudicarunt, quod erat hactenus creditum, viii Kal. Apr. Chriſtum eſſe cruci ſuffixum. Sed alium alij diem eligere maluerunt. Quorum vt in opinione varietas, nec non reliqua diſputatio omnis faciliùs poſſit intelligi, annorum decem nouilunia, & plenilunia deſcri- C
bam, ex Paulo Foroſemproníenſi, qui lib. vii Partis ii, aliquot annorum typum edidit, ad annum æræ communis quadrageſimum: in quo medias ac veras coniunctiones, & oppoſitiones adhibet.

LATERCVLVM NOVILVNIORVM ET PLENILVNIORVM tam mediorum, quàm verorum Martij menſis ad meridianum Hieroſolymitanum, ad x annos; ex Paulo Middelburgenſi Epiſcopo Foroſemproníenſi. Horæ & ſcrupula poſt meridiem ſumuntur.

Anni Chriſti.	Nouilunia.	H.	F.	Plenilunia.	H.	F.
Anno Chriſti xxxi, cyclo Solis xii, litera G, Lunæ xiii.	Medium Mart. xi	19 51′ 12″	2	Med. Martij xxvi	14 13′ 14″	3
	Verum Martij xi	14 23	2	Verum Mar. xxvi	13 5	3
Anno xxxii, cyclo Solis xiii, Lunæ xiv, litera F E.	Med. Martij xxix	17 23 51	1	Medium Apr. xiii	11 45 53	1
	Verum Mart. xxix	12 0	1	Verum April. xiv	0 51	2
Anno xxxiii, cyclo Solis xiv, Lunæ xv, litera D.	Med. Martij xix	2 12 28	5	Medium Apr. ii	20 34 30	6
	Verum Martij xix	2 31	5	Verum April. iii	6 8	6
Anno xxxiv, cyclo Solis xv, Lunæ xvi, litera C.	Med. Martij viii	11 1 5	2	Med. Martij xxiii	5 23 7	3
	Verum Mart. viii	19 21	3	Verum Mar. xxiii	6 59	3
Anno xxxv, cyclo Solis xvi, Lunæ xvii, litera B.	Med. Martij xxvii	8 33 44	1	Medium April. xi	2 55 46	2
	Verum Mar. xxvii	19 57	2	Verum April. xi	0 11	2
Anno xxxvi, cyclo Solis xvii, Lunæ xviii, litera A G.	Medium Mart. xv	17 22 21	6	Med. Martij xxx	11 44 23	6
	Verum Martij xvi	7 9	6	Verum Mart. xxx	5 51	6
Anno xxxvii, cyclo Solis xviii, Lunæ xix, litera F.	Medium Martij v	2 10 57	3	Medium Mar. xix	20 32 59	4
	Verum Martij v	11 8	3	Verum Martij xix	22 45	4
Anno xxxviii, cyclo Solis xix, Lunæ i, litera E.	Med. Martij xxiii	23 43 37	2	Medium Apr. vii	18 5 39	3
	Verum Mart. xxiv	4 35	2	Verum April. vii	19 5	3
Anno xxxix, cyclo Solis xx, Lunæ ii, litera D.	Med. Martij xiii	8 32 14	6	Med. Mart. xxviii	2 54 16	7
	Verum Mart. xiii	5 29	6	Verũ Mar. xxviii	12 41	1
Anno xl, cyclo Solis xxi, Lunæ iii, litera C B.	Med. Martij xxxi	6 4 53	5	Medium Apr. xv	0 26 55	6
	Verum Mart. xxxi	0 34	5	Verum April. xv	11 49	6

D

A Hinc euidenter apparet, neque anno XXXIV Chriſti, neque alio quolibet ex illis decem accidere, vti ſexta feria cum Plenilunio in XXV Martij diem incurrat. tribus autem annis duntaxat ambo iſta concurrere, ſextam feriam & plenilunium; nimirum anno XXXIII, XXXVI, & XL. Sed quadrageſimus excludendus eſt, quoniam vltrâ Tiberij annos excurrit. E duobus reliquis permulti XXXIII annum elegerunt, & Aprilis III die paſſum eſſe Chriſtum arbitrati ſunt. velut Rogerius Bachon Epiſtola ad Clementem V; Ioannes de Muris; Paulus Burgenſis in caput XXVI Mat. vti Paulus alter Foroſempr. refert. Idem & Alphonſus Toſtatus in Defenſorio latiſſimè probat; Ioannes item Lucidus; Perrerius lib. XI Comment. in Danielem. Horum tamen plerique, ac vetuſtiores maximè, qui natalem Dionyſianum in anno Chriſti primo tenuerunt, cùm ad Paſſionem Dominus acceſſit, annum ætatis abſoluiſſe putant XXXI, cum menſibus tribus, vt Paulus Foroſempr. obſeruat. recentiores verò, qui natalem communem amplexi ſunt, XXXII annos cum menſibus tribus aſſignant.

B At Paulus Foroſempronienſis anno Chriſti XXXVI paſſionem illigat, cùm Dominus exceſſiſſet annum ætatis XXXIII, & quartum inchoaſſet. Biennio quippe natalem illius infra vulgarem ſummouendum cenſuit, vt ſuo loco dictum eſt. Cæteri Solis, Lunæque ſecuri, annum communis æræ XXXI morti Dominicæ præfiniunt. Quanquam Lucas Gauricus, & eum imitatus Onufrius; tum Mariana noſter, libro de die mortis Chriſti, qui eundem XXXIV annum aſſerunt, Paſchalis computi rationem habuerunt. Nam primi illi duo non Luna XV, ſed XVIII paſſum eſſe defendunt, Martij XXVI. At Mariana eodem anno XXXIV, Martij XXV die crucifixum aſſerit: cùm ob Kalendarij vitium is dies XXV Martij diceretur, qui erat reipſa XXVI.

Excutitur Bedæ, aliorúmque de annis XXXIV *Chriſti ſententia.*

CAPVT X.

C QVI trigeſimo quarto ætatis anno Chriſtum Dominum obiiſſe credunt, ij mediæ, quem adduximus, conſenſum vetuſtatis imprimis vrgere, ac pro ſua ſententia proferre ſolent. Sed ante omnia Bedæ teſtimonium illud inſigne, quod ſuprà produximus, in quo fidem hoc Eccleſiæ habere dicit, *Chriſtum paulo plus, quàm* XXXIII *annis vſque ad ſuæ tempora Paſſionis vixiſſe.* Hoc firmiſſimum Chronologiæ ſuæ munimentum Annalium Scriptores appellant. Sed ſi illorum ipſorum, quorum ſe authoritate munitos putant, ſenſum, ac mentem intellexiſſent, nunquam iiſce teſtibus vterentur. Etenim ſic annos triginta tres, menſéſque tres in carne vixiſſe Chriſtum, Beda, cæterique prædicant, vt poſt natiuitatem duos tantùm, & triginta ſolidos expleuiſſe cenſeant, & illum, quo in vtero Virginis fuit, annum in ſummam conferant. Nam qui primus ab illis Chriſti numeratur annus, is eſt, in quo incarnatus, & in lucem editus eſt; quo excluſo, ad eum, qui paſſioni præfixus eſt, quartum & triceſimum, anni XXXII præcisè computandi ſunt. Chriſtus in vtero Virginis incarnatus eſt Martij XXV anni primi communis æræ; vt authores illi ſentiunt,
D nóſque ſuprà, cùm de anno Natali diſputabamus, oſtendimus. Cùm igitur eodem fere tempore ſit paſſus; interuallum inter vtrumque trium & triginta, non amplius, annorum fuit. At noſtri tres illos & triginta cum menſibus tribus poſt natalem ordiuntur. quod nemo veterum illorum docuit. Quare fruſtra ſe antiquitatis ſuffragio, ac teſtimonio defendunt.

Sed Bedæ, ac deinceps reliquorum opinio, atque ratio ſemet ipſa redarguit. Primùm quòd ex Eccleſiæ fide Beda pronunciat, Chriſtum paulo plus, quàm XXXII annis in carne vixiſſe, id eſt tribus inſuper menſibus, huic ille contradicit, dum qui primus eſt annorum iſtorum, in eo incarnatum affirmat eſſe Chriſtum. à quo ſi ad paſſionem, id eſt XXV Martij, annos XXXIV numeres, haud plus annis triginta tribus intereſt. Falſum eſt igitur tribus præterea menſibus in carne vixiſſe Chriſtum. Ad hæc impropriè nec vſitato hominum more, ac conſuetudine loquitur, dum ætati, vitæque Chriſti tempus illud imputat, quo in vtero Virginis ma-

tris incluſus eſt. Hic enim, opinor, ætatis alicui primus tribuitur annus, cuius initium ab ipſo, quo ex parentis vtero profuſus eſt, momento deducitur. Quocircâ rectè Paulus Foroſemproníenſis neminem à ſe dicit eſſe repertum, qui illam Bedæ, & id genus cæterorum opinionem quadraret. Sic enim loquitur. Tertiò pugnat in eo Beda ſecum, quod anno Chriſti XXXIV, IX Kal. Apr. Lunam XIV, feriam V fuiſſe; adeóque VIII Kal. Apr. paſſum eſſe Chriſtum exiſtimat. Hæc enim illius verba ſunt. *Quoniam* DXXXII *annis circulus Paſchalis circumagitur, his adde* XXXIII, *vel potiùs* XXXIV, *vt illum ipſum, quo paſſus eſt Dominus, attingere poſſis annum, fiunt* DLXVI. *Ipſe eſt ergo annus Dominicæ Paſſionis, & reſurrectionis à mortuis: quia ſicut* DXXXIII *primo, ita* DLXVI *triceſimo quarto per vniuerſos Solis & Lunæ concordat diſcurſus.* Vnde ita colligit. *Et ideo circulis beati Dionyſii apertis, ſi* DLXVI *ab incarnatione Domini contingens annum,* XIV *lunam in eo* IX *Kal. Apr. feria* V *repereris, & diem Paſchæ Dominicum* VI *Kal. Apr. Luna* XVII, *age Deo gratias, quia quod quærebas, ſicuti ipſe promiſit, te inuenire docuit.* Quibus verbis docet hoc Beda, anno Chriſti DLXVI, cyclo Lunæ XVI eaſdem Neomenias, ac ferias recurriſſe, quæ erant anno æræ triceſimo quarto, quo paſſus eſt Chriſtus: nimirum decimam quartam lunam IX Kal. Apr. ſiue Martij XXIV fuiſſe, Dominicam verò VI Kalend. Apr. ſiue Martii XXVII, Luna XVII. Sed hæc ἀσύςατα ſunt. Etenim anno XXXIV Chriſti cyclus Lunæ fuit XVI, Solis XV, litera Dominicalis C. Nouilunium medium Martij nono, circiter mediam noctem. Nicena porro Neomenia, quam Beda perpetuam, ac fixam credidit, Martij VIII feria II; decima quarta, Martij XXI, feria I. Paſcha itaque Martij XXVIII, Luna XXI Nicena. quod & anno Chriſti DLXVI ex Bedæ opinione, congruit. Minimè igitur anno vtroque Chriſti Luna XIV in Martij XXIV diem incidit; neque Dominica XXVII, ſed XXVIII contigit. Atque vt vera ſint quæ de nota duorum illorum annorum aſſerit Beda, cyclus eſſe Lunæ debuit XIII, Solis XXI, litera Dominic. B, quod anno Chriſti duodecimo quadrat. Ob id Computiſtæ Beda poſteriores omnes Dionyſium XXII annis æræ ſuæ principium tardius conſtituiſſe ſomniant, & quem annum duodecimum fecit, eum XXXIV numerare debuiſſe. quod abſurditatem excedit omnem.

Illuſtratur Bedæ locus.

Idem Beda capite illo XL Paſſionis annum obſcurè definit, ex Monachorum quorumdam narratione, qui Romæ anno Dionyſiano DCCI fuerunt. *Sancta ſiquidem*, ait, *Romana, & Apoſtolica Eccleſia hanc ſe fidem tenere* (nimirum paulo plus Chriſtum XXXIII annis vixiſſe) *& ipſis teſtatur Indiculis, quæ ſuis in cereis annuatim inſcribere ſolet, vbi tempus Dominicæ paſſionis in memoriam populis reuocans, numerum annorum triginta ſemper, & tribus annis minorem, quàm ab eius Incarnatione Dionyſius ponit, adnotat. Denique anno ab eius Incarnatione iuxta Dionyſium* DCCI, *Indictione* XIV, *fratres noſtri, qui tunc fuere Romæ, hoc modo ſe in Natali Domini in cereis S. Mariæ ſcriptum vidiſſe, & inde deſcripſiſſe referebant: A paſſione Domini noſtri Ieſu Chriſti anni ſunt* DCLXVIII. Hic locus variè à Chronologis, & Annalium editoribus vexatus, viciſſim & illorum ingenia torſit. Anno Dionyſiano DCCI Indictio XIV currebat à Kal. Ian. ad Septembrem, à quo deinceps Indictio XV cœpit. Quare natalem illum, quo Monachi Romæ iſta legerunt, in annum æræ communis ſeptingenteſimum incidiſſe neceſſe eſt; ſic vt annum à Natali per id tempus Eccleſia Romana cœperit, ſi quidem Indictio tùm erat XIV. At Annalium conditor librariorum vitio DCCI pro DCCII apud Bedam legi confirmat. Verùm Indictio XV tunc eſſet, non XIV. Paulus verò Foroſempron. lib. IV Paulinæ, DCCI annum legit; ſed à Paſſione DCLXIX, non DCLVIII; ex eóque colligit, Chriſtum ex illa ſententia anno triceſimo primo abſoluto, cum menſibus tribus mortuum videri. Nam ſi annos 669 de 701 deducas, reſtabunt 32 anni ab Incarnatione Chriſti. Detractis nouem menſibus, quibus in vtero geſtatus eſt, reliqui ſunt anni XXXI cum tribus menſibus. Atqui ſi Romana Eccleſia annos Chriſti à Martio menſe, & Incarnationis die numeraret, quem & Paſſioni præfinitum Paulus exiſtimat, conſequens eſt, Natalem illum, de quo Beda loquitur, in finem anni DCC cadere, Indict. XIV, ab eóque tempore non ſolùm Chriſti annos procedere, ſed etiam annos à Paſſione numeratos. Cùm igitur anno Chriſti DCC Natali Domini, Indict. XIV, annus putetur à Paſſione DCLXIX, vti Paulus legendum ſignificat, primus annus à paſſione ab eo Natali, qui in annum Chriſti XXXII cadit, inchoandus eſt. aut ſi

A Natalis ille Decembri anni Chriſti DCCI tribuitur, primùm Indictio XV, non XIV numeranda venit. Deinde Natali anni Chriſti XXXIII, primus annus à Paſſione computabitur.

Quamobrem mendoſus eſt ille Bedæ locus, neque quomodo reſtituendus ſit, ſatis apparet. Triplex quidem occurrebat emendandi via. Nam aut annus Chriſti DCC, pro DCCI ſcribendus, vti Scholiaſtes Bedæ legiſſe videtur: ac tùm anni à Paſſione numerati à Natali Chriſti, XXV Decembris incipient, & anno æræ communis XXXIII paſſum Dominum illius ætatis opinio fuerit. Aut pro Indictione XIV, legendum XV, vt & anni à Paſſione ab ipſo Natali putentur; & anno æræ communis XXXIV Paſſionem Chriſtus obierit. Aut poſtremò Indictiones Romanæ iam tùm à Ianuario cœptæ, & in Decembrem deſitæ ſunt: quod minimè probatur.

Hæc ſatis ſunt ad decretum illud Bedæ refellendum, quod Eccleſiæ perperam affingit, Chriſtum annos exegiſſe tres & triginta cum tribus menſibus. Huic enim
B Dionyſius ac Beda ipſe per imprudentiam refragantur. Aliorum commentum, qui Dionyſio μεταχρονισμὸν XXII annorum imputant, multo magis ridiculum eſt, vt ſuprà demonſtrauimus. Nam ex illo ipſo dogmate pleraque conſequuntur, quæ cum Euangelica veritate concordare nequeunt. Veluti neque Pilato Præſide, neque Tiberio Imperatore paſſum eſſe Chriſtum; ſed Auguſto ſuperſtite. Item neque Anna, vel Caipha principibus Sacerdotum baptizatum, ac mortuum; & id genus alia: vt ſatis mirari nequeam, iis hominibus, qui aliquod rationis, communíſve ſenſus veſtigium haberent, tam fœdam, & abnormem inſediſſe ſententiam. Denique quamuis id illis, quod pugnabant, conceſſeris, communem æram duobus & viginti annis anteuerti debere; non ideo tamen quod volunt aſſequentur, vt anno æræ XII Chriſtus XXV Martij, Luna XV ſit paſſus. Nam nouilunium anno illo contigit Martij XII, feria VII. Ergo Luna XV cadit in XXVI Martij, contra illorum hypotheſin.

C *Ecquid Luna XV paſſus ſit Chriſtus. Demonſtratur non accuratis Lunæ motibus, ſed corrupto cyclo vſos eſſe Iudæos.*

CAPVT XI.

ALTERVM ſequitur non infimæ duntaxat vetuſtatis, ſed antiquiorum etiam decretum, Luna XV paſſum eſſe Dominum. Id ex eo manauit, quòd Iudæis lege præceptum, ab iiſque ſeueriſſimè cuſtoditum eſſe crederent, vt inſtante Luna XV, vel plenilunio, Paſcha celebrarent: nimirum vt ea nocte, qua agnus immolabatur, Luna Soli è regione eſſet oppoſita. Quod quidem Philo lib. de Vita Moyſis, & Ioſephus lib. III Orig. cap. X; tum vtroque vetuſtiores, Ariſtobulus, & Agathobuli duo apud Euſebium lib. Hiſtoriæ Eccleſ. V ex Aphricano teſtati ſunt. Hinc omnis illa Dominicæ paſſionis inueſtigandæ difficultas orta eſt, quæ hactenus eruditis, ac ſolertibus viris propemodũ veri deſperationem attulit.

D Ego verò tametſi poſterioribus ſæculis, maximè poſtquam Græcorum vſu ac commercio Iudæorum populus implicari, premique dominatione cœpit, lunares menſes ab illis obſeruatos, ad eiúſque ſideris motus legitimas celebritates directas eſſe non negem; nequaquam tamen adducor vt credam, ciuiles eorundem menſes, ac Neomenias perpetuò cum accuratis Lunæ ratiociniis paria feciſſe. Mihi verò plus aliquanto, quàm popularis vſus ferat, à Iudæorum ritibus, & Faſtis poſtulare videntur ii, qui illorum Neomenias, & Plenilunia, adeóque Paſchata ad exactiſſima lunarium orbium momenta deſcribunt. quaſi ne vno quidem alteróve die medios Lunæ curſus anteuertere, vel morari ciuiles ipſorum cycli potuerint. Atqui neque ſanctius puto Iudæis eſſe præceptum, neque diligentius ab iis obſeruatum, vti Luna XIV ſub veſperam Paſcha facerent, quam Chriſtianis ipſis, vti proxima poſt illam Dominica celebrarent. Tot illæ de Paſchate controuerſiæ, tanti nationum inter ſe conflictus, tam grauia Orientis

Occidentíſque diſſidia; tot ſuper ea quæſtione celebrati toto orbe conuentus Præſulum; ſanctiſſimum illud Nicenæ Synodi decretum, cæterarum deinde ſuffragio comprobatum. innumeri denique Paſchales cycli ad Lunæ, Soliſque viciſſitudines moderandas adhibiti declarant, magno id ſtudió quæſiſſe Chriſtianos, vt ſolenne ſuum ad vtriuſque ſideris modulos accommodarent. Neque tamen in tanta rerum Aſtronomicarum ſcientia, quam ab Alexandrinis diſcere poterant, hoc aſſecuti ſunt, quod volebant. Sed eo vſque labes eſt methodi Paſchalis, vitiúmque progreſſum, vt à priſtinis Solis cardinibus decem ſolidos dies; à lunaribus epochis, quatuor aberraret. Quid igitur Iudæis accidiſſe credimus, qui Aſtronomicis, ac Mathematicis rebus aut nullam, aut minorem certè, quàm Alexandrini, Græcíque, per illud tempus operam nauabant? Eſtne vt ſibi quiſquam, aliíſve perſuadeat, Neomenias illorum nunquam à mediis, ac cœleſtibus nouiluniis ne vno quidem alteróve diſcrepaſſe die? Non eſt veriſimile. A

Quanquam ita ferè omnes de Iudæorum Paſchate, déq; Chriſti paſſione loquuntur, ac diſputant, vt hanc velut ἀναπόδεικτον ἀρχὴν aſſumant; primam azymorum diem Luna xv perpetua lege celebratam fuiſſe. Hinc enim colligunt, plenilunio ipſo paſſum eſſe Chriſtum, neq;, vt à quibuſdam aſſeritur, tranſlationẽ feriarum vllam interueniſſe; quod adeò ſanctè Pleniluniũ, ſiue xiv exeuntem in Paſchatis celebratione tenendam ſciuerit Moyſes, vt qui ad eam diem non adfuiſſent, eos in ſequentem potiùs menſem reiiceret, quàm vt alio die, quàm Luna xv, ſacris illis operari ſineret. Hæc Annalium argumentatio eſt. Sed in ea primò falſum ſumitur. Neque enim Moſes vſpiam lunam xiv, vel plenilunium obſeruari iuſſit; ſed xiv menſis primi. quod & verum eſt, & à Iudæis retentũ, tametſi feriarum tranſlationes adhibuerint: vt poſtea dicetur. Nihilominus enim Paſcha die xiv mẽſis primi peractum eſt. quemadmodum & Chriſtianum Paſcha ab Orthodoxis, ante Kalendarij reſtitutionem, Dominica proxima poſt decimam-quartam diem menſis primi celebratum dicitur; imo etiam poſt lunam xiv, non vtique cœleſtem, ſed popularem, atque cyclicam. Hoc ne ſola diuinatione, coniecturáque nitatur, vnus propemodum ex veteribus facit Epiphanius; qui in Alogorum Hæreſi LI teſtatur, vitioſo cyclo per id tempus vſos eſſe Iudæos, ac biduo tum Neomeniam Niſan ab exacto Nouilunio κατὰ προέμπτωσιν diſceſſionem feciſſe. vt in Animaduerſionibus noſtris pluribus expoſuimus. Magnam igitur ſanctiſſimo illi eruditiſſimóque Patri gratiam debemus, quòd ea nos obſeruatione infinitis moleſtiis, & inextricabilibus laqueis expediuit; ac diem ipſum Paſſionis Dominicæ aliunde, quàm ex Aſtrologicis epilogiſmis, ac cœleſtibus motibus, inueſtigare docuit. Deſinant itaque Chronologi in anno diéque Paſſionis eruendo Mathematicorum calculis, & nouiluniorum, pleniluniorúmque minutis, ac ſcrupuloſis ratiociniis ſibi, ac lectoribus ſuis negotium facere. Quo in genere nimia ſanè περιεργία quorundam extitit: ſed imprimis Pauli Foroſempronienſis, & ante hunc Abulenſis: pòſt verò, Ioannis Lucidi, atque Scaligeri. qui è cyclis lunaribus decimas quartas Iudaicas, & Paſchata anxiè admodum explorant. poſtremus autem iſte Calippicum cyclum, & Alexandreum neſcio quem vel inuitis Iudæis obiicit, quod ſuo loco pleniſſimè refutatum eſt. B C

D

Conſtituitur annus ac dies Dominicæ Paſsionis.

Capvt XII.

Extorta igitur vetere atque trita Paſſionis indagandæ via, quæ Aſtronomicis demonſtrationibus, ac Lunæ rationibus innititur, vnicum supereſt authoritatis præſidium. Ea verò duplex eſt, diuina, vel humana. Illam ſacræ literæ; hanc Patrum monimenta continent. Prior ob ambiguitatem & obſcuritatem nihilo certius rem definit. Hoc enim docemur vnum, Chriſtum anno circiter ætatis xxx, ac Tiberii ferè xv, procurante Pontio Pilato, à Ioanne baptizatum fuiſſe. ab eo tempore collectis diſcipulis, Iudæam peragraſſe, & Euangelicam lucem hominibus impor-

A taſſe. Quot verò poſtmodum annis prædicauerit, quóve ætatis anno paſſus ſit, nihil expreſſum legitur. Ad Patres quod attinet, vetuſtiſſimi docent anno Tiberij XV, ætatis ſuæ XXX mortuum eſſe, Geminis duobus Coſſ. quibus & paſſionem illigat Victorius in membranis P. Sirmondi. etſi XXXII annus à Natiuitate, & Indictio III perperam notata ſint. Poſteriores anno ferè Tiberij XVIII, Euſebium, & Epiphanium ſecuti. Sed in horum explicanda ſententia minus attentè pleroſque verſari video. qui Imperatoris illius annos more Romano ab eo die, quo imperium iniit, computandos exiſtimant. quod non ita eſt. Etenim à populari ciuitatum ſuarum exordio Patres illi annos inchoabant, nimirum ab Autumno antecedente æſtatem illam, qua Auguſtus exceſſit. Anno ab Vrbe condita DCCLXXXIV, Iuliano LXXVI, Auguſti XIX, cœpit annus XVIII Tiberij, anno tertio Olympiadis CCII, cyclo Lunæ XIII. Græci Patres, vt Euſebius, & Epiphanius, annum Tiberij decimumoctauum putare incipiunt ab autumno anni Iuliani LXXV. De Euſebio ſuprà id oſtenſum eſt aliquot exemplis; & res ipſa perB ſuadet non aliud exordium anni ab eo ſumptum, quàm Antiochenum, & Syromacedonicum, ab Octobri. Fuit enim Cæſareæ, quæ Palæſtinæ in Syria metropolis erat, Epiſcopus. Qui annos Chriſti ad Euſebianum Chronicon adnotarunt; ad XVIII Tiberij, & Olympiadis CCII tertium, quo paſſus ibidem Chriſtus ponitur, annum Chriſti XXXII adſcripſerunt. Quare cùm vno ante communem natalem anno ortum Chriſti collocarit Euſebius, tertio anno Olympiadis CXCIV; annus ille XXXII æræ vulgaris eſt XXXI, Per. Iul. 4744, quo à Kal. Ian. ad Solſtitium in curſu fuit annus ſecundus Olympiadis CCII; à Solſtitio verò, tertius annus, Coſſ. Tiberio V, & Seiano. Hic eſt annus ille, quo mortuum eſſe Chriſtum pluribus docet, ac probat Epiphanius Hæreſ. LI. quem cùm Tiberij dicat eſſe decimumoctauum, apparet ipſum ab autumno antecedente, itidem vt Euſebium, annorum Tiberianorum initia capere; ac reuera ex amborum ſententia paſſum eſſe Chriſtum anno XVII currente Tiberij, Olympiadis CCII anno ſecundo. Eadem & cæterorum Patrum opinio fuit, qui Euſebio authore, decimo octauo Tiberii anno, mortuum affirmarunt eſſe Dominum. Nam παρελληπτικῶς octauum decimum anC num appellarunt, qui Romanis decimus ſeptimus putabatur.

Hunc nos annum Dominicæ paſſioni ab Euſebio, Epiphanio, Hieronymo, aliiſque Scriptoribus præfinitum, valde cum hiſtoria conſentire in Epiphanianis Animaduerſionibus oſtendimus. Exempli cauſa Paulus Apoſtolus anno XXV poſt paſſionem Domini, id eſt ſecundo Neronis anno Romam vinctus mittitur, vt ſcribit Hieron. in Catalogo, ex Euſebii Chronico. Primus annus Neronis iniit anno Iuliano XCIX, Vrbis DCCCVII, Marcello, & Auiola Coſſ. qui eſt Dionyſianus LIV. Ergo ſecundus Neronis cœpit anno Iuliano centeſimo. Si igitur de 100 detrahas 25, ſupererit annus Iulianus LXXVI, quo paſſio contigit, Dionyſianus XXXI. Rurſus idem Hieronymus author eſt, Petrum, & Paulum Romæ pro Chriſto interfectos eſſe anno poſt paſſionem Domini triceſimo ſeptimo, anno Neronis XIV. Hunc nos annum Dionyſianum LXVII, Iulianum verò CXII eſſe libro vndecimo declarauimus, Fonteio Capitone, & Iulio Rufo Coſſ. Detractis annis XXXVII de CXII, reſtant LXXV. Proinde Iuliano anno LXXVI Paſſionem Chriſtus obiit. Tertiò, Chryſoſtomus Paulum aſſerit annis quinque, & triginta poſt D conuerſionem Domino ſeruiiſſe, in Homilia de Princip. Apoſtol. Deductis annis totidem de anno Iuliano CXII, ſuperſunt LXXVII. Vnde anno Iuliano ſequenti ineunte, tertio à Paſſione Chriſti, conuerſum fuiſſe Paulum, libro XI docuimus. Quartò Hieroſolymitanum excidium contigit anno II Veſpaſiani, æræ Dionyſianæ LXX, Iuliano CXV; Veſpaſiano II, & Tito Coſſ. Atqui hunc annum à paſſione quadrageſimum plerique veterum numerant, vt Euſebius in Chron. & libro III Hiſtoriæ; Chryſoſtomus, Hieronymus. Detracti anni XL CXV, reſiduos faciunt LXXV. Igitur anno Iuliano LXXVI paſſum oportet eſſe Chriſtum. Clemens Alexand. Origenes, & alii quidam ex antiquis anno XLII à paſſione Ieroſolymitanum excidium collocant. nimirum quòd anno Tiberij XV Geminis duobus Coſſ. paſſum eſſe putent Dominum. Quem ſi, quod res eſt, plus vno anno prædicaſſe cogitaſſent; annos ſine dubio XL Paſſionem inter, & excidium putaſſent. Quinto Cæſarienſes Patres in Concilio quodam, quod Beda lib.

de Æquin. recitat, paſſum eſſe definiunt Chriſtum x Kal. Apr. & VIII Kal. re- A
ſurrexiſſe. Fuit igitur cyclus Solis XII, lit. G, ac proinde annus Iulianus LXXVI.
Quanquam in vulgatis Bedæ codicibus, perperam ita legitur. *Paſſus namque Domi-
nus ab vndecimo Kalendarum Aprilium, qua nocte à Iudæis traditus eſt, & ab ſeptimo Kal.
reſurrexit.* Sed *ab octauo* omninò legendum eſt; vt erat in membranis veteribus.

His argumentis Veterum Patrum traditio illa ſententiáque defenditur, Chriſtum anno Tiberij XVIII, Iuliano LXXVI, Olympiadis CCII ſecundo in crucem actum fuiſſe. De Olympiadis huius anno ſecundo diſertum eſt Africani teſtimonium apud Eubebium lib. VIII de Demonſ. vbi paſſum ponit anno CCII Olympiadis ſecundo; tametſi malè hunc cum anno Tiberij XVI copulat. Quippe Tiberij XVIII cœpit anno Iuliano XXXVI, Vrbis DCCLXXXIV, Per. Iul. 4744, quo circa Solſtitium inchoatus eſt annus Iphiti DCCCVII, ſiue Olymp. CCI annus III. Itaque verno menſe, quo crucifixus eſt Chriſtus, in curſu fuit annus ſecundus Olympiadis iſtius. Fauet huic ſententiæ Apollinaris Laodicenus apud Hieronymum in
caput IX Danielis. Nam cùm poſt Chriſti paſſionem ſex Tiberij annos enumeret, B
omnino exeunte decimo ſeptimo Tiberij, paſſum eſſe confirmat.

Supereſt dies Paſſioni dicatus, quem decimum-quintum Lunæ, ſiue plenilunium fuiſſe vulgò pronunciant. Sed nos firmamentum illius opinionis excuſſimus, cùm ex Epiphanio docuimus, Iudaicum cyclum haud accuratè lunaribus veſtigiis inſtitiſſe; ſed nonnunquam longius aberraſſe, maximè κατὰ προέμπτωσιν. Anno itaque Iuliano LXXVI, Nouilunium incidit, medium quidem Martij XII, hora circiter ſexta, in meridiano Hieroſolymitano; verum, hora ſecunda poſt mediam noctem. Plenilunium, ſiue Luna XV Martij XXVI, feria II. Sed triduo tùm ferè popularis Neomenia Nouilunium anteuertit. Ob id Martij IX Niſan Iudaicus iniit. Luna XV, ſiue plenilunium ciuile, Martij XXIII. Hoc igitur die, feria VI, paſſus fuerit Dominus, ex Epiphanij, aliorúmque veterum opinione. quod diſertè Concilium Cæſarienſe teſtatur in Fragmento illo, quod in Opuſculo de æquinoctio, Beda, ſiue Philippus exſcripſit, nec non Lactantius loco antè citato.

C

De die Paßionis vulgata Computiſtarum opinio retractatur.

CAPVT XIII.

ATENIM vetus eſt traditio, Chriſtum Martij XXV paſſionem obiiſſe. Ita ſentit vetuſtiſſimus author Tertullianus lib. con. Iud. cap. VIII. *Quæ paßio*, inquit, *huius extermnij intra tempora* LXX *hebdomadarum perfecta eſt ſub Tiberio Cæſare, Coſſ. Rubellio Gemino, & Rufio Gemino, menſe Martio, temporibus Paſchæ, die* VIII *Kalendarum Aprilium, die prima azymorum, quo agnum vt occiderent ad veſperam, à Moyſe fuerat præceptum.* Auguſtinus lib. IV de Trin. cap. V: *Octauo enim Kal. Apr. conceptus traditur, quo & paſſus.* Sed & Martyrologia quædam paſſionem Chriſti illo die referunt. Romanum vetuſtiſſimum ab
Heriberto Roſvveydo noſtro in lucem editum VIII *Kal. Apr. Annuntiatio Domini-
ca, & Crucifixio.* Nec non Bedæ, Adonis, & Vſuardi. Quanquam in Adonis Mar- D
tyrologio, quod ad exactam Veterum fidem Roſvveydus noſter expreſſit, verba illa, quibus paſſionis mentio fit, omiſſa ſunt, & pro alienis exempta. In Romano porro vulgari, quod in Eccleſia quotidie recitatur, de paſſione Chriſti VIII Kal. Apr. verbum nullum. etſi Latronis ſancti, qui eodem vtique, quo Chriſtus, die paſſus eſt, commemoratio in illum ipſum diem collata ſit. Olim verò etiam paſſionis memoriam intextam fuiſſe, teſtis eſt Paulus Foroſempron Libro V Partis II, qui & ſuſpicatur Vſuardum, vel alium quempiam hanc laciniam adſuiſſe. Ioannes Lucidus cap. IX de vero die paſſionis, negat Hieronymum, aut Vſuardum eius authorem eſſe: quoniam neque in Martyrologiis antiquis, & manuſcriptis, neque in Venetis paſſionis Dominicæ memoria extet VIII Kal. Apr. Sed ætate ſua docet à Florentino quodam Canonico id adiectum cum aliis nonnullis, quæ in vetuſtis codicibus minimè comparent. Ego verò cùm Martyrologiorum aliquot exemplaria perantiqua conſuluerim, in nullo paſſionis mentionem reperi; velut in tribus

A quæ ſunt in Bibliotheca Cœnobij Sancti Germani Pariſienſis. Quanquam, ad vnius marginem paſſionem quiſpiam adnotarat ante ſexcentos plus minus annos, quantum coniectari licuit. Sed id erat adſcititium. Verum ex Gregorio Turon. lib. x, cap. vltimo id colligitur. Proinde & antiquiſſimis nonnullis Patribus, & poſt Bedam deinceps omnibus fere Computorum, vel Chronicorum Scriptoribus firmiſſima illa perſuaſio fuit, Chriſtum Dominum VIII Kal. Apr. obiiſſe paſſionem. Imo verò poſteriores iſti tanquam id Euangelica authoritate conſtaret, aliter ſentire nefas arbitrati ſunt. Hinc illa fœda & barbara Sigeberti, Mariani, Matthæi Paris, & aliorum eius genij ætatiſque Scriptorum de Dionyſiani cycli errore ſententia: qui XXII annis ſolidis tardius natalem ab eo Domini conſignatum eſſe crediderunt; propterea quòd annus duntaxat æræ Dionyſianæ XIII characteribus illis eſſet inſignis, quos paſſionis anno tribuendos, veritas Euangelica doceret; nimirum vti XIV Luna Paſchalis cum feria quinta in IX Kal. Apr. incidat, & feria ſexta, Lunáque XV in VIII Kal. Apr. quo die paſſus eſt Chriſtus. Hæc authores illi, quos dixi, paſſim, atque ad ſatietatem oggerunt.

B Quo in opinionis commento conflictatus eſt Paulus Foroſempronienſis, & timidè, vt apparet, ac diffidenter ab eo diuulſus eſt. de quo ſuprà ſatis multa diſputata ſunt. Cunctandi verò tam huic, quàm cæteris illius ſæculi peritis cauſa fuit, quod Alphonſum Toſtatum ob id poſtulatum iudicio, damnatúmque meminerant, quod Chriſtum Martio menſe, eiúſque viceſima quinta die paſſum negaſſet iis in articulis, quos numero tres & viginti publicè diſputandos Theologico more propoſuerat. quemadmodum ex eius Defenſorij Parte II cognoſcitur; in qua ſuam illam ſententiam ab aduerſariorum calumnia copioſiſſimè tuetur. Verùm paulatim efferentibus ſeſe hominum ingeniis, ac maiori doctrinarum omnium luce perfuſis, vetus illa ſic tandem exoleuit opinio, paucos vt hac ætate patronos ac defenſores habuerit.

Quanquam aliquot ante annos Ioannes Mariana ipſam propugnare conatus fuerit in eo libro, quem ſatis grandem de mortis Chriſti die conſcripſit. Ibi multa, capitibus maximè XIII, XIV, & cæteris, vſque ad XVII, pro veterum authoritate C diſſerit. quos quidem anno Chriſti XXXIV lunam XV deſignaſſe dicit Martij XV. primum verò Dionyſium veterum calculis conturbatis eo anno lunam XIV in XII Kal. Apr. contuliſſe. Ergo Dionyſium, adeóque Bedam erroris coarguit; qui in cyclis ſuis dies Paſchæ perperam deſignarunt ante æquinoctium. Velut anno Chriſti IV Paſcha conferunt in XXIII Martij; & anno LXXII in XXII; cùm æquinoctium per illa tempora nonniſi Martij XXV, vel XXIV commiſſum ſit. Sic igitur anno Chriſti XXXIV ab iiſdem malè collocatum Paſchalem terminum putat XII Kal. Aprilis, cùm IX Kal. eſſe debuerit: quemadmodum corrector ille, quiſquis eſt, animaduertit, qui poſt cyclos Dionyſij, atque Bedæ, priores duas Enneadecaëteridas Dionyſianas caſtigatas poſuit: vbi anno Chriſti XXXIV terminus Paſchalis incurrit in IX Kal. Apr. Paſcha verò VI Kal. Apr. Ita etiam Cyrillus apud eundem Bedam, & Iſidorum lib. VI, cap. XVII, in anno XXXV cyclorum, qui reſpondet anno XXXIV Chriſti, lunam XX octauo Kal. Apr. deſignat. Sed Iſidorus diem Dominicum adſcribit: in quo à Cyrillo diſcrepat. Ad hæc Mariana ſequenti capite numerum aureum docet à Dionyſio in Romano Kalendario deſcriptum ad D eius congruere ſæculum; vt ibi, vbi coniunctiones luminarium rationibus aſtrologicis fieri cognorat, ſingulos apponeret. Qua ratione numerus XVI, qui anno Chriſti XXXIV conuenit, cùm VIII Martij ſit adſcriptus, Chriſti tempore decimo menſis eiuſdem congruebat; atque inde Luna XVI in XXV Martij cadebat. Nam qui iſto ipſo anno luminarium oppoſitionem prioribus diebus, vtputa XXI tribuunt, ex eo refelluntur; quod nunquam Paſcha ante æquinoctium celebrare fas fuit. æquinoctium verò ſæculo illo in XXV Martij, aut XXIV competebat. Denique vt anno æræ Chriſtianæ XXXIV, & VIII Kal. Apr. paſſionem obierit Chriſtus, ſic Mariana declarat: Paulus Foroſempron. Parte II, libro XII, cap. III, author eſt, poſtquam Iulius Cæſar annum ſuum inſtituit, eúmque Sacerdotum incuria deprauatum caſtigauit Auguſtus, nouum iiſdem à Sacerdotibus errorem eſſe commiſſum, qui anno decimotertio biſextum inculcauerint, cùm nonniſi XVI anno intercalari debuerit. Ex quo factum eſt, vt vno die anno longiore facto, quàm

Marianæ ſententia.

Mariana cap. XIII.

cap. XIV.

opus eſſet, inſequentibus annis literæ Dominicales vno die anticipatæ fuerint, A
atque adeo anno Chriſti XXXIV, cùm Dominicalis litera, ſi rectà proceſſiſſent, deberet eſſe C, fuerit B. Præterea in aliud incommodum inciderunt. Nam vno illo die extra ordinem intercalato, fiebat vt anno proximo, & ſequentibus primus dies menſis numeraretur, qui reuera ſecundus erat, & viceſimus quintus haberetur, qui reipſa XXVI erat. Itaque cùm litera Dominic. illo anno fuerit B, feria VI in XXV Martij diem incurrit. Hæc Mariana. quæ quidem, meo iudicio, neque ſecum, neque cum rei veritate cohærent.

Refellitur Marianæ illa ſententia.

Primùm omnium fugit illum ratio, cùm de numeris aureis Dionyſianis, totáque methodo cyclorum Paſchalium & æquinoctiorum diſputat. Hoc enim, quod ſuperioribus libris docuimus, perpetuò conſiderandum eſt; veteres illos Patres, qui poſt Nicenum Concilium Paſchalem rationem conformarunt, vel ignoráta, vel certè diſſimulata Lunæ, ac Solis anteceſſione, cùm æquinoctia, Solſtitiáque iiſdem in anno Iuliano momentis putaſſe conſiſtere, excepto quod propter appendicem illam horariam vltro citróque fluctuarent in annis communibus, atque B
biſextilibus; tùm nouilunia, & plenilunia, nouemdecim annis vertentibus, ad idem cum Sole punctum, vnde abierant, reuerti. Quocirca iiſdem diebus, dierúmque momentis, quibus ætate ſua committi crediderant, æquinoctia Nouiluniáque, non ſolùm Chriſti ſæculo, verùm etiam ipſo conditi orbis initio contigiſſe perſuaſiſſimum habebant; & qui aliter exiſtimarent, aut ex Sciothericis inſtrumentis contrarium deprehendiſſe ſe dicerent; non tantùm erroris, ſed propemodum etiam temeritatis accuſabant; quaſi plus ſe maioribus ſuis ſapere profiterentur. Ita quippe Beda lib. de rat. temp. cap. XLI ſeuerius illos caſtigat, qui ſe Lunam biduo ſæpius ante Neomenias Nicenas vidiſſe teſtificarentur, atque ad Nicenorum Patrum authoritatem prouocat: & in libro de æquinoctio vernali eandem cardinum ſtabilitatem adſtruit. Qui igitur ita ſentirent, & æquinoctium in XII Kal. Apr. hoc eſt Martij XXI, perpetuò defixum fuiſſe crederent, minimè mirum eſt eos, Paſchales Neomenias, atque terminos, cuiuſmodi Niceno tempore conſtituti fuerant, Chriſti ſæculo retinuiſſe. Neque ob id accuſandi ſunt, C
quod Paſcha ante æquinoctium indixerint. Id enim imprudentibus illis excidit: & quatenus ſcire ipſi & cognoſcere potuerunt, ante æquinoctium omnino Paſchata præſcripſerunt.

De aureis numeris Kalendarii veteris.

Præterea quod Mariana putat, Dionyſium numeros aureos ad ſuum tempus accommodaſſe, eóque tempore cum Nouiluniis cœleſtibus neomenias adamuſſim conueniſſe; ex quo colligit biduo tardius numeros eoſdem ætate Chriſti fuiſſe collocandos; quàm id falſum ſit, abunde libro præſertim quinto demonſtrauimus. Nam aurei numeri ad Nicenum tempus accuratiſſimè congruunt. Vnde Chriſti ſæculo vno duntaxat die tardius contingebant. Ita numerus aureus XVI, qui ad VIII Martij poſitus eſt, Chriſti tempore nonum occupare diem debuit; Dionyſij verò, ferè ſeptimum. Quocirca neque ex Dionyſij mente, neque ex Lunæ rationibus, terminus Paſchalis, ſiue Luna decima quarta in diem Martij XXIV; decima quinta, in XXV cadere potuit anno æræ communis quarto & triceſimo, qui eſt milleſimus quingenteſimus nonageſimus primus ab hoc anno Chriſti, quem agimus MDCXXIV. Quippe cùm in feriam II terminus Paſchalis, plenilunium in feriam III, & Martij XXIII incurrat, vt ex Tabella liquet, quam D
ſuprà deſcripſimus. atque adeò fruſtra eſt coniectura illa Marianæ; qui poſt Auguſti caſtigationem iterum à Pontificibus deprauatum eſſe Iulianum annum ſuſpicatur. Hoc enim temerè commentus eſt Paulus Foroſempronienſis. vt libro IV ſuprà docuimus, & quamuis literam Dominicalem anno illo fuiſſe concedamus B, non C, nihilominus XV Luna Martij XXIII, non XXIV quadrabit. Nam quod Mariana capite XVI cauſatur, non ſatis exploratam eſſe ſolaris anni magnitudinem; ac ſi minutis aliquot maior ſit, quàm aſtronomi vulgò putant, paucis ſæculis tridui labem poſſe colligi, nihil hoc ad rem pertinet. Etenim Tabulæ aſtronomicæ in lunari motu non multum diſſident; & anno Chriſti XXXIV Nouilunium reddunt omnes Martii VIII, horis circiter poſt mediam noctem XXI vel XXII in meridiano Hieroſolymitano, ſecundum motus medios. quod in Ptolemaicis, Alphonſi-

A Alphonſinis, & Prutenicis tabulis cernere licet. quarum priores illæ Chriſti ſæcu-
lo propinquiores ſunt, ac proinde nondum labes tanta conflari potuit, quantam
in cœleſtium motuum epilogiſmos cadere poſſe Mariana coniicit. Ac tametſi ma-
ior in anno Solari Tabularum aſtronomorúmque ſit diſcordia, vt poſt aliquot ſæ-
cula plurium dierum exceſſus confici queat, minus eſt tamen in lunaribus epilo-
giſmis varietatis, ac diſſidij. Agitur hîc autem de nouiluniis ac pleniluniis, quæ à
Chriſto ad Ptolemæum, annis circiter CXL, biduo anticipaſſe nemo dixerit. Sed
neque tanta eſt inter aſtronomos in anno Tropico ratiociniorum varietas, vt à
Chriſti tempore ad eundem Ptolemeum, qui obſeruatum à ſe æquinoctium me-
moriæ prodidit, plurium dierum diſcrimen interceſſerit. Quamobrem ſatis ſupér-
que illud exploratum, atque ex omni parte munitum relinquitur; anno Chriſti
XXXIV plenilunium in diem Martij XXV nullo modo potuiſſe cadere; neque quic-
quam diſputatione ſua promouere Marianam.

Supereſt vt de Dionyſianorum cyclorum emendatione, ac Cyrilli itidem cy- Cyclorum
clis pauca dicamus. Mendoſiſſimos quidem extare Dionyſij Circulos, ac fœdiſſimè apud Bedã
B deprauatos apud Bedam, nemo paululum rei huius intelligens ignorat. Nam & in- deprauatio.
literis Dominicalibus, & in biſextilium ordine conturbat. ideo Beda circulos iſtos
recenſuit, & aliter ordinauit. Præter hunc verò alius neſcio quis priores duas
Enneadecaëteridas Dionyſij interpolare eſt aggreſſus. Sed mira planè correctoris Apud Be-
iſtius inſcitia eſt; quem ex ea Computiſtarum fæce arbitror fuiſſe, qui Dionyſium dam Tom.
XXII annis tardius natalem Chriſti conſtituiſſe pertinaciſſimè tuentur. Quid 1 pag. 301.
enim caſtigatori illi in mentem venire potuit, dum ad cyclum primum Lunæ,
annum Domini, non 0, vt Dionyſius, ac Beda faciunt, ſed 3 adſcripſit, cum
Indictione 6, concurrentibus 1, & lunari cyclo 17, epactis 0? Nimirum fuit hæc
illius opinio; cyclum lunarem ab anno tertio Chriſti inchoari debuiſſe, Indi-
ctione ſexta currente; vt tùm Paſchalis terminus in nonas Aprilis incideret. Ita
quippe conſecuturum hoc ſeſe credidit; vt in annum Chriſti XXXIV cyclus Lu-
næ XIII caderet. Si enim anno primo cyclus Lunæ XVIII, & anno tertio cyclus
primus imputetur, vtique in annum XXXIV cadet cyclus XIII. Atqui cyclo XIII
C Neomenia Nicena, & Dionyſiana Martij XI contingit, Luna verò XIV Martij
XXIV, & decima quinta Martij XXV. quod tantopere Computiſtæ, ac Chronologi
deſiderabant, vt Chriſtus anno vitæ ſuæ XXXIV, Luna XV, & XXV Martij die
crucifixus haberetur. Hoc illi, quiſquis fuit, emendatori in animum veniſſe non eſt
dubium. In quo perridiculam rem fecit. Quaſi enim numeris aureis, cycliſq; luna-
ribus aliter in Kalendario diſpoſitis, Luna ipſa mutari poſſet, ita hoc negotium or-
dinauit. At id longè ſecus ſe habet. Nam cùm anno tertio Chriſti, id eſt anno mil-
leſimo ſexcenteſimo viceſimo ſecundo ante præſentem annum, qui numeratur
MDCXXIV, Nouilunium in diem Martij XXI inciderit, & Luna XIV in III Apr.
quotumcumque cycli lunaris annum illum ſtatuas, & quamuis aureum numerum
eidem adſcribas 1, non iccirco Nouilunium de ſede ſua deiicies. ſed numerum
iſtum, ſi ſapies, ad eum diem, quem noua Luna occupat; id eſt XXI, adnotabis.
Quamobrem aliunde annorum Domini numerus iniri debuit. quod iſte non fe-
cit: qui cùm annum Domini tertium cum Indictione ſexta coniungat, oſtendit
D ſe annum tertium Domini eundem cum Dionyſiano conſtituere. Hic enim In-
dictione ſexta notatur. Enimuerò cum notis illis, & characteribus, quos in emen-
dationis ſuæ tabula deſcripſit, nullum idoneum deſignat annum; & turpiſſimè ſe-
cum ipſe velitatur. Anno primo cycli dat Indictionem VI, concurrentes 1. Pri-
mùm iſtud quî conuenit? Anno tertio Domini litera Dominicalis eſſe debuit G.
concurrentes ergo VII, non 1 fuere. Sed ea res omittatur. Dominicalis litera ex
mente correctoris fuit E. ſiquidem Paſcha in VIII Eid. Aprilis confert. Oportet
igitur annum illum cyclo Solis II, vel VIII, vel XIII, vel XIX affici. Age videa-
mus ex methodo Iulianæ Periodi, de qua Tomo priore, lib. VII egimus quiſnam
Iulianæ Periodi annus eſſe poſſit, qui cyclum Lunæ 1, & Indict. VI cum aliquo ex
illis IV annis cycli Solaris exhibens tertius Domini putari meritò debeat. Cyclus
1 Lunæ, & Indictio VI cum cyclo Solis II nullum alium in annum Iulianæ pe-
riodi conueniunt, quàm in 7506. Is diuiſus per tres cyclos annos illos, quos dixi,
dabit. At hic annus eſt 2793 poſt natalem communem, nec dum aduenit. Iidem
cycli Lunæ 1, Indict. VI, cum cyclo Solis VIII efficiunt annum Per. Iul. 4656,

qui Natali anno vulgari prior eſt annis LVI, in eúmque congruit annus Vrbis DCXCVI, quo nondum Iulius Cæſar, nedum Auguſtus imperabant. Nondum ergo primus eſſe poteſt annus Domini. Rurſus cum anno Solaris cycli XIII cyclus Lunæ I, & Indict. VI coniuncta conſtituunt annum Periodi Iulianæ 4941. Is eſt autem poſt natalem communem CCXXVIII. Denique cum cyclo Solis XIX, cyclus Lunæ I, & Indict. VI concurrunt in anno Iulianæ Periodi 2091, qui Diluuio tribus ferè ſæculis anterior eſt. Hinc correctoris infantia, & ſtupor apparet. Nec minus verò methodi noſtræ, ac Iulianæ Periodi vtilitas experimento illo cognoſcitur, quæ velut Lydius lapis eſt, quo ſubærata, & adulterata Chronologia à ſincera germanáque dignoſcitur. Quod ad Cyrilli cyclum attinet, quem Mariana producit, is eadem licentia, & imperitia à correctore deprauatus apud Bedam occurrit. Annum enim Domini III, Indict. VI cum reliquis characteribus, anno primo cycli lunaris accommodat; ſed concurrentes VI, literam verò Dominicalem D adiungit. Nam Dominicam Paſchalem pridie Eid. Apr. collocat. Quare cyclus ille fuit Solis III, aut XIV, XX, XXV. Si III, annum hunc oportet eſſe Periodi Iulianæ 4371, qui æram Chriſtianam annis CCCXLII præcedit. Si cyclus Solis XIV eſt, erit hic annus Iulianæ Periodi 1806. Si XX, erit annus 6936, qui poſt æram Dionyſianam erit 2223. Sin XXV cycli ſolaris annus tribuitur, conſiet annus Periodi Iulianæ 7221 longè proximo iſto remotior. Peſſimè itaque corrector Cyrilli cyclos vitiauit. Nam apud Iſidorum lib. VI, cap. de cyclo Paſchali, vbi iidem Cyrilliani cycli quinque proponuntur, neque anni Domini; neque alij characteres apponuntur. ſed anno primo Dominica Paſchalis tantummodo notatur prid. Eid. Aprilis, Luna XX. Hoc modo Neomenia Martij XXIV congruet, vno die poſt Nicænam. A B

Sed errore Librarij pro III Eidus, irrepſit II. Manifeſtum eſt enim à Neomeniis, terminíſque Nicænis non diſcedere Cyrillum: quod & ex inſequentibus annis colligitur. Sed vide quæ ſuprà cap. IV de vtroque cyclo, tam qui apud Bedam, quàm qui apud Iſidorum legitur, fusè diſputauimus. Vbi nos cyclum eundem eſſe vtrobique demonſtrauimus; & vel à Dionyſio, vel ab Iſidoro compoſitum, atque ab anno Chriſti DCXXVII initium ſumere. Ex quo liquet nihil hac ex parte Marianæ promouere ſententiam: præſertim cùm qui annus à correctore XXXIV Chriſti notatur nonniſi XXXI ſit æræ Dionyſianæ, cyclo Lunæ XIII, quo Neomenia Nicæna cadit in VIII Kalend. Aprilis, cyclo Solis XII, litera G. Ideo feria prima fuit eodem die, nullo, vt Mariana putabat, Iſidori, aut alterius errore. Igitur ſi anno illo, qui numeratur communis æræ XXXI, Chriſtus Dominus paſſus eſt, idipſum X Kalend. euenit. quam eſſe veterum plurimorum ſententiam ſuprà demonſtrauimus. Idem porrò vt ætatis Chriſti putetur eſſe quartus & triceſimus, Natalis eius coniiciendus erit in annum Iulianum XLII. Verùm correctoris inſcitia, & falſa illa perſuaſio de metachroniſmo XXII annorum Dionyſiano Chriſti annos perperam illigauit. C

De noua quorumdam opinione, qui anno Chriſti XXXIV, Martij XXV, Luna XV paſſum eſſe Dominum aſſerunt, Geminis duobus Conſulibus, ac Tiberij nihilominus anno decimo ſeptimo, vel decimo octauo. Quæ quidem falſitatis conuincitur. Epiphaniani cycli Iudaici conficta ratio diſcutitur. D

CAPVT XII. XIV.

COMMVNEM de Paſſionis anno, vulgíque mentibus inſitam opinionem *Nouæ, veræque Chronologiæ* author, perinde vt Mariana noſter, propugnare aggreſſus eſt, ſed diſpari ratione. Duo igitur probanda ſibi capitibus aliquot ſumpſit: alterum anno æræ communis XXXIV paſſum eſſe Dominum: alterum, XXV Martij, ſiue VIII Kalend. Apr. & quidem Geminis duobus Coſſ. qui tametſi vulgaris æræ anno XXIX paſſim tribuantur, reuera in annum XXXIV illos incurrere cenſet: quoniam quinque annos

A ſuperfluos Romanos in Faſtos irrepſiſſe contendit: quibus detractis, Geminorum Conſulatus in æræ Chriſtianæ XXXIV annum recidit. Quoniam autem feria VI Chriſtus eſt paſſus; anno verò Chriſti XXXIV, Martij XXV feria V fuit, non VI; Luna quoque decima ſeptima, non decimaquinta; ideo rem omnem ita componit.

Primùm enim quòd ad Lunam attinet, Iudæos ait Calippico cyclo per illa tempora vſos eſſe: qui quidem Lunam XIV anno Chriſti XXXIV confert in diem XXIV Martij; præſertim cùm Iudæi nouam Lunam à corniculata illius effigie, non à iugo putare inciperent. De feria VI porrò ſic ſtatuit. Hebræi veteres diem à meridie antecedente numerabant. Vnde Moyſes in prima rerum origine diem auſpicatur à veſpera: id eſt à pomeridiano omni tempore: ita vt veſpera ſit pars illa diei, quæ eſt à meridie ad noctem mediam: mane autem, à media nocte ad meridiem. Quin & Iudæi lunares epilogiſmos hodiéque à meridie cōputant. Quocirca probabile credit feriam V ab antecedente meridie, hoc eſt ante nonam horam, Iudæorum more cœpiſſe: nimirum à meridie viceſimæ quartæ diei Martij, in quam B feria V cecidit, ſi à media nocte ad mediam procedant feriæ. Hoc modo ſexta feria Chriſtus paſſus eſt. Quæ ſententia aliam inſuper opportunitatem habet. Nam ex ea facilè quæſtio illa diſſoluitur, qua Iudæi Chriſtianos vrgent, de tribus diebus, totidémque noctibus, quibus in ſepulcro iacuiſſe Chriſtus dicitur: cuius in Iona figura præceſſit. Hoc enim alioqui perdifficilem habet explicationem. At illa opinione poſita, negotium omne conficitur. Siquidem quod erat reliquum feriæ quintæ cum nocte dies eſt vnus. ſecundus eſt feria VI cum nocte conſequente. tertius eſt feria VII cum nocte itidem ſua.

Noua Chronologia cap. CLIX, & CLXXI.

C. CLXXII.

C. CLXXIV.

Quamuis autem tanta ſit nouæ huius ſententiæ commoditas, hanc ipſam tamen poſtea deſerit, ac ſe negat aſſerere, vel propugnare velle. Id enim ſatis eſſe ſibi, quod anno XXXIV communis æræ paſſus ſit Chriſtus; ac decima quarta Luna in Martij XXV diem inciderit, ſiue eadem die: ſiue conſequenti Paſcha Iudæi celebrauerint. Quos etiam biduo per id tempus feſta ſua peregiſſe ſcribit Paulus Middelburgenſis. Hæc ferè *Nouæ Chronologiæ* opinioniſque ſumma.

C. CLXXVIII.

At iſta neque ſecum, neque cum rei veritate, aut hiſtoria ſacra conuenit. Prima labes argumētationis eſt, quòd Lunam XIV ex Calippica periodo cenſet in ipC ſum diem XXV Martij concurrere. Etenim, quod ex methodo capitis XX libri II huius operis conſtat, anno Chriſti XXXIV in curſu erat annus LIX periodi V Calippicæ, ſiue CCCLXIII annus ab initio Calippi: cuius Hecatombæon incidit in Iulij XVII, feria VI, cyclo Solis XIV, litera D, anno Chriſti XXXIII. Neomenia Elaphebolionis incurrit in Martij X, feria IV, anno XXXIV, cyclo Solis XV, litera C. Proinde Luna XIV fuit Martij XXIII. Multo verò minus feria cōgruit. Quod enim Iudæi ferias hebdomadum à meridie cœperint, neq; verum eſt; & à ſacris perinde, ac profanis hiſtoriis vehementer diſſidet. Nam tametſi Iudæi recentiores lunares epilogiſmos auſpicentur à meridie, diem tamen ciuilem, aut feriam nunquā à meridie cœperunt. Vti etiam apud nos, cùm Aſtrologi cœleſtiū motuum numeros à meridie putare ſoleant, non inde tamen ciuilia dierum, ac feriarum initia capiuntur.

Conſulantur Iudæorum Talmudica Digeſta; vel Tractatus de Sabbato in Miſnaioth, aut in I Parte Iad R. Maiemonidæ, & id genus Commentarij: nihil iſtinc aliud auferes, quàm Sabbatum, exempli cauſa, nonniſi ab veſpera, ſiue occaſu SoD lis feriam ſextam conſequente procedere. Idipſum Ioſephus non vno loco demonſtrat. Libro XVI Orig. cap. X Auguſti Cæſaris edictum refert in Iudæorum gratiam editum, quo vetantur cogi Iudæi pridie Sabbatorum poſt horam nonam vadimonia præſtare. ἐγγύας τε μὴ ὁμολογεῖν αὐτοὺς ἐν σάββασιν, ἢ τῇ πρὸ ταύτης παρασκευῇ, ἀπὸ ὥρας ἐνάτης. *Neue vadimonia præſtare cogantur Sabbato, vel pridie eius diei, in Paraſceue, ab hora nona.* Nimirum Paraſceue propriè pars hæc diei fuit, ab hora nona incipiens; quo tempore cibaria in ſequentem diem coquere, & alia præparare omnia fas fuit. vnde vocabulum inditum. Non igitur à meridie Sabbatum incipiebat.

Eandem coniecturam haud paulò acrius Euangelica refellit hiſtoria. Siquidem illo ipſo tempore, quo Chriſtus expirauit in cruce, nondum Sabbatum inniiſſe ſignificant; ſed paulo pòſt cœpiſſe. At hora nona mortuus eſt. Marcus cap. XV, 42. Καὶ ἤδη ὀψίας γενομένης (ἐπεὶ ἦν παρασκευὴ, ὅ ἐστι προσάββατον) *Cùm ſerò factum eſſet, quoniam erat Paraſceue, quæ eſt pridie Sabbati.* Non-

dum ergo Sabbatum erat. Lucas verò cap. xxiii, 56 ſcribit mulieres pias ſtatim A
poſt obitum Chriſti vnguenta & aromata coëmiſſe: ac reuerſas die Sabbati quieuiſſe; prima verò die Sabbatorum, ſummo diluculo ad vngendum veniſſe. Cap. xxiv, 1. τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων, ὄρθρου βαθέος ἦλθον ἐπὶ τὸ μνῆμα. Ergo Sabbatum meridie antecedente non deſiit, vti par erat, ſi vera eſſet illa ſententia. Sic Ioannes cap. xix crurifragio affectos eſſe cruciarios refert; indéque depoſitos omnes, ne remanerent in cruce corpora Sabbato: quoniam Paraſceue iam erat. Tot rationibus compreſſa, confoſſáque noua illa coniectura planè repudianda videtur: quamlibet ad difficilẽ quæſtionem enodandam apposita ſit: de qua nos acturi poſteà ſumus. Cæterùm hac extorta ratione, quam & à ſe paulo pòſt illius author abiudicat; miror quemadmodum cætera nihilominus, quæ inde ſuſpenſa ſunt, tueri pergat: Chriſtum anno xxxiv communis æræ, & xxv Martij paſſum fuiſſe. Quippe cyclus anno iſto Solis erat xv, litera C. Proinde feria v fuit Martij xxv. Nemo Chriſtum feria v paſſum dixerit. Nemo igitur anno xxxiv, Martij xxv paſſum debet aſſerere. De celebratis biduo Iudæorum feſtis diximus lib. vii in Iu- B
dæorum Kalendario, & aliis locis. Hoc verò nequaquam Hieroſolymis vſurpatum fuit: ſed in his tantùm oppidis, ad quæ legati, ſiue Apoſtoli tempori peruenire non poſſent. vt ex 1 Parte Iad, Tract. de Neomeniæ Sanctificatione, pluribus expoſuimus. Nam quòd Geminis duobus Coſſ. & anno æræ communis xxxiv Paſſionem aſſignat; id minimè probandum. Neque enim id, vnde noua iſta coniectura ducitur, affirmari vllo modo poteſt; quinque in Faſtis vulgaribus eſſe Conſulum paria ſuperflua inter Auguſti mortem ac Neronis. qua de re ſuo loco diſputandum eſt.

In Animad. Epiph. pag. 363.

Ad eandem controuerſiam & annus Tiberij xvii, vel xviii pertinet, quorum alterutri Paſſionem tribui oportere ex eo concluditur, quòd anno Tiberij xv circiter baptizatus eſt à Ioanne Chriſtus, & tribus ſaltem poſtea Paſchatibus eſt perfunctus. De hoc *Noua Chronologia* ſic exiſtimat. Tiberium aſſerit iam tum Auguſto ſuperſtite imperare cœpiſſe: ſic vt biennio collega eius in Imperio fuerit. Auguſtus enim, vt putat, anno communis æræ xix mortuus eſt: Tiberius verò anno xvii in Imperij conſortium eſt adſcitus. Quare anno xxxiv ineunte, C
labente Tiberij xvii, paſſus eſt Chriſtus: ab Auguſti morte anno xv. Hanc nos illius opinionem l. xi c. de Auguſti obitu, & initio Tiberij plenius excuſſimus, ac validiſſimè refellimus. Sed & alteram Cappelli ex illa deriuatam, & eo tamen diuerſam, quod initium Tiberij biennio inſuper anteuertat, eodem libro conuicimus. Atque hic quidem anno cõmunis æræ xxix paſſum eſſe Dominum exiſtimat. Verùm quia quinquennio toto Chriſti natalem anticipat, anno ætatis xxxiv labenti paſſionem adſcribit. Cùm autem Martij xxv, & Luna xv ciuili paſſum velit, feriam quidem ipſam illo die ſextam habemus, cùm cyclus eſſet Lunæ xi, Solis x, litera B. Sed Lunæ calculus abhorret. Vt enim Calippi periodũ amplectamur: ex methodo lib. ii, cap. xx tradita, anno Chriſti xxix, Martio menſe labebatur annus ab initio Calippi cccLviii, hoc eſt periodi quintæ quinquageſimus quartus. Neomenia Hecatombæonis anni Liv cõtigit Iulij xii, feria ii. Elaphebolion verò cœpit Martii v, feria vii. Ergo decima quinta Martii xix. Propter προήγησιν horarum 23, 21′, quæ periodis quatuor Calippicis iam exactis cõpetit; Nouilunium medium Mar- D
tii iv, hora 3, 23′ poſt mediam noctem incidit. Vnde xv Luna in Martij xviii incurrit. Idcirco Martij xxv Luna fuit xxii, vel ex Calippi periodo, xxi.

Diſſertationis aduerſus Ægyptium pag. 111.

At Cappellus illo ipſo anno, Martij xxv Lunam decimam octauam circa meridiem fuiſſe dicit. Etenim annum Chriſti xxix Olympicum eſſe putat dcccvi, Nabonaſſari dcclxxviii, eiúſque initium Auguſti xvii. Deinde ex Ptolemaicis tabulis medios Solis, ac Lunæ ſitus inueſtigat in anno Nabonaſſari dcclxxviii; Pharmuthi xi, meridie. qui dies eſt Martij xxv. Solem itaque tenuiſſe vult Piſcium gradum 28, 40′, 57″: Lunam verò Leonis 28, 6′. Deerant Lunæ ad diametrum Solis gradus 30, 34′, quod eſt bidui, cum horis duodecim. At ex Epiphanij cyclo conſtat Iudæos triduum nonnunquã anticipaſſe Neomeniam. Igitur xv ciuilis in Mar. xxv incidebat. Hæc Cappellus. Quæ quidem eſſe falſa non aliis argumentis, quàm ipſius teſtimonio, & oratione conuincam. Idem quippe Cappellus cùm æram Chriſti communem quinquennio anticipandam putet, Herodis obitum an-

pag. 104.

A no XLII Iuliano, id eſt quinto ante initium æræ communis aſſignat. quòd autem
paulo ante illius exceſſum Luna, Ioſepho teſte, defecit; hanc ille defectionem ex
Keplero eundem in annum Iulianum coniicit, quæ accidit Martij XIII, horis tri-
bus ante Solis ortum. Hoc verò poſito fieri non poſſe defendimus, vt anno
Chriſti XXIX, Martij XXV Luna XVIII contigerit. Siquidem annus primus Chri-
ſti, eodem fatente Cappello, Iulianus eſt XLVI, & annus Chriſti XXIX, Iulianus
LXXIV. Interuallum porro ab Martij XIII anni Iuliani XLII, & hora nona ante me-
ridiem, ad meridiem diei XXV Martij anni Iuliani XLIV, anni ſunt XXXII, dies
XII, horæ 9. qui ſunt dies in totum 11700, hor. 9. Ex quibus ſyzygiæ conſiunt
integræ 396, dies 6, 20′. Plenilunium igitur exceſſit Luna diebus 6, 20′ in meri-
die diei XXV. vt iam Luna XXII numeraretur.

Quinetiam biennio toto falſus eſt in annis Olympicis, & Nabonaſſari; vti ſu-
prà docuimus, cùm de æra Chriſtiana egimus. Oſtenſum eſt enim anno Iuliano
XL ineunte in curſu fuiſſe annum Iphiti 770, Nabonaſſari vero 742: & anno
B Chriſti primo cœpiſſe annum Iphiti 777, Nabonaſſari verò 749. Ergo annus Iu-
lianus LXXIV, Chriſti XXIX, Martio menſe fuit Iphiti currens 804, ſiue quar-
tus Olympiadis CCI. Nabonaſſari verò, 776, non 778. Quod abundè libro IX
demonſtratum eſt, vbi de vtroque annorum cardine diſputauimus. Grauius idem
in Epiphanij cyclo declarando hallucinatus eſt Cappellus, cuius modum negat Diſſertat.
eruditiſſimos viros hactenus aſſecutos. Ipſe verò noua quidem ratione: ſed planè pag. 117.
falſa, & abhorrente, rem explicare ſatagit. Caput eſt falſitatis, quod Epiphanium
credit anni Solaris modum definire diebus 365, horis 2: lunaris autem diebus pag. 116.
354, horis 4. Vnde προήγησις conflatur Lunæ quidem in annis XIV, dierum 2, hor.
19, 20′, 24″. In annis autem XCVIII, dierum 20, ferè. Solaris item anticipatio die-
rum 15, horarum 14 in annis XCVIII.

Atqui horam Epiphanius pro duodecima τοῦ νυχθημέρου parte ſumit: vti Keple-
rus, & nos ipſi in Animaduerſ. obſeruabamus. Nam in Alogorum Hæreſi, N.
XXVI ſcribit Epiphanius quatuor horas appendices anni lunaris tertio quoque an-
no diem intercalarem abſoluere. Ter autem quatuor duodecim conſummant.
C quæ ſi diem integrum faciunt, ſingulas horas bihorij ſpatium habere neceſſe eſt. Ea
re non animaduerſa, magna labes in cycli illius ordinatione conſecuta eſt. Neque
verò credibile eſt, Iudæos tam immanem προήγησιν admiſiſſe. Bidui quidem ad
ſummum triduive conceſſerim. at XX dierum nemo, vt opinor, fatebitur.

Intellectum eſt igitur hactenus, fruſtrà laborare viros eruditos, vti Paſſionem
Dominicam vel anno Chriſti XXXIV, vel XXIX; & vtrobique, XXV die Martij men-
ſis includant. Hoc enim obtineri non poteſt. Sed neque Conſulibus Geminis
duobus congruit. Quod etſi plerique Veterum arbitrati ſunt; iidem tamen anno
ætatis circiter triceſimo paſſum Chriſtum, & vno tantùm Paſchate functum aſſe-
runt. Ambo enim iſta connexa ſunt, & apta inuicem. quandoquidem anno Tibe-
rij XV baptizatum eſſe conuenit. qui annus æræ communis anno XXVIII cœpit.
Quocirca ſi tantopere vetus illa traditio doctis hominibus arridet, Geminis Coſſ.
paſſionem incidiſſe, vt ab ea deſciſcere religioni ſibi ducant; alterum, quod ex ea
traditione ſequitur, arripiant neceſſe eſt; Chriſtum vno tantùm anno prædicaſſe, &
ætatis triceſimo in crucem eſſe ſublatum. Hoc ſi poſterius defendere ſalua Euan-
D geliorum authoritate non licet; neque prius illud integrum erit aſſerere. Multa
ſunt, in hac præſertim temporum doctrina, quæ à vetere aliquo Chriſtianis è Pa-
tribus memoriæ prodita ſemel, ab aliis deinceps ἀβασανίστως, & incurioſiùs acce-
pta ſunt; & ſummam ſibi authoritatem, non tam veritatis pondere, quàm ſuffra-
gatorum numero, ac dignitate pepererunt: quæ falſitatis manifeſtæ poſtea conui-
cta paulatim obſoleuerunt. Inter hæc traditio illa ſanè perantiqua cenſebitur: quę
duobus Geminis Coſſ. Martij XXV Paſſionem attribuit. Hanc enim, niſi labefactata
funditùs hiſtoria; imò verò natura ipſa rerum propemodum euerſâ; tueri nullo
modo poſſumus. Itaq; meritò hoc noſtro ſæculo ab eruditis Annalium Scriptori-
bus, aliiſque viris doctis vtrumque repudiatur. Sanè Baronius ad A. XXXIV, anti-
quam illam πρόληψιν à veteribus comprobatam, à recentioribus penè ad Eccleſiæ
dogma tranſlatam, & Martyrologiis inſertam de die Paſſionis in XXV Martij
collocando, non dubitauit excludere, eámque aſtronomicis è tabulis falſitatis

conuincere. Neque tamen certi aliquid ipſe definit; niſi quod ex Concilio Cæſareenſi IX Kalend. Apr. paſſum colligi Dominum affirmat. Verùm emendatiores codices in fragmento illo Cæſarienſium actorum X Kalend. non IX repræſentant. Deinde nihil hic character ad annum Chriſti XXXIV pertinet. Nam ſi feria VI fuit Martij XXIV, annus eſſe debuit Chriſti XXX, aut XLI: vt Dominicalis litera fuerit A. Sin feria VI in Martij XXIII conferatur, litera fuit G, annus verò XXXI, quem nos aſſeuerauimus. A

Ecquid Chriſtus eàdem, qua Iudæi cæteri, die, Paſcha celebrauerit.

CAPVT XVIII.

CVM ea diſputatione, quæ de die Paſſionis inſtituitur, coniuncta eſt nobiliſſima illa, & magnis authorum ſtudiis agitata quæſtio, an eodem die, quo reliqui omnes Iudæi, Chriſtus vltimum, ac legitimum Paſcha peregerit. Ea verò cùm Græcos inter, & Romanos, ac Catholicos iam olim moueri cœpta eſt; tum Catholicos homines inter ſe commiſit; à quibus grauiſſimis rationum, & authoritatũ momentis vtrinque contenditur. Nam quod ad Græcos attinet, nihil admodum cum illis negotij eſt: quorũ haud ſanè probanda ratio eſt, cùm Dominũ anno vitæ ſuæ vltimo Iudaicum, ac legitimum celebraſſe Paſcha funditus negãt: ſiue cùm illo ipſo in Paſchali conuiuio panem fermentatum, non azymum adhibuiſſe defendunt. Quorum prius non recentiores modò quidã; ſed antiqui, ac celeberrimi Patres opinati ſunt. Habeo Petri cuiuſdam Alexandrini Opuſculum, quod inſcribitur: Πέτρου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, καὶ μάρτυρος, ὅτι ἀπλανῶς ἔταξαν οἱ Ἑβραῖοι τὴν ιδʹ τοῦ αʹ μηνὸς τῆς σελήνης, *Petri Epiſcopi Alexandrini, & Martyris, de eo quod rectè Iudæi decimam-quartã primi menſis Lunæ ſtatuerint.* Qui quidem author acerrimè defendit Chriſtum vltima cœna nequaquam legitimum agnum ediſſe: eiúſque dogmatis authores citat Hippolytum Portuenſem in Opere, quod contra Hæreſes ſcripſit; Apollinarem Hierapolitanum; Clementem Alexandrinum libro de Paſchate. Quin & Photius N. CXVI anonymi cuiuſdam conſentientem opinionem refert: quàm vt Chryſoſtomo, & Eccleſiæ contrariam meritò condemnat. Neque verò minus alterum repudiari debet; quod recentiores hodie Græculi propugnant; Chriſtum fermentato pane vſum eſſe. Id enim lege prohibebatur; cuius in Paſchalibus ceremoniis rationem habitam à Chriſto fuiſſe, nemo prudens dubitet. B C

Abulenſis, & Burgẽſis contraria decreta.

Græcis igitur omiſſis, pars eſt reliqua quæſtionis ad difficultatem inſignior, an alio die Chriſtus, quàm quo Iudæi cæteri, Paſchate ſit functus. Multa in vtramque partem ab eruditis hominibus ſcriptis prodita leguntur. Sed primus, vt apparet, Paulus Burgenſis ad caput XXVI Matth. vulgari opinione labefactata, ad veritatis inquiſitionem noſtrorum ſtudia concitauit. Poſt hunc Abulenſis Toſtatus pro communi ſententia contra Burgenſem copioſè ſcripſit, Defenſorij Parte II. Ex amborum ſcriptis, velut fontibus, omnium, qui deinceps in ea controuerſia verſati ſunt, diſputationes, & commentarij profluxerunt. Nihil eſt poſt illos duos ferè ab cæteris allatum, quod non inde promptum, ac deriuatum fuerit; vt qui illos legerit, iſtorum omnium induſtriam non magnopere deſideret. Ego verò, qui ab ambarum propugnatoribus partium quædam vſurpari videam, quæ mihi ex æquo non placent, quid ſentiam ipſe, ac quemadmodum controuerſiam tantam explicari putem poſſe, tam breuitatis in iis, quæ trita ſunt, declarandis, quàm facilitatis, perſpicuitatíſque memor, expromam. Hoc igitur faciendum ante omnia videtur, vt præcipua vtriuſque partis argumenta, adeóque controuerſiæ momenta ponderemus. D

Duplex eſt autem genus argumentorum, quo vel eodem cum Iudæis cæteris die; vel diuerſo, Paſcha nouiſſimum à Chriſto celebratum eſſe vulgò defenditur. alterum ex Euangeliorum teſtimonio petitur: alterum ex Iudæorum ritibus, quos in partes trahere quiſque conatur. Horum prius ſine dubio præcipuum, atque vnicum de ea re diſputandi debet eſſe præſidium, in quo videlicet ſolo cardo

A cauſæ totius, & quod κεινόμϑμον Rhetores vocant, contineri mihi videtur. Poſte-
rius iſtud ipſum eſt, quod ambos fruſtrà proferre, in eóque laborare dixi. Sed de
hoc poſtea. ab altero nunc ordiamur. Caput eſt quæſtionis in authoritatum con-
flictu poſitum. Etenim ex Euangeliſtarum trium oratione colligi videtur, non alio
die, quàm Phariſæos, ac Iudæos reliquos, Chriſtum Paſcha peregiſſe. Ioannes
verò diuerſum fuiſſe diem ſignificat. Matthæi verba ſunt, cap. XXVI, 17. τῇ δὲ
πρώτῃ τῶν ἀζύμων προσῆλθον οἱ μαθηταί. *Prima die azymorum acceſſerunt diſcipuli.*
Marcus verò, cap. XIV, 12. καὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων, ὅτε τὸ Πάσχα ἔθυον, λέ-
γουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταί. *Et primo die azymorum quando Paſcha immolabant, dicunt ei di-
ſcipuli.* Lucas denique, cap. XXII, 7. ἦλθε δὲ ἡμέρα τῶν ἀζύμων, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ
πάσχα. *Venit dies azymorum, in qua oportebat immolari Paſcha.* Prima dies azymorum
à decima quarta Luna exeunte, & ineunte decima-quinta ducit initium. quo
temporis momento Paſcha celebrari oportuit; vel, vt interpres noſter apud Lu-
cam vertit, *neceſſe fuit.* Nunquam igitur Iudæi patriorum rituum tenaciſſimi alio
die agnum immolaſſent: quod illos reipſa non feciſſe, Marci verba demonſtrant.

Euangeliſtarum de hac quæſtione teſtimonia.

B *quando*, inquit, *Paſcha immolabant.* Accedit & illud, quod Lucas refert, inſtante
primo die azymorum, Chriſtum allegaſſe diſcipulos duos ad quendam patremfa-
milias, quem ſic illos alloqui iuſſit. *Apud te facio Paſcha.* quod argumento eſt, ab
omnibus tunc peractum fuiſſe Paſcha. At quibus alio die functus Paſchate Do-
minus videtur, ii Ioannis teſtimonio nituntur. cap. XIII, 1. πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα,
εἰδὼς, ait, ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἐλήλυθεν αὐτοῦ ἡ ὥρα, &c. *Ante diem feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus,
quoniam venit hora eius*, &c. cœna facta hæc & illa fecit. Vides ante diem Paſchæ
Chriſtum Paſcha celebraſſe. Rurſus cap. XVIII, 28, Iudæos ait eo, quo Chriſtus
paſſus eſt, die Prætorium ingredi religioni duxiſſe, *ne contaminarentur, ſed vt co-
mederent Paſcha.* Item cap. XIX, 14. *Erat autem Paraſceue Paſchæ hora quaſi ſexta.* Ni-
hil expreſſius concipi potuit, vt oſtenderetur non in ipſo die primo azymorum,
ſed pridie, hoc eſt ipſa Paraſceue Paſchæ, Chriſtum in crucem fuiſſe ſublatum.
Hæc ſunt in vtramque partem omnium, quæ afferri ſolent, argumenta firmiſ-
ſima.

E Iudæorum verò ritibus qui commune cum reliquis habuiſſe Paſcha Domi-
C num cenſent hanc argumentationem ſtruunt. Vetus illa lex fuit, vti Luna XIV
ad veſperam agnus immolaretur. Quod adeo ſeuerè præceptum eſt, vt ſi quis ad
eam diem ac tempus non affuiſſet, is inſequentis menſis quartam decimam ex-
pectare iuberetur; ne alia die, quàm decima quarta agnum immolaret. Cùm igi-
tur neque Dominus legem Moyſis vlla re violauerit, & Iudæi alio tempore Paſ-
cha celebrare religioni duxerint, conſequens eſt, eâdem omnes quarta-decima
die Lunæ Paſcha peregiſſe. Cæteri, qui pridie, quàm pleroſque ſaltem è Iudæis,
Chriſtum Dominum Paſchate functum eſſe defendunt, ritus alios, ac decreta
Magiſtrorum afferunt, quibus certæ feriæ reiculæ ſunt habitæ: vt ſi fortè primus
anni dies, aut menſis Niſan, vel Paſchatis in earum aliquam incidere oporteret,
diem diffunderent, ac plerumque comperendinarent. Ita nunquam Paſcha in fe-
riam II, aut IV, aut VI incurrere ſiuerunt. Vnde ne anno illo, quo Chriſtus paſſus
eſt, Paſcha, ſiue prima dies azymorum in feriam ſextam caderet, in ſequens Sab-
batum facta tranſlatio eſt. Hanc Iudæorum conſuetudinem fuſiſſimè poſt Bur-
genſem, Paulus Foroſempronienſis libro VIII Part. II; Munſterus in Kalenda-
D rio, & Scaliger exponunt: eáque de cauſa Paſcha dicunt à Iudæis Paſſionis Do-
minicæ tempore fuiſſe dilatum. Nec eſt vllus ferè, qui quidem ad poſteriorem
hanc ſententiam deflexerit, qui non ex hac Iudæorum obſeruatione, atque ri-
tu interpretandam cenſeat. Eandem verò contrariarum partium authores cùm
recentiorum eſſe Rabbinorum commentum prædicant; tum ideo refellendam
putant, quòd à quarta-decima die menſis ſummoueri Paſcha, magnum nefas
fuerit. Verùm vt de poſteriori hoc argumento prius agatur, mutationis illius, &
tranſlationis dierum ratio quænam ab iis, contra quos diſputant, in medium ad-
ducatur, non ſatis animaduertunt. Non enim ſic opinandum eſt Paſcha, vel ca-
put anni diffudiſſe Iudæos, vt id abruptè, ſubitóque facerent. Quippe longè antea
quod erat opus facto meditari, ac præſtruere ſolebant; ac iam tum ex anteriore
anno ſequenti proſpiciebant.

Quid è Iudaicis ceremoniis afferri vulgò ſoleat.

Itaque vno ſæpe die longior iis annus erat, quo inſequentis caput in opportunam feriam incideret; ac ne Paſcha in alienam & reiiculam delaberetur, ea cautione præſtabant. vt ex illorum, quos nominaui, commentariis, multóque magis ex Hebræis ipſis intelligi poteſt. Neque nunc locus eſt eius rei vberius explicandæ; quod alio iam loco fecimus. Hæc verò pauca ideo perſtrinximus, vt qui tranſlatione illa feriarum ob eam maximè rationem offendi ſe dicunt, nihil in ea tale, cuiuſmodi ſuſpicantur, ineſſe ſentiant. Nihilominus enim Paſcha ex eo ritu tranſlatum decima quarta die menſis primi celebratur: quamuis non Luna decimaquarta idipſum accidat. Neque verò neceſſarium eſt. Quod enim Iudæi exquiſitiſſimos Lunæ motus, decimáſque quartas perpetuò tenuerint, tam eſt vulgò perſuaſum, quàm nullo neque argumento, neque probabilitatis ſpecie à pleriſque defenditur. A

Iudæorum ritus memorabilis.

Nos in Epiphanianis Animad. duo, quæ ad hanc diſputationem pertinent, oſtendimus. Alterum, Iudæos, etſi lunaribus menſibus vterentur, non eos tamen ſic exactos, atque emendatos habuiſſe, vt eorum Neomeniæ Nouiluniis mediis, decimæ quartæ itidem ciuiles, cœleſtibus adamuſſim occurrerent. Neque enim hoc cyclorum lunarium conditio patiebatur, antiquis maximè temporibus, quibus nondum tanta ſiderum peritia fuit. Et quamuis initio optimè conſtitutam fuiſſe popularis anni deſcriptionem, & ad Lunæ curſus exactam velimus; minimè id tamen potuit eſſe perpetuum. quemadmodum Chriſtiani poſt Nicena tempora ſuo exemplo didicerunt. Eſt ergo veriſimile biduo nonnunquam, aut triduo ciuiles Neomenias à mediis Nouiluniis aberraſſe, vel citra comperendinationem, ac tranſlationem dierum, propter cycli, & popularis anni vitium. Hoc autem anno illo, quo paſſus eſt Chriſtus, accidiſſe, ſi nihil perſuadet aliud, difficultas ipſa certè conciliandi cum Paſchate Iudaico & ſexta feria plenilunij; ac tot eruditorum hominum fruſtra in eam inquiſitionem collatæ vigiliæ; tum Epiphanij, & aliorum authoritas, in eam nos ſuſpitionem vehementius impellunt. Alterum eſt; Feriarum tranſlationem, ac totum illud legitimorum dierum, reiculorúmque diſcrimen non adeo vetus eſſe, ac Iudæi quidam, & è noſtris complures opinati ſunt; neque Chriſti Domini tempore, ac ne longè quidem poſtea illud obſeruatum, atque inſtitutum fuiſſe. Teſtes enim Iudæorum peritiſſimos adhibuimus; qui morem illum ſerò tandem receptum eſſe docuerunt, poſtquam euerſo templo, ac ſynedriis omnibus è Iudæa ſublatis, Neomenias aliter, atque ex viſione ipſa, & denunciatione conſtitutas habuerunt. Proinde ſexto circiter poſt Chriſtum ſæculo totum illud tranſlationis negotium excogitatum eſſe, illorum ex ſententia colligitur. Tametſi multo id etiam recentius nonnulli faciunt. Hoc mihi ſatis eſt, multiplices illas cautionum tricas, & ambages, quæ in Hebræorum computo traduntur, vel ex ipſorum ſententia, nihil ad Chriſti ſæculum, & inſtitutam à nobis diſputationem de Paſſionis die pertinere. Conſulantur ea, quæ ex R. Moſe ben Maimon, cap. VII Kidduſch hahodeſch, Parte I Iad in Animaduerſ. adduximus. His duobus extortis, quorum prius paucis exceptis, pene ab omnibus admittitur; poſterius à Catholicis pleriſque, non eâdem tamen, qua à nobis improbatum eſt, neque probabili certè ratione refellitur; ad alterum genus argumentationis, quod eſt in Euangeliorum authoritate ſitum, reuocanda eſt oratio, vt ex ea conſtituatur, eodem, an diuerſo ab Iudæis reliquis die Chriſtus Paſcha celebrarit.

Animad. pag. 182.

Expenduntur vtriuſque momenta partis; & pridie, quàm Iudæos pleroſque, Chriſtum Paſcha celebraſſe defenditur.

Capvt XVI.

QVONIAM igitur omnis eſt nobis ad authoritatum, ac teſtimoniorum contentionem redacta quæſtio; is erit profectò, niſi fallimur, optimus diſceptandæ controuerſiæ modus, vt ea pars vincat, quæ eiuſmodi pro ſe authoritates adduxerit, quas aliter, atque ea vult, & ſua intereſt, probabiliter, ac prudenter interpretari nequeas. è contrario verò cedat illa, veritatique conuicta det manus, quæ iis vtatur teſtimoniis, quorum ſit alteram in partem interpretatio facilis. Si igitur, velut ex ſponſo, pars vtraque ſic agat, me quidem iudice, cauſâ ſuperior erit illa, quæ Chriſtum pri-
B die, quàm Iudæi plerique fecerunt, immolaſſe Paſcha defendit. Nam Ioannis illa verba, quibus innititur, ita diſerta, & perſpicua ſunt, nihil vt ad illorum mentem dici potuerit expreſſius. Quæ de Euangeliſtis autem cæteris ex aduerſo proferuntur, pro aliorum opinione ſpeciei quidem ipſa mediocre; re autem vera momentum omnino nullum adferunt. Vt ab eo, quod primum eſt, ordiamur, expendamus, ſi lubet, Ioannis locum illum capitis XIX, 14: qui non expreſſior quidem reliquis. ſed tergiuerſationi, cauillationíque minus opportunus videtur. ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ Πάσχα: *Erat autem Paraſceue Paſchæ*, ait Euangeliſta. Quibus è verbis inuictum illud argumentum conficitur, nondum illo die Paſcha fuiſſe, ſi quidem Paraſceue Paſchatis fuit. Atenim Toletus in caput XIII Ioannis, Ribera in idem caput, Baronius, & alij omnes, qui aliter ſentiunt, Paraſceuen Paſchæ vocari putant, non quod Paraſceue Paſchæ eſſet, ſed quod eſſet Paraſceue Sabbati, in quam Paſcha ceciderat: *Nullius enim feſti in tota ſcriptura* (Toleti verba ſunt) *dicitur paraſceue, niſi Sabbati, quia in ſolo Sabbato non licebat præparare quæ ad eſum neceſſaria erant.* Verùm minimè ſanè tolerabilis eſt iſta ratio loquendi; Paraſceuen
C dici Paſchatis diem aliquam, quod in eam incidat Paſcha. Eſt enim τῆς παρασκευῆς appellatio τῶν πρός τι, & ad inſequentem diem σχέσιν habet, vti apud nos *vigiliæ* nomen. Quamobrem vti ſi Natalis Dominici feſtus dies in feriam II incurrat, nemo de Dominica ipſa pronunciet: Hodie vigilia eſt Dominicæ; hoc eſt, dies ipſa Dominica, in quam vigilia Natalis incidit: ita neque altera illa ferri poteſt loquendi formula; Paraſceuen Paſchæ ipſummet eſſe Paſchatis diem, quod in eo Paraſceue Sabbati contigerit. Ineſt enim in paraſceues vocabulo notio ac poteſtas aduerbij *pridie*. Vnde tam abſonum eſt, Paraſceuen feſti cuiuſlibet pro illo ipſo, cuius paraſceue eſt, vſurpare die, quàm Natalem Dominicum, qui ſit pridie Dominicæ, appellare pridie Natalis, eo ſenſu, quòd pridie Dominicæ ſit, in eúmque Natalis dies incurrat. Alia eſt vocis *Dominicæ* ratio, quæ non σχετικὴ ſit; vt vigilia, vt paraſceue: ſed abſoluta notione prædita. Vnde Dominicam Paſchæ meritò dicimus; in quam ſolam Paſcha conuenit. Nam quod Paraſceuen negant alterius fuiſſe diei, quàm Sabbati; id verò falſiſſimum eſt. Quilibet feſtus dies ſuam παρασκευὴν habuit, quàm ערב *ereb* nominant Hebræi: quo-
D rum quidem cõmentarij dierum eiuſmodi mentione ſunt referti. Illud verò quale tandem eſt; nullius alterius feſti, quàm Sabbati, Paraſceuen in Scriptura legi? An non diſertiſſima Ioannis verba ſunt, quibus Paraſceuen Paſchatis appellat? Paraſceues nomen apud ſolos Euangeliſtas extat, ter à Ioanne, ſemel à ſingulis tribus expreſſum. Nullus eſt autem in iis locus, vbi Paraſceue Sabbati ſic apertè nominetur, vt à Ioanne, Paſchatis ipſius. nullus, inquam, vbi non perinde Paſchati, ac Sabbato Paraſceues vocem fas ſit tribuere. Quæ eſt igitur iſta ratio; Paraſceuen eſſe Paſchatis inficiari, contra quàm Ioannes ipſe nominatim ſcripſerit: ſolius eſſe Sabbati velle; quod in tota Scriptura nuſquam legatur? Nec illud valet; ſolo die Sabbati vetitum fuiſſe ciborum apparatum; ideóque ſoli huic παρασκευὴν eſſe conceſſam. Neque enim qui ſic ratiocinantur, animaduertunt, παρασκευὴν, id eſt præparationem, non cibariorum duntaxat, ſed aliarum rerum inſuper fuiſſe, quæ ad

1 Ioannis locus, quo probatur pridie, quã Iudæos pleroſque, Chriſtum Paſcha peregiſſe.

Paraſceue fuit aliorum dierum quàm Sabbati.

diem feſtum opus erant, vt Ioannes loquitur. Cuiuſmodi ſeruiles operæ fuerunt, quæ cum feſto ipſo die præſtari nequirent, eas pridie ſcilicet anteuertebant. Inde παρασκευῆς origo. Sanè Paraſceuen Paſchæ fuiſſe, Baronius ipſe ad annum XXXIV, Num. CLXI, planiſſimè demonſtrat, eámque cœnam puram à Iudæis appellatam aſſerit. A

II locus Ioannis.

Alter Ioannis locus è cap. XVIII, 28, non minùs luculentus eſt; vbi Iudæos refert eo die, quo crucifixus eſt Chriſtus, Prætorium ingredi noluiſſe, *ne contaminarentur, & vt manducarent Paſcha.* Vnde neceſſariò concluditur, nondum illos Paſcha manducaſſe. Hîc Paſchatis vocabulum varias ad ſignificationes transferunt, qui vrgeri ſe tam diſerto teſtimonio vident. Vna eſt Abulenſis interpretatio maximè communis, Paſcha non pro agno legitimo ſumi, ſed pro ſacrificiis Paſchalibus quæ per totos ſeptem azymorū dies celebrare mos fuit. Quod imprimis ex Deut. capite XVI, 2, probari ſolet: *Immolabis Phaſe Domino Deo tuo de ouibus, & de bobus.* Vbi Phaſe, id eſt Paſcha de bobus fieri demonſtrat. Item lib. II Par. cap. XXX, & XXXV Paſchata vocantur hoſtiæ ipſæ, quæ toto ſeptiduo mactabantur. Cap. XXXV com. 9. principes Leuitarum *dederunt cæteris Leuitis ad celebrandum Phaſe quinque millia pecorum, & boues quingentos.* לפסחים הרימו ללוים. obtulerunt Leuitis in Paſchata. B
Ex iis verò ſacrificiis, quæ Pacifica, vel Euchariſtica erant, quilibet è populo, qui quidem mundus eſſet, poterat veſci. Toletus Numerorum caput XXVIII ad eandem ſententiam citat. Sed in eo capite de holocauſtis duntaxat agitur, quemadmodum & Leuit. XXIII, aut etiam de hirco, quod pro peccato fiebat; è quibus victimis pars nulla vulgi in epulum cederet.

Aduerſus hæc duo cum eruditis viris præſcribimus. Primum, tametſi Paſchatis vox ea ſignificatione in Scripturis vſurparetur, in illo tamen Ioannis loco, non videri aliter accipi, quàm vulgata & cōtrita notione. Quamuis enim הפסחים, τὰ πάχατα reliquas hoſtias nonnunquam appellatas eſſe fateamur; quod nondum concedimus; id eatenus ferri poteſt, vt quod ea voce præcipuè ſignificatur, iiſdem locis expreſſum fuerit, adeo vt Paſchatis nomen agnum ipſum primario, ac nullo alio inſuper addito demonſtret; reliquas hoſtias nonniſi ex accidenti; quatenus ad totam celebritatem, & illorum dierum hilaritatem, ac feſtas dapes, & ſacrificia declaranda vſus vocabuli iſtius extenditur. Cùm autem abſolutè τὸ πάχα, aut, quod amplius eſt, φαγεῖν τὸ πάχα legitur, id verò ad vnum agnum Paſchalem pertinet, reliquis omnibus ſacrificiis excluſis. Atqui ne iſtud quidem facilè concedimus, Paſchatis voce aliud ſacrorum genus vlla ratione comprehendi; nec ea ſatis idonea putamus argumenta, quæ ex allatis Scripturæ locis eruuntur. Horum validiſſimus ille putatur eſſe Deuteron. XVI: *Immolabiſque Phaſe Domino Deo tuo, de ouibus, & de bobus*, &c. Verùm longè diuerſo iſta ſenſu ſumuntur; & quidem duplici. Aut enim Phaſe, id eſt agni Paſchalis mactatio, ab ouium boúmque ſacrificiis diſcernitur, quæ ad Euchariſticam oblationem, ſiue pacificam pertinent. cuiuſmodi complures tot illo ſeptiduo frequentata ſunt. Hebraica verba, וזבחת פסח ליהוה לאהיך צאן ובקר. *Et ſacrificabis phaſe Domino Deo tuo; oues, & boues.* καὶ θύσεις τὸ Πάχα κυρίῳ τῷ θεῷ σου, πρόβατα, καὶ βόας. Primùm itaque Paſcha iubet immolari; tum oues, & boues; id eſt aliud ſacrorum genus inſtaurari. Sic eum locum intellexit Ionathan Vzielis filius in Chaldaica Paraphraſi: ותיכסון פסחא קדם יי אלהכון. Et ביני שמשתא ועאן ותורי בכרן יומא. *Et immolabis Paſcha coram Domino Deo tuo inter veſperas; & oues ac boues in craſtino, in ipſo die.* Nimirum ouium, boúmque ſacrificia à Paſchatis mactatione ſecernit. Alter ſenſus eſt; vt oues id eſt צאן ad Paſchá; boues ad pacifica ſacra referantur. Sic interpretatus eſt Onkelos Paraphraſtes alter: *Sacrificabis*, inquit, *Paſcha de fœtibus ouium, & victimam ſanctificatam de bobus.* Idipſum & Aben Hezra ſecutus eſt in Commentariis, cuius hæc verba. *Oues*, inquit, *ad Paſcha* צאן לחיוב הפסח ובקר לשלמים *& boues ad pacifica.* Prior ſententia magis probatur; ſecundum quam poſt hæc verba, *Domino Deo tuo*, adhibenda diſtinctio; vt reliqua ſeparentur. quæ diſtinctio in codicibus extat tam Latinis, quàm Græcis: nec non apud Auguſt. lib. V Quæſt. in Deuter. Quæſt. XXIV. vbi ita legit: Immolabis Paſcha Domino Deo tuo, oues, & boues. Nam quod editio vulgata noſtra, *de ouibus & de bobus* habet, perinde capiendum eſt, ac ſi oues & boues ſcriptum foret; non vt Paſcha de bobus ſaltem ſacrificari dicatur. Quod enim illo ipſo Deuteronomij C D

A loco Phaſe nihil aliud præter agnum Paſchalem ſignificet, quæ deinceps eodem in capite leguntur oſtendunt. Quippe commate 6, ritum immolandi, veſcendíque Phaſe, de quo paulo antè locutus erat, ita declarat: *Immolabiſque Phaſe veſpere ad Solis occaſum, quando egreſſus es de Ægypto: Et coques, & comedes in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus*, &c. Quæ de ſólo agno Paſchali debent intelligi. Nihil igitur Deuteronomij locus ille contrariam opinionem adiuuat. Chryſoſtomus Hom. LXXXIII in Ioannem, vtramque ſententiam complexus eſt. Etenim Ioannis verba illa ſic explicat. ἤτοι οὖν τὸ Πάσχα τὴν ἑορτὴν πᾶσαν λέγει· ἢ ὅτι τότε ἐποίουν τὸ Πάσχα· αὐτὸς δὲ πρὸ μιᾶς αὐτὸ παρέδωκε, τηρῶν τὴν ἑαυτοῦ σφαγὴν τῇ παρασκευῇ, ὅτε καὶ τὸ παλαιὸν ἐγίνετο πάσχα. *Aut igitur Paſchatis nomine totum feſtum intelligit: aut ideo ſic loquitur, quod tunc temporis Iudæi Paſcha celebrarent; ipſe verò pridie illud tradiderat; cùm necem ſuam ad Paraſceues diem reſeruaret, quando vetus Paſcha peragebatur.* Quod Paſchatis vocabulum pro reliquis ſeptem dierum victimis ſumatur, obſcurè Chryſoſt. indicauit, noſtram autem interpretationem, & ſententiam apertè palámque propoſuit; & videlicet alteri prætulit.

B Reliqua ſunt Ioannis loca, quæ ab aduerſariis plauſibilius eluduntur. Nam priora illa duo, meo iudicio, ſunt inuicta. Capite XIII: *Ante diem feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus, quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem, cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cœna facta, cùm Diabolus iam miſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iſcariotes.* Græcè πρὸ δὲ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα, *ante feſtum Paſchæ*. Quæ verba demonſtrant Chriſtum ante feſtum Paſchæ epulo ſuo Paſchali functum eſſe, & quæ deinde ſunt conſecuta peregiſſe; videlicet pedum lotionem, & inſtitutionem Euchariſtiæ. Aut igitur ante legitimum Paſchatis feſtum, ſuum ipſe celebrauit: aut legitimo quidem ille tempore ſed pridie quàm Phariſæi, Scribæ, & cæteri id genus; qui alieno celebrarunt. Horum prius ex æquo nobis, atque aduerſariis diſplicet: verum eſt ergo poſterius; ante Paſchale feſtum à Pontificibus indictum, & illegitimum, Chriſtum Dominum Paſchati ſuo operatum fuiſſe. Abulenſis in Latinam duntaxat editionem intentus, obſeruat non eſſe ſcriptum *ante feſtum Paſchæ*; ſed *ante diem feſtum Paſchæ*. Inter hæc autem duo diſcri-

Alia Ioannis loca.

C men inſtituiſſe putat Euangeliſtam. qui ſi dixiſſet, ante Paſcha cœnaſſe cum Diſcipulis Chriſtum, *intelligeretur*, inquit, *quod cœnaſſet die tertiodecimo, cùm Paſcha eſſet die quartodecimo*. Conditionalis iſta Toſtati propoſitio perſpicuæ falſitatis arguitur. Nam & πρὸ τῆς ἑορτῆς, id eſt, *ante feſtum*, ſcripſit Ioannes; neque tamen id valet, decimo tertio die cœnaſſe Chriſtum. Quare Latinorum iſtorum verborum notio; *ante diem feſtum Paſchæ*, ad Græci contextus ſententiam exigenda venit; vt idem ſit feſtus dies Paſchæ, ac feſtum ipſum Paſchæ. Quò Iudæorum conſuetudo pertinet, qui vt dierum ita feſtorum, ac celebritatum initia ab occaſu Solis, & ineunte nocte capere ſolebant. Quam ob cauſam Ioannis XIX, *Iudæi, quoniam paraſceue erat, vt non remanerent in cruce corpora Sabbato, rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur.* Cruciariorum corpora ideo deponere, ac ſepelire maturarunt, quod cùm Paraſceue ipſa iam eſſet; id eſt veſpera prior, quâ præparabatur agnus; & altera iam inſtaret veſpera, quæ eadem Sabbati principium erat; veriti ſunt ne hac ipſa poſteriore veſpera, & initio Sabbati ingruente, iuſta facere prohiberentur. Hac igitur Abulenſis obſeruatione reiecta, vulgò ita ferè cæteri reſpondent; com-

D muni vſum loquendi conſuetudine Ioannem, diem feſtum Paſchæ ciuilem, & artificioſum intellexiſſe, qui ab ortu Solis ad occaſum extenditur. Verùm cùm Paſchalis ipſa celebritas, quæ agni epulo præcipuè conſtabat, pridie ciuilis diei, qui ab ortu Solis incipit, peracta fuerit, eáque veſpera propriè Paſchatis nomen habuerit, non videtur ἀκυρολογία illa committenda; vt ipſum tempus, quod maximè propriè Paſcha, ſiue feſtum Paſchæ nominatur, *ante feſtum Paſchæ* fuiſſe dicatur. Quamuis enim Paſchatis vocabulum tam de ciuili die ſequenti, quàm de ſex aliis vſurpari poſſit; in illa tamen Euangelica narratione, qua Paſchalis agni, atque cœnæ mentio fit, feſtum Paſchatis propria & vſitata notione potiùs accipitur. Hoc enim conſiderandum eſt, totam Paſchatis functionem, adeóque cauſam nominis, & originem in veſpertino illo epulo conſiſtere. Proinde nimis illa videtur abſona, & abſurda loquendi formula; ante feſtum Paſchatis, Chriſtum Paſcha celebraſſe; hoc eſt eo quidem momento temporis, quod feſtum pro-

A

prie Paſchæ diceretur; ſed ante ciuilem Paſchatis diem.

Aliud Burgenſis argumentum.

Aliud eſt Burgenſis argumentum ex Paſchalis feſti religione depromptum; quæ omnia illa vetuit exerceri, quæ à Iudæis eo, quo crucifixus eſt Chriſtus, die præſtita leguntur. cuiuſmodi eſt capitis iudicium inſtituere; reum ſiſtere, accuſare, interrogare, teſtes producere, condemnare, ac damnatum deinde ad Præſidem deducere, comitari ad ſuplicium, prætereuntes angariare, & ad onus ferendum cogere. Quæ quidem omnia feſtis diebus agi, nominatimque primo die azymorum, nefas fuit. Nam de iſto ipſo die feſto, Exodi XII cauetur, nihil vt in eo fiat operis, *exceptis iis, quæ ad veſcendum pertinent*. Addit Burgenſis ſepulturæ officium ipſum, quod non minus feſtis diebus interdicebatur. Si enim Sabbato funus curare non licuit, vt ex hiſtoria Dominicæ ſepulturæ manifeſtè colligitur; nec in ipſo Paſchatis id feſto licuit; cum exceptis iis, quæ ad cibos pertinerent, eadem quæ in Sabbato, feriandi neceſſitas impoſita ſit. Nam quod exemplum Tobiæ ex cap. II profertur; olim ab eruditis viris obuiam eſt itum; qui hoc admonuerunt, aliam iuris communis, & ordinarij rationem eſſe, aliam neceſſitatis, qua fit, vt legi plerumque derogetur. quale fuit illud Tobiæ factum. B

Quanquam haud me præterit, viris quibuſdam eruditis aliter videri; qui cùm cæteris feſtis, tùm Sabbato fas fuiſſe volunt mortuos ſepelire. quod & Caietanus in XXIII Leuit. caput exiſtimat; & Serrarius in Ioſue V, Quæſt. XXIX. quod in præſentia diſceptare nihil neceſſe eſt. Fauet huic argumento, opinionique noſtræ, quod Iudæos de Chriſti nece deliberantes ſtatuiſſe Matthæus cap. XXVI, 5, refert: *Non in die feſto; ne fortè tumultus fieret in populo*. Verebantur enim ne ſi feſto die Chriſtum comprehenderent, ac reum peragerent, iuſta inde populi eſſet offenſio. quod profectò minimè deuitaſſent, ſi in ipſo Paſchatis ſolenni ei rei operam dediſſent. Tum quòd Apoſtolis in mentem veniſſe teſtatur Ioannes cap. XIII, 29, quando Chriſtus Iudæ dixit: *Quod facis, fac citiùs*. tanquam iis verbis iuſſiſſet, vt ea quæ opus erant ad diem feſtum emeret. Vnde facilè ratiocinamur, nondum diem feſtum appetiſſe; qui ſi iam iniiſſet, nihilo magis, quàm in Sabbato, emere aliquid liceret. C

Præterea neque parui pendendum illud eſt argumentum, quod ex Ioannis verbis conficitur, cap. XIX, 31, cùm ait, *Iudæos, vt non remanerent in cruce corpora Sabbato; Erat enim magnus dies ille Sabbati; rogauiſſe Pilatum*, &c. Quod nominatim de Sabbato illo ſcribit, magnum fuiſſe diem, nemo aliter interpretari queat, quàm alterius feſti concurſu, ac religione cæteris inſigniorem fuiſſe. Illud verò ne fingi quidem aliud poteſt, quàm Paſcha, ſiue prima dies azymorum. Nam vt cùm Abulenſi, ac cæteris contrariarum partium authoribus magnum ideo nominari diem illum arbitremur, quòd in eum ſecunda dies azymorum incurreret, adeóque frequentioribus ſacrificiis, ac ceremoniis idem ille celebraretur; adduci non poſſumus. Tùm hæc enim probari interpretatio poſſet, ſi ſecundus dies azymorum, aut alius omninò, præter primum ac nouiſſimum, feſtus, ac ſolennis eſſet habitus. Quod ſecus ſe habet. vt ex Leuit. cap. XXIII conſtat. Quare non poteſt Sabbati religio profanæ diei acceſſione maior fieri. Reſtat igitur, vt alterius incurſione feſti magnus ille dies ab Euangeliſta nuncupetur: cuiuſmodi nullum præterquam Paſchatis excogitari poteſt. D

Hæc ſunt argumenta præcipua, quæ altero die perſuadent, quam quo Iudæi plerique, Dominum Paſcha celebraſſe. quæ in aliorum commentariis copioſiùs enarrantur. nos autem ne quid ad propoſitæ quæſtionis intelligentiam deſiderari poſſet, eadem illa percenſere ſaltem ac perſtringere debuimus. Cum iis porro ſi altera contrariæ ſententiæ præſidia, & teſtimonia comparentur, multo ad interpretandum faciliora, minúſque firma videantur. Etenim tota vis illorum fere vna hac cautione labefactatur: Chriſtum legitimo tempore Paſcha peregiſſe; Iudæos autem pleroſque alieno, nec legitimo. Quare tùm cùm Chriſtus epulatus eſt, prima dies azymorum reuera, & ex legis, ac veteris ritus præſcripto fuit: quamuis ex Iudæorum corruptela deprauationéque nondum illa cenſeret? Quocirca duplex Paſcha anno illo fuit; alterum legitimum; alterum præpoſterum. Illud Chriſtus Dominus cum Iudæis aliquot ſaniori mente præditis; hoc Phariſæi, Scribæ, cum Iudæis pleriſque tenuerunt. De priori tres Euangeliſtæ intelligendi ſunt,

quando

A quando primam azymorum diem nominant. Marcus verò cùm addit, *quando Paſcha immolabant*; nihil docet aliud, niſi per id tempus agnum immolari conſueuiſſe, hoc eſt in ipſo Paſchatis ſolenni, tam legitimo, quàm alieno tempore celebrato. Lucas porrò ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα, inquit, *in qua oportebat immolari Paſcha.* quæ ſi quis ſubtilius accipere velit, fauent opinioni noſtræ. Iudæos enim ſignificant ἐν ᾗ οὐκ ἔδει ſacrificaſſe; Chriſtum ἐν ᾗ ἔδει.

Eſt autem ad inſtitutum noſtrum vtilis maximè, opportunáque illa ratio, quàm in Animaduerſ. Epiphanianis plenius expoſuimus; Paſchalem διαστροφὴν, quæ anno vltimo vitæ Chriſti contigit, non ex legitima aliqua, & moribus recepta, ſiue ordinaria tranſlatione feriarum ortum habuiſſe. quod omnes illi, qui probatam nobis ſententiam amplexi ſunt, hactenus putauerunt; nec ex alia quapiam honeſta cauſa, rituve publicum in vſum, & conſuetudinem admiſſo profectam fuiſſe. Neque enim quod vſu communi ſancitum eſſet, Chriſtus vllo modo violaret. ſed peculiarem illam, & extraordinariam fuiſſe corruptelam, quam ſuper-
B ſtitioſus, ac diuinæ legi contrarius Phariſæorum ritus inuexerat. De quo plura nos ad Epiphanium ex Hebræorum Ritualibus libris. Quocirca non vnus Dominus Paſcha legitimum, & à Phariſaico diuerſum obiit ſed Iudæorum etiam aliqui, vt ex Epiphanio colligebamus, qui θόρυβον, ac diſſidium in celebrando Paſchate incidiſſe demonſtrat. Ex eorum ergo numero, qui ſincerum Paſcha peragere vellent, patrem illum familias ſciuit eſſe Chriſtus, apud quem parari ſibi Paſcha iuſſit: aut vtique Chriſtum legis ac ritus patrij tenaciſſimum obſeruatorem idem ille eſſe cognouerat, adeóque Chriſtus, antequam Apoſtolos deſtinaret, ei condixerat. Eiuſmodi non pauca fingi coniicique poſſunt, quibus Lucæ ille locus, & ad patrem familias adornata legatio ad opinionem noſtram accommodetur, nihil vt ei penitus obſit. Sed in iſtis, quæ neque difficilia ſunt, & à Maldonato, aliiſque permultis copioſè tractantur, immorari nihil attinet.

Tria, an quatuor quinquéve poſt Baptiſmum Paſchata Chriſtus obierit.
C *Oſtenditur tria duntaxat ab eo peracta.*

CAPVT XVII.

SÆPE mirari ſoleo, Chriſtiano vlli, qui quidem in Euangeliſtarum lectione paululum operæ poſuerit, tam abhorrentem & iis ipſis Euangeliis contrariam opinionem probari potuiſſe, vt ſecundum baptiſmum, vno anno atque Paſchate prædicationem Chriſti circumſcribendam putaret. Atqui neque paucorum, neque plebeiorum Scriptorum fuit hæc ſententia; ſed doctrina, & authoritate præſtantium, & ſanè vetuſtiſſimorum. è quibus occurrunt modò Tertullianus lib. con. Iud. cap. VIII, Clem. Alex. lib. I, & VI Stro. Africanus apud Hieron. in Dan. caput IX. Lactantius lib. IV, cap. X. Gaudentius Brixianus Serm. III de Paſchate: cuius hæc verba ſunt: *Anniculus eſt, quia poſt illud baptiſmum, quod pro nobis in Iordane ſuſceperat, vſque ad paßionem vnius anni tempus impletur.* Verùm tertium ſaltem poſt baptiſmum attigiſſe Paſcha Chriſtum Dominum, Ioannes ſine vlla obſcuritate demonſtrat.

D Quare miſſa vetere illa, obſoletáque ſententia, reliquæ ſunt nobis explicandæ tres. Neque enim plures extant. Aut igitur tria Paſchata Dominus expleuiſſe fertur, aut quatuor, aut quinque. Prima veterum eſt quam-plurimorum; ſecunda ætatis fere mediæ: tertiam Mercator, & eum ſecutus Scaliger amplexi ſunt. Hodie verò, Scaligerianorum excepto grege, vix aliquem inuenias, qui non quatuor Paſchata τῇ κηρύξει præfiniat. Ac cæteri quidem Euangeliſtæ Paſchatum ſingulorum mentionem haud expreſſam adeò fecerunt: vnus Ioannes tria diſtinctè memorauit. Primum eſt cap. II, 13 poſt nuptias, quibus in Cana Chriſtus interfuit: alterum eſt cap. VI, 4, poſt ingens illud miraculum annonæ multiplicatæ. poſtremum eſt τὸ σταυρώσιμον, ſub quod in crucem actus eſt. Præter hæc tria plerique omnes, vti dictum eſt, quartum eliciunt, partim ex ipſo Ioanne, partim ex aliis; ac diuerſiſſimas annorum, & rerum à Chriſto geſtarum harmonias, & concordias inſtituunt. quas hîc referre, vel excutere non magis infiniti, quam inuti-

lis laboris fuerit. Nos vniuerſè paucis diſputatis, proprium & ipſi Euangelicæ narrationis ordinem, ſeriémque contexemus. A

Exponitur eorum ſententia, qui plura tribus Paſchata defendunt.

Quod igitur plura tribus Paſchata Ioannes expreſſerit, ex eius cap. v conficiunt: *Poſt hæc*, inquit, *erat dies feſtus Iudæorum.* quem diem non alium, quàm Paſcha fuiſſe ſentiunt. Primum itaque Paſcha ſolus Ioannes recenſuit. Secundum præter Ioannem capite illo quinto, Matthæi cap. xii, Marci ii, Lucæ vi commemorari complures arbitrantur; quibus in locis Chriſti, & Apoſtolorum per ſata tranſitus deſcribitur. Hoc enim tempus adultæ iam meſſis azymorum ferias indicat. Tertium Ioannis vi, Matthæi xiv, Marci vi, Lucæ ix cõtineri vulgo ſtatuunt. Nam paulo ante Paſcha, Chriſtum v millia ſaturaſſe Ioannes oſtendit. At Scaliger tertium illud Paſcha facit, quod ex hiſtoria Chriſti per ſegetes ambulantis elicitur, & ab illo Ioannis v diſcriminat: vt quinq; numerentur. Poſtremũ eſt τὸ σταυρώσιμον.

pag. 249.

Euſebius libro viii de Demonſtr. prædicationi Domini τρία καὶ ἥμισυ ἔτη diſertè tribuit. Et lib. i Hiſt. cap. ix quatuor annos non integros; quos per totidem Pontifices Hebræos nimis oſcitanter, & imperitè partitur; quos Anano, ſiue Annæ B ordine ſucceſſiſſe refert. Quod quàm ſit abſurdum lib. ii cap. xxxi docuimus. Qui præter Euſebium tres annos cum aliquot menſibus aſſignet, haud temerè inter antiquiores inuenias. Plerique verò biennium duntaxat ſolidum, cùm excurrentibus menſibus imputant. Irenæus lib. ii, cap. xxxviii; Apollinaris Laodicenus apud Hieron. in caput ix Danielis; Origenes lib. ii contra Celſum, cùm ait Iudam non ſolidum triennium egiſſe cum Chriſto: Epiphanius Hæreſi li, quæ eſt Alogorum. Hæc opinio vetuſtiſſimorum Patrum, cùm propter eorum authoritatem valdè probabilis eſt; tum quod Ioannis Euangelio conſentanea eſt, à quo non plura tribus Paſchata recenſentur. Hoc enim inter omnes conuenit, Ioannem, qui poſtremus omnium Euangelium ſcripſit, eo conſilio ſingula Paſchata, hoc eſt Dominicæ prædicationis annos, & articulos diſtinxiſſe, vt à cæteris neglectum in hiſtoria Dominica temporum ordinem poſteris commendaret. Quamobrem cùm duo duntaxat ante nouiſſimum, & σταυρώσιμον, poſt baptiſmum Paſchata nominet, meritò Patres illi totidem non plura numerarunt. Sed probabilem, vti diximus, opinionem complures illorum non ſatis probabili argumentatione defendunt; tùm in duobus iiſce Paſchatis ſolennibus diſcernendis, C vehementius offendunt. Quod enim Iſaiæ lxi, 2 Chriſtus miſſum ſe dicat à Patre καλέσαι ἐνιαυτὸν κυρίου δεκτὸν, καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως. *prædicare annum Domini acceptabilem, & diem retributionis*; ex eo concluſerunt, alterum, qui acceptabili reſponderet, τὸν ἀντιλεγόμενον ſucceſſiſſe. Hanc enim rationem Epiphanius informat Hæreſi li, N, xxv. Biennium itaque τῇ κηρύξει præſtituunt: ita vt priore anno pacificè, ac nemine aduerſante functionem ſuam obierit; poſteriore verò æmulos, & obtrectatores Iudæos ſit expertus. Sed ea collectio falſum aſſumit; & Iſaiæ teſtimonium ab germano ſenſu alienam in ſententiam detorquet. Acceptabilis annus à Propheta, pro eo quod eſt gratus, ac Deo, non Iudæis placitus, vſurpatur; atque omne, quo in carne verſatus eſt, prædicationis tempus amplectitur; vt interpretatur Hieronymus, & ante hunc Irenæus. Neque verò primus ille prædicationis annus ſine offenſione, ac vexatione tranſactus eſt. Imò verò quàm plurimas à Scribis, & Phariſæis inſidias contumeliáſque perpeſſus eſt; vti pòſt paulo declarabitur.

Veteres Patres, qui tria tantùm Paſchata tuentur.

Irenæi & Epiphanii parum probabilis ratio.

In amborum autem deſignatione Paſchatum Irenæus, & Epiphanius parum D attenti ſunt. Nam ille primum dicit eſſe, cuius eſt mentio Ioannis capite ii, 13: ſecundum, quod eſt capite v, 1, vbi diem feſtum Euangeliſta nominat. cum hoc alterum capitis vi, 4 confundit; ante quod multiplicatorum panum miraculum patratum eſt. Falſò igitur Irenæi authoritatem adducunt, qui ſecundum Paſcha ex eo defendunt illud eſſe, quod Ioannis v continetur: tertium, cuius mentio eſt Ioan. vi. Neque enim duo iſta diſtinxit Iræneus; ſed in vnum conflauit. Quæ ſi ſeparanda putaſſet, prius illud Ioannis v nunquam Paſcha vocaret. Nam tria tantùm, non quatuor Paſchata Chriſti prædicationi tribuit. At Epiphanius primum Paſcha idipſum eſſe definit, in quo Chriſtus vociferatus eſt, *Si quis ſitit, veniat ad me; & bibat*; Ioan. vii, 37. Secundum de quo in eodem capite dixit: *Non aſcendo ad diem feſtum iſtum.* Verùm duo hæc à Chriſto pronunciata ad vnum, & idem feſtum Scenopegiæ, non Paſchatis attinent. Deinde præpoſterè ab Epipha-

A nio referuntur. Nam quæ primo loco vſurpata ſcribit, ea feſto exeunte; quæ poſteriora ponit, ea ante feſtum conſtat ab illo eſſe prolata.

Quamobrem aliter tria hæc à nobis Paſchata conſtituenda ſunt: poſtquam eorum argumenta, qui plura tribus computant, expenderimus. Horum eſt vis omnis in Ioannis v, 1 poſita; quod ibi dies feſtus concipiatur; quem negant alium videri poſſe, quàm Paſcha. Ab eo verò, quod capite vi, 4 ſequitur, omninò diſtinguendum videtur. Ex quo tria ante τὸ σταυρώσιμον conficiunt. Rurſus illud Paſcha, quod Ioannis vi, 4 commemoratur, & ante quod millia hominum quinque totidem panibus ſaturata ſunt, ab eo diuerſum eſt, quod à tribus reliquis Euangeliſtis tacitè ſignificatur, quando Chriſtum per ſata iter habuiſſe ſcribunt. Id enim per azymorum ferias contigit. Nam illa per ſegetes ambulatio, Matth. xii, Marci ii, 23, Lucæ vi narratur. Secundum quam miraculum illud ſaturatæ plebis Matth. xiv, Marci vi, Lucæ ix deſcribitur. Igitur cùm Sabbatum Deuteroproton, per quod ſata perambulata ſunt, Paſchate poſterius ſit, panum verò miraculum Paſchate prius; duo eſſe, diſtinctáque neceſſe eſt Paſchata: quæ cùm primo, quod à Baptiſmo proximum eſt, & poſtremo, in quo crucifixus, quatuor efficiunt. Hæc illi. Verùm dies ille feſtus Ioannis v, gratis Paſcha eſſe dicitur. Nam Chryſoſtomus, Cyrillus, & Maldonatus Pentecoſten eſſe malunt. alij feſtum Sortium, ſiue Phurim, quod Adar xv celebratum. Quod ſi Paſcha iſtud eſſet, procul dubio ab Ioanne ita vocaretur; qui alia duo nominatim appellauit. Nam quod ad Sabbatum Deuteroproton ſpectat, tranſitúmque per ſegetes, poteſt hæc hiſtoria primo Paſchati, & à baptiſmo proximo ſubiici, vti poſtea conſtabit. Nihil habent igitur quarti, quintíve Paſchatis authores, quo nos in ſuam ſententiam cogant; & à priſca illa antiquorum Patrum abſtrahant: quæ tria, non amplius Paſchata definit. Nunc ſingillatim res à Chriſto geſtas ordine proſequemur, & vnumquodque Paſcha notabimus; vt omnes intelligant quàm bellè veterum opinio cum Euangelica hiſtoria concordet. Annos porrò ſingulos à Paſchate ad Paſcha perducemus. Quare primus annus paucos tantummodò menſes obtinebit, quià baptiſmo ad primum Paſcha confecti ſunt.

Occurritur eorum rationibus, qui plura tribus aſſerunt.

(B stands in the margin at "raculum Paſchate prius".)

C

Euangelicæ hiſtoriæ concordia ad Epiphanij & veterum aliorum ſententiam accommodata.

Capvt XVIII.

Geſta anni primi vſque ad Paſcha.

PRimvm baptizatus eſt à Ioanne Chriſtus, & à Dæmone tentatus, Matth. iv, Marci, i, Lucæ iv. Tum Iudæi ad Ioannem legatos deſtinant; qui honorificum de Chriſto teſtimonium perhibet. Ioann. i. Chriſtus Bethabaram redit, vbi baptizatus fuerat. Ib. com. 28, poſtridie, quàm Iudæi Ioannem adierant: Latini codices plerique Bethaniam: Græci Bethabaram habent. Quanquam in quibuſdam Græcis Bethania legitur: vt in Catena M S. Bibliothecæ regiæ, & apud Cyrillum. In eadem illa catena hæc adnotantur. χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι τὰ ἀκριβῆ τῶν ἀντιγράφων ἐν Βηθαβαρᾷ περιέ-
D χει· ἡ γὰρ Βηθανία οὐχὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου· ἀλλ᾽ ἐγγύς που τῶν Ἱεροσολύμων ἐστί. *Sciendum eſt accurata exemplaria Bethabaram continere. Nam Bethania non vltra Iordanem eſt, ſed prope Ieroſolyma.* Atqui ne Bethabara quidem ipſa tranſamnana eſt; ſiquidem verum eſt, quod & aliis permultis, & Scaligero videtur, hanc ipſam eſſe, cuius mentio fit Iudic. vii, 24, & Ioſue xviii, 22. Aut igitur alius quiſpiam locus eſt; aut quamuis oppidum Bethabaræ, ſiue Betharabæ, vt in libro Ioſue nominatur, cis Iordanem eſſet, eius tamen ager vltra Iordanem fuit.

Poſtera die Andreas cum altero Ioannis diſcipulo Chriſtum conuenit, Ioan. i, 35, ac poſtridie Petrus ad illum adducitur: ſequenti die, Philippus, & Nathanael. Mox tertia die, vel à congreſſu cum Andrea, vel à Philippi & Nathanaelis colloquio ad officium nuptiarum venit, Ioan. ii. Poſtea Capharnaum cum Diſcipulis perrexit, ibique paucos dies moratus eſt, Ioann. ii, 12, & Lucæ iv, 14. Inde Nazarethum veniens in Synagoga prædicauit; quando & à ciuibus ſuis prope-

dum occiſus eſt. Ergo in Capharnaum, & Tiberiadenſem agrum ſeſe contulit. Petrum & Andream, & alios quoſdam Apoſtolos vocauit; Matth. IV, à 18, ad finem; Marci I, à 16, ad 23. Lucæ IV, 30. Pòſt à dæmone correptum, & mutum ſanauit; Marci I, 33, Lucæ IV, 23. Petri deinde ſocrus curata, Matth. VIII, 14; Mar. I, 29. Lucæ IV, 37. Sub hæc Petrus cum aliis quibuſdam tertiò vocatur, Luc. V. Ter enim diſcipuli vocati ſunt. Primò, cùm ad Ioannem Andreas & alius venit, Ioan. I. Secundò cùm propter litus ambulans piſcantes illos reperit, Mat. IV, Marci I, Lucæ IV. Tertiò cum Petri naue conſcenſa, copioſum ei piſcatum præbuit, Lucæ V. Leproſus poſtea repurgatur. Matth. VIII; Marci I, 40. Luc. V, 12. Tùm Paralyticus ſanatur, Matth. IX. Mar. II. Luc. V, 17. Matthæus à telonio vocatur: Matth. IX, 9. Marci II, 14. Luc. V, 27. Diſcipuli Ioannis expoſtulant cum Chriſto; iiſdem in capitibus. Demùm Paſcha primum poſt baptiſmum, Ioann. II. A

Contigit baptiſmus Chriſti anno quintodecimo Tiberij Cæſaris, C. Fufio Gemino, C. Rubellio Gemino Coſſ. qui annus eſt ab Vrbe condita DCCLXXXII, ſecundum Varronem: Iulianus LXXIV; Dionyſianus XXIX, vti ſuprà demonſtratum eſt. Hæc eſt communis omnibus ferè Chronologis ſententia: tametſi in annis Chriſti computandis haud inter ſe conſentiant. Etenim Baronius illum ipſum numerat XXXI; Onufrius XXX. Hic enim vno anno; ille biennio vulgarem computum anteuertit. Reuera tamen annus iſte XXIX eſt Dionyſianus, Periodi Iulianæ 4742; cyclo Solis X, Lunæ XI. Nouilunium vernum ex Prutenicis tabulis Aprilis II, feria 7, II, 36′, 4″, poſt mediam noctem. Plenilunium Aprilis XVII, feria I, 5, 58′, 5″. Sed Iudæos per illud tempus accuratos Lunæ motus adhibuiſſe, non eſt veriſimile. Quare omnis illa lunaris temporis circunſcriptio, quam Scaliger proponit, commentitia eſt; præſertim quæ ex conficta Periodo Alexandrea petitur. De variis antiquorum opinionibus in baptiſmi die conſtituendo, diximus ad Epiphanium. B

Geſta anni ſecundi à Paſchate primo ad alterum Paſcha. C

Sub idem Paſchatis tempus, Chriſtus negotiatores, & collybiſtas à templo ſubmouit, vt refert Ioannes. Poſteà verò per ſata tranſiit, in Sabbato deuteroproto; Matth. XII, Mar. II, 23, Lucæ VI. Cum Nicodemo colloquium habuit, Ioannis III. cuiuſdam aridam & mortuam manum reſtituit. Matth. XII, 9. Marci III. Lucæ VI, 6. Ioannis diſcipuli de Chriſto conqueruntur apud magiſtrum ſuum; ſed ab eodem iterato de illo teſtimonio coercentur. Ioannis III, 22. Paulo poſt Ioannes in carcerem compingitur: Matth. XIV, 3. Marci VI, 17. Lucæ III, 19. Nam poſt Paſcha, Chriſtique cum Nicodemo colloquium in ſuſcepto baptizandi munere Ioannes aliquanto tempore perſtitit, vt Ioannes indicat. Poſtquam Ioannes in carcerem miſſus eſt, Chriſtus in Galilæam, & Zabulonitidem, ac Nephthalitidem ſeſe contulit: quod Matth. cap. IV, 12, & Marci I, 17 refertur. Qui Chriſti reditus in Galilæam perperam confundi ſolet cum eo, cuius Lucas cap. IV, 14 meminit. Hic enim proximè poſt tentationem incidit; quando & in patriam veniens, penè illìc à ſuis interfectus eſt. Exinde pœnitentiam prædicare cœpit: ac primùm Apoſtolos duodecim elegit; Marci III, 13. Luc. VI, 12. Hanc primam Apoſtolorum electionem Matthæus præterit. Quæ quidem eodem ſermone, quem habuit in monte, prior videtur. Varij ſubinde ſermones habiti ſunt à Chriſto, partim ad Diſcipulos, partim ad reliquam multitudinem, quæ in montem confluxerat; Matth. V, VI, VII: & Lucæ VI, 17, aliiſque capitibus. Inde Centurionis ſeruus à morbo liberatur; Matth. VIII, 5. Luc. VII. Ioannes è vinculis diſcipulos ſuos ad Chriſtum allegat. Luc. VII, 18, & Matth. XI. Peccatrix mulier epulanti Chriſto ſuperuenit, Luc. VII, 37. Dæmoniacum mutum ſanat; & Iudæos obtrectantes caſtigat, Matt. XII, 22: Marci III, 20. Luc. XI, 14. Parabolas multas ediſſerit, Matth. XIII: Mar. IV: Luc. VIII. Pòſt in altum euectus procellam ſedat, ac dæmones in porcos ſubire permittit: Matth. VIII, 18. Marci IV, 35. Luc. V, & VIII, 22. Mulier à ſanguinis profluuio curatur: & Archiſynagogi filia reuocatur ad vitam: Matth. IX, 18. Marci V, 21: Luc. VIII, 40. Cæcis duobus lumen reſtituit: D

A Mat. IX, 18, Mar. V, 21, Luc. VIII, 40. Cæcis duobus lumen reſtituit: Mat. IX, 27. Mutus & Dæmoniacus liberatus, Mat. IX, 32. Mar. VII, 32. Mox in patriam reuerſus, ibi miracula nulla facere potuit. Mat. XIII, 54. Mar. VI. Apoſtolos ad prædicandum Euangelium mittens variis illos præceptis, ac ſermonibus inſtituit: Mat. X; Mar. VI, 7. Luc. IX. Ioannes ab Herode necatur. Mat. XIV, 3. Marci VI, 17. Luc. III, 19. quod paulo ante Paſcha contigit. Secundum hæc Apoſtolos ad Chriſtum rediiſſe, & quæ egerant renunciaſſe, refert Marcus VI, 30, & Lucas IX, 10. quod ego poſt primam illam, quam Euangeliſtæ exprimunt, miſſionem minimè factum arbitror; ſed poſt ſecundam, cuius non meminerunt. Etenim miraculum illud multiplicatorum panum poſt Apoſtolorum reditum, de quo Marcus & Lucas agunt, contigit. At idem illud miraculum poſt primam Apoſtolorum profectionem geſtum eſſe, Ioannes indicat; cuius capita IV, V, & VI connexa ſunt. Nam cap. IV, 35, quatuor ad meſſem, adeóque Pentecoſten menſes eſſe dicuntur; hoc eſt ad Paſcha tres circiter: quod Paſcha cap. VI memoratur. Quando Apoſtoli reuerſi ſunt ad Chriſtum, erat is in Peræa, ſiue tranſamnana regione. Seceſſit enim in deſertum Bethſaidæ, quæ vltra
B Tiberiadenſem lacum ſita erat: Luc. IX, 10. Atqui Diſcipuli iam ad illum redierant, cùm eſſet in Iudæa. Inde enim receſſit Iudæos veritus, quibus nunciarant plures à Chriſto, quàm ab Ioanne, baptizari: Ioan. IV. & continuè cum ipſo vſque ad Paſcha verſati ſunt. Igitur reditus ille Diſcipulorum ad Chriſtum, Marci VI, & Lucæ IX non contigit poſt primam miſſionem, ſed poſt ſecundam, quæ paulo ante Paſcha facta eſt, poſtquam à Iudæa receſſit in Galilæam. Ea porro videtur inſerenda inter caput V, & VI Ioannis. Poſtea Chriſtus in Galilæam profectus in itinere cum Samaritana muliere colloquitur, Ioan. IV. Inde redit Hieroſolymam ad diem feſtum; quod quale fuerit non adeò conſtat. Ibi Paralyticum ad Probaticam piſcinam ſanitati reſtituit, Ioan. V. Quinque deinde panibus totidem hominum millia reficit. Matth. XIV, 14. Mar. VI, 34. Lucæ IX, 12. Ioann. VI. Supra mare ambulat. Mat. XIV, 22. Marci VI. Ioan. VI, 16. Pòſt in agro Capharnaumitico luculentiſſimum ſermonem habuit de corporis ſui Sacramento. Ioan. VI. Inde cùm
C in Galilæa paululum hæſiſſet, ægróſque curaſſet; vt Mat. XIV, 35. Mar. VI, 54 refertur, Hieroſolymam ad ſecundum Paſcha perrexit.

Hactenus ſecundi τῆς κηρύξεως anni res geſtas ordinauimus. In quibus plurimum à vulgatis Euangeliorum contextibus noſter diſcrepat. Complures enim harmoniarum Scriptores Chriſtum Dominum nonniſi poſt Ioannis carcerem in prædicandi munus incubuiſſe cenſent: vt inter alios Scaliger in Paſchate ſecundo. qui & anno vertente poſt baptiſmum coniectum in vincula Ioannem aſſerit. Itaque toto anno feriatum fuiſſe Dominum oportet: aut prioris anni rès geſtas ab Euangeliſtis ſilentio præteritas: quorum neutrum veriſimile eſt. Sane antequam Ioannes vinciretur, illuſtri iam fama celebrem fuiſſe Chriſtum, atque & multis editis miraculis inſignem, & non paucos æmulos, obtrectatoréſque colligere cœpiſſe, docet illius cum Nicodemo colloquium. Siquidem Nicodemus quam-plurima iam ab illo facta miracula prædicat; & Chriſtus ipſe de Iudæorum peruicacia queritur. tum nocturnus ille Doctoris acceſſus, metúſque Iudæorum erupiſſe iamdudum Chriſti notitiam, eique conflatam à Scribis, & Phariſæis inuidiam de-
D monſtrant. Atqui colloquium iſtud ſub primum Paſcha contigit. Quanquam nonnulli parum conſultè ſecundo poſt baptiſmum Paſchati ſubiiciunt. Adde quæ reliqui tres Euangeliſtæ à Chriſto geſta narrant ante Ioannis vincula. Quocirca Matthæum, & Marcum, qui Chriſtum Dominum, & quo Ioannes eſt vinctus, prædicare cœpiſſe docent, ad eum modum interpretamur; vt tum demum accuratius in id negotium incubuiſſe dicant; ac nominatim ad pœnitentiam hortatum eſſe: quod florente Ioanne nondum ſuſceperat. Huic enim denunciandæ mortalibus pœnitentiæ partes mandatæ fuerant. Quas vbi deponere coactus eſt; tùm ei functioni ſucceſſit Dominus. Quod ad eos verò ſpectat, qui Paſchata quinque definiunt; veluti Mercator, Scaliger, & Catholici nonnulli; biennium illi ab rebus geſtis, & miraculis propemodum vacuum conſtituere coguntur. itavt plenos tantùm duos annos cum menſibus tribus, hoc eſt rerum geſtarum, ac ſermonum copia refertos ac memorabiles agnoſcant. Quod abſurdum mihi quidem vide-

tur. Quanto commodius nos facimus; qui non plura, quàm quæ ab Ioanne ſunt expreſſa, Paſchata recenſentes, temporis breuitatem dictorum, factorúmque magnitudine ac frequentia producimus; nec vllam partem τῆς κηρύξεως otioſam, & inanem eſſe patimur: ac demum negligentiæ, obliuioniſque culpam ab Euangeliſtis quatuor arcemus. A

Incidit Paſcha ſecundum anno ſextodecimo Tiberij, M. Vinutio Quartino, C. Caſſio Longino Coſſ. anno Vrbis DCCCLXXXIII, Iuliano LXXV, quo cum Dionyſianus concurrit annus XXX. Per. Iul 4743. Nouilunium vernum Martij XXII, feria IV, 20, 24′, 41″. Plenilunium Aprilis VI, fer. V, hor. 14, 46′, 42″, in meridiano Prutenico, cyclo Lunæ XII, Solis XI, lit. A.

Geſta anni tertij vſque ad Paſſionem.

Christus cum Phariſæis de diuinis, humaniſque traditionibus altercatur: Mat. XV, Marci VII. Pòſt in Tyriorum, & Sidoniorum fines profectus Chananææ filiam ſanat. itémque ſurdum, & mutum, Marci VII, 31. Quatuor hominum millia ſeptem panibus alit. Mat. XV, 29. Marci VIII. Phariſæi ſignum quærunt: & Diſcipulorum incredulitas caſtigatur. Mat. XVI, Mar. VIII, 11. Bethſaidæ cæco viſum reſtituit. Marci VIII, 13. Petrus Chriſtum confitetur. qui & Paſſionem ſuam denunciat. Mat. XVI, 13. Marci VIII, 27. Luc. IX, 18. Poſt octo, ſéxve dies transfiguratur. Mat. XVII, Mar. IX. Luc. IX, 28. Lunaticus curatur. ibidem. Didrachmum perſoluit, Mat. XVII, 24. De principatu inter Apoſtolos oritur contentio. Mat. XVIII, Marci IX, 33. Luc. XIX, 46. Varias conciones habet: velut dimittendum eſſe fratri, quoties in nos peccat: Mat. XVIII, 15; Lucæ XVII, 3. Seruum inutilem ſeſe quemlibet putare debere: Luc. XVII, 5. Secundum hæc Chriſtus in Iudæam è Galilæa proficiſcitur; & cùm Phariſæis de matrimonij ſtabilitate diſputat. Mat. XIX, Mar. X Luc. XVI, 18. In itinere à Samaritanis excluditur, Luc. IX, 51. Docet ægrè diuites ſalutem conſequi: Mat. XIX, 16. Mar. X, 17, Luc. XVII, 18. Ad Scenopegiam venit, Ioan. VII. Parabola denarij diurni proponitur, Mat. XX. Adultera Chriſto ſiſtitur. Ioan. VIII. Cum Iudæis contendit. ibid. com. 12. Cæcus à natiuitate curatur. Ioan. IX. Septuaginta diſcipulos deſignat. Lucæ X. Quod ſit maximum in lege præceptum, & quis proximus, exponit: Luc. X, 25. Inuitatus à Phariſæo quodam in eius ordinis viros acriùs inuehitur. Luc. XI, 37. Mat. XXIII, 13. Varij deinde ſermones; de non timenda corporis morte, déque diuitiarum abiicienda ſollicitudine. Luc. XII. Pœnitentiam agendam eſſe diuerſis exemplis, & parabolis docet: tum cœlorum regnum cum ſinapis grano cõparat. Luc. XIII. Herodem vulpem nominat, & Hieroſolymis comminatur. Mat. XXIII, 37, Luc. XIII, 31. Ad Encænia venit; vbi lapidibus tantùm non obruitur. Ioan. X, 22. Hydropicum ſanat, & parabolam diſputat de inuitatis ad cœnam, Luc. XIV. Parabolas adiungit alias de oue, drachma, & prodigo filio. Luc. XV. Parabola villici; & hiſtoria Lazari; Luc. XVI. Decem elephantiaci curantur. Luc. XVII, 11. Iugis oratio commendatur, Luc. XVIII. Publicani & Phariſæi parabola: Luc. VIII, 9. Lazarum à mortuis excitat. Ioan. XI. Inſtante paſſione, pergit Hieroſolymam, & in itinere mortem ſuam prædicit. Tùm Zebedæi filiorum mater Chriſtum conuenit. Mat. XX, 17. Mar. X, 32. Luc. XVIII, 31. Cæcos duos ad Ierichuntem ſanat. Luc. XIX. In Zachæi domum ingreditur. Luc. XIX. Cæcus alter extra Ierichuntem illuminatur. Mar. X, 46. Luc. XVIII, 35. Parabola de minis in ſeruos diſtributis. Luc. XIX, 11. Ante ſex dies Paſchæ Bethaniæ à Maria perungitur: Mat. XXVI, 6. Mar. XIV, 3. Ioan. XII. Magna deinde pompa vrbem ingreditur, ac fauſtis acclamationibus excipitur. Mat. XXI. Marci XI. Luc. XIX, 29. Ioan. XII, 11. Ficulneæ maledicit, & negotiatores extrudit è Templo. Mat. XXI, 12. Mar. XI, 11. Luc. XIX, 45. Phariſæi interrogant, & viciſſim interrogantur de baptiſmo Ioannis. Mat. XXI, 23. Mar. XI, 27. Luc. XX. Parabola de vinea agricolis locata. Mat. XXI, 33. Mar. XX, 9. Parabola vocatorum ad nuptias, & renuentium Mat. XXII. De tributo dando Cæſari interrogatur. Mat. XXII, 15. Mar. XII, 13. Luc. XX, 20. Sadducæos confutat, Mat. XXII, 23. Mar. XII, 18 Luc. XX, 23. Percontatur Legiſperitus quod ſit maximum mandatum. deinde Chriſtus filium ſe eſſe Dei ex Dauidis authoritate comprobat. Mat.

A xxii, 33. Mar. xii, 28. Luc. xx. 39. De Scribis & Phariſæis audiendis, non imitandis diſſerit. Mat. xxiii. Mar. xii, 38. Luc. xx, 46. Fœminam pauperem collaudat, quæ minuta duo in gazophylacium proiecerat. Mar. xii, 41. Luc. xxi. De excidio Hieroſolymitano, déque mundi occaſu latè diſputat, Mat. xxiv, Mar. xiii, Luc. xxi. Parabola de x virginibus. Mat. xxv. De decem talentis. ib. Explicat modum, formámque poſtremi iudicij. Ib. com. 31. Iudas cum Iudæis de prodendo Chriſto paciſcitur. Mat. xxvi, 14. Mar. xiv. 10. Luc. xxii. Succeſſit iis Paſcha poſtremum, quod non eodem die à Iudæis, & Chriſto celebratum eſt: de quo fuſè tota hac diatriba diſputauimus.

Contigit Paſſio Domini ſecundum Epiphanium, & veteres alios, Coſſ. Tiberio v & Seiano: qui cadunt in annum Vrbis dccclxxxiv, Iulianum lxxvi: quo cum Dionyſianus concurrit xxxi, Periodi Iulianæ 4744, cyclo Solis xii, Lunæ xiii, litera G, Olympiadis ducenteſimæ ſecundæ primus exiens, & ſecundus inchoatus. Nouilunium vernum Martij xii, feria 2; hor. 5, 13′, 18″ in meridiano Prutenico. Plenilunium Martij xxvi, feria 2, hor. 23, 35′, 20″ in eodem meridiano.
B Additis vtrique horis 2, 37′, 54″, habebimus nouilun. & plenilun. eiuſdem anni in meridiano Hieroſolymitano ex mente Pauli Foroſempron. Cùm igitur plenilunium in feriam iii incurrerit Hieroſolymis, neceſſe eſt Iudæos cyclo vitioſo per id tempus vſos fuiſſe; ac triduo ferè illorum ratiunculas à cœleſtibus motibus aberraſſe. Nam Luna decima quarta conuenit in Martij xxv, feria 1. At legitima illorum quartadecima, quam videlicet popularis cyclus inuexerat, fuit feria v. Triduo igitur lunares epilogiſmos ciuilis iſte cyclus anteuertit. Hæc ex Epiphanij, & antiquiorum ſententia, quam copioſè ſuprà pertractauimus. Placet verò, quoniam eo vſque progreſſi ſumus, Dominicæ Paſſionis hiſtoriam, & quod reliquum eſt τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας ordine digerere. quod in iis præcipua quædam, & ad difficultatem inſignia reperiantur.

Dominicæ Paſsionis, & eorum, quæ poſt eam acciderunt, hiſtorica διάρθρωσις.

C

Capvt XIX.

Svb veſperam, legitimo ineunte Paſchate, Chriſtus in cœnaculum cum ſuis conuenit, ac cœnam duplicem inſtituit. Totidem enim illo die fuerunt: quarum in priore Paſchalis agnus comedebatur: huic communis altera ſuccedebat: neque enim agnus ille famem expleuerat. Accedebant denique ſecundæ menſæ; quæ & poſtrema cœna, & ſecunda, ſi ex prioribus duabus vna fiat, appellari poteſt. Et quidem Iudæorum ritu duæ tantummodo diſtinctæ fuerunt. Bis enim eo tempore lauabant: & ſecunda lotio ante intyba, poſtremámque cœnam vſurpabatur. Reliquas Paſchalis epuli, feſtíque ceremonias ex ritualibus Hebræorum libris complures explicarunt, & cum iis, quæ tum à Chriſto geſta produnt Euangeliſtæ, diligentiſſimè contenderunt. Quare iſta prætermittimus. Prioris cœnæ tempore Chriſtus Apoſtolis dixit, ſe ab vno ex ipſis proditum iri; neque quis eſſet ſciſcitantibus aperire voluit.
D Quamuis enim verbis iſtis: *Qui intingit mecum manum in paropſide*; demonſtrare viſus eſt; tamen nihil niſi vniuerſè declarauit, ſe ab eorum, quibus cum quotidie veſceretur, aliquo eſſe tradendum. Priore cœna deſita, corporis & ſanguinis ſui ſacramentum condidit. Deinde turbari cœpit, & rurſus Apoſtolis prædixit, ab eorum ſeſe vno traditum iri. quo ſermone conterriti, ſingillatim de ſe omnes interrogarunt. Sed & Ioannes, hortante Petro, de Chriſto quis eſſet ille, percontatus eſt. Is buccella Iudæ porrecta proditorem indicauit. Qua accepta vehementioribus intemperiis actus proditor ad maturandum ſcelus abiit.

Eo digreſſo, Chriſtus cum Apoſtolis amantius, ac benignius collocutus eſt. Sed inter cætera Petrum delicti, ac negationis ſuæ præmonuit. Et quidem bis, vt apparet; primùm in cœnaculo, ſtatim poſt cœnam; cùm ita ſignificauit, quomodo Matthæus, Lucas, & Ioannes referunt, antequam gallus caneret, ter illum nega-

Duplex gallicinium

turum: ſecundò in digreſſu, vel poſtquam domo exierunt; quod Marcus præcipuè memorauit: *Priuſquam*, ait, *gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus.* Porrò cùm duplex ferè gallicinium ſit; alterum circa mediam noctem; ſub auroram alterum, quod & propriè gallicinium vocatur; Matthæus, Lucas, & Ioannes poſterius hoc intellexerunt. Longiorem deinde ſermonem pertexuit, qui Ioannis capitibus aliquot exponitur. Quo finito exiit in montem Olaueti; vbi Patrem orans præ doloris acerbitate ſanguineo ſudore permaduit. Captus à Iudæis, proditore præeunte, ductus eſt ad Annam Caiphæ ſocerum: inde ad ipſius Caiphæ domum, in qua Petrus ter negauit: vti tres Euangeliſtæ docent. Ioannes enim, qui priorem negationem in ædibus Annæ factam indicat, ſic interpretandus eſt, vt κατὰ τὸ σιωπώμενον verſu 13, cap. XVIII, velit prius ad Caipham eſſe perductum. Quare quædam è Cyrillo ſupplenda nonnullis videntur, & ex commate 24 traducenda, ἀπέστειλαν αὐτὸν δεδεμένον πρὸς Καϊάφαν. Productus in concilio Chriſtus, & contumelioſè habitus diluculo ad Præſidem perducitur. (Erant enim tum in poteſtate Romanorum Hieroſolyma, & Syriæ prouinciæ contributa) Accuſantibus ergo Chriſtum Iudæis, & vt damnaretur inſtantibus, Pilatus initiò reſtitit.

Vtrum Iudæi gladij ius habuerint.

Hîc non mediocris eſt quæſtio, nec explicatu facilis, non ſolùm cur Iudæi Chriſtum ad Præſidem adduxerint, nec eum hominem, quem mortis eſſe reum de concilij ſententia pronunciauerant, per ſeſe ipſi puniuerint, maximè blaſphemiæ nomine damnatum: quemadmodum Stephanum poſtea ſine Romani magiſtratus authoritate lapidibus obruerunt; & eodem ſupplicio mactare Chriſtum non ſemel aggreſſi ſunt. ſed multo magis illud mouet, quod Iudæi, Ioan. XVIII, 31 hortanti Pilato, vt Chriſtum ipſi morte afficerent, reſpondiſſe feruntur: *Nobis non licet interficere quemquam.* Cùm hæc verba alij propter diem feſtum vſurpata eſſe putent; vt Chryſoſtomus, Cyrillus, Auguſtinus: quòd per feſtos dies neminem occidi liceret: alij de Crucis ſupplicio nominatim exceptum velint; quod à Iudæorum moribus alienum erat, & Romanorum proprium. vt Chryſoſtomus, Euthymius, Maldonatus, Iamſenius: alij denique quod omnis capite puniendi poteſtas Iudæis eſſet à Romanis adempta; prima ratio probabilis non videtur. Secunda, niſi aliud accedat, non ſatis congruit. Plus enim Iudæorum vox ſignificat; cùm ſibi negant ſupplicium de quoquam licere ſumere, quàm vt de ſola cruce poſſit accipi. Tertia denique, quam ex omnibus amplectendam maximè iudico, expolienda nihilominus eſt, vberiúſque declaranda. Sciendum eſt itaque Iudæos à Romanis omni gladij iure priuatos eſſe; quod & Maldonatus obſeruat: & idipſum quadraginta circiter annis ante templi excidium Romanos inſtituiſſe, docent Hebræi. Sed in cauſa maieſtatis, & iis criminibus, quæ ad Rempub. imperiúmque pertinebant, Iudæis non cognitio ſolùm, ſed etiam executio negata fuit. de iis, quæ ad legem ſuam attinerent, permiſſu Præſidis quæſtionem habere, ac punire poterant. cui ſimile ius in Babylonica ſeruitute conceſſum iis fuiſſe, Suſannæ hiſtoria teſtatur. Iudæi porrò Chriſtum maieſtatis, ac perduellionis reum peragere omni ope ſtudebant, adeóque Romanis damnandum, animaduertendúmque tradere; quo & authoritate maiori res adminiſtraretur; & grauiorem illi apud populum concitarent inuidiam; atque, vt in eo criminum genere vitari contagio ſolet, ſi qui fautores illius ac ſtudioſi forent, vehementius abſterrerentur. Quocirca inſtanti Pilato vt Chriſtum ipſimet plecterent, negant ſibi fas eſſe. Quod autem in crucem agere Iudæis non liceret, rectè docuit ex libro Sanhedrin Maldonatus noſter: quamuis aliter Lipſius, aliique docti homines opinentur.

Poſt hæc Pilatus Chriſtum ad Herodem, qui commodùm ad Vrbem venerat, mittit. à quo illuſus eſt Dominus, & ſplendida veſte ad illuſtris viri ſpeciem per ludibrium indutus. Reuerſus igitur, & variis interrogationibus à Præſide fatigatus primùm verberibus afficitur: tum dicta in eum ſententia, crucem ſuam portans ad montem Caluariæ ducitur. Ibi vinum myrrha condítum ei propinatur; quod tamen milites per ſummam crudelitatem felle temperarunt. Ita Matthæum, Marcúmque conciliare licet.

De tempore quo Christus affixus eſt cruci.

Sed de tempore, quo in cruce ſuffixus eſt Chriſtus, &, quod cum eodem ferè ſpectat. de damnationis, ac latæ ſententiæ momento difficillima quæſtio eſt, ex Euangeliſtarum contrariis in ſpeciem authoritatibus exorta. Marcus imprimis,

A capite XV, 25. ἦν δὲ ὥρα τρίτη, ait, ϗ ἐσταύρωσαν αὐτόν. *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.* At Ioannes cap. XIX, 14, horam quaſi ſextam fuiſſe dicit, quando Pilatus flagellatum Dominum Iudæis ſtitit, atque damnauit. Rurſus Marcus cap. XV, 33. γενομένης δὲ ὥρας ἕκτης σκότος ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν γῆν, ἕως ὥρας ἐννάτης. *Cùm fuiſſet hora ſexta, tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram, vſque ad horam nonam.* quod & Matthæi cap. XXVII, 45 legitur. At Lucas cap. XXIII, 44. ἦν δὲ ὡσεὶ ὥρα ἕκτη, καὶ σκότος ἐγένετο. *Erat autem quaſi hora ſexta, & tenebræ factæ ſunt.* In his ſacrorum hiſtoricorum verbis contrarietas quædam ineſſe videtur. Nam ſi hora ſexta damnatus eſt à Pilato Dominus; vt ſcribit Ioannes: quomodo verum eſt, quod reliqui tres aſſerunt, ab hora ſexta orbi terrarum obductas eſſe tenebras? Hoc enim crucifixo iam Chriſto contigit. Item ſi hora tertia crucifixus eſt, vt Marcus refert, quid Ioanni facias, qui hora ſexta dictam in illum eſſe ſententiam narrat? Et veteres, & recentiores authores plurimum vtrumque illud ἄπορον exercuit. Notum eſt iis, qui illorum commẽtarios legerint, quàm variæ interpretationes extiterint, B quarum haud ſcio an vlla omni ex parte ſatisfaciat. Neque hîc percenſere omnes attinet. Communis eſt, ac recepta maximè, quam illorum nemo præteriit, conciliandi iſta ratio. Horas ab Euangeliſtis non vſitato more dixerunt pro duodecima accipi diei parte, ſed pro quarta; quomodo & nox in quatuor eſt tributa vigilias. Hoc modo primam horam appellatam eſſe, quæ ab hora diei prima, ſiue crepuſculo matutino, ad tertiam, quam nonam vocamus, extenditur; alteram verò, quæ ab hora nona noſtrate ad meridiem pertinet, vocatam eſſe tertiam: quæ à meridie ad tertiam pomeridianam, ſextam. poſtremam denique ab hora tertia pomeridiana ad occaſum, nonam, ſeu veſperam eſſe dictam. Ita Iamſenius capite CXLII, & Maldonatus noſter. Alij verò, qui quadripartitam illam diei diuiſionem amplexi ſunt, trihorium primum, horam tertiam; ſecundum, horam ſextam nominant; tertium, horam nonam; quartum, veſperam: ita vt ab ea hora, à qua diei quadrans incipit, nomen habeat; non ab ea in quam deſinit; vti ſuperioribus authoribus viſum eſt. Hæc eſt Baronij ſententia ad A. XXXIV, N. 163. quam & Melchior Canus lib. 11, & Toletus, Ribera, commentariis in Ioannem referunt; C neque tamen penitus approbant. Ideo faciunt maximè, quòd illa diei quadripartita diſtinctio nullum idoneum authorem habet. Ideo & Caſaubonus Exercit. XVI, N. CX Baronium redarguit, quod Cenſorini teſtimonio diei partes illas quatuor affirmet: *Cenſorinus*, inquit, *id non dicit, quem laudat Baronius, alij poſt illum. Meminit quidem Cenſorinus quadrantis diei; ſed hoc nihil quicquam facit ad illam obſeruationem qua de nunc agimus.* Atqui manifeſtiſſimi ſe falſi importunus ille Baronij caſtigator alligat. Hoc enim diſertiſſimis verbis Cenſorinus dixit, quod eum dicere Author Annalium aſſeuerat. Capite XXIII Cenſorini verba ſunt: *Alij diem quadripertitò: ſed & noctem diuidebant. idque ſimilitudo teſtatur militaris,* &c. Quamobrem non author diuiſionis iſtius vulgari illi ſententiæ deeſt. Quin & probabile eſt eandem apud Iudæos in conſuetudine fuiſſe, cùm, quod huic, Cenſorino teſte, reſpondet, noctis apud illos quadripartitum diſcrimen obtinuiſſe conſtet. Nam prima, ſecunda, tertia, quarta vigiliæ apud Euangeliſtas occurrunt.

Contrarietas quæ in Euangel. apparet, explicatur.

Quid de iſta vulgò ſentiant.

Caſaubonus Baronium malè arguit.

Sed vnum nos in ea ſententia minùs delectat, quòd partes illas diei quatuor D horas appellari dicunt; quod nemo veterum ſcripſit, neque veriſimile eſt vnquam vſurpatum fuiſſe.

Quid in illorum ſententia diſpliceat.

Quare Toleto libenter aſſentior, qui, niſi librariorum culpa deprauatum alterutrius Euangeliſtæ, Ioannis ſcilicet, Marcíve contextum putemus, negat eſſe quicquam quod ex integro ſatisfaciat. Nouam quidem ille coniecturam in fine ſubtexuit. Tertiam ait, ſextam, & nonam horam videri poſſe non diei partes, ſiue duodecimas, ſiue quartas eſſe, ſed orationis horas, quæ ſtatis illis diei partibus & à Iudæis in Templo, & à Chriſtianis eorum exemplo frequentari ſolebant. Quæ quidem orationis tempora ſuſpicatur per tres horas καιρικῶς diſtributa fuiſſe; ita vt prima ad tertiam vſque; tertia ad meridiem; ſexta ad tertiam pomeridianam pertineret. Verùm ſic poſtremam hanc opinionem author ipſe propoſuit, vt cæteris quidem, quas explicauerat, anteponendam putarit; non in ea tamen omninò ſibi placuerit; neque velut κυρίαν δόξαν haberi voluerit. Atqui minimè eſt illa, meo iudicio, probabilis. Etenim tertiam, ſextam, nonam Euangeliſtæ non

Vera conciliatio.

aliter in hiſtoria Dominicæ paſſionis accipiunt, quàm in operariorum parabola cùm illas ipſas; tum vndecimam, Matthæus cap xx: quæ poſtrema vtique tempus orationis non ſignificat. Itaque Toleti prius illud amplector; aut corruptum ab exſcriptoribus eſſe contextum: aut in inſolubilis loci tractatione confeſſionem inſcitiæ potiùs, quàm temeritatis notam eſſe ſuſtinendam. De librariorum culpa conſentiunt ex antiquis Hieronymus, & quorum meminit Theophylactus. ille in Comment. ad Pſal. LXXVII: quanquam germanum hoc opus non eſt. & de authore meritò dubitatur. Iſte verò in c. XIX Ioannis. Sed vtrius Euangeliſtæ locus in mendo ſit, Marci, an Ioannis, haud conuenit. Hieronymus Marcum emendandum aſſerit; quem horam ſextam poſuiſſe credit: ſed antiquarios epiſemum Græcum, id eſt ϛ, quæ eſt nota ſenarij, putauiſſe eſſe Γ, hoc eſt *γάμμα*. At illi, quos laudat Theophylactus, Ioannis verba caſtigant; & è contrario pro Γ, id eſt *τρίτη*, τὸ ϛ, id eſt *ἕκτη*, irrepſiſſe confirmant. Qua in ſententia Petrus Alexandrinus eſt in Opuſculo nondum edito, quod penes nos eſt: qui in autographo Ioannis quod Epheſi ſeruabatur, ſcriptum fuiſſe refert, *ὥρα ἦν ὡσεὶ τρίτη*. Mihi verò Marci locus potiùs, quàm Ioannis corrigendus videatur, ſi quid emendatione eſt opus. quod & Caietano, & Melchiori Cano lib. 11 de locis viſum eſt. quanquam is leuiter hallucinatur, dum Theophylactum, contra ac res eſt, ſcripſiſſe refert, apud Marcum pro *τρίτη ἕκτην* eſſe reponendam. Sed Marci potiùs voculam immutandam eſſe inde mihi perſuadeo, quod cùm tam multa ab diluculo, quo Chriſtus ad Præſidem adductus eſt, ad id tempus, quo damnatus & crucifixus eſt, adminiſtrata ſint, non videntur hæc tam breui interuallo, hoc eſt trihorio circunſcribi potuiſſe. Neque enim tantillo ſpatio duci Chriſtus, accuſari, interrogari, ad Herodem mitti, redire iterum ad Pilatum, rogari populus vtrum dedi ſibi mallet, condemnari, extra vrbem ad ſupplicium educi, ac denique crucifigi poterat: cunctante præſertim, ac tergiuerſante Præſide, & quiduis agente, vt à morte innocentem eximeret. Quare ſex ad minimum horas tanta varietas actionum poſtulat. Adde Matthæum ipſum, cuius breuiator ferè Marcus creditur, itidem vt alios Euangeliſtas, hora ſexta contenebratum Solem eſſe, dicere. Non eſt autem veriſimile tribus circiter horis, poſtquam crucifixus eſt, Dominus, obductam Soli eſſe caliginem: quin id ſubito potiùs eueniſſe. Nam quod Theophylactus opponit; ideo ante ſextam horam affixum eſſe cruci, quod ab hora ſexta tenebraſcere cœperit, illud eſt leuiſſimum. Etenim ſub horæ ſextæ finem deficere Sol potuit, cùm ineunte ſexta Chriſtus actus eſſet in crucem. Atenim Nonnum in Paraphraſi Ioannis *τρίτην* legiſſe putes. Scribit enim:

> Ἑκτη δ' ἦν ἐνέπουσι προσάββατος ἔπλετο ἠώς.
> Ἦν δὲ πιαινομένη τριτάτη θανατηφόρος ὥρη.
> *Sexta verò, quam vocant, ante ſabbatum erat aurora,*
> *Agebatur autem tertia lethifera hora.*

Fortaſſis ille in eâdem, qua Hieronymus, opinione fuit. Nos alteram præferimus, cum ea tamen exceptione, niſi aliud interim occurrat, quo ſalua verborum integritate, ſacris è Scriptoribus pugna, & contrarietas eximatur. quod hactenus expectamus.

Reliqua Dominicæ hiſtoriæ poſt mortem geſta.

CAPVT XX.

Vide Iſid. Peluſiotam lib. 1, Ep. 114.

PRIMA eſt omnium, & aliquibus viſa difficillima quæſtio de triduo Dominicæ ſepulturæ. Neque enim ſatis intelligi poteſt quomodo Chriſtus, quod Matthæi XII, 40 denuntiauerat, tribus diebus, totidémque noctibus in corde terræ iacuerit. Nam ſi triduum tantummodo nominaſſet; aut, vt alibi, tertia die reſurrecturum ſe eſſe dixiſſet, expedita res eſſet. Iam verò; *Sicut Ionas*, ait, *fuit in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.* Atqui tres quidem dies ab ortu Solis ad occaſum συνεκδοχικῶς vtcumque conficias; ſi Do-

De triduo Dominicæ ſepulturæ.

A minicæ matutinum crepuſculum, quo reſurrexiſſe creditur, vnius ac tertij diei
inſtar habeas; noctes verò totidem computare non perinde facile eſt. Tritæ ſunt
ac peruagatæ ſuper ea re diuerſorum ſententiæ, quas commemorare, aut refellere
nihil neceſſe eſt. Vnius Pauli Foroſempronienſis opinionem prætermittere non
poſſum; quæ nec authorem ante ipſum, neque ſectatorem poſt eum habuit vllum.
Tanta eſt eius abſurditas. Hic igitur in II Parte Paulinæ, lib. I, & II, vulgari in-
terpretatione minimè contentus, quæ ſynecdochen in Chriſti verbis agnoſcit,
dupliciter reſpondet; & vtrobique triduo ſolido, totidémque noctibus exactis,
Chriſtum reſurrexiſſe putat. Primùm itaque crucifixum eſſe Dominum dicit in
Paraſceue non Sabbati, ſed Paſchatis, quod communi appellatione Sabbatum
appellatur: reſurrexiſſe verò in vna Sabbatorum; id eſt in vno die feſtorum
Paſchalium, ſiue azymorum. Altera reſponſio: poſt Babylonicam deporta-
tionem legitima feſta omnia duobus continuis diebus obſeruari ſolita eſſe de-
finit; vt ſi fortè ab ſtato præfinitóque die aberraſſent, id altero die com-
penſarent. Quare Chriſtum exiſtimat Luna XIV in crucem actum, & Luna
B XVI ſurrexiſſe; ſed quintamdecimam bis putatam eſſe: vti nos in biſextili die fa-
cimus. Porro alterutrum horum probabile iudicat: vel Chriſtum non reſurrexiſſe
Dominica die; ſed prima poſt Sabbatum, id eſt Paſchale feſtum iteratum. vel ſi
hebdomadarium Sabbatum intelligas, ipſum adeò cenſet iterato eſſe celebratum:
nec ideo Sabbatorum interruptam eſſe ſeriem, quod Ioſue tempore pro hebdo-
made facta ſit ogdoas, Sole longius ſpatia prorogante. Vtraque hæc Foroſem-
pronienſis opinio præterquam quod noua, ſingularis, ac temeraria eſt, nullam
veri ſpeciem, neque iudicij communis habere mihi videtur. Prima falſum aſſumit;
azymorum dies Sabbata nominari. Nam primus duntaxat, poſtremúſque dies fe-
ſti, ac proinde Sabbata fuerunt. medij verò חולין, vt Hebræi vulgò nominant, hoc
eſt profeſti, profaníque ſunt habiti. Quare non quadrat interpretatio illa Mat-
thæi verbis, εἰς μίαν σαββάτων, pro vno aliquo ex feſtis azymorum diebus. Secun-
da longè etiam abſurdiora ponit. Non enim Chriſti tempore; non Hieroſolymis
bis ſolennia peragebantur; nunquam denique Sabbatum ipſum etiam locis iis
ac temporibus, quibus mos ille conſtitutus iam erat. Docent Iudæi, quod in A- pag. 183.
C nimaduerſ. ad Epiphanium obſeruabamus ex cap. V Iad. R. Moſis Maimonidæ,
ſtante templo, certorum menſium Neomenias per nuncios, & apoſtolos indictas
fuiſſe. atque iis quidem in oppidis, quæ longius ab Vrbe diſtarent, biduo eſſe ce-
lebratas; quòd eò nuncij tardius aſpirarent, neque tempori admoneri poſſent,
quem Neomeniæ cuique diem conſeſſus ille præſcriberet. Id autem vicinioribus
in locis non eſſe factum. Poſt euerſum templum, hodierno inſtituto computo,
cùm non amplius ex viſione Lunæ conceptiuæ Neomeniæ eſſent; ſed ad medios
motus exactæ, ſcriptóque comprehenſæ; biduo Neomenias celebrandas eſſe
cenſuerunt. quod hodiéque Iudæi ἐν τῇ διασπορᾷ retinent. Quare ridiculum eſt
illud Pauli παρέλκουσμα. Non enim Hieroſolymis id neceſſe fuit: neque, vt ali-
quando fuerit, in Sabbatis eſt factum, quæ ſtata fixáque fuerunt, & eodem à Iu-
dæis omnibus vbique tempore celebrata. Quamobrem repudiatis ceteris inter-
pretandi rationibus, vna illa communis omnium ferè probanda ſententia eſt,
quam Auguſtinus lib. III de Conſ. Euang. cap. XXIII, & IV de Trinit. cap. VI,
Hieron. in cap. XII Mat. & in Ionæ II, Theophylactus, aliique ſecuti ſunt,
D συνεκδοχικῶς ex parte totum ſignificari; ac tres dies, & noctes nihil aliud exprime-
re, quàm tres dies naturales, qui tamen minimè integri ſint accipiendi, ſed libati
duntaxat, & incepti.

Atenim Cæſarienſe Concilium, cui Theophilus Epiſcopus præfuit; cuius fra-
gmentum Beda Opuſc. de æquinoctio refert, paſſum eſſe Chriſtum aſſeruit XI
Kal. Apr. & VIII Kal. reſurrexiſſe; vnde etiam triduum ad Paſchales terminos ad-
iecit. Ita Paulus argumentatur; qui & XI Kal. Apr. non vt à nonnullis ſcribitur X
Kal. legendum aſſeuerat, cui nos hac in parte ſuffragamur. Nam & in vulgata edi-
tione Bedæ, & in membranis, XI Kal. extat. quanquam in cuſis ſeptimo Kal. re-
ſurrexiſſe dicatur; errore manifeſto. Verùm perperam ex loco Paulus errorem
ſuum tuetur. Neque enim ſatis animaduertit, quæ in eodem fragmento à Theo-
philo vſurpata ponuntur. Paſſum ibi Dominum ait ab XI Kal. Apr. quòd ea no-

ctæ Iudæis traditus fuerit. Nempe x Kal. in crucem actus eſt, quæ fuit Paraſceue. A
Paſſioni verò etiam dies antecedens imputatur, quòd ſub noctem, peracto epu-
lo Paſchali, à Iudæis comprehenſus ſit. Fruſtra itaque Paulus teſtimonio Concilij
illius abutitur: quod nihil præter communem de tempore paſſionis opinionem
continet.

De reſurrectionis hiſtoria. Supereſt vt eorum, quæ poſt paſſionem, ac ſepulturam Chriſti contigerunt, hi-
ſtoriam breui compendio pertexam: quæ obſcuritate ſua antiquos omnes, ac re-
centes interpretes multùm exercuit. Ita enim diuerſis modis eiuſdem ab Euan-
geliſtis rei geſtæ ſeries exponitur, vt contraria nonnunquam inuicem affirmare
videantur. Hanc ἐναντιοφάνειαν capitibus aliquot complectar. Primùm Matthæus,
veſpere Sabbati, quæ luceſcit in prima Sabbati Mariam Magdalenam cum altera
Maria veniſſe dicit, vt ſepulcrum Domini videret, ac tum Angelum apparuiſſe.
Reliqui tres non veſpere, ſed manè ſummo diluculo adiiſſe ſignificant; neque
tamen inter ſe penitus concordes eſſe videntur. Marcus enim cap. XVI vna Sab-
batorum λίαν πρωῒ, valdè mane progreſſas ait mulieres ad monumentum, ἀνατεί- B
λαντος τοῦ ἡλίου, *orto iam Sole.* Lucas verò cap. XXIV, ὄρθρου βαθέος, ſummo diluculo.
At Ioannes cap. XX, πρωῒ σκοτίας ἔτι οὔσης: *cùm adhuc tenebræ eſſent.* Quînam iſta con-
ſentiunt, cùm adhuc tenebræ eſſent aduenisse fœminas, & ortum iam Solem fuiſ-
ſe? Rurſus Matthæus, & Marcus Angelum vnum apparuiſſe dicunt; Lucas &
Ioannes duos. Item Matthæus Angelum ſediſſe refert ſuper lapidem, quem euol-
uerat ab oſtio monumenti: Marcus eundem intra monumentum ſedentem facit.
cui de loco Ioannes adſtipulatur: etſi duos non vnum commemoret. Ad hæc, Io-
annes Mariam Magdalenam, ſtatim atque peruenit ad ſepulchrum, vt euolutum
lapidem vidit, ocyus ad Apoſtolos cucurriſſe ſcribit; ac Petrum, & Ioannem ad
ſpectaculum exciuiſſe. quibus digreſſis hærentem illum primum Angelos duos;
deinde Dominum ipſum aſpexiſſe. Hæc ſunt præcipua quæſtionum faſtigia, quæ
in reſurrectionis hiſtoria apud Euangeliſtas occurrunt. de quibus cùm multa ſint
ab antiquis Patribus, Auguſtino præſertim lib. III de Conſenſu Euang. cap. XXIV,
Hieron. Epiſt. CL, Gregorio Nyſſeno Orat. II de Paſchate, ac recentibus Euan- C
geliorum interpretibus, Maldonato, Iamſenio, Toleto, & aliis innumerabilibus
memoriæ prodita, nos de iiſdem illis, quid videatur, paucis explicabimus.

Ac prima ſane quæſtio ex Latinis præcipuè verbis oritur. Neque enim ſatis iſta
capere poſſumus. *Veſpere Sabbati, quæ luceſcit in prima Sabbati.* Quorſum enim rela-
tiuum illud, *quæ*, pertineat, eſt obſcurum. vnde videri poſſit interpres *veſpera* ſcri-
pſiſſe, non *veſpere*, quod nonnulli ſentiunt. Sed in antiquiſſimis exemplaribus non
aliter, quàm in vulgatis eſt, legitur. Græca ſic habent. ὀψὲ δὲ τῶν σαββάτων, τῇ
ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων. *Serò Sabbatorum ea quæ luceſcit in vnam Sabbatorum.* quæ
à Gregorio Nyſſeno ita declarantur; vt ſit, τὸ πόῤῥω, καὶ βράδιον τῆς περαιωθείσης ἑβ-
δομάδος: longè poſt confectam hebdomadem, adeóque ſummo diluculo. παρῴχηκε,
φησὶν, ἡ νὺξ τοσοῦτον, ὡς εἶναι τὸν καιρὸν τῆς τῶν ἀλεκτρυόνων βοῆς. *Præterierat*, inquit,
in tantum nox, vt gallicinium iam eſſet. Nec à Gregorio diſſentit Dionyſius Alexan-
dr. Epiſtola ad Baſilidem. At Auguſtinus, & Latini fere proprietatem vocis ve-
ſperæ tenuerunt. quanquam Auguſtinus pro tota nocte veſperam vſurpari putat.
quæ ideo hoc vocabulo ſit expreſſa, vt indicaretur iam à veſpere, tranſacto Sabba-
to, aromata ferre licuiſſe. Sic itaque dictum exiſtimat, veſpere Sabbati, ac ſi di- D
ceretur, nocte Sabbati; quod & luceſcendi verbo probare nititur.

De veſpere Sabbati. Duo mihi probabiliter poſſe dici videntur. Alterum *veſpere ſabbati* cum Nyſſe-
no, atque Græcis Patribus, idem eſſe, quod longè poſt expletum Sabbatum, vel
Sabbata, hoc eſt ſummo diluculo, quod Maldonato placuit. Sed in reliquorum
verborum ſententia non plane mihi cum illo, neque cum cæteris conuenit. τῇ
ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν Σαββάτων ita dictum putat, vt ſubaudiatur ἡμέρα. è contrariò
Auguſtinus noctem intelligit. Ego verò neque noctem, neque diem, quatenus
pars eſt τοῦ νυχθημέρου, hoc eſt lucem, deſignari arbitror; ſed ciuilem totum diem,
ſiue τὸ νυχθήμερον. ἐπιφώσκειν verò ſimpliciter idem eſt, atque oriri, incipere, qua ra-
ἐπιφώσκειν quid ſit. tione καταχρηστικῶς Latinus noſter luceſcendi vocabulum accipit. Non enim hoc
loco lucem ipſam, ac ſplendorem ſignificat, ſed initium diei ciuilis. Multo
verò minus Caſauboni hîc argutia locum habet: qui τὸ ἐπιφώσκειν propter noctur-
nas

A nas faces, hoc eſt ſidera ipſa, vel lunam vſurpari cenſet. quod in Animad. ad Epiphanium refellimus; vbi de origine ac notione verbi illius plura diſſerimus. Eſt igitur Matthæi verborum iſte ſenſus: Confectis iam Sabbatis, id eſt veſpere, ſiue ſerò poſt Sabbata, ea die, quæ luceſcit, hoc eſt init, & incipit in prima Sabbati: nimirum ſequenti die, quæ incipit cum prima feria, &c. Ita Matthæus nihil ab reliquis in temporis circunſcriptione diſſidebit.

Altera Matthæi verborum expoſitio eſt; vti veſpera, & τὸ ὀψὲ partem illam noctis primam ſignificet, quæ Sabbati lucem excipit; atque ita propriè noſter Interpres verterit; *veſpere autem Sabbati.* ac tum ſequentia illa, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, eodem quo ſuprà conſtituimus, ſenſu capienda ſunt. Poſt Sabbatum igitur expletum, prima nocte, Maria Magdalena cum aliis mulieribus, emit aromata, & quæ ad funebre officium opus erant, parauit. Sanè Matthæi Hebraicum Euangelium à Tilio editum veſperæ nomine vtitur: ובערב חשבת. *Et in veſpera Sabbati.*

B Nunc quæ ad Euangeliſtarum conſenſionem attinent explicemus. Gregorius Nyſſenus quater omnino ad ſepulcrum adiiſſe feminas cenſet; non tamen ante Gallicinium. Nos, vti dupliciter Matthæum interpretamur: ita duo veriſimiliter dici poſſe credimus. Aut enim mulieres mane primùm ad ſepulcrũ profectæ ſunt, cõparatis iam aromatibus, ac cæteris omnibus ad parentandum neceſſariis: venerunt autem ſummo diluculo, cùm adhuc tenebræ eſſent; ſed iam oriri, Sol, & albeſcere cœlum ab oriente inciperet; vt Auguſtinus loquitur. Ita nullum eſt ἐναντίωμα, quod Marcus ſcripſerit, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου. Quanquam & aliter conciliari poteſt. Nimirùm vt mulieres dicantur nondum orto Sole domo progreſſæ, eodem iam orto ad ſepulcrũ veniſſe. Altera ratio eſt, vt Maria Magdalena, & aliæ quædam ſtatim confecto Sabbato, & ineunte nocte cùm aromata mercatæ ſint; tùm verò ad ſepulcrum profectæ fuerint; hoc eſt itineris partem confecerint; quod videlicet ad aliarum mulierum ædes, quæ portæ illi, per quam ad ſepulcrum & Caluariæ montem egrediebantur, propinquiores erant, aut etiam in ſuburbanis ſitæ, perrexerint, ibique pernoctauerint, lucem præſtolantes. Neque enim nocturnis tenebris ſeſe committere mulieres timidum genus audebant. Diluculum C igitur expectabant. Hoc modo Matthæus intelligendus erit, cùm fæminas ait veſpere Sabbati ad monumentum veniſſe. Non video quid in tam facili, & expedita ſententia prudenti lectori diſplicere poſſit.

Quoties ad ſepulcrũ fœminæ venerint.

Quod ad cæteras quæſtiones ſpectat, variæ ab diuerſis inſtituuntur harmoniæ. Nobis hic Euangelicæ narrationis contextus arridet. Maria Magdalena cum aliis comitibus, (quarum duas tantùm nominat Marcus; Lucas Ioannam addit, καὶ τὰς λοιπὰς, præter Mariam Iacobi, quam & Marcus appellat) ſummodiluculo ad ſepulcrum adiit. Ibi cùm reuolutum ab oſtio lapidem vidiſſet, conſternata ſubinde, relictis ſociis ad Apoſtolos cucurrit, eiſque furto ſublatum eſſe corpus Chriſti renunciauit. Quo nuncio Petrum & Ioannem ad monumentum exciuit. Ita Ioannes cap. xx. Interim abſente illa, reliquæ feminæ intra ſepulcrum ſubeunt. In eo verò veſtibulum fuit, quod ingenti lapide occludebatur. per hoc ad ſpeluncam perueniebatur, vbi poſitum corpus, quæ & ipſa alio lapide claudebatur: vti Maldonatus noſter ex Brochardo, & aliis αὐτόπταις loci docuit. Primùm itaq; mulieres Angelum vnum priore in ſaxo conſidentem adſpiciunt: quod Matthæus c. xxviii, 2 dixit. Introgreſſæ deinde duos Angelos viderunt, vt Lucas refert cap. xxiv, 4. quamuis Marcus vnum tantùm memoret: quod vnus tantùm illas ſit allocutus. Hoc ſpectaculo pauefactæ fœminæ à monumento diffugiunt. Cùm ad Apoſtolos nunciatum irent, Chriſtus obuiam procedens, illas conſalutauit; ac pedes ſuos contrectandos præbuit. Hæc Mattheus. Accurrunt interea Petrus & Ioannes cum Maria Magdalena, quæ Chriſtum hactenus non viderat. Atque Apoſtoli quidem monumentum ingreſſi curioſè omnia perſcrutati ſunt, vt Ioannes ſcribit. quibus digreſſis, Maria Magdalena ſola iam ibi permanſit, atque Angelos primùm; tum Angelorum Dominum vidit. quam hiſtoriam Ioannes perſequitur. Hanc hiſtoricam ſeriem à Toleto potiſſimum deſcriptam omnium aptiſſimam, commodiſſimámque iudico. ex qua facilè ἐναντιοφανεῖαι omnes explicantur.

D

De Solis admirabili deliquio, quod Paſsionis tempore accidit.

CAPVT XXI.

CVM ex Epiphanij, veterúmque complurium opinione Chriſtus anno Iuliano LXXVI paſſus fuerit, vti ſuprà demonſtrauimus, & in eum annum tertius Olympiadis ducenteſimæ ſecundæ iniens ab æſtiuo Solſtitio annus incurrat; ſunt qui hanc ſentẽtiam Solari illa defectione conuinci falſitatis exiſtiment, quam moriente Chriſto præter naturæ curſum, & ordinem eſſe conſpectã Euangelia prodiderunt. Hanc enim anno quarto Olympiadis illius animaduerſam ex eo colligunt, quòd id Phlegon Adriani libertus, & Olympiadum computator egregius ſcriptum reliquerit. Cuius verba ex lib. XIII primùm Africanus; tum Euſebius ex eo deſcripſit in Chron. quæ ita vertit Hieronymus. *Quarto autem anno* CCII *Olympiadis magna & excellens inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio Solis facta. Dies hora ſexta ita in tenebroſam noctem verſus, vt ſtellæ in cœlo viſæ ſint*, &c. Hanc eſſe illam ipſam, quæ ſub Chriſti mortem accidit, Patres omnes antiqui, velut vno ore pronunciarunt. Porrò cùm annus quartus Olympiadis cœperit à Solſtitio anni Per. Iul 4745; qui eſt annus Chriſti XXXII, Iulianus LXXVII; ſi anno quarto labente paſſus eſt Chriſtus, neceſſe eſt id anno æræ Chriſtianæ XXXIII contigiſſe, non, vt in Annalibus vulgatum eſt, XXXIV. Atqui iidem illi Chriſtiani Scriptores veteres, qui defectionem Solis Chriſto patiente conſpectam à Phlegonte, atque Thallo Chronologis memoriæ proditam aſſeuerant, Chriſtum Dominum anno ſecundo vel tertio Olympiadis CCII paſſum eſſe ſentiunt. Sic Africanus lib. V τῶν χρονογραφιῶν apud Euſebium lib. VIII de Demonſtr. & apud Hieron. in cap. IX Danielis. Quin & Euſebius ipſe B
pag. 243. Chronico II, vbi Phlegontis verba producit, paſſionem eiuſdem non anno IV Olympiadis affixit, ſed tertio; cui & annum Tiberij XVIII appoſuit. Annus hic erat Abraami MMXLVII: ad quem ex methodo annorum Euſebij addendi ſunt anni 2696. Confiet annus Periodi Iul. 4743; quo ab autumno cœpit annus tertius C Olympiadis CCII, perſeuerauítque ad autumnum anni Per. Iul. 4744, quo annus quartus iniit. Quare anno tertio, non quarto Paſſionem illigauit Euſebius, quem Hieronymus eſt ſecutus. Caſtigandus verò idem Euſebius, dum lib.
pag. 284. X de Præpar. ſcribit annum XV Tiberij incidere in annum quartum Olympiadis CCIII. Legendum Olympiadis CCI, hoc eſt σα' non σγ'. Nunc illud reſpondeant velim, qui Phlegontis teſtimonio nos oppugnant, ecquid Africanum, Euſebium, Hieronymum, Phlegontis libros legiſſe putent. Quod quia de Africano ſaltem negare non poſſunt; dicant porro quid in illis iudicij fuiſſe cenſeant, ſi cùm apud Phlegontem obſeruaſſent horribilem Solis eclipſin anno IV Olymp. CCII contigiſſe, & eam eſſe vellent, quæ moriente Chriſto contra naturæ ordinem apparuiſſet; atque idipſum ethnici illius authoritate ſuaderent; ſi hanc, inquam, non anno illi, quo iſte ſcripſerat, ſed alteri tribuiſſent, ſatin' ſanos illos arbitrentur. Quamobrem ne tantum ſtuporis antiquis illis Patribus affingatur, propemodum fateri neceſſe eſt Africani verba à librariis fuiſſe corrupta. Cùm enim ſcripſiſſet D τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς σβ' Ὀλυμπιάδος, aut certe τῷ δὲ * * ἔτει extrita numerali notula, anagnoſtes Hieronymi τῷ δ' legit; hoc eſt quarto. Similis huic hallucinatio in Diodori loco commiſſa eſt, quem ex primo Bibliothecæ libro citat Euſebius in Excerptis Scaligerianis pag. 30. Cùm enim Diodorus ſcripſiſſet Aſſyrios imperaſſe annis ατ' ὥς φησὶ Κτησίας ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ. *vt refert Cteſias in* II *libro*: in Excerptis legitur ἐν τῇ δ' βίβλῳ, in IV libro. Quare Epiphanij, aliorúmque ſententia, quæ Chriſtum paſſum aſſerit anno II Olymp. CCII, Phlegontis teſtimonio conſentanea magis eſt, quàm cæterorum. Præſertim ſi anno Iuliano LXXVI, Per. Iul 4744, id accidiſſe dicatur, quo ſecundus annus Olympiadis CCII ab Autumno ſuperiore cœptus ex vſu Syromacedonum, & Græcorum Orientalium in curſu fuit.

Demum Epiphanij decretum, maximè quatenus plenilunio paſſum eſſe Chriſtum negat, Dionyſij authoritate redarguitur. Hunc enim Epiſtola VII ad Poly-

A carpum ſcripſiſſe putant, in ea Solis defectione, quam ſe in Ægypto vidiſſe refert, Lunam ex diametro Soli prius obiectam fuiſſe. Nam poſt eclipſin, καὶ τὴν ἐπιπρόσθησιν, id eſt obductionem, Lunam ait εἰς τὸ τοῦ ἡλίου διάμετρον ἀντικαταστῆναι, hoc eſt ad eum cœli perueniſſe locum, qui è diametro Soli erat oppoſitus. Verùm nihil ex iis verbis de Plenilunio conficitur. Quamuis enim Luna tunc eſſet ἀμφίκυρτος, & in tertio quadrante verſaretur, cùm ea poſt ἐπιπρόσθησιν ad priſtinam ſedem rediret, per oppoſitam Soli ex aduerſo plagam tranſiiſſe, non in ea conſtitiſſe diceretur.

De annis LXX ab Hieremia commemoratis.

Exponitur quæſtionis ſtatus, & variæ cùm cæterorum ea de re ſententiæ, tum Scaligeri ipſius afferuntur.

B

Capvt XXII.

Captivitati Iudæorum, ac ſeruituti, tùm Hieroſolymorum etiam vaſtitati ſeptuagenarium ab Hieremia præfinitum videtur interuallum; idémque & ab aliis ſacrorum librorum authoribus affertur. Capite XXV Hieremias anno quarto Ioakim, Nabuchodonoſori primo, huius, & Babyloniorum expeditionem in Iudæam, ac tam horum, quàm vicinarum gentium cladem & ſeruitutem prædicit iis verbis, quæ commate nono leguntur. *Ecce ego mittam, & aſſumam vniuerſas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonoſor regem Babylonis ſeruum meum: & adducam eos ſuper terram iſtam, & ſuper habitatores eius, & ſuper omnes nationes, quæ in circuitu illius ſunt: & interficiam eos, & ponam eos in ſtuporem, & in ſibilum, & in ſolitudines ſempiternas*, &c. Mox. *Et erit vniuerſa terra hæc in ſolitudinem, & ſtuporem; & ſeruient omnes gentes iſtæ regi Babylonis ſeptuaginta annis. Cúmque impleti fuerint ſeptuaginta anni,* C *viſitabo ſuper regem Babylonis, & ſuper gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & ſuper terram Chaldæorum, & ponam illam in ſolicitudines ſempiternas.* Rurſus capite XXIX, poſt deportationem alteram, quæ regnante Iechonia contigit, octo annis poſt priorem, ad eos, qui Babylone captiui detinebantur, ſcripſit Hieremias, & illos admonuit, ne falſis Prophetis aures præbere vellent, qui propediem liberandos ipſos eſſe mentiebantur. *Quia hæc dicit Dominus* (ait com. 10.) *Cùm cœperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo vos, & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum iſtum.* Eiuſdem interualli ſeptuagenarij mentio fit lib. II Paral. cap. XXXVI, 20, & ſequentibus. *Si quis euaſerat gladium, ductus in Babylonem ſeruiuit regi, & filiis eius, donec imperaret rex Perſarum, & compleretur ſermo Domini ex ore Ieremiæ, & celebraret terra Sabbata ſua. Cunctis enim diebus deſolationis egit Sabbatum, vſque dum complerentur ſeptuaginta anni.* Ad hæc Daniel cap. IX. *In anno primo Darij* (inquit) *filij Aſſueri*; &c. *ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus eſt ſermo Domini ad Ieremiam Prophetam, vt complerentur deſolationis ſeptua-* D *ginta anni.* Denique Zachariæ 1, 12. *Et reſpondit Angelus Domini, & dixit: Domine exercituum, vſquequò tu non miſereberis Ieruſalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es? Iſte iam ſeptuageſimus annus eſt?* Hæc ſunt ſacrorum teſtimonia librorum, quibus ſeptuagenarij annorum ſpatij mentio continetur, quod vel populi ſeruituti, vel Vrbis ac Templi vaſtitati, vel inſigni denique alicui calamitati præfigitur. Sed vndenam inchoandum, & vbi terminandum ſit, magnum eſt, ac peruetus certamen. Cuius vti ſtatus definiatur, recordari imprimis oportet omnium illorum, quæ lib. IX de anno IV Ioakimi regis, & initio Nabuchodonoſori diſputata ſunt; ac præſertim de triplici populatione Hieroſolymorum, ac deportatione Iudaici generis. Prima quarto ipſo Ioakimi, Nabuchodonoſori primo contigit; quando captis Hieroſolymis reges Iudæ ſtipendiarij Babyloniorum eſſe cœperũt. Tum verò Daniel cum tribus ſociis, aliique deportati ſunt. Secunda Nabuchodonoſoris irruptio, ac deportatio in Ioachini, ſiue Iechoniæ tempus incurrit, qui cum tribus menſibus regnaſſet, à Nabuchodonoſoro captus, & in Chaldæam abductus eſt,

Triplex Iudæorum deportatio.

IV Reg. XXIV, 10, 11, 12: & II Paral. XXVI, 10. Erat annus Nabuchodonoſoris A
octauus. Quippe Ioakim vndecim annis imperauit, & anno eius quarto Nabuchodonoſor iniit. Tertium ac poſtremum tempus omnium calamitoſiſſimum cadit in annum Sedeciæ vndecimum: quando Vrbs cum Templo conflagrauit, & in ſolitudinem redacta ſunt omnia, anno Nabuchodon. XIX. Nam Sedecias regnauit annis vndecim. ac tùm vltimò Iudæi in Babyloniam deportati ſunt. quam hiſtoriam fusè Scriptura narrat capitibus vltimis quarti Reg. & II Paralip. nec non Hieremias vltimo capite. Poſt hanc nouiſſimam captiuitatem, Iudæam, & Hieroſolymam diuturna vaſtitas occupauit; nec antè in patriam reuerti, ac ſedes priſtinas frequentare licuit, quàm Babyloniorum extincto dominatu, Cyrus Perſarum rex exortus eſt, vt in calce libri II Paral. legimus, & initio Eſdræ. tametſi templum ipſum Hieroſolymitanum multis poſt Cyrum annis elapſis inſtauratum fuerit.

De Septuagenaria captiuitate prima ſententia. His animaduerſis pro deportationum illarum numero, tres ſunt de annis illis ſeptuaginta ſententiæ. Sulpitius Seuerus l. II Hiſtoriæ, Aben Hezra, R. Saadias, Se- B
der holam, Lyranus, & Vatablus ab anno primo Nabuchodonoſori inchoandos ſentiunt. Sed non omnes quartum illum annum Ioakimi fuiſſe dicunt. quidam enim octauum: alij vndecimum numerant. de quo vide quæ libro IX, capite LX ſcripſimus. Omnes tamen in eo concordant, vt à prima deportatione anni illi LXX procedant. *II ſententia.* Altera eſt opinio, epocham annorum LXX à ſecunda migratione ſumendam, quando Iechonias abductus eſt. Ita Caietanus, Genebrardus, & Scaliger cùm hoc in capite, tùm in Iſag. Canon. *III ſententia.* Tertia denique ab Vrbis excidio, & vltimo Sedeciæ eoſdem annos repetit. Ita Ioſephus lib. Antiq. XI, Euſebius, ac multi veterum. Hæc de nobiliſſimi interualli principio. De exitu non minor, imò verò difficilior quæſtio: quòd alij in ſecundum annum Darij Hiſtaſpis F. quo templum inſtauratum eſt, deſinere cenſeant: alij Cyri anno primo concludunt. qui quidem rurſus aut ab anno primo Perſici regni; aut à primo Babylonici illos ordiuntur.

Ac vulgò quidem Scripturæ Interpretes, & Annalium, Chronicorúmque con- C
ditores Babyloniorum imperium annis ſeptuaginta circunſcribunt; quos hunc in modum diſpenſant. Nabuchodonoſori annos XLIII; Euilmerodacho XXIII; Baltaſari III aſſignant. Fiunt LXIX. Dario Medo annum vnum; cui ſucceſſit Cyrus. Colliguntur ab initio Nabuchodonoſori ad initium Cyri, anni LXX. Ita Babyloniorum regum annos digerunt, qui LXX annos Hieremiæ à primo Nabuchodonoſoris arceſſendos putant. Verùm quibus placet eoſdem LXX ab excidio Vrbis ad Cyri primordium extendi, neceſſe eſt, plures vt annos regibus illis imputent, aut reges alios inculcēt. *Ioſephi oſcitantia.* Equidem Ioſephum negligentiæ culpa liberare non poſſum: qui L. X Antiquit. c. XI, & XII Babyloniorum principum annos ita computat: Nabuchodonoſori annos tribuit XLIII; Euilmerodacho annos XVIII; Nerigliſſaro LX; Laboroſoarchodo menſes IX; Baltaſſari annos XVII. Colligūtur ab initio Nabuchodonoſori, anni CXIX. Excidiū Vrbis anno Nabuchod. XVIII exacto contigiſſe vult. à quo ad finem Baltaſſaris, & primum Cyri, LXX Hieremiæ annos perducit lib. XI. Atqui ſi de CXIX, octodecim deducas, reliqui erunt anni centum & vnus, nedum LXX. Ac ne librariorum culpa deprauatos credamus eſſe numeros, eadem & in Ruffini Latina verſione leguntur, cap XIII, libri X. Rurſus lib. I con. Appionem Beroſi verba de- D
ſcribit: ex quo longè pauciores annos regibus aſſignat, hoc eſt LXVII. Si igitur octodecim Nabuchodonoſori deducas, non plures ſupererunt, quàm XLIX. Quomodo ergo ab excidio Vrbis ad primum Cyri anni poſſunt intercedere ſeptuaginta? Proinde minus in hoc temporum ratiocinio diligens fuit Ioſephus, qui & à capto Sedecia ad Cyrum, LXX annos computat; & Babyloniorum regum annos tam incurioſè partitur.

Ex iis, qui LXX annos computant ab Vrbis excidio, tolerabilis eſt epilogiſmus, quo Torniellus vtitur; qui Nabuchodonoſori dat annos XLIII; Euilmerodacho, XXIII; Nerigliſſaro IV; Laboroſoarchodo, menſes IX; Baltaſari XVII. Fiunt anni LXXXVIII. è quibus ſubducti XVIII, reſiduos faciunt annos LXX. Rectè autem Annalium ille ſcriptor, reges Babylonios à Beroſo commemoratos, vulgò autem prætermiſſos à noſtris, inſerendos putauit. de quibus ſuprà lib. IX diſputauimus.

A

Explicatur vera de LXX *annis Hieremiæ ſententia.*

CAPVT XXIII.

QVæ de quarto anno Ioakimi, & primo Nabuchodonoſori, déque Chaldæis regibus, ſuperioribus libris accuratè peruestigauimus, quid à nobis conſentaneè de hoc interuallo ſentiendum ſit, propemodum neceſſariò præſcribunt. Quamobrem conſtitutis illîc doctrinæ principiis, ſeptuagenarij huius ſpatij caput, atque exitum totidem capitibus complectemur.

Primum eſto: Septuaginta anni, quos Hieremias allatis ſuprà locis definit, ab anno quarto Ioakimi, Nabuchodonoſori autem primo, ſunt inchoandi. Non aliter Hebræi omnes ſentiunt; tùm Theodoretus, ac Lyranus: quibus aſſentiri par eſt, ſi Prophetæ verba diligentius attendantur. Scriptum eſt capite illo Ieremiæ XXV, anno quarto Ioakimi, primo Nabuchodonoſori, Prophetam cum populo de contumacia in Deum expoſtulaſſe, à com. 3. atque in pœnam ſcelerum edixiſſe ſeptuaginta annorum ſeruitutem, com. 9. *Pro eo quod non audiſtis verba mea; ecce ego mittam, & aſſumam vniuerſas cognationes,* &c. quæ ſuprà deſcripſimus. Quocirca annos illos LXX circunſcripſit Deus, quibus cùm Iudæos, tum finitimas gentes, Ammonitas, Moabitas, Palæſtinos, Idumæos, alióſque populos Babylonico imperio ſubiiceret. Quod ipſum ineunte Nabuchodonoſori imperio cœptum eſt fieri; quando Nabopolaſſarus filium ſuum Nabuchodonoſorem cum exercitu miſit; iſque Syriam vaſtauit omnem, & Iudæos in poteſtatem redegit, qui hactenus Babyloniis in perpetuam ſeruitutem traditi non fuerant. Quamuis enim interdum, velut Manaſſis tempore, ab illis oppreſſi, eorúmque capti reges, & abducti fuiſſent, nondum tamen perpetua illa ſeruitus fuerat, neque ſtipendiarij penitus erant; ſed identidem excuſſo iugo, priſtinam ſe in libertatem vindicarant. Poſt illam Nabuchodonoſoris expeditionem, libertate funditus amiſſa, Babylonio regi deinceps perpetuò ſubiecti ſunt, ad Cyrum vſque, & Perſarum imperium. Hæc igitur epocha Iudaicæ ſeruitutis, ac libertatis Iudæ regibus ereptæ; tum euerſæ à Nabuchodonoſoro Syriȩ, ac gentium longè latéq; domitarum inſignis eſt; & ab ea manifeſtè ſeptuaginta illos annos Hieremias deducit. Horum, inquam, annorum ſpatium non Vrbis, ac Templi vaſtitati, ſed Syriæ, ac Iudææ ſeruituti præfinit. quod inſuper ex capite XXVII, & XXIX declaratur: vbi nihil aliud, quàm regis Iuda, & nationum cæterarum ſeruitutem ſonat, ad quam ſponte tolerandam, vtpote quam Deus immutabili ſententia decreuerat, pluribus illos hortatur.

LXX anni illi à Ioakimi IV anno inchoandi ſunt.

B

C

Alterum ſententiæ noſtræ caput eſt: Septuagenarium interuallum anno primo Cyri terminatur, non quo Perſicum regnum iniit; ſed quo Babyloniis imperare cœpit, qui eſt Perſici regni viceſimus primus deſinens, & iniens viceſimus ſecundus. Demonſtratur ex iis, quæ de duplici epocha Cyri lib. x, cap. XIV, & XV: & alibi de Nabuchodonoſoro, eiúſque ſucceſſoribus definimus. Nam vndecumque ſeptuaginta illos auſpiceris, nunquam efficies, vt in primo Perſici regni deſinant. Quippe Nabuchodonoſoris initium poſt Nabopolaſſarum neceſſariis argumentis oſtendimus congruere anno Per. Iul. 4107, ab eóque ad Perſici regni primordium non plures, quàm XLVIII circiter annos incurrere. Neque verò aliter hæc ordinare licet; nec vllam habet Chronologorum audacia latebram in illis temporibus, nouos vt reges, aut regum annos impunè poſſit intrudere. Sunt enim illuſtria iſtorum monimenta temporum cœleſtibus obſeruationibus conſignata. quibus qui fidem derogant, ne ipſi quidem vllam apud prudentes homines fidem merentur. Quæ annorum notæ cum veris, & confeſſis Hiſtoricorum narrationibus, ac teſtimoniis coniunctæ, demonſtrationum in re Chronologica locum ac pondus obtinent. Si igitur ab anno quarto Ioakimi, ſiue primo Nabuchodonoſori ad primum Cyri, quo Perſis regnare cœpit, anni ſint tantummodo XLVIII; multo pauciores erunt, ſi vel ab octauo pòſt anno, hoc eſt deportatione Iechoniæ; vel à XIX, nempe à Sedeciæ captiuitate, & templi vaſtatione putare cœperis. Annorum por-

Iidem anni terminatur anno primo Cyri.

D

ro accuratus epilogiſmus ita ſe habet. Nabuchodonoſor ab anno quarto Ioacimi, annos imperauit XLIII; Euilmerodach III, Nerigliſſarus V; Laboroſoarchodus, mẽſes IX; Nabonidus XVII. Colliguntur anni LXVIII, menſes IX; hoc eſt anni LXIX. Primus Nabuchodonoſori cœpit anno Per. Iul. 4107. Ergo ſexageſimus nonus inchoatus eſt anno 4175; deſiit in 4176; quo Cyri viceſimus ſecundus iniit Perſici regni, & primus Babylonici, ac ſeptuagenarij interualli poſtremus. quo iam inchoato, anno videlicet Per. Iul. 4177, mundi 3437, ante Chriſtianam æram, 537, anno Iphiti CCXL, ſiue Olympiadis ſexageſimæ anno quarto ineunte, laxata eſt Iudæorum captiuitas, & Iudæis redeundi eſt facta copia. Cyrus Babylone regnauit annos nouem; quorum primus, id eſt regni Perſici XXII, iniit anno Per. Iul. 4176. quo labente, Iudæis abeundi poteſtatem fecit. A

De alio ſeptuaginta annorum ſpatio, cuius Zacharias meninit, poſtea dicemus in capite de LXX hebdomadibus, quarum ex hiſtoria, regúmque Perſidis anni illi dependent.

B

Quæ contra ſententiam noſtram afferri poſſunt, ſoléntque, diſcutiuntur; ac Scaligeri imprimis errata caſtigantur.

CAPVT XXIV.

QVONIAM igitur tres ſunt de initio ſeptuaginta annorum præcipuæ, ac mentione dignæ ſententiæ; quarum primam cæteris anteponendam cenſuimus; quæ pro duabus obiici nobis ab illarum defenſoribus ſolent, ferè ſunt eiuſmodi.

Qui à deportatione Iechoniæ illos auſpicantur, Ieremiæ loco ſeſe tuentur, qui eſt XXIX capite, com. 10: vbi Propheta reditum iis, qui cum Iechonia abducti fuerant, poſt annos ſeptuaginta pollicetur. Ita Scaliger lib. VI; qui illius authoritate teſtimonij apertiſſimè ſententiã ſuam adſtrui putat. Verùm nihil aliud verbis illis, quæ ſuprà cap. XXIV adduximus, Propheta docet, niſi expletis annis ſeptuaginta, quos iam prædixerat viceſimo quinto capite, quique iam erant in curſu, tum captiuitatem ac ſeruitutem eſſe terminandam, non eorum vtique ſolùm, qui cum Iechonia migrauerant; ſed aliorum etiam, qui IOAKIMI tempore deportati fuerant, ac deinde cum Sedecia in Babyloniam abducendi erant. quos omnes in patriam redituros eſſe demonſtrat. Iam ſi pro eo quod Propheta ſcribens ad Iudæos Babylonis inquilinos, ſeptuaginta annorum meminit, inchoandum illud ſpatium ab eo ipſo, quo ſcribebat, tempore Scaliger arbitratur, nempe ab anno quo migrauit Iechonias: cur non eadem vi ratiocinationis effici poterit, ab anno IV IOAKIMI illos eſſe computandos: quoniam cap. XXV illo ipſo anno ſcribens, annos iſtos ſeptuaginta præfinit, octo annis antequam poſteriorem illam XXIX capitis epiſtolam ſcriberet? Sanè qui ab Iechoniæ deportatione epocham huius interualli repetunt, non poſſunt in Cyri primum annum deſinere; niſi multa & noua, & abſurda comminiſcantur. quod ſtrenuè hac in quæſtione facit Scaliger. cuius inconſtantiam, opinionúmque diſcrepantiam cùm de Nabuchodonoſori, ac Cyri annis ageretur, ſatis ſupérque diſcuſſimus. Ecce libro ſexto, vbi de LXX annis & Hebdomadibus differit, primum annum Cyri, in quem anni LXX deſinunt, non poſſe contendit imperij ipſius Babylonici primordio contineri. quod ita demonſtrat. *Statim enim, inquit, poſt bellum Lydiæ profligatum, & Crœſum captum, Cyrus ad oppugnationem Babylonis cõuertit ſe, auctore Herodoto. Captus eſt autem Crœſus anno* IV *Olympiadis* LVII, *vt refert Euſebius. Sardes verò victor ingreſſus eſt Cyrus Olympiade* LVIII, *auctore Solino.* Mox Babylonis expugnationem confert in annum Iphiti CCXXX, anno ſecundo à captis Sardibus, & victo Crœſo. Præterea ex Beroſo Chaldæo idipſum colligit; qui Babylonios reges à Nabuchodon. ad Nabonidum percenſens annos iis imputat LXVII. de qua ſumma deductis annis ſeptem, reliqui ſunt LX à capto Iechonia continuandi anno Per. Iul. 4167; qui eſt ducenteſimus triceſimus Iphiti, & ſecundus Olympiadis quinquageſimæ octauæ. Cùm igitur primus annus Babylonici imperij Cyri ſeptuageſimus ab Iechonia eſſe ne-

Marginal notes: pag. 539. (beside "Ita Scaliger lib. VI"); C; D; pag. 539. (beside "ſori, ac Cyri annis")

A queat, neceſſe eſt ſeptuaginta annos ab anno capti Iechoniæ, qui Per. Iul. 4114 inchoatos in 4183 deſinere; ita vt ſeptuageſimns ſit 4183; in cuius diebus æſtiuis cœpit annus ſecundus Olympiadis LXII; & 4184 eſt ſeptuageſimus primus annus, quem ſecundum Cyri vocat Scriptura. 4185 eſt tertius Cyri, & LXXII captiuitatis, vltimus imperij Cyri, primus Cambyſæ. Demum ita concludit. Annum primum Cyri, vt vocat Scriptura, ita dictum eſſe, quod primus eſſet ſolutæ captiuitatis, non quod primus imperij illius Regis magni. *Homines enim*, ait, *in patriam reuertentes vnde primùm tempora putarent, quàm ab eo anno, qui princeps fuit eorum libertatis*? Addit & aliam coniecturam; nouum Neuruz, nouámque æram à Babyloniis illi inſtitutam eo tempore. Hæc Scaliger. in quibus nouam, ac diuerſam ſententiam architectatus eſt, ab iis ipſis quas in Appendice, & Iſag. Can. atque Animaduerſ. Euſebianis expoſuit; vt hæc quarta numeranda ſit. Quamuis enim triplex hîc epocha Cyri ſtatuatur, vt in Animaduerſ. & Iſag. Can. fecerat; differt tamen, quòd tertiam nullius noui imperij primordium hîc fuiſſe velit; ſed vel ob Iudæis reſtitutam libertatem, vel ob nouum Neuruz inſtitutum
B procedere deinceps cœpiſſe. At in Animad. & Iſag. Can. tertiam illam epocham ex eo natam eſſe credit, quod Bactrianis ſuperatis, totius Aſiæ imperium inierit. Illud præterea ſuperiorum illorum librorum doctrinæ contrarium hoc in capite docetur: Babylonem expugnatam eſſe anno Perſici regni XIII, Iphiti CCXXX: qui cœpit anno Per. Iul. 4167. quo tertius decimus Cyri pariter inchoatus eſt. At in Appendice huius Operis Babylonem captam refert anno Perſici regni XXX. in Animaduerſ. anno Perſici regni XXII. Mira eſt igitur opinionum pugna, de qua lib. II, cap. V de initio Cyri. Atque vt ea, quæ capitis huius propria ſunt, attingamus; illud eſt falſum; Babylonem à Cyro captam ſtatim poſt Sardium expugnationem. neque id Herodotus verbis illis, quæ citat Scaliger, aſſeuerat. Κῦρος δὲ ἐπεί τε τὰ πάντα τῆς ἠπείρου ὑποχείρια ἐποιήσατο, Ἀσσυρίοισι ἐπετίθετο. *Cyrus autem, poſtquam continentem omnem ſibi ſubiecit, Aſſyrios aggreſſus eſt*. Itaque poſt victum Crœſum, aliquot anni in Aſia aliiſque prouinciis ſubiugandis poſiti ſunt, priuſquam Babylonem caperet Cyrus. quod anno circiter eius exeunte XXI, aut ineunte XXII factum Canon ille Mathematicus teſtatur, quem ſuprà produximus.
C Quòd autem primum annum Cyri, non ab vllo eius initio nuncupari dicit, ſed eſſe primum Iudaicæ libertatis, ratione prorſus caret. Cur enim Cyri primus apelletur? Quid alienius porrò, quam primum annum partæ Iudaico populo libertatis, eo ipſo primum Cyri nominare? Nam de nouo Neuruz, æráque noua, aliquot ab eius exordio annis inſtaurata, οὐδὲν ὑγιές: vt libro III demonſtratum eſt.

Scaligeri error, & opinionum inconſtantia.

Altera ſequitur opinio, quæ ab excidio Vrbis, ac templi ſeptuaginta annos incipit. quæ quidem falſa Babyloniorum regum, annorúmque, quibus imperarunt, computatione defenditur. tum eo commento, quod ſuo loco validiſſimè refutatum eſt, quo Baltaſar cum Nabonido confunditur. quod Ioſephi prope piaculare facinus eſt. Vrget autem illos, & licentiam coercet epocha Nabopollaſſari, atque Cyri, quam nos firmiſſimis, ac neceſſariis argumentis muniuimus. Quare non rectè Torniellus anno mundi 3408 Nabopollaſſarum iniiſſe putat; qui annus incurrit in Per. Iul. 4070. Nam Chriſti vulgarem natalem confert in annum mundi 4051, qui detractus de annis Per. Iul. 4713, relinquit 663 annum primum Orbis
D conditi. Atqui nouemdecim annis aberrat. Nam primus Nabopollaſſari ex Ptolemæo conuenit anno Per. Iul. 4089.

Sed minimè omnium probabilis eſt eorum ratio, qui annos LXX vndecumque tandem proficiſcantur, terminant anno primo Perſici regni, proximè poſt Medorum opes euerſas: & eodem anno, ac prope momento, Cyrum fingunt Perſidis, Mediæ, Aſiæ ac Babyloniæ compotem fuiſſe. Quod ne concipere quidem animo poſſumus: & vt fieri vtcumque potuerit, factum eſſe negant hiſtoriæ omnes, quibus refragari velle, ferrei eſt oris, & exempli in tractanda temporum doctrina minimè boni.

Atenim qui epocham ſeptuagenarij interualli ſumunt ab exordio Vrbis, opponunt, annos iſtos paſſim deſolationis, ac vaſtitatis in Scripturis vocari: vt ab Hieremia cap. XXV: *Et erit vniuerſa terra hæc in ſolitudinem, & ſtuporem; & ſeruient* LXX *annis*. Tum clarius, & ἐμφαντικώτερον in II Par. *Cunctis enim diebus deſolationis egit Sabba-*

Quæ ex Hieremia contra nos opponuntur.

tum, vſque dum complerentur ſeptuaginta anni. Daniel quoque LXX annos deſolationis appellat cap. IX, 2. Aduerſus hæc primùm illud excipimus: annos ſeptuaginta nuſquam deſolationis, id eſt vaſtitatis Vrbis, ac Templi nominari: ſed in eorum partem duntaxat, & quidem maiorem vaſtitatem illam incubuiſſe. Hieremias enim id expreſsè demonſtrat cap. XXV; nimirum integrum ipſum ſpatium ſeruituti, vaſtationi, & ſolitudini terræ totius eſſe præfinitum: terræ, inquam, non Iudæorum ſolùm, ſed earum omnium nationum, quas Babylonio regi ſeruituras eſſe denunciat. Itaque commate 11, cùm dicit: *Et erit vniuerſa terra hæc in ſolitudinem & ſtuporem*, &c. non modò Iudæam, ſed etiam finitimarum gentium regionem complectitur. Etenim com. 9 adducturum ſe Nabuchodonoſorem comminatus erat, non ſolùm ſuper terram iſtam; hoc eſt Iudæam; ſed etiam ſuper omnes nationes, quæ in circuitu illius ſunt. Quas quidem, & agros illarum Nabuchodonoſor ab anno tertio, quartóque Ioakimi vaſtare, atque expugnare cœpit. Et vt ſolitudinis vocabulum commate 11 ad Hieroſolymorum deſolationem reſtringere velimus, tamen ſeptuaginta, qui ſubiiciuntur, anni ad proxima verba referendi ſunt: *Et ſeruient omnes gentes iſtæ regi Babylonis.* Alter locus ex II Paralip. nihil aduerſus ſententiam noſtram efficit. Hoc enim tantummodo Scriptura refert: cunctis diebus, quibus Vrbs cum Templo deſolata fuit, egiſſe Sabbatum; hoc eſt incultam, & inaratam manſiſſe, vſque dum anni LXX complerentur. non quod idem deſolationis, ac LXX annorum initium fuerit. ſed quod ab anno decimonono ſeptuagenarij illius interualli, ad vltimum vſque, deſolationis tempus alterum perductum ſit. Finis itaque tam deſolationis, quàm ſeptuagenarij ſpatij eſt annus ſeptuageſimus: initium verò deſolationis longè inferiùs eſt epochâ LXX annorum, quam Hieremias definiit. quod alio ſimili genere loquendi rectè à nonnullis illuſtratur. Nam eodem in capite XXXVI, lib. II Paralip. ſcriptum eſt, Ioachin tribus regnaſſe menſibus, com. 9. mox autem com. 10 ſubiicitur: *cúmque anni circulus volueretur; miſit Nabuchodonoſor rex, qui adduxerunt eum in Babylonem.* Ecce ſolidum annum fluxiſſe ſignificat; cùm tamen Ioakin non vltra tres menſes regnauerit. Sed nimirum anni illius initium ante Iechoniæ primordium cœpit, & tamen cum eo trimeſtre huius interuallum deſiit.

Tertius Danielis locus cæteris expreſſior videtur. ſed idem tamen ex Hebræorum, & Græcorum librorum comparatione facilè à nobis explicabitur. In Hebræo primùm ita legitur. למלאות לחרבות ירושלאם: *vt implerentur deſolationi Hieroſolymorum anni ſeptuaginta*, vel, *in deſolatione*. Græcè porrò, vt in Sixtianis: ἐγὼ Δανιὴλ συνῆκα ἐν ταῖς βίβλοις τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν, ὃς ἐγενήθη λόγος κυρίου πρὸς Ἱερεμίαν τὸν προφήτην, εἰς συμπλήρωσιν ἐρημώσεως Ἱερουσαλὴμ ἑβδομήκοντα ἔτη. *Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, cuiuſmodi factus eſt ſermo Domini ad Ieremiam Prophetam, ad complementum ſolitudinis Hieruſalem, ſeptuaginta annos.* Quibus verbis indicat, ſe ex Ieremiæ vaticinio didiciſſe, ad tempus deſolationis implendum ſeptuaginta annos eſſe taxatos: hoc eſt non antè complendum eſſe vaſtitatis Hieroſolymitanæ tempus, quàm LXX anni ſeruitutis tam Iudæorum, quàm cæterarum nationum; adeóque Babylonico imperio præfiniti, deſiiſſent. Ad noſtrum interpretem quod attinet; ſi *deſolationi*, pro *deſolationis*, ſcripſiſſet, eundem penitus ſenſum redderet: cùm autem generandi caſum adhibuerit, videtur deſolationis annos appellaſſe totum illud ſeruitutis tempus, quod ante deſolationis initium cœpit; quoniam maiorem eius, ac præcipuam partem Vrbis vaſtitas occupauit. Niſi quis deſolationem Hieruſalem ſic interpretari malit, vt ſit non excidium Vrbis ipſius; ſed eiuſdem calamitas, ſeruitus, & impoſita pendendi tributi neceſſitas; quæ omnia mala ab anno quarto Ioakim in vrbem ipſam, Iudæóſque redundarunt. quem ad ſenſum reuocanda eſſe ſuperiora Ieremiæ verba ex cap. XXV diximus.

Video qui & illa Scripturæ verba, lib. II Paralip. XXXVI, 20, vrgeat. *Si quis euaſerat gladium, ductus in Babylonem ſeruiuit regi, & filiis eius, donec imperaret rex Perſarum, & compleretur ſermo Domini ex ore Ieremiæ: & celebraret terra Sabbata ſua.* ex quibus colligunt, ſtatim poſt deſitos Nabuchodonoſoris poſteros, regem Perſarum ſucceſſiſſe Cyrum. Sed ſi quid in illis verbis eſt momenti, non minus contra aliorum opinionem procedit, quàm noſtram. Nam eorum plerique, qui ab Vrbis conflagratione ſeptuaginta annos numerant, inter Nabuchodonoſori poſteros,

A & Cyrum, Darium Medorum regem inſerunt. Quare communi nomine loco illi ſic occurrimus: particulam, *donec*, non ita ſumendam, vt ἀμέσως, & incontinenti Perſarum reges Babylonem inuaſerint: ſed perinde, ac ſi ſcriptum eſſet; *& donec imperaret rex Perſarum.* vel certè vocabulum, *donec*, nihil aliud ſignificare, quàm *antequam.* vt Pſalm. CIX. *Donec ponam inimicos tuos.* Poſtremò *donec* non tempus indicat, ad quod vſque Nabuchodonoſori filij peruenerint; ſed quo adueniente, ſeruire deſitum ſit, qui eſt annus primus Cyri, Babylonicæ duntaxat epochæ. Omnium, quæ opponi poſſunt, difficillimum in ſpeciem eſt. quod ex cap. VI Baruch, comm. 2 petitur. Ibi enim Propheta epiſtolæ verba deſcribit, quam Ieremias ad captiuos Iudæos in Babyloniam dedit. *Ingreſſi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis, vſque ad generationes ſeptem: poſt hoc autem educam vos cum pace.* Scripſit hanc epiſtolam Ieremias poſt deportatum Iechoniam, quę eſt ſecunda captiuitas, vndecim ante excidium annis, vt ex capite XXIX Ieremiæ conſtat. quo ex tempore ſeptem in illa captiuitate generationes definit. Vis igitur
B authoritatis illius contra omnes ſententiarum omnium patronos pugnare videtur. Reſpondet Perrerius; ſeptem hîc pro incerto multitudinis numero, vt ſæpe aliàs, accipi. tum verò finem γενεῶν iſtarum non eſſe ſeptuagenariæ captiuitatis exitum; ſed tempus Artaxerxis; quando reliquiæ Iudæorum, quæ regnante Cyro, & Zorobabele duce non redierant, cum Eſdra ſunt reuerſæ. de qua re poſtea.

Ex iis omnibus apparet, rectiſſimè conſtitutum à nobis eſſe ſeptuaginta, quos Hieremias præfiniuit, annorum initium, atque exitum. Ac Rabbini quidem in Comment. ad Danielem, vt R. Selomoh, ſtolidiſſimè nugantur, deceptum eſſe Danielem, quaſi annum primum Darij Medi ſeptuageſimum, & vltimum interualli ab Hieremia concepti eſſe crediderit. Atqui Daniel nihil dicit aliud, niſi ſe Propheticis ex libris annorum illorum didiciſſe numerum; nec non eorumdem terminum, ad quem ſeptemdecim plus minus anni ſupereſſent. quod per idem tempus veriſimile eſt intellexiſſe Prophetam. Inepta Rabbinorũ opinio.

Poſtremo locus ille Zachariæ ſupereſt explicandus; apud quem cap. I, 12 Angelus ita queritur: *Domine exercituum, vſquequo tu non miſereberis Ieruſalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es? Iſte iam ſeptuageſimus annus eſt.* Hæc Propheta anno Da-
C rij ſecundo; cùm octodecim iam annis anteà ſeptuagenarium illud interuallum Ieremiæ ex opinione noſtra confectum iam eſſet. Reſpondent vulgò verba illa: *Iſte annus iam ſeptuageſimus eſt*, cum affectu quoddam pronunciari. q. d. Hæccine eſt promiſſio tua, qua poſt annos LXX reditum in patriam, libertatem, ac pacem; tum inſtaurandæ vrbis, ac templi poteſtatem promiſeras? Atqui iam ſeptuageſimus annus elapſus eſt. Sed melius meo iudicio Zachariæ verba ita declarari poſſunt. Cùm ab Vrbis excidio ad annum ſecundum Darij Hyſtaſpis F. ſeptuaginta prope anni fluxerint, Angelum queri adhuc in ruinis ſuis Vrbem, ac Templum iacêre; neque Deum adhuc populi ſui miſereri; ſed iraſci iam per annos LXX. Nam Hebræa ſenſum hunc efficiunt: *quibus iratus es iam annum ſeptuageſimum.* Ira Dei pro ſingulari, ac ſeueriſſimo illius exemplo ſumitur, quod in Templi vaſtatione contigit. A primo anno Nabuchodonoſoris ad XXII exeuntem Cyri, quo captiuitas eſt ſoluta, anni ſunt LXX. Adde Cyri VIII, Cambyſis, & Magi VIII, Darij II; fiunt LXXXVIII. Deductis annis XVIII, reſtant LXX ab excidio Vr-
D bis ad annum II Darij, quo vaticinatus eſt Zacharias. Hæc eſt certiſſima loci huius interpretatio: ſecundum quam duplex interuallum ſeptuagenarium in Scripturis exprimitur; alterum ab Ieremia definitum; alterum à Zacharia commemoratum; quod à priori prorſus alienum eſt, ac diuerſum. Zachariæ locus exponitur.

De Perſarum regum ſerie, quæ in Sacris libris expreſſa legitur.

CAPVT XXV.

Scaligeri opinio.

DE Danielis hebdomadibus diſputationem ingreſſurus Scaliger, primùm ex libris Eſdræ, ac Neemiæ Perſidis regum ſeriem exponit. Eò verò ſpectat illius ratio, vt Darij Nothi anno ſecundo; non Hyſtaſpis, vt habetur vulgò, filij, templum à Zorobabele ac Ioſue conditum probetur: itémque Mnemonis Artaxerxis, non Longimani tempore Neemiam è Babylonia in Iudæam veniſſe. Argumentationis autem hæc eſt ſumma. Vltimus Perſarum rex, cuius in Scriptura mentio fit, eſt Darius, Neem. XII, 22: ſub quo Neemias teſtatur Iadduam Pontificem fuiſſe. *Iaduas verò iſte, quod nemo negare poßit, is eſt, qui Alexandro Ieroſolyma ingredienti obuiam in Pontificio ornatu venit. Darius ergo iſte æqualis Alexandri magni fuit; & conſequenter Darius iſte eſt is, quem Alexander vicit, vltimus rex Perſarum. Quod cùm ita ſit, Neemias peruenit ad Alexandri tempora.* Alterum argumentum: Sanabelletes Samaritanus Neemiam Hieroſolymorum mœnia reficientem prohibere conatus eſt. Nehem. IV. Is Alexandri caſtra ſecutus, Gazam oppugnanti cum auxiliis præſto fuit: vt refert Ioſephus. Ergo Sanbelletes Nehemiæ ætate vixit, adeóque fuit vterque magni Alexandri σύγχρονος. Tertium argumentum: Sanbelletes filiam ſuam Nicaſo in matrimonium dedit Manaſſæ fratri Iaduæ Pontificis, authore Ioſepho libro XI. Ob id Nehemias Manaſſen expulit, Nehem. cap. vlt. 28. *De filiis autem Ioiada filij Eliaſer ſacerdotis magni, gener erat Sanaballat Horonites, quem fugaui à me.* At Iaduas filius erat Ioannis Ioiadæ filij. Quare Neemias Alexandri M. temporibus vixit. Vltimum itaque Perſarum regem in Scripturis habemus Darium Codomannum. Primus citra controuerſiam eſt Cyrus, cæteri diligenter ab Hiſtoricis notati ſunt. Iam cùm in Perſarũ regum ſerie tres omnino Darij ſint; ſolus ille, qui Nothus dictus eſt, inter duos Artaxerxes medius interiacet. Quare ſi è Scripturis probari poſſit, Artaxerxen quendam imperaſſe; ac poſt eum Darium: tum Artaxerxen, perſpicuum erit, Darium iſtum non alium eſſe, quàm Nothum. Atqui Eſdræ IV, 6, poſt Aſſuerum, (quem Xerxem eſſe vult Scaliger) ſubiicitur Artaxerxes, à quo prohibiti ſunt templum ædificare Iudæi. Mox com. 24, Artaxerxi illi Darius ſucceſſiſſe dicitur, qui templi inſtaurandi poteſtatem fecit. Huic capite VII, I, Artaxerxes alius ſubſtituitur, à quo Nehemias vrbis extruendæ facultatem obtinuit. Apparet ergo Darium illum, ſub quo templum inſtauratum eſt, fuiſſe Nothum, Artaxerxem verò, Mnemonem. Hæc ſumma eſt Scaligerianæ diſputationis.

Refellitur.

In ea verò primum illud incommodum eſt, quod longæuos vltra humanæ vitæ modum duces aliquot Hebræorum fuiſſe fateri cogitur. Nam Zorobabel dux fuit Iudæorũ, qui à Cyro dimiſſi ſunt. quod contigit anno Per. Iul. circiter 4177. annus ſecundus Darij Nothi eſt Per. Iul. 4291 interuallum anni CXIV. Totidem igitur annis principatum geſſit Zorobabel, & iſtis amplius: Neque enim ſcimus, quando mortem obierit. Addatur iam ætas, quam habuit, cùm Iudæorum laxata captiuitas eſt, quæ XX, vel XXX, aut amplius fortaſſis annorũ fuit. Vixit ergo circiter CXL. Præterea liber III Eſdræ, c. III & IV; nec non Ioſephus l. XI, c. IV teſtantur Zorobabelem anno Darij ſecundo, quo Templũ ædificatũ eſt, in Perſidem reuerſum σωματοφύλακα, *regij corporis cuſtodem* fuiſſe, quem & iuuenẽ Eſdræ liber appellat. Atqui CXL ſaltem annũ ex Scaligeriana opinione tùm agebat. Idem & in Ioſue filio Ioſedec ſummo Sacerdote, & aliquanto etiam manifeſtius eſt abſurdum. Neque enim ad Põtificatum, niſi matura iam ætate prouehebantur. Itaque Ioſue, quo tempore Iudæi à Cyro dimiſſi ſunt, Pontifex erat, & fortaſſe plures iam annos in ea functione verſatus fuerat. Nam pater eius Ioſedec cum Sedecia in Babyloniam abductus diu ante ſolutam captiuitatẽ mortuus eſt, vt ex longinquo huius interuallo coniicimus. Quare annum ſaltem quadrageſimum huic imputandum eſſe, cùm Iudæi à Cyro dimiſſi ſunt, nemo diffitebitur. Ita CLX fere annis in viuis fuit. Hæc Scali-

A gerianæ ſententiæ πορίσματα fidem vix obtinent. argumenta verò, quibus nititur, tanti non ſunt, vt ad hæc παράδοξα, & incredibilia nos adigant. Primum, quod ex Nehemiæ c. XII petitur; in quo Darij fit mentio, explicatu perfacile eſt. Pericopen illam, quæ Ieddoæ Pontificis, & Darij meminit, non ab ipſo Nehemia ſcriptam, ſed ab alio quopiam adtextam nonnulli ſentiunt; quod & probabile eſt. Id enim plerisque aliis in libris Scripturę apparet eſſe factũ; vt in fine Deuteronomij, quę ad Moſis obitum ſpectant, ab alio vtique ſunt adiecta. quod idem & de libris Ioſue, Tobiæ, & Ieremiæ quidam exiſtimant. Quocirca in catalogo illo Leuitarum, & Sacerdotum, quem ad tempus ſuum perduxerat Nehemias, quidam appendicem illam intexuit. Reliqua duo argumenta Ioſephi authoritate nituntur. Aduerſus hanc verò, primùm noſtra hæc, & iuſtiſſima eſt exceptio. Si is in illa ipſa ſibi hiſtoria conſentaneus eſt, nihil nos eius teſtimonio refragaturos eſſe. Sin eſt vt ſecum ipſe pugnet, neque nos eius dictis aſſentiri poſſe. Refert itaque Ioſephus lib. XI, cap. V, Eſdram anno ſeptimo Xerxis Darij F. in Iudæam ad inſtaurandas tem-
B pli ruinas profectum. Tùm Xerxis anno viceſimo quinto eôdem perueniſſe Nemiam: & opus ipſum anno viceſimo octauo Xerxis abſolutum. Xerxem poſtea ſubdit ſucceſſorem habuiſſe filium Artaxerxem. (Is eſſe debet Longimanus.) Eſtheris coniugem. Demum cap. VII, & VIII de Sanaballeto narrat ea, quæ paulo antè perſtrinximus.

In iis quàm multa peccet Ioſephus, res ipſa loquitur. Primùm quis annos Xerxi XXVIII concedat; quem non plures viginti regnaſſe, ex Herodoto didicimus? Ioſephi error. Atque vt cum patre aliquanto tempore imperarit, non amplius biennio id eſſe poteſt. Nam Darius anno altero, quàm obiret, conſortem regni Xerxem adſciuit, vt author eſt Herodotus. Præterea ſub Artaxerxe, non Xerxe Nehemias Hieroſolymam venit, vt Scriptura teſtatur. Denique ab anno vltimo Xerxis, quo opus abſolutum eſſe ſcribit Ioſephus, ad Alexandrum M. anni ſunt CXXXV. Tot igitur annos Sanaballetus, habuit, qui Neemiam cum vrbem conderet, hoſtiliter vexauit. Nehem. II. 10, & ſequentibus. Adde iam annos XXX, aut etiam plures, quibus vixit, antequam Præfectus, ac vir inter viros eſſet. Nempe CLXVI circiter annũ
C agebat, cùm ad Alexandrum defecit. Quocirca duos omnino Sanaballetos fuiſſe par eſt arbitrari: quorum vnus Neemiæ, & Artaxerxis Longimani; alter Darij Codomani, & Alexandri ætate vixit; quos ambos perperam, vt apparet, miſcuit Ioſephus; & quod prioris erat, id poſteriori tribuit; nimirum affinitatem cum Pontificia familia. Niſi fortè bis cum Samaritanis affinitatem iunxiſſe Pontificiam illam domum putemus; primùm Neemiæ & Artaxerxis Longimani tempore, quempiam ex filiis Ioiadæ Sanaballeti filiam duxiſſe; ob ídque à Nehemia reiectum eſſe. poſtea Manaſſem Iaddoæ fratrem Sanaballeti minoris, & prioris nepotis filiam itidem in matrimonium habuiſſe. Ex quo tertium argumentum Scaligeri diſſoluitur.

Supereſt ratiocinatio illa, quæ ex Eſdræ libro petitur, de Dario duplici Artaxerxe ſepto. In quo fruſtra laborat. Neque enim Darius, vt patet, inter duos Artaxerxes ille ponitur, ſub quo inſtaurata ſunt Hieroſolyma. Eſdræ primo reges iſti Perſici commemorantur. Primum Cyrus. deinde Aſſuerus cap. IV, 6. apud quem Iudæi ſunt accuſati. tùm Artaxerxes, com. 7. qui perinde Iudæorum hoſtibus fa-
D uit, ac templum ædificari vetuit. Poſteà Darius, c. V, cuius anno ſecundo templum inſtauratur. ac demum Artaxerxes. Artaxerxes ille, qui poſt Aſſuerum cenſetur, non eſt Longimanus; ſed vel idem cum Aſſuero, vt Ioſephus lib. XI, cap. II cenſet; quo vtroque nomine Cambyſen ſignificari putat; cui & Torniellus adſtipulatur. Vel certè Aſſuerus eſt Cambyſes, Smerdis verò Magus, Artaxerxes, qui poſt Cambyſen octo menſibus imperium per fraudem obtinuit. Huius enim acta quædam ab Herodoto memorantur. veluti quòd immunitatem à tributis, & vacationem à militia in triennium ſubditis ſibi populis indulſit. Imò verò Cteſias ſex annis ferè perſonatum illum Cambyſis fratrem latuiſſe ſcribit, & pro Tanyoxace, quem Smerdin vocat Herodotus ſeſe geſſiſſe. Quare & ad hunc trahi non immeritò poteſt, quod in Eſdra legitur; Præfectos aduerſus Iudæos literas ad Artaxerxem dediſſe.

Poſtremò Ioſephus lib. XI cap. VII λαοῦ Αρταξέρξου mentionem facit. vbi

Scaliger corrigendum putat Αχοῦ. Sed falſa eſt hæc emendatio. Scribendum enim eſt, τοῦ νέου pro λαοῦ, vt inſcriptio ipſa capitis docet. A

De Iudith tempore, & hiſtoria.

CAPVT XXVI.

QVOD in regionum, ac ciuitatum deſcriptione Geographi ſolent, incertæ poſitionis oppida ſeparatim, & in calce Tabularum adſcribere, idipſum & Chronologo in perpetua temporum ordinanda ſerie licet, vt quorum ætas incerta ſit, priuatam iis, ac ſeiunctam ab reliqua narratione ſedem attribuat. Id nos vna alteráve in hiſtoria nobis permiſimus, quarum prior eſt Iudith; poſterior Eſther. De illius fide controuerſiam faciunt Hæretici; qui & à Canone librum illum abiudicant, & in tota narratione quædam abſona eſſe, miniméque conſentanea cauſantur. Quibus à noſtris B iamdudum probabiliter occurritur; qui in eo argumento copioſè ſunt, ac ſumma cum diligentiæ laude verſati. Quorum poſt operam, ac diſputationem ideo superuacaneus noſter hac in tractanda quæſtione labor videri non poteſt, quod non eadem penitus cum illis, ſed diuerſa pleraque, &, vt opinor, veriſimiliora ſentimus.

De Iudithæ tempore, déque Nabuchodonoſoro Aſſyriorum rege, à quo miſſus eſt in Syriam Holofernes, ac de Arphaxado Medorum rege, opiniones ſunt omninò duæ. Quidam enim ante Templi & Hieroſolymorum excidium contigiſſe omnia iſta ſuſpicantur: alij poſt exciſum Templum, imperantibus Perſis. Tum in certo finiendo tempore, ac tam externo, quam Iudæo principe, non minor partium diſcordia. Mihi & ante Sedeciæ cladem, & ſub Manaſſe collocanda videtur hiſtoria Iudith; quemadmodum Bellarminus, & Serrarius affirmant. Neque nos argumenta mouent, quibus hanc à ſe labefactari ſententiam Torniellus exiſtimat; quæ quidem, mox vt opinionem noſtram expoſuerimus, facilè diſſoluentur. C Ac plerique, quibus Manaſſe regnante placuit Holophernis expeditionem accidiſſe, Nabuchodonoſorum regem Aſſyriæ Merodachum eſſe volunt filium Baladan, qui ad Ezechiam, poſt cladem Sennacherib, legatos ac munera deſtinauit. quem eodem tempore dicunt Babyloniæ & Aſſyriæ imperio potitum. Primum enim in Babylonia regnaſſe: tum poſt mortem Aſſarhadonis, extincto Aſſyriorum imperio, Niniuen & Aſſyriam expugnaſſe. Nobis aliter explicanda res eſt. qui Merodachi mentionem fieri in Scriptura ſcimus ſub annum Ezechiæ XV, lib. Reg. IV, cap. XX. & ex Ptolemæo prætereà didicimus, Mardokempadum, qui idem eſt ac Merodach, anno Nabonaſſari XXVII regnare cœpiſſe, Per. Iul. 3993, quo Ezechiæ ſeptimus annus iniit. Regnauit autem Merodach, vt eſt in Chaldæorum regum Canonio, annis XII; qui ab Ezechiæ ſeptimo putati, deſinunt in XIX eiuſdem. Itaque cùm Manaſſes imperare orſus eſt, annus agebatur ab æra Merodach, XXIV. Adde iam annos, quibus Manaſſem regnaſſe veriſimile eſt, antequam in exilium deportaretur, adeóque priùs, quàm Holophernes in Iudæam exercitum duceret, quos non pauciores, quàm octo numerare ſolent; fuerit annus D æræ Merodachi XXXII, quando Iudith memorabile ſuum facinus edidit, ſi idem eſt Merodach, qui Nabuchodonoſorus in libro Iudith appellatur. Atqui decimo tertio Nabuchodonoſori iſtud ipſum eueniſſe hiſtoria ſacra confirmat. Scio quid Chronologi quidem ſuper hoc argumento diſputent, quorum mihi ratio nequaquam probatur. Quocirca falſum arbitror, Nabuchodonoſorum Aſſyriæ regem eſſe Merodach: qui Babyloniæ ſolius, non Aſſyriæ rex fuit. Quanto probabilius Nabuchodonoſorus iſte vnus ex Aſſarhadonis poſteris, vt Serrarius coniicit, vel ſucceſſoribus ſaltem fuiſſe creditur? Etenim poſt Sardanapali necem, & Aſſyriorum veterem monarchiam ab Arbace deletam, paulatim Medorum vires elanguerunt. Ex quo factum eſt, vt Aſſyriorum imperium velut ex ruinis excitatum lacertos erexerit, ac Babylonios, nec non Medos ipſos ſibi ſubiecerit. Babylonij quidem poſt Sennacheribi calamitatem, regnante Merodacho, cùm iugum excuſſiſſent, rurſus bello ſuperati, ac tributum pendere coacti ſunt ad Nabopollaſſari,

Merodach quando vixerit.

A ſari, vel Nabuchodonoſori vſque tempora. Quamuis interim fortaſſis ægrè contineri ab Aſſyriorum rege potuerint, & identidem ſe in libertatem aſſerere conati ſint: vt nonniſi dicis cauſa, ac velut precario quandoque apud ipſos regnaret Aſſyrius. Erat ergo Babyloniorum rex quidem proprius, initio ab Nabonaſſaro imperandi facto; ſed qui regis Aſſyrij ſtipendiarius inter eiuſdem principes exercitus numerari videtur. Manaſſe igitur Iudææ regulo ſeptimum, vel octauum circiter annum agente, Babylonius rex fortean ab expeditione aliqua rediens Aſſyrij iuſſu, auſpiciiſq; ſuſcepta, aut priuatim res ſuas gerens, illum fraude an aperta vi in poteſtatem redactum Babylonem abduxit. Quod Aſſyriorum rex prudens diſſimulauit, cum Medicis rebus intentus, Babylonium, qui ægrè, vti diximus, iugum tolerabat, in apertam defectionem impellendum non putaret. Sub idem tempus idem ille rex Aſſyriorum Nabuchodonoſor, victo Arphaxado, quem nos Deiocem Medum arbitramur, anno regni ſui duodecimo, qui cum Manaſſis ſeptimo congruere poteſt, grandiores ſpiritus gerens, ac totum Aſiæ & Orientis im-
B perium affectans, legatos primùm in Palæſtinam, ac Syriam, finitimóſque populos; deinde cum ingentibus copiis Holofernem miſit. Ita tùm hiſtoria Iudith accidit, abſente Manaſſe, & Babylone adhuc in vinculis agente. Hæc à nobis probabiliter contexta narrationis illius ſeries cum ſacra & externa pariter hiſtoria valde conuenit, nec habet quicquam in temporum ratione diſcrepans; vt imperitè quam-plurimi ex Hæreticis; omnium autem imperitiſſimè Molinæus obiicit in Scuto fidei. Herodotus lib. 1 ſcribit Deiocem (quem non leui errore quidam Dioclem appellant) Ecbatana condidiſſe. Is erit Arphaxad, quem ſimiliter Hiſtoria ſacra Iudith eiuſdem conditorem vrbis facit. Hic ab Aſſyriorum rege magno prælio victus eſt, quod, vt alia pleraque, neſciuit Herodotus. Nabuchodonoſor verò rex ille dictus eſt. quod vocabulum non ita Babyloniis peculiare fuit, vt non ab Aſſyriis etiam vſurpari potuerit. quicquid in eam rem diſputet Scaliger; quem eruditè Serrarius noſter in Commentariis refellit. Hæc Nabuchodonoſori victoria contingere potuit anno Manaſſis nono, cùm paulo antè à Babyloniæ regulo, & Aſſyrij ſtipendiario captus eſſet. vtputa anno circiter octauo. Libro II Paral. cap. XXXIII, II, Manaſſes à principibus regis Aſſyriorum captus, & catenis
C vinctus eſſe dicitur. Ita Babyloniorum regulum Scriptura vocat; quod Aſſyriorum regi pareret. Anno ſequenti, Manaſſis, vt eſt dictum, nono, Nabuchodonoſor Deiocem vicit anno ipſius ſeptimo. Si quidem Manaſſes regnum iniit anno Iulianæ Periodi 4016; Deioces anno 4018. Igitur anno 4025 victus eſt Deioces, qui & Arphaxad. ſtatimque Nabuchodonoſor legatos in Syriam, ac finitimas prouincias dimiſit, vt eas ſibi ſubiiceret. Quibus re infecta redeuntibus, anno ſequente, Manaſſis decimo, Nabuchodonoſori XIII, Holofernes in Syriam ducit exercitum, ibique dum Bethuliam obſidet, Iudithæ conſiliis opprimitur. Hæc abſente rege geſta eſſe, ſatis ex eo vincitur, quod nulla in tota hiſtoria Iudaici regis eſt mentio, ſed per Pontificem adminiſtrantur omnia. Quandiu porro in vinculis hæſerit Manaſſes, affirmari non poteſt. Suſpicabar poſt inſignem Holofernis cladem attritis Aſſyriorum viribus, Babyloniorum regem, vt & cæteros, quibus imminebat Nabuchodonoſor, animos ſumpſiſſe; ac tùm Babyloniæ principem fœdere, fideque prius obſtrictum ſibi Manaſſem vinculis exſoluiſſe, & in regnum
D miſiſſe, nouum vt Aſſyriis hoſtem opponeret. Ex quo veriſimilis cauſa petitur, cur Holofernes regis Aſſyrij præfectus de Iudæis velut ignota ſibi gente ſciſcitetur: tum omnia illa diſſoluuntur, quæ paſſim obiici video. Velut poſt Manaſſen reſtitutum Iudithæ facinus accidiſſe, quòd alioqui Iudæi, captiuo rege ſuo, Aſſyriorum legatos contumaciter, ac ſine honore minimè repuliſſent. Verùm à Babylonio rege, non ab Aſſyrio Manaſſes in vinculis habebatur: neque tanti nominis erat Iudææ regulus, vt ei præcipuè Nabuchodonoſor eſſet infenſus. Cætera, quæ aduerſus communem ſententiam de Manaſſis tempore ſolent obiici, à Bellarmino, Serrario, aliiſque ſoluuntur.

Sacræ hiſtoriæ cum externa conciliatio

De ætate Iudith paucis accipe. In calce libri manſiſſe dicitur in domo viri annos centum & quinque. quod ſic intelligendum eſt, vt ad centeſimum quintum ætatis annum illìc hæſerit, non vt poſt coniugis obitum tot annos vixerit. Quæ quidem loquendi ratio non infrequens eſt in Sacris literis: vt cùm in Exod. XII,

Quæ fuerit ætas Iudith.

40, habitaſſe dicuntur Iſraëlis in Ægypto poſteri annis CCCCXXX, hoc eſt τῆς ὁμάδος partem poſtremam in Ægypto tranſegiſſe. Ita & LXX captiuitatis annos poſtremæ parti interualli iſtius attributos eſſe, ſuo loco docuimus. Pergit Hiſtoria ſacra, *& in omni ſpatio vitæ eius non fuit*, inquit, *qui perturbaret Iſraël, & poſt mortem eius annis multis*. Ab initio Manaſſis ad Ioachaz, & Ioakimi primum annum, intercedunt anni LXXXVIII. Anno decimo Manaſſis Iudith Holofernem trucidauit. Fingamus eo tempore Iudith annum egiſſe circiter XL. Superſtes itaque victoriæ, ac triumpho ſuo fuerit annos LXV, ac mortua ſit anno Ioſiæ octauo decimo: quo toto ſpatio pax in Iudæa fuit, ac tredecim poſt mortem illius annis, vſque ad Ioſiæ cædem, & Ioachaz ſucceſſoris eius ac filij cladem. A

De Hiſtoria libri Eſther, eiúſque coniuge ac tempore.

Scaligeri de ſententia enarratur, & refellitur. B

CAPVT XXVIII.

SI de Aſſuero Eſtheris coniuge, adeóque hiſtoriæ illius tempore diuerſas Chronologorum ſententias explicare, ac refellere voluero, iuſti voluminis, non vnius capitis res erit. Nobis per aliorum diligentiam, qui copioſè ſingulas enumerarunt, ac pleraſque refutarunt; breuioribus licebit eſſe, & vnius duntaxat Scaligeri, quod ſuſcepimus, opinionem expendere.

pag. 555 & 559. Qui quidem ſine hæſitatione vlla pronunciat Aſſuerum eſſe Xerxem. quod adeò confidenter, odioſéque facit; vt affirmet, *neque de eo dubitare poſſe, niſi qui nullo ingenio ſit: neque negare niſi malignum*. pag. 101. In Animaduerſionibus autem Euſebianis, *plumbeos, aſinos, cerritos eſſe* vociferatur, *qui alium regem ſub hoc nomine ariolantur*. Argumenta, quibus innititur, hæc ferè ſunt. Primùm appellatio ipſa. Nam Aſſuerus Hebraicè ita ſcribitur אחשורוש Græcè Οξυάρης. qui eſt Xerxes. C pag. 559. Deinde Xerxis vxor ab Herodoto vocatur Αμιϛρις, vel Αμεϛρις, quæ eſt הם אסתר id eſt Eſther. *Xerxes itaque anno tertio imperij ſui omnes Perſidis & Mediæ proceres conuiuio excepit; cuius conuiuij cauſam liber Eſther non reddit; ſed ex* VII *Herodoti non difficile eſt eam colligere. Expeditionem enim in Græciam moliebatur, de qua, & omni eius apparatu bellico cùm ad proceres imperij retuliſſet, mox eos illo ſplendidiſſimo epulo dierum* CLXXX *proſecutus eſt*. Mox: *Statim igitur reuerſo ex Græcia Xerxi adducitur Eſther menſe decimo; ſub finem ſeptimi anni Xerxis: Duodecimo autem anno, tertiodecimo menſis Adar, ſupplicium de Aman ſumitur*. Huic magiſtri decreto Scaligeriani omnes magni ac minuti Chronologi ſubſcribunt: Caluiſius, Behmius, Emmius, &c.

Refutatur Scaligerianorum de Eſthere ſententia. Quorum non abſurda ſolum; ſed etiam contraria ſibiipſi ſententia eſt. Etenim Eſtherem volunt illam eſſe, quam Herodotus, & Cteſias Amiſtrin vocant. Atqui lõgè ante expeditionem in Græciam Amiſtris Xerxi nupſerat: vt ex Herodoto, & Cteſia liquet. Cteſias enim refert Xerxem Amiſtrin Onophæ filiam duxiſſe, è qua filium ſuſcepit Dariæum; & poſt biennium, Hyſtaſpen; tum Artaxerxem. Dariæus ante expeditionem natus eſt annis aliquot. Siquidem author eſt Herodotus, D pag. 630. lib. IX Xerxem, poſt cladem acceptam in Græcia, Maſiſtæ filiam Dario filio ſuo deſpondiſſe, cum Sardibus adhuc eſſet; quò ſe victus receperat, antequam rediret in Perſidem. Olim igitur Amiſtrim vxorem duxerat: quod & Herodoti narratio omnis in libro IX certiſſimè demonſtrat. pag. 463. Sed & lib. VII, vbi apparatus belli deſcribitur, & copiarum duces ſinguli percenſentur; Perſis præfuiſſe dicit Otanem patrem Ameſtris, quæ Xerxis erat vxor. Magna itaque Scaligeri, & Scaligerianorum omnium eſt cæcitas, qui Eſtherem reuerſo è Græcia Xerxi adductam eſſe putant, & eadem Ameſtrim Herodoti, atque Cteſiæ faciunt. quod eſt ἀνιϛόρητον, & ſtupidiſſimum. Adde quæ de Ameſtri iidem illi Scriptores referunt in Eſtherem nullo modo conuenire. Nam & illius pater Otanes ab Herodoto, à Cteſia Onophas dicitur; qui & ante expeditionem honoratiſſimus fuit; vtpote quem Perſarum agminis ducem Xerxes conſtituit. Atqui pater Eſtheris non ſolùm Iudæus

fuit, ſed etiam diu, vt apparet, antè mortuus. In adoptiuum porro patrem Mar-
dochæum nihilo magis iſta competunt. Ad hæc Eſtherem ſanctiſſimam, & mode-
ſtiſſimam fæminam fuiſſe eius hiſtoria teſtatur. At Ameſtris impotens, & crude-
lis fuit; cuius barbarum, & immane facinus narrat Herodotus in Maſiſtis coniu-
gem editum. quam cùm à Xerxe deditam in poteſtatem accepiſſet, mamillas ei
abſcidit, & eas canibus abiecit: tùm naſo, auribus, labiis, & lingua mutilatam
domum remiſit. Hæccine quæſo ad Eſtherem pertinere poſſunt? Quod iudicium
in iſtis Chronologis fuit, qui leuiſſima ſimilitudine nominis inducti contra & hi-
ſtoriam ipſam, & communem ſenſum tam fœda, & abſurda commiſerunt? Nam
quod Aſſuerus Hebraicè ita concipitur, vt Οξυάρης Græcè ſit, quod eſt Xerxis vo-
cabulo ſimile: primum quæ eſt ita ſimilitudo? Deinde Perſicè non Ξέρξης, ſed Ξίξ-
της dicitur, ſi Scaligero credere dignum eſt. Quamobrem omnibus exarmata præ-
ſidiis, ſummis autem incommodis, & abſurdis implicata Scaligeri coniectura de
Xerxe nuſquam poteſt conſiſtere.

B

Verum tempus Eſtheris.

Capvt XXVIII.

RESTAT vt opinionem ipſi nobis aliquam ex tanta varietate ſeliga-
mus. Placet igitur inter omnes illa Ioſephi lib. XI cap. VI, Artaxer-
xem Longimanum Xerxis F. Eſtheris coniugem fuiſſe. Hanc Bel-
larminus amplectitur, qui & eam Seuero Sulpitio haud rectè tribuit,
vt & Serrarius obſeruat. Ac miratus ſum nuper à viro docto, & dili-
genti, qui huic ipſi de Longimano ſententiæ ſubſcribit, trahi in partes Sulpitium,
& Serrarium, qui id reprehenderit, notari. Atqui aut meridie non lucet, aut Sul-
pitius Eſtheris virum Artaxerxem illum nominat, qui Dario Ocho, id eſt Notho,
ſucceſſit, & ſucceſſorem habuit ipſe Ochum Artaxerxem. Eſt igitur è Sulpitij
C ſententia Eſtheris coniux Artaxerxes Mnemon. Nos Longimanum præferimus.
Qui ante Perſarum imperium Dario cuidam Medo, vel patri Aſſuero Eſtherem
adſcribunt, in nugis & otioſis fabulis conflictantur: quas ſolidis argumentis Bel-
larminus diſcuſſit. quorum fidem immeritò Serrarius eleuauit. Primum illud &
validiſſimum eſt de Artaxerxis nomine, quod Perſarum proprium eſt. Huic Ser-
rarius opponit Tobiæ vltimum caput, vbi Medorum rex Græcè Artaxerxes voca-
tur. Verùm non Artaxerxes, ſed Aſſuerus in Græco legitur: vt id *μνημονικὸν σφάλ-
μα* Serrarij videatur. Alterum argumentum non minus rem efficit. Artaxerxes,
ſiue Aſſuerus Eſtheris coniux latiſſimè regnauit, ac CXXVII prouincias ab India
Æthiopiam vſque imperio ſuo comprehendit. Darius Medus pauciſſimis regioni-
bus imperauit. Sed de Dario Medo, déque vulgari fabula ſuo loco plura diſputa-
uimus. Tertia nihilominus Bellarmini ratio firmior eſt, quàm vt à Serrario poſſit
eludi. Conſtare dicit ex hiſtoria, virum illum Eſtheris Perſam fuiſſe. qua præſcri-
ptione Darius ille Medus excluditur. Serrarius Aſſuerum Eſtheris vltimo capite
id ait tantummodo profiteri, ſe de Perſarum regno eſſe, non Perſam. Atqui cùm
D in Aman inuehitur, & commate 10 alienum à Perſarum ſanguine eſſe dicit,
nempe non obſcurè ſeſe rex ipſe à Perſarum ſtirpe oriundum eſſe demonſtrat. etſi
hoc ex tota hiſtoriæ librique ſerie clarius eſt, quàm vt probationis egeat. Verùm
ille ipſe capitis poſtremi locus difficilem quæſtionem habet. Nam Amanus ibi &
animo, & gente Macedo vocatur; cùm ſatis conſtet, vix illo, quo geſta iſta volu-
mus, tempore Perſis Macedonum eſſe nomen auditum. Nos de Amani patria,
atque ſtirpe non diſputamus; quod Serrarius noſter in Commentariis pleniſſimè
facit. Hoc vnum admonemus, videndum ecquid Interpres ille Iudæus, qui ex He-
bræo capita illa poſtrema tranſtulit, eo tempore ſcripſerit, quo iam Macedonum
opes Perſis formidoloſæ eſſe cœperant; aut etiam iam à Græcis ac Macedonibus
euerſum erat Perſarum imperium. Nam cùm inter peregrinas omnes Occidentis
nationes Macedones imprimis Babyloniis ac Perſis innotuiſſent, ab iiſque cladi-
bus multis, & calamitatibus affecti eſſent, veriſimile eſt Macedonum ab iis no-

men cùm ad Græcos omnes; tùm ad longinquos, & Occidentales populos ἰδιωτικῶς fuiſſe transfuſum: vt vndecumque tandem oriundus Aman fuerit, Macedo, id eſt peregrinus, & Occidentalis; ſiue Aſiaticus; ſeu reuera Macedo Thráxue, nominetur. Sanè longo poſtea tempore, Ptolemæo, & Cleopatra regnantibus, Lyſimachus appendices iſtas libri Eſther interpretatus eſſe dicitur. Ita vulgus Turcarum, & Turciæ nomina alieniſſimis etiam populis affingit. Sic in India, Indíſque populis eâdem ſimplicitate peccatur. Alij aliter reſpondent. vt vel hæretici contra capitum illorum authoritatem argumentari ex illo loco deſinant: vel noſtri poſterioribus longè, quàm nos putamus, Perſarum temporibus Eſtheris hiſtoriam minus licenter adſcribant. Etſi alio itidem ex loco contrarium nonnulli ſibi perſuadeant, antiquiorem Perſicis etiam temporibus Eſtherem fuiſſe. Etenim cap. 11, com. 6, Mardochæus tranſlatus eſt de Ieruſalem eo tempore, quo Iechonias migrauit. Hoc verò nimium diſtat ab Artaxerxis, aliorúmque Perſidis regum temporibus. Sunt qui Mardochæum æui fuiſſe longiſſimi ex eo loco fateantur. Sed nihil eſt neceſſe. Non enim Mardochæus ipſe, ſed eius proauus Cis deportatus ibi dicitur. B

Quamobrem anno Aſſueri, vel Artaxerxis Longimani ſeptimo, menſe decimo, Eſther ad regem eſt introducta. Hic eſt annus Per. Iul. 4255, ante Chriſtianam æram 458. Quæ autem de die ipſo menſis Adar XIII, quo ſupplicium Iudæi de hoſtibus ſumpſerunt, anno Artaxerxis duodecimo, Scaliger ex Iudaica recentiore periodo diſſerit, ea nauci facienda ſunt. Nam nouiſſima illa Iudaici anni deſcriptio ab antiquis illis temporibus alieniſſima eſt. Sed & pugnat ſecum ipſe, dum menſes Iudaicos, & eorum dies ex Lunari illa Periodo petitos etiam imperante Xerxe Iudæis attribuit: cùm alibi paſſim Hebræos, antequam Syromacedonibus & Selucidis ſubeſſent, non lunarem annum vſu ciuili, ſed æquabilem & Babylonium, vel Perſicum; certè principum illorum, quorum in ditione eſſent, vſurpaſſe contendat. De quo nos abunde lib. III diſputauimus.

De ſeptuaginta Danielis hebdomadibus. C

Iudaicarum rerum, quæ ad illam quæſtionem pertinent, ſumma. Tùm Perſidis reges tam Vrbis quàm templi reſtituendi poteſtatem feciſſe.

Capvt XXXI.

PRophEticorvm omnium oraculorum longè illuſtriſſimum, & ad Chriſtianæ religionis corroborandam fidem præſtantiſſimum eſt, quod Danielis capite nono continetur: in quo tamen ſententiarum, verborúmque difficultas cum excellentia, ac dignitate certat. Incredibile eſt paucis verbis quàm magna, quàm abſtruſa, ac recondita Daniel expreſſerit. Argumento ſunt innumerabiles veterum interpretationes ac ſententiæ, quæ nulla in quæſtione vel plures, vel inter ſe contrariæ magis occurrunt. Obſcuritatis autem non minima pars eſt, quod earum hebdomadarum explicatio variis ex interuallis temporum, & hiſtoriis pendet, quarum eſt per ſeſe inquiſitio difficilis. D qualis ſunt Perſarum regum anni: tum quicquid ab iis ad Chriſti Domini ortum, ac Paſſionem interceſſit. quorum temporum res geſtæ partim è profanis Scriptoribus; partim è ſacris, imprimíſque libris Eſdræ duobus, repetendæ, perplexam, & implicatam rationem continent. Ex iis verò capitibus, quod eſt primum, Perſarum videlicet regum tempus ac ſucceſſionem ſuprà libro X definimus. ad quod & exquiſita illa de Babylonico regno, ac Nabuchodonoſori ſucceſſoribus, & initio Cyri adiungenda diſputatio. quæ ſunt eius, quam aggredimur modò, diſceptandæ, enucleandæque quæſtionis firmamenta præcipua. His accedat oportet rerum Iudaicarum, quæ ſub Perſicis regibus acciderunt, ſumma comprehenſio ex ſacrorum librorum hauſta fontibus, Eſdræ videlicet, ac Neemiæ. Hinc enim controuerſiæ ſtatus, ac τὸ κρινομένον dependet.

A Quod igitur ex vltimo capite libri Paralip. atque ex initio libri Eſdræ colligi-
mus; anno primo Cyri (ex quo nimirùm Babylone regnauit; neque enim antea
potuit) regis illius edicto facta Iudæis eſt redeundi in patriam, ac templi in-
ſtaurandi poteſtas: tum vaſa Templi Domini, quæ Nabuchodonoſor abſtulerat,
reſtituta. Duces migrationis huius fuêre Zorobabel, & Ioſue, ſiue Ieſus Ioſedeci
F. ſummus Pontifex. Eſd. II, & III. Qui cùm in Iudæam veniſſent, ac Templum
inſtaurare eſſent aggreſſi, anno, quàm dimiſſi fuerant, ſecundo hoſtium factione
prohibiti ſunt, cap. IV; idque toto, quo Cyrus imperauit, tempore, com. 5. Regnan-
te deinc Aſſuero, eorundem hoſtium accuſatione, ac calumniis vexati ſunt. Poſtea
ſub Artaxerxe, aduerſariis inſtantibus, regis edicto inſtaurare prohibentur. Demũ
anno ſecundo Darij, Aggæi, & Zachariæ vaticiniis animati, Zorobabele, & Io-
ſue ducibus, Templi ædificationem repetunt; eiúſque rei poteſtatem Darius ipſe
nouo edicto confirmat. Eſd. VI. Poſt hæc Artaxerxis anno ſeptimo, Eſdras Hiero-
ſolymam venit, cum ampliſſima poteſtate, cap. VII, & VIII. Poſtremò Neemias
B anno Artaxerxis viceſimo, regiis literis expreſſis, inſtaurandæ nominatim vrbis,
ac murorum reficiendorum facultatem impetrat. Lib. II Eſd. cap. II. Hęc ſunt, quæ
de miſſionibus variis Iudæorum, & condendi Templi, Vrbíſque licentia à Perſa-
rum regibus impetratâ Scriptura commemorat. In quibus obſcura, dubiáque
ſunt plurima, cùm in regibus ipſis, & eorum appellationibus; tum quod ad pote-
ſtatem, & licentiam ab iis conceſſam pertinet.

Nam vt de poſteriore iſto modò diſputemus, magna quæſtionis, difficultatiſq; [Quinam]
pars in eo vertitur, vt illud imprimis conſtituatur, à quonam rege Perſarũ vrbis in- [Perſidis re-]
ſtaurandæ facultas expreſſa fuerit. Etenim quater omninò reges nouum aliquod [ges Templi]
beneficium, nouámq; poteſtatem Iudæis conceſſerunt. Sed non ſatis exploratum [vrbíſque inſtauran-]
eſt, quatenus Vrbis ruinas inſtaurare permiſerint; atq; vtrum omnes illi non ſolùm [dæ poteſta-]
Templum, ſed etiam Vrbis ipſius mœnia ædificari paſſi ſint. Etenim qui à poſtre- [tem fece- runt.]
ma facultate, quam Artaxerxes indulſit, eiúſque, quem Longimanum putant, an-
no viceſimo hebdomadas auſpicantur, recentiores videlicet pene omnes interpre-
tes, ac Theologi, negant ante Artaxerxis viceſimum mœnia ipſa inſtaurare licuiſ-
C ſe: nec aliud cenſent ſuperiores conceſſiſſe Principes, quàm vt templum à ruinis
excitaretur: id quod etiam Scripturæ verbis indicari ſtatuunt. Nam in Cyri, &
Darij decreto, & Artaxerxis priore, Templi ſolius mentio fit. in poſtremo verò,
quod Artaxerxis viceſimo Neemias obtinuit, Vrbis, ac murorum. Alij contrà om-
nibus illis Perſarum regum ſanctionibus non ſolius Templi, ſed & vrbis conden-
dæ licentiam factam aſſerunt.

De Cyro quidem id apertè prædixit Iſaias, cap. XLIV, 28, & cap. XLV, 13. Ad- [Cyrum v-]
ſtipulatur & Ioſephus lib. XI, cap. I, qui ſcribit Cyrum mandaſſe Iudæis, in pa- [trumque permiſiſſe.]
triam redire, καὶ ἀναστῆσαι τε τὴν πόλιν Ιεροσόλυμα, καὶ τὸν τοῦ θεοῦ ναόν, *& inſtaurare*
Ieroſolymorum vrbem, ac Dei templum. Hoc verò iam tum inchoatum eſſe, docent li-
teræ, quas Iudæorum hoſtes poſt Cyri mortem ad Aſſuerum, vel Artaxerxem de-
derunt, Eſdræ I cap. IV, 12. *Notum ſit*, inquit, *Regi, qui aſcenderunt à te ad nos, vene-*
runt in Ieruſalem ciuitatem rebellem, & peſſimam, quam ædificant, extruentes muros eius,
& parietes componentes.

D De Dario euidentibus argumentis idem oſtenditur. Si quidem Aggæus, qui [Etiam Da-]
per illud tempus vaticinabatur, non obſcurè ſignificat vrbem tunc ædificari [rium.]
cœpiſſe. Nam cap. I populum increpat, quòd vulgò iactaret; nondum veniſſe
tempus ædificandæ domus Domini, quos ille ita caſtigat, com. 4. *Nunquid tem-*
pus vobis eſt, vt habitetis in domibus laqueatis, & domus iſta deſerta? Denique liber III
apocryphus Eſdræ, cap. IV, 43 demonſtrat à Dario conceſſam ex voto facultatem
vrbis conſtituendæ.

Quod autem perinde etiam Vrbis excitandæ poteſtas Artaxerxis anno quinto, [Nec non]
vel ſexto tributa ſit Eſdræ, dubium eſſe non poteſt; ſi quis animo reputet, ædificato [Artaxer-]
iam ex edicto Darij Tẽplo, nihil præter vrbem aliud ſuperfuiſſe, cuius inſtauratio [xem.]
vel calumniis hoſtiũ hactenus dilata fuerat, vel certè ob pecuniarũ ad ſumptus ino-
piam perfici minimè potuerat. Quocirca Neemias ampliorẽ ab rege licentiã nactus
eſt mœnium reficiendorum, ac reliquæ vrbis abſoluendæ, in eámq; rem largiores

impenſæ ſunt ex fiſco ſuppeditatæ. vt non tam vrbis inſtaurandę noua poteſtas habenda ſit, quàm ſumptuum ad eam rem benigniùs erogandorum; ac prohibendæ acriùs violentiæ omnis, & iniuriæ, qua circunfuſi Hieroſolymis hoſtes Iudæos per inuidiam morari non deſtiterant. Ad hæc Artaxerxes Eſdræ 1, cap. VII, 6, Eſdræ conceſſiſſe dicitur petitionem eius omnem. Tùm cap. IX, 9, Eſdras refert, inclinatum à Deo cor eſſe regis, adeo vt permitteret *extruere ſolitudines domus Dei.* quæ de Templo ipſo non poſſunt accipi. quippe quod anno Darij ſexto completum iam erat, cap. VI, 15. A

His de cauſis in ea ſum ſententia, nullum è Perſidis regibus templi condendi ius Iſraëlitis tribuiſſe, quin vnâ etiam Vrbis ædificandæ conceſſerit. Etenim cuiuſmodi tandem poteſtas eſſet illa, ſi mediis in ruderibus, atque Vrbis ruinis magnificentiſſimum illud ædificium excitari iuſſiſſet. Ac de ſolo Templo ideo fit in prioribus illis decretis, & hiſtoriis mentio, quod caput iſtud eſſet vt Iudaicæ religionis, ita licentiæ, aut facultatis ab illis regibus impetratæ; cuius velut acceſſio quædam, & ornatus reliqua, quibus circundatum erat, ædificia cenſerentur. B

Proponuntur, expenduntúrque variæ de LXX hebdomadibus ſententiæ.

CAPVT XXX.

INCREDIBILIS eſt opinionum de illarum initio, tum exitu varietas, & conflictus. Hieronymus octo recenſet, accuratéque ſingulas ediſſerit. Perrerius verò quindecim enumeratis, ac refutatis, decimam ipſe ſextam adiicit. Nos paucas ex omnibus, ac præcipuas deligemus; totidem videlicet, quot hedomadum initia eſſe poſſunt, quæ ſunt quatuor. quibus ob Darij ὁμωνυμίαν quinta, ac potiſſimum Scaligeriana ſuccedet. His enim exagitatis, ac diſcuſſis elimata veritas iluſtrior, ac nitidior apparebit. C

Igitur prætermiſſis illorum rationibus, qui aliunde, quàm à poteſtate inſtaurandæ vrbis aut templi ab aliquo Perſarum ex regibus facta, hebdomadarum caput arceſſunt, hoc velut certum, & confeſſum ſumimus; *exitum illum ſermonis de inſtauranda vrbe*, à quo numerandas eſſe ſeptuaginta annorum hebdomadas Angelus apud Danielem admonet, decretum eſſe regis alicuius Perſici, qui id Iudæis permiſerit. vnde ad vnum aliquot decretorum quatuor hebdomadarum initium debet referri. adeóque quatuor opinionum præcipua ſunt faſtigia. Nam aut ab anno primo Cyri ducendæ ſunt hebdomades: aut à ſecundo Darij: aut à VII Artaxerxis: aut ab eiuſdem denique viceſimo. Sed quoniam Darij, & Artaxerxæ complures fuerunt, hinc varia rurſus ſententiarum diuortia propagantur.

Ab anno primo Cyri Clemens hebdomadas inchoauit: cuius ſententia declaratur.

Qui ab anno primo Cyri ſunt exorſi veteres fere, minus in hiſtoria mihi videntur exacti. Clemens Alexandr. Strom. lib. 1, etſi perobſcurè loquitur; inde tamen hebdomadas auſpicari videtur. Scribit enim à captiuitate, quæ Hieremię tempore contigit, deinceps Danielis vaticinium illud eſſe cõpletum de LXX hebdomadum interuallo. quod ex Daniele trifariam tribuens, in hebdomades ſeptem, & ſexaginta duas; & vltimam, cuius dimidio ſacrificium deſinet; de priori parte ita ſcribit: ὅτι μὲν οὖν ἐν ἑπτὰ ἑβδομάσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς, τοῦτο φανερόν ἐστι. καὶ γὰρ ἐν τῷ Ἔσδρᾳ γέγραπται. καὶ οὕτως ἐγένετο Χριστὸς βασιλεὺς Ἰουδαίων ἡγούμενος, πληρουμένων τῶν ἑπτὰ ἑβδομάδων, ἐν Ἱερουσαλήμ. καὶ ἐν ταῖς ἑξήκοντα δύο ἑβδομάσιν ἡσύχασεν ἅπασα ἡ Ἰουδαία, καὶ ἐγένετο ἄνευ πολέμων. καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Χριστὸς ἅγιος τῶν ἁγίων ἐλθὼν, καὶ πληρώσας τὴν ὅρασιν, καὶ τὸν προφήτην, ἐχρίσθη τὴν σάρκα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πνεύματι. *Quod igitur in ſeptem hebdomadibus ædificatum ſit templum, manifeſta res eſt. Hoc enim in libro Eſdræ ſcriptum eſt. atque ita Chriſtus rex Iudæorum dux extitit, expletis ſeptem hebdomadibus in Hieruſalem. Porro in ſexaginta duabus hebdomadibus quieuit omnis Iudæa, & à bellis vacauit. Et Dominus noſter Chriſtus ſanctus ſanctorum veniens, ac viſionem, & Prophetiam implens, carne vnctus eſt à Patris Spiritu.* Quocirca hebdomadũ initium capit ab anno primo Perſici imperij, eodem ſolutæ captiuitatis, vel potiùs à ſecundo Cyri. Nam Perſarum regum annos enumerans, Cyro tricenos, Cambyſi vndeuicenos aſſignat: ex quibus nouem, & D

A quadraginta conflantur, quæ ſunt hebdomades ſeptem. Cùm igitur anno ſecundo Darij Hyſtaſpis F. Zorobabelem miſſum eſſe dicat, ac templum inſtauraſſe; Darium verò ſtatim poſt Cambyſen recenſeat; palam eſt epocham hebdomadarũ ab anno ſecundo Cyri inchoari, eáſq; in anno Darij ſecundo terminari; vt idem author apertè docet. Qui & annos ſeptuaginta Hieremiæ ab anno primo Olympiadis XLVIII, quem vndecimum Ioacimi, & Nabuchodonoſori ſeptimum conſtituit, ad ſecundum Darij perducit. Neque verò ſeptuaginta ipſas hebdomadas continuari cenſuit: ſed eius partes tres, quas diximus, temporibus diſtraxit. Alioqui ſecum ipſe nimis apertè pugnaret. Nam Perſarum imperio tribuit à Cyro annos CCXXXV; inde ad obitum Cleopatræ, CCCIV. Fiunt à Cyro ad Actiacam victoriam anni quingenti triginta nouem. Adde iam cæteros, qui ad Chriſtum, & hinc ad Hieroſolymitanum excidium fluxerunt: longè plures colligentur anni, quàm CCCCXC, qui eſt hebdomadarum ſeptuaginta modus. Quocirca Clemens primum interuallum annorum XLIX ab initio Cyri ad ſecundũ Darij perducit: tum B ſexaginta duas hebdomadas, hoc eſt annos CCCCXXXIV, deinceps ſubiicit. Vtraque interualli pars in Chriſtum aliquem, id eſt vnctum deſinit. Poſt VII enim hebdomadas, Chriſtus rex Iudæorum, hoc eſt ἡγούμενος, Hieroſolymis extitit, quo nomine Iudaici populi principem, ac ducem intelligo: quando ſua genti libertas eſt, ac Reſpublica reſtituta. Sexaginta duæ verò in Chriſto Domino terminantur, qui tum vnctus à Patre dicitur. quod ad Natiuitatem ipſius, an ad Baptiſmum pertineat, non ſatis apparet. Poſtrema ac ſeptuageſima hebdomas dirempta eſt à cæteris, ac diuulſa: cuius dimidiam partem extrema tempora Neronis occuparunt, quando Hieroſolymis abominationem erexit: alteram dimidiam Otho, Galba, Vitellius, ac Veſpaſiani priores anni ſibi vindicant; ad vſque ciuitatis ac Templi vaſtationem vltimam. Hæc eſt Clementis Alexandrini ſententia: quam ideo paulo vberiùs explicauimus, quod ij qui diuerſas antiquorum de hebdomadibus opiniones afferunt, non ſatis illam expreſſiſſe mihi videntur: ne ipſe quidem Hieronymus, qui non animaduertit ſeptuageſimam hebdomadem C ſolitariam, & ab reliquis ſeiunctam accipi. Sed eſt eadem illa, quod nemo prorſus ignorat, ἀσυμφόρητος, miniméque cohærens. Cyri primus annus ex accurata putatione cadit in primum Olympiadis LV, Iulianæ Periodi 4155. Ab hoc ſi annos CCCCLXXXIII, hoc eſt hebdomadas LXIX enumeres, calculus in annum Per. Iul. 4637 deſinet; qui eſt Vrbis conditæ DCLXXVII, quartus iniens Olympiadis CLXXV; ante Chriſtianam æram ſeptuageſimus ſeptimus. Quare ad Chriſti natalem, aut Baptiſmum minimè pertingit. Reliqua opinionis huius ἀσύστατα, & abſurda prætermitto.

Secundo loco recenſendus venit Euſebius, qui lib. VIII de Demonſtratione pleniſſima diſputatione quæſtionem iſtam ediſſerit: ac primùm Africani ſententiam explicat; de qua ſubinde non agemus. poſtea duplicem ſubiungit ſuam. Prima eſt, hebdomadas VII à Cyri anno primo, ad Templi opus abſolutum intercedere; nempe ad ſextum Darij, ſex & quadraginta; quibus tres accedunt anni, quibus vicina templo ædificia ſunt extructa. Inde ſexaginta duas hebdomadas numerat ad Alexandri Iannæi mortem. ad hanc enim Pontifices Hebræi legitima ſucceſſione populo præfuerunt; quem Χριστὸν ἡγούμενον interpretatur. aliàs tamen D eodem capite ad Pompeium, & Hieroſolyma capta perducit hebdomadas. quanquam poſtea à Cyro ad Hieroſolymitanam ἅλωσιν, Pompeio duce, computat annos CCCCXCV. Quare tota illius ratio fluctuat. Altera eſt eius opinio; Hebdomadas LXIX, ſiue annos CCCCLXXXIII ab anno Darij ſecundo, ad Auguſtum & Herodem fluxiſſe; nempe ad annum XV Auguſti, quo Ægypto, ac terrarum orbe potitus eſt. Neque tamen in eo ſibi conſtat Euſebius. Quin ſubinde LXIX hebdomadas commodum in Chriſti natiuitatem deſiiſſe confirmat. Sed prior germana videtur authoris eſſe ſententia, vt ad Ægyptum debellatam, hoc eſt annum primum Actiacum extendantur hebdomades: cùm ſub idem tempus Hyrcanus τῶν Χριστῶν, id eſt Pontificum poſtremus ab Herode ſit occiſus. Vltima hebdomas, perinde vti Clemens fecerat, longo à prioribus interuallo diſtracta bifariam tribuitur. Dimidiam enim partem Chriſti poſt Baptiſmum, κήρυγμα, & Paſſio tenuit; reliqua poſt eius mortem in Euangelio, regnóque Chriſti confirmando cor-

Euſebii ſententia duplex.

Euſebius pag. 246.

roborandóque poſita eſt. Docet hoc ipſe, pag. 249; etſi ambiguè & impeditè loquitur. A Neque tamen adeo eſt obſcurus, vt abſurdiſſima illa ſententia meritò imputari ipſi poſſet, quàm vulgò pro Euſebiana circunferri video: nimirum ſeptuageſimam hebdomadem annorum eſſe ſeptuaginta, & à baptiſmo Chriſti ad Ioannis Apoſtoli mortem, ac Traiani tempora pertinere. Quod à mente Euſebij eſt alieniſſimum. Nam is apertè ſcribit, hebdomadis illius vltimæ partem dimidiam annis conſtare tribus cum ſemiſſe, qui Chriſti Domini κηρύξει tribuuntur: alteram partem annorum eſſe totidem. licet in hac ipſa deſignanda ſubabſurdus videri poſſit, cùm ita ſcribit: μετὰ δὲ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, τὸν ἴσον, ὡς εἰκὸς, τῶν ἐτῶν χρόνον τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς καὶ Ἀποστόλοις συνῆν, δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς, &c. Totidem annis poſt reſurrectionem, cum Diſcipulis verſatum ait eſſe Dominum, quot in prædicatione conſumpſerat. Falsò id quidem. Sed videlicet hebdomadis alteram partem non integram accepit Euſebius: ſed eius duntaxat initium, quo tempore Chriſtus cum Apoſtolis fuit. Negari tamen non poteſt quin perplexè, & inconditè ſcripſerit. ſed non ita, vt hebdomadem illam LXX annis circunſcribere videri potuerit. Idem Euſebius in Chronico LXIX hebdomadas, B id eſt annos CCCCLXXXIII propagari cenſet ad annum Abraami MDCCCCLXXXIII; tertium Olympiadis CLXXXVI: ita vt hebdomadum clauſula ſit Antigoni vltimi Haſamonæorum obitus, & Herodis ſucceſſio.

Neutra tamen Euſebij ſententia cum hiſtorica veritate, ac temporum ἀκριβείᾳ congruit. Nam ab anno primo Cyri, ſiue Olympiadis LV anno primo, Periodi Iulianæ 4155, anni CCCCLXXXIII numerati deſinunt in annum Periodi Iulianæ 4637, qui eſt quartus Olympiadis CLXXV, Vrbis DCLXXVII. quod quidem tempus reuera ad Alexandri Iannæi mortem conuenit; ſed Hieroſolymorũ ἁλώσει, & Pompeij victoria prius eſt annis ferè quindecim. Nam cur in Alexandro Chriſtorum, id eſt Pontificum ſucceſſio terminetur, nihil cauſæ poteſt afferri, cùm Hyrcanus Pontifex poſt illum fuerit, genere ac ſucceſſione legitimus. Porrò à primordio Cyri, quod incidit in annum Periodi Iulianæ 4155 ad Hieroſolyma capta, Coſſ. Antonio, & Cicerone, qui eſt annus Vrbis DCXCI, Periodi Iulianæ 4651, anni putantur CCCCXCVII. Altera ſententia, quæ à ſecundo Darij ad Antigoni necem, & C Herodis initium, annos CCCCLXXXIII, hebdomadas nouem, & ſexaginta numerat, in epocha ipſa Darij fallitur. Nam ſecundum eius confert in Olympiadem LXVI; vltimum hebdomadum in Olymp. CLXXXVI. Atqui primus annus Darij ἀποδεικτικῶς ſtatutus eſt lib. II, cap. VIII, in anno Periodi Iulianæ 4193, quarto Olympiadis LXIV. Secundus itaque cadit in primum Olympiadis LXV. Antigoni verò nex, & Herodis initium alterum incurrit in annum IX Iulianum, Periodi Iulianæ 4677, qui eſt Olympiadis CLXXXV quartus iniens. Vno itaque tantùm anno computus aberrat. Sed in priore pro ἑξηκοστῆς, καὶ ἕκτης, legendum, καὶ πέμπτης, vt eſt in Chronico. Atque hoc quidem pacto anni totidem inter vtramque epocham intercedent, quot LXIX hebdomades exigunt; nimirum CCCCLXXXIII. Sed à vaticinio Danielis aliena videtur eſſe maximè poſterior. Si quidem Chriſti nomine Pontifices omnes Hebræos, eorúmque nouiſſimum ex Haſamonæis Antigonum intelligi, parùm conuenit; vti poſtea in oraculi ipſius enarratione docebitur. Deinde Chriſti atque Meſſiæ vel ortus, vel Paſſio ipſa, vel inſigne certè quidpiam illius, hebdomadum clauſula eſſe debet; quod in illa Euſebij opinione non cernitur. D In Herodem cur deſinant, nulla ex Danielis verbis occaſio ſatis idonea colligitur. Quod idem & de Hyrcani nece, quam Euſebius parùm conſtans ſibi hebdomadum fini præſcribit, vſurpare poſſumus. Vt omittam minus id cõſentaneum eſſe, poſtremam hebdomadem tanto ab antecedentibus interuallo dirimi.

Aliæ ſententiæ duæ.

Reliquæ ſunt opiniones duæ: quarum prior ab anno ſeptimo Artaxerxis Longimani; poſterior ab eiuſdem viceſimo hebdomadas incipit: ambæ autem in eundem conſpirant exitum; qui eſt annus Dominicæ Paſſionis. Sed prior annos communes, hoc eſt Iulianos, vel lunares embolimis menſibus implicatos numerat; altera lunares ſimplices, & intercalaribus menſibus ſolutos: vtraque ſolidas hebdomadas LXX, annos CCCCXC. Author poſterioris eſt Africanus apud Euſebium

Pag. 242.

lib. VIII de Demonſtr. Qui hebdomadas LXX à viceſimo anno Artaxerxis inchoat, qui eſt annus CXV ab initio Perſici regni: ab Hieroſolymitano verò exci-

A dio, CLXXXV; Olympiadis octogeſimæ tertiæ, quartus: à quo ad ſecundum Olympiadis CCII, quo paſſus eſt Chriſtus, quique eſt Tiberij XVI, anni ſunt CCCCLXXV lunares ſimplices, quæ ſunt Octaëterides LIX, & menſes tres. Cùm igitur octaëteris quælibet tres menſes embolimos habeat; colliguntur ex embolimis menſibus anni XV ferè; qui ad ſuperiores additi, ſummam conficiunt annorum CCCCXC. Hæc Africanus apud Euſebium. quæ in Scaligerianis Excerptis è Georgio Monacho longè aliis verbis explicantur, quàm quæ ab Euſebio ipſo deſcripta ſunt. Pag. 63. Sanè quidem annus II Olympiadis CCII exiens cõuenit in annum editionis Iulianæ LXXVI; Periodi Iulianæ 4744, quo annus ſecundus Olympiadis illius cœpit, ac tertius iniit: quem nos annum Dominicæ Paſſioni præfigimus. Sed idem Tiberij non XVI, ſed XVIII, hoc eſt XVII iniens numerari debet. atque ita, niſi fallor, ſcripſit Africanus: tametſi ιϛ' perinde in Scaligeri παρεκβολαῖς leguntur. At Hieronymus decimum quintum annum ex Africano concipit, quo paſſum ipſe dixerit Chriſtum. Sed veriſſimum eſt, quod dixi, id in exeuntem decimum ſeptimum
B cadere. Artaxerxes porrò cœpit anno IV Olympiadis LXXVIII, Per. Iul. 4249, vt ſuo loco demonſtratum eſt. Ergo viceſimus illius iniit anno Per. Iul. 4268, tertio Olympiadis LXXXIII; deſiit verò ineunte quarto Olympiadis eiuſdem. Quare ab anno Per. Iul. 4269 Africanus hebomadas inchoauit. Inde verò ad annum ſecundum Olympiadis CCII anni ſunt ſolares CCCCLXXV. Deſinunt enim in annum Per. Iul. 4743, qui eſt æræ Dionyſianæ, XXX. Ergo & Paſſio Domini, & hebdomadarum clauſula in XXXI æræ Dionyſianæ conuenit. Huic Africani ſententiæ hodierni plerique Scriptores Annalium, & Chronologi ſubſcribunt. quod aptiſſimè numerus annorum ille cum initio hebdomadarum, ac fine conſentiat. Præſertim cùm apud Danielem ſcriptum ſit; ſeptuaginta hebdomadas abbreuiatas eſſe. quod ſic interpretari illi ſolent, vt ex plenis, & ad Solem occurrentibus annis Lunæ detractis embolimis menſibus, contractiores facti ſint, & Arabici. Verùm id in opinione illa diſplicet, quòd eiuſmodi annorũ forma vſum eſſe Danielem putat, quæ apud Iudæos nunquam in vſu verſata eſt. Sanè cùm annorum certum numerum
C præfiniuit Angelus, non alios vſurpare debuit, quàm qui Iudæis noti, vel populares eſſent. At Arabicos iſtos, & ſimplices lunares gens iſta non tenuit. Neque verò abbreuiandi vocabulum detractum aliquid de anni ciuilis modo ſignificat; ſed alia notione ſumitur; vt poſteà dicetur. Nunc de ea quæſtione, quid Scaliger ſenſerit, poſtremò videamus.

Scaligeriana de hebdomadibus Danielis ſententia in vtraque editione refellitur.

CAPVT XXXI.

SEVERVS Sulpitius lib. II Hiſtor. Danielis hebdomadas LXIX ab anno ſecundo Darij Nothi (quem Ochum nominat) ad Hieroſolymorum excidium pertinere putat; ita vt anni CCCCLXXXIII inter vtrumque terminum intercedant: de ſeptuageſima hebdomade verbum nullum. Hanc Sulpitij epocham Scaliger in vtraque editione I.
D complexus eſt; tametſi diuerſa vtrobique de huius interualli διασκευῇ ſcripſerit. Scaligeri opinio in editione ſecunda. In priori quidem annos CCCCXC, id eſt hebdomadas integras ſeptuaginta à ſecundo Darij Nothi, qui eſt Periodi Iulianæ 4291, auſpicatus, eaſdem in annum circiter XI, vel XII Neronis deſinit, Periodi Iulianæ 4781, tertium ferè ante Vrbis excidium, quod in annum Periodi Iulianæ 4783 confert. Nam initio Iudaici belli cœpiſſe putat βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, qui eſt Romanorum exercitus, Vrbi ſanctæ circundatus. Poſtea ſeptem hebdomadas, & LXII à Daniele diſtinctas ita diſpenſat. Negat ambas iſtas partes, cum ſingulari hebdomade, quam ſubinde commemorat, partes eſſe τοῦ ὅλου, ſeptuaginta videlicet hebdomadum, de quibus loquitur Angelus com. 24. *Septuaginta hebdomades determinatæ ſunt ſuper populo tuo*, &c. Neque enim partes illæ continuantur, ſeptem hebdomades, ſexaginta duæ, & vna denique. ſed à diuerſis capitibus proficiſcuntur, nec eodem cõſpirant. VII hebdo-

mades, ſiue XLIX à ſecundo Darij Nothi ad XXXI Artaxerxis Memoris pertingunt, quo tempore Hieroſolymorum plateis, vicíſque directis, & abſoluto ædificiorum opere, Neemias in Perſidem rediit; Nehem. v, 14, & XIII, 6. Igitur anni XVII reliqui Darij Nothi cum annis XXXII Artaxerxis Memoris annos faciunt XLIX. At hebdomades LXII, annóſque CCCCXXXIV ab anno quinto Artaxerxis ad annum Paſſionis Dominicæ porrigit, quem Per. Iul. numerat 4747. Proinde anno V Artaxerxis latum eſt edictum, cum quo anno vertente Eſdras cum reliquiis populi in Iudæam profectus eſt. Poſtremò ſeptuageſimam hebdomadem duas in partes tribuit: priorem verò, annorum IV cum ſemiſſe, à Baptiſmo Chriſti ad eius Paſſionem extendit; reliquum biennium cum ſex menſibus ab XII Neronis ad bellum Iudaicum patratum. A

II. In editione prim. a quid ſenſerit. In Editione verò ſecunda totum ipſum hebdomadum, annorúmque σύςημα ab anno ſecundo Darij Nothi ad excidium Templi perducit. Sed præter hebdomadas LXX, annóſque CCCCXC, vnius dimidium, id eſt annos tres, & ſemiſſem adiicit; vt in totum anni ſint CCCCXCIII ½ à ſecundo Darij Nothi ad Hieroſolymorum excidium. Quæ quidem ſingillatim ita demonſtrat. Quod enim à Darij Nothi ſecundo initium hebdomadarum capi debeat, inde colligit. Nam tria ſunt expreſſa ſacris in hiſtoriis edicta regum Perſarum, quibus ædificandorum Hieroſolymorum, & templi poteſtas eſt facta: Cyri quidem Eſdr. I, 2, & VI, 3: Darij, cap. VI, II: Arxaxerxis, cap. VII, II. Non poteſt edictum eſſe Cyri, de quo meminit Daniel. Nam inde putati anni CCCCXC deſinunt in Herodis initium; quod alienum eſt. Neque Artaxerxis eſſe poteſt. Siquidem Artaxerxes ille non eſt ὁ μακρόχειρ Zerxis F. ſed ὁ μνήμων, Darij Nothi filius: vti probatum eſſe dicit capite ſuperiori, in quo de Perſarum regum ſucceſſione diſſeruit. At ſi ab eius anno primo putentur anni CCCCXC, deſinent in annum primum Agonis Capitolini Domitiani. quod eſt ridiculum. Ab edicto igitur Darij numerandi ſunt; quem non Hyſtaſpis F. ſed Nothum eſſe, eodem illo ſuperiori capite definiuit. Tum alio id argumento probat, quod validiſſimum telum appellat. Quippe annis ante ſecundum annum Darij, ſeptuaginta, ieiunia quinti, & ſexti menſis inſtituta iam erant; vt Zachariæ VII, 5 ſignificatur. At ea non potuerunt alibi, quàm Hieroſolymis, & ab Eccleſia conſtitui. Nam nulla ſolenna celebrata ſunt in exilio; vt ex Scenopegiæ feſto liquet; cuius cultus obliuioni traditus eſt, Neemiæ VIII, 15, 16. Sed & Daniel à IV die Niſan ad XXIV ieiuniat. Ergo XIV Niſan Paſcha non celebrauit. *Nulla ergo ſolennia, aut ieiunia in deportatione inſtituerunt, ſed in Palæſtina, iam altari ſtante, & iugi ſacrificio obtinente, illa inſtituta ſunt.* Cùm igitur Zacharias anno ſecundo aſſerit Darij prophetans, ante annos LXX inſtituta eſſe menſis quinti, ac ſeptimi ieiunia; ſi ab anno ſecundo Darij Hyſtaſpis F. retrò numeres, nempe ab anno Per. Iul. 4194, deſinet calculus in annum quartum à capto Sedecia, quo nulla erat Eccleſia in Palæſtina. Quare ab anno ſecundo Darij Nothi retexendi ſunt, vt deſinant in XXVIII Darij Hyſtaſpis F. quo tempore Iudæi Hieroſolymis quidem degebant; ſed nondum Templum, ac mœnia Vrbis extruxerant.

pag. 594. B C

III. pag. 567. Iam verò partitio illa hebdomadum VII, LXII, & I, interuallorum continuationem habet nullam, & nihilo arcaniorem ſenſum continet, quàm minæ apud Ezechielem, cap. XLV, 12 diuiſio in XXV, XX, & XV ſiclos: quæ ſumma efficit ſexaginta. In hebdomadibus mentio fit paſſionis Chriſti, & Hieroſolymitani excidij. quod interuallum eſt annorum XXXVII. Alia itaque ratio eſt hebdomadum omnium LXX; alia partitionis. Hebdomades LXX cum dimidia ab anno II Darij ad Hieroſolymitanum excidium pertingunt. At LXII hebdomades in necem Meſſiæ deſinunt. Quare ſi retexantur earum anni, qui ſunt CCCCXXXIV, peruenietur ad annum V Artaxerxis Memoris, Per. Iul. 4313. quo edictum de inſtaurandis Hieroſolymis latum eſt. Septem hebdomades quò ſpectent neſcire ſe profitetur Scaliger. Septuageſimam hebdomadam vel integram accipi poſſe dicit; vel dimidium eius ante, alterum dimidium poſt paſſionem. *Sed quæ acta, vel geſta illi tempori attribuenda ſint, viderint*, inquit, *eruditiores*. Præter hebdomadas denique ſeptuaginta, dimidiam vnam admetitur. Etenim Danielis illa verba, quæ poſt ſexaginta duas hebdomadas, ſeptem, & vnam ſubiiciuntur: *Et in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia;* nouæ dimidium ſignificare videntur. D

pag. 570.

A In vtraque Scaligeri opinione multa ſunt, quæ meritò à nobis improbantur. Refutatur vtraque Scaligeri ſententia.
Primum nequaquam ab anno ſecundo Darij Nothi, ſed Hyſtaſpis F. computandæ fuerunt hebdomades, ſi quidem ab edicto Darij proficiſci illas oportebat. Hic enim, non Nothus, in Iudæorum gratiam edictum tulit, de quo Eſdræ VI; nec non apud Zachariam, & Aggæum fit mentio, vt ſuo loco probatum eſt. Deinde partitionem earumdem hebdomadum in ſeptem, & ſexaginta duas, atque vnam non rectè accipit. Nam & continuari interualla ſingula veriſimilius eſt, & quomodo à Scaligero deſcribuntur, iocularem & abſurdam rationem continent. Sanè cùm Propheta dixerit com. 24, *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam*, &c. móxque ſubiiciat. *Ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Heruſalem, vſque ad Chriſtum ducem, hebdomades ſeptem: & hebdomades ſexaginta duæ erunt.* deinde: *Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna*: nemo prudens aliud concipere animo poteſt, niſi totum illud annorum ſyſtema, hoc eſt hebdomadas LXX, trifariam ab Angelo diſtribui,
B & has partes interualli totius eſſe, ſeptem, ſexaginta duas, & vnam: quòd in ſingulis præcipuum aliquid, & quod populi maximè intereꝛat, adminiſtrandum eſſet. Alioqui, ſi poſterioris partis epocha, priore nondum euoluta parte, conſtituta eſſet ab Angelo, totum illud vaticinium cum hac interuallorum diſtributione abſonum & inconditum videretur. Atque vt ſeptuagenariæ ἑβδομάδος partes continuas eſſe, Propheticæ orationis contextus ipſe demonſtrat: ſic poſtremæ hebdomadis partes & ipſæ ſecum inuicem cohærent, neque tanto interuallo, quantum in editione prima poſuit, ſeparari poſſunt.

In altera porrò ſecundæ editionis opinione, cùm illud minimè probatur, quòd Darium, cuius edicto reficiendi Templi poteſtas eſt facta, Nothum eſſe ſtatuit: tum quod ad eam rem probandam argumentum aſſumitur, euidenter eſt falſum. Nullum deportationis tempore ſolenne; ieiunium nullum ait inſtitutum; nec alibi, quàm Hieroſolymis, & altari, iugique ſacrificio ſtante, potuiſſe conſtitui. Atqui Mardochæus & Eſther in Perſide ſolennia feſta non ſolùm inſtituerunt; ſed eorum quoque religionibus Iudæos omnes obſtrinxerunt,
C Eſther capite IX, 20, 21, & 31. Nam feſtum Phurim biduo peragendum poſteris etiam perpetua lege commendarunt. De Paſchate, mirum non eſt à Daniele fuiſſe prætermiſſum. Neque enim alibi, quàm Hieroſolymis ſacrificare licuit. De azymis panibus, dubitant Hebræi, præſertim Aben Hezra in Scholiis ad caput X Dan. com. 4, vbi incertus eſt, an primus qui dicitur menſis Niſan ſit, an primus anni tertij Cyri. Chryſoſtomus tamen Orat. II con. Iud. Theodoretus, aliique non ſolùm Paſcha, ſed Azymorum quoque ſolennes dies negant in deportatione celebrari fas fuiſſe; & Iudæos, qui azymorum duntaxat religionem ἐν τῇ διασπορᾷ retinent, ideo reprehendunt. quod & probabile eſt. Sed non eadem religionum aliarum, ac ieiuniorum eſt ratio, quæ certo loco nequaquam ex lege ſunt adſtricta. Quare ex Paſchate, & Scenopegia non bene ratiocinatus eſt Scaliger, vt contra diſertiſſimum Scripturæ teſtimonium negaret vllum in deportatione ſolennem diem inſtitutum fuiſſe. Denique dimidiata illa hebdomas, quam ἐξ ἐπιμέτρου ſeptuaginta ple-
D nis arrogat, etſi probabilitate ſua non caret, non tamen ex Prophetæ verbis neceſſaria aliqua conſecutione colligitur. Itaque nos illam reſpuimus.

Probabilis ex opinione noſtra LXX *hebdomadum ratio diſputatur.*

Capvt XXXII.

Hebomades deſinũt in paſſionẽ Chriſti.

QVI Angeli verba Danielis IX capite prudenter expenderit, nullum aptiorem iis terminum præfiniri poſſe iudicabit; quàm Paſſionem Chriſti. Cùm enim comm. 25 totam ὁμάδα ſeptuaginta hebdomadum in VII, & LXII partitus eſſet (vltimam paulò pòſt ſubiunxit) ſtatim com. 26. *Et poſt hebdomadas*, inquit, *ſexaginta duas occidetur Chriſtus.* Quare poſt LXIX abſolutas, in ſeptuageſima vtique, ac poſtrema, Chriſtus occidendus erat. Fruſtra itaque finis alius hebdomadibus iiſce terminandis quæritur: fruſtra longiùs à Dominica Paſſione ſummouentur ad excidium Vrbis. Vera illarum clauſula, & Propheticæ, vt poſtea declarabitur, orationi maximè cõſentanea eſt Chriſti Paſſio, quæ in nouiſſimam hebdomadem incurrit. B Conſtituto hebdomadũ exitu, facilè ad initium peruenitur. *Ab exitu ſermonis*, inquit, *vt iterum ædificetur Ieruſalem, vſque ad Chriſtum ducem, hebdomades ſeptem, & hebomades ſexaginta duæ erunt.* Exitũ ſermonis vulgò ſic accipiunt, vt מוצא, exitus, ſit prolatio, ac pronunciatio decreti, quod à Perſarum rege profectum eſt. Sed quod non vnius regis edictũ exierit, in varia tempora hebdomadarum initium diſtrahitur. At ego vocabulum מוצא non ſolam arbitror edicti promulgationem, ſed amplius aliquid eſſe: nempe id quod Latina vox propriè ſignificat; veram, ac ſeriam decreti illius executionem: ita vt, mora omni, impedimentóque ſublato, opus ipſum vrgeri, & Hieroſolyma inſtaurari cœperint. Ita non difficile eſt aſſequi de quo potiſſimum edicto locutus ſit Angelus. Quamuis enim ſuperioribus, ac tribus Perſarum principum decretis (quatuor enim fuerunt) Templi pariter atque Vrbis excitandæ poteſtas facta ſit, tamen multa interuenerunt, quæ ſuſceptam vtriuſque exædificationem, ac Iudæorum conſilia diſturbarent. Itaque Templum ipſum nonniſi ab anno Darij ſecundo bona fide extrui cœptum eſt: adeo vt ſexto eiuſdem regis C anno vltima ſit operi manus adhibita. Eſdr. 1, cap. VI, 15.

Quod ad Vrbem pertinet, fatendum eſt quidem poſt edictum Cyri, identidem eius vnà cum Templo inſtaurationem aggreſſos eſſe Iudæos, ac primùm tumultuaria aliquot ædificia, & verò ſepta quædam excitaſſe, in quibus tantiſper habitarent. Sed cùm nihil templo ipſi præuertendum putarent, in id incubuiſſe maximè, & vrbis ædificatione poſthabita, Templi ſtructuræ potiùs inſtitiſſe: quoniam vtrumque ſimul aggredi rei pecuniariæ prohibebat anguſtia. Quocirca dilata eſt Vrbis, ac mœnium extructio in complures annos, videlicet in Artaxerxis viceſimum. quando Nehemias ab eo miſſus cum ſumma poteſtate, ac literis ad Præfectos regios, opus illud ad exitum perduxit. Neem. 1, & ſequentibus. Ex quibus apparet, exitum ſermonis de inſtauranda Vrbe, id eſt inchoatam ædificationem, ac ſine impedimento vllo ſuſceptam, ex illa regis authoritate, quam nulla fraus, ac vis hoſtium amplius eluſit, conuenire in annum Artaxerxis Longimani viceſimum. Nam hactenus etſi regia decreta de Templi, & Vrbis inſtauratione D eſſent expreſſa, nondum, quod ad Vrbem ſpectat, exitum ſuum conſequi potuerant. Eſt autem rationi conſentaneum, Angelum, cùm ab aliquo Perſarum principum decreto de Vrbe nominatim ædificanda edito ſeptimanarum illud interuallum auſpicari vellet, illud elegiſſe præ cæteris, cuius vi, & auctoritate Vrbs ipſa primùm cœpta ſit extrui: quorum illud vnicum erat, ac ſingulare, quod ab aliis diſcerni facilè poterat, quæ caſſa fuerant, & irrita. Oportet, inquam, verbum illud, & edictum, cuius ab exitu numerantur hebdomades, peculiare aliquid, ac præcipuum habere, quod reliquis minimè conueniat. hoc verò nihil eſt aliud, quàm quod reuera, vti decretum fuerat, opus ipſum deinceps vrgeri cœperit, quod ex aliis obtineri nondum potuerat. Alioqui ſi ad ſolam regio aliquo decreto datam Vrbis excitandæ facultatem reſpexiſſet Angelus, nimis perplexè, & quaſi cauillatoriè eſſet locutus, neque, vt par erat, interualli, quod deſignabat, initium diſtingueret.

A Nobis igitur in eo cum pleriſque conuenit, ab anno Longimani viceſimo ſeptuaginta hebdomadas inchoari. Sed in viceſimo illo definiendo, plurimùm ab illis diſcrepamus. Non enim ab obitu Xerxis ipſum numeramus, ſed ab eo tempore, quo in regni communionem ab illo vocatus eſt. Duplex enim Artaxerxis exordium libro x conſtituimus: alterum anno Xerxis circiter duodecimo, Periodi Iulianæ 4240; alterum poſt eius obitum anno Periodi Iulianæ 4249. Ita decem ferè annis cum patre regnauit; vel ſpeciem, titulúmque potiùs habuit regni. Quam noſtram opinionem capite illo probabilibus coniecturis, & argumentis aſſeuerauimus; quæ ne hoc loco repetantur, inde poſtulanda ſunt.

Initium hebdomadũ ab anno xx Artaxerxis Longimani.

Summa itaque noſtræ ratiocinationis eſt: Cùm non aliunde commodiùs, quàm à viceſimo anno Artaxerxis Longimani caput hebdomadum peti poſſit, vt ſuprà demonſtrauimus: non poſſit autem viceſimus ille à Xerxis obitu computari, quoniam pauciores inde quàm anni CCCCLXXXIII ad Paſſionem Chriſti numerantur. (Etenim Paſſio Chriſti anno Periodi Iulianæ 4744 contigit, vt ſuo loco definitum eſt: at viceſimus annus ab obitu Xerxis eſt Periodi Iulianæ 4268. Interuallum
B anni CCCCLXXVII.) porrò ex antiquorum Scriptorum authoritate non abſurdè colligatur, viuo adhuc parente Artaxerxem ad imperium eſſe prouectum, ídque ante Themiſtoclis aduentum accidiſſe; quem anno circiter decimo quinto Xerxis in Perſidem veniſſe conſtat. his de cauſis veriſimile putamus annis ſaltem tribus ante profectionem Themiſtoclis, Artaxerxem ſaltem titulo tenus regem eſſe conſtitutum, ad eúmque abſente patre Themiſtoclem literas, vt ſcribit Thucydides, dediſſe. Nam quod Africanus contractos ac diminutos annos, id eſt lunares ſimplices, & Arabicos intellexit, id nequaquam probamus, qui populares, & vſitatos annos ab Angelo præfinitos eſſe credimus. Atque hæc ipſa duplicis initij in Artaxerxe rege ſuſpitio non leuibus ex coniecturis, atque ex grauiſſimorum hiſtoricorum inter ſe comparatione ducta, eo minus improbanda Chronologis eſt; quod ipſimet ſimilem exitum in difficillimis temporum quæſtionibus expedire cogantur, præſertim ſacrorum. Nam vt regum Iudæ, atque Iſraëlis annos inter ſe concilient, eò plerumque neceſſe habent confugere, vt cum parentibus filios regnaſſe dicant; tametſi nullum cur id affirment, argumentum aliud habeant,
C præter hiſtorici loci difficultatem. Nobis verò, cùm, præter alias opportunitates hiſtoricas nobiliſſimorum authorum teſtimonia ſuffragentur, quæ illîc ſunt explicata copioſiùs, cur duplicem illam Artaxerxis epocham affirmare verebimur, & ab earum priore, interualli noſtri primordium arceſſere? Nam hoc initio poſito, reliqua deinceps egregiè reſpondent. Annus viceſimus Artaxerxis à priore initio eſt Iulianæ Periodi 4259, Olympiadis videlicet LXXXI ſecundus, Mundi 3529. Ab hoc hebdomades ſeptuaginta putatæ, ſiue anni CCCCLXXXX, deſinunt in annum Periodi Iulianæ 4748, Mundi 4018, qui eſt annus poſt Paſſionem Domini quartus. Ita anno tertio hebdomadis ſeptuageſimæ Chriſtus occiſus eſt. Ita enim exiſtimandum eſt; non ſic interuallum illud hebdomadum ſeptuaginta oportere ſumi, vti totæ integræque ante illud, cuius gratia præfinitæ ſunt, myſterium decurrerint: ſed ſatis eſſe, vt in hebdomade poſtrema, eáque labente, necdum finita, peractum fuerit. Vnde non poſt hebdomadas ſeptem, & ſexaginta tres, id eſt abſolutis ſeptuaginta, Chriſtum occiſum iri prædicit Angelus; quod vtique dicendum erat, ſi ad Chriſti necem LXX hebdomades completæ numerarentur. verùm
D poſt ſeptem, & ſexaginta duas, quæ ſunt LXIX, nempe in ſeptuageſima, eundem dixit occidendum. Quò & iſta pertinent: *Et in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia, & ſacrificium*. In dimidio, inquit, hebdomadis; id eſt μεσαζούσης, ſiue in eius parte dimidia. Id verò apprimè ratiocinio noſtro conuenit; quod Paſſionem Dominicam in tertium vltimæ hebdomadis annum coniicit. Cur autem triennium ex vltima hebdomade libauerit Angelus, cauſa hæc optima reddi poteſt, quoniam totidem τῇ οἰκονομίᾳ prædicationíque ſuæ Chriſtus exemit. Nos enim biennium cum menſibus tribus prædicaſſe Dominum credimus: & in tertio Paſchate mortuum eſſe. Quocirca ante κήρυγμα Chriſti, LXIX hebdomades explicatæ ſunt; ipſum verò κήρυγμα, tertium ex ſeptuaginta annum abſtulit. Sed vt obſcuriſſimi vaticinij ſententia plenius exponatur, neceſſe eſt illius verba ſingillatim expendere.

Explicatur opinio noſtra.

Danielis verba ex capite IX ſingillatim explicantur.

Capvt XXXV.

Septvaginta (inquit) *hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam, vt conſummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio, & Prophetia, & vngatur Sanctus ſanctorum. Scito ergo, & animaduerte. Ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Ieruſalem, vſque ad Chriſtum ducem, hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ erunt: & rurſum ædificabitur platea, & muri in anguſtia temporum. Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus: & non erit eius populus, qui eum negaturus eſt. Et ciuitatem, & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo: & finis eius vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia, & ſacrificium: & erit in templo abominatio deſolationis: & vſque ad conſummationem, & finem perſeuerabit deſolatio.* B

Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt] Hebraicè ad verbum *Septuaginta hebdomades deciſum eſt*, enallage ſingularis pro plurali. Græci συνετμήθησαν, contractæ ſunt. Hebr. נחתך à verbo חתך, *concidere*, *incidere*; item *decidere*, *definire*. Priori notione vtuntur ij, qui annos decurtatos cum Africano, id eſt lunares ſimplices intelligunt ſine emboliſmo. Sed poſterior vocabuli ſignificatio videtur aptior, vt deciſas, ac definitas hebdomades dixerit Angelus; quomodo Græcos inter Theodoretus exponit. Nec abhorret *abbreuiandi* verbum, quo noſter vtitur. Siue quod ex incerto, & infinito tempore ad certum, & conſtitutum ſpatium prophetico vaticinio, ac diuina ordinatione contractus ſit aduentus Meſſiæ, eiúſque ἔνσαρκος οἰκονομία. Siue quòd ex longiore interuallo, quod ab Orbis initio fluxit, breuiſſimum reſtabat; quemadmodum in ſenectute vita hominis abbreuiata dicitur. Ita Sanctius. Lyranus barbara voce *regiſtratas* interpretatur. Igitur LXX hebdomades circunſcriptæ ſunt, ac deciſæ *ſuper populum tuum*, id eſt, vt ea, quæ in populi tui gratiam à Deo decreta ſunt, perficiantur; nempe vt & Hieroſolyma inſtaurentur, & in fine hebdomadum Chriſtus veniat, ac morte ſua peccata diluat. C

Hebdomades abbreuiatæ.

Vt conſummetur præuaricatio] Finem hebdomadum, ac Dominici fructum aduentus aliquot capitibus complectitur. Prius illud de conſummanda præuaricatione, & modo peccatis adhibendo dupliciter exponitur. Aben Hezra, nec non Theodoretus, & alij quidam Patres, definitas eſſe volunt hebdomadas, vt Iudæorum ſcelera curſum ſuum teneant, donec conſummentur, & perducantur ad cumulum: vt vbi abundauit delictum, ſuperabundet & gratia. Alter ſenſus eſt: ideo conſtitutas, vt peccato finis imponatur, ac regnum illius euertatur. Etenim Chriſti aduentu, atque morte peccato finis eſt adhibitus. quoniam etſi non minùs in humanum genus illius graſſata ſæuitia eſt; tamen ad illud excludendum cùm efficaciſſima doctrina; tum vberrimis meritis quantum ſatis erat, cumulatiſſiméque præſtitit. Itaque quantum in Chriſti meritis eſt, peccatum omne deletum eſt. at ante Chriſtum, lex ad tollendum peccatum idonea non erat; vt ad Romanos ſcribens docet Apoſtolus. In Hebræo, pro eo quod Latinus habet, *vt finem accipiat peccatum*, ſcriptum eſt לחתם חטאות; quod ſcriptum putant, pro להתם ad obligandum. & ita Græci: καὶ τοῦ σφραγίσαι τὰς ἁμαρτίας. Nam ea velut obſignata dicuntur, cùm clauduntur, &, ne amplius appareant, coërcentur. Sed Diuus Hieronymus להתם legit; vt & apud Aben Hezram, ac Saadiam legimus, à verbo תום, vel תמם, quod eſt *deficere*. Hic prior eſt fructus aduentus Chriſti. Secundus eſt, *vt adducatur iuſtitia ſempiterna*. Aben Hezra nimis violenter ad eundem, quem ſuprà memoraui, ſenſum hæc accommodat. Nam הביא inquit, interdum eſt ad occaſum impellere. & ביאה *occaſum* ſignificat. Melius noſtri; quorum plerique iuſtitiam ſempiternam Euangelium interpretantur, quod priſcæ ac legali iuſtitiæ, quæ ad tempus conceſſa fuerat, in perpetuum ſucceſſit. Tertius his fructus accedit: *vt impleatur viſio* לחתם חזון: καὶ τοῦ σφραγίσαι ὅρασιν, καὶ προφήτην, *vt obſignetur viſio, & Propheta*. quod poſt hebdomadas & Chriſti mortem Prophe-

A ticis viſis, & oraculis finis eſt impoſitus. Quartus denique fructus eſt; *vt vngatur ſanctus ſanctorum*. Hebraicè *ſanctitas ſanctitatum*. Hebræi hæc ad Templum, ac cæremonias ſuas referunt, & multa ſtolidè garriunt. Noſtri non dubitant, quin ſanctus ſanctorum Chriſtus ſit Dominus. Vnde perſpicuum eſt, cùm in eum finem definitas hebdomades aſſerat, vt vngatur Chriſtus, id eſt vt ſub illarum exitum Chriſtus adueniens tria illa, quæ commemorata ſunt, impleat; in eius Paſſionem interuallum illud deſinere: quoniam Chriſti potiſſimum morte vetus lex terminata eſt, & prophetia ſuppreſſa, ac demum ſempiterna in humanum genus eſt inuecta iuſtitia.

Ab exitu ſermonis.] Quæ de ſeptuaginta hebdomadum interuallo generatim dixerat, deinceps, κατ᾽ ἐπεξήγησιν diſtinctius exponit. Exitus ſermonis non edicti ſolùm pronunciatio eſt, ſed executio, vti ſuprà dictum eſt. Porro vel hinc apparet LXIX hebdomadas non vltra Domini Paſſionem excurrere, cùm illas bifariam diſtribuens, in VII, & LXII, poſteriorem partem Chriſti nece terminat. Igitur hebdomadum initium ab edicto illo ducitur, quod Artaxerxis anno x circi- Quis ſit exitus ſermonis, ſiue edictum de inſtaurãda vrbe.
B ter, poſt Xerxis obitum publicatum eſt: להשיב ולבנות Græcè τοῦ ἀποκριθῆναι, καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι, *ad reſpondendum & ædificandum*. Nam & השיב eſt *reſpondere*: propriè verò reducere. Scaliger aduerſus omnium interpretum ſententiam veterum ac recentiorum ſic exponere ſe dicit, vt ſit idem ac rurſum ædificare, Hebraica loquendi conſuetudine. Quæ eſt ipſiſſima Latini noſtri interpretis ſentẽtia, tanto ante Scaligerũ excogitata. Vertit enim: *ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Hieruſalem*. Sexaginta nouem hebdomades deſinunt in Chriſtum ducem, non naſcentem quidem; ſed in lucem, apertúmque prodeuntem, ſéque ad οἰκονομίαν, atque κήρυξιν accingentem; hoc eſt in baptiſmum ipſius, qui anno primo ſeptuageſimæ hebdomadis incurrit. Primum interuallum ſeptem hebdomadum quo pertineat, non ſatis exploratum eſt. Annus primus hebdomadis primæ eſt Artaxerxis Longimani, viceſimus à priore initio, Periodi Iulianæ 4259. ab hoc anno ſi XLIX numeres, poſtremus inibit anno Periodi Iulianæ 4307, qui eſt Darij Nothi XVII. Veriſimile eſt toto illo ſpatio abſolutam fuiſſe penitus vrbem, hoc eſt publica, priuatáque opera,
C & ædificia, domos, viarum ſtrata, & id genus reliqua.

Et rurſum ædificabitur.] Mea hæc ſententia eſt; Angelum poſtquam τὴν ἑβδομάδα bifariam tribuit, quid in ſingulis partibus acciderit, deinceps ſubiicere. Prior pars longè alterâ minor, ſeptem, non amplius hebdomadas complectitur. Hinc igitur platearum ædificatio, & ἐπεξεργασία Vrbis, atque Templi conceditur. Ideo propheticè & obſcurè vocat illam partem צוק העתים *anguſtiam temporum*, quod minus ſit è duobus interuallum. Cum hac interpretatione Gloſſa interlinearis concordat. Alij temporis anguſtias ad moleſtias, ac difficultates referre malunt, quibus ab finitimis hoſtibus vexati ſunt: vt ex hiſtoria Eſdræ colligitur. Græci codices variant. Regij ἐν τῇ στενοχωρίᾳ τῶν χρόνων. Sixtiani, & Aldini καὶ ἐκκενωθήσονται οἱ καιροί: *& euacuabuntur tempora*. quomodo & in M S. catena etiam regiæ Bibliothecæ reperi. Theodoreti M S. itidem liber ἐκχυνωθήσονται. Sanè Tertull. lib. con. Iud. cap. VIII legit. *& innouabuntur tempora*. Sed apparet ἐκκενωθήσονται ſcripſiſſe Theodoretum, qui ad ſententiam noſtram ſic ea verba declarat: τουτέστιν ὁ περὶ τῆς οἰκοδομίας χρόνος.

D *Et poſt hebdomadas ſexaginta duas.*] En alterius, & longioris interualli clauſula; Chriſti Domini Paſſio. Nam Hebraicè eſt משיח. Græci tamen χρῖσμα verterunt; quod eſt *vnctio*. Quanquam alij aliter interpungunt. In Regiis poſt hæc verba, καὶ ἐξολοθρευθήσεται: *& euertetur*: pro quo noſter; *occidetur*. maiorem στιγμὴν adhibent: χρῖσμα καὶ κρίμα οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ. Vnctio, & iudicium non eſt in ipſo. Aldina, & Sixtiana, tum M S. catena Biblioth. Reg. χρῖσμα cum verbo ἐξολοθρευθήσεται cõiungunt; adſtipulante Theodoreto: qui per vnctionem, τὴν τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐπανθοῦσαν χάριν intelligit. Alij ſacerdotium ipſum Iudaicum, quod poſt excidium Vrbis eſt extinctum. Quam ſententiam ij præcipuè ſequuntur, qui hebdomadas ad Hieroſolymitanam ἅλωσιν extendunt. Communis & veriſſima ſententia eſt משיח, *Meſsiam* eſſe Chriſtum Dominum, qui poſt hebdomadas ſeptem, & ſexaginta duas expletas, id eſt ſeptuageſima eſt occiſus.

Et non erit eius populus.] Hebræa præciſa ſunt, & abrupta: ואין לו; *& non ei.* quod

Græci ad χείσμα, vel χεῖμα referunt: ὃ χεῖμα οὐκ ἔσται ἐν αὐτῷ. Interpres noſter anguſtias Hebraiſmi collatauit, & ſententiam ſuppleuit. Et non erit ei, hoc eſt eius; nihil ad eum pertinebit, ſed alienus deinceps habebitur ſceleſtiſſimus ille Iudæorum populus. Alij non multum diſcrepant, qui ſic exponunt: Et non erit ei: nihil Chriſto reliqui erit in Vrbe; ſed inde ſuos educet. Celebre eſt apud veteres Patres oraculum illud ἄγραφον, quo Chriſti Apoſtolis, ac Diſcipulis mandaſſe fertur, vt cùm obſideri Hieroſolymam, & imminere cladem eius cernerent, Pellam, ſiue Scythopolin migrarent. Teſtis eſt Euſeb. lib. III Hiſt. cap. V, & Epiphanius. Alij denique. Et non erit ei; id eſt nullus ſtabit pro eo, neque feret auxilium. A

Et ciuitatem, & ſanctuarium.] Quod ſubinde poſt necem Meſſiæ, calamitas Vrbis atque templi memoretur, ac Romani ducis, & exercitus aduentus, inde nata eſt illorum opinio, qui finem hebdomadum Iudaico excidio circunſcribunt. Sed cùm adeo manifeſtè paulo antè demonſtrauerit, poſt hebdomadas ſeptem, & ſexaginta duas, adeóque in ſeptuageſimâ, occidendum eſſe Chriſtum, nullus ei ſententiæ locus relinquitur. Quare quod ſubiicit de Romanorum incurſione, & Vrbis vaſtatione, non ἀμέσως, neque incontinenti futurum ſignificat; ſed quis deinceps euolutis hebdomadibus, poſt Chriſti paſſionem, rerum ſit futurus exitus oſtẽdit; nimirum defectionem populi à Deo & à Chriſto, Iudæorum perfidiam: tum cladem illius, & calamitatem: ac poſtremò ſacrorum omnium internecionem. Quocirca venturum ducem Titum interpretamur, qui à patre Romanorum exercitui præfectus Hieroſolyma cepit, ac vaſtauit. B

Et poſt finem belli] Hebraica cum Latinis Græciſque non ſatis conſentire videntur. Hanc enim illa lectionem exhibent: *Et vſque ad finem belli deciſæ ſunt deſolationes*, vt Pagninus vertit. Vatablus verò: *excidetur deſolationibus*: ועד קץ מלחמה נחרצת שוממות Ab eo tempore, quo Vrbs obſideri cœperit, vſque ad finem, vehementi calamitate deſolabitur. Græcè porro: καὶ ἕως τέλους πολέμου συντετμημένου τάξει ἀφανισμοῖς. In Reg. τάξει ἀφανισμῶν, vt & in M S. catena. *Et vſque ad finem belli abbreuiati ordinabit deſolationibus*. Abeſt verbum τάξει à Theodoreti Comment. & Euſebio lib. VIII de Demonſt. Vt iſte ſit ſenſus: Et vſque ad finem belli abbreuiati deſolationibus: ſubaudi, velut inundatio ac diluuium calamitas Vrbem occupabit. Theodoretus tamen verba iſta, ἕως τέλους, de fine mundi, ac rerum accipit. Latinus particulam עד *vſque*, reddidit per præpoſit. *poſt.* Nec multùm abhorret, ſi ſic Hebræa velimus exponere. Et vſque ad finem belli præciſum deſolationum; hoc eſt deſolatio ac vaſtitas Vrbis à Deo decreta, atque conſtituta nonniſi poſt belli finem implebitur. C

Confirmabit autem pactum] Abſolutis nouem & ſexaginta, in ſeptuageſima, eiúſque dimidia parte, hoc eſt triennio priore, Chriſtus nouum fœdus confirmabit, prædicatione, miraculis, ac denique morte toleranda. Græci pro hebdomada vna legunt ἑβδομὰς μία, quomodo & Latina poſſunt accipi. In eâdem porrò dimidiâ parte hebdomadis deficiet hoſtia, & ſacrificium; non quod reipſa ſacrificia tùm Iudaica ceſſauerint: ſed quod abrogata fuerint poſtrema illa voce Chriſti morientis *Conſummatum eſt.* quod & velum Templi conſciſſum adumbrauit.

Et erit in templo abominatio] Primum expendenda lectionum varietas eſt. Hebraicè quidem ita ſcriptum eſt. ועל כנף שקוצים משמם: Vatablus: *Et propter extenſionem abominationum deſolabit.* ad verbum: & per alam, vel propter alam abominationum. quam idem Vatablus ſeriem peccatorum, & perſeuerantiam in illis interpretatur, ob quam eſt inflicta vaſtitas כנף propriè eſt *ala*: tùm *extenſio*. R. Dauid Kimhius, *de expanſione abominationum obſtupeſcet homo*. R. Saadias idem eſſe vult, atque יד *manum*. At Pagninus משמם tranſitiuè accipit: *Et ſuper extenſionem abomationum admirari faciet.* Simpliciſſima videtur expoſitio Kimhij. Tanta erit abominatio, támque latè expanſa, vt nemo non vehementer admiraturus ſit plebis Iudaicæ deſolationem; ſed obſtupeſcant omnes. Ita in Radicibus. Neque placet noua quædam vocis כנף explanatio, vt alam, id eſt exercitum, ac militaria ſigna, ſiue Deorum effigies iis inſertas ſignificet: hoc ſenſu. Erit ſuper alam; id eſt in exercitibus, ac ſignis militaribus Idolum aliquod. vel vt ala protectionem ac perfugium ſonet, atque ad templum pertineat; ſuper quod abominatio conſtituta ſit. D

In Græcis quibuſdam codicibus iſta legebantur: καὶ ἕως πτερυγίου ἀπὸ ἀφανισμοῦ,

A καὶ ἕως συντελείας, καὶ σπουδῆς τάξει ἐπ᾽ ἀφανισμῷ. At in vulgatis, καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων. Vox כנף in priori lectione per πτερύγιον, id eſt *pinnaculum* redditur; in poſteriori per ἱερὸν, id eſt *templum* κατὰ συνεκδοχήν. Interpres Latinus, quòd Hebraica impedita forent, & abrupta, Græca maluit exprimere. Porro Græci כנף in ſtatu abſoluto; non, vt hodie ſcriptum eſt per pathah, in ſtatu regiminis legerũt. Nam hoc poſteriore modo *abominationum ala* dicitur. priore verò; *ſuper alam, abominatio.* Nos contrà quam Hebræi ſolent, משמם ad Interpretis noſtri mentem, exponimus *deſolationem*, vel *deſolantem. Et propter expanſam abominationem erit in templo deſolatio, vel ſolitudo, & vaſtitas.* Poſſumus & כנף legere, ac Templum interpretari. *Et ſuper pinnaculum, abominationes deſolantes*, enallage numeri Scripturæ familiari.

Nunc quæ ſit illa deſolationis abominatio, videamus. Difficilis quæſtio, & à multis variè diſceptata. quos non hic ipſe ſolùm Danielis locus exercuit: ſed etiam Matthæi XXIV, 15, Chriſti Domini verba, in quibus Danielis vaticinium adducit. *Cùm ergo videritis abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto; qui legit, intelligat: tunc qui in Iudeâ ſunt, fugiant ad montes.* Daniel verò deſolationis iſtius tribus in locis meminit. Primùm capite VIII, 13. *Vſquequò viſio, & iuge ſacrificium, & peccatum deſolationis* ἡ ἁμαρτία τῆς ἐρημώσεως. Secundò cap. IX, loco illo, quem præ manibus habemus. Tertiò capite XII, 11. *Et à tempore, cùm ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem.* vbi eadem pene, quæ in hoc capite, continentur. Ex iis tribus locis perſpicuum eſt de primo Chriſtum loqui noluiſſe. Nam ad Antiochi Epiphanis tēpora, & graſſationē refertur. Reliqua duo Irenæus l. v, c. XXV; nec non Hilarius ad Antichriſtum, & extrema mundi tempora reuocauit. Satius eſt duodecimi capitis locum ad Antichriſtum: noni verò, ad Hieroſolymorum cladem accommodare. Proinde Chriſtus ad iſtum ſolum reſpexit, & vtrobique, tam in Euangelio, quàm apud Danielem, eadem eſt abominatio deſolationis. Hanc verò permulti Romanum interpretantur exercitum, quibus circundata eſt Ieruſalem: alij ſeditioſorũ manus, quæ obſidionis tempore in Vrbe, ac templo graſſabantur; vti erant Zelotæ. alij denique ſtatuas, & idola in Templi ipſius

Quæ ſit abominatio deſolationis.

C loco conſtituta. Qui Romanum exercitum interpretantur, iis fauere Lucas videtur, qui cap. XXI, 21 ita ſcribit. *Cùm autem videritis circundari ab exercitu Ieruſalem.* De ſeditioſis Iudæis ſuadet quod Ioſephus lib. V τῆς ἁλώσ. Cap. II, vel XXII, poſtquam Zelotarum immanitatem, & crudelitatem expoſuit, ita narrat: ἦν γάρ δή τις παλαιὸς λόγος ἀνδρῶν· ἔνθα τότε τὴν πόλιν ἁλώσεσθαι, καὶ καταφλεγήσεσθαι τὰ ἅγια νόμῳ πολέμου, στάσις ἐὰν κατασκήψῃ, καὶ χεῖρες οἰκεῖαι προμιαίνωσι τὸ τοῦ θεοῦ τέμενος. *Vetus erat hominum fama, tunc Vrbem expugnatum iri, ac bellica vaſtatione ſancta conflagratura; poſtquam incubuiſſet ſeditio, ac ciuium manibus ipſis Dei templum pollueretur.* Aut igitur gentilium exercitus ſanctam vrbem obſidens; aut ſeditioſi illi non Vrbem modò, ſed etiam Templum occupantes; aut ambo ſimul abominatio deſolationis appellatur à Daniele, atque Chriſto.

De ſtatuis autem, ac ſimulacris idipſum Hieronymus in caput XXIV Mat. Chryſoſt. Theophyl. ac Theodoretus in Daniel. explicant. nec diffitendum eſt abominationis vocabulum ex vſu Scripturæ idolis maximè competere. Sic enim Macc. lib. I, cap. I, 57, appellatur illa ſtatua, quam Antiochus Ieroſolymis in Templo
D collocauit. Sed hoc argumento refelli vulgò ſententia iſta ſolet, quòd ea ſimulacra, quæ ab Romanis in vrbe conſtituta feruntur, partim reuera poſita non fuerint; etſi id à Præſidibus, vel Procuratoribus tentatum ſit: (vt à Pilato, qui renitentibus Iudæis ceſſit, authore Ioſepho lib. XVIII, cap. IV, & lib. II τῆς ἁλώσ. cap. VIII; nec non à Petronio, qui idem à Caio mandatum exequi cupiens, ab incepto deſtitit.) partim ad rem non faciant. Nam abominatio illa deſolationis, de qua Matthæus meminit, ante excidium contigiſſe videtur: id quod Matthæi verba præ ſe ferunt.

Mihi verò abominatio deſolationis nihil aliud videtur eſſe, præter ruinas ipſas, ſtragémque templi; ac cùm Iudaicorum omnium ſacrorum, & ceremoniarum interitum; tum loci ipſius ſacri, quæ arx religionis fuit, proculcationem, ac ſempiternam vaſtitatem, & horrorem. quæ qui viderit, is vehementer obſtupeſcat.

Hanc vrbis, ac templi vaſtitatem conſecuta eſt multiplex loci ſacri contaminatio: maximè cùm ibidem Adriani equeſtris ſtatua, & alia Deorum ſimulacra collocata ſunt. Quicquid igitur eſt, quo templi locus inquinatus, ac fœdatus eſt: tùm ruinæ ipſæ, ac perpetua ſolitudo, abominatio deſolationis à Daniele nominatur. Ita & ſtatuæ, idoláque in Vrbe, vel ad eam collocata poſtea ad eandem abominationem pertinent. De Matthæi verbis rectè Maldonatus exiſtimat; nequaquam abominationem deſolationis à Chriſto, velut ſignum quoddam excidij venturi, Diſcipulis eſſe traditam; ita vt antegreſſa ſit. ſed cladem ipſam vrbis intelligi, & contaminationem, quam paulo antè declarauimus. Itaque comma iſtud 15. *Cùm ergo videritis*, &c. non reſpondet ſequenti, & particulæ, *tunc:* ſed ſententiam abſoluit, hoc ſenſu: *Cùm videritis abominationem deſolationis*; id eſt vaſtitatem, ac ruinas vrbis, & locorum ſacrorum inquinationem, quam Daniel prædixit; qui hæc, inquam, viderit, & cum Danielis prophetia contulerit, intelligat verè eſſe completum, quod ille vaticinatus fuerat. Porro ſequentia: *Tunc qui in Iudæa ſunt*, &c. ad priora illa pertinent. *Audituri enim eſtis prælia*, &c. com. 6. Hæc interpretatio ambiguitate nos omni, & inextricabili moleſtia liberat. Eſt enim alioqui difficile ſtatuere, quid illud ſit abominationis nomine cenſendum, quod velut ſignum Chriſtus Diſcipulis oſtenderit, vt eo conſpecto, fugâ cladem Vrbis anteuerterent.

Et vſque ad conſummationem] Græca, Latináque omni ambiguitate carent. Significant enim, vſque ad rerum exitum, & mundi conſummationem, ſolitudinem illam eſſe manſuram. Hebræa quidam ſic explicant: *Et vſque ad deſinentem, & conſummatum* (ſub. mundum) *ſtillabit ſuper attonitum, & ſtupentem*, videlicet Iudæorum populum. Alij; *donec conſummatio, & quidem deciſa, atque certa, deſcendat ſuper vaſtitatem*. Ita Vatablus; vbi ſubaudiendum eſt verbum, *deſtruet*. Optima eſt Latini noſtri ſententia: ſecundum quam ſempiternam fore Dei in Iudæos iram demonſtrat. Hic enim nominatiuus ſubaudiendus eſt in verbo תתך. Nam deſolationis vox in Hebræo non comparet, quam Latini, & Græci adiiciunt, ſententiam magis ſecuti, quàm verba. At enim dubitatur an perpetua in vrbe ſolitudo fuerit, cùm ab Adriano conſtet inſtauratam poſtea fuiſſe. Facilis eſt reſponſio. Nam de templo maximè Propheta loquitur; quòd nunquam deinceps excitari potuit: quamuis magno Iudæi conatu ſæpius id aggreſſi ſint.

PARS ALTERA LIBRI, IN QVA NOVÆ quorundam ſuper Annalium ordinatione opiniones excutiuntur.

Operis illius, cui Nouæ, veræque Chronologiæ titulus inſcribitur, ſumma breui compendio declaratur: cuius author plures annos in Faſtis vulgaribus ſuperfluos eſſe defendit.

CAPVT XXXVI.

CVM duplex ſit doctrinarum vſus omnium, atque fructus; alter quid in re quâque verum ſit aſſequi: alter, dignoſcendæ, ac conuincendæ falſitatis rationem tenere: vterque verò iis ex artibus potiſſimum exiſtat, quæ in diſputatione, ac controuerſia poſitæ ſunt: nos eius quam tradimus ſcientiæ cupido lectori duodecim fere libris ambo illa præſidia contulimus. Nam in ſingulis pene temporum quæſtionibus, partim errore antè conuicto, quid verum, aut probabile eſſet inquiſiuimus: partim ab huius inueſtigatione ad falſi reprehenſionem diſputatio noſtra progreſſa eſt. Eſt autem pars illa methodi totius, quæ in falſis diiudicandis; ac certa ratione conuincendis poſita eſt, vtilis imprimis, ac ſigulare quoddam hiſtoriæ munimentum: quo detracto, ab errore illa ſe nequit, aut erroris certè metu defendere; atque in tuta & tranquilla veritatis poſſeſſione conſiſtere. Itaque quod de Ariſtotelis Philoſo-

A phia dixit author grauis Themiſtius Orat. 11, eam Platonicæ velut ſeptum ac propugnaculum eſſe; ne hæc aggreſſu facilis, & falſitatis incurſionibus expoſita ſit: idem de Chronologia licet vſurpare, & eam hiſtoriæ dicere ἅμα μὲν γενναῖον προτέλειον, ἅμα δὲ θριγγόν τε, καὶ φυλακτήριον. εὐβάτου γὰρ οὔσης, καὶ ἐπιδρόμου, τειχίσαι τε, καὶ περιφράξασθαι, καὶ πανταχόθεν ἀποκλεῖσαι τὰς ἐπιβουλὰς τῶν δογμάτων. τοὺς δὲ πολλοὺς ὑπ' ὄκνου, καὶ ῥαθυμίας ἀφράκτους τε ἐθέλειν, καὶ ἀναλείφους διαγωνίζεσθαι. *vnà & optimum exordium, & propugnaculum, atque ſeptum. Nam cùm acceſſu facilis, & incurſionibus obnoxia ſit; muniri illam ab altera, & vallo quodam cingi: tùm contrariorum dogmatum inſidias vndique propulſari. At plerique ob ignauiam & ſocordiam non ſatis cauti, atque muniti, neque athletarum inſtar vncti in certamen ſeſe committunt.* Dici nihil ad rem noſtram poteſt aptius; neque melius exprimi vſus ille, quem hiſtoriæ Chronologia præſtat; quàm iiſce verbis à Themiſtio deſcribitur. Ac qui ſeſe diligenter in hac διακριτικῇ, & ἀντιῤῥητικῇ parte doctrinæ huius exercuerit; ſimulatque propoſitum erit aliquid, quod veræ, à ſeque ſuſceptæ ſententiæ ſpecie aliqua probabilitatis aduerſabitur; illudi ſe, ac decipi minimè patietur: ac tùm ſuam ipſæ cauſam a-
B cerrimè tuebitur: tum quid in alienâ vitioſum, infirmúmque ſit, animaduertet, & in conſpectum proferet. Quod cum totis duodecim libris minutatim, ac per ſingulas partes & quæſtiones efficere ſtuduerimus: viſum eſt poſtremò generatim hîc vſus illius aliquod præbere ſpecimen; & in iis nonnullorum inuentis excutiendis operæ aliquid ponere, quibus non vna, alteráve Chronologiæ pars oppugnatur, ſed tota ipſa penitus, atque à fundamento conuelli, labefactarique creditur. Huius generis, inſtitutíque duos præ cæteris libros elegimus; in quibus vſum methodi noſtræ, ac doctrinæ illum exhiberemus quem diximus. Quorum prior ante plures iam annos: poſterior tribus ferè abhinc in lucem exiit. Vterque verò cùm aduerſus & noſtra, & communia Chronicorum placita non pauca defendat, viſum eſt in ambobus examinandis vim præceptorum noſtrorum in ſtudioſi lectoris gratiam experiri.

De Ariſtotelis Philoſophia Themiſtij dictum.

Extitit igitur ante annos fere XIV à primario, & pererudito viro in lucem editus liber, cui titulus iſte præfixus eſt: *Nouæ, veræ, & exactè ad calculum aſtronomicum*
C *reuocatæ Chronologiæ capita præcipua, quibus tota temporum ratio continetur, & innumerabiles omnium Chronologorum errores deteguntur.* Huic propoſitum eſt, euerſis communibus, ac longo vſu ſæculorum receptis, & inueteratis opinionibus, nouas quaſdam, & hactenus inauditas aſſerere. ſic vt vetere propemodum extinctâ, alia deinceps ordinatio temporum adhibenda ſit; alius Faſtorum Annaliúmque contextus. Opus eſt non vulgari ſtudio, ac diligentia conſcriptum: authoritatum quidem, ac teſtimoniorum incredibilem habet copiam; quæ vndique conquiſita ſuum ad negotium applicauit. Quanquam non omnium, quæ noua in ſcientiam temporum inuexit, rationes illîc, & argumenta protulit: ſed pleriſque tantummodo propoſitis, ac notatis, ea ſe pleniùs alio in libro tractaturum eſſe promiſit. quod vtrum præſtiterit hactenus ignoramus. Quorum igitur παραδόξων probationes diſtulit, ea nos miſſa faciemus. quæ verò ſic attulit, vt eorum diſputaret argumenta; quæ quidem non vnam aliquam Chronologiæ partem, ſed ſummam ipſam, vt iam diximus, tot à nobis laboribus ac vigiliis confectæ, ac ſuperioribus libris compre-
D henſæ artis oppugnant, ea nos ſeparatim hîc examinanda, & vno velut aſpectu diiudicanda ſumpſimus. Ac permulta iam ſparſim & ſicubi opportunum erat, attigimus. Hoc verò loco ſubductam ex omni illius opere ſummam breuiter colligemus. Ea porrò capite potiſſimum iſto continetur.

Annos ab Vrbis Romæ conditu negat rectè hactenus eſſe numeratos. Sed primùm octo; deinde ſeptem, & ſex; ac demum quinque labem annorum imprudentibus obrepiſſe. Nam ab Auguſti Cæſaris obitu ad mortem Neronis, quinque paria Conſulum temerè inſerta putat, dum ſuffecti Coſſ. pro ordinariis habentur. Rurſus poſt annum ab V. C. DC vſque ad primum Iulianum, tres annos ſuperfluos in Faſtis eſſe dicit. hoc eſt annos Romanos triennio ſolido minores eſſe vertentibus: ita vt pro annis Solaribus, & Iulianis accepti, integro triennio redundent. Ita cùm anni quinque, & tres, id eſt octo ſuperfuſi ſint, rerum geſtarum omnium tempus octo annis anteuertere Faſtos vulgares ante annum V. C. DC. Poſt hunc verò, quia paulatim tres abſorbentur anni, de octennali παρεμπλάσει ſenſim trien-

Nouæ Chronologiæ ſumma.

nium decedit. ſic vt primò ſeptem; tum ſex; ac poſtremò quinque annorum προ-χρονισμῷ Annales aberrent. quod poſtremum vitium deinceps hæſit in Faſtis, & Chriſti annos occupauit. Nam & Iuliana (vt putat) epocha, & Chriſti æra quinquennio anticipatur in Faſtis. A

Huius præpoſteræ Romanorum Annalium ordinationis cauſam interpretatur fuiſſe, quòd Elidenſes ex Olympiadum catalogo tres quaſi minimè legitimas expunxerint, quibus per vim alij præfuiſſent. Vnde duodecim annis infra communem calculum ſubſtiterunt. quod inter alios Polybius eſt ſecutus. Quocirca cùm hoc modo duodecim annis tardiùs, quàm in Faſtis Capitolinis, res geſtæ redderentur, contigit vt primùm anni tres poſt annum Vrbis DC deducerentur à Polybio, qui ſub annum DCXXIV mortuus eſt. Deinde vt Tarrutius tribus etiam annis Polybianam anticiparet epocham. Ita ſex annorum μεταχρονισμὸς reſedit. Quem quidem poſt Neronis obitum conditores Faſtorum communium vt reſarcirent, quinque paria Coſſ. inſeruerunt, & annum primum Olympiadis cuiuſque non in eo Iuliano, quo deſiit, anno, ſed in antecedente, quo Olympias eſt habita, ſtatuerunt. aut aliud certè Conſulum par inculcarunt. Poſt Neronis mortem Faſtos rectè habere iudicat. Hæc igitur nouæ opinionis, Chronologiæque ratio; hoc firmamentum eſt. Octennio primùm res geſtas citiùs in Faſtis vulgaribus conſignari, ex nonnullis luminarium deliquiis probat; quæ totidem annis reuera tardiùs, quàm vulgò fit, collocanda ſunt. Porrò tres annos poſt Vrbis conditæ ſexcenteſimum annum exhauriri: ita vt octennium illud ad quinquennium redigatur, certis ex authoritatibus adſtruit; velut Liuij, Flori, & Eutropij: in quibus triennio tardius anni V. C. notantur, quàm in Capitolinis: vt appareat iſtos triennio eſſe prolapſos. Demum quinque annorum προχρονισμὸν poſt mortem Neronis in Faſtis reſediſſe, partim ex eclipſibus, partim ex authorum teſtimoniis demonſtrat. B

Quoniam ergo triplex erroris faſtigium ab erudito viro Faſtis vulgaribus tribuitur: vt octo primùm annos ſuperfluos adimiſerint: tum vt triennium paulatim detractum fuerit: demum vt quinque Conſulum paria redundarint: nos trifariam hanc diſputationem partiemur; vt in ſingulis capitibus propria cuiuſque partis argumenta, & teſtimonia ponderemus. Quibus expenſis, tùm denique Faſtorum communium ordinem, ac ſeriem ab omni erroris ſuſpicione purgabimus. C

De octo annorum labe, quam Faſtis vulgaribus Noua Chronologia tribuit. Oſtenditur fruſtrà id opinari virum doctum, & hac ex parte integros Annales eſſe. Eclipſes pleræque ſuis temporibus conſtitutæ.

Capvt XXXVII.

QVOD igitur octo annorum προχρονισμὸς ante annum ferè DC ab V. C. in Faſtos inciderit, argumentatur ex Solis, Lunæque defectionibus, quas cùm certis annis authores addixerint, eædem tamen octennio tardius accidiſſe reperiuntur ex aſtronomico calculo, quàm vulgares Faſti repræſentent. D

Harum prima eſt illa, quam Liuius lib. VII Dec. I ſignificat, anno quo Coſſ. fuerunt M. Rutilius IV, & T. Manlius II. Nam inter illius anni prodigia refert noctem intendi viſam interdiu. Altera eſt Solaris eclipſis illa, quæ anno ab V. C. DXXXVII Varroniano vulgò tribuitur, qui eſt Per. Iul. 4497, ante Chriſtum CCXVI. Atqui deprehenditur illa in anno CCIX ante Chriſtum; nempe Per. Iul. 4505, octo annis tardiùs, quàm habeant communes Faſti. Hanc porrò Liuius initio lib. II Dec. III ſignificat; cùm ait in Sardinia Solis orbem minui viſum: & Arpis viſam eſſe Lunam cum Sole pugnantem. Cuius & Obſequentem meminiſſe dicit, & Silium. Tertia eſt eclipſis, cuius mentionem facit Polybius lib. IV. quæ cùm vulgo anno ante Chriſtum Vrbis conditæ DXXXV conſignetur, Per. Iul. 4495; ante

Polyb. lib. IV, p. 420.

A Chriſtum CCXVIII; reperitur tamen anno ante Chriſtum CCXI, nocte illa, quæ inter Octobris XII, & XIII interceſſit. Quarta eclipſis Solaris anno V. C. Varroniano DLXIV congruit. Qui cum vulgo putetur annus ante Chriſtum CXC, nonniſi CLXXXIII eſt: quando Sol defecit in gradu Libræ 22, 40′, 35″. Quinta Solis defectio anno Vrbis DLXVI accidit. Eadem porro anno CLXXX ante Chriſtum incidit in gradu Leonis 20. Atqui annus DLXVI vulgò in annum Per. Iul. 4526, confertur, qui eſt ante Chriſtum CLXXXVII. Sexta eſt lunaris illa, quæ anno Vrbis DLXXXVI congruit Paulo Æmilio & Craſſo Coſſ. Sole in Aquarij verſante gradu 4, 51′, 34″. cùm in Macedonia Paulus eſſet.

Septimam & octauam eclipſin ex Plinio lib. II, cap. XXXIII, & Obſequente refert. è quibus ille C. Cæcilio, & Cn. Papirio Coſſ. qui eſt annus Varronianus DCXLI ſcribit lumen de cœlo noctu viſum. hic autem C. Mario, & Q. Lutano Coſſ. qui eſt annus Vrbis DCLII, in caſtris lucem nocte fulſiſſe. Quæ duo portenta ad Solares defectiones totidem accommodat. quas quidem octo annis tardius B accidiſſe colligit, quàm vulgo putetur. Eſt autem duorum illorum annorum prior in Periodo Iuliana, 4601; poſterior, 4612.

Hæc ſunt nouæ illius opinionis de octennij προχρονισμῷ firmamenta præcipua. Quæ mihi certè parum firma, & idonea videntur. Nam aut luminarium defectiones finguntur, quarum nullam Authores neceſſariam ſignificationem dederunt. aut eædem aliis annis, & quidem legitimo tempore ac Faſtis vulgaribus conſentaneo repræſentantur. Prima omnium, quæ Rutilio IV, & Manlio Coſſ. ponitur, perleui coniectura nititur. Neque enim intendi noctem interdiu idem eſt, ac Solem interuentu Lunæ deficere. Cùm & interdiu caligo nonnumquam, & noctu repentina lux oborta ſit. quemadmodum Plinius, Iulius Obſequens, ac Liuius paſſim memorant. Ac cùm oſtentum illud repentinæ caliginis extemplo dedicationem ædis Monetæ ſecutum ſit, vt teſtatur Liuius: ea verò Kalendis Iuniis dedicata ſit, vt Macrobius ſcribit: non videtur ſatis apta illi tempori Solis illa defectio, quam Vir doctus ad id accommodauit, quæ anno ante Chriſtum 337 congruit. qui eſt Per. Iul. 4377, quo Sol reuera defecit Iulij 14 ſub occaſum. Neq; enim C Kalendę Iunij Romani decimo-quarto Iulij noſtri tam propinquę fuiſſe videntur: cùm retrò potiùs vt plurimum caput anni, menſiúmque ſoleret referri. Secundam Solis eclipſin ex Tabulis noſtris Pariſinis eruimus illo ipſo anno, cui vulgò tribuitur annus Vrbis ex Varroniana putatione 537. nimirum Per. Iul. 4497; ante Chriſtum 217, Cn. Seruilio, C. Flaminio Coſſ. quando ad Thraſimenum lacum ingens illa clades eſt accepta. Tum enim defecit Sol Carali in Sardinia Febr. XI. Vera Synodus ex noſtris tabulis hora poſt meridiem 1, 48′, 0″. Apparẽs autem hora 3, 9′. Fuitq; amplius digitorũ ſeptem, & ſuprà duas horas durauit. Viſa eſt autem primùm hora 2, 2′ à meridie. Deſiit hora 4, 11′, vna fere ante Solis occaſum, qui in illo climate hora 5, 5′ poſt meridiem occidit. Fruſtrà igitur eclipſis alia quæritur: cùm hæc tam ad hiſtoriam appoſita ſit. Nam appetente vere Solis orbem minui viſum eſſe in Sardinia refert Liuius: & Arpis Solem cum Luna pugnantem. Neque verò Iulius Obſequens, quod ſciam, huius prodigij meminit. Sed nec apud Silium Italicum inueni, quos Vir ille doctus teſtes præter Liuium citauit.

D Tertium Lunæ deliquium, cuius Polybius meminit; non minùs ad communem Chronologiam competit. Siquidem anno Per. Iul. 4495, quo Conſules fuere Liuius Salinator, & Æmilius Paulus, defecit Luna. Fuitque totalis eclipſis. quæ quidem in Myſia cœpit Martij XX, hora poſt mediam noctem 0, 25. Deſiit autem hora 3, 45′ poſt mediam noctem diei XX; durauitque horas 3, 20′, 0″, ac fuit digitorum 12 ⅓ fere.

Quarta Solis eclipſis bellè quoque ad annum Per. Iul. 4524 quadrat: qui eſt Vrbis conditæ Varronianus DLXIV. Defecit enim Sol Martij XIV, feria 2. Nouilunium verum ex tabulis noſtris contigit Romæ hora 7, 10′ à media nocte, tempore phyſico. Sol in gradu Piſcium 19, 43′. Nouilunium apparens hora 6, 26′ paulo poſt ortum Solis. Initium eius ante ortum hora 5, 31′. Finis hora 7, 20′. Tenuit horas 1, 48′, & hora circiter integra Romæ conſpecta eſt. Digitorum fuit XI, 25′. Eſt id verò tempus longe ad Liuij authoritatem accommodatius, quàm quod Vir doctus annis octo poſtea deſignat, in gradu Libræ 23 ferè. Etenim viſa tum ecli-

Eclipſes variæ ſuis annis aſſeruntur.

pſis Romæ, cùm ad Aſiaticam expeditionem L. Scipio proficiſceretur, & A. D. V. A
Eid. Quintiles. qui menſis vtique in vernum tempus cadebat: cùm Ianuarius in Autumnum ſubiiſſet: vt alibi demonſtratum eſt. Sed & idem Liuius ſubiicit, per idem tempus, quo L. Scipio cum claſſe appulit in Græciam, ne ſegnia æſtiua forent, Acilium Amphiſſam oppugnaſſe, cui obſidioni ſuperuenit Scipio.

Quinta Solis defectio non alio anno quærenda fuit, quàm qui vulgò anno Vrbis 566 tribuitur: quo Coſſ. fuere M. Valerius Meſſalla, & C. Liuius Salinator, anno Per. Iul. 4526. Quo anno Iulij XVII Sol defecit. Nouilunium verum ex Pariſinis tabulis contigit in meridiano Romæ hora 7, 40′, 0″: Sole in Geminorum gradu 25, 45′ conſtituto. Apparens autem hora 6, 10′ Phyſico tempore: ac duratio tota fuit horarum circiter duarum. Cœpit hora 5, 10′, ſemihora circiter poſt ortum Solis. deſiitque hora fere 7, 10′ à media nocte. quod ita Liuius expreſſit, cùm lib. VIII Dec. IV ſcripſit, luce inter horam tertiam fere, & quartam tenebras obortas eſſe. Fuit autem digitorum ferme XI, 15′: & maxima Solis obſcuratio circa horam diei tertiam incidit. Habemus igitur è Tabulis noſtris quod alio anno, quàm B
CLXXX ante Chriſtum, Per. Iul. 4534, reperiri poſſe vir eruditus minimè putauit.

Buntinghi lapſus.

Neque verò prætermittendum eſt, hanc ipſam defectionem Solis à Buntingho anno mundi 3781 repræſentari. Sed eandem aſſerit Romæ contigiſſe hora poſt meridiem ferè tertia. quam & digitorum tantummodo trium conſtituit. Atqui & ex Tabulis Prutenicis media coniunctio Romæ facta eſt Iulij 17, hora poſt noctem mediam 20, 2′. Vera coniunctio hora 7, 20′. Ex noſtris verò Tabulis media coniunctio Iulij 17, hora 20, 2′. Vera autem hora 7, 47′. Itaque defectio manè contigit. cuius rationem ſuo loco delineabimus. Quin & Liuius tenebras ait obortas inter horam diei tertiam, & quartam, quod de eclipſi digitorum trium vſurpari non poteſt.

Sexta demum Lunæ defectio, quam Vir doctus in annum reiicit 160 ante æram Chriſtianam, hoc eſt Per. Iul. 4554, indéque octennij prochroniſmum colligit in Faſtis vulgaribus; ſine dubio falsò ab illo redditur. Neque enim anno iſti conuenit. Sed Per. Iul. 4546. quo cum vulgò Vrbis annus ex Varronis putatione C
DLXXXVI componitur, quo Coſſ. fuere L. Æmilius Paulus, & C. Licinius Craſſus. Hoc enim anno Lunam defeciſſe conſtat ea nocte, quæ inter Iunij XXI, & XXII interceſſit, paulo ante prælium vltimum, quo Perſeus à Romano exercitu ſuperatus eſt. Vera autem oppoſitio contigit hora 20 circiter à media nocte, in Macedonia; vbi tum Paulus Æmilius erat in procinctu. Durauit horas circiter 4, 6, digitorúmque fuit fere 16, 0′. Ergo tota in caliginem Luna ſubiit. Initium eius hora æquinoctiali poſt mediam noctem 17, 59′: Medium hora 20, 2′. Erat tum luminarium ſitus accuratus, ex Tabulis noſtris, in gradu Geminorum 25, 45′. vbi & ex Prutenicis à Buntingho deprehenditur. Tota in vmbram ingreſſa eſt Luna hora 19, 42′, 0″; emergere autem cœpit hora 20, 22. Deſiit autem obſcurari penitus hora 22, 5′. Quæ cum Buntinghi deſcriptione apprimè conſentiunt. Hinc & Tabularum noſtrarum fides adſtruitur: & vulgaris Chronologia munitur: ut minimè viro illi docto concedendum ſit, qui illam ipſam Lunæ defectionem octennio ſolido tardius confert in annum Per. Iul. 4554, cùm Sol in Aquarij gradu 4, 1′, 34″ verſaretur. Atqui multis modis huius opinionis falſitas conuincitur. Incidit enim eclipſis illa non Ianuario, vel hieme; ſed æſtate. Liuius *poſt circumactum Solſtitium* D
eueniſſe ſcribit, *flagrantiſſimo æſtu*. Plutarchus verò θέρους τε γὰρ ἤδη ὥρᾳ φθίνοντος, *æſtate iam ſeneſcente*. Non poteſt igitur id Ianuario contigiſſe. Porro Plutarchum anni Iuliani ratio, qui ætate illius erat in vſu, in errorem induxit, vt θέρους φθίνοντος id eueniſſe ſcriberet. Nimirum quod defectionem illam Pridie Non. Septembres incidiſſe legerat; vt refert Liuius; quaſi eadem anni forma, idémque ſitus menſium per illud tempus extitiſſet; ita in deſinentem æſtatem contulit. Verùm cùm Ianuarius Romanus in Autumnum fere tum caderet; September in Iulium incurrit. Quod ad Liuium attinet, qui poſt circumactum Solſtitium idipſum notauit, leuis hic in hiſtorico eſt, & ignoſcendus error. Nam neque Pauli Æmilij ſæculo, neque Iulij Cæſaris, Solſtitium ante XXII Iunij circumactum eſt. quod eiuſdem menſis XXV circiter die anno primo Iuliano contigit.

Valer. Max. lib. VIII, cap. XI.

In ſeptima & octaua Solis defectione fruſtra laboratur. Nam nullam verba

A illa Liuij, aut Plinij ſignificant; nec vlla Romæ annis ab Vrbe condita DCI, aut DCXII contigit.

De Annorum trium labe, quam fruſtra Noua Chronologia Faſtis attribuit. Explicantur Liuij, Meſſalæ, Eutropij, & aliorum loca.

Capvt XXXVIII.

Proximvm eſt vt de Faſtorum labe poſt annum V. C. DC diſputetur. Cùm enim hactenus octo annis citius Faſti vulgares hiſtoriarum tempora referrent, paulatim deceſſiſſe triennium putat: ita vt tandem ad quinquennium redacta res fuerit. Quod ex eo confirmat, qua nonnulli Scriptores triennio minus annos V. C. numerant, quàm Capitolini. Iam hoc leue eſt argumentum. Quis enim neſcit hac in re quàm varij ſint B ac diſſidentes hiſtorici, vtque certos Coſſ. alij ponant, alij reiiciant? Qua de re ſtudioſè Sigonius & Onufrius plenis Commentariis egerunt. Præterea quos ipſe citat authores, ij partim antiquiores ſunt; partim recentiores: ac de annis etiam compluribus, qui ſexcenteſimum antecedunt, teſtimonia iſta loquuntur. Ergo in illis octennij προχρονισμὸς elucere debuit, non triennij ſolius. Atqui non omnes authoritates illæ triennij diſcrimen faciunt: ſed biennij ferè: aliæ quadriennij. Imprimis enim quòd annum V. C. qui in Faſtis Capitolinis eſt CCCCIV, à Liuio Varrone, & eius Epitome; necnon Floro numerari dicit CCCCI, id eſt falſum. Liuius enim lib. VII Dec. I quadringenteſimum annum Vrbis ita concipit: *Quadringenteſimo anno quàm Vrbs Romana condita erat, quinto & triceſimo, quàm à Gallis recepta, ablato poſt nonum annum à plebe Conſulatu, patricij Coſſ. ambo ex interregno Magiſtratum iniere, C. Sulpitius Peticus tertium, M. Valerius Poplicola.* Hi Coſſ. in Faſtis Capitolinis annum obtinent CCCXCVIII, in Varronianis CCCXCIX. Biennio igitur à Capitolinis; vno, ab iſtis diſcrepant. De anno porro ſequenti *Creati* C *Coſſ.* ait, *ambo patricij M. Fabius Ambuſtus III, T. Quintius.* Hi Capitolinorum Faſtorum annum CCCXCIX tenent; Varronianorum CCCC. Falſum ergo eſt eum annum CCCCI appellari; qui ſit in Faſtis Capitolinis CCCCIV. Nam CCCCIV annus in Capitolinis Dictatorem habet primò Camillum; tùm Conſulem cum collega P. Claudio Craſſo. qui annus eſt apud Liuium conditæ Vrbis CCCCVI.

Sic annum Capitolinorum Faſtorum DC Fuluio Nobiliore, & Annio Luſco Coſſ. quòd in Epitome Liuij libri XLVII numerari dicit annum Vrbis DXCVII, in vulgatis exemplaribus DXCVIII notatur: vt biennij ſit, non triennij diſcrimen. Vnicus ergo locus eſt in Epitome Flori, qui triennio minus Vrbis annos computet, quàm Faſti communes. Quippe in breuiario lib. XLIX, ſexcenteſimo altero anno ab V. C. bellum Punicum tertium inchoari ſcribit; cùm DCIV in Capitolinis Faſtis inierit. Eadem triennij labes apud Eutropium. de quo paulo pòſt.

Meſſallam exinde Coruinum teſtem aduocat: qui in libello de Auguſti progenie triennio itidem à communium Faſtorum calculo ſeiungitur. Nam regibus imputat annos 243. Conſulibus verò ad Conſulatum vſque primum Iulij Cæſaris, annos 447. Summa annorum eſt 690. Itaque annum V. C. DCXCIII, qui Conſula- D tum Iulij Cæſaris proximè anteceſſit, vocat annum DCXC; ſeu annum ſeptingenteſimum decem minus. *Ita enim ibidem legendum eſſe ratio ipſa exigit. Principatum enim, vti eum vocat, non autem imperium, ſeu Monarchiam Iulij Cæſaris à primo eius Conſulatu inchoat, exacto ſcilicet anno V. C.* DCXC. Hæc ille. Sed quamuis ſuppoſititij illius Meſſallæ Coruini ſuſque deque habenda ſit authoritas. (quem cùm ſtylus ipſe ὑποβολιμαῖον eſſe ſatis oſtendit: tum nonnulla erudito illo ſæculo non digna. velut quod patrem, & patruum Auguſti vocat Iulium Cæſarem) tamen ne iſte quidem nouæ Chronologiæ ſuffragator accedit. Etenim Tarquinium Superbum imprimis ait anno regni ſui triceſimo quinto (imo viceſimo quinto. Nam Seruio Tullio quatuor & triginta tribuit) pulſum eſſe, ab Vrbe verò condita ducenteſimo quadringenteſimo quarto. Inde à Coſſ. adminiſtrtatã eſſe Rempub. *quorum faſces aduſque Iulij Cæſaris patris patruique tui principatum defluxere, expletis ab Vr-*

Meſſala Coruinus author ſuppoſitius illuſtratur.

be condita annis ſeptingentis decem. Sub quorum Magiſtratuum, Conſulum, Dictatorum, & Tribunorum militarium ductu, per quadringentos quadraginta & ſeptem annos, omnis Italia viribus armorum ſubacta eſt, &c. Cùm igitur regibus annos CCXLIV imputet, non CCXLIII; additis quadringentis & quadraginta ſeptem, fiunt anni 691. Vnde biennio duntaxat à Capitolinis Faſtis diſſentiet; ſi quidem ad Viri docti mentem verba illius interpretemur. Sed non ita eſt. Neque enim illius probanda diuinatio; *decem minus* ſcripſiſſe Meſſallam. Quippe ad vltimum vſque Iulij Cæſaris annum, quo principatus eius, & Monarchia deſiit, annos putat ſeptingentos decem. Principatus autem Iulij Cæſaris nequaquam primo eius Conſulatui conuenit. Quod autem ad annos illos Regum, 447 Conſulum adiungit: primùm quâ licentia Vir doctus ad *decem* adſcribit *minus*, eâdem & nos pro *quadraginta ſeptem* emendabimus *quinquaginta ſeptem*. Annis enim 457 Romanorum Imperatorum res geſtas ac victorias circunſcribit, quibus Italiam Alpes, Gallias, Hiſpanias, Græciam, Africam, ac totum ferè orbem imperio ſubiecerunt. Horum bellorum poſtremum eſt Gallicum, quo Cæſar Galliam ſubegit. Huius annus vltimus Capitolinis Faſtis eſt DCCII circiter. Nam deinceps pacata in Galliis omnia Cæſari fuêre. Si igitur ad annos 244 accedant 457; conficient anni 701; hoc eſt fere 702. vt vno minus duntaxat Meſſalla numerarit. Sed hac caſtigatione prætermiſſa, aliud accipe, quod haud paulo mihi veroſimilius apparet. Sic enim exiſtimo: Meſſalam iſtum ψευδώνυμον, dum 447 annos complexus eſt, temporis illud definiiſſe ſpatium, quo Romanum imperium, nondum oppreſſa libertate, nouis prouinciis eſt auctum: domitis videlicet populis, ac nationibus illis, quas percenſet; Galiis exceptis: quas nouem annorum labore ab Iulio Cæſare partas vnà cum Britannia poſteà ſcribit. Sanè ad annum fere ab V. C. DCXCII Capitolinum; hoc eſt totis 447 annis, omnes illæ prouinciæ, quas illîc enumerat, Imperatorum armis expugnatæ, & ad Romanum imperium additæ fuerunt: exceptis, vti dictum eſt, Galliis; quarum ſeparatim meminit; tùm reliquis, quæ poſt Auguſtum, & erepta iam libertate, ſub ditionem Romani nominis ceſſerunt. A B

Itaque illo ipſo anno DCXCII, M. Meſſalla, & M. Piſone Coſſ. Pompeius de toto pene terrarum orbe triumphauit. quando & glorioſiſſimè illud in concione dixit, Aſiam ſe vltimam prouinciarum accepiſſe, eandémq; mediam patriæ reddidiſſe. Author Plinius. Quocirca meritò annum iſtum, velut victoriarum, & amplificandi imperij libera in ciuitate terminum Scriptor ille conſtituit. Quanto ſit hæc coniectura, quam ſuperior illa Viri docti, probabilior, eruditus Lector iudicet. C

Lib. VII cap. XXVI.

Eutropius explicatur.

Meſſallæ ſuccedit Eutropius triennalis, vt idem opinatur, μεταπλάσεως aſſertor. At is ipſe coniecturam iſtam vel maximè redarguit. Nam in paucis duntaxat annis triennio minus quàm Capitolini Faſti numerat. in pleriſque vno tantum ac duobus. nonnunquam verò quinque, minus. aliâs denique triennio amplius imputat. Triennij μεταχρονισμοῦ apud Eutropium exempla ſeptem nouæ Chronologiæ author adduxit. Sed ex iis demenda ſunt duo. Ita quinque duntaxat in locis triennio calculus illius Capitolino minor eſt. Nimirum in anno DCI, DCLIX, DCLXII, DCLXXVI, & DCLXXVIII. At in annis DCXXVII, & DL, quos pro ſe ille protulit, nequaquam ratio procedit: vt pauló pôſt dicetur. Atqui Eutropius idem quatuor in locis vno tantum anno minus quàm Faſti Capitolini colligit. Primùm enim DCLXXXI annum conditæ Vrbis appellat, quo Coſſ. fuere P. Cornelius Lentulus, & Cn. Aufidius Oreſtes. qui in Faſtis Capitolinis eſt DCLXXXII. Item annum, quo Coſſ. fuere M. Tullius Cicero & C. Antonius, DCLXXXIX: quem Faſti recenſent vno amplius DCXC. Tum annus DCXC ab eo dicitur, qui in Faſtis eſt DCXCI Coſſ. Iunio Silano, & L. Murena. Demum annum DCXCIII nominatim concipit eum, quem Faſti numerant CCXCIV, quo Coſſ. fuere C. Iulius Cæſar, & L. Bibulus. In his quatuor locis vno tantùm anno Capitolinis à Faſtis diſcrepat. At in anno DCXXVII, Coſſ. C. Caſſio Longino, & Sex. Domitio Caluino, biennio minus habet, quàm Faſti, qui annũ iſtum DCXXIX exhibent. Item annum DCXXXIII notat Cõſulatu M. Porcij Catonis, & Q. Marcij Regis; cùm ſit in Faſtis DCXXXV. Tum annum DCXCVII numerat, quo M. Craſſus contra Parthos profectus; qui in Faſtis habetur DCXCIX. In anno porro DCCIX, quo C. Cæſar interfectus eſt cum iiſdem Faſtis conſentit. At in anno DXL ab V. C. quo Coſſ. fuiſſe dicit L. Æmiliũ Paulum, & P. Terentium D

Eutro. lib. VI.

rentium

A rentium Varronem, triennio Faſtos excedit. Hic enim annus in illis eſt DXXXVII Annus verò, quem Eutropius DLI appellat, quo T. Quintius Flaminius aduerſus Philippum regem profectus eſt, in Capitolinis eſt DLV. Quatuor igitur annis, non tribus amplius putat.

Quocirca cùm tanta ſit in Eutropio computandorum annorum ab Vrbe condita varietas; cúmque in annis IV vno tantùm diſcrepet à Faſtis Capitolinis: in tribus, biennio: ſemel verò adamuſſim congruat in annis illis, quos nominatim poſt DC concipit: in quinque verò tantummodo, triennio minus ſubducat: quid eſt tandem cur ex paucioribus iiſce teſtimoniis triennium in annis Vrbis deceſſiſſe Vir doctus argumentetur potiùs, quàm nos vnum annum duoſve aliis ex locis eadem ratione colligamus? Quin illud ſanè probabilius æſtimemus; Eutropium alios alibi Faſtos ſecutum; aut interdum hallucinatum, in ea re minus fuiſſe conſtantem. Cap. 128. Quæ eadem inconſtantia, & in nouam illam ſententiam redundat. Etenim cùm alibi ſtatuat ex annorum octo παρελλήψει Romanis in Annalibus, poſt an-

B num DC ab Vrbe condita paulatim tres annos eſſe detractos: adeo vt iis temporibus, quæ proximè abſunt à DC, ſex vel ſeptem annorum prochroniſmus exiſtat; Cap. 91. ac circa annum DCXXIV, quo Polybius obiit, triennij iam labem, & μετάπτωσιν accidiſſe velit: videmus tamen eodem, quo ille vſus eſt, Eutropio teſte, anno DCXXVII, DCXXXIII, ac longè poſtea, biennij ſolùm, aut vnius etiam anni diſcrimen incurrere.

Subiicit his teſtimoniis vir eruditus Ciceronis locum è Bruto, & Tuſculana Cicero declaratur. I; vbi Liuium poëtam fabulam primùm docuiſſe memorat C. Clodio Cæci F. & M. Tuditano Coſſ. anno poſt Romam conditam DX; cùm tamen Faſti Capitolini Conſules iſtos exhibeant anno DXIII. Atqui in Bruto plerique codices habent; *Poſt Romam conditam quarto decimo & quingenteſimo.* quod Varronianæ putationi, & Onufrij Faſtis congruit: tametſi in nonnullis exemplaribus, *decimo*, non *quartodecimo* legatur: vt in Tuſculana I, cuſi plerique *decimo* itidem habent; cùm in aliis *quarto* amplius ſcriptum ſit.

Aulus verò Gellius etſi libro XVII, capite XXI, anno Vrbis conditæ CCCCLXX Gellius expenditur.

C bellum cum rege Pyrrho ſumptum eſſe dicat, qui in Faſtis eſt annus CCCCLXXIII; non multum nouæ ſuſpicioni fauet. Scribit enim: *Poſt annum V. C. quadringenteſimum ferè & ſeptuageſimum*; nec accuratum numerum, id eſt excurrens prætereà triennium expreſſit; vti fieri ſolet. At cùm idem Sp. Caruilium cum vxore diuortium Romæ primum feciſſe refert anno quingenteſimo vndeuiceſimo; qui ſit in Faſtis DXXIII, caſtigandus iſte locus eſt è capite III, libri IV, vbi idipſum contigiſſe ſcribit anno DXXIII.

Addit Liuij teſtimonia tria. Primum eſt lib. IV Dec. V, vbi L. Æmilium Paulum qui Conſul II cum Licinio Craſſo fuit anno Vrbis conditæ DLXXXV, ſeptimo-decimo anno poſt Conſulatum primum iterum Conſulem factum eſſe refert: triennio vtique plus dicens. Liuij loca quædam enarrantur. Nam primus Æmilij Conſulatus incidit in annum DLXXI. Verùm biennio duntaxat amplius eſt interuallum. Annus enim Vrbis conditæ quingenteſimus octuageſimus quintus, decimus quintus eſt à ſeptuageſimo primo. Nihil nos autem varietas iſta commouere debet. quæ & in aliis ple-

D rique Scriptoribus maior interdum cernitur; neque tamen coniecturis ideo nouis opportuna cenſetur.

Alter locus eſt ex libro IV Decadis III, vbi ab anno Vrbis conditæ Tab. Capit. DXXXIV, ad annum DXXXIX numerat annos octo; triennio plus quàm oportuerat. Atqui annum ipſum DXXXIX ita Liuius exorditur. *Quinto anno ſecundi Punici belli, Q. Fabius Maximus* IV, *M. Claudius Marcellus tertium Conſulatum ineuntes*; &c. Idem porrò primum annum Punici belli Conſulibus aſſignat T. Sempronio, & P. Cornelio Scipioni, qui anno DXXXV Conſulatum geſſerunt. Interuallum ergo annorum non amplius quinque. Quare ſicubi octo annorum apud Liuium conſtitutum ſit, id errori Librariorum, non Faſtorum diſſenſioni debet imputari. Poſtremus eſt locus ex Epitome libri IX Decadis XII. Ibi Auguſtum ait anno ætatis duodeuiceſimo Coſ. creatum. Quod accidit anno Vrbis conditæ Tab. Capit. DCCX, Natus eſt autem Auguſtus anno DCXC. quo incluſo, ad annum DCCVII anni ſunt XVIII. Proinde annum DCCVII, pro DCCX Liuius vſurpauit; vt & Seneca libro de

Clementia I, cap. IX, qui idem cum Liuio de Auguſti ætate ſcripſit. A

Ego verò non maius quàm biennij diſcrimen apud Liuium animaduerto. Annum quippe XX iam exceſſerat Auguſtus, & viceſimum primum inierat, quando Conſul eſt factus. Liuius autem annos habuiſſe ſcribit XVIII: hoc eſt exceſſiſſe, & XIX egiſſe. At Seneca non de anno Conſulatus agit: ſed de antecedente, quo Conſul erat M. Antonius. *Cùm hoc ætatis eſſet* (inquit Neronem alloquens) *quod tu nunc es, duodeuiceſimum egreſſus annum, iam pugiones in ſinu amicorum abſconderat: iam inſidiis M. Antonij Conſulis latus petierat.* Nullus hîc anachroniſmus eſt. Sed cum Faſtis egregiè conſentit. Quo enim tempore Cæſar occiſus eſt, Octauius nonumdecimum agebat annum; & poſt menſes aliquot viceſimum eſt ingreſſus. Rectè ergo Seneca duodeuiceſimum iam abſoluiſſe ſcribit.

De ſexennij anachroniſmo, quem poſt annum Vrbis ſexcenteſimum in Faſtis deprehendit Nouæ Chronologiæ ſcriptor. Expenduntur Ciceronis, Macrobij, Cenſorini, Feneſtellæ, ac Plinij teſtimonia: quibus perperam niti nouam illam opinionem oſtenditur. B

CAPVT XXXIX.

SVB annum Vrbis conditæ ſexcenteſimum paulatim exhauſtos eſſe tres annos, Vir ille doctus exiſtimat; hac quidem progreſſione, vt proxime antè, vel poſt annum ipſum DC, vnus aliquis; inde alter; ac demum tertius annus detractus fuerit. Quo factum eſt, vt octennij παραχρονισμὸς ille, quem irrepſiſſe confirmat, ad ſeptem, & ſex annos redactus, in quinque poſtremò reſederit. Qua ex ratione ſequitur pauciores annos ex rei veritate ab V.C. numerandos eſſe, quàm Capitolini Faſti computent: vt qui annus, exempli cauſa, DXCV in illis cenſetur, nonniſi DLXXXVII ſit. qui DCIV putatur, is reuera ſit DXCVI. Hoc enim modo verum erit quod ille pugnat, octo annis tardiùs Vrbis initium eſſe ſtatuendum. Sic annus V.C. DLXXXVI, quo Perſeus à Paulo Æmilio victus eſt, cum vulgò centeſimus ſexageſimus ſeptimus ante Chriſtum ponatur, nonniſi CLX erit. Hanc eſſe nouæ illius coniecturæ rationem ſuperiori capite monſtrauimus. Itaque mirum deinceps eius eſt inſtitutum, quòd cùm octo primùm, vti diximus, annis Capitolinos Faſtos aſſeueraſſet Vrbis conditæ primordium anticipare, qui ad ſeptem deinde, ſex, & quinque poſt annum Vrbis DC redacti ſint; mox contraria omnia demonſtrat. Non enim anticipatione Faſtos, ſed tarditate peccare colligit. Nam ſex annis Capitolinos Faſtos minus putare docet; cùm antecedentibus capitibus plus iuſto numerare dixiſſet. Atqui ne iſtud quidem iis teſtimoniis, quæ in eam rem confert, effici poteſt; videlicet Ciceronis, Cenſorini, & Macrobij. C

Cicero, inquit, Scipionis ſomnium accidiſſe refert triennio antequam Carthaginem euerteret. Macrobius annum eundem illum à morte Romuli DLXXIII eſſe teſtatur. Porrò ſi Romulus annos XXXVII regnauit; quot ei Chronologi fere omnes tribuunt; conſient anni DCX; in quibus ſex redundant. Nam in Faſtis Capitolinis annus DCIV eſt tertius ante annum illum, quo Carthago deleta eſt. Verùm eodem capite, quod eſt XI libri I in Somnium Scipionis, Macrobius Romulo annos aſſignat XXXII: tùm addit duos, qui ſomnium inter, & conſummatum bellum interceſſerunt. vnde colliguntur anni DLXXIII à morte Romuli ad ſomnium vſque. quandoquidem anno V.C. DCVII Scipio Carthaginem euertit. Apparet ergo non ex certis Annalibus, qui à vulgatis differrent, hanc numerandi rationem hauſiſſe Macrobium. ſed cùm ex Varroniana putatione deletæ Carthaginis annum conſtituiſſet; ac Romulo nōniſi duos, & triginta, vti variæ ſunt de eo ſententiæ, tribuiſſet; interiectum deinde tempus definiiſſe DLXXIII annorum. Quocirca vulgarem Chronologiam Macrobius affirmat: nouam autem illam vel ex ipſius, qui hac vtitur, argumentatione prorſus euertit. D

Cenſorini locus illuſtratur.

Cenſorinus porro capite XVII Piſonis ex Annalibus verba profert; ſed ea val-

A de deprauata; nihil vt ex iis liquidò probari queat. *Roma* (inquit Piſo) *condita eſt anno* IↃXCVI. *Sæculum accipit his Coſſ. quîs proximi ſunt Conſules, M. Æmilius M. F. Lepidus, C. Popilius II abſens.* Ex quibus id obtineri videtur, Coſſ. M. Æmilio Lepido, & C. Popilio Lænate ſecundùm: id eſt anno Capitolino DXCV, ſæculum ſeptimum iniiſſe. quod ipſum conuenire debet anno DCI. Igitur ſexennio toto plus habet Piſonis, quàm Faſtorum Capitolinorum calculus. Verùm quòd mendoſa ſunt Piſonis illa verba; nihil ex iis certò probari poteſt. Quòd ſi viro illi docto credimus, adeo vetuſtum eſt mendum, vt etiam Piſo Cenſorius, & Cn. Gellius, & Caſſius Hemina illud ipſum in ſuis codicibus habuerint; eóque in errorem abducti ſint, vt ſæculares ludos alienis annis addixerint. Quod ſanè παράδοξον nemini perſuadebit. Et quamuis aliquid effici inde ſuſpicemur; primùm non ſex potiùs quàm ſeptem, vel quinque prochroniſmus annorum ex illis orietur. Cùm enim dicit ſæculum ab iis Coſſ. ordiri, quibus proximi ſunt illi qui nominantur, poteſt fieri, vt vel ab antecedentibus anni videlicet IↃXCIV Coſſ. vel à ſequentibus anni
B IↃXCVI inchoari velit. Tum illud intereà reputemus animo; ſi verũ eſt quod vir ille doctus obtinere ſtudet, Faſtos Capitolinos annorum octo prochroniſmo peccare; cum Piſonis antiquiſſimi Scriptoris annales ſex annis illlos anteuertant; conſequens eſſe, vt non octo duntaxat anni; ſed quatuordecim è communibus annorum calculis eximendi videantur. Quam ad licentiam patefacto ſemel aditu, quot erunt Scriptorum de annis Vrbis, Olympiadúmve differentes ſententiæ, totidem de annorum minuendo numero nouæ opiniones exiſtent. quod quàm abſurdum, & intolerabile ſit, nemo non videt.

Accedit ad ſuperiora duo, Feneſtellæ quoque Scriptoris antiqui teſtimonium. qui vt Plinius lib. XV, cap. I refert; Tarquinij Priſci finem poſuit anno V. C. 183, octo annis tardius, quàm vulgò fiat. Atqui ſex duntaxat annorum tarditas, non octo colligitur: ſi quidem anno Vrbis Varroniano 177 Seruius Tullius Priſco ſucceſſit. Secundum Capitolinos verò ſeptem erit diſcrimen annorum. Cæterùm etſi hac ratione aliquot annis tardius, quàm vulgò feratur, Tarquinius Priſcus mortuus ſit; non tamen conſequens eſt octo annos, vt ille cenſet, è Faſtis expungendos
C eſſe, quaſi ſuperfluos. Nam qui octo annis tardius mortem Priſci retulit, fieri poteſt vt plures ei, vel præcedentium regum alicui annos arrogarit, quàm plerique omnes tribuant: & ex ſucceſſorum annis viciſſim verſura facta compenſauerint. Sic enim authores quidam Seruio Tullio nonniſi XXXIV annos adſcribunt. complures tamen XLIV. Item Tarquinio Suberbo plerique XXIV, nonnulli XXXIV aſſignant. Quocirca cùm Seruius ex communi ſententia mortuus ſit circa annum V. C. CCXXI; ex eorum tamen opinione, qui annis XXXIV regnum illius definiunt, mortuus erit anno Vrbis CCXI. Quod ſi quis alicubi hoc legens, aſſeuerare vellet annos decem in Romanis Faſtis deeſſe, nemo illi concederet; propterea quod alibi compenſati anni iſti fuerunt. Sic in annis octo, ſeptémve, quos vir doctus cauſatur, idem accidiſſe probabile eſt. nec vllum ex ea re præſidium illius habere Chronologia poteſt: cùm non ideò breuiore ante Chriſtianam æram interuallo (quod ille contendit) rerum geſtarum incidiſſe tempora neceſſe ſit. Adde Scriptores illos, qui plures à conditu Vrbis annos imputarunt, fortaſſis epocham Vrbis, vel Olympiadum anteuertiſſe. vt qui in Faſtis Capitolinis centeſimus & ſe-
D ptuageſimus ſeptimus eſſet annus, ante Chriſtum 576; idem centeſimus octuageſimus tertius ab illis haberetur, altius annorum Vrbis repetito principio: ante Chriſtum verò nihilominus eſſet 576. Minimè ergo verum eſt, quod ex Cenſorini & Macrobij authoritate concluditur, annum Tabularum Capitol. DXCV eſſe annum ante Chriſtum 150, annum vero V. C. DCIV eſſe ante Chriſtum, 141. Eſt enim ille quidem, ante Chriſtum 157. hic autem, 148.

Feneſtellæ apud Plinium locus expenditur

Præterea ſex annorum labes ex Tarrutij deſcriptione, & eum ſecuti Varronis authoritate defenditur. Hic enim annum, quo & conceptus eſt Romulus, & Vrbis fundamenta iacta, ſex annis infrà vulgo conſtitutam in Faſtis epocham ſummouit. Sed hoc argumentum lib. IX, capite XLVIII diſputatum, plenéque confutatum eſt. vbi Tarrutianam Vrbis epocham cum Varroniana conſentire; aut, ad ſummum, menſibus ſenis diſcrepare perſpicuum fecimus.

Noua Chronol. cap. 106, 107, 108, &c.

Ad hæc Pauſanias in Achaicis ſcribit Corinthiaco bello finem impoſitum à

Noua Chronol. cap. 119.

Mummio Olympiade CLX, Archonte Athenis Antitheo. Cœpit hæc Olympias A anno Per. Iul. 4574. Atqui anno Vrbis DCVII in Faſtis Capitolinis bellum illud à Mummio finitum eſt. qui quidem annus eſt in Per. Iul. 4568. Sex igitur annis Pauſanias à vulgari Chronologia diſcrepat. Hoc nos vltrò fatemur. negamus tamen propterea corrigendos eſſe Faſtos. ſed Pauſaniam ipſum potiùs caſtigandum dicimus. Vrget idem nos Dionyſij Halicarnaſſenſis teſtimonio; qui Sibyllinos libros vſque ad bellum Marſicum incolumes Romæ ſeruatos eſſe ſcribit libro IV: at poſt Olympiadem CLXXIII Capitolio cremato deuſtos eſſe. Atqui anno Vrbis Capitolino DCLXX Capitolium conflagrauit, L. Cornelio Scipione, & C. Norbano Coſſ. ſex demum annis poſt bellum Marſicum, quod anno DCLXIV confectum eſt, qui eſt quartus Olymp. CLXXII.

Nihil eſt facilius, quàm Dionyſium cum vera hiſtoria conciliare. Nam bellum Marſicum πλατικῶς vſurpauit, tanquam inſignem epocham; quòd ſub illud, id eſt paulo pòſt, Capitolium incendio conflagrarit. Mox tamen accuratius tempus concipiens, accidiſſe dixit poſt Olympiadem CLXXIII. Iam quod Tacitus lib. III Hiſt. B arſiſſe templum Capitolini Iouis refert anno CDXV quàm à M. Horatio Puluillo dedicatum fuerat, pro quo Nouæ Chronol. author annos CDXX reſcribit; vt quinquennium ſuum affirmet: cùm reipſa CDXXV anni interiecti ſint, longe videtur expeditius, ſi quid caſtigandum eſt, CDXXV, quàm CDXX reponere. Quod ſi vulgata Taciti lectio retineatur, videri poteſt Hiſtoricus ille Faſtos alios, quàm vulgares ſecutus: eos ſcilicet, qui annum primum ab V. C. decennio toto tardius aſſignabant. quod mirari neminem oportet. Res eſt enim varietatis, & controuerſiæ pleniſſima.

De annorum quinque vitio, quod in Faſtis deinde reſediſſe Noua Chronologia putat. quæ eius ſuſpicio tollitur. Nonnulla Iulij Obſequentis loca declarantur.

Capvt XL. C

Noua Chronol. cap. 118.

QVINQVENNII deinceps vitium in Faſtis ab eodem erudito Chronologo quâ ex authorum teſtimoniis; quâ cœleſtibus obſeruationibus eruitur. ex quo videlicet accidit, vt epocha Chriſti quinque annis tardius Faſtis Conſularibus adſcripta ſit, hoc eſt, vt cùm ęra communis ineat Coſſ. Auguſto XIV, L. Æmilio Paulo Coſſ. & natalis Chriſti competat in eum annum, quo Coſſ. fuere Lentulus, & Piſo: quinquennio ante collocandus ſit, in eo, qui Coſſ. habuit Lælium Balbum, & C. Antiſtium Veterem. Porro antequam ad argumenta illa veniamus, quæ natalem Chriſti propius attingunt: de iis agemus, quæ in ſolis Vrbis annis vulgarem labefactare calculum Vir ille doctus exiſtimat.

Author, inquit, ille vetus, ex quo Sigonius Athenienſium tempora digeſſit, quinque annis tardius Romanas quaſdam hiſtorias conſignat, quàm Faſti Capitolini. Etenim Pyrrhum regem à Tarentinis aduocatum veris initio traieciſſe refert D in Italiam anno quarto Olympiadis CXXV. Atqui vulgò id anno tertio exeunti Olympiadis CXXIV tribuitur, nempe Vrbis anno CDLXXII, qui in annum Per. Iul. conuenit 4433, quo annus Iphiti ab Solſtitio cœpit 496, id eſt quartus Olympiadis CXXIV. Quare labente tertio Pyrrhus in Italiam venit. Sic Punicum bellum primum Appio Caudice Conſule cœptum, quod iniiſſe vulgò fertur Olympiadis CXXVIII anno IV, Sigonius confert in annum I Olympiadis CXXX. Item M. Attilium Regulum à Carthaginienſibus Xanthippo duce ſuperatum ſcribit anno I Olympiadis CXXXII; cum vulgò quarto Olympiadis CXXX id eueniſſe dicatur. Proinde quinquennio Romani Conſules in Olympiadum ſerie deſcendunt, ex Sigonij calculo.

Verùm vt ita rem habere fateamur, ac veterem quempiam Chronologum in putandis Olympiadibus ſecutum eſſe Sigonium: non ſtatim verum eſt annis quinque Cōſulares redundare Faſtos. cùm ex eo diſcrimen illud euenire potuerit; quod

A author ille diuerſam à communi ſententiam amplexus, epocham Vrbis anteuertit: aut Romanas res aliis Olympiadibus affixit, quàm quibus hiſtorici plerique tribuunt. Innumera ſunt iſtius in hiſtoria varietatis exempla dùm alij citiùs, alij tardius contigiſſe res aſſerunt, quàm communis fert opinio. neque tamen propterea mutilandos Annales Græcos, aut Romanos ſuſpicari licet. Pythagoram ecce nonnulli Numæ vixiſſe tempore ſcripſerunt, quem conſtat longe inferiorem ætate fuiſſe. An ex ſuperioribus illis authoribus ducentis circiter annis minuendos eſſe Faſtos dicemus;& ad Tarquinij ſuperbi tempora, quo regnante ille floruit, Numæ demittemus ætatem? Quàm multi in Euſebiano Chronico, & in hiſtoricis pleriſque prochroniſmi, vel metachroniſmi; dum ſacræ, vel profanæ hiſtoriæ inter ſeſe comparantur! Quis ideo nouitatem illam affectet, & interpolandam annorum ſeriem arbitretur? Atque hæc ita diſputo, quaſi præcipuum aliquem ſibi Scriptorem imitandum Sigonius in illa temporum deſcriptione propoſuerit. At id ſecus ſe habet. Neque enim certum quempiam, & anonymum Chronologum ſequi ſe profitetur ille. ſed hallucinatione magis alienis temporibus Romanorum illigauit hiſtoriam. Sigonius hallucinatur.

B De Iulio Obſequente, quem annis quinque tardius res geſtas referre pluribus teſtimoniis demonſtrat: primùm ſuperior illa valet exceptio. Non enim propter authorum aliquot diſſenſionem corrigendi ſunt, mutilandive Faſti. Alioqui nihil in vllo genere hiſtoriæ firmum erit, ac ſolidum. Deinde Obſequentis ille de Prodigiis libellus plurimum doctorum omnium iudicio deprauatus eſt: in eóque paſſim alienis Conſulibus prodigia notantur. quod exſcriptorum culpa potuit accidere. Quamobrem etſi nouæ illi Chronologiæ faueret Obſequens, non magnum ad cauſam momentum, ac præiudicium afferret. At non fauet. Imò vel aduerſatur plurimùm. Primus locus eſt ex eo capite, cui Conſules inſcripti ſunt C. Marius II, & C. Flauius Fimbria. Hic eſt annus Vrbis conditæ Capitolinus DCXLIX, Varronianus autem DCL. His Coſſ. Obſequens ſcribit cùm alia prodigia contigiſſe, tum hora diei tertia Solis defectu lucem obſcuratam. Item Lunam interdiu cum ſtella hora tertia vſque ad horam ſeptimam apparuiſſe. Atqui calculus aſtronomicus oſtendit anno ante Chriſti æram 104, Solem in gradu Cancri 22, 15′, 27″ Romæ defeciſſe, horis ante meridiem 4, 4′, 9″, defeciſſeque digitis 11, 20′. Eſt hic annus Periodi Iulianæ 4610, quo cœpit annus Vrbis Varronianus DCL, planè ad mentem Iulij Obſequentis. Itaque cœleſtis hæc obſeruatio communem Chronologiam confirmat. 1 Obſequentis locus.

C Atenim res geſtæ capitis illius iis Coſſ. aſcribendæ ſunt, qui integro quinquennio citiùs in Magiſtratu fuerunt. Nam addit Obſequens, *ſubactos tum eſſe in Macedonia Thraces*. At nulla Coſſ. Mario & Fimbria contra Thraces expeditio facta legitur. quæ res anxium habuit Sigonium. Contrà verò anno V. C. Capitolino DCXLIV, hoc eſt annis antè quinque, M. Minutius Conſul, & pro Conſule Thraces in Macedonia ſubegit, déque iiſdem triumphauit. vt teſtis eſt Epitome Liuij, Eutropius, Florus, & alij. Ergo ad annum ante Chriſtum quartum & centeſimum retrahendi ſunt Conſules, qui vulgò anno Vrbis conditæ DCXLIV tribuuntur. Sic quod iiſdem illis Coſſ. Mario & Fimbria factum refert Obſequens, vt Cimbri Alpes tranſgreſſi per Hiſpaniam vaſtatam Theutonis ſe iunxerint; id Coſſ. Q. Metello, & M. Silano contigit, anno DCXLIV, quo Cimbri Hiſpania pulſi Silanum Conſulem vicerunt. Anno verò DCXLIX tantum abeſt Cimbri vt Hiſpaniam vaſtauerint, vt à Celtiberis inde fugati, fuſique ſint; nec Galliam fuerint egreſſi.

D Verùm vt de Thracibus victis obſcura res ſit, & alieno loco poſita: quæ de Cimbris & Theutonis ab Obſequente prodita ſunt, ea ſunt Romanæ hiſtoriæ conſentanea. Quod enim Cimbri Hiſpaniam anno illo populati ſint, docet Epitome Liuij libro VII Decadis VII. Ibi enim poſt triumphum C. Marij de Iugurtha, ſubiicit Mario propter metum Cimbrici belli Conſulatum fuiſſe prorogatum. Tum aliquot interiectis; *Cimbri vaſtatis omnibus, quæ circa Rhodanum, & Pyrenæum ſunt, per ſaltum in Hiſpaniam tranſgreſſi: ibique multa loca populati, à Celtiberis fugati ſunt, reuerſique in Galliam bellicoſis ſe Teutonis coniunxerunt*. Triumphus Marij de Iugurtha pertinet ad ſecundum eius Conſulatum, annúmque DCXLIX Capitolinum. Ergo

non ante DCXLIX Vrbis annum illa Cimbrorum in Hiſpaniam tranſgreſſio acci- A
dit: quam poſt triumphum memorat Epitome Liuij. Nam quòd eodem anno à Celtiberis pulſi dicuntur; nihil id obſtat, quo minus Hiſpaniam antè populati ſunt.

2.Obſequētis locus.

Secundus ex Obſequente locus eſt: Scribit poſt M. Tulij Ciceronis, & C. Antonij Conſulatum, hoc eſt anno Vrbis conditæ DCXCI, varia prodigia contigiſſe. Tum in fine: Propter Dictaturam Pompeij ingens ſeditio fuit. Atqui pertinet hoc ad annum DCLXXXVI, quo Q. Catulus contendit Dictatorem eſſe dicendum, Aulus verò Gabinius obtinuit, vt Pompeio æquum in omnibus prouinciis cum Proconſularibus vſque ad quinquageſimum à mari miliare eſſet imperium, ídque in triennium, ex quo grauis eſt orta ſeditio.

Hîc verò non quinquennij μεταχρονισμὸς, ſed decem annorum προχρονισμὸς ab Obſequente, ſiue potiùs librario commiſſus eſt. Neque enim prodigia iſta, nec iniecta de Pompeij dictatura mentio ad annum DCLXXXVI referri debet: ſed ad DCC. quod ex Plutarchi, & Dionis hiſtoria tam euidens eſt, vt dubitationem omnem eximat. Plutarchus enim in Pōpeio refert eo anno, quo Domitius & Meſſal- B
la poſt longam, ac vehementem in Vrbe ſeditionem Conſules creati ſunt, Lucillium Trib. Plebis mentionem inieciſſe de eligendo Dictatore Pompeio. cui cùm Cato Trib. Pleb. interceſſiſſet, parum abfuit, quin ei Tribunitia dignitas abrogaretur. Victus tamen Catonis pertinacia Pompeius deſtitit: & Domitium ac Metellum Coſſ. creari paſſus eſt. Poſtea verò cùm rurſus Interregnum accidiſſet, ac de Dictatore creando Pompeio acriùs, & maiore conatu à nonnullis ageretur; Bibulo tandem, & Catone authoribus, vt infinita illa potentia tolerabiliore aliqua commutaretur, Pompeius Conſul ſolus renunciatus eſt. Hæc Plutarchus. Dio libro XL eadem penè ſcribit; nempe Caluinum, & Meſſalam Coſſ. vix propter altercationes ſeptimo demum menſe creatos eſſe: cùm interim graues in Vrbe ſeditiones eſſent exortæ; calumniantibus Tribunis Plebis, & comitia identidem impedientibus. adeo vt Q. Pompeius Rufus Trib. Pleb. Senatus decreto in carcerem ductus ſit. His de cauſis Dictatorem dici Pompeium Tribb. Pleb. volebant, in eóque diu perſeuerabant: donec Pompeius rediens in Vrbem Dictaturâ C
repudiatâ Coſſ. creari permiſit. Quibus perfunctis, noua iterum ἀναρχία, noui tumultus exorti. & de Dictatore Pompeio creando iterum actum, quod ne fieret, Conſul ſolus eligitur. Quæ verò eodem anno, & inſequenti prodigia terruerint, idem Dio narrat; eáque cum iis, quæ ab Obſequente prodita ſunt, prorſus conſentanea: lupos in Vrbe viſos: canum graſſationes: pleraque deorum ſimulacra fulmine decuſſa, quædam etiam ſudore perfusâ; & id genus alia. Quocirca nihil apertius, quàm DCC annum ab Obſequente ſignificari. Ex quo patet imbecillum id argumenti genus eſſe, quod ex Scriptorum, vel librariorum hallucinatione vulgares Faſtos decurtandos eſſe pugnat. Hîc enim non mutilandi quinque annis; ſed decem augendi ſunt, ſi quid ratiocinatione iſta conficitur. Decem, inquam, annorum προχρονισμὸς eſt apud Obſequentem. Siquidem illa, quæ dixi, tribuit non iis Coſſ. qui poſt Ciceronem, & Antonium fuerunt, (vt Noua Chron. aſſerit, quæ ex eo quinquennij prochroniſmum elicit:) ſed Cicerone & Antonio Coſſ. Vnde ſi vera illius eſſet collectio, non quinque, ſed quatuor annorum prochroniſmus oriretur. D

Decem annorū prochroniſmus apud Obſequentem.

3.locus Obſequentis.

Tertius Obſequentis locus. Refert ille Coſſ. P. Atilio, & Corn. Manilio. (Cor. *P. Rutilio*) *à Luſitanis exercitum Romanum cæſum*. Hic eſt annus Tab. Cap. DCXLVIII. Atqui non hoc anno; ſed quinquennio antè contigit; Vrbis DCXLIII. Atqui non hoc anno, ſed quinquennio antè contigit, Vrbis DCXLIII. Neque enim anno illo in Luſitania dimicatum eſt. At anno DCXLIII Calpurnius Piſo, qui Prætor anno ſuperiore miſſus erat in Hiſpaniam, ab Luſitanis cæſus eſt, eíque ſucceſſor miſſus eſt Galba. Nihilo plus hoc argumentum efficit. Nam & Obſequentis corrupta, ac fœdè luxata paſſim exemplaria coniectiones dubias reddunt: & vtrum anno illo DCLXVIII noui in Luſitania motus non extiterint, haud facilè pronunciandum. Ad extremum, Calpurnius Prætor in Hiſpaniam profectus eſt vel anno DCXLI, vt Stephano Pighio placet. vel, vt Sigonius refert, DCXLII. quo & interfectus eſt. Hoc enim ipſo anno ſucceſſor miſſus eſt Sergius Galba. Quòd

A autem à Luſitanis cum exercitu cæſus ſit, neque Appianus, neque accuratiſſimi illi Faſtorum conditores meminerunt. Ideo vel incertum eſt quod in argumentatione ſumitur; vel non quinquennij, ſed ſexennij prochroniſmus concluditur.

Quartò vir eruditus ex Obſequente profert eum locum; vbi Coſſ. Cn. Octauio, C. Scribonio refert aduerſum Medos variè dimicatum: quod contigit anno DCLXXII. Atqui Coſſ. ab Obſequente præfixi pertinent ad annum DCLXXVII. 4. Obſequentis locus.

Verùm hoc ipſo Vrbis anno DCLXXVII contra Medos Thraciæ populos dimicatum eſſe veriſimile eſt. Nam Appius Claudius ex Conſulatu Thraciam prouinciam ad annum vſque DCLXXVI, hoc eſt biennio tenuit, & cum Thracibus ſæpius dimicauit: vt Epitome Liuij XCI, Florus, Oroſius, Rufus: & ex iis Sigonius & Pighius memoriæ prodiderunt. Quare nihil neceſſe eſt in annum DCLXXI iſta relegare.

Quintò annorum quinque μεταχρονισμὸν ex eodem Obſequentis capite comprobat. Scribit enim Coſſ. Cn. Octauio, & C. Scribonio ab A. Sertorio in Hiſpa- 5. locus eiuſdem.
B nia Romanos exercitus cæſos. Et capite ſequenti, Coſſ. L. Aurelio, & L. Octauio; narrat L. Sertorio *exercitum in Hiſpania ducenti ſcuta equitum parte exteriore, iaculáque, & pectora equorum cruenta viſa. quod proſperum ſibi interpretatus eſt Sertorius, quia exteriora hoſtili ſanguine maculari ſolent. Continua ei prælia cum ſucceſſu fuerunt.* At non his Coſſ. (inquit) hoc eſt anno DCLXXVIII; ſed quinquennio ante geſta ſunt. Quippe Sertorius annis DCLXXVII, & DCLXXVIII neque exercitus Romanos cecidit; nec continua ipſi prœlia cum ſucceſſu geſta ſunt: quinimo vt plurimum infeliciter pugnauit. Itaque ad annos DCLXXII, & DCLXXIII iſta pertinent, quibus Romanos exercitus ſuperauit, & attriuit. Atqui iis ipſis annis, quos ſignificat Obſequens, multa cum Romanis prælia Sertorius proſperè geſſit; vt ex Faſtis, & Annalibus liquet. Quippe anno DCLXXVII Pompeium in fugam vertit: & cum aſtuto conſilio ſe Calagurri obſideri paſſus eſſet, aſſiduis eruptionibus multa damna obſidentibus intulit. Epitome Liuij, Plutarchus, &c. Tum anno DCLXXVIII Calagurio eruptione facta Metellum & Pompeium fugauit. Palantiam obſeſſam à Pompeio liberauit. Porrò anno DCLXXII nullam de Romanis memorabilem vi-
C ctoriam à Sertorio reportatam Annales meminerũt. Sed anno primùm DCLXXIII maiori mole rerum vrgeri cœptum eſt bellum: quando Q. Metellus Conſul in Hiſpaniam à Sulla miſſus eſt.

Poſtremò duobus aliis ex Obſequente teſtimoniis eadem de quinquennij tarditate coniectura fulcitur. Sed fruſtrà. Quod enim Obſequens iis Coſſ. qui anno Capitolino DLXXXVII inierunt; nimirum Cn. Octauio, T. Manlio; refert Caſſini Solem per aliquot horas noctis eſſe viſum, id ille quinquennio citiùs accidiſſe putat: nempe eo anno, qui numeratur Vrbis DLXXXII, & eſt ante Chriſtum CLXIII, quo Sol in gradu 22 Piſcium, horis à meridie 4, 33' defecit digitis 11, 49': cùm tamen horis duntaxat à meridie 5, 48' occideret; diúque etiam poſt crepuſculum duraret. Verùm quis Obſequentis verba cogit de defectione Solis accipere? Parum hoc quidem idoneum eſt ad fidem. Alioqui quoties ſimile aliquod oſtentum vel ab eo, vel ab Liuio narratur, Solis aliqua erit inuenienda defectio. quod fieri non poteſt. Sic & alter locus, vbi T. Graccho, M. Iuuentio Coſſ. hoc eſt anno DXC, Capuæ Solem nocte viſum ait; nihilo certiùs defectionem Solis indicat: quam Vir Alia duo Obſequentis loca.
D doctus quinquennio tardius, quàm quibus Coſſ. ponitur, accidiſſe demonſtrat. Præterea cùm ad annum vſque conditæ Vrbis DC, octennij ſolidi labem in Faſtis communibus ineſſe toties admonuerit, quomodo quinquennij modò ſolius exiſtit? Velut cap. CXXVIII.

De quinquennali Faſtorum labe rurſus diſſeritur. Plutarchi, Velleij loca quâ caſtigata, quâ inter ſe conciliata. Pompeij ætas, & Carneadis obitus.

Capvt XLII.

PERGIT idem, Nouæ, veræque Chronologiæ author vir eruditus,
cap. cxxxi. & quinquennalem μετάπτωσιν in annis Vrbis conditæ aliis argumentis
aſſeuerat. Velut ex eo, quod Dio libro LV ſcribit anno ab Vrbe condita DCCLVIII, Cn. Cornelio Cinna, & Valerio Meſſala Coſſ. Solem
Pag. 563. Græcolat. ex parte defeciſſe: τοῦ τε ἡλίου τι ἐκλιπὲς ἐγένετο. Hic annus vulgò habetur Chriſti V. At ſolaris eclipſis illa, ratione annorum Vrbis conditæ, euenit annis quinque citius. Atqui hoc ipſo anno Chriſti V, Periodi Iulianæ 4718, pars Solis obſcurata eſt. B Nouilunium medium ex Pariſinis Tabulis Romæ contigit Martij XXVIII, hora 20, 51′, 10″ à media nocte. Vera coniunctio, hora 14, 39′, 10″. Apparens autem, hora 16, 13′, 10″: hoc eſt horis 4, 13′ poſt meridiem. Fuitque digitorum 4 ferè. Initium eius hora poſt meridiem 3, 21′, 11″. Finis hora 5, 2′, 11″. Durauit horas 1, 44′. Sol vero motu tenebat Arietis gradum 6, 37′. Nulla igitur eclipſis alia quærenda; cùm hæc apprimè congruat, & communem Chronologiam approbet. Caluiſius hanc ipſam à Dione memoratam Solis eclipſin accidiſſe refert Septembris XXII, feria 3, oriente Sole. Sed fallitur. Fuit enim ecliptica quidem ſynodus. ſed propter parallaxin videri non potuit. Vera coniunctio Romæ accidit hora 6, 33′. Apparens autem hora 4, 41′, ante Solis ortum circiter hora integra cum ſcrupul. 15′. Nam parallaxis longitudinis fuit 54′. Motus horarius verus 29′.

Alterum quinquennalis erroris veſtigium extare putat in eo, quòd Tacitus libro III Annalium ſcribit: *Duobus & ſeptuaginta annis poſt Cornelij Merulæ Flaminis Dialis cædem, neminem Flaminem eſſe ſuffectum.* Cornelius Merula in Cinnano illo tu- C multu ſibi venas incidit anno Tab. Capit. DCLXVI. ad hos ſi LXXII adiicias, exiſtent anni DCCXXXVIII. Atqui Dio in fine libri LIV author eſt Coſſ. Q. Ælio Tuberone, Paulo Fabio Maximo, Flaminem Dialem primum poſt Merulam creatum. Interuallum annorum V. Nam hi Coſſ. competunt anno DCCXLIII. Hîc verò fatendum eſt, minus annis quatuor, non quinque dixiſſe Tacitum. Etenim Ælius Tubero, & Fabius Conſules fuerunt anno Capitolino DCCXLII: at Varroniano DCCXLIII. At Merula obiit anno Capitolino DCLXVI. Varroniano DCLXVII. Diſcrimen annorum LXXVI. Neque tamen propterea verum eſt mendoſos eſſe Faſtos, vt ſæpe iam oſtendimus. Lipſius ad illum Taciti locum neſcio quid cogitans, conſtare numerum ſcribit. Quippe Merulam interfectum anno Vrbis DCLXVIII: ſuffectum verò Flaminem nouum anno DCCXLIV. Vtrumque falſum: & illo anno Merulam mortuum; hoc verò nouum Flaminem creatum; & inter vtrumque annos intereſſe duos, & ſeptuaginta. Sunt enim ſeptuaginta ſex.

Item quinque annorum varietas illa in annis Vrbis conditæ Iulianam epocham antecedentibus, ex vitæ Cn. Pompeij, ac rerum ab eo geſtarum hiſtoria colligitur. D Natus eſt enim Q. Seruilio Cæpione, & C. Serrano Coſſ. anno V. C. Tabularum Capitolinarum DCXLVII: mortuus eſt autem C. Cæſare II, & P. Seruilio Coſſ. anno DCCV, pridie natalis ſui, qui in Septembris vltimum incidit; anno ætatis duodeſexageſimo deſinente; ita vt poſtridie vndeſexageſimus initurus eſ-
Velleius lib. 2. Plinius lib. 37, cap. 2. ſet. Cùm hæc ex Velleio, & Plinio conſtent, apparet illum anno Vrbis conditæ DCXCII, quo tertium ex Aſia triumphum egit, ipſo natalis ſui die, quintum & quadrageſimum ætatis annum exegiſſe, & ſextum inchoaſſe. At Plutarchus ait Pompeium XL tunc annorum fuiſſe. Quinquennio ergo minùs imputat. *Quare ob hunc*, inquit, *quinquennij errorem inſignem Plutarchi ſummi illius ætatis viri, hæc in dicta prorumpit Velleius. Cn. Pompeius*, ait, *C. Cæſare, P. Seruilio Coſſ. iugulatus eſt duodeſexageſimum annum agens, pridie natalem ipſius. Quid aliud, quàm nimium occupatos dixerim, quos in ætate & tanti, & penè noſtri ſæculi viri, fefellit quinquennium, cùm à C. Atilio, & Q. Seruilio Coſſ. tum facilis eſſet annorum digeſtio?* Sed quis credat Plutar-

A chi errorem iſtum à Velleio notari; qui ætatem vtriuſq; Scriptoris animaduerterit? Cæterùm vt ex hoc Plutarchi, & Velleij diſſidio cauſam ſuam probet eruditus Chronologus; fateatur neceſſe eſt Velleij tempore vulgares Conſulum Faſtos quinque Conſulatibus inſertis deprauatos fuiſſe. (Hoc enim modo Pompeij natalem annum quinque annis retrò ſummotum eſſe conſequens erit.) Plutarchum verò ex emendatioribus Faſtis annorum iniiſſe numerum. Cuinam verò perſuadere iſtud poterit? Tùm, quod tergiuerſationem excudit omnem; idem ille vir eruditus paria Coſſ. quinque redundare ſcribit in interuallo illo, quod à morte Augusti ad obitum Neronis interceſſit: ex quibus paria prima duo ſuperflua ſunt, quæ poſt Geminos Coſſ. proximè conſequuntur. Quinque autem hæc paria poſt mortem Neronis inculcata; túncque demum Faſtos eſſe corruptos idem aſſerit. Quocirca cùm Velleius librum ſuum ediderit Caſſio Longino, & M. Vinicio Coſſ. qui proximè poſt Geminos duos collocantur, anno Vrbis Capitolino DCCLXXXII Tiberij XVI; longè ante Neronis obitum adhuc integri erant Annales: nondum certè quinquennium iſtud obrepſerat. B Non potuit igitur Velleius deprauatos illos Annales ſequi: debuit Plutarchus. Contrà tamen accidit, ſi nouam Chronologiam audimus.

Cap. xcii, & cciv.

Cap. xcii.

Ergo verò Plutarchum cum Velleio & hiſtoria facilè in gratiam adducam. Nam leue mendum, nec ab vllo tamen hactenus animaduerſum, codices omnes occupauit. Scribit enim authores aliquos, vt Pompeium Alexandri ſimiliorem facerent, ætatis ei non plenos quatuor, & triginta annos tribuiſſe, quando triumphum tertium egit. τῇ ἀληθείᾳ δὲ τοῖς τετταράκοντα προσῆγεν. *Reipſa verò ad* XL *annos accedebat.* Scribo τῇ ἀληθείᾳ δὲ ε΄ τοῖς τετταράκοντα προσῆγεν. hoc eſt, *reuera quinque ad quadraginta* addiderat. Sic apud Appianum Mithridatico, pro ἔτη ἔχων πέντε καὶ τριάκοντα, quod vulgò legitur; emendandum, τεσσαράκοντα.

Plutarchus emendatur.

Sed ad id reuertor, quod paulo antè ſignificaui, & in quo nouam ſibi Chronologiam minimè conſtare docui. Cùm enim quinquennij labem illam in Faſtis poſt mortem demum Neronis admiſſam Cap. XCII defendat; & eiuſmodi eſſe velit, vt Conſulatibus quinq; ſuperfluis inſertis, numerus annorũ ſit auctus: ex eo ſequitur authores illos, qui Neronis obitum, & Faſtorum deprauationem antecedũt, quin-C que minus annis putare. Atqui contrariũ nõnulla, quæ ab eo proferuntur, teſtimonia ſuadere videntur. Velleius ecce, qui inſititios illos Cõſules præceſſit; non quinque annis minùs, quod ratio illa poſtulat; ſed amplius numerat, non ſolùm in exemplo proximè allato, ſed in aliis etiam duobus, quæ ex eodem authore ſubiecta ſunt.

Etenim annum, quo Coſſ. fuerunt Torquatus, & Sempronius; quibus Brunduſium colonia deducta eſt, numerat viceſimum ſextum ab initio belli Punici primi. Hoc verò cœpit anno Capitolino CDLXXXVIII. ad quem ſi annos XXVI adiungas, fient anni DXIV. Atqui Torquatus & Sempronius Coſſ. fuerunt anno DIX. Maius igitur interuallum à Velleio concipitur annis quinque. Debuit autem minus eſſe, cùm nondum quinque Conſulatus illi redundarent.

Noua Chron. cap. cxxxvi.

Quanquam nullum in Velleio conciliando negotium eſt. Quod enim ait initio belli Punici primi; id laxius accipiendum eſt de quinto circiter anno. Fuit enim diuturnum hoc bellum. Ideo eius initium πλατικῶς vſurpatur.

Explicatur Velleius.

Rurſus Velleius annum, quo C. Marius VI, & Valerius Flaccus Coſſ. fuerunt; qui eſt Capitolinus DCLIII, quo Eporediam in Vagiennis coloniam deductam re-D fert, poſt tres & viginti annos locat à Coſſ. M. Porcio, & M. Marcio, quibus Narbonem Martium colonia perducta eſt. At hic eſt annus V. C. DCXXXV. Interuallum annorum eſt XVIII. Quinque annis plus dicit Velleius. ex quo eadem vi argumentationis, qua noua ſe Chronologia tuetur; efficiemus, annos quinque communibus Faſtis deeſſe, non ſupereſſe. Sed neutrum verum eſt. Quid facilius, quàm vel Scriptoris hallucinatione, vel librarij, in numeros præſertim errorem incidere?

Nouæ Chron. cap. cxxxv.

Aliud argumentum ex authorum diſſenſione ſuper ætate Marci Catonis Cenſorij. Hunc enim Cicero Bruto mortuum eſſe ſcribit annos natum quinque & octoginta, L. Marcio, & M. Manilio Coſſ. cùm eodem anno Galbam accuſaſſet. Proinde natus erit anno ab V. C. DXIX, vel DXX. At Plutarchus author eſt, illum annos nonaginta vixiſſe. Verùm vt argumẽtatio procederet; oporteret eundem an-

C. cxxxiv.

 A

num à Cicerone atque Plutarcho natalem Catonis conſtitui; eundémque morti illius attribui: atque ab illo quintum & octuageſimum nominari: a b iſto nonageſimum. At non ita eſt. neque enim Plutarchus iiſdem Coſſ. quibus Cicero, natum aſſerit Catonem. Ita nihil aliud inde perficitur, quàm de anno, quo natus eſt Cato, déque eius ætate, Scriptores inter ſe non conuenire. Deinde Conſulatus illi quinque, quos noua Chronologia inſertos exiſtimat; longè infrà tempus illud, quo Cato vixit, inculcati eſſe dicuntur. Quare nulla, ex hoc quidem capite, in Conſulum ſerie varietas extare poteſt. ſed in annorum duntaxat ab Vrbe condita numero; quem Scriptores illi in hac Catonis hiſtoria nequaquam exprimunt.

Eſt etiam inter authores annorum quinque diſcrimen in ſtatuenda Carneadis
C.cxxxvii. ætate. vnde aliud nouæ Chronologiæ ſubſidium oritur. Siquidem M. Cicero, & Valerius Maximus tribuunt illi annos xc. Laërtius ex Apollodoro, annos lxxxv. Tum iſti quoque anno quarto Olympiadis clxii deceſſiſſe putant: qui quidem annus cum Vrbis conditæ dcxxiv anno Capitolino congruit; & iuxta Faſtos communes eſt centeſimus viceſimus nonus ante Chriſtum. Sed noua Chronologia quinquennio minus, centeſimum viceſimum quartum ante Chriſtum nu- B
merat.

Ego verò ratiocinationis illius acumen non video. Non enim Vrbis annos cum Olympiadibus authores iſti comparant. Quod niſi fiat; probari nihil inde poterit. Quod autem Olympiadis clxii anno quarto, id eſt Iulianæ Periodi 4585, vel 4586, mortuus ſit Carneades; adeóque centeſimo viceſimo nono vel octauo ante Chriſtum; perſuadet quod ex veterum authoritate ſcribit Laërtius, moriente Carneade defeciſſe Lunam. τελευτῶντος δ' αὐτοῦ φασὶν ἔκλειψιν γενέσθαι σελήνης, συμπάθειαν (ὡς ἂν εἴποι τις) αἰνιττομένης τοῦ μεθ' ἥλιον καλλίστου τῶν ἄστρων. *Moriente autem ipſo Lunam defeciſſe memorant: quidam vt mortis illius ſenſus ac dolor in pulcherrimum poſt Solem ſidus redundaſſe videatur.* Atqui anno quarto Olympiadis clxii, ſiue Iphiti dcxlviii, Luna bis defecit. Primùm anno Periodi Iulianæ 4585, cyclo Lunæ vi, Solis xxi. Literæ Dominic. C B. Nouilunium medium eclipticum ex Tabulis noſtris Nouembris v, feria 7, hora 13, 36′, Athenis. Vera coniunctio hora 2, 47′ poſt mediam noctem apparenti tempore. Latitudinis motus exquiſitus Sign. C
5, 22, 59′. Latitudo, 36′, 19″. Tenuit horas 3, 24′: fuítque digitorum 8, 18′, ferè. Altera contigit anno ſequenti, Periodi Iulianæ 4586, eodem Iphiti anno labente; Maij 11, hora 5, 38′, 55″. Sole in Tauri gradu, 6, 55′, vero motu reſidente. Fuit autem digitorum 21, adeóque tota defecit. horarum præterea 3, 34′.

Pergitur in refellendo quinquennali anachroniſmo; ac Philoſtrati, Dionis, Senecæ, Taciti, Diodori, teſtimoniis occurritur.

Capvt XLIII.

Mos eſt ille Scriptorum ignotus nemini, quoties minimus aliquis numerus maiorem vltra calculum excurrit, aut infra eundem eſt, eo neglecto rotundam, vt aiunt, ſummam concipere. Huius rei ne D
exempla quidem commemorare attinet; quæ vt copioſa, ſic vſu planè contrita ſunt. At *Noua Chronologia* certis huius generis ex locis quinquennalem in Faſtis vulgaribus redundantiam aſſeuerare pergit. quæ quidem, vt & reliqua eodem ſpectantia, capite iſto perſequar: tùm ne qua veterum in authoritate latebra nouitati illi reliqua ſit: tùm quod alioqui non iniucundam hiſtoriæ cupidis, & ad muniendam temporum ἀκρίβειαν prorſus vtilem contemplationem habeat variorum argumentorum, ac teſtimoniorum iſta tractatio.

Nouæ Chronol. cap. 22. Scribit Philoſtratus lib. v, cap. ix, poſt Auguſtum, à quo Romana Reſpublica conſtituta eſt, ad Veſpaſianum vſque per annos quinquaginta ſæuiſſimas in Vrbe graſſatas eſſe tyrannides. Atqui Veſpaſianus cœpit anno Chriſti lxix: Auguſtus verò mortuus eſt anno xiv ſecundum vulgares Faſtos. Interuallum anni lv. Igitur quinque annis redundant annales. Verùm minorem hoc loco numerum pru-

A dens omiſit Philoſtratus, hoc eſt quatuor ad ſummum annos: ſi quidem tyrannicum illud tempus ad Neronis vſque mortem propagare licet.

Eodem iure Dio lib. XLIV Iulium Cæſarem πεντηκοντούτη nominat, id eſt quinquagenarium, eo anno quo mortuus eſt, quem Suetonius, & Plutarchus occiſum referunt anno ætatis LVI. Neque propterea Faſtis vulgaribus inurenda labes eſt: quaſi ex Dione corrigendi ſint. Etenim cùm Dio longè poſt Neronem vixerit; à cuius morte quinquennij vitium in Faſtos irrepſiſſe *Noua Chronologia* ſtatuit; idem hoc ſcilicet vitium expreſſurus erat, ac verum, accuratúmque numerum quinquennio ſuperaturus; ſi quid obſeruatio illa firmitatis haberet; non totidem annis detractis ſinceriorem in Chronologiam incurriſſet. Cap. 218.

Ita Seneca Epiſt. XCI de Luguduni incendio ſcribens, *Huic*, inquit, *coloniæ ab origine ſua centeſimus annus eſt.* Credit autem *Nouæ Chronologiæ* author hæc Senecam ſcripſiſſe ſub annum Chriſti LXIII; ad quem ab anno Iuliano III, quo à Planco conditum eſt, anni in Faſtis cõmunibus intercedunt CV ſolidi. Sanè Tacitus ſub finem anni V. C. DCCCXVIII, quo Coſſ. fuere Silius Nerua, & Iulius Atticus, qui B eſt Chriſti LXV, Neronem ſcribit cladem Lugdunenſem quadragies ſeſtertio ſolatum eſſe. quo verò anno conflagrauerit, non ſatis apparet. Caluiſius id anno Chriſti LVIII, Nerone III, & Valerio Meſſalla Coſſ. accidiſſe memorat: & poſt annos VII Neronem ei ſubueniſſe. atque authorem Tacitum citat. Sed non memini id à Tacito ſcriptum. Quòd ſi anno illo ſuccenſa vrbs eſt, accuratiſſima eſt Senecæ putatio. alioqui τὴν ἐπουσίαν neglexerit. Noua Chronol. Cap. 221.

Ad hæc Plinius à morte Virgilij, quæ Saturnino & Lucretio Coſſ. accidit, anno V. C. DCCXXXV, ad id tempus, quo ſcribebat, hoc eſt ad annum V. C. DCCCXXX, annos numerat XC, lib. XIV, cap. I, cùm tamen vulgò quinque amplius intercedant. Hæc Noua Chronologia: quæ id ſumit, anno V. C. DCCCXXX iſta ſcripſiſſe Plinium. At quinquennio ante commentari potuit; vt iuſta hîc etiam annorum ſumma concepta ſit. aut certè rotundum numerum perſecutus eſt. Cap. 222.

Apud Tacitum porrò, vbi Coſſ. Nerone III, & Meſſalla, id eſt V. C. DCCCXI, ſcriptum eſt lib. XIII, poſt tres & ſexaginta annos abſolutum eſſe aggerem coërcendo Rheno à Paullino Pompeio, quem Druſus inchoarat; legerim *poſt ſex &* C *ſexaginta annos*. Ita congruet numerus. Nam Druſus anno ab V. C. DCCXLV nouiſſimam in Chattos, & Cheruſcos expeditionem egit, nono ante Chriſtianam æram: à quo ad annum Chriſti LVIII ſexaginta ſex implentur anni. Vtut verò res habet, nequaquam annorum quinque, ſed ad ſummum duorum diſcrimen interceſſerit. Cap. 223.

Aliud ex Diodoro Siculo coniecturæ nouæ præſidium aſſumitur. quod is in Præfatione Operis teſtetur ſe XL libris hiſtoriam omnem eſſe complexum μέχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ συςάντος πολέμου Ῥωμαίοις πρὸς Κελτούς. *ad initium vſque belli Gallici*. Interuallum verò ab Olympiade I ad hoc tempus computat annorum DCCXXX. Itaque terminum hiſtoriæ Diodori affirmat annum eſſe ab V. C. DCCI Varronianum, & ſecundum Olympiadis CLXXXIII. quo iam à Cæſare prolatum in Britanniam vſque Romanum erat imperium. Eſt autem annus hic ante Chriſtum XLVII. Atqui annus, quo Britanniæ à Cæſare prorſus domitæ ſunt, vulgò putatur LIIII ante Chriſtum. Igitur limes hiſtoriæ Diodori annus eſt ab V. C. DCCI Varronianus, ante Chriſtum LIII. Vnde ſex annorum diſcrimen efficitur. Verùm neque D ex Diodoro ſatis idoneè vulgarium Faſtorum corruptela defendirur. Primùm author iſte in annis Vrbis, & Conſulibus cum Olympiadibus comparandis multùm à veritate, & hiſtoria diſcedit. vti lib. IX, cap. XLVIII demonſtrauimus. quo in loco ſignificatum eſt, Diodorum annis circiter XII Iphiteam Olympiadum epocham anteuertiſſe: imò verò pugnantia ſcribere. Etenim deſinere ſe dicit in annum I Olympiad. CLXXX, qui eſt Iphiti DCCXXX. Atqui nonniſi DCCXVII eſt. Et tamen librario imputari hæc incuria non poteſt. Quippe annos ſe complexum vniuerſè aſſerit 1140 à Troianis temporibus ad primum annum Olymp. CLXXX: de quibus demptis 410, qui Troianam inter cladem, & primam Olympiadem intercepti ſunt, reſtant 730. Ἀπὸ δὲ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ Κελτικοῦ πολέμου· ἣν τελευτὴν πεποιήμεθα τῆς ἱστορίας· ἑπτακόσια, καὶ τριάκοντα. *Ab Olympiade prima ad initium belli Gallici, quem hiſtoriæ noſtræ terminum ſtatui-* Cap. 216, & 219.

mus, ſeptingenti, & triginta. Nec aſſentior erudito viro, qui Diodorum hiſtoriam ſuam pertexuiſſe putat ad annum ſecundum Olymp. CLXXXIII, Vrbis conditæ DCC ex Faſtis Capitolinis, quo tempore Cæſar Caſſiuellauno dedito Britanniam ſubegit. Vnde pro ἀρχὴν, quod eſt initium belli, reſcribendum arbitratur ἀκμὴν, id eſt feruorem. quemadmodum & illud Photij, cùm Diodorum ait hiſtoriam perduxiſſe ſuam μέχρις ὅτε Ῥωμαίοις πρὸς Κελτοὺς ὁ πόλεμος συνεῤῥάγη, ſic interpretatur, *ad id vſque tempus, quo bellum Romanos inter & Celtas efferbuit*. quaſi συῤῥαγῆναι τὸν πόλεμον idem ſit, quod ἐν ἀκμῇ εἶναι. Hoc verò minimè procedit. Nam & pro ἀρχὴν bis ἀκμὴν reſcribere, nimis audax facinus eſt: & συνεῤῥάγη πόλεμος, quod nemo dubitat, idem eſt, ac commiſſum eſt, initúmque bellum. Deinde annus Vrbis conditæ Capitolinus DCC initium dat anno ſecundo Olympiadis CLXXXI, non CLXXXIII. Ideo ne hac quidem ratione conſtare poteſt Diodori calculus. A

Pag. Græc. edit. 208, & 209. Atenim Diodorus lib. v pollicetur ſuo ſe loco de Britanniis, & expeditione in eas Iulij Cæſaris acturum. Igitur ad id vſque tempus hiſtoriam perduxit. Noſtra hæc itaque ſuſpicio eſt; Diodorum cùm ad ſcribendam hiſtoriam acceſſit, adeóque cùm librum illum quintum præ manibus habuit, plura complecti voluiſſe: & longius hiſtoriam proferre: poſtea mutato conſilio eandem ipſam initio belli Gallici terminaſſe: ídque in Præfatione ſua poſuiſſe, quam perfecto iam opere, vt aſſolet, elucubrauit. B

Cap. 235. Rurſus ex Africano Chriſtiano, & antiquo Chronologo eiuſdem nouæ opinionis firmamentum efficitur. Etenim, vt ex Fragmentis à Scaligero editis conſtat, teſtatúrque Photius, Ceſtos ille ſuos ad annum Chriſti CCXXI ineuntem pertexuit, quo Coſſ. fuère Gratus, & Seleucus: nec non ad finem Olymp. CCXLIX. ac demum annorum ſe 5723 hiſtoriam perſcripſiſſe dixit. Iam cùm anno mundi 5500 natum eſſe Chriſtum ſentiat Africanus, annus ille, qui Gratum & Seleucum, Coſſ. habuit, eſt illi CCXXIII à Chriſto; ab exactis verò regibus, 725. quibus additi regum anni 243 conficiunt 968. è quibus deductis 221, reſtat annus Vrbis 737. quo Chriſtus ortus eſt, quinquennio priùs, quàm vulgò in Capitolinis faſtis natalis illius ponitur.

Ad hæc facilis eſt reſponſio. Neque enim Africanus apud Photium, aut in excerptis Scaligerianis, annos ab exactis regibus computat, neque calculos eo modo ſubducit, quem *Noua Chronologia* diſſerit. Photius N. XXXIV refert Africanum libros XIV edidiſſe, quos inſcripſit Κεστούς: quibus ab orbe condito ad Chriſtum hiſtoriam omnem complexus eſt. ac deinde à Chriſto ad Macrini imperium curſim ac leuiter geſtarum rerum mentionem attigit. tùm in fine ipſum ſcribere, ſe annorum 5723 hiſtoriam proſecutum eſſe. In Excerptis Scaligerianis idem Africanus aſſerit, Olympionicas in Athenienſium laterculo notatos eſſe numero CCXLVIII, annorum DCCCCLXXXIX. Olympiades 248 ſolidæ colligunt annos 992. Harum Olympiadum vltima cœpit anno Iphiti 989. Proinde non plures quàm 248 Olympionicas notauit Africanus: hoc eſt ad primum annum Olympiadis 248 ſeriem propagauit: neque ducenteſimæ quadrageſimæ nonæ ſtadionicam adſcripſit. Sanè Photius deſiiſſe ſcribit Africanum in Macrini imperium; quod quidem orſus eſt anno vulgari Chriſti CCXVII, quo ducenteſima quadrageſima nona Olympias iniit. ac totidem in Excerptis Scaligerianis Olympionicæ deſcripti ſunt. Sed ſi vera ſunt, quæ ex Africano pag. 37 referuntur, vltimus Olympionica ab eodem notatus eſt Olympiadis 248, anno Chriſti 213: vt illius hiſtoria deſierit anno Chriſti 216. Non igitur ad Grati & Seleuci Conſulatum peruenit. C

Pag. 37.

Pag. 347.

D

Sed aduerſus nouam Chronologiam ſatis hactenus multa diſputata ſunt. Nam cætera illius argumenta ſparſim, ac propriis in capitibus explicauimus. Ex iis autem omnibus ſumma quædam conficienda nobis eſt; vt integros eſſe Conſulares Faſtos, ac ne vno quidem anno contractiores, vel auctiores eſſe poſſe breuiter ac dilucidè colligamus.

Quòd igitur nihil vulgaribus in Faſtis immutandum ſit; nedum quinquennio mutilari eos oporteat; ex iis potiſſimum Solis ac Lunæ defectionibus oſtenditur, quas ſuis locis attulimus. Anno quippe DLXXXVI ab V. C. Coſſ. notantur in Faſtis L. Aimilius Paullus II & C. Licinius Craſſus. Horum Conſulatus lunari defectione inſignis eſt; quæ æſtiuo tempore inter ſecundam noctis horam & quartam

contigit.

A contigit. vti Liuius lib. XLIV, Plutar. in Aimilio, aliique teſtantur. Tempus eſt in ea nocte, quæ inter Iunij XXI, & XXII intercedit: anno Per. Iul. 4546, ante Chriſtianam æram 168. Rurſus anno illo, quo Coſſ. fuere M. Vinicius II, & Statilius Coruinus, Solis defectio incidit Kal. Aug. quam & Claudius Imperator edicto futuram admonuit: vt Dio lib. LX refert. Interuallum annorum iſtorum duorum neque minus neque maius eſſe poteſt, quàm 232. Atqui totidem in Faſtis vulgaribus Conſulum paria recenſentur. Falſum eſt ergo, quod Noua Chronologia perſuadere nititur; ante annum V. C. DC octennij προχρονισμὸν in Faſtis admiſſum fuiſſe. Quem enim annum inſigni illi defectioni poſt annos octò præfinit cap. LXXXVI; oſtendimus ſuprà, nulla omnino ratione congruere. Idem & ex huius defectionis cum altera lunari, quæ ſub Auguſti mortem incidit, comparatione colligi poteſt: vel cum illa ſolari, quæ Vipſanio, & Fonteio Coſſ. anno Chriſti LIX commiſſa eſt, Neronis anno quinto, inter ſeptimam & octauam horam diei in Campania. vt author eſt Plinius lib. II, cap LXX. Adde lunares omnes defectio-
B nes, & obſeruationes alias Ptolemæi, quæ annis Nabonaſſareis, ac Romanorum Imperatorum notatæ leguntur; Traiani, Adriani, Antonini. quæ cum prioribus illis, & ea potiſſimum, quæ anno V. C. DLXXXVI contigit, collatæ, certiſſimam interualli totius fidem aſſeuerant. Poſſunt itaque ſtudioſi temporum lectores ex iis obſeruationibus, quas partim propriis in capitibus librorum IX, X, & XI commemorauimus: partim hoc ipſo libro proximis capitibus congeſſimus, duas pluréſve ſeligere, quarum vna, alteráve ſuſpectum corruptelæ annalium tempus antecedat, aliæ infra idem tempus acciderint; ſecundum *Nouæ Chronologiæ* ſententiam, quam ſuprà retulimus. Sic enim intelligent, nullum neque detrahendum Faſtis Conſulatum, neque addendum videri.

Nam quod de annis Romanorum Imperatorum ad Nabonaſſareos apud Ptolemæum additis coniectatur author *Chronologiæ nouæ* non eos à Ptolemæo, ſed ab aliis ex deprauatis annalibus adtextos eſſe; gratis omninò fingitur. Quàm enim facilè dicitur, tam à nobis facilè negari licet. Cap. 259.

Sed nec generalis illa præſcriptio, qua idem Scriptor contrarias omnes authori- Cap. 258.
C tates ſummouet, probari poteſt. Ait enim nihil ea teſtimonia contra Chronologiã ſuam efficere, quæ ab illis Scriptoribus vſurpantur, qui corruptos Faſtos amplexi ſunt: vt puta Dione. Atqui illos ipſos, ſicubi commodum eſt, opinionis, inuentique ſui ſuffragatores adhibet paſſim. Ex Dione, inquam, Plutarcho, Tacito, Suetonio; imo verò ex recentioribus ſcriptoribus, Clemente Alexand. Africano, Agathia, Marcellino Comite, Georgio Syncello, & aliis teſtimonia conquirit, vt annis quinque mutilandos eſſe Faſtos approbet. Quod quemadmodum facere poſſit non video, ſi, quod ſub finem operis excipit, deprauatis illi Faſtis vſi fuerint. Hoc enim eſt pro arbitrio modò ſinceros iis Annales, modò redundantes, ac vitioſos affingere.

Non ero in excutienda noua hac opinione, Chronologiáque longior: & hoc ipſum, quod feci hactenus, vt contra eruditiſſimi viri ſententiam diſputarem, non contradicendi ecquidem voluntate; ſed ſuſcepti, inſtitutique operis neceſſitate præſtiti: vt qui temporum doctrinam omni ex parte ſtabilitam, ac liquidam tradere his in libris cuperem, ab ea potiſſimum labe defenderem, quam omnium illi ſine
D dubio maximam & grauiſſimam inuſſit.

DE HIERONYMI VECCHIETTI ANNO Primitiuo, eiúſque Chronologicis erroribus contra communes ſententias nuper aſſeueratis.

Explicatur ac refutatur anni Primitiui ab illo excogitati methodus. Oſtenditur eius ſtructuram ſecum ipſam confligere.

CAPVT XLIV.

EX iis, qui aduerſus communem, & ab eruditiſſimis viris receptam Chronologiam nouiſſimè diſſeruerunt, ſupereſt refellendus alter; qui nouum inſuper genus anni commentus eſt, & triennio vulgares Faſtos augendos eſſe docuit. Hic eſt Vecchiettus Florentinus, qui ſe Ægyptium cognominari voluit: & ante tres circiter annos immanẽ Chronologiam edidit, cui Primitiui anni titulum inſcripſit. In hoc verò illius Opere duo ſunt excutienda. Alterum contextus anni, quem Primitiuum vocat, & ab Adamo poſteris traditum, atque ab Iudæis perdiu retentum eſſe dicit. cuius ſcientiam diuinitus oblatam ſibi eſſe profitetur. Alterum hiſtoricorum temporum, atque epocharum certa ratio. Ac cùm in vtroque multum, & grauiter hallucinetur; in poſteriore verò permiſceat, ac conturbet omnia: nos in ãmbo illa ſingillatim inquiremus. De priore itaque primo loco diſputabimus. B

Anni primitiui forma, cuius methodum ille tradidit, quique Tabulas omnes occupat, lunaris eſt, pérque decemnouennales cyclos progreditur. Ita fit, vt ad Solis quoque circuitus exigatur. Etenim duo illi propoſita ſunt; vt & menſes omnes ad Lunam directi ſint, eorúmque Neomeniæ, in nouilunia, quoad licet, incurrant; & ſolaribus quoque cardinibus lunarium menſium, & annorum ſyſtema reſpondeat. Anni lunares nouemdecim cum embolimis ſeptem paulo minus colligunt Iulianis totidem: quorum exceſſus, ac διάφορον poſt annos circiter CCCIV, ſiue XVI Enneadecaëteridas, ſolidum diem efficit: ac tantundem Neomeniæ lunares in anteriora retrocedunt. Rurſus annus Iulianus, ac ciuilis Tropico, & ἀκριβεῖ Solis anno minor eſt ea quantitate, quæ paulatim conflata diem vnum annis circiter CXXX conficit. Quocirca poſt annos fere CCCC, triduo Sol Iulianos cardines anteuertit. quæ omnia Parte prima, libro præſertim V Operis huius exquiſitius perſpecta ſunt. Vt igitur ambo hæc in concordiam adduceret, & ad ciuilem popularémque formam aptè temperaret, Neomeniam lunarem in anno quolibet eam eſſe primam iuſſit, quæ autumnali æquinoctio propinquior eſt. (Nam ab autumno primitiuum annum orditur; quo etiam tempore mundum eſſe conditum exiſtimat.) Primus ergo methodi labor eſt, æquinoctiales cardines annis ſingulis in anno Iuliano ſtatuere. tùm Nouilunium, quod ab autumnali propius diſtet, eligere. Vtrumque porro ex Alphonſi tabulis excerpſit; quas Prutenicis, adeóque cæteris anteponit omnibus. Verùm quoniã ſolaris antegreſſio, ſiue προήγησις non iiſdem paſſibus cum lunari procedit; ſed hac illa celerior eſt, huic incõmodo ſic medetur. Poſtquam enim æquinoctium autumnale in anteriora tanto ſpatio retroceſſit, vt à Neomenia lõgius abſtet, hoc eſt vltra gradus fere quindecim; tunc fit ἀντικατάστασις, hoc eſt pro embolimo, ac poſtremo menſe primus ſtatuitur, & embolimæus annus in cõmunem; cõmunis in embolimæum cõuertitur. Initium mutationis huius ab anno decimo capitur; qui cùm tredecim hactenus menſes habuiſſet, atque à XX Octobris inchoatus in Nouembris ſeptimum deſiiſſet, poſt annos CCXVIII abſolutos, annus ducenteſimus decimus nonus ex embolimæo fit communis; propterea quòd ſi priſtino in ſtatu maneret, anni ſequentis Neomenia in Nouembris VIII incurreret: qui dies, ob æquinoctij anticipationem, cadit in gradum Libræ XVI, ac nimium ab æquinoctio diſtat. Iccirco Neomenia primi menſis in anno decimo in VIII Octobris confertur: quo die embolimus menſis hactenus inierat. Deinceps verò ſimilis in annis cæteris ἀντικατάστασις ac mutatio continget, C D

A poſt annos ćcccx. quibus autem in annis accidat, docebit annorum cycli continua per vndecim progreſſio: nimirum 10, 2, 13, 5, 16, 8, 19, 11, 3, 14, 6, 17, 9, 1, 12. Prima, vti diximus, ἀποκατάστασις incurrit in annum mundi 220. Secunda in annum 630, cyclo enneadecaëteridis ſecundo. Tertia in anno 1040, cyclo 13, & ita deinceps annis ſemper interpoſitis ccccx. Conditi orbis epocham Vecchiettus in anno illo cōſtituit, quo Nouilunium in xxix Octobris die commiſſum eſt, hora xiii, 20′ poſt mediam noctem, in Alexandrino meridiano, feria i, in gradu Libræ 4, 48′. Quare æquinoctium per id tempus in xxiv, aut xxv Octobris incidit. Fuit annus iſte Iulianæ Periodi 761, cyclo Solis v, litera B A, Lunæ i. Quippe Dionyſianam æram coniicit in annum Iulianum ab orbis initio 3953. qui numerus de 4714 (in quem communis æræ primus congruit) detractus, relinquit 761; cuius in autumnum mundi ortus incidit. Hæc mirifici anni ſummaria deſcriptio, quem à ſe diuinitus ille compertum, ac longo interuallo cognitum affirmat; cùm hacte-
B nus longa ſepultus obliuione iacuiſſet. Primæ autem enneadecaëteridis typum, in qua conſequentes omnes ἀποκαταστάσεις intelligimus fieri, ex eodem Scriptore ſubiecimus.

CYCLVS LVNAris primus Hieronymi Vecchietti.		
	i	Octobris 29
31	ii	Octobris 18
	iii	Nouemb. 7
	iv	Octobris 27
30	v	Octobris 15
	vi	Nouemb. 3
	vii	Octobris 23
31	viii	Octobris 12
	ix	Octobris 31
30	x	Octobris 20
	xi	Nouemb. 8
	xii	Octobris 28
31	xiii	Octobris 16
	xiv	Nouemb. 5
	xv	Octobris 25
30	xvi	Octobris 14
	xvii	Nouemb. 1
	xviii	Octobris 21
31	xix	Octobris 10

Embolimæi, vt vides, anni ſunt ſeptem; è quibus quatuor xxxi diebus conſtant. quoniam anni lunares ſimplices nouemdecim cum embolimis tricenariis ſeptem, dies colligunt 6935. Ita quatuor dies, horæ circiter ſedecim, ad complendam enneadecaëteridem deſunt. Igitur integri dies aliis menſibus ſuperfunduntur.

Contra nouum hoc anni Primitiui commentum primùm illa poſſunt excipi, quæ aduerſus annum Scaligeri cœleſtem libro iv ſuperiore diſputauimus: non conſtare, vtrum Alphonſinus modus vetuſtiſſimis illis temporibus congruat; imò certum eſſe minimè conuenire, ſi
C quidem exacta cardinum momenta quærantur; quod Vecchiettus facere ſtudet. Hoc adempto, nutat omnis illa ſtructura primitiui anni, neque, vt perſuadere laborat, diuinum eſt inuentum, ſed minimè probabilis artificij, otioſique deſcriptio. Tum hoc parum in eo commodè, quòd dum ciuiles neomenias ad exacta nouilunia dirigit, iiſdem cyclis redeuntibus, etiam ante legitimum τῆς προηγήσεως interuallum, aliis atque aliis in Iuliano menſe diebus aſſignat. quod vt in aſtronomico cyclo, propter anomaliam ſideris, neceſſarium eſt; ſic in populari vulgóque vſurpata forma, qualem ſuam eſſe fingit author, nequaquam probatur. Debent enim conſtanter ad eoſdem adhæreſcere dies, donec ſtata, deſcriptáque προηγήσεων, vel μετεμπτώσεων interualla redeant. vti libro vi, aduerſus Scaligerum oſtendimus. Exempli cauſa; anno primo cycli, qui & mundi primus eſt, neomenia anni primitiui cadit in Octobris xxix. anno poſtea xx, eodem cyclo redeunte, tribuitur
D Octobris xxx. anno xxxix, redit ad Octobris xxix. anno lxxvii, Octobris xxviii, Eadem & in annis reliquis inconſtantia. Sed hæc, & id genus alia primitiui anni vitia, & incommoda vtcumque diſſimulentur: illud ſine controuerſia minimè ferri, excuſarive poteſt; quod contra hypotheſim ſuam imprudens multa peccauit. Nam cùm imprimis hoc ſtudeat, vti neomenia prima non vltra gradus quindecim infra Libram conſiſtat; idipſum tamen infinitis in locis ex methodi ratione accidit. Anno primitiuo ccxx, cyclo Lunæ xi Neomenia, quæ in Nouembris viii cadere debebat, in Octobris viii tranſlata eſt, & annus cycli x, qui hactenus embolimæus fuerat, communis eſt factus; emboliſmus verò in ſequentem annum traductus. Huius rei cauſam hanc attulit lib. i, cap. xvi, quod alioqui, ſi ſequentis anni neomenia, cyclo xi, conferretur in Nouembris viii, incideret in gradum Libræ xvi. Anno quippe ccxx, æquinoctium conuenit in Octobr. xxiii, feria 2, hora 8, 39′ à meridie, hoc eſt in Octobr. xxiv. Ab hoc tempore, ad Nouembris viii ſex ſunt dies. Ita Libræ gradus in viii Nouembris incurrit. Hæc ille. Quo-

ties ergo Neomenia in gradum Libræ XVI, aut in Virginis XV incidet, reiicula vitioſáque ſit oportet. Atqui ſæpenumero primam anni Neomeniam confert in XVI, vel XVII gradum. Anno ab orbe condito Iuliano 610, cyclo Lunæ III, Neomenia primi menſis notatur in Tabulis V Nouemb. æquinoctium Octobris XX. qui decimus ſeptimus dies eſt ante neomeniã. Annus hic erat Per. Iul. 1371, cyclo Lunæ III, Solis XXVII. Litera B. Æquinoctium ex Alphonſinis Tabulis in meridiano Alexandrino, Octobris XX, feria VII, hora circiter nona poſt mediam noctem. Igitur quintus Octobris dies, hoc eſt neomenia anni Primitiui, incurrit in gradum XVII Libræ. Sanè iiſdem ex Alphonſinis tabulis Sol decimum ſeptimum Libræ gradum vero motu ſubiit hora circiter ſecunda poſt meridiem Nouemb. V in Merid. Alexandrino. Sic anno Primitiuo 717, Neomenia 2 Nouembris, decimo ſexto die poſt æquinoctiũ, quod incidit Octob. XVIII. Rurſus anno Primitiuo 736, æquinoctium Autumnale Alexandriæ notatur Octob. XVI, feria VI; Neomenia verò Nouembris tertio, Sabbato. (Sed errore typographico 16 Octob. irrepſit pro 19) Eſto igitur æquinoctium Octobris XIX. Neomenia decimum ſextum diem obtinet ab ingreſſu Libræ. Sic annis 774, 945, 983, 1051, 1127, 1146, 1222, 1279, 1404, & aliis pleriſque, Neomenia decimum-ſextum diem occupat ab æquinoctio: & quod grauius eſt, decimum-ſeptimum. vt in annis 812, 907, 726, 964, 1021, 1203, 1317, 1336, 1393, 1412. Interdum & diebus octodecim abeſt ab æquinoctio neomenia: vt in annis 1002, 1431. Aliàs neomenia prima 16, vel 17 diebus æquinoctium antecedit: vt in annis 1040, 1078, 1097, 1192, 1469. At in annis Chriſti, poſteaquam primus menſis vernum in tempus eſt tranſlatus, æquinoctium vernum neomeniam primi menſis non raro diebus 16, aut 17, aut etiam 18 antecedit, vel ſequitur; vt in 254, 1055, 1074, 1153. Quæ nos exempla carptim, vt quiſque primùm annus occurrerat, in ſpecimen produximus. Magna itaque labes eſt noui illius inuenti. quæ & ex eo conflata eſt, quod eius author poſt annos demum 410, primas annorum neomenias mutari iubeat, & emboliſmorum tranſlationes, ſiue ἀντικαταστάσεις fieri. quod anni Tropici προήγησις velocior quàm lunaris non patitur. Etenim poſt cyclos XVI, ſiue annos CCXXVIII, Tropicus annus lunares epochas vno die anteuertit. Anni quippe Tropici CCXXVIII dies colligunt 83275, horas 6, 12′. Lunares verò, 83276, hor. 6, 29′, 20″. Diſcrimen vnius ſolidi diei: quo Neomenia lunaris infra Tropicos terminos cadit. quam ὑπόλειψιν, vel μετάπτωσιν appellant. Cùm igitur in annis CCCCX bidui fere ὑπολείψεις incidat, Vecchiettus, perinde ac ſi diei duntaxat vnius eueniret, ſpatium illud ἀντικαταστάσει præfiniit. Eſto enim, verbi gratia, autumnale æquinoctium in Octobris XX; neomenia verò primi menſis Nouembris tertio. quæ ex methodo remotiſſima eſt; cùm vltra XV diem prorogari non debeat. Poſt annos CCXXVIII, eadem neomenia cadet in XVI gradum Libræ; proindéque reiicula fiet; & ad ſecundum menſem pertinebit. Nihilominus anni Primitiui conditor ad annos præterea CLXXX illam in ſtatione continet. Quocirca methodus illa omnis, & commentum anni primitiui minimè cohæret.

Exponuntur hiſtorici errores à Vecchietto commiſſi: & argumenta eius omnia diluuntur.

CAPVT XLV.

HÆC ſunt, quæ in annorum contextu animaduertenda duximus. In hiſtoria porro, interualliſque temporum, & epochis longe etiam vehementius aberrat; neque quicquam eſt fere illius in Chronologia ſincerum, ac reprehenſionis expers.

Primus, & latiſſimè diffuſus error eſt in anni Iuliani ſitu, ac primordio conſtituendo. Nam & hoc præpoſterè collocauit; & vnum in Faſtis Conſularibus annum redundare ſine vlla ratione credidit. Annum ordinationis Iulianæ primum iniiſſe dicit Iulio Cæſare V Conſule. quem ab Vrbe condita numerat ſeptingenteſimum ſeptimum; tametſi in Faſtis Capitolinis octa-

A uus ſit ſuprà ſeptingenteſimum. quoniam Faſtos Romanos vno anno, paríque Conſulum breuiores facit. Huius rei probationem ex interuallis eclipſeon aſſumit: duarum videlicet Solarium, quas Herodotus retulit; & Solaris vnius, alterius lunaris: quarum illa Dionem, hæc Tacitum habet authorem. Argumentandi ratio, quæ apud illum obſcurè concipitur, eſt eiuſmodi. Scribit Herodotus Xerxe Sardibus mouente, defeciſſe Solem verno tempore. Eodem anno certamen Olympicum celebratum eſt; quod & nos ſuo loco declarauimus. Accidit igitur anno IV exeunte Olympiadis LXXIV, quam LXXV ſecuta eſt eodem anno Iuliano. Interuallum ab hac Solis defectione ad primas Kalendas Iulianas, anni 435, dies 256. Contigit enim Aprilis XIX, quem nos annum inuenimus eſſe Iulianæ Periodi 4233, cyclo Lunæ XV, Solis V. Alteram eclipſim Herodotus lib. IX memorat; quæ poſt cladem Salaminiam euenit, cùm Cleombrotus Lacedæmoniorum rex ſacra quædam perageret. θυομένῳ οἱ (inquit) ἐπὶ τῷ Πέρσῃ ὁ ἥλιος ἀμαυρώθη ἐν τῷ οὐρανῷ. *Huic inter ſacrificandum aduerſus Perſam ſol in cœlo obſcuratus eſt*. Tempus deliquij huius eſt Octobris XIII, annis 435, diebus 77 ante Kalendas anni primi
B Iuliani: adeóque anno primo ineunte Olympiadis LXXV. Cum his duabus eclipſibus totidem comparat: alteram Solarem, quam Dio ante obitum Auguſti Cæſaris conſpectam fuiſſe prodidit. Ea conuenit in Aprilis XXVIII, ad veſperam, anno Iuliano LVIII. alteram lunarem; cuius meminit Tacitus, paulo poſt Cæſaris mortem. quæ quidem Kalendis anni primi Iuliani poſterior eſt annis 57, diebus 280: at prior, annis 57, diebus 118. Iam verò ſi annos 435, dies 256, quibus eclipſis prior Herodotea Kalendas Iulianas antecedit, componas cum annis 57, diebus 118, quibus Solaris à Dione prodita Kalendas eaſdem conſecuta eſt; ſumma conſiet annorum 493, dierum 9. Atqui hoc interuallum ex vulgaribus Faſtis tueri non poſſumus. Etenim Roma condita ſit, vt Dionyſio Halicarnaſſenſi placuit, anno I Olymp. VII, hoc eſt annis Iphiti XXIV, & menſibus decem circiter elapſis: cùm Solaris defectio, quæ Xerxis διάβασιν præceſſit, contigerit annis ab Iphito CCXCV cum decem fere menſibus euolutis, hoc eſt exeunte CCXCVI; detractis annis XXIV, menſibus X, reliqui ſunt anni CCLXXI. Itaque anno Vrbis ineunte CCLXXII contigit Xerxis tranſuectio. Annos CCCCXXXV, menſes fere VIII,
C qui ab eclipſi Herodoti ad annum primum Iulianum fluxerunt, adiice annis CCLXXI; fient anni 706, menſes octo. Ergo annus primus Iulianus iniit anno Vrbis 707, octo iam inchoatis menſibus. At in Faſtis Capitolinis poſt eos Coſſ. qui anno V. C. 272 fuerunt, ad Conſulatum IV Cæſaris, ſiue annum, vt vocant, Confuſionis, paria ſunt Coſſ. 436; ita vt Conſulatus IV Cæſaris ſit quadringenteſimus triceſimus ſeptimus poſt expletum annum 272. debet autem duntaxat eſſe quadringenteſimus triceſimus quintus, ſi quidem anno ipſo τῆς διαβάσεως incluſo non plures quàm 436 anni; excluſo verò, 435 putantur. Vnus igitur annus è Faſtis eradendum eſt: nimirum ille, qui ſine Coſſ. tranſactus à Liuio dicitur lib. VIII, & à Sigonio 420 numeratur.

Alterum argumentum. Liuius eclipſes duas memorat: Solis priorem l. VII Dec. IV, Coſſ. L. Scipione Aſiattico C. Lælio, quando aduerſus Antiochũ profectus eſt Scipio. Quanquam hallucinatus videtur Liuius. Nam eclipſis illa cadit in Coſſ. P. Cornelium Scipionem Naſicam, & M. Acilium Glabrionẽ, à quo & expeditio aduerſus Antiochum eſt ſuſcepta. Poſterior eclipſis lunaris incidit in Conſulatum
D L. Æmilij Paulli nocte antequam cum Perſeo confligeret. Prior eclipſis annis 164, diebus 147 Kal. primas Iulianas anteceſſit. Contigit enim anno I Olymp. 147, Aprilis IV. Poſterior autem annis 123, diebus 182 ante eaſdem Iulianas Kalendas commiſſa eſt, Iulij 11, ineunte Olympiade CLIII. Ab eclipſi prima Herodotea ad illam Naſicæ anni ſunt 288, dies 355. ad alteram Æmilio Conſule, anni 312, dies 74. Ergo Conſulatus Naſicæ annum ducenteſimum nonageſimum labentem occupat ab anno tranſitus Xerxis; quem in V. C. 272 cadere diximus, vtroque comprehenſo termino. Conſulatus verò Paulli eſt annus trecenteſimus decimus tertius. Atqui in Faſtis Capitolinis Naſicæ Conſulatus conuenit in annum Vrbis 562: éſtque ducenteſimus nonageſimus primus. Itaque vnus annus è Faſtis expungendus eſt.

Pag 588. edit. Græcolat.

Accedit & Polybij teſtimonium, qui Hannibalem ſcribit anno primo Olympiadis CXL profectum obſediſſe Saguntum. Accidit hoc exeunte Conſulatu A Liuij Salinatoris, in fine anni V. C. 532, & ineunte 533. Hinc ad Conſulatum V Cæſaris, paria ſunt Conſulum 174. Igitur Conſulatus Cæſaris V congruit anno ab V. C. 708, non, vt eſt in Faſtis Capitolinis, 709.

Occurritur ſuperioribus argumentis.

Ad hæc omnia ex iis, quæ libro IX, cùm de tranſitu Xerxis, déque annis Olympiadicis & Vrbis ageremus, vberrimè pertractata ſunt, perfacilis eſt reſpõſio. Fons eſt enim erroris totius in anno Xerxeæ διαβάσεως, quem contra hiſtoriam anteuertit. Nihil eſt ex Herodoti narratione certius, quàm æſtate anni, quo Xerxes traiecit Helleſpontum, Olympicos agones fuiſſe celebratos; vt ſuo loco demonſtrauimus: nec Vecchiettus repugnat. Eſt igitur hæc Olympias LXXV. quæ quidem anno ante Chriſtianam, & communem æram incidit quadringenteſimo & octogeſimo; ita vt primus annus Chriſti, vtroque comprehenſo termino, ſit quadringenteſimus octogeſimus primus. Docent hoc, & firmiſſimè perſuadent argumenta omnia, quibus epocham Olympiadicam L. IX muniuimus. Errat ſanè Vecchiettus, B qui eclipſes duas ab Herodoto memoratas in eundem annum coniicit, quo agones Olympici commiſſi ſunt. Eſt enim hic annus Periodi Iulianæ 4234, in quem binæ quidem eclipſes competunt; altera VIII die Aprilis; altera Octobris ſecundo. Sed prior in Aſia, Græciáve conſpici non potuit. Nam Nouilunium verum Sardibus incidit Aprilis IX, feria II, hora 0, 6′ media fere nocte. Altera Solis defectio Octob. ſecundo die commiſſa eſt, hora 1, 44′ poſt meridiem, Athenis: fuitque digitorum fere 8. Hæc illa eſt, cuius Herodotus lib. IX mentionem facit. vt lib. X, cap. XXIV oſtendimus. At Vecchiettus ambas illas Solis eclipſes coniicit in annum antecedentem. Etenim priorem ille cenſet eam fuiſſe, quæ Apr. XIX contigit; proindéque cyclo Lunæ XV, Solis V; litera BA: qui eſt annus Per. Iul. 4233. poſteriorem confert in Octob. XIII eiuſdem anni. Atqui neutra conſpici potuit. Nam in prima parallaxis maxima fuit: adeo vt apparens latitudo ſummam ſemidiametrorum exceſſerit. In ſecundâ, latitudo fuit auſtralis, cui adiuncta parallaxis longè vltra eclipticos limites eam promouit. Quod alio loco declaratum eſt. Præterea quamuis anno Per. Iul. 4233 duas haſce defectiones reuera contigiſſe fateamur; tamen falſiſſimum eſt Olympiadicum certamen anno iſto C celebratum fuiſſe. Itaque Vecchiettus Olympiadas vno anno præuertit. Vnde annum primum æræ Chriſtianæ cœpiſſe putat labente anno primo Olympiadis CXCV, hoc eſt Iphiti DCCLXXVII: cùm reuera nonniſi quarto labente Olympiadis illius inierit. Annus quippe Chriſti primus, ſiue Dionyſianus, & vulgaris ab illo computatur ab Orbe condito Iulianus 3953. Hunc ſi deducas ex annis Per. Iul. 4714, reliqui ſunt 761. Itaque primum annum mundi inchoat ab autumno anni Per. Iul. 761: & ad methodum Iulianæ Periodi addenda ſunt annis mundi 760; vt annum mundi in Iuliana Periodo ab autumno ineuntem habeas; vel, vt à Kal. Ian. incipiat annus, addenda 761. Cùm igitur annus primus Olympiadicus in illius tabulis conferatur in annum 3176; additis, ex methodo, 761, conficet annus Periodi Iulianæ 3937, quo Olympias prima ab Iphito celebratur.

Verùm ab anno ſequenti, 3938, inchoandas eſſe potiùs Olympiadas, lib. IX probauimus. Idem genus hallucinationis & in Auguſti Cæſaris annis à Vecchietto D commiſſum eſt, cuius obitum perperam contulit in annum Iulianum LVIII. Nam eclipſis illa Solis, quæ XXVIII Aprilis incidit, anno ante mortem Auguſti contigit: ac Romæ vix conſpici potuit. Commiſſa eſt enim in Horizonte Regiomontano ſyzygia veriſſima hora 20, 31′ poſt mediam noctem: Romæ verò hora circiter 19, 49′, Sole iam infra Horizontem condito. Erat enim in gradu Tauri 5, 44′, quo tempore Romæ dies eſt horarum 13, 40′ circiter. Itaque Sol horis æqualibus à media nocte 18, 50′ tranſactis infra horizontem premitur. Vix potuit igitur defectus ille Solaris Romæ conſpici. Et vt videri ſaltem eius initium potuerit, nequaquam in eum annum incidit, quo mortuus eſt Auguſtus, nimirum in Conſulatum Sextorum duorum, ſed in antecedentem. vt alibi demonſtratum eſt. Similiter eclipſis illa Lunæ, quæ poſt obitum Auguſti in Pannonia conſpecta eſt, competit in annum Chriſti XIV, Septembris XXVII, feria V. Quanquam enim altera contigit anno Chriſti XIII, Octobris VII. (Nam Plenilunium verum congruit hor. 19,

A 44′ à media nocte Romæ. Latitudinis motus S. 11, 20, 54′.) ea tamen perexigua fuit, vt paulo plus duntaxat triente obſcuratum fuerit. cùm tamen illa ipſa Taciti integra defectio eſſe debeat. Ad hæc mors Auguſti nequaquam anno Chriſti XIII tribui poteſt. vt ex aliis omnibus argumentis apparet, quæ ſuo loco diſputata ſunt. Vide lib. XI, cap. VI.

Rurſus in illo Solis deliquio, quod L. Scipione Aſiatico, C. Lælio Coſſ. accidiſſe ſcribit Liuius, qui eſt annus Varronianus DLXIV; anno Per. Iul. 4524, Vecchiettus Liuium immeritò reprehendit. Nam reuera anno illo Sol defecit Martij XIV; vti ſuo loco docuimus. At illa, quam in Aprilis IV coniicit, conuenit anno Per. Iul. 4522; Vrbis Varroniano DLXII; in Faſtis Capitolinis, DLXI. quo tempore nulla fuit eclipſis Solaris. propterea quod latitudo erat auſtralis. Nouilunium verum hor. 15, 38′ à media nocte Romæ. Latitudinis anomalia Sig. 11, 24, 39′. cui adiuncta parallaxis ſemidiametrorum ſummam nimium excedit. Præterea illo ipſo Vrbis anno Conſules fuere L. Quinctius Flaminius, Cn. Domitius Ahenobarbus, non Naſica, & Acilius Glabrio, quorum Conſulatus in annum ſequentem conuenit.
B

In eo verò Lunæ deliquio, quod Paulo Æmilio Conſule accidit, grauiter hallucinatur. Nam & aduerſus hiſtoriam, & in defectionis illius deſignatione peccat. Quod ad eclipſin attinet; contingere illa Vecchietti debuit anno Per. Iul. 4545, cyclo Lunæ IV, Solis IX, lit. DC. quam ex noſtris Tabulis erroris conuincendi gratia placet hîc deſcribere; nullam vt fuiſſe conſtet.

A primo anno Nabonaſſari vſque ad hanc eclipſin computantur anni Ægyptiaci 578, dies 271, horæ 17 in Horizonte Lutetiæ. Conſpecta eſt igitur anno currente Nabonaſſari 579, Pauni 2, feria 6. Iulij 2, hora 17 poſt mediam noctem. Ad quod tempus ex Tabularum noſtrarum methodo hi motus colliguntur.

Nouilunium medium Iulij 2, feria 6, hora 17, 22′.

	S.	G.	′	″	
C Motus Solis ab æquinoctio	3	7	30		
Anomalia Solis	1	2	6		
Anomalia Lunæ,	0	13	6		
Motus latitudinis Lunæ	11	19	49		
Proſthaphæreſis Solis	0	1	5	55	S
Proſthaphæreſis Lunæ	0	1	3	18	S
Detracta Solis è lunari, reſiduum		0	2	37	
Tempus ad mediam ſyzygiam addendum		0	5		A
Ergo vera coniunctio	Iulij 2, hor	17	17		
Verus locus luminarium	3	6	27	24	
Propter æquationem dierum adde			2		
Nouilunium ergo	Iulij 2, hor.	17	29		
In Macedonia vero	Iulij 2, hor.	19	8		
Latitudinis anomalia caſtigata S.	11	19	51	34	
Verus motus latitudinis Sign.	11	18	45	39	
D Latitudo vera auſtralis		0	58	54	
Semidiameter Lunæ		0	16	1	
Semidiameter vmbræ		0	42	58	
Ambæ ſimul coniunctæ		0	58	59	

Latitudo Lunæ par eſt ſummæ diametrorum. Ergo nulla defectio contigit.

Quæ cùm ita ſint, vana eſt & irrita collectio, quæ cõtra Faſtorum omnium fidem vnum è numero Conſulatuum annum expungit. Nam interualla cœleſtium obſeruationum, etiam illarum, quas falſò Vecchiettus aſſumit, ſi ſuis quæq; tẽporibus fideliter attribuãtur, egregiè conſtant. Annus defectionis Herodoteæ ſolaris, ſi qua fuiſſet, debuit eſſe Per. Iul. 4233. à quo ad ſolarem alteram Dionis, quæ anno Chriſti XIII cõtigit, intercedunt anni Iuliani 493, dies 9. At Vecchiettus tam Herodoteam perperã exeunti anno quarto LXXIV Olympiadis aſſignat, quàm Dioneam anno, quo exceſſit Auguſtus. Par eſt in reliquarum comparatione fides. Ex hac τῶν φαινομένων παραχρήσεως hiſtoriæ totius apud Vecchiettum, ac præcipuarum imprimis epocharum deprauata ratio; Olympiadum, Vrbis Romæ, anni primi Iuliani, & inſequentium omnium, Herodis, Romanorum Imperatorum propemodum omnium. Nihil denique ſincerè ac ſuo loco redditum eſt. Vno enim anno perpetuò verum tempus anteuertit. quod in paucis ad ſpecimen exemplis, vel experiundæ methodi noſtræ, doctrinæque gratia libet oſtendere.

 A

Quantum in Herodis tempore, & Paſſione Chriſti Vecchiettus hallucinatus ſit, palam demonſtratur.

CAPVT XLVI.

VT ab Herode Iudæorum rege ſumamus initium, quæ de illius exordio diligenter in lib. x diſputata ſunt, ſatis euincunt, ſi Ioſephum authorem ſequimur, auſpicatum illum fuiſſe anno VI Iuliano, qui eſt Periodi Iulianæ 4674, Conſulibus Caluino, & Pollione: ſecundum autem primordium in annum IX Iulianum, Per. Iul. 4677 cadere, Conſulibus Agrippa, & Caninio Gallo. mortuum denique anno Iuliano XLII. At Vecchiettus Herodem à primo exordio regnaſſe putat annos XL, cum aliquot hebdomadibus: à ſecundo verò, annos XXXVII; mortuum autem anno ipſo, in quem Natalis vulgaris incidit; Per. Iul. 4713, quem ille ab Orbe condito B numerat 3952. Verùm abſurdum eſt, Herodi XL annos aſſignare, cum XXXVII, non amplius, regnauerit. Deinde pluribus argumentis adſtruximus, ex Ioſephi, & Dionis hiſtoria neceſſariò conſequi, triennio ante tempus illud Herodem obiiſſe. Vide quæ lib. XI ſuper ea re diſſeruimus.

Quod ad Chriſtum Dominum attinet, natum eum temerè definit Martij XXV, non modò contra communem, antiquiſſimámque παράδοσιν; verùm etiam ſine vllo certo nouæ opinionis argumento. Sed in anno ipſo Paſſionis minus eſt illius ratio tolerabilis. Chriſtum enim libro quarto paſſum exiſtimat Aprilis XI, feria VI, anno IV currente Olympiadis CCII, quatuo die ante oppoſitionem veram, quæ Aprilis XIV contigit. Hunc annum mundi 3984 numerat. qui eſt Iulianæ Periodi 4545, æræ communis XXXII, quo Coſſ. fuere Cn. Domitius Ahenobarbus, & Vitellius Nepos, anno V. C. DCCLXXXV, Iuliano LXXVII. Quanquam ille perperam Coſſ. hunc annum notat Ser. Sulpitio Galba, & L. Cornelio Sulla; quí C in ſequentem congruunt. Porrò eodem anno vera Oppoſitio luminarium contigit Apr. XIV, circa mediam noctem, ineunte feria II, quem diem Niſan XVII appellat. vnde XIV dies Niſan cadit in feriam VI antecedentem, cuius ad veſperam Iudæos ait Paſcha celebraſſe. Ex quo duo quædam abſurda, falſáque concludit: Alterum, Chriſtum Dominum anno illo legitimum Paſcha minimè celebraſſe, neque agni epulo functum eſſe: Alterum, non in azymo pane, ſed in fermentato conſecraſſe. Hæc portenta noui illius anni ordinatio peperit. Ex his autem duobus, prius Græcis quibuſdam Patribus venit in mentem; veluti Petro Alexandrino, & aliis, quos hoc libro cap. XVIII commemorauimus. Poſterius hodiéque Græci tuentur; ſed diſſimili, ac Vecchiettus, in cauſa ſunt; & aliquanto minus inuidioſa. Nam & Chriſtum epulum Paſchale peregiſſe volunt; &, quòd alio, ac Iudæi cæteri, tempore celebraret, fermentato vſum eſſe defendunt. Vecchiettus prius illud ſuſtulit. Nimis id quidem audacter. Atqui cauſæ nihil habuit, cur nouum hoc, inauditúmque monſtrum opinionis inueheret. Neque enim ineſt in illius argumentis ponderis tantum, vt vel mediocriter harum doctrinarum perito ſcrupulum iniiciat. D Nam non aliunde, quàm ex perpetuis paralogiſmis, & hallucinationibus conflata ſunt; quæ nos paulo antè diſcuſſimus. Sanè Chriſtum ex legis mandato Iudaicum Paſcha poſtrema illa veſpera cum Diſcipulis egiſſe, tam apertè teſtatur Euangelium, vt Vecchietti ludificationem omnem reſpuat. Matthæi XXVI, 18, interrogatus ab Apoſtolis: *Vbi vis paremus tibi comedere Paſcha?* reſpondet. *Ite in ciuitatem ad quendam; & dicite ei: Magiſter dicit: Tempus meum prope eſt, apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis.* Præſens hîc tempus pro futuro, vulgari loquendi conſuetudine. Si igitur facturum ſe Paſcha denunciat, vtique fecit. neque enim mentiri potuit. Sequitur: *Et parauerunt Paſcha. Veſpere autem facto, diſcumbebat cum duodecim.* Quis non intelligit, diſcubitum illum, atque cœnam ad id, de quo proximè loquebatur, Paſcha pertinere? Eadem & apud Marcum leguntur cap. XIV. Ibi primùm in ædes certi hominis condicit, ac parari Paſcha iubet; eóque ſe ſub veſperam confert. Quid illud Lucæ XXII, 15? Accumbens cum ſuis Dominus; *Deſi-*

A *derio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar.* τοῦτο τὸ Πάσχα, nimirum quo tum fungebatur, quod reipſa peragebat. Faceſſant itaque Vecchietti cauillationes: qui hoc Paſcha parari iuſſiſſe Dominum refert, quo ſe vſurum non eſſe ſciret. tùm apud Lucam: *Hoc Paſcha, non quod nunc manducamus*, ait; *ſed hoc, in cuius diem decimum-quartum iam ingreſſi ſumus.* Hæc fruſtratio eſt Euangelicæ veritatis, ac ſententiæ. An eſt aliud hoc Paſcha manducare, quàm agno Paſchali veſci? An verò feſtum ipſum tempúſque manducari dicitur. Pergit Chriſtus: *Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei.* quæ Vecchiettus ſic accipit. *Ex hoc*, inquit, *quòd vehementer deſiderauerim manducare, tamen; Non manducabo illud. Hîc nequaquam poßibile eſt, has duas particulas;* ex hoc: *accipi in ſignificationem temporis pro*, poſthac: *ſed in rationem omninò accipi debent conſequentiæ.* Quod duobus aliis Scripturæ locis illuſtrat. Lucæ I, in B. Mariæ Cantico: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent*, &c. Ex hoc ſcilicet, quod humilitatem meam reſpexerit. Sic eiuſdem Lucæ cap. XXII, 69. *Ex hoc autem erit filius hominis ſedens à dextris virtutis Dei.* Ex hoc nimirum, quod non credetis mihi, neque dimittetis. Hæc Vecchiettus. Qui ſi Græca conſuluiſſet, non tam abſurdæ interpretationis author extitiſſet. Nam in tribus illis locis Græca vocabula commentum illud reſpuunt. In Cantico B. Virginis ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν. *Ecce enim ex hoc tempore.* Cap. XXII, 69. ἀπὸ τοῦ νῦν ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καθήμενος. *Ab hoc tempore erit filius hominis ſedens*, &c. At com. 16. λέγω γὰρ ἡμῖν, ὅτι οὐκέτι οὐ μὴ φάγω ἐξ αὐτοῦ. *Dico enim vobis, quoniam non amplius manducabo ex ipſo.* Sed nec illud meliori iure Vecchiettus aſſumit; Chriſtum non Hieroſolymis, ſed in Bethania cœnam illam poſtremã egiſſe. Quippe Diſcipulis ita præcipit: ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν: *Ite in ciuitatem*, Mat. XXVI, Marci XIV. Lucę XXII, εἰσελθόντων ὑμῶν εἰς τὴν πόλιν. quæ vox de Bethanię vico vſurpari non poteſt. Ex iis etiam aliud, quod erat conſequens doctrinæ illius, euertiur; Chriſtum fermentatum non azymum panem ad ſui conſecrationem corporis adhibuiſſe; quòd, inquit, Paſchalem agnum, non comederit. Ambo enim iſta falſa ſunt, & à regula Catholicæ veritatis aliena.

Lib. 4 cap. 33, & 35.

B

Lib. 4, cap. 38.

C

Refellitur opinio Vecchietti ſuper annis tribus, quos in vulgares Faſtos inculcandos aſſerit.

CAPVT XLVII.

QVEMADMODVM inter Conſules anni ab V. C. 272, & quartum Cæſaris Conſulatum par vnum Conſulum exemit: ita l. VI, triennio breuiores eſſe vulgares Faſtos exiſtimat, atque annos iſtos inter Seuerum Imperat. & Conſtantium inculcat. Hoc ante ſe neminem animaduertiſſe dicit; neque porrò fortaſſis obſeruaturũ quempiam, niſi cœleſti luce mentem ſuam Deus illuſtraſſet. Verùm noua hæc obſeruatio iiſdem, quibus illa ſuperiora, firmamentis innititur; hoc eſt hallucinationibus, & paralogiſmis. Septem igitur luminarium deliquia, quæ ab anno necis Cæſaris ad Seueri octauum annum inciderunt, cum totidem confert, quæ ab anno Chriſti CCCXLVIII ad MDCXVII conſpecta ſunt. Prioris ſeptenarii prima eſt illa defectio Solis, quæ Coſſ. Iulio Cæſare, & M. Antonio contigit, anno mundi 3908; cuiúſque meminerunt lib. I Georg. Virgilius, & Plinius lib. II, cap. XXX. Ea verò cadit in diem XXVIII Mai. Secunda contigit anno mundi 3952, paulo ante mortem Herodis. Tum enim defeciſſe Lunam teſtis eſt Ioſephus lib. XVII, cap. VIII. Tempus eſt IX Ianuarii. Tertia eſt itidem lunaris, duobus Sextis Coſſ. Octobris VII, altero menſe poſt Auguſti mortem; anno mundi 3965. Quarta in annum mundi 4010, Neronis V conuenit, Vipſanio, & Fonteio Coſſ. Mai XI mane: quod teſtatur Tacitus lib. XIV. Quinta incidit in annum 4049, quando Sol defecit paulo poſt meridiem diei vltimi Aprilis, eodem anno, quo mortuus eſt Nerua, vt author eſt Aurelius Victor. Ex quo liquêre dicit, nequaquam Ianuario menſe, vt vulgò memorant, obiiſſe Neruam. Sexta pertinet ad annum mundi 4086, Adriani XIX, quo Luna defecit ea nocte, quæ conſecuta eſt Octobris XX; cuius meminit Ptole-

D

mæus lib. IV, cap. VI. Septima congruit anno mundi 4152, Seueri VIII, Coſſ. An- A
nio Fabiano, & Nonio Muciano. Sol enim tunc Cal. Aprilis matutino tempore
defecit. Huius mentio eſt apud Tertullianum Apol. ad Scap. cap. III.

Cum his ſeptem aliæ comparantur. quarum prima eſt, quæ anno Chriſti CCC-
XLVIII, mundi 4300 contigit. Sol enim meridie diei XV Aprilis defecit: vt refert
Caſſiod. in Conſulatu Philippi & Saleæ. Secunda Solaris extitit anno mundi 4345,
Chriſti CCCXCIII, Theodoſij ſenioris XV. cuius mentio eſt apud Hieron. Epiſt.
LXI, Coſſ. Theodoſio III, & Abundantio, circa dies Pentecoſtes, quæ fuit Iunij
V. Defectus verò Solis im meridie diei XXVII Mai. Tertia, quæ & lunaris fuit, ca-
dit in annum mundi 4632, Chriſti DCLXXX, Conſtantini Pogonati XIII; nocte
quæ anteceſſit Iunij XVIII. Anaſtaſius in Agathone. Quartò, anno mundi 4792,
Chriſti DCCCXL, in Vigilia Aſcenſionis diei V Mai, Sol defecit paulo ante mor-
tem Ludouici Imperat. vt eſt in vetere Chronico. Quintò, anno 4985, Chriſti
1033, Conradi Imperat. VII, Sol meridie defecit, Iunij XXIX, feria VI; vt ex Gla-
bro refert Baronius. Sextò, anno mundi 5191, Chriſti 1239, Friderici Imper. ſe- B
cundi XIX, Iunij tertio, feria VI, hora nona Sol defecit. Ita refert Ricorda-
nus Maleſpinus Florentinus hiſtoriæ Florent. cap. 135, Septima denique lunaris
eclipſis illa fuit, quæ anno mundi 5569, Chriſti 1617 accidit, Septembri menſe,
ſub initium noctis ſequentis feriam IV, Auguſti VI anni veteris, vel Gregoriani,
XVI.

Ambo iſti ſeptenarij integris, ac legitimis interuallis conſtant; nihil vt iis addi,
detrahíve poſſit. Quare triennium illud, quod deeſt, attribuendum eſt ei ſpatio,
quod interiectum eſt inter annum Chriſti ducenteſimum, ac Seueri VIII, & tre-
centeſimum quadrageſimum octauum: qui eſt Conſtantis XI, Philippo & Salea
Coſſ. Porro triennium illud ita diſpenſat. Antonino Caracallæ vnum ampliùs
imputat, quàm Faſti vulgares. Diocletiano verò duos. Illum ſeptem annis ſolidis:
hunc duobus & viginti imperaſſe dicit.

Sed noua hæc Faſtorum emendatio prorſus inutilis eſt; quam ſola authoris hal-
lucinatio peperit. Neque enim intelligit verſuram ſe facere, dum aliunde trien-
nium eximit, quod alibi præter rationem, prætérque Scriptorum fidem inſerit. C
Annus ille, quo Philippus & Salleas Coſſ. fuerunt, omnium conſenſu trecenteſi-
mus quadrageſimus & octauus eſt æræ Dionyſianæ: quo Nouilunium incidit A-
prilis XV, feria 6, 3, 17′, cyclo Lunæ VII, cyclo Solis XXI, lit. C B. Rurſus anno
Chriſti ducenteſimo Nouilunium accidit Lutetiæ Aprilis I, feria 3, 14, 57′. In-
teruallum annorum Iulianorum 148, dierum 13, 12, 20′. Colliguntur dies 54070
horæ 12, 20′ quæ ſyzygias integras complent 1831. Vecchiettus autem biennium
adimit Probo: quem annos tantùm quatuor expleſſe dicit. tertium Caro, cui vni-
cum annum attribuit. Vnde, vt Faſtorum ſuorum ruinam fulciat, totidem annos
importunè aliis locis inculcat. Quare nullum hîc quidem in caſtigatioribus Faſtis
vitium eſt, ſed in Vecchiettianis annalibus. Quod enim ad Diocletianum attinet,
vtrumque perperam aſſeuerat; & anno Chriſti CCLXXXII cœpiſſe, & duobus ac
viginti annis imperaſſe. qua de re lib. XI fusè diſputauimus: ibidémque de Maxi-
miani primordio egimus.

Quod ad eclipſes ab eo memoratas attinet, in pleriſque fugit illum ratio. Nam D
eæ ſæpenumerò nullæ fuerunt. De prima ſeptenarij primi Solis defectione, quam
eo anno contigiſſe vult, quo Cæſar occiſus eſt, ſatis actum eſt à nobis lib. X, cap.
LXIII. Ibi ſolem minimè tùm defeciſſe demonſtrauimus. In tertia eatenus aber-
rat, quòd reipſa quidem Luna defecit; ſed non amplius quàm in parte diametri
tertia: vti ſuprà docuimus. At quæ mortem Auguſti conſecuta eſt, integra fuit.
Vide lib. XI, cap. VI.

Sed abſurdiſſimi ſunt illius calculi in quarta Solis defectione, quæ Vipſanio, &
Fonteio Coſſ. imputatur. Hanc ipſe Mai XI, anno communis æræ LVIII accidiſſe
putat. Sed dupliciter refellitur. Primò, quòd eclipſis illa pridie Kal. Maias com-
miſſa eſt, teſte Plinio, libro II, cap. LXX. Secundò, quod altera illa noctu fere con-
tigit, adeóque videri non potuit. Siquidem Nouilunium verum Romæ factum
eſt hora poſt mediam noctem 5, 13′. apparens hora 4, 7′, Sole in Tauri gradu 17
39′ verſante. quando ortus eius incidit in horam 4, 55′. Itaque nonniſi perexiguam

A ſolaris deliquij particulam commodùm oriente ipſo Campania videre potuit. At Plinius hora inter ſeptimam & octauam contigiſſe memorat. Vide libro VIII cap. XII.

Sic & ſolaris illa defectio, quam ſub Neruæ obitum eueniſſe ſcribit anno Chriſti XCVII, Aprilis XXX, falſiſſima eſt. Quippe latitudo fuit auſtralis. Motus verus latitudinis Signorum 6, 10, 32′. Latitudo ergo, 54′, 34″, quam parallaxis auget. Quare nulla fuit defectio hoc quidem in hemiſphærio. Sed neque ſeptima anni Chriſti ducenteſimi propter eandem cauſam conſpici potuit. Nouilunium verum Vticæ in Africa commiſſum eſt Aprilis 1, hora poſt noctem mediam 9, 25′. Verus motus latitudinis Sign. 11, 25, 16′. 38″. Latitudo vera auſtralis, 24′, 35″. apparens ob parallaxin multo maior ſemidiametrorum ſumma.

Rurſus in altero ſeptenario prima eclipſis, & ſecunda perperam conceptæ ſunt. Nam quæ anno Chriſti CCCXLVIII Philippo & Salea Coſſ. accidit, Octobris IX conſpecta eſt, feria 1, hora 7, 31′, fuitque digitorum 8 Conſtantinopoli. At verò Aprilis XV eodem anno eclipſis Solis nulla. Nouilunium verum hora 10 39′. Mo-
B latitudinis verus Sign. 11, 24, 18′. Latitudo vera, 29′, 41″. Apparens, addita parallaxi, maior ſumma ſemidiametrorum. Proinde nulla eclipſis hoc in hemiſphærio contigit.

Alterum Nouilunium anno Chriſti CCCXCIII, Mai XXVII, hora 11, 25′ circiter Hieroſolymis. Sed motus latitudinis auſtralis Signorum 6, 7, 0′, 44″. Latitudo vera 36′, 19″, quę cùm ſemidiametrorũ ſummam ſuperat: tùm parallaxi fit etiam amplior. Quocirca vanæ ſunt, ac mendoſæ noui illius Prophetæ tabulæ; conatus omnis irritus. neque quicquam ab eo, alióve propoſitum eſt, propter quod communis, & hactenus à nobis affirmatæ, conſtabilitæque Chronologiæ pœnitere nos oporteat. Hîc igitur duodecimus Operis totius, ac ſecundæ τῶν ἱϛορουμένων partis quartus liber deſinet. quem quidem, vt & reliquos, ſolenni epilogo concludemus.

Epilogus libri XII *de Doctrina Temporum.*

DEMONSTRATVM eſt igitur hoc in duodecimo libro, falſa & abſurda eſſe
C omnia, quæ in VI de Emendatione Temporum libro de Natali Domini, déque Paſchatibus ab eo tranſactis, & Paſſione. tum de Danielis hebdomadibus, hiſtoria Eſther; Francorum primordiis, ex inuentis ſuis diſputauit Scaliger. Proinde

QVicquid in ſexto de Emendatione Temporum libro omnibus ferè paginis noui, à ſéque excogitati Scaliger attulit; tùm quæ in Iſagogicis Canonibus ad eadem argumenta diſputauit, falſa, & abſurda ſunt omnia. Quod erat demonſtrandum.

DIONYSII PETAVII E SOCIETATE IESV DE DOCTRINA TEMPORVM

LIBER XIII.

QVI CHRONOLOGIAM, HOC EST Temporum ſeriem, & vſum Doctrinæ fructúmque continet.

Anni Periodi Iulian. Cycli ✱ ⊙	Anni mundi.	Anni ante Chriſtum.	
730 2 9 E	0	3984	MVNDVS à Deo conditus eſt autumni tempore. Vide lib. IX, cap. VII. Prima dies incidit in XXVI Octobris, feriámque primam. quo die æquinoctium πλατικῶς contigit ex Tabulis lib. VII. At ex Pariſinis octaui libri, ἀκριβὲς commiſſum eſt Octobris XXIII, feria V, hora 21, 52′ Hieroſolymis. Nouilunium quoque verum contigit Octobris XII, hora 11, 22′ à media nocte. Vnde Luna XV mundus fabricari cœptus. Hoc enim die ſupremum cœlum, lucem, & Angelos procreauit. Secunda die, Octobris XXVII, feria II firmamentum productum eſt: aquæ ab aquis ſeiunctæ. Tertia die, Octobris XXVIII, feria III; collectis in vnum locum aquis emerſit terra, ac germinare cœpit, & ſtirpium plantarúmque genera omnia propagauit. Quarta die, Octobris XXIX, feria IV, Sol & Luna, reliquíque planetæ, & ſtellæ procreantur. Quinta die, Octobris XXX, feria V, piſces ex aqua, indidémque volucres oriri iubentur, ac ſuis quique ſtationibus attribuuntur. Sexta die Octobris XXXI, feria VI, animalia terrena produxit Deus. Tum poſtremum, qui imperaret vniuerſis, Adamum de limo terræ formauit ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam. Pòſt ex eius dormientis latere Euam coniugem finxit. Septima die Nouembris I, feria VII requieuit Deus, ac diem Sabbati ſanctificauit. Paulo pòſt Adamus apud Deum offendit, ac felici domicilio deiectus eſt.
731 3 19 D	1	3983	CAIN naſcitur.
732 4 11 C	2	3982	ABEL naſcitur.
859 19 4 E	129	3855	CAIN Abelem innocentem occidit.
860 20 5 D	130	3854	ADAM genuit Seth anno ætatis ſuæ centeſimo trigeſimo. Gen. 5, 3.
965 13 15 FE	235	3749	ENOS à Setho gignitur anno ætatis CV, Geneſ. 5, 6.

Per. Iul ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.	
1055 19 10 E	325	3659	ENOS natus annos XC genuit Cainan. Gen. 5, 9.
1125 5 4 BA	395	3589	CAINAN genuit Malaleel anno ætatis LXX. Gen. 5, 12.
1190 14 12 D	460	3524	MALALEEL genuit Iared annos natus LXV. Gen. 5, 15.
1352 8 3 E	622	3362	IARED genuit Enoch anno vitæ CLXII. Gen. 5, 18.
1417 17 11 AG	687	3297	ENOCH genuit Mathuſalem anno ætatis ſuæ LXV. Gen. 5, 21.
1604 8 8 E	874	3110	MATHVSALEM genuit Lamech anno ætatis CLXXXVII. Gen. 5, 25.
1660 26 16 C	930	3054	ADAMVS primus parens moritur annos natus 930.
1717 9 7 DC	987	2997	ENOCH cùm Deo placeret, raptus eſt anno ætatis 365. Gen. 5, 24.
1772 8 5 E	1042	2942	SETH Adami filius anno vitæ 912 moritur. Gen. 5, 8.
1786 22 19 A	1056	2928	LAMECH natus annos 182 genuit Noë. Gen. 5, 28.
1870 22 8 A	1140	2844	ENOS moritur anno ætatis 905. Gen. 5, 11.
1965 5 8 BA	1235	2749	CAINAN moritur anno ætatis 910. Gen. 5, 14.
2020 4 6 C	1290	2694	MALALEEL obiit anno vitæ ſuæ 895. Gen. 5, 17.
2152 24 5 F	1422	2562	IARED moritur anno ætatis 962. Gen. 5, 20.
2266 26 4 C	1536	2448	NOE centum & viginti annis ante diluuiũ de futura mundi calamitate, déque arca fabricanda reſponſum accipit. Ita quippe locus ille Gen. 6, 3 accipiendus eſt. Tùm vero mortales omnes tam facto ipſo, quàm verbis ad pœnitentiam incitauit.
2288 20 8 D	1558	2426	NOE annos natus 502 genuit Sem. Gen. 11, 12.
2385 5 10 BA	1655	2329	MATHVSALEM obiit anno ætatis 969 paulo ante diluuium.

Anno mundi labente 1655 à Ianuario, ineunte verò 1656 ab Octobri, ac rerum conditu, Diluuium accidit. Menſis primus iniit Octobris X, feria III. Menſis ſecundus Nouembris IX. Itaque decima ſeptima die menſis ſecundi, Nouemb. XXV, pluuiæ cœperunt; & Noë arcam ingreſſus eſt. Quadraginta porro diebus continuè pluit: quod Decembris XXVI die, feria III fieri deſiit. Eodem interuallo aquæ cæteræ vehementius inundarunt, ac terram vniuerſam operuerunt: ſic vt quindecim cubitis ſuprà montium vertices eminerent. Hæc Gen. cap. 7.

Per. Iul ✳ ⊙	Mundi.	Ante Chr.	
2386 6 11 G	1656	2328	HVIVS anni maiorem partem diluuium occupauit. Poſtquam diebus centũ & quinquaginta partim ingentibus pluuiis, partim inundante mari auctæ in immenſum aquæ terram obruerunt, deinceps imminui cœperunt à die XVII menſis æquabilis ſeptimi, qui eſt Aprilis XXIV, feria 3. Inde XXVII die menſis eiuſdem, hoc eſt vndecimo poſtquam imminui cœptæ ſunt, Mai IV, feria VI requieuit Arca ſuper montes Armeniæ. vt habet editio Latina vulgata. Poſtea decimo menſe, prima die apparuerunt cacumina montium, Iulij VII, feria VII. Poſt dies XL Noë coruum emiſit ex arca, Auguſti XVI, feria V. qui non eſt reuerſus. Poſt ſeptem dies, Auguſti XXIII, feria V, columbam dimiſit: quæ cùm in ſicco pedem figere non poſſet, ad eum reuertitur. Igitur poſt ſeptem alios dies, hoc eſt Auguſti XXX, feria V, iterum emiſit columbam: quæ ad eum reuerſa virentem oleæ ramum attulit. Rurſus poſt ſeptem dies, Septembris VI, feria V, columbam dimiſit: quæ non eſt reuerſa. Euoluto demum anno ſexcenteſimo Noëmi, & ineunte ſexcenteſimo primo, menſe primo; id eſt Octobris X, feria VII, ſiccatis iam aquis, Noë tectum arcæ diduxit. Menſe deinde XXVII, nempe Decemb. VIII, feria VII, ſecundo die, iuſſu Dei Noë ex arca digreſſus eſt, ac Soteria celebrauit.
2388 8 13 E	1658	2326	ARPHAXAD filius Sem naſcitur, cùm is centeſimum annum ageret. Gen. XI, II.
2423 15 10 C	1693	2291	SALE naſcitur anno Arphaxad 35. Gen. XI, 12.
2453 17 2 AG	1723	2261	SALE anno XXX genuit Heber, com. 14.
2487 23 17 G	1757	2227	HEBER anno XXXIV genuit Phaleg, com. 15.
2517 25 9 ED	1787	2197	REV naſcitur anno Phaleg XXX, com. 16.
2539 19 12 AG	1809	2175	SVB hunc annum propagata iam humani generis ſobole, cùm propediem diuidendos ſe, ac varias in orbis regiones ſpargendos eſſe mortales intelligerent, idque ex Heberis vaticinio ſcirent; ingentem turrim in campo Sennaar extruxerunt. Sed Dominus linguas illorum confudit. vnde loco nomen inditum. Exinde diſtributis per orbem gentibus regna conſtituta ſunt. Aſſyriorum igitur imperium hoc ferè anno primordium habuit. Huius conditor à profanis Belus; à ſacris hiſtoricis Nembroth ille nominatur, *robuſtus venator coram Domino*, nepos Chami, qui Babylonem condidit. Gen. X, 10. Ad idem tempus referenda ſunt Arabum, & Ægyptiorum regna, quæ in Euſebij Chronico fabuloſa vetuſtate ſuprà diluuium extenduntur. De qua re vide lib. IX de Doctr. Temp. cap. XIII.
2549 1 3 GF	1819	2165	SARVG naſcitur anno Reu XXXII. Gen. XI, 20.
2550 2 4 E	1820	2164	SICYONIORVM regnum circa hunc annum initium accepit. Lib. IX de Doct. Temp. cap. XVI, biennio anteuertimus. Sed hic annus placet. Primus regnum tenuit Ægialus, à quo Ægialia Peloponneſus appellatur.
2579 3 14 D	1849	2135	NACHOR auus Abraami naſcitur anno Sarug XXX. Gen. XI, 22.
2602 26 18 C	1872	2112	SICYONIORVM ſecundus rex Europs iniit, qui regnauit annis XLV.

Per.Iul ✳ ⊙	Mundi.	Ante Chr.	
2604 28 1 A	1874	2110	Mortvo Belo, qui regnauit annos lxv, Ninus imperauit. Is Niniuen extruxit, eáque regni ſede delecta, Aſſyriorum propriè dictum fundauit imperium. Hic eſt Aſſur, id eſt Aſſyrius ille, de quo Gen. x, 11. Ab eo gentilium hiſtoriæ proficiſcuntur. Cuius geſta Diodorus Siculus lib. 11 memoriæ prodidit. Hic Arabes, Armenios, Medos, vniuerſam denique Aſiam ſeptemdecim annis ditioni ſuæ ſubiecit. Vrbem Ninum longè ampliſſimam condidit cl ſtadiorum longitudine, latitudine xc, ambitu cccclxxx. Poſtremò Bactrianis in poteſtatem redactis, Semiramidem duxit, ex eáque Ninyan filium ſuſcepit.
2608 4 5 C	1878	2106	Thare naſcitur anno Nachoris xxix. Gen. xi, 24.
2647 15 6 C	1917	2067	Sicyoniorvm tertius rex Telchin annis xx. Euſebius.
2656 24 15 G	1926	2058	Ninvs hoc anno moritur, poſtquam regnauit annos lii. Hic Ninyam filium impuberem reliquit. cuius nomine primùm Semiramis imperium adminiſtrauit: deinde ad ſeſe tranſtulit, ac duobus & quadraginta annis obtinuit. Ab ea condita dicitur à Græcis Babylon. Sed auctam, & amplificatam potiùs interpretamur, & admirabili murorum ambitu cinctam; cuius circuitus ſtadia colligebat cccclxxx. erántque latera quatuor, ſingula cxx ſtadiorum. Herod. Clio. De rebus ab ea geſtis Diod. lib. 11.
2667 7 7 F	1937	2047	Sicyoniorvm quartus rex Apis annis xxv. Euſ.
2678 18 18 F	1948	2036	Thare ſeptuaginta natus annos Abraamum genuit. Gen. xi, 26. Vide lib. ix, cap. xviii. anno poſt diluuium 292; Semiramidis 23: Api Sicyoniis duodecimum annum regnante.
2688 28 9 A	1958	2026	Hoc anno Sara naſcitur eodem quo Abraamus patre, ſed matre diuerſa. Illud ex Gen. xvii, 17. hoc ex xx, 12 colligitur.
2692 4 13 E	1962	2022	Sicyoniorvm v rex Thelxion annis lii. Euſeb.
2697 9 18 DC	1967	2017	Ab hoc anno Euſebiani Chronici epocha progreditur: & quidem ab Autumno. Vide lib. ix, cap. i.
2698 10 19 B	1968	2016	Ninyas Nini & Semiramidis filius matrem concubitum ſuum petentem interficit, ac regnare Aſſyriis incipit. Qui contentus elaborato à parentibus imperio belli ſtudia depoſuit, ac veluti ſexum cum matre mutaſſet, raró à viris viſus, in fœminarum turba conſenuit. Iuſtinus 1, Diod. lib. 11.
2726 10 9 B	1996	1988	Arphaxad obiit anno ætatis cccxxxviii, Gen. xi, 13. Phaleg quoque moritur anno vitæ ccxxxix, com. 19.
2727 11 10 A	1997	1987	Nachor auus Abraami moritur anno ætatis cxlviii. Gen. xi, 25.
2736 20 19 D	2006	1978	Noe natus annos dcccccl moritur, poſt diluuium annis cccl, Abraami anno lix. Gen. ix, 29.
2744 28 8 A	2014	1970	Eodem anno quintus Aſſyriis regnare cœpit Arius. Euſeb. Sicyoniorvm ſextus rex Ægydrus annis xxxiv. Euſeb. Eodem anno circiter Codorlahomor rex Elamitarum Sodomæ, Gomorrhæ, ac finitimarum ciuitatum regulos ſub imperium redegit. Gen. xiv, 1.

Per. Iul ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.	
2747 3 11 D	2017	1967	Abraamvs anno ætatis lxx cùm eſſet in Chaldæa, primò vocatus eſt à Deo, ac peregrinari iuſſus. Qui in Meſopotamiam cum patre migrans Charran habitauit. Act. vii, 4. De anno lxx Hebræorum traditionem amplectimur. Lib. ix, cap. xvii.
2749 5 13 BA	2017	1965	Sarvg obiit, cùm vixiſſet annis ccxxx. Gen. xi, 23.
2752 8 16 E	2022	1962	Abraamvs cùm in Meſopotamia quinque iam hæſiſſet annis, à Deo ſecundò vocatus, & in Chananæam proficiſci iuſſus eſt, natus annos lxxv. Itaque relicto patre, ac fratribus abiit cum Sara vxore, Loto, ac tota familia, & in Sichem peruenit: vbi Dominus apparuit illi, & Chananæam promiſit. Ibi altare Deo conſtituit Abram. Inde progreſſus tabernaculum fixit inter Bethel, & Hai. Gen. xii.
2753 9 17 DC	2023	1961	Cvm in Chananæam vehemens fames incubuiſſet, Abram in Ægyptum profectus eſt, ac Saram pro vxore ſororem appellauit. Gen. xii, 10. Regreſſus ex Ægypto rediit eò vnde venerat. Vbi, quòd anguſtior eſſet ager, quàm vt amborum gregibus ſufficeret, à Loto ſeparatus eſt. Hic Sodomis habitauit: ille ad conuallem Mambre in Hebron. Mox Dominus terram ei poſſidendam, eiúſque ſtirpi daturum ſe pollicetur.
2756 12 12 G	2026	1958	Rev moritur ætatis anno ccxxxix. Gen. xi, 21.
2757 13 13 FE	2027	1957	Hoc ferè tempore quatuor fœderati reges, Cordolahomor cum tribus aliis aduerſus quinque, Sodomæ, Gomorrhæ, & aliarum ciuitatum principes, qui anno ſuperiore ab imperio defecerant, felici exitu pugnarunt; atque inter captiuos alios Lotum cum omni familia ſecum abduxerunt. Cuius rei accepto nuncio Abraamus partim domeſticis copiis, partim auxiliaribus fretus, ex improuiſo victores adortus magna ſtrage cecidit; ac Lotum, captiuóſque cæteros reduxit. Redeuntem xeniis, & oblatione in typum veri & incruenti ſacrificij, Melchiſedecus excepit rex Salem. Hæc eſt Hieroſolyma. Atque is viciſſim primitiis ab Abraamo donatus eſt. Gen. xiv. Poſtea per viſum Abraamo Dominus propediem filium hæredémque promittit, ac poſterorum ſuorum ſeruitutem denunciat. Gen. xv. Apud Cretam Cres indigena regnauit, & Cnoſſon condidit. Euſeb.
2762 18 18 F	2032	1952	Post annos decem, quàm Abraamus Chananæam incolere cœperat, Sara ſterilem ſe videns Hagarem ancillam viro ſuo permiſit. Ea cùm prolem concepiſſet, dominam contemnens, & ab eâdem afflicta fugit in deſertum: ſed Angeli monitu reuerſa, dominæque ſubdita. Geneſ. xvi, 3, & ſequentibus.
2763 19 19 E	2033	1951	Agar Iſmaëlem peperit; cùm annum ageret Abraamus lxxxvi, Gen. xvi, 16.
2766 22 3 A	2036	1948	Assyriorvm regum ſextus iniit Aralius. Euſeb. annis xl.
2776 4 13 C	2046	1938	Abraamvs cùm xcix annorum cœpiſſet eſſe, & Iſmaël tredecim impleuiſſet, Circunciſionis mandatum accipit, Gen. xvii, & 25: cùm mutato nomine Abraham nuncupatus eſſet. Eodem anno in valle Mambre tres Angelos excepit hoſpitio: qui & ipſi filium promittunt, & imminentẽ Sodomis vaſtitatem ſignificant. Sub veſperam Angeli duo Sodomam intrantes, & à Loto humaniter accepti, hunc ab ingruenti clade ſubtrahunt. Nam diluculo quatuor oppida, Sodomam, Gomorrham, Adamam, & Seboim igneus imber, ſulphure, ac pice temperatus abſumpſit; durante in hodiernum vſque diem conſceleratæ gentis, & diuinæ animaduerſionis exemplo. Nam regio ipſa pigrum, & horrentem in lacum conuerſa perpetuis vaporibus exæſtuat, ac finitimum agrum ad octo paſſuum milia peſtifero halitu ſterilem facit. Lot verò cùm Segor oppidulum communi calamitati precibus ſuis exemiſſet, inde vicinum ſeceſſit in

Per.Iul ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.	
			montem, vbi per noctem, & ebrietatem nefario ab filiabus inceſtu polluitur. ex quo Moab, & Ammon totidem populorum authores extiterunt. cap. XVIII, & XIX.
2778 6 15 C	2048	1936	ABRAAMVS in Geraris peregrinatur: cuius vxorem Dominus ab Abimelechi flagitio tutatus eſt. Gen. XX. Iſaac centenario iam Abraamo naſcitur de Sara coniuge nonagenaria: iſque octauo die circunciditur, & à matre lactatur. Gen. XXI. Eodem anno Moab & Ammon nati ſunt. Cap. XIX, 37. Sicyoniorum rex ſeptimus Thurimachus regnare cœpit, & annos XLV imperauit. Euſeb.
2779 7 16 F	2049	1935	SARVG moritur ætatis anno CCXXX. Gen. XI, 23.
2783 9 19 DC	2053	1931	ISAAC cùm eſſet annorum quinq;, vt putat S. Hieronymus in Quæſt. Hebr. in Gen. ablactatus eſt: quo nomine pater illius grande conuiuium dedit. Iſmaëlem cum Iſaaco procacius colludentem Sara videns eum cum matre Agare domo ſua deturbauit. Qui in deſerto Pharan habitans Iſmaëlitarum genus à ſeipſo propagauit. Gen. XXI. Eodem tempore Abraamus fœdus cum Abimelecho ſanxit: Ibid.
2802 2 9 E	2072	1912	HOC anno Iſaac annos natus XXV, vt author eſt Ioſephus lib. I Orig. cap. XIV, à patre immolandus, Deo iubente, ſiſtitur in monte Moria. Sed eiuſdem Dei monitu neci ſubtrahitur. Abraamo verò in tantæ pietatis, & obedientiæ præmium, innumerabilis poſteritas, & ex eadem naſciturus Meſſias oſtenditur. Gen. XXII.
2806 6 13 G	2076	1908	ASSYRIORVM rex ſeptimus Xerxes imperium auſpicatur, quod annis XXX tenuit. Euſeb.
2813 13 1 FE	2083	1901	THARE cùm annorum eſſet CCV, moritur, Abraamo annum CXXXVI agente. Gen. XI. 32.
2814 14 2 D	2084	1900	SOCERI mortem Saræ obitus excepit: quæ annum agens ſeptimum & viceſimum ſupra centeſimum, exceſſit è vita. Gen. XXIII, I. Ad eam ſepeliendam Abraamus ſpeluncam duplicem cum agello in Hebron pretio comparauit.
2817 17 5 AG	2087	1897	ISAACO annos nato XL conditionem quærit Abraamus ex ea tribu, atque terra, vnde erat oriundus. Quam in rem ſeruum in Meſopotamiam ad Nachoris fratris ſui domum deſtinat; qui Rebeccam inde ad Iſaacum abduxit, Gen. XXV. Secundum hæc Abraamus Cethuram duxit; è qua ſex filios genuit. Ib.
2823 23 11 G	2093	1891	SICYONIIS octauus regnat Leucippus annos LIII. Euſebius.
2824 24 12 F	2094	1890	ASSYRIIS octauus Armamithres imperare cœpit, annis XXXVIII.
2837 9 6 DC	2107	1877	ISAAC ſexagenarius pro ſterili coniuge Dominum precatur. quæ duos ſimul enixa eſt, Eſaü, & Iacobum. Gen. XXV, 22.
2852 24 2 F	2122	1862	ABRAAMVS moritur anno ætatis CLXXV. Gen. XXV, 7. Iſaacus ob inopiam annonæ apud Abimelechum in Geraris peregrinatur: ibid.
2855 27 5 B	2125	1859	SALE moritur anno ætatis CCCCXXXII. Gen. XI, 15.
2857 1 7 GF	2127	1857	ARGIVORVM regnum ſub hoc tempus incipit. Primus inter reges Inachus numeratur. Is annos regnauit L. Euſeb. Vide lib. IX, cap. XVIII.
2874 18 5 F	2144	1840	ASSYRIORVM nonus rex Belochus annis XXXV. Euſeb.

Per. Iul ☼ ⊙	Mundi.	Ante Chr.	
2876 20 7 D	2146	1838	Meſapus Sicyoniorum rex nonus incipit: qui regnauit annos XLVII. Euſ.
2877 21 8 CB	2147	1837	Esav quadragenarius alienigenarum ſe affinitatibus implicat. Geneſ. XXVI.
2888 4 19 C	2158	1826	Sem hoc anno moritur, cùm eſſet annorum DC. Gen. XI, 10.
2900 16 12 B	2170	1814	Ismael moritur anno ætatis CXXXVII. Gen. XXV, 17.
2907 23 19 G	2177	1807	Inacho primo Argiuorum regi ſuccedit Phoroneus Inachi & Niobes F. qui primus leges & iudicia conſtituiſſe dicitur. Euſeb. Regnauit annos LX.
2909 25 2 ED	2179	1805	Assyriorvm decimus rex Balæus annis LII. Euſeb.
2914 2 17 E	2184	1800	Isaacvs iam ætate prouectus, hoc eſt annum agens CXXXVII, cum Eſaü, & Iacob annos nati eſſent LXXVII, Eſaü filio bene precaturus eum ad venationem mittit. Quo abſente Iacob in eius ſe locum ſubſtituens à patre benedicitur. ac fratrem metuens, Rebeccæ matris; imo & patris etiam hortatu, in Meſopotamiam ad Laban auunculum pergit; cui ſe in ſeruitutem addixit. Gen. XXIX.
2921 9 14 DC	2191	1793	Iacob annum agens LXXXI Liam & Rachelem Labanis filias coniuges accepit. Gen. XXIX.
2922 10 15 B	2192	1792	Rvben de Lia naſcitur. Gen. XXIX, 32.
2923 11 16 A	2193	1791	Simeon ex eâdem Lia naſcitur, com. 33. Sicyoniorum decimus rex Eratus, annis XLVI. Euſeb.
2924 12 17 G	2194	1790	Levi naſcitur tertius Liæ filius anno decimo quàm Iacob ſeruire cœperat. com. 34. Telchines & Caryatæ cum Phoroneo bellum geſſerunt. Euſeb.
2925 13 18 FE	2195	1789	Qvartvs Iacobo filius ex Lia naſcitur Iuda. Gen. XXIX, 35. Eodem anno natus videtur ex Bala Rachelis ancilla Dan. Geneſ. XXX, 5.
2926 14 19 D	2196	1788	Ex eadem Bala naſcitur Nephthali. com. 8. Item è Zelpha Liæ filia natus eſt Gad, com. 11.
2927 15 1 C	2197	1787	Alter è Zelpha filius naſcitur Aſer, com. 12. Tum Liæ quintus filius Iſſachar ineunte anno; exeunte verò, ſextus Zabulon. com. 18, 20.
2928 16 2 B	2198	1786	Lia Dinam hoc anno peperit, com. 21. Eodem anno Rachelem miſeratus Dominus fœcundam reddidit: eáque peperit Ioſephum anno XIV, quàm Iacob ſeruire cœperat, expleto. Quo in lucem edito redire ad patrem cupiens à ſocero retinetur. Cap. XXX, 25.
2932 20 6 D	2202	1782	Ogyges in Attica Eleuſinam condidit. Euſeb.
2934 22 8 A	2204	1780	Iacob expletis apud ſocerum annis viginti, cùm ſibi parum æquum hominem experiretur, clam aufugit. Labam fugientem aſſecutus Dei monitu reconciliatur, ac fœdus cum genero ſancit. Gen. XXXI. Eſaü fratrem valde reformidans ab Angelo confirmatur; illum muneribus, & officiis ſibi conciliat. Cap. XXXII, & XXXIII. Primum in Sochoth habitat annis circiter duobus. Cap. XXXIII, 17. Vide lib. IX, cap. XIX.

Per. Iul ✱ ⊙	Mundi.	Ante Chr.	
2936 24 10 F	2206	1778	Hoc anno circiter Iacob è Sochoth migrauit Salem vrbem Sichimorum, & agrum ibi ab filiis Hemor pretio redemit. com. 19. atque octo circiter annis illîc habitauit.
2944 4 18 C	2214	1770	Poſt annos decem, quàm Iacob è Meſopotamia reuerſus erat; Dina XVI ætatis anno per ſolenne loci illius feſtum videndi ſtudio progreſſa, à Sichem principis filio ſtuprum patitur. Quo comperto Simeon & Leui Dinæ fratres circunuentos dolo Sichimitas ex improuiſo irruentes opprimunt, & ingenti cæde ſororis iniuriam vlciſcuntur. Cap. XXXIV. Erat tum Simeon annorum XXI, menſium IV. Leui annorum XX, menſium IV: ait Demetrius apud Euſeb. de Præparat. Euang. IX, pag. 248. Dina porrò XVI circiter annorum. Iacob monitus à Deo Bethel petit, ibique altare Domino ſtatuit; cùm priùs ab vniuerſa familia Deorum omnia ſimulacra & inaures eorum extorſiſſet, ac ſub terebintho ad Sichem defodiſſet. Cap. XXXV, 3. Rachel ex partu obiit, cùm priùs Beniamin eſſet enixa, com. 10. Vixit illa cum Iacob annos XXIII. vt idem Demetrius aſſerit.
2945 5 19 BA	2215	1769	Iosephvs anno expleto XVI, à fratribus ob inuidiam negotiatoribus Madianitis venditus eſt, & in Ægyptum deductus Putiphari præpoſito Pharaonis traditus eſt. Cap. XXXVII. Eodem tempore Iudas anno ætatis viceſimo Chananęam coniugem duxit, ex qua natus eſt Her, cap. XXXVIII, 3. Caath hoc anno naſcitur Leui filius.
2946 6 1 G	2216	1768	Onan Iudæ ſecundus filius naſcitur. com. 4.
2947 7 2 F	2217	1767	Sela tertius Iudæ filius naſcitur. com. 5.
2951 11 6 A	2221	1763	Hoc tempore Iob naſci potuit ex Zara nepote Eſaü. Vide libro IX cap. XX.
2955 15 10 C	2225	1759	Ioseph ab vxore Putipharis ad ſtuprum ſolicitatus, cùm facinus detrectaret, falſi criminis inſimulatus, & in carcerem coniectus eſt. Geneſ. XL.
2956 16 11 B	2226	1758	Ioseph in carcere degens pincernæ Pharaonis ac piſtoris ſomnia declarat. Ibid.
2957 17 12 A	2227	1757	Thamar coniux Iudæ Her filio datur. Gen. XXXVIII, 6.
2958 18 13 F	2228	1756	Onan Iudæ filius ducit Thamar: ſed ob nefariam libidinem diuinitus occiditur. Gen. XXXVIII, 7. Poſt biennium, quàm pincerna Pharaonis carcere ſolutus eſt, Pharaoni ſomnium oblatum eſt. ad quod interpretandum Ioſephus eodem ex carcere producitur, ac toti Ægypto præficitur. Gen. XLI. Erat tùm annos natus XXX, com. 45. Cui quidem Putipharis ſacerdotis Heliopolitæ filiam vxorem dedit Pharao. com. 45. Iſaac eodem anno moritur anno ætatis CLXXX Gen. XXXV, 28. cùm Iacob & Eſaü annos attigiſſent CXXI. Ogyge regnante diluuium in Attica terra contigit, annis ante Deucalioneum CCXXVIII, vt ait Cedrenus; Phoroneo regnante. quod Euſebius perperam in Ægypto refert accidiſſe, & biennio tantum citiùs ponit; non, vt quidam exiſtimant, quadriennio, vel quinquennio.
2961 21 16 CB	2231	1753	Assyriorvm vndecimus rex Sethos annis XXXII. Euſeb. Hoc anno Thamar ex inceſtu peperit geminos Pharez, & Ezron.
2967 27 3 B	2237	1747	Argivorvm tertius rex Apis annis XXXV. Euſeb. Iacob in Ægyptum Ioſephi filij ſui inuitatu profectus eſt cum vniuerſa familia anno ætatis CXXX. Gen. XLVII, 9, anno Ioſephi labente XL, ſte-

248 est Cedreny. praeterea inter anni Per. Jul. 2958 et 3200 non sunt anni 228 sed 242.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Ante Chr.	
			ſterilitatis anno ineunte tertio. Gen. XLV, 6. Vide lib. IX, cap. XIX.
2969 1 5 GF	2239	1745	SICYONIORVM rex vndecimus Plemnæus, annis XLVIII.
2973 5 9 BA	2243	1741	TELCHINES Peloponneſo pulſi Rhodum incolunt. Euſebius.
2975 7 11 F	2245	1739	MEMPHIS ab Api condita. Euſeb.
2984 16 1 B	2254	1730	IACOB cùm in Ægypto annos XVII exegiſſet, mortuus eſt anno ætatis exacto CXLVII. Gen. XLVII, 27. Ioſephus tunc agebat LVII ætatis annum. Funus magnificè curatum; corpus, vti viuens optauerat, in maiorum ſepulchro conditum. cap. L.
2993 25 10 ED	2263	1721	ASSYRIORVM duodecimus rex Mamythus annis XXX. Euſeb.
2996 28 13 A	2266	1718	SPARTA condita eſt à Sparto Phoronei filio. Euſeb.
3000 4 17 C	2270	1714	HOC fere tempore Iob Deo permittente exercetur; & à Satana cùm domeſticis calamitatibus, ac liberum clade miſeranda; tùm vlcere grauiſſimo, ac variis incommodis afficitur. Vide lib. IX, cap. XX.
3002 6 19 G	2272	1712	QVARTVS Argiuorum rex iniit Argus; annis LXX. Euſeb.
3017 21 15 CB	2287	1697	SICYONIORVM duodecimus rex Orthopolis annis LXIII. Euſeb.
3023 27 2 B	2293	1691	ASSYRIORVM decimus tertius rex Aſcharius, annis XXVIII. Euſeb.
3025 1 4 GF	2295	1689	AMRAM Moſis pater hoc anno naſcitur, patre Caatho tùm annum ætatis LXXX explente. Itaque corrigendus Demetrij locus apud Euſeb. IX de Præp. vbi ſcriptum ἐτῶν μ', id eſt XL fuiſſe: legendúmque ἐτῶν π' id eſt LXXX. Natum enim eſſe dicit annis XIV ante mortem Ioſephi.
3029 5 8 BA	2299	1685	PROMETHEVM, qui feros homines ad humanitatem tranſtulit, hoc tempore vixiſſe quidam memorant. Euſeb.
3038 14 17 D	2308	1676	IOSEPH expletis annis ætatis CX moritur. Gen. L. 22, & 25. anno circiter LXXI, ex quo Iacobus in Ægyptum venerat; ſuperſtéſque patri fuit annis LIII. Hinc ad migrationem ex Ægypto numerantur anni CXLV.
3053 1 13 GF	2323	1661	ASSYRIORVM decimus quartus regnauit Sphærus annis XXII. Euſ.
3061 9 2 DC	2331	1653	LEVI moritur anno ætatis CXXXVII. Exo. VI, 16.
3068 16 9 B	2338	1646	CAATH moritur anno vitæ CXXXIII. Exo. VI, 19.
3072 20 13 D	2342	1642	ARGIVORVM quartus regnauit Criaſus annis LIV. Euſeb. Prima apud Argiuos ſacerdotio functa eſt Callithyia. Euſeb.
3076 24 17 F	2346	1638	ATLAS Promethei frater hoc tempore vixit, qui cœlifer dictus. Euſeb.
3080 28 2 A	2350	1634	SICYONIIS decimus tertius regnauit Marathon annis XXX. Euſeb.

Per. Iul ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.	
3096 16 18 B	2366	1618	AMENOPHIS, quem nonnulli Memnonem putant, hoc anno cœpit. cuius ſtatua radiis contacta Solis vocem dabat. Euſeb.
3097 17 19 AG	2367	1617	MARIA Amrami filia naſcitur patre LXXIII annum agente; ſeptem ante Moyſen annis: vt Hebræis placet in Chron. Errat verò Chronicon Alex. quod Mariam vno anno Moſe iuniorem facit.
3100 20 3 D	2370	1614	AARON naſcitur. Exodi VII, 7.
3103 23 6 G	2373	1611	ASSYRIORVM decimus ſextus regnauit Sparthæus annos XLII. Euſeb. Moyſes hoc anno naſcitur anno Amrami patris LXXVIII; authore Demetrio apud Euſeb. IX de Præp. Euang. Hic ad flumen expoſitus, à Pharaonis filia tollitur, & educatur. Exod. II.
3110 2 13 E	2380	1604	SICYONIORVM decimus quartus Marathus annis XX. Euſeb.
3126 18 10 F	2396	1588	ARGIVORVM ſextus rex Phorbas annis XXXV. Euſeb.
3130 22 14 A	2400	1584	SICYONIIS decimus quintus regnauit Echyreus annis LV. Euſeb.
3137 1 2 GF	2407	1577	PHORBAS Rhodum obtinuit. qui inſulam à ſerpentum infeſtatione liberauit. Diodorus lib. V. Higinus in Ophiucho.
3139 3 4 D	2409	1575	IOB ſub id tempus moritur annis ante migratam Ægyptum XLV, ætatis CLXXXIX, poſt cladem ſolidis CXXXIX. Vide lib. IX, cap. XX.
3143 7 8 F	2413	1551	ASSYRIIS XVII regnauit Aſcatades annis XXXVIII. Euſeb. Trochilus primus currum iunxit. Euſeb. Moyſes annos natus XL negat ſe filium filiæ Pharaonis. Itaque gentiles ſuos inuiſens Ægyptium quendam, à quo Hebræus pulſabatur, occidit. Mox ſupplicium metuens in Madianitidem profugit: & apud Iethro ſacerdotem diuertens filiam eius Sephoram duxit. Exodi II. Contigit hoc anno ætatis illius XL, vt ex Act. VII, 7 colligitur.
3156 20 2 D	2426	1558	ATHENIENSIVM regnum hoc anno cœpit, primúſque Cecrops regnauit. Conuenit Euſebiano numero CCCCLX. Sed in Iudæorum regum Chronologia multum hallucinatus eſt Euſebius, qui annum illum Moſi imputat XXXV, cùm LIII putari debuerit. Vide lib. IX, Cap. XXI.
3161 25 7 ED	2431	1553	ARGIVORVM ſeptimus rex Triopas annis XLVI. Euſeb.
3167 3 13 D	2437	1547	AMRAM Moyſis pater moritur anno CXXXVII. Exod. VI, 20.
3168 4 14 C	2438	1546	CHALDÆI contra Phœnices dimicant Euſeb.
3172 8 18 E	2442	1542	DEVCALION in Parnaſſo regnare incipit. Euſeb.
3182 8 18 F	2452	1532	MOYSES ſub annum ætatis LXXX cùm ad montem Oreb, qui & Sinai, greges paſceret, ardentem rubum conſpexit, & à Deo monitus ad populares ſuos rediit. In itinere, quòd filium ſuum non circuncidiſſet, penè ab Angelo necatus eſt. Fit illi obuiam Aaron. quo cum ad Pharaonem adiit. Exodi III, & IV.
3183 19 10 E	2453	1531	DETRECTANTE Pharaone Domini iuſſa, Moyſes multiplici calamitate Ægyptios atterit. Primò aquam fluminis virga percuſſam vertit in ſanguinem: vnde piſces emortui ſunt. Quod & Magi præſtiterunt.

Secundò vim ranarum innumerabilem produxit. Tertiò cyniphes & pediculos excitat è puluere. Quartò muſcas & culices. Quintò peſte cuncta Ægypti pecora conficit. Sextò vlcera turgentia, & vrentia, ſparſo de camino cinere, hominibus ac iumentis infligit. Septimò grandine, tonitru, fulgure homines, pecora, arbores herbáſque cædit. Octauò locuſtas immittit, quæ fructus omnes, atque herbas adedunt, hominéſque diſcruciant. Nonò triduanis tenebris denſiſſimis aërem obducit. Decimò & vltimò primogenitos omnes interficit. Ita dimiſſi Iſraëlitæ ductu Moſis, & auſpiciis egreſſi ſunt. Vide lib. IX, cap. XXIV. Ante digreſſum primum Paſcha celebrarunt nocte illa, quæ inter XIV & XV diem Niſan interceſſit. Æquinoctium medium tunc temporis incidebat in Aprilis V. Contigit enim ex Pariſinis tabulis Alexandriæ hora 19, 14′ poſt mediam noctem. At verum æquinoctium Aprilis IV, hora 10, 43′. Plenilunium medium incurrit in Aprilis 3, feria V hora 21 poſt mediam noctem. Verum autem hora 12, 18′. Neomenia Niſan Martij XX, hora 2, 42′. Credibile eſt ergo popularem Neomeniam Martij XX conſtitutam eſſe: ita vt decimaquarta in Aprilis ſecundum inciderit, ac plenilunium in æquinoctium ciuille, non cœleſte conuenerit. Proinde Aprilis ſecundo, feria IV ad veſperam; vel Iudaico more appetente quinta feria, primum Paſcha celebratum eſt, in vrbe Rameſſen.

Poſtridie, feria V, Aprilis III egreſſi ſunt Iſraëlitæ anno CCXVII, quàm Iacob in Ægyptum venerat. atque in Sochoth peruenerunt. Sequenti die caſtra metati ſunt in Ethan. vbi columna nubis apparere cœpit. Exinde iuxta Phiaphiroth ad mare rubrum caſtra poſuerunt. Pharao interim fugientes inſequens cum copiis ſuis demerſus eſt. Hæc narrantur Exodi, IV, V, &c. vſque ad XV.

Quinta manſio fuit in Mara, cùm triduo proceſſiſſent. Cap. XV, 22. Sexta in Elim irriguum locum, & palmis conſitum, com. 27. Septima ad rubrum mare: quæ Num. XXXIII, 10 memoratur. Octaua in deſerta Sin: vbi farina deficiente manna de cœlo pluit, & in caſtra coturnices illapſę. Contigit hoc die XVI menſis ſecundi, qui eſt Iiar, feria I Mai IV. Exodi XVI, I. Nona manſio in Daphca. X in Alus XI in Raphidim: vbi propter ſitim populare murmur exortum eſt: & Moyſes virga ſaxum percutit, atque aquas extundit. Num. XXXIII. Hîc Amalecitæ Iſraëlitas oppugnantes Ioſue duce profligati ſunt. Iethro ſocer Moyſis ad eum venit. Hæc Num. XXXII. Exo. XVII. Deuter XXV.

Farinâ ex Ægypto portatâ, ſuſtentarūt ſeſe Iſraëlitæ dieb. 30, ut ait Joſephus l. 2. Ant. c. 5 et lib. 6. c. 1. itemq; Seder Olam 5. Si autem primus dies connumeretur Niſan decimaquintus (ut ſane res poſtulat) inde vero 16. 17. 18 usq; ad 30 incluſive, et porro ſequentis menſis dies 1. 2. 3. usq; ad 15 incluſive, fiunt dies 31; Ergo videtur Niſan tantùm habuiſſe dieb. 29. ſic aūt 16 Jiar eſſet feria 7. contra theſin.

XII manſio ad montem Sinai: vbi legem populus accepit, menſe tertio. is eſt Siuuan. (Exodi XIX, I) cuius Neomenia Mai XVIII, feria I. Sexta porro die, hoc eſt feria VI, Mai XVIII, lex à Deo data.

Eodem anno XVIII Aſſyriorum rex Amyntes annis XLV. Euſeb.

Per. Iul	Mundi	Ante Chr.
3184 20 11 D	2454	1530

ANNO ſecundo exitus ex Ægypto, menſe primo, die prima menſis, quæ in Apr. VIII, feriam IV incidit, Moyſes tabernaculum erigit. Exod. vlt. com. 15.

Aaronem, eiúſque filios ſolenni ritu conſecrat. Iſraëlitarum principes dona ſua tributim offerunt. Exod. XL. Deuter. X. Num. VII.

Paſcha ſecundum à populo celebratum (vti ſcriptum eſt Num. IX, I) Aprilis XXI ad veſperam, ineunte feria III.

Viceſima die ſecundi menſis, quæ in XXVIII Mai, feriam IV congruit; de ſolitudine Sinai profecti ad XIII ſtationem perueniunt in ſolitudine Pharan. Num. X, 12: comitante, rogatu Moſis, Hobab eius cognato, com. 29.

Ibi populi murmur cœleſti incendio compreſſum. indidémque loco nomen inditum cap. XI. Sed & intempeſtiuum carnium deſiderium, & ſtolidam vulgi contumaciam plurimorum ſtrage multauit Dominus. In ſtatione XIV ad Aſſeroth, Maria & Aaron contra Moyſen inſurgentes à Deo repreſſi ſunt. Cap. XII.

XV ſtatio in Rethma, & Cadeſbarne, Num. XXXIII, & XII. Inde miſſi ſunt exploratores in Chananæam circa vindemiæ tempus. Qui poſt XL

dies reuerſi cùm populo terrifica omnia renunciaſſent, excepto Ioſue, & Calebo; ingens contra Moyſem & Aaronem coorta ſeditio. Sed interueniente Domini maieſtate acribus pœnis rebellium peruicacia frangitur: ægréque ab omnium internecione prohibitus Dei furor, in eo tamen conſtitit, neminem vt ex tanta multitudine, qui ex Ægypto profecti, ac cenſiti fuerant, Palæſtinam ingredi ſineret. Itaque circunducto per ambages ac circuitus viarum populo, præter duos illos, paulatim omnes extincti ſunt. Num. XIV. Triginta igitur & octo annis in deſerto conſederunt. Stationes verò, ſiue manſiones reliquas, numero XXV. (nam XL in totum fuerunt.) Numer. cap. XXXIII percenſet.

Core, Dathan & Abiron nefariæ defectionis authores cum omni familia ſua terra dehiſcens abſorbuit. Num. XVI.

3185 · 21 12 · CB | 2455 | 1529
SICYONIIS XVI regnauit Corax annis XXX. Euſeb.

3193 · 1 1 · GF | 2463 | 1521
CORINTHVS condita, quæ prius Ephyra dicebatur. Euſeb.

3200 · 8 8 · E | 2470 | 1514
DILVVIVM illud, quod Deucalioneum dicitur, contigit annis CCCXXX ante Troianum excidium. Clem. Alex. I Strom. ex vetere Chronologo.

3205 · 13 13 · FE | 2475 | 1509
AREOPAGI iudicium Athenis conſtitutum. Euſeb.

3206 · 14 14 · D | 2476 | 1508
ATHENIS ſecundus regnat Cranaus annis IX. Euſeb.

3207 · 15 15 · C | 2477 | 1507
ARGIVIS VIII regnat Crotopus annis XXI. Euſeb.

3215 · 23 4 · G | 2485 | 1499
SICYONIIS XVII regnauit Epopeus annis XXXV. Euſeb.
Athenienſium tertius rex Amphictyon annis X. Euſeb.

3222 · 2 11 · E | 2492 | 1492
ANNO XL ineunte ab egreſſione Iſraëlitarum venit Iſrael in deſertum Zin in Cades, vbi Maria ſoror Moyſi moritur, & ſepelitur annum agens CXXVI. Num. XX, I. Ioſephus prima die Xanthici menſis; id eſt Niſan, mortuam refert. Igitur Aprilis VII, feria 2 moritur. Paulo poſt Iſraëlitis ob penuriam aquæ murmurantibus, Moyſes, & Aaron, quod Deo diffiderant, terræ & ipſi promiſſæ aditu prohibentur. Num. XX.

Moyſes ab Idumæo rege tranſitum petit, nec impetrat. Iſraëlitæ itaque iter reflectunt ad montem Hor: quem Moyſes cum Aarone conſcendit. Aaron Pontificiis ornamentis exutus moritur Nouilunio Hecatombæonis ſiue Loi, Iudaici Ab: cuius Neomenia incidit in Auguſti 3, feriâ I, anno vitæ CXXIII. Chananæus rex Arad ab Iſraëlitis vincitur. Tum Seon Amorrhæorum rex, qui habitabat in Eſebon: & Og Baſanitidis rex. Balac Moabitarum rex Balaamum ariolum ad imprecandum authorauit. Sed irrito conatu. Quare & ipſe profligatur: cùm antè populum in fraudem ac flagitium induxiſſet. Hæc Num. XX, XXI, & ſequentibus.

3223 · 3 12 · D | 2493 | 1491
EXEVNTE anno quadrageſimo ab exitu, Moyſes iubetur à Deo conſcendere montem Abarim: indéque promiſſam Iſraëlitis regionem contemplari. Tum ſucceſſorem ſibi Ioſue deſignat. Rubenitis, Gaditis, ac dimidiæ tribui Manaſſe Seonis & Ogi regna diuidit. Inde prima die menſis vndecimi; (Is eſt Schebat: cuius neomenia contigit Ianuarij XXVIII, feria IV) Moyſes Deuteronomium coram populo pronunciat. Deuter. I, 3. Demum vbi populo benedixit, & canticum cecinit, aſcendit in montem Nebo, in verticem Phaſga, qui in campeſtribus Moab ſitus eſt. indéque Palæſtinam proſpicit; ac ſubinde moritur anno ætatis CXX. neque quiſquam ſepulturæ illius locum cognouit. Deuter. XXXIV, 6 & 7. Mortuus eſt verò ſub finem menſis vndecimi; puta XXV Februarij. Iſraëlitæ

diebus xxx in luctu fuerunt, com. 8. Quare deſiit luctus vltimo die menſis duodecimi; puta Martij xxvII. Nec admittenda videtur Hebræorum traditio; qui Moyſen ſeptima die Adar natum, ac mortuum putant. Si quidem triceni illi dies luctus deſinerent in octauum diem vel ſeptimum Niſan. Indéque ad x Niſan triduum ad ſummum ſupereſſet. quod hiſtoriæ ſacræ minus congruit. Nam poſt luctum miſſi ſunt exploratores, qui triduo in monte delituerunt. Ioſue II, 22. Tùm decimo die menſis primi Iordanem tranſierunt, cap. IV, 19. Ita Torniellus. Quod & deſcriptioni noſtræ cõgruit, quæ annum antecedentem embolimæum adſtruit; hunc verò communem. Quòd ſi intercalarem hunc ipſum conſtituere velimus, eíque duplicem Adar tribuere, poterit Iudęorum illa traditio teneri.

Reuerſis igitur exploratoribus, quos Rahab meretrix exceperat, & incolumes præſtiterat, Iudæi Ioſue duce ad Iordanem veniunt, ibique triduum morati, demum ſiccato amne tranſeunt, decima die Niſan, hoc eſt Aprilis VI, feria 2.

Poſt hæc circunciſus eſt populus ad Galgala: & Paſcha ritè celebratum Aprilis x, feria VI. ac tum manna defecit, cùm iam nouis frugibus veſcerentur, Ioſue V, 12. Exin Hierichuntem validiſſimum oppidum aggreſſi, circumlata per ſeptem dies arca, & mœnibus ſponte ſua proſtratis, diripiunt, & incendunt. Ioſue VI. Reliqua deinceps oppida, Hai, Gabaonem, & alia quam-plurima in poteſtatem redigunt. ac ſex totis annis maximam promiſſæ terræ partem occupant. Ioſue XIV, 10.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Ante Chr.	
3225 5 14 BA	2495	1489	ATHENIENSIUM quartus rex Erichthonius annis L. Euſeb.
3226 6 15 G	2196	1488	LACEDÆMON hoc anno condita. Euſeb.
3228 8 17 E	2498	1486	HOC anno agrorum diuiſione facta, primus annus τῆς γεωργίας imputatur: qui eſt ſextus ab ingreſſu Palæſtinæ. Vide lib. IX, cap. XXVI. Argiuorum nonus, & Inachidarum vltimus Sthenelus annis XI regnat. Aſſyriorum regum XIX Belochus annis XXV.
3234 14 4 D	2504	1480	HOC anno primus Sabbaticus ab Autumno cœpit; labente ab ingreſſu anno duodecimo. Vide caput idem XXVI.
3236 16 6 B	2506	1478	IOSVE quatuordecim annos præfectura perfunctus moritur; aut ſaltem initio ſequentis. Vide caput XXXIII libri IX. Deinceps ſeniores poſt ipſum x annis vixerunt. Ioſue vlt. com. 31.
3239 19 9 E	2509	1475	STHENELO mortuo regnauit Argis Gelanor. Quem cùm Argiui pepuliſſent, regnum Danao Ægyptio exuli tradiderunt. Hic Ægypti fratris quinquaginta filios per totidem deſponſas illis filias interfecerat. Regnauit igitur annis L. Euſeb.
3245 25 15 C	2515	1469	HISTORIA Michæ, & Danitarum, quæ Iud. XVIII exponitur. tùm Beniaminitarum cum reliquis tribubus conflictus.
3247 27 17 B	2517	1467	PRIMA Iudæorum ſeruitus, quando Chuſani Meſopotamiæ regi traditi ſunt annis octo. Iud. III, 8.
3250 2 1 E	2520	1464	SICYONIIS XVIII regnauit Laomedon annis XL. Euſeb.
3253 5 4 BA	2523	1461	ASSYRIIS XX regnauit Balatores annis XXX. Euſeb.
3255 7 6 F	2525	1459	ISRAELITIS Domini auxilium implorantibus, miſit ille Othonielem Calebi generum & fratrem, qui Chuſanum oppreſſit. Iud. III, 11. Primus ergo poſt Ioſue iudiciariam poteſtatem obtinuit Othoniel annis XL.

PHOENIX

Per. Iul. ✳ ⊙	Mundi.	Ante Chr.	
3256 8 7 E	2526	1458	Phoenix & Cadmus Thebis Ægyptiis profecti Tyrum & Sidonem obtinent. Euſeb.
3263 15 14 C	2533	1451	Templvm Delphici Apollinis incenditur à Phlegya. Euſeb.
3268 20 19 D	2538	1446	Evropa Aſterii Cretenſium regis vxor à Ioue compreſſa: ex qua Minos, Rhadamanthus, & Sarpedon nati. Euſeb.
3273 25 5 E D	2543	1441	Idæ montis conflagratio annis LXXIII poſt diluuium Deucalionis: vt memoriæ prodidit Thraſyllus apud Clem. Alex. lib. I Strom. quando & ferri vſus inuentus eſt ab Idæis Dactylis.
3275 27 7 B	2545	1439	Atheniensibvs quintus regnauit Pandion annos XL. Euſeb.
3276 28 8 A	2546	1438	Primvs Iubilæus ab autumno cœpit anni huius. Vide lib. IX, cap. XXVII.
3283 7 15 F	2553	1431	Assyriis XXI regnauit Lamprides annis XXX. Euſ.
3289 13 2 F E	2559	1425	Argivorvm X regnauit Lynceus annis XL. Euſ.
3290 14 3 D	2560	1424	Sicyoniis XIX regnauit Sicyon annis XLV. Euſ.
3295 19 8 E	2565	1419	Secvnda Iudæorum ſeruitus incipit: quando ab Eglone Moabitarum rege XVIII annis oppreſſi ſunt Iud. III, 12.
3297 21 10 C B	2567	1417	Amphion & Zethus fratres Thebis in Bœotia regnant. Euſeb.
3298 22 11 A	2568	1416	In Dardania regnat Erichthonius Dardani F. Euſ.
3303 27 16 B	2573	1411	Ephyra, quæ & Corinthus, à Siſypho frequentari cœpta. Euſeb.
3305 1 18 G F	2575	1409	Minos in Creta hoc tempore regnabat. Euſeb. *Ergonè 200 ferè annos regnavit? ipso enim adhuc regnante Theseus debellavit Minotaurum, Aº Per. Jul. 3483.*
3313 9 7 D C	2583	1401	Expleta XVIII annorum ſeruitute, populus ad mentem reuerſus Dei miſericordiam implorat. qui tertium poſt Ioſue Aod iudicem excitauit. iſque annis LXXX præfuit. III Iud. 30.
3315 11 9 A	2585	1399	Assyriis XXII regnat Soſares annis XX. Euſeb. Athenienſibus VI regnat Erechtheus Pandionis F. annis XL. Euſeb.
3323 19 17 E	2593	1391	Dionysivs, qui & Liber, è Semele naſcitur. Euſeb.
3324 20 18 D	2594	1390	Orithyiam Erechthei filiam Boreas Aſtræi F. Thrax rapuit. Euſ.
3327 23 2 G	2597	1387	Erechtheo regnante myſteria Cereris inſtituta ſunt ab Eumolpo. Euſeb.

Per. Iul ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.	
3330 26 5 C	2600	1384	Argivis xi regnauit Abas annis xxiii. Euſeb.
3331 27 6 B	2601	1383	Phryxvs cum Helle ſorore nouercales inſidias fugiens naui vehitur, cuius inſigne aries erat. Euſeb.
3335 3 10 D	2605	1379	Assyriis xxiii regnauit Lampares annis xxx. Euſeb. Sicyoniorum rex xx fuit Polybus annis xl. Euſeb.
3338 6 13 A G	2608	1376	Ganymedes Trois F. Dardani pronepos à Tantalo Phrygiæ rege rapitur annis lxv poſt Idæ incendium. Clem. Alexand. 1 Strom.
3341 9 16 D C	2611	1373	Elevsinii Eumolpo Thrace in auxilium adſcito cum Athenienſibus bellum gerunt. Euſeb.
3344 12 19 G	2614	1370	In Dardania Tros regnauit, à quo Troës nuncupati. Euſeb.
3347 15 3 C	2617	1367	Phæmonoe vates prima verſibus Heroicis oracula fundit apud Delphos. Euſeb.
3351 19 7 E	2621	1363	Tantalvm hoc anno Phrygas rexiſſe ſcribit Euſebius. Sed diu antè regnare cœpit. Idem & bellum inter Troëm & Tantalum ob raptum Ganymedis biennio pòſt collocat. Sed Clementi magis accredimus.
3353 21 9 C B	2623	1361	Argivorvm xii rex Prœtus Abantis filius regnauit annis xvii. Euſeb. Perſei expeditio, & Iſthmiorum inſtitutio annis xv poſt raptum Ganymedis. Clemens Alexand. 1 Strom.
3364 4 1 C	2634	1350	Pelops Hippodamiam duxit. Euſeb. ex edit. Pontaci.
3365 5 2 B A	2635	1349	Assyriis xxiv regnauit Panyas annis xlv. Euſeb. Athenis vii regnauit Cecrops Erechthei frater annis xl. Euſeb.
3370 10 7 B	2640	1344	Argivorvm xiii rex Acriſius Prœti frater annis xxxi. Euſeb.
3375 15 12 G	2645	1339	Sicyoniis xxi regnauit Ianiſcus annis xlii. Euſeb.
3381 21 18 C B	2651	1333	Dionysivs, qui & Liber, expeditionem egit in Indiam. Euſeb.
3385 25 3 E D	2655	1329	Amphion Thebis regnauit. Euſeb. Circa hoc tempus Ianus in Italia regnare cœpit, annis cl ante aduentum Æneæ. Dion. Halicarn. 1.
3387 27 5 B	2657	1327	Cadmvs Thebis regnauit. Euſeb. 130 anni post obtentam Tyrum ac Sidonem? 120 post raptam sororem Europam? Ilium hoc anno conditum eſt, qui eſt xxxiv ab expeditione Perſei. Vetus Chronologus apud Clement. 1 Strom.
3391 3 9 D	2661	1323	Pelops Tantali filius Peloponneſo regnans Olympiis præfuit: qui aduerſus Ilium bellum poſteà geſſit. Euſeb. Vide Diodorum lib. iv, p. 191. Eodem tempore Spartorum fabulæ origo data: qui è ſatis ſerpentis dentibus orti finguntur. Nimirum quod vicinis è regionibus repentè contra Cadmum exciti ſunt; vt Palæphatus memorat. Euſeb.
3393 5 11 B A	2663	1321	Tertia Iudæorum ſeruitus, quando Iabin Chananæorum rex in poteſtatem illos habuit annis xx. Iud. iv, 3.

Per. Iul ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.	
3402 14 1 D	2672	1312	Perſevs Acriſium auum imprudens occidit. Ideo Mycenas ſe contulit, eodémque tranſtulit imperium, quod per Sthenelum Perſei filium ad Agamemnonem vſque propagatum eſt: Talao interim Argis regnante; cuius filius Adraſtus. Vide lib. IX cap. XVIII. Primus ergo Mycenæorum regum numerandus eſt Perſeus, quem iniuria prætermiſit Euſebius: cùm tamen LVIII fere annos regnauerit.
3405 17 4 AG	2675	1309	Athenis VIII regnat Pandion Erechtei filius annis XXV. Euſeb. Eodem tempore Midas in Phrygia regnabat. Id.
3410 22 9 A	2680	1304	Assyriis XXV regnauit Soſarmus annis XLII. Euſeb.
3413 25 12 ED	2683	1301	Ivdæos ad Deum confugientes liberauit hoc anno Debora cum Baraco: indidémque XL illius anni proficiſcuntur. Iud. V, 32.
3417 1 16 GF	2687	1297	Sicyoniis XXII regnauit Phæſtus annis VIII. Euſ.
3425 9 5 DC	2695	1289	Sicyoniis XXIII regnauit Adraſtus IV. Euſ.
3428 12 8 G	2698	1286	Circa hoc tempus Adraſtus Sicyoniorum rex relicta Sicyone videtur Argos repetiiſſe, ibidémque regnaſſe. Vide lib. IX, cap. XVIII.
3429 13 9 FE	2699	1285	Assyriis XXVI regnat Mithræus annis XXVII. Euſeb. Sicyoniis XXIV Polyphides regnat annis XXXI. Euſ.
3430 14 10 D	2700	1284	Hoc ferè tempore Siculi ex Italia pulſi in Siciliam traiiciunt τρίτῃ γενεᾷ ante Troica. Dion. Halic. lib. I. Diodorus. Athenis IX regnat Ægeus Pandionis filius. Euſeb. Pulſus erat à Metionidis Pandion. Pauſanias. Euſeb.
3432 16 12 B	2702	1282	Cyzycvs à cognomine rege in Aſia condita. Euſ.
3439 23 19 G	2709	1275	Miletvs condita. Euſeb.
3451 7 12 F	2721	1263	Argonavtarvm expeditio in hoc tempus conuenit, annis LXIV poſt Ilij conditum; vt refert Clem. Alex. ante Troianum excidium annis LXXIX; atque ita Euſebius ex editione Scaligeri. Hoc ſi verum eſt, tum aut falſum erit in ea expeditione Caſtorem fuiſſe, aut hos ipſos Helenæ fuiſſe fratres. alioqui Troiani belli tempore anus hæc decrepita foret.
3453 9 14 DC	2723	1261	Mortva Debora quartò in ſeruitutem traditi ſunt Iudæi, ſeruierúntque Madianitis annis ſeptem. Iud. VI, 1.
3456 12 17 G	2726	1258	Assyriorvm XXVII Teutamus regnat annis XXXII. Euſ.
3459 15 1 C	2729	1255	Mycenarvm ſecundus rex Sthenelus Perſei filius annis VIII, poſt Perſeum. Euſeb.
3460 16 2 B	2730	1254	Ivdæis ſub Madianitarum iugo gementibus vindicem Deus miſit Gedeonem: qui annis XL populo præfuit. Iud. VIII, 28. Sicyoniis XXV regnauit Pelaſgus annis XX.
3462 18 4 F	2732	1252	Tyrvs hoc tempore condita annis CCXL antequam Salomon templum excitaret. Ioſephus, & Euſebius.
3467 23 9 G	2737	1247	Mycenis tertius regnauit Euryſtheus annis XLIII. Euſ.

Per. Iul ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.	
3470 26 12 C	2740	1244	Evander ex Arcadia profectus in Italiam peruenit annis LX ante τὰ Τρωϊκά. Dion. Halic. lib. I.
3476 4 18 C	2746	1238	Hercvles in Italiam venit, ab eáque anno ſequente digreſſus eſt, annis LV antequam Æneas adueniret. Dion. Halic.
3480 8 3 E	2750	1234	Sicyoniis XXVI & vltimus regnat Zeuxippus annis XXXIII. Euſ.
3483 11 6 A	2753	1231	Thesevs in Cretam miſſus Minotaurum conficit annis XXXII poſt Argonautarum expeditionem. Vetus Chronologus apud Clem. I Strom. Nondum verò Theſeus regnum ceperat. Vnde prochroniſmo peccat Euſebius.
3484 12 7 G	2754	1230	Thesevs Athenis X regnauit annis XXX. Euſ. ante Troianum excidium annis XLVII, vt ait Vetus Chronol. apud Clem. ex quo caſtigandus eſt Euſebius.
3488 16 11 B	2758	1226	Assyriis XXXIII regnauit Teutæus annis XLIV. Euſ.
3492 20 15 D	2762	1222	Lydorvm regnum Heraclidæ obtinent. quorum primus regnauit Argon. Herod. lib. I. Vide lib. X cap. V.
3493 21 16 CB	2763	1221	Septem principum aduerſus Thebas expeditio hoc anno contigit, nimirum XXXVII ante excidium Troiæ: vt author eſt vetus Chronologus apud Clem. lib. I Strom.
3496 24 19 F	2766	1218	Olympia ab Hercule inſtituta annis CCCCXLII ante Iphitea, ac triennio poſt ſeptem ducum expeditionem: vt author eſt vetus apud Clementem Chronol. Eodem anno mortuus eſt Hercules. Vide quæ infra ad annum 3611 notamus.
3498 26 2 C	2768	1216	Latinvs in Latio regnare cœpit annis antequam Æneas adueniret XXXV. Dion. Halic. lib. I.
3500 28 4 A	2770	1214	Mortvo Gedeone, Iſraëlitæ ad ſacrilegos Bahalis cultus, contempta patria lege, relapſi ſunt. Abimelech Gedeonis filius à Sichimitis euectus ad regnum fratres ſuos LXX viros interficit: ipſéque tribus annis impiè, ac crudeliter præfuit. Iud. VIII, 33. & IX, 22. Hoc anno conditam eſſe Carthaginem à Zoro, & Carchedone Philiſtus ſcripſerat: vt in Chron. refert Euſ.
3503 3 7 D	2773	1211	Epigoni, id eſt τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας filij, decem annis poſt Thebanam expeditionem, paternas iniurias vlciſcentes, Thebanos ingenti pugna ſuperant, Alcmæone Amphiarai filio duce. Diodorus lib. IV, pag. 187. Pauſanias. Abimelechus ciuilibus diſcordiis exercitus cùm ſuos bello premeret, ac Thebes ciuitate capta, turrim eius mediam obſideret, incautius ſubiens, ſaxo à muliere ictus periit. Iud. IX. Poſt hunc Thola iudex præfuit annis XXII. Iud. X, 2.
3505 5 9 BA	2775	1209	Amazones in Atticam irruptionem faciunt, nouem annis poſt Herculis Olympia. Vetus Chronolog. apud Clementem. ex quo Euſebius redarguitur, qui eodem anno Herculis agonem, & Amazonum expeditionem collocat. Helenam Theſeus rapit. Idem Chronologus.
3509 9 13 DC	2779	1205	Evrysthevs Herculis poſteros inſequens, qui ad Athenienſes receptum habuerant, bello in Atticam illato, prælio vincitur, & ab Hyllo interficitur. Cùm ad hanc expeditionem proficiſceretur, Atreum auunculum ſuum Mycenis præfecit. (Is ob Chryſippum Pelopis ex alia coniuge filium Hippodamiæ matris ſuæ hortatu ſublatum è medio pul-

Per. Iul. ✳ ⊙	Mundi.	Ante Chr.	
			ſus à patre ad Euryſtheum conceſſerat.) Igitur Mycenæorum conſenſu regnum Atreo defertur. Thucyd. lib. I. Victores Heraclidæ Peloponneſum occupant; ſed ſubinde peſtilentiâ vexati in Atticam redeunt. Apollodorus. At Diodorus lib. IV, Heraclidas refert ab Atreo Peloponneſi aditu prohibitos. quando & Hyllum ſingulari certamine Echemus Tegeatarum interfecit. Vide lib. IX, cap. XXX. Ex iis caſtigandá eſt Euſebij ἀνιστορησία, qui poſt Euryſtheum annis LXV regnaſſe Atreum, & Thyeſtem perhibet, atque anno Abraami DCCLVI iniiſſe, hoc eſt Iulianæ Periodi 3453, antequam Pelops Hippodamiam illorum matrem duceret. Quocirca non pluribus quàm ſex annis Mycenis regnauit Atreus.
3514 14 18 D	2784	1200	ATREO mortuo regnauit Agamemnon annis XVII. Clem. Alexand. I. Strom. Sicyoniorum regnum hoc ferè tempore deſiit: quod ab Agamemnone occupatum eſſe veriſimile eſt. Succeſſere Sacerdotes annis XXXIII. Euſeb.
3515 15 19 C	2785	1199	THESEO pulſo regnauit Meneſtheus Peteo filius, Erechtei pronepos. Pauſan. Corinth. pag. 67. Tenuit annos XVII. Plutarchus in Theſeo propter Helenæ raptum illato à Tyndaridis bello refert Meneſtheum Athenienſes contra Theſeum concitaſſe. qui in Scyron abiens, ibidem periit.
3516 16 1 B	2786	1198	HERCVLES in Deorum numerum relatus eſt. Euſeb. Diodorus lib. IV author eſt Menœtium Actoris filium Opuntiis perſuaſiſſe, vt Herculi tamquam Heroi ſacrificarent: quod Thebani deinde, & Athenienſes imitati ſunt.
3520 20 5 D	2790	1194	HELENAM Paris rapuit. Qua ex cauſa decennale ad Troiam bellum exortum eſt. Euſeb.
3521 21 6 CB	2791	1193	HELI circa hoc tempus naſcitur: qui mortuus eſt anno ætatis XCVIII. I Reg. IV, 15.
3526 26 11 C	2796	1188	IAIR Galaadites de tribu Manaſſe Tholæ iudici ſuccedit, annis XXII. Iud. X, 3.
3530 2 16 E	2800	1184	ASSYRIORVM XXIX Thinæus regnat annis XXX. Euſeb. Troia hoc anno à Græcis expugnatur. Vide lib. IX, cap. XXIX. Æneas autumno ineunte ſoluens in Thraciam venit, & ibi hiemat. Dion. Halicarn. lib. I.
3531 3 15 D	2801	1183	MENESTHEO in Melo inſula mortuo, Athenis regnauit Demophoon Theſei filius. Euſeb. Æneas ineunte vere in Siciliam nauigat, vbi & hiemem tranſegit. Dionyſius Halicarn. lib. I. Ægiſthus Agamemnone interfecto Mycenis regnat annis VII. Euſeb.
3532 4 17 C	2802	1182	ÆNEAS Tyrrheno mari ſuperato, æſtiuo tempore Laurentum appulit: vbi Lauinium condidit. Dion. Hal. lib. I.
3533 5 18 BA	2803	1181	RVTVLI Turno duce contra Latinum & Æneam bellum mouent. Cæſo Latino, atque Turno regnauit Æneas in Latio tribus annis. Id.
3537 9 3 DC	3807	1177	ÆNEAS hoc anno moritur. ſuccedit Aſcanius II Latinorum rex annis XXXVIII. Dion. Halicarn. & Euſeb.
3538 10 4 B	2808	1176	ORESTES Ægiſtho interfecto Mycenis regnauit annis LXX. Velleius.
3547 19 13 E	2817	1167	SICYONIORVM regnum funditùs hoc anno deſiit, quod annis circiter mille tenuit. Vide lib. IX, cap. XVI.
3548 20 14 D	2818	1166	CVM Iſraëlitæ ob ſcelera ſua duodeuiginti annos ab Ammonitis, & Palæſtinis graui ſeruitutis oppreſſi iugo fuiſſent; demum Iephte duce in libertatem aſſerti ſunt. Is temerarij voti reus filiam Deo mactat, & ſex annis principatum tenet. Iud. XII.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.	
3550 22 16 A	2820	1164	ORESTES Pyrrhum Delphis occidit. Euſeb.
3554 26 1 C	2824	1160	ABESAN iudex annis VII præfuit. Iud. XII, 9.
3560 4 7 G	2830	1154	ASSYRIIS XXX regnauit Dercylas annis XL. Euſeb.
3561 5 8 BA	2831	1153	ELON Zabulonites annis X Iudex fuit. Iud. XII, 13.
3562 6 9 G	2832	1152	ASCANIVS Albam longam condidit annis XXX poſt Lauinium extructum. Dion. Halic. Lib. I.
3564 8 11 E	2834	1150	ATHENIS XIII regnat Oxyntes annis XII. Euſeb.
3571 15 18 C	2841	1143	ABDON Iudex annis VIII. Iud. XII, 14.
3575 19 3 E	2845	1139	ASCANIO mortuo III Latio regnauit Siluius Poſtumus Æneæ filius, quem Iulo filio ſuo pater Aſcanius antepoſuit. Ab illo reges Albani deinceps Siluij vocati ſunt. Regnauit ille annis XXIX. Halicar.
3577 21 5 CB	2847	1137	XIV Athenis regnat Aphidas anno I. Euſeb. Lydorum regnũ hoc anno ab Heraclidis inchoatũ eſt; ex Herodoto L. I.
3578 22 6 A	2848	1136	XV Athenienſium rex Thymœtes annis VIII. Euſeb.
3579 23 7 G	2849	1135	SAMSON Iſraëlitarum iudex annis XX præeſt. Iud. XVI, 31. Eodem tempore Eli ſacerdos Pontificatum iniit annos natus LVIII. Vide lib. IX, cap. XXXIII.
3580 24 8 F	2850	1134	HOC anno natus creditur Samuël.
3586 2 14 E	2856	1128	XVI Athenienſium rex Melanthus Andropompi filius Thymœtem per fraudem interficit, genere Pylius. Ita Cecropidarum regnum annos CCCCXXIX tenuit. Caſtor apud Euſebium.
3599 15 8 C	2869	1115	SAMSONE apud Philiſtæos occiſo, Eli Pontifex reliquos XX annos Iudiciaria functione gubernauit. Lib. I Reg. IV, 18.
3600 16 9 B	2870	1114	ASSYRIIS XXXI regnat Eupales annis XXXVIII. Euſeb.
3604 20 13 D	2874	1110	SILVIO Poſtumo quartus Latinorum rex ſucceſſit Æneas Siluius annis XXXI. Dion. Halic.
3608 24 17 F	2878	1106	ORESTE mortuo anno regni ſui LXX, Mycenis regnant Tiſamenus, & Penthilus annis tribus. Velleius lib. I.
3611 27 1 B	2881	1103	HERACLIDÆ ducibus Temeno, Creſphonte, & Ariſtodemo Peloponneſi imperium occuparunt anno octogeſimo poſt excidium Troianum. Velleius lib. I. Pauſanias. Thucyd. lib. I. Vide lib. IX, cap. XXX. Sub hoc tempus Penthilo Oreſtis F. duce, Græcorum colonia primùm in Thraciam profecta; pòſt, eo mortuo, in Aſiam traiecit, quam Æolicam coloniam vocant. Strabo lib. XIII initio.
3612 28 2 A	2882	1102	CORINTHIORVM regnum hoc anno cœpit. Primus regnauit Aletes annis XXXV. Euſeb. Lacedæmoniorum regnum itidem initium habuit ab Heraclidis cœ-

ptum, ac per regias duas familias propagatum, Euryſthenidarum, & Proclidarum. Vide lib. IX cap. XXXI.

Tiſamenus Oreſtis F. aduerſus Ionas in Aſia pugnans moritur. Sed eius exercitus victis Ionibus eorum ſedes occupat. Iones Athenas confugiunt, & à Melantho excipiuntur. Pauſan. Achaicis.

Per. Iul ✱ ⊙	Mun- di.	Ante Chr.	
3618 6 8 G	2888	1096	HOC anno Iſraëlitæ à Palæſtinis ingenti acie victi. Arca Dei capta. Heli Pontifex mortuus eſt. Lib. I Reg. IV.
3619 7 9 F	2889	1095	SAMVEL annum agens circiter XL poſt Heli populo præfuit, annis in totum, & cum Saüle, XL. Act. XIII, 20.
3623 11 13 A	2893	1091	XVII Athenienſium rex Codrus Melanthi F. annis XXI. Euſeb.
3626 14 16 D	2896	1088	EXCLVSI ab Heraclidis Oreſtis liberi decimo quinto anno ſedem cepere circa Leſbum. Vide cap. XXX libri IX.
3629 17 19 AG	2899	1085	SVB hoc tempus natus videtur Dauid Iſai patre.
3630 18 1 F	2900	1084	PELOPONNESII Athenis bellum inferunt. Euſeb.
3635 23 6 G	2905	1079	LATINVS quintus ab Ænea Latio regnat, annis LI. Dion. Halic. l. I.
3638 26 9 C	2908	1076	ASSYRIIS XXXII regnat Laoſthenes annis XLV. Euſeb.
3639 27 10 B	2909	1075	POSTQVAM annis XX arca in Cariathiarim manſiſſet, Samuël populum in Maſpha cogit, ibique ad Idololatriam extinguendam ſeriò cohortatur. Itaque fœdus ibi cum Domino paciſcuntur. Poſt paulo Philiſtæi in acie ſuperati. Lib. I Reg. VII.
3643 3 14 D	2913	1071	CODRVS ex oraculo pro patria caput ſuum obiiciens in prælio cum Peloponneſiis occiditur. Ita deſitis regibus Archontes perpetui creati; quorum primus Medon annis XX. Euſ. Vide Iuſt. lib. II. Pauſ. Achaicis.
3646 6 17 G	2916	1068	HOC circiter anno cùm Iſraëlitæ regem à Samuële poſtulaſſent, Saül è tribu Beniamin communibus ſuffragiis eligitur. Lib. I Reg. cap. IX.
3647 8 18 F	2917	1067	CORINTHIIS II regnauit Ixion annis XXXVII. Euſ.
3651 11 3 A	2921	1063	DAVID circa annum ætatis XXI, aut XXII à Samuële in regem inunctus eſt. Lib. I Reg. cap. XVI.
3657 17 9 AG	2927	1057	HOC anno circiter mortuus eſt Samuël, biennio ante Saülem: vt Clem. Alex. refert lib. I Strom.
3658 18 10 F	2928	1056	AGIS Euryſthenis F. ſecundus Lacedæmoniorum rex anno I. Euſ.
3659 19 11 E	2929	1055	TERTIVS Lacedæm. rex Echeſtratus annos XXXV. Euſeb. Saül hoc anno à Philiſtæis in pugna vincitur, & occiditur cum Ionathane filio, I Reg. XXXI. Solus hic XI circiter annis regnauit. Dauid à tribu Iudæ Hebrone in regem delectus inungitur. II Reg. II. Regnauit primùm in ea tribu annis VII, menſibus VI. Toti porro Iſraëli annis XXXIII, menſibus VI. In totum ergo, annis XL. lib. II Reg. II, II. & cap. V, 5. Interim Iſboſeth filius Saül in reliqua Iſraëlitide regnat.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.	
3660 20 12 D	2930	1054	IONICA migratio anno CXL à coniuratione Græcorum ad Aulidem, CXXX à capta Troia. Eodem anno Leſbus frequentari cœpta. Vide caput XXX lib. IX.
3661 21 13 CB	2931	1053	ACERRIMVM prælium inter Ioabum & Abnerem commiſſum eſt, cùm iam biennio Iſboſeth regnaſſet. II Reg. II. Haſaël Ioabi frater ab Abnere in eo prælio cæditur.
3664 24 16 F	2934	1050	ACASTVS II Archon Athenis præeſt annis XXXVI. Euſeb.
3666 26 18 C	2936	1048	IROMVS rex Tyri Abibali filius, quo cum Dauid amicitia iunctus eſt, hoc circiter anno regnare cœpit. Vide lib. IX cap. LXII, & lib. II Reg. V, II.
3667 27 19 B	2937	1047	HOC anno Iſboſeth Saülis filius interfectus eſt: & Dauid Iſraëlitis omnibus regnare cœpit. II Reg. cap. IV, & V.
3668 28 1 A	2938	1046	DAVID Sionis arcem, pulſis Iebuſæis, expugnat. Inde contra Philiſtæos præliatur. cap. VI.
3669 1 2 GF	2939	1045	DAVID Arcam è Gabaa de domo Aminadab transfert in arcem Sionis, poſtquam in domo Obedebom Getthæi tribus menſibus conſedit; quòd Dominus Oziam interfeciſſet. Cap. VII.
3675 7 8 F	2945	1039	ASSYRIIS XXXIII regnat Pirithiades annis XXX. Euſeb. Dauidis adulterium, & Vriæ mors contigit bello Ammonitico. cap. XI.
3676 8 9 E	2946	1038	CIRCA hoc tempus Salomon natus eſt. Eodem anno inceſtus Amnonis filij Dauid cum ſorore Thamare. Cap. XIII.
3678 10 11 B	2948	1036	SVB hoc tempus Abſalom fratrem ſuum Amnonem interficit. cap. XIII, 23. Hinc ad regem Geſſur confugit. com. 37. ibique tribus annis reſedit.
3680 12 13 G	2950	1034	CVMA Phricotis, ſiue Æolica in Aſia condita eſt annis XX poſt frequentatam incolis Leſbon. Herod. in vita Homeri.
3681 13 14 FE	2951	1033	ABSALOM poſt triennij exilium Hieroſolymam reuertitur. Cap. XIV. Sed aſpectu patris interdicitur duobus annis. Cap. XIV, 28.
3685 17 18 AG	2955	1029	ABSALOM patrem è ſolio deiicit, anno XL à creatione Saülis. Lib. II Reg. XV, 7: quarto poſtquam Hieroſolymam reuerterat. Latinorum V regnauit Alba Siluius Æneæ Siluij F. annis XXXIX. Euſebius. Corinthiis III regnauit Agelaus annis XXXVII.
3688 20 2 D	2958	1026	SMYRNA à Cumæis condita annis CLVIII poſt excidium Troianum. Herod. in. vita Homeri. Homerus ſub hoc tempus naſcitur anno CLXVIII ab expeditione Græcorum in Troadem, ſiue conſpiratione ad Aulidem. Vide caput XXX lib. IX.
3694 26 8 C	2964	1020	LABOTES Lacedæmoniorum IV rex annis XXXVII. Euſeb.
3698 2 12 E	2968	1016	DAVID Salomonem ſucceſſorem deſignat annos natum XXIII. Lib. III Reg. cap. I.
3699 3 13 D	2969	1015	PRIMVS annus Salomonis incipit; qui annis XL regnauit. Eodem anno moritur Dauid. Lib. III Reg. cap. II. Archippus Archon III Athenis præeſt annos XIX. Adonias Salomonis frater occiditur. Cap. II.
3700 4 14 C	2970	1014	HOC tempore Salomon Pharaonis filiam coniugem duxit. Cap. III, I.
3701 5 15 BA	2971	1013	SALOMONI per vſum Deus apparet, eíque ſummam ſapientiam indulget. Cap. III. I.

Per. Iul ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.	
3702 6 16 G	2972	1012	Hoc anno Templi fundamenta iacta ſunt à Salomone. Vide lib. IX caput XXXIII.
3704 8 18 E	2974	1010	Assyriis XXXIV regnauit Ophracteus annis XXI. Euſeb.
3710 14 5 D	2980	1004	Anno vndecimo Salomonis templum, eiúſque ornamenta, vaſáque omnia perfecta ſunt. Lib. III Reg. cap. VI, 38.
3711 15 6 C	2981	1003	Anno duodecimo Salomonis, abſoluto templo, Arca in adytum illata eſt. ac dedicatio Templi magno apparatu, anno Sabbatico ineunte, menſe videlicet VII. facta eſt. Lib. III Reg. cap. VIII. Exinde Salomon palatium ſibi, ac filiæ Pharaonis ædificat.
3718 22 13 A	2988	996	Athenis Archon perpetuus IV Therſippus annis XLI. Euſeb.
3722 26 17 C	2992	992	Circa hoc tempus ædificia Salomonis abſoluta ſunt. Lib. III Reg. VII, I. quæ tredecim annis molitus eſt. Quanquam fieri poteſt, vt eodem tempore Templum Domini, & magnifica illa palatia conſtruxerit: itáque non XXIII regni illius anno, ſed XVI extrema manus operibus adhibita ſit. Vulgò tamen poſt conditum Templi reliqua opera pertexuiſſe creditur. Secundum quæ Hiramo regi mercedis nomine oppida viginti obtulit. Cap. IX, 12. Quare ad hoc vſque tempus vixerit Hiramus, ac diutiſſimè regnauerit. Nos in cap. LXII libri IX Hiromo annos LIII aſſignamus. Vnde finis eiuſdem anno 3719 tribuendus erit. Quæ ſententia defendi poteſt, ſi poſt iacta Templi fundamenta aliquot annis palatiorum ædificationem aggreſſus putetur Salomon. Hiromo ſucceſſit filius eius Baleazarus, cui IX annos Ioſephus attribuit. Regina Saba ſub id tempus ad Salomonem venit. Cap. X. Corinthiorum IV rex Prymnis annis XXXV.
3724 28 19 A	2994	990	Latinorum ſextus regnauit Capetus annis XXVI. Halic. I.
3725 1 1 GF	2995	989	Assyriorum XXXV rex Ephacheres annis LII. Euſ.
3731 7 7 F	3001	983	Doryssus Lacedæmoniorum quintus rex annis XXIX. Euſ. Abdaſtratus Beleazari F. hoc anno cœpit, qui annis nouem regnauit. Ioſephus contra Appionem lib. I.
3739 15 15 C	3009	975	Salomone mortuo Roboamus filius regnum iniit, quod annis XVII tenuit. Lib. III Reg. XV, I. Eodem anno cùm Roboamus iuuenilibus conſiliis obſecutus populum in ſeſe concitaſſet, ſciſſo Dauidis regno, partem eius Ieroboam filius Nabat obtinuit: quem deſignatum à Deo regem per Prophetam Achiam Salomon interficere voluerat. Hinc Iſraëlis ortum eſt regnum, anno Sabbatico labente. Primus Iſraëlitarum rex Ieroboam annis XXI. De annis vtriuſque regni principum conſule lib. IX cap. LV. Ieroboam cùm à Templo ac religione patria, cuius arx Hieroſolymis erat, diuortium feciſſet, miſſus eſt ad eum Propheta, qui altaris, quod in Bethel extruxerat, euerſionem prædixit. III Reg. XIII.
3740 16 16 B	3010	974	Hoc anno IV Tyriorum Abdaſtratus interfectus eſt à nutricis filiis: quorum vnus regnauit annis XII. Ioſephus.
3741 17 17 AG	3011	973	Hoc anno circiter Ioiada natus videtur. Vide infra anno 3870.
3743 19 19 E	3013	971	Astartus Tyri rex annis XII. Ioſeph. I con. App.

Per. Iul ☀ ⊙	Mundi.	Ante Chr.	
3744 20 1 D	3014	970	SESAC Ægypti rex Hieroſolymam veniens ſacros, ac profanos theſauros diripuit. iii Reg. xiv, 25.
3750 26 7 C	3020	964	CAPYS octauus ab Ænea Latinis regnat annis xxviii. Dion. Halic. Lib. i.
3752 28 9 A	3022	962	ASTARTVS ſextus Tyri rex annos xii. Ioſeph. con. App.
3756 4 13 C	3026	958	ABIAM quartus rex Iuda mortuo Roboamo iniit, ac regnauit annis tribus. iii Reg. xv, 2. Hic ingentes Ieroboami copias attriuit. ii Par. xiii.
3757 5 14 BA	3027	957	CORINTHIORVM rex v Bacchis annos xxxv. Euſeb. Ab hoc Bacchiadæ nominati.
3759 7 16 F	3029	955	ASA rex Iuda poſt Abiam regnauit annis xli. Cap. xv, 10. Fuit religioſus Domini cultor. Nam aris idolorum, luciſque deſtructis paternæ idololatriæ veſtigia ſuſtulit. Athenis Archon perpetuus v Phorbas annis xxxi. Euſeb.
3760 8 17 E	3030	954	IEROBOAMO mortuo ſecundus rex Iſraëlis Nadab eius filius anno i. Vide lib. ix, cap. lv. Lacedæmoniorum ſextus rex Ageſilaus annis xliv. Euſeb.
3761 9 18 DC	3031	953	TERTIVS Iſraëlitis regnauit Baaſa annis xxiii Chronologicis. Baaſa rex contra Aſam munire Ramam inſtituit. Sed Benadad Syriæ rex ab Aſa muneribus perſuaſus in Iſraëlitidem irruit, & Baaſam reuocat cap. xv, 17. anno xxxvi à diuiſione ſcilicet vtriuſque regni. ii Par. xv, 19. & xvi, 1.
3764 12 2 G	3034	950	TYRIORVM rex ſeptimus Aſerymus regnat annis ix. Ioſephus.
3765 13 3 FE	3035	949	HOC anno circiter natus eſt Ioſaphat. iii Reg. xxii, 42.
3773 21 11 CB	3043	941	TYRIORVM viii ab Abibalo rex Pheles Aſerymi frater & interfector menſibus viii. Ioſephus con. Appio.
3774 22 12 A	3044	940	TYRIORVM ix rex Ithobalus annis xxxii. Ioſephus.
3776 24 14 F	3046	938	HOC ferè tempore Aſa rex Iuda Zaram Æthiopem fudit. ii Par. xiv, 9. Aſſyriorum xxxvi rex Acracarnes annis xlii.
3778 26 16 C	3048	936	LATINORVM rex viii Calpetus annis xiii. Dion. Halic. lib. i.
3784 4 3 C	3054	930	ELA rex Iſraëlis ſolus vno anno regnat. Lib. ix, cap. lv.
3785 5 4 BA	3055	929	ZAMRI Hela rege occiſo regnat diebus viii. Qui ab Amri obſeſſus in Therſa ſeipſum cum domo regia combuſſit. iii Reg. xvi. Amri itaque regnauit annos xi.
3790 10 9 B	3060	924	MEGACLES ſextus Archon perpetuus Athenis annis xxx. Euſeb.
3791 11 10 A	3061	923	LATINORVM ix rex Tiberinus annis viii. Qui ad Tiberim prælio victus, & occiſus, & gurgite abſorptus fluuio nomen dedit, qui prius Albula dicebatur. Halicar. i.
3792 12 11 G	3062	922	CORINTHIORVM ſextus Agelaſtus annis xxx. Euſeb.

Per. Iul. ✱ ⊙	Mundi.	Ante Chr.	
3797 17 16 A G	3067	917	Iſraelitarvm VII rex Achab annis XXI. Vide cap. LV lib. IX. Hic Amri filius, & paternæ impietatis hæres hanc inſuper maiori, quàm quæ in aliis fuerat, perfidia cumulauit. Hic Iezabelem filiam Ithobali Tyriorum regis vxorem duxit (III Reg. XVI, 31) qui iam annum regnabat XXIV. Vide quæ ſuprà ad annum 3722 dicta ſunt.
3798 18 17 F	3068	916	Asa pedibus ægrotans Deum non requirit, ſed magis in medicorum arte confidit anno XXXIX regni ſui. II Par. XVI, 12.
3799 19 18 E	3069	915	Latinorvm rex X Agrippa annis XLI. Dion. Halic.
3800 20 19 D	3070	914	Asa mortuo ſextus rex Iuda Ioſaphat regnauit annis XXV. Lib. III Reg. cap. XXII, 42. Fuit hic religioſus ac pius.
3802 22 2 A	3072	912	Iosaphat anno tertio regni ſui, qui erat Sabbaticus, principes ſuos cum Leuitis & Sacerdotibus ad docendum populum vbique mittit II Par. XVII, 7. regnum ſuum præſidiis firmat. Habuit autem militum 1160000.
3804 24 4 F	3074	910	Lacedæmoniorvm VII rex Archelaus annis LX. Euſeb.
3806 26 6 C	3076	908	Tyriorvm X rex Badezorus annis VI. Ioſephus cont. App.
3809 1 9 G F	3079	905	Elias hoc fere tempore prodiit, Achabi XIII; vt Hebræi ſentiunt in Seder holam. annorum trium, menſium ſex famem prædixit. Lib. III Reg. cap. XVII. Quæ quidem eò grauior fuit, quod anno primo hebdomadis annariæ contigit, cùm Sabbaticus antecedens fuiſſet, nempe 3809. Elias porro Dei monitu ad torrentem Carith à coruo pabulum accepit. Inde ſe ad Sarephtanam viduam recepit. cuius filium à mortuis excitat.
3812 4 12 C	3082	902	Hoc anno Elias Propheta ad Achabum venit. Bahalis ſacerdotes CCCCL iugulauit: pluuiam impetrauit. Cap. XVIII. Ideo ab Iezabele quæſitus ad necem fugit. Eliſæum in Prophetam delegit. Cap. XIX. Tyriorum XI rex Matgenus annis IX. Ioſephus con. App.
3813 5 13 B A	3083	901	Benadad rex Syriæ aduerſus Achabum ingentem exercitum comparat, reges habens ſecum XXXII. Sed Prophetæ iuſſu per CCXXXII pediſſequos inchoato prælio territi ſunt Syri, & in fugam conuerſi. Cap. XX.
3814 6 14 G	3084	900	Benadad amotis regibus XXXII, eorúmque loco conſtitutis principibus, bellum inſtaurat, & in planitie pugnare inſtituit; quod Iſraëlitarum Deum montium tantummodo præſidem eſſe crederet. Sed maiori quàm antea ſtrage fuſus eſt illius exercitus. Centum in acie millia ceciderunt. tum ſeptem & viginti millia ruina muri oppreſſa ſunt. Ideo pacem ab Achabo Syrus impetrat. quo nomine à propheta ſeuerè eſt increpitus cap. XX.
3815 7 15 F	3085	899	Achab Iezabelis ſcelere Nabothis vineam, circunuento per calumniam extinctóque domino, poſſidet. Ob id increpante ipſum Elia, & interminante, cùm pœnitentiæ præ ſe tuliſſet ſpeciem, Dominum vtcumque placauit. Cap. XXI.
3816 8 16 E	3086	898	Ochozias hoc anno à patre in regni conſortium adſciſcitur. Vide caput LV libri IX. & lib. III Reg. XXII, 52.
3817 9 17 D C	3087	897	Tertio anno exeunte, quàm pax cum Syris facta fuerat, Achab Ramoth Galaad nondum à rege Syriæ reſtitutam recuperare volens, adiuncto ſibi Ioſaphat, in acie cæſus eſt, cùm nequicquam Michæas futuram cladem prædixiſſet. Ochozias, quod reliquum eſt anni huius imperauit. cuius exitu cùm ægrotaſſet, Beelzebub conſuluit, & mortuus eſt. Libro III Reg. XXII, & lib. IV, cap. I. Elias igneo curru rapitur in cœlum, anno XVII Ioſaphat. Seder holam.

Per. Iul ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.	
			IV Reg. cap. II. Huius locum Eliſæus obtinuit, duplici à Deo ſpiritu donatus. Qui Ierichuntinas aquas potabiles reddit. pueros ſibi maledicentes deuouet.
3818 10 18 B	3088	896	IORAM IX rex Iſraëlis Ochoziæ frater annis XII. lib. IV Reg. III, I, perditus & ipſe princeps; ſed patre aliquanto tolerabilior. Hic cum Ioſaphat, & Idumæo rege contra Moabitam regem profectus, & aquæ penuria laborans, per Eliſæum, in gratiam Ioſaphat, potum, ac deinde victoriam obtinet. Cap. III. Aſſyriorum poſtremus Thonos Connoleros qui & Sardanapalus, annos xx. Euſeb.
3819 11 19 B	3089	895	ELISEVS inopi mulierculæ oleum in vaſis auget. Sunamitidi filium impetrat. Cap. IV.
3820 12 1 G	3090	894	IORAM à Ioſaphato patre in regni collegium aſſumitur. quo cum annos IV regnauit. Vide caput LV libri IX. Athenienſium ſeptimus Archon perpetuus Diognetus annis XXVIII. Euſeb.
3821 13 2 FE	3091	893	TYRIORVM rex XII Pygmalion annis XLVII. Ioſephus con. App.
3822 14 3 D	3092	892	CORINTHIORVM VII rex Eudemus annis XXV. Euſeb. Sunamitidis filius ab Eliſæo reuocatur ad vitam. IV Reg. IV. Idem Propheta ſeptem annorum famem prædicit. IV Reg. VIII, I.
3823 15 4 C	3093	891	IOSAPHAT Philiſtæos, & Ammonitas deuicit. II Par. XX.
3825 17 6 AG	3095	889	IOSAPHAT mortuo Ioram ſolus regnat annis IV. Qui fratres ſuos occidit II. Par. XXI. Idumæi ab Iſraëlitarum rege deficiunt. II Par. XXI, 8.
3828 20 9 D	3098	886	ANNO ſeptimo Pygmalionis regis Dido profecta Tyro Carthaginem in Africa condidit, annis ante Romam CXXXIV. Ioſephus I con. App. Non habet Josephus ibi verbum de Roma, sed bis dicit Carthaginem conditam annis 143 et mensibus 8 post conditum Templum Salomonis. Quod intervallum numeris Petavianis [illegible] consentit.
3829 21 10 CB	3099	885	OCHOZIAS rex Iuda regnat anno I. lib. IV Reg. VIII, 26. Poſt ſeptennalem famem, Sunamitis, quæ interim peregre abierat, bona ſua recuperat. IV Reg. VIII.
3830 22 11 A	3100	884	MORTVO Ochozia rege Iuda, Athalia mater Ochoziæ regia ſtirpe ſublata, tyrannidem vſurpat annis VI. Lib. IV Reg. cap. XI. Ioiadas ſummus Pontifex Ioam filium Ochoziæ furtim eripit, atque educat. Hoc anno Lycurgi ἐπιτροπία contigit. Nam Eratoſthenes apud Clem. lib. I Strom. ſcribit anno CCXCIX poſt Troianũ excidium, & CVIII ante primam Olympiadẽ illam contigiſſe. Atqui annus iſte eſt centeſimus octauus ante primam Olympiadem. Cùm igitur Polydecti regis vxor poſt coniugis mortem poſtumũ peperiſſet, Charilaũ hunc appellauit Lycurgus, regnóq; ſe abdicans, id in paruulum tranſtulit, ac pro tutore ſe geſſit. Alij antiquiorem eundem; alij recentiorem faciunt. Vide Plutarchum in Lycurgo. Eodem anno Iehu, Ioramo Iſraëlis, & Ochozia Iudæ regibus interfectis, X Iſraëlitarum rex imperauit, annis XXVIII. Idem & Iezabelem, & Achabi domum omnem funditùs extinxit. IV Reg. IX, & X.
3836 28 17 A	3106	878	IOAS Ochoziæ filius rex Iuda à Ioiada Pontifice ad regnum euehitur, occiſa Athalia. cap. XII, I. Regnauit annos XL.
3838 2 19 E	3108	876	HOC anno Medorum imperio ab Arbace datum eſt initium, Sardanapalo mortuo. Vide caput XXXIV libri IX. Hiſtoriam verò ex Diodoro, & Iuſtino repete. Regnauit Arbaces annis XXVIII.
3840 4 2 C	3110	874	LATINORVM rex XI Alladius annis XIX. Hic perditus, & ſacrilegus fuit, & ſtagnantibus aquis abſorptus eſt. Halic. lib. I.
3847 11 9 F	3117	867	CORINTHIORVM VIII rex Ariſtodemus annis XXXV. Euſ.

ATHENIENSIVM

Per. Iul. ✳ ☾	Mundi.	Ante Chr.	
3848 12 10 G	3118	866	ATHENIENSIVM VIII Archon Phereclus annis XIX. Euſ.
3851 15 13 C	3121	863	HOC anno natus eſt Amaſias rex Iuda filius Ioæ. II Par. XXV, I.
3858 22 1 A	3128	856	IEHV mortuo, XI rex Iſraëlis Ioachaz annis XVII. lib. IV Reg. XIII, I.
3859 23 2 G	3129	855	LATINORVM rex XII Auentinus annis XXXVII. Halic. I.
3864 28 7 A	3134	850	LACEDÆMONIORVM VIII rex Teleclus annis XL. Euſeb.
3866 2 9 E	3136	848	MANDAVCES II Medorum rex annis L. Diodorus. Lib. I.
3867 3 10 D	3137	847	ARIPHRON IX Archon Athenis præeſt annis XX. Euſeb.
3870 6 13 G	3140	844	HOC anno moritur Ioiadas Pontifex annos natus CXXX. lib. II Par. XXIV, 15.
3872 8 15 E	3142	842	SYRIÆ rex Hazaël contra Iſraëlitas graſſatur. IV Reg. XIII, 3. Ioachaz filium Ioazum in regni conſortium adſciſcit. Vide cap. LV lib. IX
3873 9 16 DC	3143	841	HAZAEL Syriæ rex moritur. ſuccedit Benadad filius eius. IV. Reg. XIII, 24.
3874 10 17 B	3144	840	IOAZ rex Iſraël XII, mortuo patre ſolus regnat annis XVI. Lib. III Reg. cap. XIII, 10. Hoc circiter anno Zachariam Ioiadæ filium Ioas rex Iuda perimit. lib. II Par. XXIV, 20.
3876 12 19 G	3146	838	AMASIAS rex Iudæ XI annis XXIX. Lib. IV Reg. XIV, 2.
3879 15 3 C	3149	835	IEROBOAM rex Iſraëlis à patre Ioazo deſignatur. Vide lib. IX, cap. LV.
3882 18 6 F	3152	832	CORINTHIORVM IX rex Agemon annis XVI. Euſ.
3884 20 8 D	3154	830	ELISÆVS obiit anno X Ioaz Iſraëlitæ: vt aſſerunt Hebræi, in Seder holam. Quo decumbente, Ioaz rex ad ipſum venit, & de Syriorum clade per emiſſarum ſagittarum ſymbolum admonetur. IV Reg. cap. XIII.
3885 21 9 CB	3155	829	IOAZ rex Iſraëlis contra Syros feliciter pugnat. Ib. com. 25.
3887 23 11 G	3157	827	ATHENIS X Archon Theſpieus annis XXVII. Euſeb.
3888 24 12 F	3158	826	OZIAS Amaſiæ F. naſcitur. Nam XVI annos natus erat, cùm regnare cœpit. lib. IV. Reg. XV, 2.
3889 25 13 ED	3159	825	IOAS Iſraëlis rex ab Amaſia prouocatus aduerſus eum bellum mouet, & in poteſtatem redigit, ac Hieroſolymam diripit. IV Reg. XIV.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Ante Chr.	
3890 26 14 C	3160	824	XIII Iſraëlitarum rex Ieroboam annis XLI. Cap. XIV, 23. Sub hoc rege vixit Ionas Propheta, qui Ieroboamo de Syris victoriam prædixit, IV Reg. XIV, 25. Quo autem anno Niniuitis prædicauerit, incertum eſt. Etenim Niniue non longo, poſtquam eſt euerſa, tempore inſtaurata videtur, & Medorum excuſſo imperio, priuato principi paruiſſe. Nam & Phul ſubinde rex Aſſyriorum fuit. Itaque falſi ſunt, qui Ionam ſtante veteri Aſſyriorum regno prædicaſſe ſentiunt.
3896 4 1 C	3166	818	LATINORVM XIII rex Procas annis XXIII. Halic.
3898 6 3 G	3168	816	CORINTHIORVM X rex Alexander annis XXV. Euſeb.
3900 8 5 E	3170	814	MACEDONIÆ regnum hoc anno cœpit, authore Carano Argiuo Phidonis fratre; qui ex Heraclidarum ſtirpe originem duxerat, & ab Hercule vndecimus erat. Hic è Peloponneſo contracta manu, in Macedoniam venit, regnúmque condidit. Cæterùm Macedoniæ regum tempora ex Dexippo deſcripſit Georgius Monachus; vt ex Græcis Collectaneis Scaligeri conſtat. quę aliter Euſebius ordinauit. Hunc in lib. II Iſag. Can. in Catalogo Macedonum regum imitatus eſt Scaliger. nos Dexippum ſequi maluimus. Nam ex Euſebiana deſcriptione ἀνιςόρητα pleraque naſcuntur. quorum illud eſt grauiſſimum. Perdiccas enim XI rex ante initium belli Peloponneſiaci moritur. quod ſtupidiſſimum eſt. Nam ad XV belli annum ſaltem peruenit: vti anno 4297 docebitur. Primus ergo Macedonum rex Caranus imperauit annos XXX. Euſebius ex editione Pontaci anno Abraami MCCIII illius initium reddit. qui eſt ille ipſe, quem adſcripſimus.
3904 12 9 G	3174	810	LACEDÆMONIORVM IX rex Alcamenes annos XXXVII. Ita Euſebius. At Clem. Alex. I Strom. Nicandrum hunc nominat, eique XXXIX annos aſſignat. vbi etiam anno illius XXXIV primam Olympiadem celebratam eſſe ſcribit.
3905 13 10 FE	3175	809	XII Iudæ rex Ozias, ſiue Azarias annis LII. Lib. XIV Reg. XV, I. Princeps ſatis bonus, niſi quod excelſa non abſtulit.
3913 21 18 CB	3183	801	VELLEIVS lib. I Capuam hoc anno conditam refert anno DCCCXXX ante Vinicium Conſulem, quo ſcribebat. Huius verò Conſulatus incidit in annum Per. Iul. 4743, Chriſti XXX.
3914 22 19 A	3184	800	ATHENIS Archon XI Agameſtor annis XX. Euſeb.
3916 24 2 F	3186	798	MEDORVM III rex Soſarmus annis XXX. Euſeb.
3919 27 5 B	3189	795	LATINORVM XIV rex Amulius annis XLII. Halic. I. Prophetarunt Oſee, Ioël, Amoz, Abdias, Ionas, Iſaias.
3921 1 7 GF	3191	793	LYDORVM rex Ardys annos XXXVI. Euſ.
3923 3 9 D	3193	791	CORINTHIORVM XI rex Teleſtes annis XII. Euſeb.
3931 11 17 A	3201	783	MORTVO Ieroboamo Iſraëlitarum rege, interregnum fuit annorum XI. Vide caput LV libri IX. Macedonum II rex Cœnus annis XXVIII. Dexippus apud Euſeb.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Ante Chr.		Olymp.
3934 14 1 D	3204	780	Athenis Archon XI Æſchylus annis XXIII. Euſeb.	
3935 15 2 C	3205	779	CORINTHIORVM reges deſinunt. pro quibus annui Prytanes ſubſtituti. Euſeb.	
3936 16 3 B	3206	778	IOATHAN Oziæ filius naſcitur. Erat enim XXV annorum, cùm regnare cœpit. IV Reg. XV, 33.	

OLYMPIADES.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Ante Chr.		Olymp.
3938 18 5 F	3208	776	ANNO ineunte XXXIV Azariæ primus agon Olympicus ab Iphito inſtauratus eſt. cui quinque dies erant attributi. Hoc igitur anno primus ludorum dies incidit in XIX Iulij, Luna XI, vltimus in XXIII. Vide lib. IX, à capite XXXVII.	Olymp. prima
3939 19 6 E	3209	775		II
3940 20 7 D	3210	774		III
3941 21 8 CB	3211	773		IV
3942 22 9 A	3212	772	ZACHARIAS rex Iſraëlis poſt interregnum menſibus VI regnat. Lib IV Reg. XV, 8. Huic Sellum ſuccedit menſe I.	Oly. 2
3943 23 10 G	3213	771	MANAHEM XVI Iſraëlis rex interfecto Sellum regnat Samariæ cap. XV, 14. Circa hoc tempus Iſaias prophetare incipit. Phul Aſſyriorum rex Iſraëlitas vexat. IV Reg. XV, 19.	II
3944 24 11 F	3214	770	ROMVLVS hoc anno naſcitur. Dion. lib. I.	III
2945 25 12 ED	3215	769		IV
3946 26 13 C	3216	768	MEDORVM IV rex Articas annis L. Euſ.	Ol. 3
3947 27 14 B	3217	767		II
3948 28 15 A	3218	766		III
3949 1 16 GF	3219	765		IV
3950 2 17 E	3220	764		Ol. 4
3951 3 18 D	3221	763	ACHAZ naſcitur. Nam XX natus annos regnare cœpit IV Reg. XVI, 1. Circa hoc tempus videtur Ozias rex Iudæ ſacerdotalem functionem vſurpaſſe, ideóque lepra percuſſus fuiſſe. II Par. XXVI, 16.	II
3952 4 19 C	3222	762		III

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
3953 5 1 BA	3223	761	Phaceias filius Manahem XVII rex Iſraëlis annis II. lib. IV Reg. XV, 23.	IV		
3954 6 2 G	3224	760		Ol. 5		
3955 7 3 F	3225	759	Phacee filius Romeliæ interfecto Phaceia regnat octauus decimus in Iſraëlitide annis XX. cap. XV, 27. Athenis XIII Archon Alcmæon annis 2. Euſ.	II		
3956 8 4 E	3226	758		III		
3957 9 5 DC	3227	757	XIII rex Iuda Ioatham Oziæ F. regnat annis XVI, cap. XV, 33. Hic in Domino confidens multa proſperè geſſit. II Par. XXVI. Iſaias hoc anno vidit Dominum ſedentem ſuper ſolium, &c. Iſaiæ cap. VI. Archontes Athenis decennales eſſe cœperunt: quorum primus Charops. Lydorum rex Alyattes annis XIV. Euſeb.	IV		
3958 10 6 B	3228	756		Ol. 6		
3959 11 7 A	3229	755	Macedonum III Tyrmas annis XLV. Dexippus apud Euſeb. Peloponneſij Iphitum ad oraculū mittunt, ſcitatū ecquid coronas in præmium Olympionicis darent. Collect. Scal.	II		
3960 12 8 G	3230	754	Romulus hoc anno patruo Amulio ſublato, Numitorem auum in regnum reſtituit. Halic. lib. I. Probabile eſt Romam hoc anno conditam eſſe ex Tarrutiana deſcriptione Octobris IV. Vide lib. IX, cap. XLVIII.	III		

VRBS ROMA.

3961 13 9 FE	3231	753	Ab hoc anno anni Vrbis Varroniani procedunt. Primus Romanorum rex Romulus annis XXXVIII. Halic.	IV	Vrbis 1	
3962 14 10 D	3232	752	Primus omnium coronatus eſt Olympiis Daicles. Phlegon.	Ol. 7	2	
3963 15 11 C	3233	751	Ezechias naſcitur patre Achazo annum XIII agente. Siquidem cùm regnare cœpit annos natus erat XXV. Lib. IV Reg. XVIII, I.	II	3	
3964 16 12 B	3234	750	Sabinarum raptus hoc anno contigit. Halic. I. Exinde cum Antemnatibus, Cæninenſibus, ac Cruſtuminis bellatum.	III	4	
3965 17 13 AG	3235	749	Tobias ſenior hoc circiter anno natus eſt. Vide caput IV lib. X.	IV	5	
3966 18 14 F	3266	748	Piſani cum Phidone Argiuorum tyranno certamini Olympico præfuerunt. Ob id Elei hanc ἀνολυμπιάδα vocantes expunxerunt è numero. Pauſan. Elia. II.	Ol. 8	6	

ÆRA NABONASSARI.

3967 19 15 E	3237	747	Athenis Archon decennalis II Æſimedes. Euſeb. Hoc anno cœpit æra Nabonaſſari, cuius Thoth incurrit in XXVI Februarij, indidémque Babyloniorum regnum. Vide lib. IX cap. LI. Sabini arce Tarpeia potiti Romanis formidoloſi erant:	II	7	Nabona. 1 Thoth Febr. 26.

Per. Iul. ✱ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			Sed matronarum interuentu conuenit, vt ambo inter ſe populi coaleſcerent. Regnarunt ambo pariter, Tatius & Romulus annis ſex. Dion. Halic. lib. I.			
3968 20 16 D	3238	746		III	8	2
3969 21 17 CB	3239	745		IV	9	3 Thoth Feb.25
3970 22 18 A	3240	744		Ol. 9	10	4
3971 23 19 G	3241	743	LYDORVM III rex Meles annis XII. Euſeb. Meſſeniacum bellum inter Lacedæmonios & Meſſenios hoc anno cœpit. Cauſa fuit Lacænarum raptus; & Telecli regis Lacedæmoniorum illas repetentis nex. Pauſ. Meſſen. Amphia hoc anno à Lacedæmoniis capta. Idem. Razin rex Syriæ, & Phacee rex Iſraëlis contra Iudam bellum cient. IV Reg. XV, 37. Naxus in Sicilia condita. Euſ.	II	11	5
3972 24 1 F	3242	742	MESSENIORVM rex Euphaës annis XIII. Pauſ. Meſſen. Tatius Sabinorum rex per inſidias occiditur anno VI quàm cum Romulo regnare cœpit. Halic. libro I. Liuius libro I.	III	12	6
3973 25 2 ED	3243	741	XIV rex Iuda regnauit Achaz annis XIV. Lib. IV Reg. XVI. Hic anteriores omnes reges Iuda impietate ſuperauit. Syracuſæ in Sicilia conditæ ab Archia Heraclida Corintho profecto. Euſeb.	IV	13	7 Thoth Feb.24
3974 26 3 C	3244	740		Ol. 10	14	8
3975 27 4 B	3245	739	ANNO quarto poſt expugnatam Amphiam, Meſſeniacum bellum recruduit. Pauſanias Meſſen.	II	15	9
3976 28 5 A	3246	738	XIX rex Iſraëlis Oſee annis XVIII, ſed interruptis. Hoc primum illius initium. Lacedæmonij ſecundò in Meſſeniam irrumpunt. Pauſ. Teleſilla poëtria Argiua ſecundi belli Meſſeniaci tempore floruit. Pauſan. Romulus Camerinis victis triumphauit Halic.	III	16	10 Thoth VI Kal. priores Martij
3977 1 6 GF	3247	737	CATINA anno V poſt captam Amphiam ab Syracuſis condita. Thucyd. Meſſenij cæteris oppidis relictis Ithomen ſe recipiunt. Ariſtodemus Meſſenius filiam ſuam ex oraculo interficit. Pauſ. Meſſen. Archon decennalis tertius Athenis Clidicus. Euſeb.	IV	17	11
3978 2 7 E	3248	736		Ol. 11	18	12 Thoth Feb.24
3979 3 8 D	3249	735		II	19	13
3980 4 9 C	3250	734		III	20	14
3981 5 10 BA	3251	733		IV	21	15
3982 6 11 G	3252	732		Ol. 12	22	16 Thoth Feb.23

Per. Iul. ☀ ☾	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
3983 7 12 F	3253	731	Lydorvm iv rex Candaules annis xvii. Euſeb.	ii	23	17
3984 8 13 E	3254	730	Lacedæmonii ad Ithomen cum Meſſeniis confligunt. Cæſus in prælio eſt Euphaës. cuius in locum eligitur Ariſtodemus Pauſ. Meſſen.	iii	24	18
3985 9 14 DC	3255	729	Hinc ſecundum Oſee conſurgit initium, de quo vide lib. ix, cap. lv.	iv	25	19
3986 10 15 B	3256	728		Ol. 13	26	20 Thoth Feb. 21
3987 11 16 A	3257	727	XV Iudæ rex Ezechias annis xxix: laudatiſſimus princeps, ac religionis patriæ inſtaurator egregius. iv Reg. xviii. Athenis Archon decennalis v Hippomenes. Hic deprehenſam in ſtupro filiam incluſit cum equo, ac fame ambos enecauit. Puella itaque ab equo diſcerpitur. Suidas in Ἱππομένης.	ii	27	21
3988 12 17 G	3258	726	Lacedæmonii ab Ariſtodemo ingenti prælio vincuntur anno v regni eius. Pauſ. Meſſen. pag. 120. Ideo Lacedæmonij ad ſufficiendam ſobolem vxores ſuas proſtituunt: vnde nati Parthenij. Iuſtinus lib. iii.	iii	28	22
3989 13 18 FE	3259	725		iv	29	23
3990 14 19 D	3260	724	Aristodemvs ſeipſum ad filiæ ſepulcrum iugulat. Vide Pauſ. Meſſen. pag. 123, & 124. Regnauit annis ſex, & menſibus aliquot.	Ol. 14	30	24 Thoth Feb. 20
3991 15 1 C	3261	723	Anno primo Olymp. xiv exeunte, Hippomenis Archontis iv expleto, viceſimo belli Meſſeniaci, Ithome à Meſſeniis derelicta, & à Lacedæmoniis euerſa; atque ita bellum omne confectum. Pauſ. pag. 124. Euſebius hæc omnia conturbat. Alcidamidas Rhegium in Italia migrat è Meſſenia. Pauſ. Meſſen. Salmanaſar hoc anno contra Oſee regem Iſraëlis exercitum duxit, ac Samariam obſidere cœpit. iv Reg. xviii, 9. Hic erat annus ſeptimus Oſee regis à ſecundo eius initio.	ii	31	25
3992 16 2 B	3262	722		iii	32	26
3993 17 3 AG	3263	721	Hoc anno Salmanaſar expugnata Samaria Iſraëlitas in ſeruitutem abduxit: atque ita regnum Iſraeliticum deſiit, quod annos ccliv fere tenuit. Primum initium Oſee ab anno xx ab enthroniſmo Ioathan, hoc eſt ab Achazi quarto. Lib. iv Reg. xv, 30. Poſterius à duodecimo Achazi, cap. xvii, 1. Tobias inter captiuos abducitur. Tob. 1. Hic eſt primus annus Mardoκempadi Babyloniæ regis, qui eſt Merodach lib. iv Reg. xx. Eclipſis Lunæ Martij xix feria 2, hora 8, 40′ à meridie, Alexandriæ. Ptolem. libro iv pag. 95.	iv	33	27
3994 18 4 F	3264	720	Olympiade xv primùm nudi currere cœperunt, cùm antea præcincti id facerent. Thucyd. Schol. ad lib. 1. Euſtath. ad Il. Ψ. Eclipſis Lunæ anno ſecundo Mardoκempadi, Martij viii, feria 6, hora xi, 10′ à meridie, Alexandriæ. Ptolem. libro iv.	Ol. 15	34	28 Thoth Feb. 19

Per. Iul. ✱ ⊙	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			Altera Lunæ defectio Septemb. I, feria I, hora 7,40′ à meridie. Ibid.			
3995 19 5 E	3265	719		II	35	29
3996 20 6 D	3266	718	ARBIANES V rex Medorum annis XXII. Euſeb.	III	36	30
3997 21 7 CB	3267	717	ATHENIS Archon decemnouennalis V Leocrates. Euſebius.	IV	37	31
3998 22 8 A	3268	716	MIDAS Phrygiæ rex taurino ſanguine potato moritur. Euſeb.	Ol. 16	38	32 Thoth Feb. 18
3999 23 9 G	3269	715	ROMVLVS ad Capreæ paludes nuſquam comparuit. Defectio Solis Mai XXVI, feria VII, hora poſt meridiem 7,2′ ſub occaſum. Lib. X, cap. XX. Eodem anno interregnum fuit.	II	39	33
4000 24 10 F	3270	714	II Romanorum rex Numa Pompilius annis XLIII. Halicarn. I. Circa hunc annum Sennacherib in Iudæam irrumpens oppida plurima cepit, aut euertit. Rapſacen deinde ad Hieroſolymorum obſidionem cum copiis mittit. ſed ab Angelo nocte CLXXXIII milia extincta ſunt. IV Reg. XIX, 53. Eodem anno ægrotauit Ezechias, & diuinitus ſanatus eſt, cap. XX. Lydorum rex V., & Mnermadarum primus Gyges annis XXXVIII. Herod. vide Diatribam de Crœſo, &c. in fine Operis.	III	40	34
4001 25 11 ED	3271	713	MERODACH rex Babylonis legatos ad Ezechiam mittit. Ibid.	IV	41	35
4002 26 12 C	3272	712	ASTACVS condita. Photius pag. 374.	Ol. 17	42	36 Thoth Feb. 17
4003 27 13 B	3273	711		II	43	37
4004 28 14 A	3274	710	CIRCA hunc annum natus eſt Manaſſes, qui duodecim annos natus erat, cùm regnare cœpit. Cap. XXI, I. Quartus Macedonum rex Perdiccas annos XLVIII. Dexippus.	III	44	38
4005 1 15 GF	3275	709		IV	45	39
4006 2 16 E	3276	708	CROTON, & Parium, & Sybaris condita. Euſeb.	Ol. 18	46	40 Thoth Feb. 16
4007 3 17 D	3277	707	ATHENIS VI Archon Apſandrus. Euſeb.	II	47	41
4008 4 18 C	3278	706		III	48	42
4009 5 19 BA	3279	705		IV	49	43
4010 6 1 G	3280	704		Ol. 19	50	44 Thoth Feb. 15

Per. Iul. ☼ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4011 7 2 F	3281	703	PARTHENII, qui ex promiſcuo Lacænarum ſtupro nati fuerant, cùm ad annos XXX perueniſſent, duce Phalanto Araci filio, qui author proſtituendarum fœminarum fuerat, ad nouas ſedes quærendas profecti, Tarentum in Italia occupant. Vide Pauſan. Meſſen. Iuſt. L. III. Corinthij Corcyram condiderunt. Euſeb.	II	51	45
4012 8 3 E	3282	702		III	52	46
4013 9 4 DC	3283	701	NABVCHODONOSOR Aſſyriæ rex hoc anno regnare cœpit. Iudith. I.	IV	53	47
4014 10 5 B	3284	700	ARCHILOCHVS circa hoc tempus poëticæ laude floruit. Clem. I Str.	Ol. 20	54	48 Thoth Feb. 14
4015 11 6 A	3285	699		II	55	49
4016 12 7 G	3286	698	XVI rex Iuda Manaſſes annis LV. Lib. IV Reg. XXI, I.	III	56	50
4017 13 8 FE	3287	697	ATHENIS Archon decemnouennalis VII & vltimus Eryxias. Euſeb.	IV	57	51
4018 14 9 D	3288	696	IV Medorum rex Deioces annis XL. Diodorus I, & Euſeb. Glaucus Chius primus ferrum glutinauit. Euſ.	Ol. 21	58	52 Thoth Feb. 13
4019 15 10 C	3289	695		II	59	53
4020 16 11 B	3290	694	TOBIAS hoc anno cæcatur. Vide lib. X, cap. IV.	III	60	54
4021 17 12 AG	3291	693		IV	61	55
4022 18 13 F	3292	692	IN Sicilia Gela: in Pamphylia Phaſelitis conditæ. Euſ.	Ol. 22	62	56 Thoth Feb. 12
4023 19 14 E	3293	691		II	63	57
4024 20 15 D	3294	690	MANASSES hoc anno captiuus in Babyloniam abducitur. II Par. Cap. XXXIII. Vide lib. XII, Cap. XXVI. Tobias iunior patri viſum reſtituit. Tobiæ liber.	III	64	58
4025 21 16 CB	3295	689	DEIOCES, qui & Arphaxad, à Nabuchodon. Aſſyriæ rege vincitur: qui legatos in Syriam, aliáſque prouincias mittit. Iudith. I.	IV	65	59
4026 22 17 A	3296	688	HOLOFERNES Nabuchodon. Aſſyrij dux in Iudæam miſſus ad Bethuliam à Iudith occiditur. Vide lib. XII. Hipponax poëta hoc tempore clarus habetur. Euſeb.	Ol. 23	66	60 Thoth Feb. 11
4027 23 18 G	3297	687	MANASSES à Babyloniorum rege vinculis ſolutus in regnum reſtitutus eſt. II Par. XXXIII. Athenis deinceps Archontes annui fuerunt. quorum primus Creon. Euſeb.	II	67	61
4028 24 19 F	3298	686		III	68	62
4029 25 1 ED	3299	685	MESSENII Ariſtomenis ſuaſu à Lacedæmoniis deficiunt anno XXXIX ab expugnat ione Ithomes. Pauſ. p. 125. Archon Athenis Tleſias. Idem Pauſan.	IV	69	63

Per. Iul ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			Hinc apparet falſum eſſe, quod lib. 1 de Archont. Athen. cap. VIII, & IX perhibetur, Tleſiam non annuum Archontem fuiſſe, & ante Creontem, qui primus annuus eſt, extitiſſe. Vnde & Pauſaniam fruſtra corrigit, vnius Anonymi authoritate nixus. Atqui Anonymus iſte non alius eſt, quàm Scaliger, qui in Edit. Græca Euſebij Ἰςοριῶν συναγωγὴν, partim ex libris nondum editis, partim ex editis contexuit. vt ipſemet in Animad. teſtatur pag. 268. Suaue eſt verò paſſim tanquam vetuſtum aliquem, & authoritatis exquiſitæ Scriptorem in Commentario de Archontibus teſtem citari. Sed pluris eſt apud nos Pauſanias, quàm innominatus iſte; aut is vnde hæc excerpſit. Chalcedon à Megarenſibus condita. Euſeb.			
4030 26 2 C	3300	684	ARISTOMENES Lacedæmonios vincit. Pauſanias.	Ol. 24	70	64 Thoth Feb. 10
4031 27 3 B	3301	683	LACEDÆMONIIS oraculum editum erat, Athenienſem adhiberent conſiliarium. Hi Tyrtæum ludimagiſtrum ad illos deſtinant. Eo duce freti pugnam conſerunt, & vincuntur. Mœſtos ſolatur ac reficit Tyrtæus. Pauſan. Meſſen. Iuſt. lib. III. Cyzicus in Aſia, & Locri in Italia conditæ. Euſeb.	II	71	65
4032 28 4 A	3302	682	ANNO tertio, iam affecto ſcilicet, Meſſeniaci belli Lacedæmonij Meſſenios vincunt, non tam vi & armis, quàm corruptis ducibus, qui illis auxilio venerant. Victi in Iram montem ſe recipiunt. iatque iidem vndecim annis reſtiterunt. Multa per id bellum egregia, & ſtupenda edidit Ariſtomenes. Vide Pauſan. Meſſen. pag. 128, 129, &c. Huc refer quod Iuſtinus lib. III refert Lacedæmonios decem annis Meſſenen oppugnaſſe.	III	72	66
4033 1 5 G F	3303	681		IV	73	67
4034 2 6 E	3304	680		Ol. 25	74	68 Thoth Feb. 9.
4035 3 7 D	3305	679		II	75	69
4036 4 8 C	3306	678		III	76	70
4037 5 9 B A	3307	677		IV	77	71
4038 6 10 G	3308	676	LYDORVM VI rex Ardys annis XLIX. Herod. I.	Ol. 26	78	72 Thoth Febr. 8
4039 7 11 F	3309	675		II	79	73
4040 8 12 E	3310	674		III	80	74
4041 9 13 D C	3311	673		IV	81	75
4042 10 14 B	3312	672		Ol. 27	82	76 Thoth Febr. 7

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4043 11 15 A	3313	671	Psammitichvs Ægypti rex annis lv. Herodotus lib. ii. Vide x cap. lib. xvii. Hoc anno, labente primo Olympiadis xxvii, expugnatur Ira, anno xi quàm obſideri cœpta. Pauſanias verò, aut eius librarius hallucinatus eſt. Nam ſcribit pag. 133, verſu 34, captam Iram, ac finitum bellum Meſſeniacū ſecundum Archonte Autoſthene, anno i Olymp. xxviii. Atqui bellum iſtud initum eſt anno tertio Olymp. xxiii, vt ait pag. 130, verſ. 8. Anno porro belli tertio victi ſunt Meſſenij ad Taphrum. pag. 127, verſ. 31. Poſt cladem hanc ſecuta eſt Iræ obſidio. pag. 128, verſ. 28. Fiunt ab initio belli anni xiv, qui additi annum abſolutum ſecundum Olympiadis xxii, conficiunt annum primum Olympiadis xxvii. Igitur apud Pauſaniam ſcribendum τῆς ἑβδόμης καὶ εἰκοστῆς Ὀλυμπιάδος, pro ὀγδόης. Sic pag. 134, verſ. 38 ἐνάτην καὶ εἰκοστὴν Ὀλυμπιάδα ſcripſit, pro ἐνάτην καὶ ἑβδομηκοστὴν, qua vicit Xenophon Corinthius, Prætore Athenis Archimede. Hæc enim eſt lxxix Olympias, non xxix. Iuſtinus lib. iii duplex illud bellum confudit, & obſidionem illam decennalem, quæ hoc poſteriore geſta eſt, priori tribuit. Primum bellum Meſſeniacum tenuit annos xx, ab anno 3971 ad 3991. Tum poſt annos xxxviii ſecundum bellum à Meſſeniis ſuſceptum eſt, quod annis xiv geſtum eſt. Tullus Hoſtilius iii Romanorum rex annos xxxii. Halic.	ii	83	77
4044 12 16 G	3314	670	Messenii exciſa patria, vere appetente in Siciliam nauigant, ibique Zanclem incolunt, quam Meſſanam appellant. Pauſan. Meſſen. pag. 133, & 134.	iii	84	78
4045 13 17 FE	3315	669		iv	85	79
4046 14 18 D	3316	668	Archon Autoſthenes. Pauſan. Meſſen.	Ol. 28	86	80 Thoth Febr. 6
4047 15 19 C	3317	667	Tobias ſenior moritur. Vide lib. x, cap. iv. sed vide ao Per. Jul. 4066. quod magis congruit doctrinae istius capitis 4.	ii	87	81
4048 16 1 B	3318	666		iii	88	82
4049 17 2 AG	3319	665		iv	89	83
4050 18 3 F	3320	664	Archon Archimedes. Pauſan Meſſen. Amon Manaſſes filius naſcitur. iv Reg. xxi, 19.	Ol. 29	90	84 Thoth Febr. 5
4051 19 4 E	3321	663		ii	91	85
4052 20 5 D	3322	662	V Macedonum rex Argeus annis xxxviii. Dexippus.	iii	92	86
4053 21 6 CB	3323	661		iv	93	87
4054 22 7 A	3324	660		Ol. 30	94	88 Thoth Febr. 4
4055 23 8 G	3325	659	Archon Miltiades. Pauſan. Arcad.	ii	95	89
4056 24 9 F	3326	658	Cypselvs Corinthi tyrannidem inuaſit annis xxx, cùm hactenus Bacchiadæ præfuiſſent. Vide Pauſaniam	iii	96	90

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			Eliac. 1 pag. 164. & Herod. lib. v pag. 203. Per idem tempus Demaratus in Italiam nauigauit, ac Tarquiniis Ethruriæ oppido conſedit. Halic. lib. 1.			
4057 25 10 ED	3327	657		IV	97	91
4058 26 11 C	3328	656	SEPTIMVS Medorum rex Phraortes annis XXII. Diodorus. Abdera, Lampſacus, & Clazomene inſtaurantur. Euſeb. & Solinus. Eodem tempore & Acanthus, & Stagira, & Iſtrus in Ponto, conditæ ſunt. Euſeb.	Ol. 31	98	92 Thoth Febr. 3
4059 27 12 B	3329	655		II	99	93
4060 28 13 A	3330	654		III	100	94
4061 1 14 GF	3331	653		IV	101	95
4062 2 15 E	3332	652		Ol. 32	102	96 Thoth Febr. 2
4063 3 16 D	3333	651		II	103	97
4064 4 17 C	3334	650		III	104	98
4065 5 18 BA	3335	649	IOSIAS filius Amon hoc anno naſcitur. lib. IV Reg. XXII, 1.	IV	105	99
4066 6 19 G	3336	648	TOBIAS ſenior obiit, anno ætatis CII. lib. X, cap. IV. Selinus in Sicilia à Megarenſibus condita. Euſeb. Hoc anno adiectum eſt Olympicis ludis pancratium, quo vicit Lygdamus, cuius oſſa medulla carebant. Solinus cap. IV.	Ol. 33	106	100 Thoth Febr. 1
4067 7 1 F	3337	647		II	107	101
4068 8 2 E	3338	646		III	108	102
4069 9 3 DC	3339	645		IV	109	103
4070 10 4 B	3340	644	BORYSTHENES in Ponto condita. Euſeb.	Ol. 34	110	104 Ian. 31
4071 11 5 A	3341	643	XVII rex Iuda regnauit Amon filius Manaſſis annis II. lib. IV Reg. XXI, 19.	II	111	105
4072 12 6 G	3342	642		III	112	106
4073 13 7 FE	3343	641	XVIII Ioſias rex Iuda ſanctiſſimus, & religioſiſſimus regnat annos XXXI. Cap. XXII, 1.	IV	113	107
4074 14 8 D	3344	640	ARCHON Athenis Damaſias. Halic. lib. III. Thales Mileſius Hexamij F. naſcitur. Laertius. Cyrillus in Iul. lib. 1.	Ol. 35	114	108

Per. Iul ✱ ⊙	Mundi	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4075 15 9 C	3345	639	IV Roman. rex Ancus Martius annos xxiv. Halic. Solon hoc anno naſcitur, qui lxxx vixit annis. Diogenes.	II	115	109
4076 16 10 B	3346	638		III	116	110
4077 17 11 A G	3347	637		IV	117	111
4078 18 12 F	3348	636		Ol. 36	118	112 Ian. 29
4079 19 13 E	3349	635	Archon Epænetus. Antigonus Caryſtius. Phraortes Niniuen obſidet, in eáque expeditione cum magna copiarum parte periit. Herod. lib. I. Vide caput II lib. x.	II	119	113
4080 20 14 D	3350	634	VIII Medorum rex Cyaxares annis xl. Diodorus. Hic paternam necem ulturus contra Aſſyrios bellum mouet, ac Niniuen obſidet. Herod. Scythæ Madye duce in Mediam irrumpunt, & Cyaxarem Niniuen obſidentem opprimunt. Inde per totam Aſiam vagati octo & viginti annis eam obtinent. Herod. lib. I. Vide lib. ix cap. II.	III	120	114
4081 21 15 C B	3351	633		IV	121	115
4082 22 16 A	3352	632		Ol. 37	122	116 Ian. 28
4083 23 17 G	3353	631		II	123	117
4084 24 18 F	3354	630	Battvs Cyrenen condidit. Euſeb. VI Macedonum rex Philippus annis xxxv. Dexippus.	III	124	118
4085 25 19 E D	3355	629	Sinope in Ponto condita; nec non Lipara. Euſ.	IV	125	119
4086 26 1 C	3356	628	Periander Corinthiorum tyrannidem obtinet annis xliv. Ariſtot. v Polit. cap. xii.	Ol. 38	126	120 Ian. 27
4087 27 2 B	3357	627	Lydorvm vii rex Sadyattes annis xii. Herod.	II	127	121
4088 28 3 A	3358	626		III	128	122
4089 1 4 G F	3359	625	Nabopollassarvs Nabuchodonoſori pater hoc anno cœpit: indéque illius æra conſurgit, de qua libro ix, cap. lviii. Regnauit annos xxi. Sadyattes Lydorum rex Mileſiis bellum infert annis vi. Herodotus lib. I, pag. 5.	IV	129	123
4090 2 5 E	3360	624	Archon Draco. Clem. Alex. I. Strom. Ioſias hoc anno collectam pecuniam iuſſit inſumi ad opera Templi. Lib. iv Reg. cap. xxii, 3. Tunc inuentus eſt liber Legis in Templo. qui cùm legeretur, ſcidit Ioſias veſtimenta ſua.	Ol. 39	130	124 Ian. 26
4091 3 6 D	3361	623	Draco Athenienſibus leges ſcribit. Clem. I Strom. Tatianus, & Euſeb.	II	131	125
4092 4 7 C	3362	622	Tobias iunior moritur anno ætatis xcix.	III	132	126

Sadyattes

Per. Iul ✳ ☉	Mundi	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4093 5 8 B A	3363	621	Sadyattes Lydiæ rex bellum cum Mileſiis geſſit, quod XI annos tenuit. Herod. lib. I. Eclipſis Lunæ parua anno V Nabopollaſſari, qui eſt Nabon. CXXVI. Athyr XXVIII, horis 5 à media nocte; ſiue Apr. XXII, feria 7. Ptol. lib. V, pag. 125.	IV	133	127
4094 6 9 G	3364	620		Ol. 40	134	128 Ian. 25
4095 7 10 F	3365	619		II	135	129
4096 8 11 E	3366	618	Epidamnus à Corcyræis condita. Thucyd. lib. I.	III	136	130
4097 9 12 D C	3367	617		IV	137	131
4098 10 13 B	3368	616	Necos, qui & Nechao rex Ægypti regnat annis XVI. Herod. lib. II.	Ol. 41	138	132 Ian 24
4099 11 14 A	3369	615	VIII Lydorum rex Alyattes annis LVII. Herod.	II	139	133
4100 12 15 G	3370	614	V Romanorum rex Tarquinius Priſcus annis XXXVIII. Hic Demarati filius, cùm antea Lucumo diceretur, Lucius, & ab vrbe, in qua manſerat, Tarquinius appellatur. Halic. Arionis hiſtoria tum contigit. Euſeb.	III	140	134
4101 13 16 F E	3371	613	Ithobalus ſecundus Tyri rex annis XVIII. Vide lib. IX, cap. LXIII. Panætius Leontinorum tyrannidem inuadit. Euſeb.	IV	141	135
4102 14 17 D	3372	612	Stesichorus poëta clarus habetur natus Olymp. XXXVII. Pittacus Mitylenæus hoc tempore floruit: qui cum Phrynone Athenienſium duce ſingulari certamine congreſſus, retiaculo implicatum illum occidit. Laërt.	Ol. 42	142	136 Ian 23
4103 15 18 C	3373	611	Iosias hoc anno à Nechao Ægypti rege interfectus eſt. IV Reg. XXIII. Bellum Lydorum cum Mileſiis hoc anno deſitum. Herod. Pittacus Mitylenæus hoc tempore floruit. Diog.	II	143	137
4104 16 19 B	3374	610	Ioachaz rex Iuda menſibus III. IV Reg. XXIII. com. 31. Ioakim rex Iuda annis XI. Hic à Nechao rege ſubſtitutus eſt in locum Ioachazi, quem in Ægyptum abduxit. Ib. Anaximander natus eſt. Laert. Alcman poëta floret. Velleius lib. I. agebat n. annum ætatis 64 Anno 2. Olymp. 58.	III	144	138
4105 17 1 A G	3375	609		IV	145	139
4106 18 2 F	3376	608	Bias Prienæus ſub Alyatte floruit. Laërt. Nabopolaſſarus hoc anno filium ſuum Nabuchodonoſorem miſit ad Syriacam expeditionem. Vide cap. LXI lib. IX.	Ol. 43	146	140 Ian. 22
4107 19 3 E	3377	607	Primus annus Nabuchodonoſori, qui regnauit Babylone annis XLIII. Vide lib. IX, cap. LXI. Nabopolaſſarus hoc anno moritur. Regnauit enim annis XXI. Nabuchodonoſorus rebus compoſitis in Babyloniam reuerſus eſt. Beroſus. In ea expeditione tributum Ioakimo regi eſt indictum, captis Hieroſolymis, & captiuis aliquot abductis; in quibus Daniel. Hinc ſeptuaginta annorum initium de quibus Hierem. cap. XXV, II. Vide lib. XII.	II	147	141

Per. Iul ✱ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4108 20 4 D	3378	606	SCYTHÆ Nomades, poſtquam XXVIII annis Aſiam occuparunt, à Cyaxare conuiuio excepti, & vino ingurgitati, internecione deleti ſunt. Ita Cyaxares hactenus Scytarũ imperio ſubiectus ſuum ipſe recuperauit, & Aſſyriam vniuerſam, excepta Babylonia, deuicit. Herod. Vide lib. x cap. II.	III	148	142
4109 21 5 CB	3379	605		IV	149	143
4110 22 6 A	3380	604	CIRCA hoc tempus exigua Scytharũ manus ſuis finibus pulſa ad Cyaxarem confugit: à quo benignè habiti barbari, cùm apud eum tandem grauiter offendiſſent, ad Alyatten Lydiæ regem receptum habuerunt. Herodotus l. I.	Ol. 44	150	144 Ian. 21
4111 23 7 G	3381	603	HOC anno Ioakimus rex Iuda à Nabuchodonoſoro defecit, poſtquam annis tribus ſeruiit. IV Reg. XXXIV. Circa hoc tempus Cyaxares transfugas Scythas repoſcens bellum Lydis intulit; quod ſex annos tenuit. Vide librum x cap. II.	II	151	145
4112 24 8 F	3382	602		III	152	146
4113 25 9 ED	3383	601		IV	153	147
4114 26 10 C	3384	600	ARCHON Megacles. Plut. Solone. Pſammis rex Ægypti annis VI. Herod. lib. II. Camarina in Sicilia condita. Schol. Pind. Olymp. V. Cylon Athenienſis ex oraculi monitu arcem ac tyrannidem occupat. Sed obſeſſus à ciuibus fugit ipſe cum fratre, relictis ſuis, qui ſupplices ad Eumenidum aram conſidentes interfecti. Ob id Cylonium piaculum dictum. Thucyd. lib. I.	Ol. 45	154	148 Ian. 10
4115 27 11 B	3385	599	HOC anno Nabuchodonoſor Ioakimum regem Iuda ſuſtulit, eiúſque loco Ioachin eius filius ad regnum euectus eſt. Is menſibus tribus, ac diebus decem regnauit. lib. IV Reg. XXIV, 6, & II Par. XXXVI, 9. Quibus euolutis, vertente anno XI Ioakimi, Nabuchodonoſor iterum obſedit Ieruſalem. cui ſe Ioachin de conſilio matris, ac Ieremiæ, procerúmque dedidit; ac Babylonem perductus eſt. Hæc fuit ſecunda deportatio Iudæorũ à Nabuchodonoſoro facta, qua Ezechiel, Mardochæus, & Ioſedeck ſummus Pontifex abducti ſunt. Tum Nabuchodonoſor Mathaniam Ioachini patruum regem conſtituit, ac Sedeciam nominauit. Hinc igitur primus annus incipit Sedeciæ vltimi regis Iuda, qui annis XI regnauit. IV Reg. XXXIV, 17. Sappho & Alcæus poëtica laude celebrantur. Hunc certè refert Herodotus lib. V Periandri tempore vixiſſe. Ieremias hoc anno ſcribit ad eos, qui Babylone in captiuitate degebant. Ierem. XXIX. Cætera deinceps ſuis annis conſignata apud Ieremiam, & Ezechielem explicatu facilia ſunt.	II	155	149
4116 28 12 A	3386	598		III	156	150
4117 1 13 G	3387	597	EPIMENIDES Athenas luſtrat. Diog. Laërt. nimirum Cylonio ſcelere pollutas. Sextus hic eſt annus belli exiens, quod cum Lydis Cya-	IV	157	151

Per. Iul ✳ ⊙	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			xares geſſit. quo quidem Solis illa defectio contigit, quam Thales prædixerat, Iulij IX, fer. 3, hora 6 matutina. Neque enim altera calculo noſtro eclipſis occurrit, quæ cum hiſtoria magis congruat. Fuit quippe digitorum 9, 30′. Ea ambos exercitus ita terruit, vt armis poſitis pacem inter ſe ſanciuerint. Herod. lib. I. Vide lib. X noſtrum, cap. I.			
4118 2 14 E	3388	596	Hoc anno Sedecias Babylonem profectus eſt. Hierem. LI, 59.	Ol. 46	158	152 Ian. 19
4119 3 15 D	3389	595	ARCHON Philombrotus. Plut. Solone. Hananus pſeudopropheta menſe V falsò prædicit captiuorum liberationem. Qui & menſe Tiſri mortuus eſt. Hierem. XXVIII. Eodem anno prophetare cœpit Ezechiel anno V deportationis Iechoniæ, triceſimo ab æra Nabopolaſſari: vt Villalpandus exiſtimat. Quanquam non rectè Nabopollaſſarum cum Nabonaſſaro confundit. Macedonum VII Aëropus, qui & Europus annis XLIII. Dexippus.	II	159	153
4120 4 16 C	3390	594	IX & poſtremus rex Medorum Aſtyages annis XXXV. Herod. Apries regnare in Ægypto cœpit annis XXV. Herod. lib. II. Hic eſt Vvaphree Hierem. XLIV, 30. Solon Athenis præturam annuam gerens legibus latis rempublicam ordinat. Diog. Laert. anno Tarquinij Priſci XXII, non, vt Gellius lib. XVII, cap. XXI, triceſimo tertio.	III	160	154
4121 5 17 B A	3391	593	ARCHON Dropides frater Solonis. Philoſtratus lib. I de Soph. in Critia.	IV	161	155
4122 6 18 G	3392	592	ARCHON Eucrates. Diog. Anachar. Anacharſis Athenas hoc anno venit. Diogenes. Nabuchodonoſor Tyrum obſidere cœpit annis XIII. Ioſep. I con. App. Vide lib. IX caput LIII.	Ol. 47	162	156 Ian. 18
4123 7 19 F	3393	591	ANNO IX Sedeciæ menſe X, die X menſis Nabuchodon. Hieruſalem obſedit. IV Reg. XXV, I. Hic eſt Tebeth cuius character 5, 19, 534 feria V, Nou. XXVIII. Proinde Dec. VII cœpta eſt obſidio, anno Sabbatico, qui à Tiſri cœpit eiuſdem anni Iuliani. Porro anno Sabbatico, Sedecias vallata iam vrbe, de manumittendis ſeruis, ex anni Sabbatici lege, præceptum edidit. Sed mox in libertatem emiſſos retraxerunt. Hierem. XXXIV.	II	163	157
4124 8 1 E	3394	590	Hoc anno rex Ægypti Vaphree cùm Sedeciæ opem laturus veniſſet, Chaldæos in ſeſe conuertit. à quibus repreſſus ac deuictus eſt. Hoc interuallo, cùm Babyloniorum exercitus ab obſidione receſſiſſet, manumiſſos ob anni Sabbatici religionem ſeruos retraxêre Iudæi. quod iis exprobrat Hieremias cap. XXXIV, 8. Hieremias interim in patriam exire volens in carcerem mittitur. vnde clam eductus à Sedecia, quid facto ſit opus ei ſignificat. Cap. XXXVIII. Fugatis Ægyptiis reditum eſt ad obſidendam vrbem.	III	164	158
4125 9 2 D C	3395	589	ANNO vndecimo à deportatione Iechóniæ, initio videlicet à Niſan ſumpto, nec non & Sedeciæ XI indidem numerato, prima die menſis primi Ezechiel aduerſus Tyrios de Hieroſolymorum calamitate gaudentes, cap. XXVI, & ſequentibus multa prædicit. Vide quæ lib. IX, cap. LXIII diximus. Demum menſe quarto, quinto die menſis (Hierem. XXXIX, 2) in vrbem vi Chaldæus irrumpit; nona verò die penitus mœnia perrupta ſunt. Hic eſt Thamuz, cuius IX dies incidit in XX Iunij. menſe V decima die, Nabu-	IV	165	159

Per. Iul. ✱ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			zardan templum incendit, Iulij xx. in quam x dies Ab incurrit. Vide lib. x cap. vi. Sedecias in Reblatha ad Nabuchodonozorem ductus, occiſis coram ipſo liberis, excæcatus eſt. Hierem. xxxix. Hieremias iuſſu Nabuchodonoſori perhumaniter eſt habitus. Qui cùm manere in patrio ſolo maluiſſet, Godoliæ cõmendatus eſt. Fuerat hic à Nabuchodon. relictus in Iudæa, vt reliquias Iudæorum in officio contineret. qui paulò pòſt ab Iſmaële occiditur, iv Reg. xxv, Hierem. xli. Secundum hæc Iudæi, nequicquam diſſuadente Ieremia, in Ægyptum fugiunt, ſecúmque Ieremiam, & Baruch abducunt.			
4126 10 3 B	3396	588	Hieremias in Ægypto dum populum in Idolorum cultus effuſum coërcere nititur, graues cum viris æquè ac mulieribus ſimultates contentionéſque ſuſcipit. Hierem. xliv.	Ol. 48	166	160 Ian. 17
4127 11 4 A	3397	587	Amphictyones Delphis Pythicum agonem χρηματίτην inſtituunt; hoc eſt præmium eſſe pecuniarium iubent. Pauſan.	ii	167	161
4128 12 5 G	3398	586		iii	168	162
4129 13 6 FE	3399	585	Ecnibalus rex Tyri regnat menſibus duobus. Chelbes ſuccedit menſibus viii. Ioſephus. Periander Corinthi tyrannus hoc anno moritur anno vno ante Olympiadem xlix, quadraginta verò ante Crœſi captiuitatem. Sic enim Diogenis Laërtij verba rectè quidam interpretantur, Σωσικράτης δέ φησι πρότερον Κροίσου τελευτῆσαι αὐτὸν ἔτεσι τεσσαράκοντα καὶ ἐπὶ πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς ἐννάτης Ὀλυμπιάδος. Herodoti παραχρονισμὸν in ætate Periandri vide infra anno 4155.	iv	169	163
4130 14 7 D	3400	584	Abbarus Tyri rex menſibus iii. cui ſucceſſit Mytgonus & Geraſtratus annis vi. Ioſephus. Anno v poſt excidium Hieroſolymitanum Nabuchodonoſor, ait Ioſeph. lib. x cap. xi Orig. Cœlen Syriam ſubegit. Inde Ammonitas, & Moabitas: ac demum Ægyptum. Sed hanc aliquot annis poſt Tyrum expugnatam occupauit. Vide annum 4136. et 4138.	Ol. 49	170	164 Ian. 16
4131 15 8 C	3401	583		ii	171	165
4132 16 9 B	3402	582		iii	172	166
4133 17 10 AG	3403	581		iv	173	167
4134 18 11 F	3404	580		Ol. 50	174	168 Ian. 15
4135 19 12 E	3405	579		ii	175	169
4136 20 13 D	3406	578	Hoc anno Tyri obſidio finem habuit. Videtur Nabuchodonoſor deditione vrbem cepiſſe, ac tributi interpoſita pactione ſuis illam regibus permiſiſſe. Lib. ix, cap. lxiii. Balatorus rex Tyri anno i. Ioſephus.	iii	176	170

Per. Iul. ✻ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4137 21 14 CB	3407	577	Archon Archeſtratides. Halic. IV. VI Romæ regnauit Seruius Tullius annis XLIV. Hoc anno, labente Nabuchodonoſori XXX, vel ineunte XXXI, Ægyptus à Babyloniis occupata, regnante Aprie. Vide caput XVII lib. X. Hinc nouum, vt opinor, initium Nabuchodonoſori conſurgit, à quo Daniel annos eius computat. Merbalus rex Tyri annis IV. Ioſephus.	IV	177	171
4138 22 15 A	3408	576	Credibile eſt hoc anno Amaſidem à Nabuchodonoſoro præfectum Ægypto Apriem regem extinxiſſe, ac Nabuchodon. nomine prouinciam illam adminiſtraſſe, donec poſt annos aliquot, excuſſo iugo, regiam ſibi poteſtatem vſurpauit. Vide lib. X, cap. XVII. Sub hunc annum, pacato iam imperio, latéq; perdomitis omnibus, Nabuchodonoſor Babylone ſomnium illud vidit, quo imperiorum quatuor ſtatus adumbrabatur, cuius interpretationem à Daniele didicit. Dan. II. Tum enim adultus erat Daniel. Agon Nemeacus primùm ab Argiuis actus. Euſeb.	Ol. 51	178	172 Ian. 14
4139 23 16 G	3409	575		II	179	173
4140 24 17 F	3410	574		III	180	174
4141 25 18 ED	3411	573	Iromvs poſterior rex Tyri annis XX. Ioſephus. Hoc circiter anno primùm cenſus Romæ inſtitutus eſt à Seruio Tullio. Vide lib. II, cap. LXXVI.	IV	181	175
4142 26 19 C	3412	572	Æsopvs hoc tempore celebris habetur. Diog. Laërt.	Ol. 52	182	176 Ian. 13
4143 27 1 B	3413	571	Abaris è Scythia venit in Græciam. Euſeb.	II	183	177
4144 28 2 A	3414	570	Aristomene Archonte mortuum hoc anno Pittacum ſeptuagenarium refert Diogenes. Sed cùm ad Crœſum extet illius Epiſtola, qui poſt annos XII regnare cœpit, videndum an ad priuatum adhuc Crœſum ſcripſerit.	III	184	178
4145 1 3 GF	3415	569	Amasis in Ægypto regnare cœpit, vt Herodotus ſcribit, annis XLV. Sed vel falſus eſt: vel Aprien regem in ordinem redactum à Nabuchodonoſoro Amaſis circa hoc tempus rebellantem ſuſtulit. Eſt enim perobſcura hæc hiſtoria.	IV	185	179
4146 2 4 E	3416	568		Ol. 53	186	180 Ian. 12
4147 3 5 D	3417	567	Phalaris ſub hoc tempus Agrigentinorum tyrannidem occupat annis XVI. Euſeb.	II	187	181
4148 4 6 C	3418	566		III	188	182
4149 5 7 BA	3419	565		IV	189	183
4150 6 8 G	3420	564	Æsopvs à Delphis occiditur. Euſeb. Suidas. Nabuchodoſoro mortuo Babyloniis regnat Euilmerodach eius filius annis tribus. Vide lib. X, cap. VII.	Ol. 54	190	184 Ian. 12
4151 7 9 F	3421	563		II	191	185

Per. Iul. ✱ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4152 8 10 E	3422	562	ARCHON Hippoclides. Marcell. in vita Thucyd.	III	192	186
4153 9 11 DC	3423	561	IBYCUS poëta clarus habetur. Nerigliſſarus Nabuchodonoſori gener, Laboroſoarchodi, ſeu Baltaſſaris pater, tutor filij annis v. Beroſus. Illius tamen anni in libro Danielis Baltaſſari filio tribuuntur, cuius nomine regnum adminiſtrabat. Cap. VII & VIII.	IV	193	187
4154 10 12 B	3424	560	ARCHON Comias. Plutar. Solone. Piſiſtratus Athenis tyrannidem obtinet primò. (Ter enim illam occupauit,) Solone vehementer initiò reclamante. Herod. lib. I. Plut.	Ol. 55	194	188 Ian. 10
4155 11 13 A	3425	559	ARCHON Hegeſtratus. Plut. Solone. Solon hoc ferè tempore moritur annos natus LXXX. Diog. Laert. Piſiſtratus paulò pòſt eiicitur. Aſtyages hoc anno regno exutus à nepote Cyro, qui Perſarum imperium condidit, anno XIX Seruij Romanorum regis. Vide lib. X, cap. XIV. Erat annus Iromi Tyriorum regis XIV, vt Ioſephus ex Phœnicum Annalibus refert. Regnauit verò Cyrus annos XXX.	II	195	189
4156 12 14 G	3426	558	CROESUS vltimus Lydorum rex annos XIV. Herodotus. Huius autem initium huic anno congruit, vt ex eius captiuitate liquet, quæ in annum 4170 cadit, quadrageſimum ab Olympiade XLIX, vt ſuo loco diximus. Tum illud affirmat Piſiſtrateæ tyrannidis initium tertium, quod anno 4169 incidit. Vide hunc annum, & ſequentem. Crœſus ſimulatque regno potitus eſt. quam-plurimas Aſiæ prouincias imperio ſuo ſubdidit. Herod. lib. I pag. 7. Sanè non leuis eſt ſuſpicio, Crœſum viuo adhuc patre in regni communionem adſcitum fuiſſe, illo propter ætatem gerendis rebus haud ſatis idoneo.	III	196	190
4157 13 15 FE	3427	557	PISISTRATUS ſecundò tyrannidem Athenis occupat ſubornata in Mineruæ ſpeciem Phye: quæ luce palam Piſiſtratum in arcem introduxit. Herod. lib. I, pag. 15. Vide caput extra ordinem in calcem Operis coniectum de Piſiſtrato. Simonides poëta naſcitur. Suid. vide annum 4246.	IV	197	191
4158 14 16 D	3428	556	ARCHON Euthydemus. Laërt. Chilone. Piſiſtratus ſecũdò è tyrannide deiicitur Alcmæonidarum factione: & annis XI exulauit. Herod. lib. I. Steſichorus poëta moritur. Suidas. Chilo Lacedæmoniorum Ephorus. Diogenes. Mortuo Nerigliſaro patre, Baltaſar menſibus IX ſolus imperat. quibus exactis conſpiratione principum imprimiſque Darij Medi, ſiue Nabonidi occiditur, cùm manum prius ad parietem ſcribentem vidiſſet. Dan. V. Vide cap. IX lib. X.	Ol. 56	198	192 Ian. 9
4159 15 17 C	3429	555	ANAXIMENES Philoſophus clarus habetur. Euſ. Nabonidus ſiue Darius genere Medus interfecto Baltaſare regnat in Babylonia annis XVII. Beroſus. Daniel hoc anno à Gabriele de aduentu Meſſiæ, aliiſque perdocetur. Dan. IX.	II	199	193
4160 16 18 B	3430	554		III	200	194
4161 17 19 AG	3431	553	XENOPHANES Colophonius inſignis habetur. Euſ.	IV	201	195
4162 18 1 F	3432	552	PHALARIS Agrigenti tyrannus obiit. Euſeb. Camarina à Syracuſanis euertitur. Pind. Schol. ad Olymp. V.	Ol. 57	202	196 Ian. 8

Per. Iul ✻ ☉	Mundi	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4163 19 2 E	3433	551	Macedonum VIII Alcetas regnat annis XXVIII. Euſ.	II	203	197
4164 20 3 D	3434	550		III	204	198
4165 21 4 CB	3435	549	CIRCA hæc tempora Crœſi filius Atys in venatione occiditur. Herod. lib. I.	IV	205	199
4166 22 5 A	3436	548	ARCHON Erxiclides. Pauſan. Phoc. Theognis poëta floret. Euſeb. Huius verſus cum virtutis præcepta multa contineant, fœdiſſimæ libidinis illecebris adſperſi ſunt. Suidas.	Ol. 58	206	200 Ian. 7
4167 23 6 G	3437	547	CROESVS aduerſus Cyrum ſeſe comparans Græciæ oracula periclitatur. Herod. lib. I.	II	207	201
4168 24 7 F	3438	546		III	208	202
4169 25 8 ED	3439	545	PISISTRATVS poſt annos XI, quàm eiectus fuerat, vi & armis dominatum recuperat. Herodotus. Thucyd. Crœſus hoc anno contra Perſas in Cappadociam profectus eſt. Erat in exercitu Thales. cuius induſtria Halym fluuium ſine ponte traiecit. Herodotus lib. I. Diog. Laërt. Eodem anno mortuus eſt Thales annos natus XCV, ſi verum eſt, quod in Chronicis retulit Apollodorus apud Diogenem; natum illum eſſe anno primo Olymp. XXXIV, & cum Crœſo in expeditione fuiſſe.	IV	209	203
4170 26 9 C	3440	544	CROESVS cum Cyro confligens in Cappadocia vincitur. Sardes à Cyro captæ. Crœſus incendio damnatus, & à Cyro liberatus eſt. Herod. lib. I. Cyrus Lydia potitus Aſiam omnem ſibi ſubiicit. eique Mazarem, inde Harpagum præfecit. Herodotus I. Anaximander Mileſius annum ætatis agebat LXIV. Diogenes. *ex Apollodoro: sed hæc referenda sunt ad annum Per. Jul. 4167. Vide Annū Anaximandri Natalem Aō Per. Jul. 4104.* Hic primus Signiferi obliquitatem reperit. Plinius. Et falſus eſt Apollodorus in Chronicis, qui Olympiade LVIII anno ſecundo mortuum eſſe dixit, ac Polycratis Samiorum tyranni tempore floruiſſe. Pherecydes Syrius Pythagoræ præceptor hoc tempore floruit. Diog. Idem Diog. refert Anaximenem, hoc fere tempore mortuum περὶ τὴν Σάρδεων ἅλωσιν. Et tamen natum ait Olymp. LXIII. quæ ſunt ἀσύστατα: niſi ἅλωσιν poſteriorem intelligat, quando ab Athenienſibus incenſæ. Vide annum 4210.	Ol. 59	210	204 Ian. 6
4171 27 10 B	3441	543		II	211	205
4172 28 11 A	3442	542		III	212	206
4173 1 12 GF	3443	541		IV	213	207

Per. Iul ✱ ☉	Mun. di.	Ante Chr.		O-lymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4174 2 13 E	3444	540	ÆSCHYLVS poëta naſcitur. Vide annum 4238. Hipponax poëta floret. Vide Plin. lib. XXXVI, cap. V. Hippicus poëta clarus habetur. Euſ. Zenon item Eleates. Diog.	Ol. 60	214	208 Ian. 5.
4175 3 14 D	3445	539	PHERECYDES hiſtoricus celebratur. Euſ. Imo verò Philoſophus Syrius. Diog. Hoc tempore Phocæi Harpagi, Perſarúmque dominatus pertæſi, relicta Aſia, nouas ſedes capeſſunt in Galliis, ac Maſſiliam condunt. Vide Herod. lib. I. Malè Euſebius id anno tertio Olymp. XLV tribuit. Errat item Scaliger, & alij, qui hoc tempus nimium anteuertunt.	II	215	209
4176 4 15 C	3446	538	HOC anno Darius Medus rex Babylonis exuitur regno, & Caramania donatur à Cyro. cuius annus primus Babylonici regni ab hac epocha proficiſcitur, indéque ſacris in literis putari conſueuit. Vide lib. X cap. XV. Hic finis eſt ſeptuagenariæ ſeruitutis, quando Cyrus anno XXII Perſici imperij, ac Babylonici primo, edicto Iudæis reditum in patriam conceſſit, ac templum inſtaurare iuſſit. II Par. vlt. 22, & Eſdræ I. Tum Zorobabele duce Iudæi è Babylonia in Iudæam regreſſi.	III	216	210
4177 5 16 BA	3447	537	HOC anno Iudæi duce Zorobabele, & Ioſue filio Ioſedec Pontifice, extruunt altare; ac primo die ſeptimi menſis, id eſt Tiſri, ſacrificium iuge cœpit offerri, hoc eſt Sept. tertio, feria I ex recenti Iudæorum computo. Eſdræ I, I. Simonides Ceus poëta Lyricus, & Phocylides florent. Item Xenophanes phyſicus, & poëta Euſeb. Tum Pythagoras, vt ait Diogenes.	IV	217	211
4178 6 17 G	3448	536	ANNO ſecundo aduentus Iudæorum, menſe ſecundo fundamenta templi iacta ſunt à Zorobabele, & Ioſue ſummo Sacerdote. Neomenia ſecundi menſis in computo Iudaico incidit in Apr. XXVIII, feriâ VII. Itaq; poſtridie Aprilis XXIX feria I fundamenta iecerunt. Sed aduerſariorum calumniis opus impeditum eſt Cyro ſuperſtite. Eſdræ IV.	Ol. 61	218	212 Ian. 4.
4179 7 18 F	3449	535	HOC anno Daniel die XXIV menſis primi viſionem illam intuitus eſt, qua Perſarum reges, Alexandri quoque Magni, & ſucceſſorum eius imperia continebantur. Dan. X, & XI.	II	219	213
4180 8 19 E	3450	534		III	220	214
4181 9 1 DC	3451	533	ARCHON Heraclides. Halic. IV. Tarquinius Superbus interfecto ſocero hoc anno cœpit, & regnauit annos XXIV integros. Vide lib. X, cap. XXI.	IV	221	215
4182 10 2 B	3452	532	ANACREON Lyricus poëta cognoſcitur. Euſ. Apud Samum tyrannidem exercet Polycrates. qui cùm illam cum duobus fratribus Pantagnoto, & Syloſonte partitus eſſet, poſtea hoc expulſo, interfecto altero, ſolus tenuit, & cum Amaſi fœdus iniit. Herod. lib. III.	Ol. 62	222	216 Ian. 3.
4183 11 3 A	3453	531		II	223	217
4184 12 4 G	3454	530		III	224	218
4185 13 5 FE	3455	529	CYRVS hoc anno cùm Scythis bellum inferret, à Thomyri Scytharum regina interfectus eſt. Herod. lib. I. Iuſtinus lib. I. & Cteſias in prælio contra Derbicas vulneratum triduo poſtea deceſſiſſe refert, cùm liberis moriens multa mandaſſet, ac iuniorem Tanyoxarcen Bactiorum,	IV	225	219

Per. Iul. ✱ ☾	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			Choramniorum, Parthorum, & Carmaniorum prouinciis donaſſet. Triginta regnauit annos. Cambyſes II Perſarum rex hoc anno patri ſucceſſit, & regnauit annos VII, menſes V. Vide lib. X, cap. XVI. Samij Dicæarchiam condiderunt, quam nunc Puteolos vocant. Euſeb.			
4186 14 6 D	3456	528		Ol. 63	226	220 Ian. 2
4187 15 7 C	3457	527	PISISTRATVS hoc anno moritur. Succedit Hippias natu maior è liberis, annis XVIII. Ariſt. V Pol. cap. XII. Eius frater Hipparchus vir politus, & eruditus fuit.	II	227	221
4188 16 8 B	3458	526	AMASIS hoc tempore moritur. Diodorus lib. I. Pſammenitus illius loco regnat menſibus V. Herodotus.	III	228	222
4189 17 9 A G	3459	525	CAMBYSES hoc anno Ægyptum inuadit. Herodotus lib. III. Polycrates quadraginta triremes, impoſitis in eas ſuſpectis ſibi ciuibus, auxilio miſit, rogans Cambyſen vt ne eos domum remitteret. Hi ſiue poſt expeditionem reuerſi, ſiue omiſſa expeditione Lacedæmoniorum auxilio freti contra Polycratem bellum mouent, ſed irrito conatu. Herod.	IV	229	223
4190 18 10 F	3460	524	ARCHON Miltiades. Halicar. VII. Hoc fere tempore Cambyſes in Ægypto crudeliſſimè ſęuiens cùm à Crœſo peramicè moneretur, eum occidi iuſſit. Sed à Perſis ſeruatus eſt. Quod vbi Cambyſes reſciuit, de Crœſi quidem ſalute gauiſus eſt; ſed conſeruatores illius interfecit. Herod. Macedonum IX Amyntas annis XLIX. Dexippus.	Ol. 64	230	224 Ian. 1
4191 19 11 E	3461	523	ANNO ſeptimo Cambyſis, Nabonaſſari CCXXV, Phamenoth XVII, Iulij XVI, ſequente XVI, hora I, 50′ ante mediam noctem Luna defecit. Ptolem. lib. V, pag. 125 edit. Græcæ.	II	231	225
4192 20 12 D	3462	522	CAMBYSES in amentiam incidit; ac fratrem ſuum occidit. Hunc Smerdin Herodotus, Cteſias Tanyoxarcen nominat, & vtriuſque narratio diſſimilis eſt. Herodotus cæſum propterea per Prexaſpen memorat, quod in ſomnis illum in ſolio regio ſedentem vidiſſet. Cteſias delatione Magi cuiuſdam Sphandadatis, qui ab ipſo virgis obiurgatus fuerat, in ſuſpitionem adductum refert. Cúmque mater Amytis Mago fidem habendam negaret, vicit calumnia, & de Magi conſilio, qui Tanyoxarci ſimillimus erat, coram iuſſus interfici Magus, clam autem Tanyoxarces taurini ſanguinis hauſtu necatus eſt. Magus verò pro Tanyoxarce habitus quinque annos latuit. Re comperta, Amytis veneno ſibi mortem conſciuit. Cambyſes poſtea lignum incidens femoris muſculum feriit, atque XI die mortuus eſt. Hæc Cteſias. Sed de annis quinque minus perſuadet, Herodotea temporis putatio veriſimilior eſt. Hoc igitur anno, mortuo Cambyſe ſuppoſititius ille Tanyoxarces, quem Smerdin Herodotus vocat, menſibus VII regnat. Hunc nos arbitramur Artaxerxem illum eſſe, quem Aſſuero ſubiicit Eſdræ liber I, cap. IV, 7. Vide lib. XII, cap. XXVII. Ægrotante in Ægypto Cambyſe, Orœtes Sardium præfectus Polycratem Samiorum tyrannum per fraudem illectum necat; & cruci ſuffigit. Herod. lib. III. Sic igitur annos XI tyrannidem tenuit.	III	232	226

Per. Iul ✱ ⊙	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4193 21 13 CB	3463	521	Cvm perſonatus Smerdis, vel Tanyoxarces ſeptem mēſibus latuiſſet, tandem re comperta ſeptem principes in eum conſpirant. Occiſo Mago Darius Hyſtaſpis F. rex eligitur. Herod. lib. III. Statim atque regno potitus eſt, Orætem Sardium præfectum è medio ſuſtulit.	IV	233	227, & 228 Ian. I & Dec 31
4194 22 14 A	3464	520	Anno ſecundo Darij, Iudæi, Zorobabele, ac Ioſue Pontifice ducibus, templi inſtaurationem repetunt, eiúſque rei poteſtatem nouo Darij decreto impetrant. Eſdræ VI. Quam ad rem Aggæi, & Zachariæ Prophetarum hortatu vehementer animati ſunt. Vide Aggæi I, & II, & Zachariæ I, 12, vbi Angelus ſeptuageſimum hunc annum vocat ab excidio Hieroſolymitano.	Ol. 65	234	229
4195 23 15 G	3465	519	Pindarvs naſcitur. Suidas.	II	235	230
4196 24 16 F	3466	518		III	236	231
4197 25 17 ED	3467	517		IV	237	232 Decē. 30.
4198 26 18 C	3468	516		Ol. 66	238	233
4199 27 19 B	3469	515	Anno ſexto exeunte Darij regis, tertio die Adar; hoc eſt decimo Martij templum abſoluitur. Paſcha verò celebratum Aprilis XVIII. Eſd. VI.	II	239	234
4200 28 1 A	3470	514		III	240	235
4201 1 2 GF	3471	513	Harmodivs, & Ariſtogiton Hipparchum Piſiſtrati filium interficiunt. Thucyd. lib. VI. Leæna meretrix conſtantiſſimè ſupplicia pertulit. Pauſanias Atticis. Hoc fere tempore Syloſon Polycratis frater, qui priuatum adhuc Darium veſte donauerat, ad eum acceſſit, ac Sami principatum obtinuit. Herod.	IV	241	236 Dec. 29.
4202 2 3 E	3472	512	Darivs in Samum miſit exercitum, vt Syloſontem ibi tyrannum conſtitueret. Herod. lib. III. Eodem tempore Babylonia à Dario rege defecit. Ibid. Æſchylum hoc anno natum ponit author vitæ Sophoclis.	Ol. 67	242	237
4203 3 4 D	3473	511		II	243	238
4204 4 5 C	3474	510	Cvm Babylonem menſibus XX Darius obſediſſet, tandem Zopyrus ſeipſum mutilans, & ad Babylonios deficiens fraude illos in Darij poteſtatem redegit. Herodotus lib. III. Piſiſtratidarum tyrannis hoc anno penitus eſt ſublata Alcmæonidarum opera, & auxilio Lacedæmoniorum. Herodotus lib. V. Thucyd. lib. VI. Accidit id anno XX ante pugnam ad Marathonem Thucyd. Eodem anno Athenienſes Harmodio, & Ariſtogitoni ſtatuas publicè poſuerunt. Plin. lib. XXXIV, cap. IV. Pulſus Athenis Hippias, Amynta rege Macedonum, & aliis ad ſe illum inuitantibus, ad Darium confugit. Herod. V.	III	244	239

4205 5 6 BA | 3475 | 509 | IV | 245 | 240 Dec. 28.

Anno ab V. C. exeunte CCXLIV Tarquinius ob ſtuprum à filio Lucretiæ oblatum Roma pellitur VI Kalend. Martij, vnáque regia poteſtas extinguitur. Conſules verò pro regibus deinceps inſtituti.

Coſſ. *L. Iunius Brutus.*
L. Tarquinius Collatinus.

Collatinus à Demarato oriundus erat, Aruntis nepos, Demarati pronepos. Bruti pater M. Iunius fuit: qui ex Tarquinia Priſci filia M. & L. Iunios ſuſceperat. Pater & filius M. à Superbo necati. Lucius ſimulatione amentiæ ſeruatus erat. Halic. lib. IV.

Collatino abdicare ſe coacto ſuffectus eſt P. Valerius. Poſtea cùm in acie contra Tarquinium Brutus Conſul cecidiſſet, ei ſuffectus eſt M. Horatius. Ergo

Coſſ. *P. Valerius Voluſi F. Voluſus.*
M. Horatius Puluillus.

Primum fœdus inter Carthaginienſes & Romanos initum. Polyb. lib. III. Romani tum vix vſque ad XVII lapidem agrum poſſidebant. Sex. Rufus. Euſeb.

Æginetæ mari dominati ſunt annis X. Euſeb.

Pythagoras Syloſontis faſtum tyrannicum pertæſus in Italiam venit. Solinus cap. XVII.

4206 6 7 G | 3476 | 508 | Ol. 68 | 246 | 241

Coss. *P. Valerius Poplicola II.*
T. Lucretius Tricipitinus.
Archon Iſagoras. Halic. I.

P. Valerius Kal. Mart. triumphauit de Tarquinio & Etruſcis ab illo concitatis. Dionyſius lib. V. Liuius lib. II.

Cenſus Romæ inſtitutus eſt, & inuenta puberum CXXX M. Dion. lib. V.

Darius in Scythas molitur expeditionem. ponte Boſphorum iniungit. Inde alium in Danubio pontem facit: cui cùm Ionum tyrannos præfeciſſet, ipſe traiecit in Scythiam. Pòſt paulo magna exercitus parte deleta, ægrè ſeruatus in Aſiam rediit, Megabazo cum 80000 in Europa relicto, qui illam ſubigeret. Herod. lib. IV.

Eodem tempore Aryandes Præfectus Ægypti Pherotimæ Arceſilai matris rogatu in Cyrenenſem duxit exercitum.

Sybaritarum CCCM à CM. Crotoniatarum Milone duce in prælio cæſa. Sybaris deinde ſolo æquata. Diod. Sic. libro XII.

4207 7 8 F | 3477 | 507 | II | 247 | 242

Coss. *P. Valerius Poplicola III.*
M. Horatius II.

Porſena cum Romanis acerrimè bellum gerit. Enituit eo bello M. Horatij Coclitis, Mutij Scæuolæ, & Clœliæ puellæ virtus. Dion. Halic. Templum Iouis Capitolini ab Horatio dedicatum. Id. & Liuius.

Perſæ cum Pheretima Barcen IX menſibus obſeſſam capiunt, ac diripiunt. Herod. lib. IV.

Megabazus Thraciam & Macedoniam armis ſibi ſubiicit. Alexander Amyntæ Macedoniæ regis F. Perſarum legatos in conuiuio petulantius laſciuientes interficit. Herod. lib. V.

Darius in Perſidem rediens Hiſtiæum Mileti tyrannum ſecum deducit. Is Ariſtagoram generum, & conſobrinum ſuum Mileto præficit. Id.

Per. Iul ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4208 8 9 E	3478	506	*Sp. Lartius Flauius.* *T. Herminius Exquilinus.* Hos Coſſ. Liuius omittit. Naxij ſeditione laborantes multos è ciuibus pellunt. qui ad Ariſtagoram & Artaphernem Hyſtaſpis F. Darij fratrem Ioniæ præfectum confugiunt. Hic Megabati & Ariſtagoræ reducendos illos committit. Sed amborum inter ſe ſimultate res exitum non habuit. Herod. lib. v.	III	248	243
4209 9 10 D C	3479	505	*M. Valerius Publij frater.* *P. Poſtumius Tubertus.* Triumpharunt de Sabinis. Valerio huic ob crebras victorias ædes in palatio publicis ſumptibus extructæ. Halic. Hiſtiæus inuitus apud Darium detentus Ariſtagorã clam vt à Rege deficiat hortatur. Ariſtagoras Mileſiis oblata libertate tyrannos vbique dominatu abdicat. Lacedæmonem deinde ad opem implorandam profectus, à Cleomene reiicitur. Herod. v.	IV	249	244 Dec. 27
4210 10 11 B	3480	504	*P. Valerius Poplicola* IV. *T. Lucretius* II. *Archon Aceſtorides.* Halic. v. Poplicola de Sabinis, & Veientibus triumphat. Appius Romam migrat, à quo Tribus Claudia. Dionyſius. Liuius. Ex Regillo Sabinorum cum magna cognatorum, & clientium manu migrauit. Suetonius Tiberio ſexto ferè anno poſt reges exacto in patricios cooptatum refert. Ariſtagoras fruſtrà ſolicitatis Lacedæmoniis Athenas venit. Viginti naues ab iis impetrat. Reuerſus in Aſiam palam ad defectionem incitat. Sardes captæ, & incenſæ. Herod. l. v. Heraclitus Epheſius inſignis habetur. qui Darium ad ſeſe vocantem aſpernatus eſt. Diog.	Ol. 69	250	245
4211 11 12 A	3481	503	*Agrippa Menenius Lanatus.* *P. Poſtumius Tubertus.* Poſtumius de Sabinis ouans vrbem ingreditur, myrto coronatus. Hinc ouandi nata conſuetudo. Dion. Plin. lib. xv, cap. xxix.	II	251	246
4212 12 13 G	3482	502	*Sp. Caſſius Viſcellinus.* *Opiter Virginius Tricoſtus.* De Sabinis triumphauit Caſſius, bellúmque confecit anno quarto. Dion. Anno Darij xx Lunæ defectio parua contigit Epiphi xxviii, anno Nab. ccxli, horis à meridie 10, 45′. Ptolem. lib. iv, pag. 102. Tempus congruit Nouemb. xix, ſequente xx. Perſæ Ionas bello perſecuti fugant, fundúntque. Athenienſes illos deſerunt. Nihilominus bellum ſupra vires aggreſſi, Byzantium, aliáſque vrbes ſibi ſubiiciunt. Cyprij ad illos deficiunt, præter Amathuſios. Darius audito Sardium incendio contra Athenienſes exardeſcit, & quotidie ſe ante cœnam de bello Athenienſibus inferendo iubet admoneri. Herod. v.	III	252	247
4213 13 14 F E	3483	501	*T. Lartius Flauius.* *Poſtumus Cominius Aruncus.* Latini authore Mamilio Tarquinij genero contra Romanos bellum cient. Dion. Liu.	IV	253	248 Dec. 26.
4214 14 15 D	3484	500	MANIVS *Tullius Longus.* *Archon Myrus* Hal. v. *Ser. Sulpicius Camerinus.* Democritus Abderites hoc tempore floret. Anaxagoras Philoſophus naſcitur. Diog.	Ol. 70	254	249

T. Æbutius

4215 | 15 16 | C | 3485 | 499 — *T. Æbutius Elua.* — II | 255 | 250

P. Veturius Geminus.

Fidenæ obſeſſæ. Cruſtumeria capta. Præneſte à Latinis ad Romanos deficit. Dion. v.

Ariſtagoras contra Perſas dimicans in acie cecidit.

Hiſtiæus à Dario miſſus in Ioniam peruenit. quem Mileſij recipere detrectant. Herod. v.

4216 | 16 17 | B | 3486 | 498 — *T. Lartius Flauus* II. — III | 256 | 251

Q. Clœlius Siculus.

Hoc anno primùm Dictator creatus eſt à collega Lartius: cùm plebs ære alieno oppreſſa nomen aduerſus Latinos dare detrectaret. Dion. v.

Iones, ac præcipuè Chij nauali prælio victi: & Ionia rurſus à Perſis ſubacta. Miletus capta euerſáque funditus ſexto quàm rebellarat Ariſtagoras anno. Herod. lib. v. pag. 214.

4217 | 17 18 | A G | 3487 | 497 — *A. Sempronius Atratinus.* — IV | 257 | 252 Dec. 25.

M. Minucius Augurinus.

Ædes Saturni dedicata, & Saturnalia dies feſtus inſtitutus. Dion. VII. Liu. 2.

Pythagoras obiit, cùm Crotonæ XII annos exegiſſet. Euſeb. Hunc pro Deo Metapontini coluerunt. Iuſtinus libro XX.

4218 | 18 19 | F | 3488 | 496 — *A. Poſtumius Albus.* — Ol. 71 | 258 | 253

T. Virginius Tricoſtus.

Archon Hipparchus. Halic. VI.

Latini poſt annuas inducias turbant, incitante Mamilio. Ideo Dictator creatus eſt Poſtumius. Res proſperè geſta ad Regillum lacum. Triumphauit Poſtumius. Latinis ſocietas reddita. Liu. 2.

Mardonius Darij gener contra Græcos à Dario miſſus tyrannos ex Ioniæ ciuitatibus ſuſtulit, & popularia imperia conſtituit. Thraciam, Macedoniámque, ac finitimas regiones latè Perſarum imperio ſubiecit. ad Athon tempeſtate iactatus XX M. hominum amiſit. Herod. lib. VI.

Æſchylus floret.

4219 | 19 1 | E | 3489 | 495 — *AP. Claudius Sabinus.* — II | 259 | 254

P. Seruilius Priſcus.

Archon Philippus. Schol. Soph.

Volſci à Seruilio repreſſi: quibus indictum ideò bellum, quod ſuperiore belli Latinis quæ mitterent auxilia parauerant. Sed triumphus intercedente collega Seruilio negatus. Cum lictoribus ergo coronatis coronatus & ipſe triumphali cum veſte Vrbem intrauit. Dionyſ. VI. Liuius 2.

Darius per legatos aquam ignémque petiit. Æginetæ ſe illi dedunt. Orta Lacedæmone inter reges contentione Demaratus regno à Cleomene collega pellitur, & ad Perſas transfugit. Herod. VI.

Hellanicus hiſtoricus naſcitur, qui initio belli Peloponneſiaci natus erat annos LXV. Gellius lib. XV, cap. XXII.

Sophocles naſcitur. Schol. Soph.

4220 | 20 2 | D | 3490 | 494 — *A. Virginius Montanus.* — III | 260 | 255

T. Veturius Geminus.

Dictator aduerſus Æquos, Voſcos & Sabinos tumultuantes creatus eſt M. Valerius Voleſi F. Dion. VI. Liu. 2.

4221 | 21 3 | C B | 3491 | 493 — *SP. Caſſius Viſcellinus* II. — IV | 261 | 256 Dec. 24.

Poſtumius Cominius.

Archon Themiſtocles. Sigon.

Plebs fœnebri malo afflicta ſeceſſit in montem ſacrum

Per.Iul ✱ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			trans Anienem, eadémque Menenij Agrippæ oratione placata. Tribuni pl. tum primùm creati a. d. IV Eid. Dec. primùm duo; deinde tres additi. Dionyſ. Liuius 2. Aſconius in Cornelianam. Athenienſes Themiſtoclis ſuaſu Piræeum extruit.			
4222 22 4 A	3492	492	*T. Geganius Macerinus.* *P. Minucius Augurinus.* *Archon Diognetus.* Halic. VI.	Ol. 72	262	257
4223 23 5 G	3493	491	*A. Sempronius Atratinus* *M. Minucius Augurinus.* *Archon Hybrilides.* Dion. VII. C. Marcius Coriolanus exilio mulctatur. Dion. Liu. 2. Gelo Syracuſis occupat tyrannidem. Pauſan. Eliac. II, pag. 186. Annos XVII regnauit. Euſeb. in Excerptis Scal. Perſæ Eretriam in Eubœa ſuccendunt. Herod. VI. Eclipſis Lunæ anne Nabon. 257 Tybi 3, ſequente 4, Apr. 25, hora 10, 40′ à meridie; fuitque perexigua. Ptolem. lib. IV.	II	263	258
4224 24 6 F	3494	490	*Q. Sulpicius Camerinus* II. *Sp. Lartius Flauus* II. *Archon Phænippus.* Plut. Ariſtide. Marathonia pugna hoc anno contigit. Vide lib. X, cap. XXII. Boëdromionos VI die, vt ait Plutar. in Cam. hoc eſt XXIX. Sept. feria I. Athenienſes ſoli cum Platæenſibus pugnant duce Miltiade. Cæſa ſunt barbarorum 6400: Athenienſium 172. Herod. VI. Darius accepta clade nouam in Græcos expeditionem triennio toto comparat. Herod. lib. VII.	III	264	259
4225 25 7 ED	3495	489	*C. Iulius Iulus.* *P. Pinarius Rufus.* Volſci aſtuto Tullij Accij & Coriolani conſilio bellum contra Romanos ſuſcipiunt Coriolano duce. Liu. 2. Miltiades dum Parum inſulam aggreditur, infeliciter inde digreſſus & oblæſus, Athenis in vincula coniicitur, ac moritur. Herod. VI.	IV	265	260 Dec. 23.
4226 26 8 C	3496	488	*Sp. Nautius.* *Sex. Furius.* *Archon Anchiſes.* Halic. VIII. Coriolanus ab oppugnatione patriæ materna pietate deducitur. Dionyſius. Liu. lib. 2.	Ol. 73	266	261
42 9 2727 B	3497	487	*T. Sicinius.* *C. Aquilius.* Sicinius Volſcis difficilius ſuperatis triumphum egit. Aquillius victis Hernicis ouans vrbem ingreſſus eſt. Dion. Liu. 2. Tertio anno poſt cladem Marathoniam exacto, & ineunte quarto, Ægyptus à Perſis deficit. Ad vtrumque bellum capeſſendum intentus Darius, Xerxem regni ſucceſſorem inſtituit. Herod. VII.	II	267	262
4228 28 10 A	3498	486	*Sp. Caſſius* III. *Proculus Virginius.* Æqui à Virginio fuſi. Volſci, & Hernici à Caſſio ad Romanorum amicitiam traducti. Caſſius regnum affectans legem agrariam tulit de agro Hernicorum Latinis & Romanis diuidendo. Hæc prima legis agrariæ mentio. Dion. Val. Max. lib. III, cap. III.	III	268	263
4229 1 11 GF	3499	485	*Q. Fabius Vibulanus.* *Ser. Cornelius Coſſus.* Sp. Caſſius poſt Conſulatus tres, ac duos triumphos ob	IV	269	264 Dec 22.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			tyrannidem affectatam è Tarpeia rupe præcipitatus eſt. Dion. lib. VIII. Liu. 2. Dario mortuo Xerxes IV Perſarum rex annis XX.			
4230 2 12 E	3500	484	*L. Æmilius Mamercus. Archon Leoſtratus.* *Ser. Cornelius Coſſus.* Halic. VIII. Volſci & Æqui ab Æmilio ſuperati. Dion. Liu. 2. Xerxes Ægyptum recuperat, & Achæmeni fratri ſuo permittit. Herod VII.	Ol. 74	270	265
4231 3 13 D	3501	483	*M. Fabius Vibulanus. Archon Nicodemus.* *L. Valerius Potitus.* Halic. VIII. Veiens bellum initum: & Volſci rebellarunt. Liu. 2. Herodotus naſcitur. Gellius lib. XV, cap. XXIII.	II	271	266
4232 4 14 C	3502	482	*Q. Fabius Vibulanus.* *C. Iunius.* Æqui arma ſumpſerunt. Veientes Romanum agrum populati. Dion. Liu. 2.	III	272	267
4233 5 15 B A	3503	481	*Cæſo Fabius II. Archon Aphepſion.* *Sp. Furius.* Laert. Socrate. Xerxes Piſiſtratidarum, atque Aleuadarum hortatu, & horrendis ſpectris concitatus bellum contra Græcos ſuſcipit, ac totus eſt in apparatu. Hoc anno è Perſide mouens venit in Aſiam, & Sardibus hiemauit. Herod VII. Cimon oſſa Theſei è Syro transfert Athenas. indéque Tragœdorum inſtitutus eſt agon. Plut. Cimone.	IV	273	268 Dec. 21.
4234 6 16 G	3504	480	*M. Fabius Vibulanus II. Archon Callias.* *C. Manlius.* Diod. XI. Pugnatum acerrimè cum Veientibus. Occidit Q. Fabius Conſulis frater, & Manlius Conſul. Liu. 2. Xerxes hoc anno traiecit in Græciam appetente vere. quo tempore Solem obſcuratum eſſe ſcribit Herod. pag. 252. Verùm hoc citra eclipſin accidit, quæ nulla hoc anno veris tempore contigit: neque ſuperiore. Vide cap. XXIV lib. X. Ponte igitur Helleſponti freto impoſito traiecit exercitum. qui conſtabat peditum DCCCM. Naues erant ſupra MCC. Lacedæmonij ad Thermopylas ſtrenuè reſiſtunt Leonida duce cum trecentis Spartanis, & Græcorum cæterorum militibus quatuor. Victus deinde Xerxes nauali prælio ad Salaminem, Boëdromionis XX die: qui in Sept. XXIII, fer. I incidit. fugit XLV die poſt pugnam, relicto in Græcia Mardonio. Herod. VII. Lacedæmoniorum rex Cleombrotus, vt aditum in Peloponneſum intercluderet, Iſthmum muro ducto munire inſtituit. Sed repentina Solis defectione deterritus eſt, quæ contigit Octob. 2 hora I, 24′ poſt meridiem, digitorúmque fuit 7. Vide lib. X cap. XXIV. Eodem tempore Carthaginienſes, quos ad aggrediendam Siciliam Xerxes incitarat, ad Himeram à Gelone victi ſunt, cùm iis præeſſet Amilcar. Diodorus lib. XI. Pindarus tum natus erat annos XL. Suidas. Anaxagoras philoſophari incipit natus annos XX. Diog. Euripides naſcitur. Diog. in Socrate. Thomas Mag.	Ol. 75	274	269
4235 7 17 F	3505	479	*Kæſo Fabius.* *V. Virginius. Archon Xanthippus.* Diod. XI. Conſul Fabius cum gente ſua bellum Veiens ſibi depoſcit. Erant ſex & trecenti, qui cum IV M. clientum ad Cremeram fluuium caſtra muniunt. Liu. 2.	II	275	270

Ineunte vere, Alexander Amyntæ Macedonum regis F. Athenas miſſus à Mardonio fruſtra ipſos ad deditionem hortatur. Vincitur ad Platæas & occiditur Mardonius à Pauſania, & Ariſtide, Boëdromionis III, hoc eſt Sept. XXV. Eodem die Græci prælio nauali ad Mycalen duce Xantippo & Leotychide Perſas ſuperant. Poſt victoriam Lacedæmonij domum reuerſi. Athenienſes cum Aſiaticis Græcis Seſton oppugnant. Xerxes Maſiſtis fratris vxorem deperit, eiúſque filiam Dario filio deſpondet. Xerxis vxor Ameſtris Maſiſtis coniugem auribus, naribus, labris, lingua mutilat. Maſiſtes fugiens occiditur. Herod. IX. cuius hoc anno hiſtoria deſinit.

4236 8 18 E | 3506 | 478 | III | 276 | 271

L. Æmilius Mamercus.
C. Seruilius.
Archon Timoſthenes. Diod. XI.

Athenienſes Themiſtocle Lacedæmonem profecto muros ſuos inſtaurant. Gelo in Sicilia obiit. Succedit Hiero frater. Diodorus XI.

Æſchylus floret.

4237 9 19 DC | 3507 | 477 | IV | 277 | 272 Dec. 20.

C. Horatius Puluillus.
T. Menenius Lanatus.
Archon Adimantus. Diod. XI.

Vna dies Fabios ad bellum miſerat omnes.
Ad bellum miſſos perdidit vna dies. Ouid.

Trecenti enim à Veientibus hoc anno cæſi. Dion. Liu. anno quarto poſt pugnam Salaminiam. Gell. lib. XVII cap. XX.

Themiſtocles author eſt Athenienſibus, vt è Piræeo portum faciant, qui Phalerico hactenus vtebãtur. Thucyd. I.

Pauſanias cum barbaris de prodenda Græcia conſpirat, cùm vnà cum Athenienſibus in Cyprum profectus eſſet, ac Byzantium cepiſſet. Thucyd. lib. I.

Ariſtides æquitate ſua ſocios Athenienſibus conciliat, & vt ad Perſicum bellum tributa conferant hortatur, atque in Delo ærarium conſtituant. Diodorus lib. XI. Tunc igitur ab Athen. ἑλληνοταμίαι creati.

4238 10 1 B | 3508 | 476 | Ol. 76 | 278 | 273

A. Verginius Tricoſtus.
C. Seruilius Structus.
Archon Phædon. Diod. XI.

Coſſ. æſtiuo Solſtitio creati, ait Halic. Kal. Sextilibus ineunt.

Seruilius Veientes occidione occidit. Liu. 2.

Leotychidas Lacedæm. rex moritur, cùm regnaſſet annos XXII. Succedit Archelaus, & regnat annis XLII. Anaxilaus Rhegij, & Zancles tyrannus moritur anno regni ſui XVIII. Succedit Micythus tutor filiorum eius. Hiero Gelonis fratris ſucceſſor Polyzelo fratri inuidet. qui ad Therorem Agrigentinum ſe recipit. Himeræi à Thraſydæo Theronis F. oppreſſi ad Hieronem confugiunt. Sed ab eo produntur Geloni, quo cum amicitiam contrahit, ac fratri Polyzelo reconciliatur. Hiero Catanenſibus, & Naxiis eiectis, nouos incolas imponit: & Catanam Ætnam vocat. Theron Himeram colonos mittit. Diod. lib. XI.

Æſchylus moritur natus annos LXV. Schol. eius.

4239 11 2 A | 3509 | 475 | II | 279 | 274

P. Valerius Poplicola.
C. Nautius Rufus.
Archon Dromoclides. Diod. XI.

De Veientibus & Sabinis triumphat P. Valerius. Dion. Liu. 2.

Lacedæmonij de recuperando maritimo imperio conſilium ineuntes ab Hetœmarida deterrentur. Athenienſes interim multas expeditiones faciunt: & inſulas paulatim in ſeruitutem redigunt. Thucyd. lib. 1.

4240 12 3 G | 3510 | 474 — *L. Furius Medullinus.* — III | 280 | 275

M. Manlius Volſo.

Archon Aceſtorides. Diod. XI.

Cenſus actus; & luſtrum VIII conditum. Faſti Capit. Ciuium capita cenſa CIII M. Dionyſius. Liu. 2.

Hiero Tyrrhenos à Cumanis oppreſſos liberat. Diod.

Hoc anno videtur Artaxerxes à patre Xerxe in regni communionem adſcitus. Vide lib. x, cap. XXV.

4241 13 4 FE | 3511 | 473 — *L. Æmilius Mamercus* III. — IV | 281 | 276 Dec. 19.

Vopiſcus Iulius.

Archon Menon. Diod. XI.

Tarentini ab Iapygibus victi. Diod. XI.

4242 14 5 D | 3512 | 472 — *L. Pinarius Mamertinus.* — Ol. 77 | 282 | 277

P. Furius Fuſus.

Archon Chares. Halicarn. IX.

Volero Trib. Pl. legem tulit de plebeiis Magiſtratibus creandis. Liuius 2.

Thero Agrigentinus moritur. cuius filius Thraſydæus impotenter ſe gerens, ab Hierone vincitur, & paulo pòſt à ciuibus occiditur. Agrigentini libertatem recuperant. Diod. lib. XI.

Sophocles hoc anno primùm Tragœdias docuit. Euſeb.

4243 15 6 C | 3513 | 471 — *Ap. Claudius Sabinus.* — II | 283 | 278

T. Quintius Capitolinus.

Archon Praxiergus. Diod. XI.

Voleronis lex anno ſuperiore promulgata, hoc demum perlata eſt. Liu. 2.

Lacedæmonij vt Athenienſium quempiam in proditionis infamiam coniicerent, Themiſtoclem accuſant communicati cum Pauſania conſilij. ac primò quidem abſolutus eſt. poſtea tamen ad Admetum; inde in Aſiam fugit. atque hinc ad Artaxerxem ſimul & Xerxem. vti cap. XXV lib. X declarauimus.

Elei in vnam ciuitatem coëunt. Diod. XI.

Euripidem natum hoc anno ſcribit author vitæ Sophoclis, quo annis XXIV iunior fuiſſe dicitur.

4244 16 7 B | 3514 | 470 — *L. Valerius Poplicola.* — III | 284 | 279

Tib. Æmilius Mamercus.

Archon Demotion. Diod. XI.

Cimon Miltiadis F. Athenienſium Imperator Aſiæ vrbes à Perſis recipit. quos etiam CCCXL nauibus inſtructos ducentarum quinquaginta nauium claſſe vincit ad Cyprum: ſtatímque ad Eurymedontem fluuium pedeſtres barbarorum copias fundit. Diod. XI.

Thucydides naſcitur. Pamphila apud Gellium lib. XV, cap. XXIII.

Capuam à Tuſcis conditam hoc anno Cato referebat. Velleius lib. 1.

Democritum hoc anno natum Thraſyllus ait apud Diogenem.

Pet. Iul ✳ ☉	Mundi	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab
4245 17 8 AG	3515	469	*A. Virginius Montanus.* *T. Numicius Priſcus.* *Archon Phædon.* Diod. XI Sparta terræ motibus quaſſata. Helotes, & Meſſenij rebellant. ſed ab Archidamo coërcentur. Athenienſes primùm in auxilium vocati, poſtea verò ſuſpecti, non ſine offenſione diſcedunt. Hæc ſimultatum initia. Diod. XI. Socratem hoc anno natum ſcribit Diogenes: ſed Apheſione Prætore, qui eſt annus IV Olymp. LXXIV.	IV	285	280 Dec. 18.
4246 18 9 F	3516	468	*T. Quinctius Capitolinus.* *Q. Seruilius Priſcus.* *Archon Theagenides.* Halicar. IX. De Volſcis victoriam retulit Quinctius, & Antium cepit, ac triumphauit. Dion. Liu. 2. Mycenæ, quæ hactenus Argiuis ſubiici noluerant, ab iis euerſæ. Diod. XI. Bacchylides poëta, & Diagoras celebrantur. Euſeb. Zeuxis pictor claret hoc tempore. Euſeb. Simonides obiit annos natus LXXXIX. Suid. Anaxagoram mortuum hoc tempore prodidit Apollodorus apud Diog. quod non eſt veriſimile.	Ol. 78	286	281
4247 19 10 E	3517	467	*Tib. Æmilius Mamercus.* *Q. Fabius Vibulanus.* *Archon Lyſiſtratus.* Diod. XI. Anaxilai filij à tutore Micytho rationem repoſcunt. quâ ille ſanctiſſimè reddita, fruſtrà retinentibus illis, receſſit in Græciam. Hiero Catanæ moritur, regno Thraſybulo fratri relicto, cùm XI annis regnaſſet. Diod. XI. Lapis in Ægos potamon decidit. Plin. lib. II, cap. LVIII.	II	287	282
4248 20 11 D	3518	466	*Q. Seruilius II.* *Sp. Poſtumius Albinus.* *Archon Lyſanias.* Diod. XI. Thraſybulus Hierone deterior, à Syracuſanis bello appetitur. pactione interpoſita, exulatum in Locros abiit. Ita Syracuſani LX deinceps annis ad Dionyſium vſque feliciſſimè vixerunt. Diod. XI.	III	288	383
4249 21 12 CB	3519	465	*T. Quinctius Capitolinus.* *Q. Fabius.* *Archon Lyſitheus.* Diod. XI. Luſtrum IX Romæ conditum. Cenſa ſunt CXXIV M. Liu. 3. Artabanus Hyrcanus Xerxem interficit; & apud Artaxerxen Darium eius fratrem paternæ cædis accuſat. Vnde Dario ab Artaxerxe ſublato, Artabanus hunc ipſum vulnerat. Sed mox ab eo necatur. Artaxerxes igitur ὁ μακρόχειρ hoc anno cœpit, & regnauit annos XL. Diod. XI.	IV	289	284 Dec. 17.
4250 22 13 A	3520	464	*A. Poſtumius Albus Regillenſis.* *Sp. Furius Medullinus* *Archon Archidemides.* Hal. IX. Hoc primùm anno T. Quinctius pro Conſule iuſſus eſt ſubſidio caſtris cum exercitu ſociali mitti. Liu. 3. Thaſij ab Athenienſibus denuò ſubiugati. Æginetæ rebellantes obſeſſi. Amphipolim XM colonorum Athenis miſſa. Thraciam iidem aliquamdiu tenent, donec ab Edonis profligati ſunt. Lacedæmonij Thaſiis impellentibus in Atticam irrupturi, terræ motu, & Elotum defectione prohibentur. Diodorus XI. Pauſan. Meſſen pag. 134 Cimonẽ Lacedæmoniis aduerſus Elotas ſubſidio veniſſe refert.	Ol. 79	290	285

Per. Iul. ✳ ☉	Mun-di.	Ante Chr.		O-lymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4251 23 14 G	3521	463	*L. Æbutius.* *P. Seruilius Priſcus.* *Archon Tlepolemus.* Diod. xi. Conſules Kal. Sextilibus, vt tunc anni principium agebatur, ineunt. Liu. Ambo Coſſ. peſte mortui. Dion. Liu. 3. Eclipſis Solis Aprilis xxx, feria 2, hora 3 poſt meridiem, cuius meminit Euſeb. Ægyptus cum Inaro rege defecerat. Artaxerxes Achæmenem patruum eò mittit. Inarus Athenienſium auxilium accerſit. Themiſtocles hoc anno videtur obiiſſe, cùm aduerſus Athenienſes bellum ei mandaretur ab Artaxerxe. Vide lib. x, cap. xxv. Artaxerxes, qui & Aſſuerus, grande conuiuium facit. Vaſthi repudiata Eſtherem ducit. Eſther 1.	II	291	286
4252 24 15 F	3522	462	*L. Lucretius Tricipitinus.* *T. Vetuſius Geminus.* *Archon Conon.* Diod. xi. Lex Terentia promulgata de quinqueuiris Cõſulari poteſtate creandis. Liu. 3. Cùm, vt dictum eſt, ſolem defeciſſe notet Euſebius, id ad annum hunc refert Scaliger, Octobriſque xiv. Sed vera coniunctio Athenis accidit hora poſt meridiem xiii diei, 9, 21′. Non igitur conſpici potuit. Prorſus verò antecedente anno defectio illa contigit. Perſæ in Ægypto nauali prælio ab Athenienſibus victi. Artaxerxes Lacedæmonios aduerſus illos ſollicitat: ſed fruſtrà. Ideo nouas copias Artabano, & Megabyzo ducibus mittit. Diod. xi.	III	292	287
4253 25 16 ED	3523	461	*P. Volumnius Aminthinus.* *Ser. Sulpicius Camerinus.* *Archon Euhippus.* Diodorus. Lex Terentia rurſus agitata. Cæſo Quinctius ferox iuuenis, quo duce pulſi foro ſæpè Tribuni, damnatus in exilium abiit. Liu. 3. Siculi Catana, & aliis vrbibus pulſi ſub Tyrannis, Deucetio duce patrias recuperant. Diod. xi. Athenienſes Perſas Memphim fugientes perſecuti duas vrbis partes occupant. Id.	IV	293	288 Dec. 16.
4254 26 17 C	3524	460	*P. Valerius Poplicola.* *C. Clodius Regillus.* *Archon Phaſiclides.* Diod. Ap. Herdonius Sabinus cum IV M. exulum & ſeruorum arcem & Capitolium occupat. Tribuni vetant armari populum. Valerius minatur, & plebi perſuadet. Thuſculani ad Vrbis auxilium aduolant. Cæſo Valerio, Capitolium recuperatur. L. Quinctius Coſ. ſuffectus. Liu. 3. Ephialtes, incitante Pericle, Areopagitarum poteſtatem imminuit. Cimonem oſtraciſmo relegari facit, quaſi μισόδημον & φιλολάκωνα. Ipſe noctu iugulatur. Perſæ CCC nauibus inſtructis exercitum in Ægyptum transferunt, vt Memphi obſeſſis opem ferrent. Diod. xi.	Ol. 80	294	289
4255 27 18 B	3525	459	*Q. Fabius Vibullanus III.* *L. Cornelius Maluginenſis.* *Archon Philocles.* Diod. Cenſus actus, & inuenta CXXXII M. & CCCCIX. Sed luſtrum ob Capitolij capti, & occiſi Coſſ. religionem non	II	295	290

Per. Iul ✻ ⊙	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			conditum. Liu. lib. 2. Dionyſius tamen conditum refert, idque IX eſt. Volſci & Æqui ad Antium victi. triumpharunt ambo Coſſ. Athenienſes Leocrate duce Corinthios, & Epidaurios vincunt, & Peloponneſum populantur: eóſque vincunt iterum ad Cecryphalum, nec non Æginetas. Lyſias naſcitur. Diod. Plutar. Eſther hoc anno ad Aſſuerum introducitur menſe x. Eſther cap. II.			
4256 28 19 A	3526	458	*L. Minucius.* *C. Nautius Rutilus.* *Archon Bion.* Diod. Æqui contra Romanos bellum mouent, & Sabini. Nautius contra Sabinos feliciter rem gerit. Minucius ignauè: & ab Æquis obſidentur caſtra. Quinctius Dictator ab aratro vocatus Æquos ſub iugum mittit. Inde XVI die Dictatura ſe addicat. Liu. 3. Dionyſ. Megarenſes à Corinthiis vexati Athenienſium opem implorant. Myronide ergo duce miſſo victi Corinthij. Phocenſes eiiciunt Doras oppidis tribus. Lacedæmonij opem iis ferunt. In reditu ab Athenienſibus laceſſiti vincunt ipſos. Induciæ mox menſium IV factæ. Athenienſes μακρὰ τείχη Megarenſibus ædificant; impoſito præſidio. Diod. XI.	III	296	291
4257 1 1 G F	3527	457	*C. Horatius Puluillus.* *Q. Minucius Augurinus.* *Archon Mneſithides.* Diod. XI. Æqui Corbionem occupant. Horatius illos vincit. Trib. Pl. tùm x creati. Liu. 3. Thebani ob μηδισμὸν à Bœotis contempti ad Lacedæmonios confugiunt, & imperium recuperant. Myronydes dux Athen. Lacedęmonios exigua manu vincit. Mox Bœotiam, Locros, & alias regiones expugnat. Diod. XI.	IV	297	292 Dec. 15.
4258 2 2 E	3528	456	*M. Valerius Lactuca.* *Sp. Virginius Tricoſtus.* *Archon Callias.* Diod. Romæ ſæculares ludi primùm acti. Cenſorinus. Tolmides dux Athen. Laconicam populatur; Zacynthum, & Cephaleniam obtinet. Meſſenios Naupacti collocat. Æginetæ ſe Athenienſibus dedunt. Perſæ terra marique ſuis Memphi obſeſſis opem ferunt, eóſque liberant. Athenienſes ab Ægyptiis deſerti in Proſopitidem inſulam ſe receperant. vbi à Perſis obſeſſi, deſperata ſalute, cum incenſis nauibus acerrimè pugnare vellent, Megabazus illorum fortitudinem admiratus, æquis conditionibus eos dimittit. Ita Ægyptus ab Artaxerxe recepta. Inarus in crucem actus. Thucyd. lib. I poſt Tolmidæ victoriam hæc acta memorat.	Ol. 81	298	293
4259 3 3 D	3529	455	*C. Veturius Cicurinus.* *T. Romilius Vaticanus.* *Archon Soſiſtratus.* Diod. Æqui in Thuſculanos irruentes à Coſſ. fuſi. Liu. 3. Pericles dux eligitur, & Tolmide in Bœotia occupato, Peloponneſum populatur. Diod. XI. Cratinus, & Plato Comici celebrantur: nec non Ariſtarchus Tragicus, cuius Plautus meminit. Euſeb. Neemias poteſtate ab Artaxerxe facta inſtaurandæ vrbis Hieroſolymitanæ in Iudæam profectus eſt. Neem. II. Hic eſt annus XX Artaxerxis à primo eius initio.	II	299	294

DANIELIS HEBDOMADES.

Per. Iul ☀ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4260 4 4 C	3530	454	Initium. LXX hebdomadum ab hoc anno. Vide quæ lib. XII diſputata ſunt. Sp. *Tarpeius.* *Archon Ariſton.* *A. Æternius vel Aterius.* Diod. Abiecta lege Terentia, legati tres in Græciam ad eorum cognoſcendas leges miſſi. Conſules anni ſuperioris ambo damnati. Liu. Halic. Syracuſani πεταλισμὸν ad ὀστρακισμοῦ formam inſtituunt, & ſtatim abrogant. Diod. XI.	III	300	295
4261 5 5 BA	3531	453	Sex. *Quintilius Trigeminus.* *Archon Lyſicrates.* *P. Curiatius.* Diod. Pericles Sicyone fruſtrà tentata Acarnaniam vexat. Syracuſani cum Tyrrhenis bellum gerunt. Vrbs Palica condita. Diod. XI.	IV	301	296 Dec. 14.
4262 6 6 G	3532	452	*C. Menenius.* *Archon Chærephanes.* *P. Seſtius Capitolinus.* Halic. X. Sybaris à Crotoniatis euerſa ante annos LVIII, à Theſſalo, collectis Sybaritarum reliquiis inſtaurata inter Sybarin & Crathin. vnde ſexto pòſt anno pulſi. Diod. XI.	Ol. 82	302	297
4263 7 7 F	3533	451	Decemviri. *Archon Antidotus.* Decemuiri hoc anno creati, qui iura populo ſcriberent, cùm legati tres è Græcis anno ſuperiore rediiſſent. Halic. Liu. 3. Deucetius Siculorum dux Ætnam occupat. Diod. X. Crates Comicus, Bacchylides Lyricus. Praxilla item, & Cleobulina celebrantur. Euſ.	II	303	298
4264 8 8 E	3534	450	Decemviri. *Archon Euthydemus.* Hoc anno Cimon induciarum ad quinquennium cum Peloponneſiis faciendarum author eſt. Thucyd. lib. I, pag. 72. ac tum in Cyprum cum claſſe profectus Perſas terra marique ſuperat. Idem. Templum Iunonis in Argis incenſum. Euſ. Deucetius Siculorum dux à Syracuſanis victus ſupplex ad eos confugit, & Corinthum mittitur. Diod. XI.	III	304	299
4265 9 9 DC	3535	449	Decemviri, *iiſque abrogatis.* Coſſ. *L. Valerius Potitus.* *M. Horatius.* *Archon Pedieus.* Decemuiris impotenter Remp. adminiſtrantibus, præſertim Ap. Claudio, qui Virginiam in ſeruitutem aſſeruerat, quæ & ideo à patre occiſa fuerat; plebis ſeceſſio facta. Mox Tribb. Pl. reſtituti, & Coſſ. creati. Qui cùm aduerſus hoſtes feliciter rem geſſiſſent, triumphum primi à populo inuito Senatu, Valerius de Æquis, & Volſcis; Horatius de Sabinis egerunt. Liu. 3. Cimon Cypri vrbes ſibi ſubiicit. Artaxerxes cogitur ignominioſam cum Græcis pacem facere, ea lege, vt Aſiæ vrbes liberas relinqueret; neue ad mare propius interuallo, quantum equi curſus eſt, accederet. intra Cyaneas autem & Chelidonias longa naui, vel reſtaurata non inueheretur. Diod. XI. Plutarchus. qui in Citij obſidione Cimonem obiiſſe narrat.	IV	305	300 Dec. 13.
4266 10 10 B	3536	448	*Lars Herminius.* *Archon Philiſcus.* *T. Verginius Cælimontanus.* Halic. XI. Eubœa deficit ab Athen. tùm Megarenſes. qui à Pericle victi. Diod. XI.	Ol. 83	306	301

Per. Iul ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4267 11 11 A	3537	447	*M. Geganius Macerinus.* *Archon Timarchides.* *C. Iulius.* Diod. Lacedæmonij in Atticam irrumpunt. Tolmides dux Chęroneam expugnat. Pòſt ad Coroneam à Bœotis occiditur. Ita Bœotiam Athenienſes omittunt. Diod. lib. XII.	II	307	302
4268 12 12 G	3538	446	*T. Quinctius Capitolinus.* *Archon Callimachus.* *Agrippa Furius.* Diod. Pericles Athenienſium fractas res erigit. Eubœam ſubiugat. Lacedæmonij in Atticā irrumpunt annis XIV ante initium belli Peloponneſiaci. Thucyd. lib. II, pag. 114. Induciæ XXX annorum inter Athen. & Lacedæm. pactæ. Thucyd. Agragantini Syracuſanos aggreſſi, quod Deucetium emiſerant, qui ad Calen acten inſtaurandam reuerſus erat, ab illis vincuntur. Thuriorum vrbs inſtaurata. Hanc extruxêre Sybaritæ, adiuuantibus Athenienſibus. Charondas legibus nouam ciuitatem temperat. Diod. XII.	III	308	303
4269 13 13 FE	3539	445	*M. Genucius.* *Archon Simachides.* *Agrippa Curtius.* Diod. C. Canuleius Trib. Pl. legem tulit de connubiis patrum cum plebe miſcendis; & obtinuit impedito delectu. Liu. 4.	IV	309	304 Dec. 12.
4270 14 14 D	3540	444	Tribuni mil. Conſulari poteſtate hoc anno primùm creati. Sed vitio factis ſuffecti Coſſ. tertio pòſt menſe. *L. Papirius Mugillanus.* *L. Sempronius Atratinus.* *Archon Praxiteles.* Thurij cum Tarentinis bellum gerunt. Athenienſes colonos mittunt ad Thurios, intérque cæteros Lyſiam XV annos natum. Venit & Herodotus, atque hiſtoriam ſuam ibi ſcripſit. Plin. lib. XII, cap. IV. Dion. Hal. in Lyſia. Plut. Diod. Herodotus natus erat annos XL. Meliſſus, Parmenides, Empedocles inſignes habentur. Diog. Laërt.	Ol. 84	310	305
4271 15 15 C	3541	443	*T. Quinctius V.* *Archon Lyſanias.* *M. Geganius Macerinus II.* Diod. Volſci à Geganio victi, & ſub iugum miſſi, de quibus triumphum egit. Liu. Euripides floret, & Protagoras Sophiſta. Euſ. Cenſores hoc anno primùm creati. Liu. 4.	II	311	306
4272 16 16 B	3542	442	*M. Fabius.* *Archon Diphilus.* *Poſtumus Æbutius Elba.* Halic. XI.	III	312	307
4273 17 17 AG	3543	441	*C. Furius Pacilus.* *M. Papirius Craſſus.* Sexto anno, quàm XXX annorum induciæ ab Athen. & Lacedæm. pactæ fuerant, (vt ait Thucyd. pag. 74) Samij ab Athenienſibus deficiunt contra Mileſios bellum gerentes. Pericles inſulam ſubegit. Quo aduerſus Perſarum naues profecto, Samij relictam ab eo claſſem expugnant. Reuerſus Pericles Samios iterum in ditionem ſuam redigit. Obſidionales machinæ, vt aries, teſtudo, &c. ab Artemone Clazomenio primùm ibi repertæ. Diod. lib. XII. Cauſa defectionis Sami fuit Aſpaſia Mileſia, cuius in gratiam Mileſiis Pericles fauebat. Diod.	IV	313	308 Dec. 11.
4274 18 18 F	3544	440	*Proculus Geganius Macerinus.* *Archon Myrichides.* *L. Menenius Lanatus.* Diod. XII. Fames præualida Romæ. multi ſe in Tiberim præcipitant. Liu. 4. Ducetius Siculorum dux morbo perit. Diod. XII.	Ol. 85	314	309

4275 19 19 E | 3545 | 439 — *T. Quintius Capit. VI.* *Archon Glaucides.* — II | 315 | 310
Agrippa Menenius Lanatus. Diod.

Sp. Melius per occaſionem famis frumẽto diuiſo plebem ſibi conciliat. Creato Dictatore L. Quinctio, à Magiſtro Equitum C. Seruilio Hala Melius occiditur. Accuſatur deinde à L. Minucio Præfecto annonæ Seruilius, qui & lauit. Liu. 4.

Bellum Corinthiacum cœpit. Epidamnij exules Epidamnum obſident. Ciues à Corcyræis reiecti ad Corinthios cõfugiunt. qui à Corcyræis victi cum maioribus ad bellum viribus conſurgerent, Corcyræi ad Athenienſes receptum habuerunt. Thucyd. 1. Diod. XII.

Theætetus Mathematicus floret. Euſ.

4276 20 1 D | 3546 | 438 — *Tribb. Mil. Conſ. pot. tres.* *Archon Theodorus.* Diod. — III | 316 | 311

Fidenæ colonia ad Lartem Tolumnium Veientium regem deficiunt, & legatos Pop. Rom. occidunt. quibus ſtatuæ in roſtris poſitæ. Liu. 4.

Archæanactidæ Cimmerij Boſphori reges definunt poſt annos XLII. Succeſſit Spartacus annis VII. Diod. XII.

4277 21 2 C B | 3547 | 437 — *M. Geganius Macerinus.* *Archon Euthymenes.* — IV | 317 | 312 Dec. 10.
L. Sergius Fidenas. Diod.

Dictator creatus Mamercus Æmilius Veientes vincit. Tolumnius à Coſſo occiditur, déque eò ſpolia refert opima. Vide Liu. 4.

Ariſtophanes floret.

4278 22 3 A | 3548 | 436 — *L. Papyrius Craſſus.* *Archon Nauſimachus.* — Ol. 86 | 318 | 313
M. Cornelius Maluginenſis. Diod.

Corcyræi & Corinthij legatos Athenas mittunt. Athenienſes Corcyræorum ſocietatem præferunt. Thucyd. 1. Miſſus Lacedæmonius Cimonis F. cum X nauibus.

Democritus, Empedocles, Hippocrates medicus, Gorgias, Hippias, Prodicus, Zeno Eleates, Parmenides, & Socrates florent. Diog. Laërt. & alij.

Iſocrates naſcitur annis V ante bellum Pelopon. Dion. Halic. in eius Vita.

4279 23 4 G | 3549 | 435 — *C. Iulius.* *Archon Antilochides.* — II | 319 | 314
Proculus Virginius Tricoſtus. Diod.

Peſte graſſante, Fidenates Romanum agrum populantur. Dictator creatus eſt A. Seruilius Priſcus. Captæ Fidenæ. Liu. 4.

Corinthij nauali prælio victi Potidæam ad defectionem impellunt. Perdiccas Macedo idem Chalcidenſibus perſuadet, & vt relictis maritimis opidis in vnum oppidum Olynthum commigrent. Hæc Diod. XII.

Thucydides initio victos à Corinthiis *eſſe* Corcyræos aſſerit: ſed Athenienſibus ſubſidium ferentibus, diſceſſiſſe Corinthios. Pòſt concione Lacedæmone facta, decretum videri Athen. inducias violaſſe. Anno id XIV quam erant factæ contigit. Ergo anno 4281.

Pindarus obiit annos natus LXV, vel, vt alij, LXXX. Thomas Mag.

4280 24 5 F | 3550 | 434 — *Iulius III.* *Archon Chares.* — III | 320 | 315
Virginius II. Diod.

Hetruſci de bello Romanis inferendo concilium cogunt. Ideo Dictator creatus Mamercus Æmilius. Sed bello quieſcente Cenſuram à quinquennio ad ſeſquiannum contraxit. Liu. 4.

Per. Iul ✻ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4281 25 6 ED	3551	433	*Tribb. Mil. III.* *Archon Apſeudes.* Diodorus. Ædes Apollinis in peſtilentia vota. Liu. 4. Meton Pauſaniæ F. Enneadecaëteridem publicat. Vide lib. II. Tarentini Siris incolas aliò transferunt, & colonia ſuorum addita Heracliam condunt. Diod. XII. Macedonum rex XI. Perdiccas annis XXIII. Dexippus.	IV	321	316 Dec. 9
4282 26 7 C	3552	432	*Tribb. mil. II.* *Archon Pythodorus.* Lacedæm. cum ſociis decreuerunt inducias ab Athen. violatas, & bellum ſuſcipiunt. Thucyd. I. Callias dux ad Potidæam moritur. Huic Phormio ſubrogatus. Diod. Thuc. Phidias Mineruæ ſimulacrum facit. Ariſtoph. Schol. ad Εἰρήνην. Meton Solſtitium obſeruat. Vide lib. II & IV.	Ol. 87	322	317
4283 27 8 B	3553	431	Coss. *T. Quintius Cincinnatus.* *Archon Euthydemus.* *C. Iulius Mento.* Diod. A. Poſtumius Dictator aduerſus Æquos, & Volſcos; de quibus triumphat. Is filium, quòd contra iuſſum ſuum pugnauerat, ſecuri percuſſit. Ita Gellius l. XVI. Valerius Max. lib. II, cap. II. **BELLVM PELOPONNESIACVM.** Cœpit hoc anno Archonte Pythodoro verno tempore. Thucyd. II. Cauſa belli ſuſpecta Lacedæmoniis Athenienſium potentia. Occaſio ex Pericle, qui VII M. talentorum rationem reddere metuens omnia permiſcuit. Initium belli à Platæarum inuaſione, in quam Thebani clam ingreſſi, ad vnum occiduntur, veris initio. Dein æſtate ſequente, die LXXX à Platæarum aggreſſione, Lacedæmonij Archidamo duce in Atticam excurrunt, poſt annos XIV, quàm Pliſtoanax irruperat. Thuc. lib. II pag. 114 Athenienſes Æginetas inſula pellunt, & claſſe C nauium oram Peloponneſi populantur. Sitalcen Thraciæ regem, & Perdiccam Macedoniæ ſibi conciliant. Id. Solis defectio contigit Aug. 3, feria 4, hora 17, 53′ à meridie. Vide lib. X, cap. XXVII.	II	323	318
4284 28 9 A	3554	430	*L. Papyrius Craſſus.* *Archon Apollodorus.* Diod. *L. Iulius.* Belli 2. Athenienſes Methonem fruſtra obſident. Braſidas illuſtris habetur. Athenis ſæuiſſima peſtis, cùm Peloponneſij rurſum Atticam populati eſſent. Pericles Peloponneſi oram vaſtat. Huic Athen. ſuccenſent, & pecunia mulctant. Thucyd. 2. Diod. XII.	III	324	319
4285 1 10 GF	3555	429	*L. Sergius Fidenas.* *Archon Epaminon.* Diod. *Hoſtius Lucretius Tricipitinus.* Belli 3. Pericles moritur poſt biennium & ſex menſes ab inchoato bello Agnon dux Athen. Potidæam expugnat. Phormio dux eorundem Lacedæmonios nauali prælio bis vincit. Platæas obſident Peloponneſij circa ortum Acturi, id eſt Octobri, vt exponit Schol. Thucyd. II. Sitalces rex Odryſarum aduerſus Perdiccam expeditionem agit. Thucyd. 2. Diod. XII. Hoc anno Euripidis drama Hippolytus datur. Schol. Eurip.	IV	325	320 Dec. 8
4286 2 11 E	3556	428	*A. Cornelius Coſſus.* *Archon Diotimus.* Diod. *T. Quintius Pennus.* Belli 4.	Ol. 88	326	321

Veientes

Veientes in agrum Rom. excurrunt. Superſtitiones peregrinæ per Ædiles compreſſæ. Liu. 4.

Leſbij, & præcipuè Mitylenæi ab Athen. deficiunt. Olympiade ineunte clam legatos ad Peloponneſios mittunt. Thucyd. lib. III.

Mitylene capta, & plerique necati. Pergitur in Platæarum obſidione. Anaxagoras moritur natus annos LXXII. Plato naſcitur Thargelionis ſeptima die. Diog.

4287 | 3 12 | D — 3557 — 427 — II — 327 — 322

C. Seruilius Ahala. *Archon Euclides*. Diod.
L. Papyrius Mugillanus. Belli 5.

Athenienſes à Leontinis rogati claſſem in Siciliam mittunt aduerſus Syracuſanos. Sed illi inter ſe conuenerunt. Gorgias legatus primùm Athenis auditus eſt.

Mitylenæi à Pachete obſeſſi deditionem faciunt. Lata in omnes capitalis ſententia, poſtridie reuocatur. Platææ à Lacedæm. captæ, atque dirutæ.

Corcyra ſeditione graui laborat. Inclinabat in Lacedæmonios nobilitas: plebs in Athenienſes. Victa nobilitas Athenienſium auxilio. Diodorus XII. Thucyd. III.

4288 | 4 13 | C — 3558 — 426 — III — 328 — 323

TRIBB. *mil.* IV. *Archon Scythodorus*. Diod.
Belli 6.

Infeliciter à Trib. pugnatum contra Veios. Dictator creatus eſt Mamercus Æmilius. Veientes, & Fidenates à Dictatore victi, occiſis colonis Fidenatibus, qui ad augendam terrorem faces præferebant. Fidenæ captæ, atque direptæ. Liu. 4.

Peſtis recrudeſcit Athenis. Delus expiata mortuorũ ſublatis loculis. Trachin Heraclia nominata, & incolis à Lacedæmoniis frequentata. Terra motu apud Locros ſciſſa, & Atalante inſula ſuperfuſa. Diodorus ait eſſe factam. Laches in Sicilia Meſſenios Athenienſibus adiungit. Athenienſes XXX naues mittunt in Peloponneſum ducibus Demoſthene, Alciſthene, & Procle: & in Melum LI duce Nicia. Hi ad Tanagram vincunt Bœotios. Demoſthenes cum Acarnanibus Leucadios infeſtat; & ab Ætolis vincitur.

Athenienſes in Sicilia Locridem populantur, Peripolium capiunt. Demoſthenes Ætolos, eorúmq; ſocios Lacedæm. vincit. Diod. XII.

4289 | 5 14 | BA — 3559 — 425 — IV — 329 — 324 Dec. 7

TRIBB. *mil.* IV. *Archon Stratocles*. Diod.
Belli 7.

Demoſthenes Pylum munit, quæ abeſt à Meſſeniis ſtad. 400. Lacedæmonij in Sphacteria inſula portui Pyli oppoſita delectos collocant. Cleon Athen. dux Lacedæm. qui in Sphacteria erant in poteſtatem redigit. Pacem orant Lacedæmonij: reſpuunt Athenienſes. Thucyd. III. Diod. XII.

Syracuſij & Locri Meſſanam capiunt.

Artaxerxes moritur, anno imperij XL. Thucyd. pag. 285. Succedit Xerxes menſibus duobus. Huic Sogdianus menſibus VII.

4290 | 6 15 | G — 3560 — 424 — Ol. 89 — 330 — 325

TRIBB. *mil.* IV. *Archon Iſarchus*. Diod.
Belli 8.

Capua Ethruſcorum colonia à Samnitibus occupata cæſis noctu incolis. Liu. 4.

Solis defectio contigit Martij XXI, feria 4, hora 8, 29′ poſt mediam noctem. Thucyd. 3. Vide lib. X, cap. XXVII.

Syracuſij, & alij Siculi pacem faciunt. Athenienſium duces reuerſi fuga, aut pecunia mulctati. Megara à Braſida

Per. Iul. ☼ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			ſeruata ne Athenienſibus proderentur. Lamachus in Pontum nauigat. Demoſthenes Naupactum. Braſidas Theſſalia tranſita Perdiccæ ſe adiungit, & multas ciuitates Lacedæmoniis cōciliat. Amphipolim capit. Thucyd. IV. Diod. XII. Perſarum IX rex Darius Nothus annis XIX. Ariſtophanis Nubes priores datæ. Schol.			
4291 7 16 F	3561	423	Coss. *C. Sempronius Atratinus.* *Q. Fabius Vibulanus.* *Archon Aminias.* Diod. Belli 9. Sempronius malè aduerſus Volſcos pugnat. Sex. Tempanius Decurio equitum ex plebe perruptis hoſtibus euadit, & productus in concione Sempronium purgat. Liu. 4. Lamachus tempeſtate ad Heracleam amittit claſſem. Annuæ induciæ inter Lacedæm. & Athen. initæ. Quas priuſquam audiſſet Braſidas Scionem capit. De hac altercantibus conueniri non potuit. Menda interim ad Lacedæm. tranſiit, quæ à Nicia recuperata. Scione obſeſſa. Perdiccas alienatus à Lacedæm. ad Athenienſes tranſit. Argis templum incuria ſacerdotis Chryſidis conflagrauit. Thucyd. IV. Diod. XII. Ariſtophanis Nubes ſecundæ in ſcenam datæ. Schol. Ariſt.	II	331	326
4292 8 17 E	3562	422	TRIBB. *mil.* IV. *Archon Alcæus.* Diod. Belli 10. Cleon in Thraciam profectus Toronam capit. Contra Braſidam pugnat. Ambo in acie cæſi; victoribus Lacedæmoniis. Athenienſes L annorum inducias pacti. Ita Peloponneſiacum bellum X anno terminatum. Thucyd. V. Eudoxus Cnidus clarus habetur. Diog. Euſ.	III	332	327
4293 9 18 DC	3563	421	TRIBB. *mil.* IV. *Archon Ariſto.* Diod. Belli 11. Cùm Quæſtores duos ad veteres totidem addi placuiſſet; certatum eſt, vt ex plebeiis creari poſſent. Liu. 4. Noui in Græcia tumultus. Græci arbitrati Lacedæmoniorum & Athen. conſenſum ad opprimendam Græciam pertinere, inter ſe conſpirant, Argis delato principatu. Lacedæmonii ſocios comitate retinent. Athenienſes ſæuiunt. Lacedæmonij ver ſacrum Heracleam deſtinant. Thucyd. v. Diod. XII.	IV	333	328 Dec. 6
4294 10 19 B	3564	420	*Trib. mil.* IV. *Archon Ariſtophylus.* Diod. XII. Belli 12. Maiore anni parte interregnum fuit. Athenienſes Delios, quos eiecerant, reſtituunt: neque Pylum Lacedæmoniis reddunt. ob id tumultuatum. Argiui ſe ad Athenienſes adiungunt; cùm Lacedæmoniorum legati fraude ab Alcibiade circumuenti negaſſent in concione ſe αὐτοκράτορας veniſſe, quod in Senatu dixerant. Eleis à certamine Olympico ſunt excluſi, quod per inducias Olympicas opidum inuaſiſſent. Diod. XII.	Ol. 90	334	329
4295 11 1 A	3565	419	*Trib. mil.* IV. *Archon Archias.* Diod. XII. Belli 13. Serui de occupanda Roma coniurati detecti ſunt. Liu. 4. Argiui cum Lacedæmon. pugnant. Fœdus poſtea faciunt: quod ſubinde violatum. Bœoti Heracleam Trachiniæ occupant. Alcibiades Peloponneſum cum armis ingreditur. Argiui Epidaurum capiunt. Thucyd. v. Diod. XII.	II	335	330

Per. Iul ✱ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4296 12 2 G	3566	418	*Trib. mil.* IV. *Archon Antipho.* Diod. Belli 14. Cùm Tribb. mil. duo ab Æquis ſuperati fuiſſent, Dictator creatus Q. Seruilius illos deuicit. Volæ captæ, ac Lauici: quô & colonia deducta. Liu. 4. Lacedæmonij de Argiuis, & Mantineenſibus inſignem victoriam referunt. Thuc. v. Himera cùm annis LVIII ſtetiſſet, à Carthaginienſibus euerſa. Vide ſuprà anno 4238.	III	336	331
4297 13 3 FE	3567	417	*Trib. mil.* IV. *Archon Euphemus.* Diod. Belli Peloponn. 15. Appetente vere, & exeunte anno IV Olymp. XC, Lacedæmonii cum Argiuis, & Mantineenſibus ſocietatem ineunt. Thucyd. lib. v. pag. 399. Athenienſibus Perdiccas ſuſpectus eſſe cœpit. Ideo mari ab illis arcetur. Id. mihi pag. 253. circa fin.	IV	337	332 Dec. 5
4298 14 4 D	3568	416	*Trib. mil.* IV. *Archon Ariſtomneſtus.* Diod. Belli 16. Turbatum à Tribunis Pl. legis Agrariæ mentione. Sed Appius Claudius ſuaſit, vt aduerſus Tribunos plebis auxilium à collegis ipſorum peteretur. Liu. 4. Hoc anno Athen. Sicilienſe bellum ſuſcipiunt. Selinuntij Ægeſtanos oppreſſerant; Syracuſij patriâ Leontinos eiecerant. vtrique Athenienſium opem implorant. qui legatis ad explorandam rem præmiſſis, Alcibiadis hortatu occaſionem hanc arripiunt. Duces creati tres, Alcibiades, Nicias, Lamachus. Melij inſulares ab Athen. victi, & puberes omnes occiſi. Thucyd. v. Diodorus XII. Xenocles poëta Euripidē vincit. Ælianus lib. II, cap. VIII.	Ol. 91	338	333
4299 15 5 C	3569	415	*Trib. mil.* IV. *Archon Chabrias.* Diod. XIII. Belli 17. Athenienſium claſſis in Siciliam nauigat. Antequam proficiſcerentur, Hermæ noctu præciduntur. Ea res Alcibiadi crimini data. qui cùm in Siciliam veniſſet, inde ad cauſam dicendam euocatus, clam aufugit Spartam: & Lacedæmonios ad opem Syracuſiis ferendam incitat. Gylippus dux in Siciliam mittitur. Diod. XIII.	II	339	334
4300 16 6 B	3570	414	*Tribuni militum* IV. *Archon Piſander.* Diod. Belli 18. Volæ ab Æquis captæ: ſed à Poſtumio Regillenſi vno è IV Tribunis receptæ. Qui in Vrbem reuocatus ob ſeditionem, cùm dixiſſet: Malè militibus meis, niſi quieuerint, fremente exercitu, Quæſtore lapide icto, cùm ſæuire pergeret, lapidibus obruitur. Liu. 4. Syracuſæ ab Athenienſ. muro intercluſæ. Lamachus occiditur. Athenienſes in Græcia cum Argiuis Laconicam vaſtant. Ob id induciæ ſolutæ. Gylippo per Epipolas ingreſſo, Syracuſani murum ex aduerſo eius extruunt, quem Athenienſes excitarant. Nicias in ſummas anguſtias redactus Athenienſibus ſcribit, miſſionémque flagitat. Thucyd. VII.	III	340	335
4301 17 7 AG	3571	413	*M. Cornelius Coſſus.* *Archon Cleocritus.* Diod. XIII. *L. Furius Medullinus.* Belli 19. Quæſtio de Poſtumiana cæde inſtituta. Liu. 4. Lacedæmonij Deceliam occupant, quæ abeſt Athenis	IV	341	336 Dec. 4

120 ſtadia. Suppetiæ miſſæ Athenienſibus in Siciliam, Eurymedonte & Demoſthene ducibus. Fit nauale certamen, in quo victi Syracuſani. Sed tandem fuſi Athenienſes terra marique. cæſi Demoſthenes & Nicias. Eclipſis Lunæ contigit Auguſti XXVIII, feria IV, ineunte media nocte. Thucyd. VIII. Diod. Vide lib. X, cap. XXVII.

Poſt Siculam cladem deficiunt ab Athenienſibus Leſbij, Chij. Eubœenſes idem moliuntur. Tiſſaphernes, & Pharnabazus ſe ad Lacedæmonios adiungunt.

Diogenes Cynicus naſcitur, qui XC natus annos obiit eodem anno quo Alexander. Vide Laertium, & annum 4390.

4302 18 8 F | 3572 | 412 — Ol. 92 | 342 | 337

Q. Fabius Ambuſtus. *Archon Callias.* Diod.
C. Furius Pacilus. Belli 20.

Lacedæmonij cum Dario rege fœdus ineunt.

Athenienſes Chium obſident. Syracuſani Peloponneſiis auxilia ſubmittunt.

Alcibiades cum Athenienſium ducibus agit, vt reuocetur ab exilio, vtique Tiſſaphernes concilietur, atque oligarchia conſtituatur. Quod & Piſander obtinuit, Phrynicho duce, qui id impediebat, in ordinem redacto. Quadringenti ergo conſtituuntur, qui Reipubl. præſint. Alcibiades porrò à Lacedæmoniis tranſit ad Athenienſ. Thucyd. Diod.

Diocles Syracuſanis ſeueras leges conſtituit. Diod. XIII.

4303 19 9 E | 3573 | 411 — II | 343 | 338

M. Papirius. *Archon Theopompus.* Diod.
C. Nautius Rutilus. Belli 21.

Coſſ. induſtria fames ſubleuata. Siculi tyranni Romanis frumentum benignè ſuppeditant. Cumani Samnites repellunt. Liu. 4.

Quadringenti pro tyrannis ſe gerunt. Agis Lacedæm. rex Atticam vexat. Hyperbolus Athenienſis oſtraciſmo pulſus occiditur in Samo, conſpiratione contra populum à paucis facta. Sed mutata mox omnia. Athenis quadringenti in ordinem redacti: creatique V. M. quibus commiſſa Reſp. Victi ad Eubœam Athen. quæ & deficit. Mindarus Lacedæm. nauarchus claſſem Mileto in Helleſpontum traiicit, eluſis Athenienſibus. Thraſybulus, & Thraſyllus Mindarum vincunt inter Seſtum, & Abydum. Inde Cyzicum capiunt. Thucyd. & Diod. Hîc ille deſinit. Victus denuo Mindarus, & tertiò ad Cyzicum, vbi pugnans interiit. Xenoph. 1.

4304 20 10 D | 3574 | 410 — III | 344 | 339

M. Æmilius. *Archon Glaucippus.* Diod.
C. Valerius. Belli 22.

Egeſtani à Selinuntiis oppreſſi, &, quòd Athenienſes exciuiſſent, Syracuſanorum iram veriti ad Carthaginienſes confugiunt. Hannibal eò miſſus Amilcaris nepos, qui à Gelone ad Himeram occiſus erat, & Giſconis F. Selinuntij Syracuſanorum auxilium implorant. Diodorus XIII.

Chalcidenſes in Eubœa deſertis Atheniẽſibus cum Bœotis conſpirant, & fretum obſtruunt aggere ducto, relicto nauis vnius tranſitu.

Tentata pax à Lacedæmoniis: ſed fruſtrà. Diod. XIII.

Macedonum XIV Archelaus regnat annis XIV.

4305 21 11 CB | 3575 | 409 — IV | | 340 Dec. 3

Cn. Cornelius Coſſus. *Archon Diocles.* Diod.
L. Furius Medullus II. Belli 23.

Hoc primùm anno Quæſtores è plebe tres facti, cùm tres

Icilij Tribb. Pl. eſſent. Liu. 4.

Annibal Selinuntem capit, & diripit; cùm ante annos CCXLII condita fuiſſet. Himera quoque ſolo proſtrata ab eodem Hannibale anno CCXL quàm excitata fuerat. Hermocrates Syracuſanus exul collectis copiis contrà Pœnos ſtrenuè rem gerit. Lacedæmonij Pylum capiunt anno XV, quàm à Demoſthene munita fuerat. Theramenes Chalcedonem: Alcibiades Byzantium cepit. Diod. XIII.

4306 3576 408 TRIBB. *mil. tres patricij.* *Archon Euctemon.* Diod. Ol. 93 346 341

22 12 A — Belli 24.

Volſci ſuperati à P. Cornelio Coſſo Dictatore. Liu. 4.

Athen. Helleſponti vrbes expugnant, præter Abydum. Alcibiades Athenas reuerſus, ac magnificè exceptus eſt. Paulo pòſt adornata claſſe excurſiones facit. Lacedæm. Lyſandrum ducem conſtituunt: qui à Cyro Darij F. & in Aſiam miſſo adiutus eſt. Alcibiade abſente, Antiochus eius legatus infeliciter pugnat. Itaque Athenienſes denuò ſuccenſent, & tradito X ducibus exercitu illum fugere compellunt. Medi à Dario deficientes iterum ſubiiciuntur. Diod. XIII. Xenophon 2.

Hermocrates defunctorum ad Himeram Syracuſanorum oſſa Syracuſas mittit. Pòſt clam irrumpere conatus in foro cum ſuis occiditur. Erat in Hermocrateorum numero Dionyſius poſtea tyrannus, qui tùm ſauciatus eſt. Diod.

Plato Socrati nauat operam, natus annos XX. Diog.

4307 3577 407 *Trib. mil. omnes patricij.* *Archon Antigenes.* Diod. II 347 342

23 13 G — Belli 25.

Lyſandro Lacedæmonij Callicratidam ducem ſubrogant. Conon Athen. Imperator Mitylenen compellitur. Vrbem obſidet Callicratidas. Carthaginenſes nouam in Siciliam expeditionem ſuſcipiunt, in qua CXX M. numerata. Xenoph. at Ephorus CCC M. refert. Diod. XIII. Agrigentum paulo ante hibernum ſolſtitium captum. Id.

4308 3578 406 *Trib. mil.* IV. *Archon Callias.* Diod. III 348 343

24 14 F — Belli 26.

Volſci ſuperati. Anxur captum, ac direptum. Veientibus ſuperbè reſpondentibus bellum contra illos paratum. Liu. 4.

Athenienſes ad Arginuſas vincunt. Occiditur Callicratidas. Duces Athenienſium, quòd tempeſtate prohibiti naufragorum cadauera non ſuſtuliſſent, ſupplicio affecti. Xenoph. 2. Arginuſæ inſula eſt inter Mitylenē, & Aſiam.

Luna defecit: vt idem teſtatur Xenophon 2. Contigit Apr. XV, feria II, hora 8, 50′ à meridie. Vide lib. X, cap. XXVIII.

Templum Mineruæ Athenis conflagrauit. Xenophon 2.

Philiſtus hîc priorem hiſtoriæ partem deſiit; qui VII libris annos DCCC complexus eſt: tùm IV alios pertexuit. Diod. XIII.

Sophocles moritur annos natus XC, cùm decies & octies viciſſet. Vltima victoriæ lætitia hominem confecit. Diod. qui & ex Apollodoro Chronographo refert Euripidem eodem anno mortuum, natum annos LXXV. Euſeb. in Chron. Alij ſexennio poſt Euripidem mortuum volunt.

4309 3579 405 *Tribb. mil.* V. *Archon Alexias.* Diod. IV 349 344 Dec. 2

25 15 ED — Belli 27.

Veij obſeſſi. Liuius 4.

Per. Iul ✻ ☉	Mundi.	Ante Chr.		O-lymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			Currente adhuc anno tertio Olymp. Syracuſanorum duces ob cladem à Carthaginienſibus acceptam Dionyſius accuſare non deſtitit. qui cùm ex lege mulctaretur, Philiſtus hiſtoricus prædem ſe pro illo dedit. Dux inde cum aliis creatus, poſteà ſolus, eodem, quo Piſiſtratus, aſtu ſatellites, mox tyrannidem obtinet. Diod. xiii. Xenoph. 2. Lyſander cum Araco mittitur iuſſo ex illius arbitrio omnia facere. Athen. ad Ægos potamon victi, cùm Alcibiadis conſilium ſpreuiſſent. Athenas Lyſander obſidet. Xenophon 2. Darius hoc anno moritur. Succedit Artaxerxes filius ὁ μνήμων annis xl. Vide cap. xlix lib. x. Carthaginienſes Gelam obſident. cui ſubſidio veniens Dionyſius vincitur. Ideo Syracuſis fugit. milites ab eo deficiunt. Vxori eius illuditur. At ipſe nec opinatò ſubiens rebelles profligat. Carthaginienſes coacti cum illo pacem facere. Diod. xiii.			
4310 26 16 C	3580	404	*Trib. mil.* vi. *Archon Pythodorus.* Belli 28. Hoc anno cœpit xxviii belli Peloponneſiaci, quo ineunte terminatur, Athenis à Lyſandro captis poſt vi menſium obſidionem; Munychionis xvi, hoc eſt, Aprilis circiter xviii. Cùm Thebani diruendam cenſerent, ſeruari placuit. Triginta tyranni conſtituti; quos inter Theramenes: qui moderatior cæteris paulo pòſt occiditur. Solis defectio, vt ait Xenophon, accidit Septembris iii, feria vi, hora 9, 12′. Tenuit itaque bellum illud annos xxvii, menſes vi. Vide lib. x, cap. xxviii. Muri Piræei à Themiſtocle extructi diruuntur. Pauſan. Att. pag. 2. Dionyſius contra Siculos bellum ſuſcipit. Deficiunt ab eo Syracuſani. Sed illius calliditate compeſcuntur. Lacedæmonij illum adiuuant. Alcibiades hoc anno moritur. Sed & Democritus annos natus xc. Diod. xiii.	Ol. 94	350	345
4311 27 17 B	3581	403	*Trib. mil.* viii. *Athenis Anarchia fuit.* Diod. xiv. Veij acrius obſeſſi, & hiems ſub pellibus acta. Equites equo merere cœperunt. Liu. lib. v. Clearchus à Lacedæmoniis miſſus Byzantiorum tyrannidem occupat. Pulſus inde confugit ad Cyrum. Lyſander Heraclidis regnum abrogare contendit. ſed fruſtrà. Diod. xiv.	ii	351	346
4312 28 18 A	3582	402	*Trib. mil.* vi. *Archon Euclides.* Diod. Dionyſius in Carthaginienſes bellum meditatur. Diod. xiv.	iii	352	347
4313 1 19 GF	3583	401	*Trib. mil.* vi. *Archon Xenænetus.* Diog. in Xenoph. Hi Kalend. Octobr. ineunt. Cyrus in fratrem Artaxerxem bellum comparat, Lacedæmoniis auxiliantibus. Cæſus idem in prœlio. Græci ad 5000 redacti ex 10000 per Armeniam, & Paphlagoniam redeunt duce Xenophonte. Diod. xiv. Thraſybulus occupata Phyle, xxx tyrannos deiicit. Democratiam Athenis Pauſanias reſtituit. Spartani Græcia tota Meſſenios exterminant. Diod.	iv	353	348 Dec. 1
4314 2 1 E	3584	400	*Trib. mil.* vi. *Archon Laches.* Diod. Anxur in Volſcis receptum. Liu. v.	Ol. 95	354	349

Pharnabazus Aſiæ præficitur. Tiſſaphernis gratiam ambiunt omnes. Huic Lacedæmonij à Græcis in Aſia ciuitatibus exorati denunciant, vti Græcos liberos relinquat. At ille Cumas obſidet, ſed fruſtrà. Lacedæmonij Thimbronem mittunt: qui Magneſiam expugnat. Diodorus XIV.

Græcorũ, qui Cyro auxiliares fuerant, reliquiæ in Byzantium veniunt; & ne oppidum diriperent Xenophontis oratione perſuadentur. Chion Epiſt. ad Matridem.

Socrates hoc anno moritur. Diog. Euſeb. Annum agebat LXX.

4315 3 D 2 | 3585 | 399 — *Trib. mil.* V. *Archon Ariſtocrates*. Diod. — II | 355 | 350

Peſtilentiæ cauſa ex Sibyllinis libris lectiſternia tum primùm inſtituta. Liu. 5.

Dercyllidas Lacedæm. dux cum Pharnabazo contra Tiſſaphernem conſpirans Aſiæ vrbes libertati reſtituit. Conon, qui apud Euagoram Cypri regem erat, claſſi à Pharnabazo præficitur.

Rhegini cum Dionyſio bellum, mox pacem faciunt. Ille contra Pœnos bellum apparat. Penteres Syracuſis primùm facta. Diod. XIV.

4316 4 C 3 | 3586 | 398 — TRIBB. *mil.* VI. *Archon Ithycles*. Diod. — III | 356 | 351

Prodigia Romæ multa. inter quæ fuit id memorabile, quod Albanus lacus intumuit. quod fatale Veiis capiendis eſſe docuit aruſpex Veiens. Romani ad Delphicum oraculum mittunt. Liu. V.

Dionyſius Meſſenios, & Rheginos ſibi conciliat. Doridem Xeneti Locrenſis filiam ducit: nec non Ariſtomacham Syracuſanam. tùm Syracuſanos ad bellum aduerſus Pœnos hortatur. Hi diriſſimè vexantur à Siculis, & moderatoires eſſe incipiunt. Diod. XIV.

Cteſias hîc hiſtoriam deſinit. Floruierunt hoc tempore Philoxenus Cythereius, Timotheus Phliaſius, Teleſtes Selinuntius Dithyrambici. Diod.

Dercyllidæ prorogatur imperium. Id.

4317 5 BA 4 | 3587 | 397 — TRIB. *mil.* VI. *Archon Lyſiades*. Diod. — IV | 357 | 352 Nou. 30.

Romani oraculi monitu lacum Albanum egerunt. Liu. V.

Dionyſius Carthaginienſibus indicit bellum. Motyam oppugnat. Imilco Dionyſij naues inuadens depellitur. Diod. XIV.

4318 6 G 5 | 3588 | 396 — TRIB. *mil.* V. *Archon Phormio*. Diod. — Ol. 96 | 358 | 353

Dictator creatus M. Furius Camillus Veios expugnat. Ingens præda parta. Pax Volſcis, & Æquis data. Liu. V.

Carthaginienſes Imilcone duce bello acrius inſtant: Erycen, & Motyam capiunt. mox & Meſſanam. Syracuſas obſident. A Dionyſio Siculi deficiunt: qui & nauali prælio vincitur. Verſa deinde fortuna, cum Imilco templa prædaretur, à Syracuſanis nauali certamine ſuperatur. qui ex eo ferociores facti ne libertatem reciperent, à Lacedæmoniis prohibentur. Peſtilentia Pœnos infeſtat. cuius occaſione Dionyſius terra illos, marique profligat.

Ageſilaus cum Nephreo Ægypti rege ſocietatem facit. Perſas vincit. Tiſſapherni ſucceſſor datus eſt Tithrauſtes. Occiſo ab rege Tiſſapherne, pax cum Lacedæm. inita. Bœoticum inde bellum exoritur; cùm Phocenſes à Thebanis oppreſſi Lacedæmoniorũ opem implorassent. Diod. XIV. Xenophon ait à Tithrauſte Thebanos eſſe ſolicitatos: qui & Athenienſes ſibi ſocios adiunxerunt.

Macedonum XIII Oreſtes regnat annis III. Dexippus.

Per. Iul ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4319 7 6 F	3589	395	Trib. *mil.* vi. *Archon Diophantus.* Diod. Auro à matronis contributo dona Apollini dicata. De re agraria, déque migrando Veios altercatio grauis incidit. Liu. v. Bœoti, Athenienſes, Corinthij, Argiui contra Lacedæmonios fœdus ineunt, & in Theſſalia, aliiſque locis rem ex ſententia gerunt. Ageſilaus reuocatur. Cum Bœotis ancipiti exitu pugnat Ageſilaus. Maris dominatu excidunt Lacedæmonij. Theopompus hîc deſinit annorum xvii hiſtoriam ab eo anno, vbi deſiit Thucydides. Diod. xiv.	II	359	354
4320 8 7 E	3590	394	Trib. *mil.* vi. *Archon Eubulides.* Diod. Faliſci Camilli iuſtitia permoti deditionẽ faciunt. Liu. v. Bellum Corinthium cœpit, ex eo conflatum, quod Corinthiorum exules in ſeditione pulſi non reſtituerentur. Tenuit annos viii. Lacedæmonij exulibus: Athenienſes & Bœoti oppidanis fauebant. Diod. xiv. Pauſanias rex Lacedæm. exulat, cùm regnaſſet annos xiv. ſuccedit eius filius Ageſipolis annis totidem. Conon Perſarum dux nauali certamine Lacedæmonios vincit ad Gnidum: quo tempore Sol defecit Auguſti xiv. Xenop. lib. iv.	III	360	355
4321 9 8 D C	3591	393	Coss. *creati poſt annum* xv. *L. Lucretius Flauus.* *Archon Arches.* Diod. *Ser. Sulpicius Camerinus.* Mago Carthaginienſis Meſſanam obſidet, & à Dionyſio vincitur. Rheginos aggreditur fruſtra Dionyſius. Græci Itali contra eundem conſpirant. Diod. xiv. Conon muros in Piræeo excitat. Pauſ. Att. pag. 2. Argiui Corinthum occupant. Iphicrates in ordinem redactus. Chabrias ſubſtitutus. Diod. Archelaus Maced. rex iterum regnat annis iv.	IV	361	356 Nou. 29.
4322 10 9 B	3592	392	*L. Valerius Potitus.* *Archon Philocles.* *M. Manlius, qui poſteà Capitolinus.* Diod. Ludi magni Romæ facti. Valerius de Volſcis triumphauit. Manlius ouans vrbem ingreſſus. Cum Volſinienſibus nouum bellum initum. Liu. v. Thraſybulus Athen. Leſbi vrbes expugnat. Therimachum Lacedæm. ducem vincit, & occidit. Mago in Siciliam profectus à Dionyſio in eas anguſtias redigitur, vt paciſci coactus ſit. Diod. xiv.	Ol. 97	362	357
4323 11 10 A	3593	391	Trib. *mil.* vi. *inierunt Kal. Quint.* *Archon Nicoteles.* Diod. Galli Cluſinos obſident; qui Romanorum fidem implorant. Hi legatos tres Fabios mittunt. qui cùm in acie conſpecti eſſent, Galli omiſſo Cluſio Romam contendunt. Liu. v. Rhodij ad Lacedæm. deficiunt. qui denuo maris imperium vſurpant. Ageſilaus Argolidem vaſtat. Euagoras recuperat Cyprum. contra quem Artaxerxes bellum parat. Diod. xiv.	II	363	358
4324 12 11 G	3594	390	Trib. *mil.* vi. *Archon Demoſtratus.* Diod. Galli Vrbem occupant victis ad Alliam Romanis. Capitolium ab iiſdem Gallis obſeſſum. Camillus cum Ardeatibus palantes barbaros fundit. Inde Dictator factus patriam liberat: Romanos migrare Veios cupientes reprimit. Liu. v. Thimbro Lacedæm. dux à Perſis in acie cæditur. Thraſybulus Athen. dux ab Aſpendiis occiſus. Diod. xiv.	III	364	359

Per. Iul ✳ ⊙	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4325 13 12 FE	3595	389	TRIB. *mil.* VI. *Archon Antipater.* Diod. Romæ leges inſtauratæ. Camillus Dictator Volſcos ad deditionem compellit anno LXX quàm bellum mouerant. Hetruſcos deinde vincit. Liu. V. Dionyſius in Italos expeditionem agit; & vincit. Rhegio potitur. Diod. XIV.	IV	365	360 Nou. 28.
4326 14 13 D	3596	388	TRIB. *mil.* VI. *Archon Pyrrhio.* Diod. Capitolium quadrato ſaxo conſtratum. Liu. VI. Dionyſius Hipponiatas transfert Syracuſas, & eorum agrum Locris attribuit. Rhegium obſidet violata pace. Ad Olympicos agonas quadrigas, & tentoria mittit; nec non poëmata, cum Rhapſodis præſtantiſſimis. qui ludibrio habiti. Lyſias tum Olympiadicam habuit ita inſcriptam orationem, qua in tyrannum inuectus eſt. Diod. XIV.	Ol. 98	366	361
4327 15 14 C	3597	387	TRIB. *milit.* VI. *Archon Theodotus.* Diod. Lacedæmonii per Antalcidam ducem pacem cum Perſis ignominioſam faciunt: ea conditione, vt Græcæ in Aſia ciuitates regi ſubiicerentur. Hanc tamen pacem laudat Xenophon. Rhegini fame oppreſſi Dionyſio ſeſe dedunt, & ab eo crudeliſſimè tractantur. Diodorus XIV. Calliſthenes Græcam hiſtoriam ab Antalcidæ pace ad XL annos perduxit, nempe ad Delphicum templum à Phocenſibus occupatum. Diod. Eudoxus Cnidius circa hoc tempus claruit. Vide lib. II, cap. VI.	II	367	362
4328 16 15 B	3598	386	TRIB. *mil.* VI. *Archon Myſtichides.* Diod. XV. Artaxerxes contra Euagoram bellum mouet. qui ab Ægyptiis, & aliunde ſubſidia comparat. Lacedæmonii fœdus violant, quo liberas ciuitates relinquere oportebat. Mantineam aggrediuntur. Dionyſii poëmata Philoxenus contemnit. Diod. XV.	III	368	363
4329 17 16 AG	3599	385	TRIB. *mil.* IV. *Archon Dexitheus.* M. Manlius Capitolinus Camillo inuidens popularem ſe facit, æréque oppreſſos alieno liberat. Dictator ob id creatus A. Cornelius Coſſus. qui Manlium in vincula coniicit. Sed mox inde liberatur. Liu. VI. Teribazus contra Euagoram belli dux ab Oronte apud regem accuſatus abſoluitur. Interim Orontes ei ſuffectus cum Euagora transigit, ac totam illi relinquit inſulam. Ita Cypriacum bellum biennio deſiit; quod annorum decem ſpatio paratum erat. Diod. XV. Dionyſius Epiro imminens vrbes in Adratico ſinu extruit: vt inter alias Liſſum. Lacedæmonij Moloſſis ab Illyricis, & Dionyſio vexatis opem ferunt. Diod. XV.	IV	369	364 Nou. 27.
4330 18 17 F	3600	384	TRIB. *mil.* VI. *Archon Diotrephes.* Diod. M. Manlius de ſaxo Tarpeio deiicitur. Liu. VI. Dionyſius ad Punicum bellum ſe comparans Agyllæ in Ethruria tenplum diripit. Diod. XV. Naſcitur hoc anno Ariſtoteles. Apollodorus apud Diog.	Ol. 99	370	365
4331 19 18 E	3601	383	TRIB. *mil.* VI. *Archon Phanoſtratus.* Diod. Punicum bellum à Dionyſio ſuſceptum euentu vario: quem pax conſecuta. Leptines eius frater in acie cecidit. Lacedæmonij Græcas ciuitates ſibi ſubiicere moliuntur. Amyntas Maced. rex. qui Olynthiis agri partem dederat, recuperare res ſuas volens Lacedæmon. opem aduocat. Diod. XV.	II	371	366

Per. Iul ☼ ☉	Mundi	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			Eclipſis Lunæ parua Thoth XXVII, id eſt Dec. XXIII, feria 3, hora 6,30'. Ptolem. lib. IV, pag. 105.			
4332 20 19 D	3602	382	TRIB. *mil.* V. *Archon Menander*. Diod. Phœbidas à Lacedæm. contra Olynthios miſſus Cadmeam Thebarum arcem occupat. Olynthij Lacedæm. vincunt occiſo Teleutia duce. Diod. XV. Altera Lunæ defectio eodem anno Nabon. 366. Phamenoth. XXIV, ſiue Iunij XVIII, feria 5. Ptolem. ibid. Rurſus eclipſis Lunæ eodem anno Iuliano, ſed Nabon. 367, Thoth 16, ſiue Dec. 12, feria 7, hora poſt meridiem 10,10': ac tota defecit. Ptolem. ibid.	III	372	367
4333 21 1 CB	3603	381	TRIB. *mil.* VI. *Archon Demophilus*. Diod. Camillus Trib. mil. cum L. Furio collega contra Volſcos profectus rem collegæ temeritate prolapſam reſtituit. Volſcos vincit: & aduerſus Tuſculanos poſteà miſſus eundem ſibi collegam dari petiit. Sed Tuſculi pacata omnia reperta. Ius etiam ciuitatis ei datum. Liu. VI.	IV	373	368 Nou. 26.
4334 22 2 A	3604	380	TRIB. *mil.* VI. *Archon Pytheas*. Diod. Præneſtini ſuperati. expugnatæ Velitræ. Liu. VI. Ageſipolis à Lacedæm. contra Olynthios miſſus moritur, cùm regnaſſet annos XIV. Succedit Cleombrotus annis IX. Polybidas Olynthios Lacedæmoniis ſubiicit. Ita potentiſſimi Lacedæm. facti ſunt. Diod. XV, & Xenoph. Maced. XVIII Amyntas annis XVIII.	Ol. 100	374	369
4335 23 3 G	3605	379	TRIB. *mil.* VI. *Archon Nicon*. Diod. XV. Romani à Volſcis ducum temeritate victi. Liu. VI. Carthagin. In Italia bellum gerunt, & Hipponiatas reſtituunt. Sardiniam recuperant. Lybias, qui defecerant, ſibi ſubiiciunt. Diod. XV.	II	375	370
4336 24 4 F	3606	378	TRIB. *mil.* VI. *Archon Nauſinicus*. Diod. Bœoticum bellum hoc anno cœptum. Thebani Athenienſium ope Cadmeam recuperant. Diod. XV. Xenoph. V. Plut. Pelop. Romani colonos in Sardiniam mittunt. Diod. XV.	III	376	371
4337 25 5 ED	3607	377	TRIB. *mil.* VI. *Archon Callias*. Diod. Tres exercitus in Volſcos ducti. Antiates ſe dedunt. M. Fabius, qui filiarum alteram C. Licinio Stoloni plebeio collocarat, hortatur ipſum, vt cùm Trib. Pl. creatus eſſet, legem de Conſule plebeio altero faciendo rogaret; tùm de agri modo. Liu. VI. Græcæ ciuitates contra Lacedæm. conſpirant, & Athenienſes duces eligunt. Illi in Eubœam expeditionem agunt. Ageſilaus in Bœotiam ducit. Sed Thebani prudenter cunctantur, duce Chabria. Phœbidas ad Theſpias occumbit. Naualis ad Naxum pugna, qua Chabrias Pollidem vincit. Diod. XV.	IV	377	372 Nou. 25.
4338 26 6 C	3608	376	*Nulli curules Magiſtratus fuerunt.* *Archon Chariander*. Diod. C. Licinius Stolo, & L. Sextius Trib. pl. cùm leges tres anno ſuperiore promulgaſſent: de ære alieno: de Conſule altero è plebe creando: de agri modo: intercedentibus collegis, curulium Magiſtratuum comitia fieri vetuerunt. Itaque ἀναρχία fuit. Liu. VI. Diod. XV. Chabrias Abderitis contra Triballos auxilium ferens, dolo perimitur. Succedit Timotheus, qui celebri ad Leucadem prælio nauali Lacedæm. vincit. Diod.	Ol. 101	378	373
4339 27 7 B	3609	375	*Anarchia Romæ.* *Archon Hippodamus*. Diod. Artaxerxes in Ægyptum bellum mouens prius Græcos	II	379	374

inter ſe pacificare ſtudet, ea conditione, vti Græciæ ciuitates omnes ſuis legibus vtantur, præſidiiſque careant. Soli Thebani lege vti noluerunt Epaminondæ ſuaſu. Exinde tota Peloponneſo ſeditiones in ciuitatibus exortæ. Diod. xv.

[Per. Iul. 4340, 28, 8, A | Mundi 3610 | Ante Chr. 374 | Olymp. III | Vrbis cond. 380 | Æra Nab. 375]

Anarchia Romæ. *Archon Socratides.* Diod.

Perſarum in Ægyptum expeditio duce Pharnabazo & Iphicrate, illius cunctatione irrita fuit. Noui tumultus in Græcia Lacedæmonios inter & Athenienſes. Quin & Thebani contra Athenienſes bellum gerunt, & Platæas euertunt. Athenienſes ad Corcyram nauali prælio Lacedæm. vincunt. Euagoras rex Cypri à Nicocle cæſus. Diod. xv.

[Per. Iul. 4341, 1, 9, G F | Mundi 3611 | Ante Chr. 373 | Olymp. IV | Vrbis cond. 381 | Æra Nab. 376 Nou. 24.]

Anarchia Romæ. *Archon Aſtius.* Diod.

Ingentes terræ motus in Peloponneſo. Elice & Bura pereunt. Diod. lib. xv.

[Per. Iul. 4342, 2, 10, E | Mundi 3612 | Ante Chr. 372 | Olymp. Ol. 102 | Vrbis cond. 382 | Æra Nab. 377]

Anarchia Romæ. *Archon Aciſthenes.* Diod.

Hoc anno rurſus Artaxerxes Græcos ad pacem hortatur. Thebani detrectant. Lacedæmonij bellum in eos apparant. Diod. xv.

[Per. Iul. 4343, 3, 11, D | Mundi 3613 | Ante Chr. 371 | Olymp. II | Vrbis cond. 383 | Æra Nab. 378]

TRIB. *mil.* VI. *Archon Phraſiclides.* Diod.

Permiſere tandem C. Licinius, & Sextius Trib. pl. creari curules Magiſtratus, quod Veliterni coloni Thuſculum oppugnaſſent. Velitræ obſeſſæ. Liu. VI.

Lacedæmonij ad Leuctra Bœotiæ Cleombroto duce ab Epaminonda plures à paucioribus victi. Cleombrotus occiditur. Diod xv. Vide lib. x, cap. XXXI.

[Per. Iul. 4344, 4, 12, C | Mundi 3614 | Ante Chr. 370 | Olymp. III | Vrbis cond. 384 | Æra Nab. 379]

TRIB. *mil.* VI. *Archon Dyſnicetus.* Diod.

Iaſon Pheræorum tyrannus multa præclarè gerit: ac demum per inſidias obtruncatur, inſtantibus Pythiis. Xenoph. VI. Ἑλλην. In Argiuorũ vrbe cruenta ſeditio. Arcades in vnum corpus redacti. Ageſipolis Lacedæm. rex moritur vno anno completo. Succedit Cleomenes annis 34. Diod. xv.

[Per. Iul. 4345, 5, 13, B A | Mundi 3615 | Ante Chr. 369 | Olymp. IV | Vrbis cond. 385 | Æra Nab. 380 Nou. 23.]

TRIB. *mil.* VI. *Archon Lyſiſtratus.* Diod.

Polydorus Pheræorum tyrannus ab Alexandro fratre ſublatus, qui regnat poſt illum annis XI.

Lacedæmonij ab Arcadibus victi. Thebani in Laconicam excurrunt, & Spartam obſident. Lacedæmonij Athenienſium auxilium implorant. Epaminondas Meſſanam inſtaurat. Rurſus idem in Laconicam irruit, & Lacedæmoniis, atque Athenienſibus, qui aditum prohibebant, perruptis, in interiora penetrat. Euphron Sicyonis tyrannidem inuadit. Diod. xv.

Amyntas Macedonum rex moritur, relictis liberis IV, Alexandro, Ptolemæo, Perdicca, Philippo. Succedit Alexander anno I. Cum hoc Pelopidas Thebanus ſocietatem iniit. Diod.

[Per. Iul. 4346, 6, 14, G | Mundi 3616 | Ante Chr. 368 | Olymp. Ol. 103 | Vrbis cond. 386 | Æra Nab. 381]

Archon Nauſigenes. Diod.

Trib. militum nulli. ſed Dictator Camillus, paulo pòſt ſe abdicat. Itaque videtur interregnum fuiſſe.

Ptolemæus Alorites occiſo Alexandro regnat annis IV. Euſeb. & Dexippus. Pelopidas cum Iſmenia captus ab Alexandro Pheræo. à quo & Thebani victi. In hac calamitate qui in acie priuatus erat Epaminondas dux eſt à Bœotarchis electus, & exercitum ſeruat.

Lacedæmonij incruentam de Arcadibus victoriam reportant, cæſis Arcadum XM, nullo ſuorum deſiderato. Poſt hanc cladem Arcades Megalopolim condunt.

Dionyſius in Pœnos bellum mouet. Inde cum Lenæis ludis victorem ſe ab Athenienſibus pronunciatum audiſſet, crapulæ ſe dedens moritur, cùm regnaſſet annos XXXVIII. Diod. XV.

Ariſtoteles natus annos XVII audire Platonem cœpit, eique annos XX operam dedit.

4347 7 15 F | 3617 | 367 — II | 387 | 382

Trib. *milit.* VI. *Archon Polyzelus.*

Camillus Dictator V Gallos in Albano agro cecidit.

Ingenti ſeditione peruicit plebs, vt Conſul alter è plebe fieret, permiſſúſque nobilitati Prætor vnus, qui ius in Vrbe diceret.

Ædiles quoque curules creati. Liu. VI.

Epaminondas in Peloponneſum excurrit. Pelopidas à Thebanis recipitur. Chares dux Athen. Phliaſios ab Achæis obſeſſos liberat. Diod. XV.

4348 8 16 E | 3618 | 366 — III | 388 | 383

Coss. *L. Sextius.* *L. Æmilius Mamercus.* *Archon Cephiſodorus.* Diod. XV.

Sextius è plebe primus Conſul. Liu. VII.

Bœoticum bellum poſt annos V à Leuctrico deſiit, Perſarum rege conciliatore. Diod. XV.

Hoc anno mortuo Artaxerxe Mnemone regnat Ochus annis XXVI ſecundum Euſebium.

4349 9 17 D C | 3619 | 365 — IV | 389 | 384 Nou. 22.

L. Genucius. *Q. Seruilius.* *Archon Chion.* Diod.

Camillus moritur. Liu. VII.

Arcades ope Athenienſium Eleos vincunt. Diod. XV.

Perdiccas XXI Maced. rex occiſo Ptolemæo Alorite regnat annis VI. Dexippus.

4350 10 18 B | 3620 | 364 — Ol. 104 | 390 | 385

C. Sulpicius Peticus. *C. Licinius Stolo.* *Archon Timocrates.* Diod.

Hanc Olympiadem Piſatæ excluſis Eleis adminiſtrarunt. Ideo Elei hanc expungunt è numero, & ἀναλυμπιάδα nominant.

Epaminondas author eſt ſuis, vt maris imperium capeſſant. Pelopidas cum Theſſalis aduerſus Alexandrum Pheræum pugnans in acie victor occubuit. Alexander cæteras vrbes relinquere, ac Pheris cõtẽtus eſſe cogitur. Diod. XV.

Clearchus Heracleæ tyrannidem obtinet annis XII. Chion ad Matridem meminit.

Timotheus Toronen, & Potidæam capit. Cyzicenos obſidione liberat. Diod. XV.

4351 11 19 A | 3621 | 363 — II | 391 | 386

C. Genucius. *L. Æmilius Mamercus.* *Archon Chariclides.* Diod.

Arcendæ peſtilentiæ cauſa Dictator clauo pangendo creatus L. Manlius Imperioſus. Liu. VII.

Seditio inter Arcades fuit; aliis pacem cum Elidenſibus facere ſtudentibus; Mantineenſibus verò recuſantibus. Illi Thebanos in auxilium vocant; hi Athenienſes, & Lacedæmonios.

Epaminondas Spartam abſente Agide occupare volens ab Ageſilao repellitur. Mantinea quoque Athenienſes illum arcent. Pugna ad Mantineam cum Lacedæmoniis, & Arcadibus, in qua vicere Thebani; ſed Epaminondas ex vulnere obiit. Diod. XV. Xenoph. lib. VII. Ἑλλην. qui hîc deſiit.

4352 12 1 G | 3622 | 362 — III | 392 | 387

Q. Seruilius Ahala. *L. Genucius.* *Archon Molio.* Diod.

L. Manlius filium ſuum T. Manlium rus ablegarat. M.

Pomponius

Pomponius Trib. Pl. diem L. Manlio dixit. T. Manlius Romam ad Trib. Pl. veniens ſtricto pugione cogit ad eiurandam accuſationem. quę res ei fauorem auxit in plebem. Eodem anno M. Curtius armatus in voraginem deſilit. Bellum inde cum Hernicis; quo plebeius Conſul Genucius occiditur cum exercitu. Appius Dictator creatus. Fugantur Hernici. Liuius VII.

Aſię Satrapę à rege deficiũt, & Tachos Ægypti rex adiũctis Lacedæmoniis. Sed Orontes Myſiæ Satrapa illos prodidit.

Ageſilaus Tachonis pedeſtribus copiis præfectus; Chabrias naualibus. Nectenebos Tachonis F. à patre defecit: qui ad Perſarum regem accedens veniam impetrat.

Ageſilaus cum Tachone obſeſſus eruptione facta hoſtes ſuperat. Rediens per Cyrenaicam, ibi moritur.

Diodorus hoc anno Artaxerxem Mnemonem obiiſſe refert: cui & annos imputat XLIII. At Euſebius, & alij XL. Vide caput XXIX, lib. X. Nec diffitendum eſt hanc probabilem eſſe ſententiam: ſecundum quam Ochus regnauit annos XXIII, qui hoc anno cœpit. Diod. XV.

4353 13 2 FE | 3623 | 361 — *C. Sulpitius* II. — *Archon Nicophemus.* — IV¹ | 393 | 388 Nou: 21.
C. Licinius. — Diod.

Tiburtibus bellum indictum. Cum Gallis quoque pugnatum.

Quo in prælio T. Manlius Imperioſi F. Gallo in ponte ad Anienem cæſo torquem detraxit, indéque Torquati cognomen habuit. Galli in Tiburtem agrum: inde in Campaniam fugiunt. Liu. VII.

Alexander Pheræus Cycladas populatur: Athenienſes vincit. Diod. XV.

4354 14 3 D | 3624 | 360 — *C. Pœtelius Balbus.* — *Archon Callimedes.* — Ol. 105 | 394 | 389
M. Fabius Ambuſtus. — Diod. XVI.

Dictator Gallici tumultus cauſa Q. Seruilius Ahala. Pugnatum haud procul porta Collina totis viribus. Magna vtrimque cæde editâ auertitur acies Gallorum. Pœtelius Tiburtes fugat. Ob id triumphat. Liu. VII. Polyb. lib. II, pag. 106 ſcribit anno XXX ab Vrbe capta Gallos ad Albam caſtra poſuiſſe, neque Romanos, quod imparati eſſent, obuiam auſos progredi.

4355 15 4 C | 3625 | 359 — *M. Popilius Lænas.* — *Archon Euchariſtus.* — II | 395 | 390
Cn. Manlius Imperioſus. — Dion.

Tiburtes primo noctis ſilentio Vrbem aggreſſi repelluntur. Liu. VII.

Perdiccas ab Illyriis occiditur. Philippus eius frater Amyntæ F. ſuccedit annis XXIV. Athenienſes vincit ad Methonen.

Ab hoc anno Theopompus libros LVIII de Philippo exorſus eſt. Philippus pace deinde cum Athen. inita, & Amphipoli reddita Pæones ſibi ſubiicit: Illyricos vincit.

Dionyſius iunior pace conſtituta, otio ſe tradit. Duas in Apulia vrbes condidit. Diod. XVI.

Ochus ex Ægypto ingentem Iudæorum multitudinem in Hyrcaniam transtulit. Euſ.

Xenophon obiit Corinthi Callidemide Archonte, & Philippo Amyntæ F. regnante. Steſicles apud Diog. in Xenophonte.

4356 16 5 B | 3626 | 358 — *C. Fabius.* — *Archon Cephiſodotus.* — III | 396 | 391
C. Plautius. — Diod.

Tarquinienſibus bellum indicitur. Contra Gallos Dicta-

tor creatus C. Sulpitius, qui ingenti acie illos ſuperat, ac triumphat. Hernici à Plautio victi. Fabius incautè pugnãs à Tarquinienſibus vincitur. CCCVII milites ab hoſtibus immolati. Lex Petilia de ambitu à Petilio Trib. pl. lata. Duæ tribus additæ, Promptina & Publicia. Liu. VII.

Dio Hipparini filius Corinthios contra Dionyſium ſolicitat, & vires comparat ad opprimendam tyrannidem. Andromachus Timæi Hiſtorici pater Tauromenium in Tauro monte, qui Naxo imminet, in Sicilia condidit.

Byzantij, Rhodij, Coi, Chij cum Mauſolo Cariæ principe contra Athenienſes ſocietatem ineunt. Chabrias in pugna cæſus. Hoc bellum Sociale dictum.

Philippus Amphipolim capit; Pydnam, & Potidæam Olynthiis attribuit. Crenidas vrbem Philippos vocat: vbi & aurifodinas excolit; ex quibus M talenta colligit annua. Diod. XVI.

Democritus Philoſophus moritur anno ætatis CIX. Diog. Laërt.

4357 / 17 6 / A G | 3627 | 357 | IV | 397 | 392 Nou. 20.

M. Marcius. — *Archon Agathocles.*
Cn. Manlius. — Diod.

Faliſcis indictum bellum. Priuernates à Marcio victi. Vrbs in deditionem accepta. Liu. VII.

Dio duabus onerariis inſtructus in Siciliam nauigat, & Dionyſium deiicit; qui longas naues CCCC, peditum CM, equitum XM habebat. Aberat Dionyſius cùm appulit Dio. Veniens à Syracuſanis vincitur: & pacem à Dione fruſtrà petit. Diod. Alexander Pheræus ab vxore Thiſbe necatur à duobus adiuta fratribus, Lycophrone, & Tiſiphono: qui tyrannidem inuadentes à Philippo poſtea pulſi ſunt. quæ res ei Theſſalos conciliauit. Diod. XVI.

Hoc anno Agathocle Archonte Delphicum templum à Phocenſibus occupatum refert Pauſanias Phocicis pag. 318. Diodorus poſt biennium Lib. XVI.

4358 / 18 7 / F | 3628 | 356 | Ol. 106 | 398 | 393

M. Fabius Ambuſtus II. — *Archon Elpinus.*
M. Popilius Lanas. — Diod.

Faliſci & Tarquinienſes cùm ad terrorem ſacerdotes cum facibus & anguibus præmiſiſſent, à Fabio fuſi. Hetruſcis nibus cum Faliſcis conſpirantibus Dictator creatus eſt C. Marcius Rutilius primus è plebe. Cæſis hoſtibus triumphauit ſine Patrum authoritate. Liu. VII.

Promiſcua multitudo in Lucania Bruttiorum nomine regionem occupat, quæ Bruttia dicta.

Philiſtus Dionyſij dux Syracuſis pellitur. móxque à Syracuſanis nauali prælio victus ſemetipſum interficit. Dionyſius variis tentatis conditionibus arcem dedere vult, ſi cum mercenariis, & opibus ſuis in Italiam traiicere liceat. Syracuſani contra Dionis voluntatem detrectant. Ideo præſidio in arce relicto in Italiam nauigat. Syracuſani contra Dionem & mercenarios pugnantes vincuntur. Dionyſiani eruptione facta oppidanos infeſtant. Ideo reuocatus Dio maturè ſubuenit.

In Græcia ſociale bellum flagrat. Athenienſium duces erant tres, Chares, Timotheus, Iphicrates. Chares collegas inſimulat: qui in ordinem redacti. Idem Pharnabazum à Perſa rege deficientem adiuuat, cum eóque illius vincit exercitum. Sed expoſtulante cum Athenienſibus Perſa-

rum rege, veriti illi ſociale bellum quarto, quàm initum fuerat, anno terminant.

Philippus reges tres, Thraciæ, Pæonum, Illyriorum ſibi ſubiugat.

Natus eſt Alexander M. vt ait Diod. XVI, Hecatõbæonis VI. qua die templum Dianæ conflagrauit. Plut. Alexãdro.

4359 19 8 E | 3629 | 355 | Olymp. II | 399 | 394

C. Sulpitius Peticus III. *Archon Calliſtratus.*
M. Valerius Poplicola. Diod.

Liuius hunc annum ab Vrbe condita CCCC vocat, & XXXV poſtquam Vrbs è Gallis erepta. lib. VII.

Bellum ſacrum hoc anno Diodorus inchoat. quod inde originem habuit. Amphictyones, Lacedæmonios, & Phocenſes mulctauerant: illos, quod Cadmeam inuaſiſſent: hos verò quod agri ſacri nonnihil occuparent. Philomelus Phocenſibus ſuis perſuadet, vt Delphicum templum inuadant, ac diripiant. Primo congreſſu Locros fundit. Athenienſes, & Lacedæmonios adiungit ſibi. Diod. XVI.

4360 20 9 D | 3630 | 354 | Olymp. III | 400 | 395

M. Fabius Ambuſtus III. *Archon Diotimus.*
T. Quintius. Diod.

Ambo Coſſ. patricij, nequicquam renitente plebe.

Tiburtes in deditionem accepti. In Tarquinienſes ſæuitum.

Fœdus cum Samnitibus primò percuſſum. Liu. VII.

Phocenſes à Thebanis, & Locris ſuperantur. Philomelus ſeſe præcipitat. Diod. XVI. & Pauſan. Phoc.

Dio à Zacynthiis mercenariis iugulatur. Succedit Calippus vnus ex coniuratis, & XIII menſibus præeſt. Diod. XVI. Plut.

4361 21 10 CB | 3631 | 353 | Olymp. IV | 401 | 396 Nou. 19.

C. Sulpitius Peticus IV. *Archon Eudemus.*
M. Valerius Poplicola II. Diod.

Dictator T. Manlius L. F. contra Cærites & Tarquinienſes: Cærites inducias in C. annos impetrant. Liu. VII.

Onomarchus Phocenſium dux contra Thebanos ſtrenuè rem gerit. Is à militibus occiſus. Succedit Phayllus eius frater. Pauſan. Diod. Mauſolus Cariæ regulus poſt XXIV annos moritur. Succedit Artemiſia biennio.

Cherſobleptes Thraciæ rex Cherroneſum Athenienſibus permittit.

Clearchus Heracleæ tyrannus occiditur, cùm regnaſſet annis XII. Occiſus eſt à Chione Platonis diſcipulo.

Hipparinus Dionyſij ſenioris F. tyrannidem recuperat, & biennio tenet. Diodorus XVI.

4362 22 11 A | 3632 | 352 | Ol. 107 | 402 | 397

P. Valerius Poplicola. *Archon Ariſtodemus.*
C. Marcius Rutilius. Diod.

Dictator C. Iulius ob terrorem Hetruſci belli. Liu. VII.

Phayllus Phocenſium dux vincitur. Philippus Pheras tyrannide liberat.

Lacedæmonij Megalopolitanos ſuperant. Diod. XVI.

4363 23 12 G | 3633 | 351 | Olymp. II | 403 | 398

C. Sulpitius Peticus V. *Archon Theſſalus.*
T. Quintius Pœnus.

Attriti Faliſci, & Tarquinienſes inducias in XL annos impetrant. Liu. VII.

Thebani à Perſarum rege ſubleuantur. Artaxerxes Ochus contra Phœnicas rebelles, & Cyprios exercitum mittit: mandátque negotium Idrieo Cariæ principi, adiuncto Phocione Athenienſi, & Euagora, quem è Cypro in aliam Satrapiam tranſtulerat. Erant in Cypro IX reguli, quot

Per. Iul ✱ ☉	Mundi	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			oppida præcipua. quos tum Perſæ oppugnabant. Tennes Sidoniorum rex à Perſa deficiens mercenarios Græcos à Nectanebone Ægypti rege accipit, quibus præerat Mentor Rhodius. Sed mox Perſarum potentiam veritus cum rege tranſigit. ac poſteà interficitur. Sidonij igitur miſeranda ſtrage cæſi ſunt, cùm ſe, ſuóſque cum Vrbe ſuccendiſſent. Diod. XVI.			
			Leptines, & Calippus Syracuſanorum duces Rhegium, deiecto præſidio, quod Dionyſius impoſuerat, libertati reſtituunt. Id.			
4364 24 13 F	3634	350	*M. Popilius Lænas.* *Archon Apollodorus.* *L. Cornelius Scipio.* Diod.	III	404	399
			Popilius ægrotante collega Gallos inſigni prœlio vincit. Liu. VII.			
			Protagoras Salaminis rex Perſarum ſe regi ſubdit. Euagoras aliam in Satrapiam tranſlatus occiditur. Ochus Ægyptum, Græcis, maximè Thebanis, opitulantibus recipit. Nectanebos in Æthiopiam fugit. Mentor ſtrenuam Perſarum regi operam nauat. Diod. XVI.			
4365 25 14 ED	3635	349	*L. Furius Camillus.* *Archon Callimachus.* *Ap. Claudius Craſſus.* Diod.	IV	405	400 Nou. 18.
			Oram maritimam Italiæ Græci infeſtam habent. Latini deficiunt. Ideo legiones X ciuium ſcriptæ. Camillus Gallos profligat. M. Valerius Trib. militum natus annos XXIII Gallum prouocantem Corui auxilio vincit. Inde Coruini partum cognomen. Hic videtur annus ille XII ab excurſione ſecunda Gallorum, quando à Romanis fugatos eſſe ſcribit Poly. II, 106. Liu. VII.			
			Mentor ab Ocho muneribus affectus, & oræ Aſiaticæ præfectus, vrbes, quæ defecerant, regi ſubdidit: Artabazum & Memnonem regi reconciliat. Philippus Macedo Chalcidicas vrbes occupat.			
			In Ponto Spartacus rex moritur, cùm regnaſſet annis V. Succedit Paryſades annis XXXVIII. Diod. XVI.			
4366 26 15 C	3636	348	*M. Popilius Lænas.* *Archon Theophilus.* *M. Valerius Coruinus.* Diod.	Ol. 108	406	401
			Valerius annos natus XXIII Conſul factus eſt. Cum Carthaginienſibus fœdus iteratum. Liu. VII.			
			Philippus Helleſponti vrbes ſibi ſubiicit: tùm Olynthum dolo, & corruptela. Ludos Olympicos indicit, quibus multos ſibi conciliat.			
			Satyrus hiſtrio captiuas ab illo virgines duas impetrat: Diod. XVI.			
			Plato moritur natus annos LXXXI. Speuſippus ei ſuccedit. Diogenes Laërt.			
			Hoc anno, ſacro, ſiue Phocenſi bello finis impoſitus, euerſis Phocenſium vrbibus à Philippo. (Pauſ. Phoc. pag. 318) anno decimo quàm initum erat.			
4367 27 16 B	3637	347	*T. Manlius Torquatus.* *Archon Themiſtocles.* *C. Plautius II.* Diod.	II	407	402
			Diodorus, qui biennio tardius ſacri belli initium collocat, ait Phocenſes hoc anno cum Thebanis proſperè pugnaſſe. hos vero Philippi opem imploraſſe. Dionyſius Syracuſas recuperat decimo quàm eiectus erat anno. Diod. XVI.			
4368 28 17 A	3638	346	*M. Valerius Coruinus.* *Archon Archias.* *C. Petilius.* Diod.	III	408	403
			Diodorus ait hoc anno terminatum eſſe bellum ſacrum			

Phalæco mortuo. Amphictyonum conſeſſus particeps fit Philippus, & gemini ſuffragij iure donatus, quod Phocenſes habuerant. Phocenſium vrbes ſolo proſtatæ, & per vicos incolæ diuiſi. Sacrilegi omnes miſerrimè perierunt.

Syracuſij à Corinthiis ducem impetrant Timoleontem, qui Timophanem fratrem tyrannidem molientem interfecerat. Diod. xvi.

4369 1 18 GF | 3639 | 345 — *M. Fabius Dorſuo.* *Archon Eubulus.* — IV | 409 | 404 Nou. 17.
Sex. Sulpitius Camerinus. Diod.

Aduerſus Auruncos Dictator fit L. Furius: qui templum Iunoni Monetæ vouet. Vincuntur Aurunci. Liu. vii.

Timoleon in Siciliam nauigat, Carthaginienſibus fruſtrà prohibentibus. Syracuſarum arcem Dionyſius: vrbem Hicetas obtinebat. Pœni bellum in Sicilia mouent. Diod. xvi.

4370 2 19 E | 3640 | 344 — *C. Marcius Rutilius II.* *Archon Lyciſcus.* — Ol. 109 | 410 | 405
T. Manlius Torquatus II. Diod.

Timoleon in anguſtias redactus tandem erigitur. Philippus Illyrios vaſtat. Diodorus xvi: qui & hoc anno primùm refert Pœnos cum Romanis fœdus iniſſe. Perperam id quidem.

4371 3 1 D | 3641 | 343 — *M. Valerius Coruinus III.* *Archon Pythodorus.* — II | 411 | 406
A. Cornelius Coſſus. Diod.

Samnitibus Sidicinos aggredientibus, cùm hi ad Campanos confugiſſent, victi Campani Romanis ſeſe dediderunt. Itaque ſuſceptum à Romanis Samniticum bellum. Valerius Samnites ingenti prælio cecidit ad Gaurum montem. At Cornelius ad Satriculam caſtris poſitis penè oppreſſus eſt, cùm ſe in anguſtias conieciſſet. P. Decius Trib. mil. excelſum collem capiens hoſtes auertit, & ipſe noctu cum ſuis euaſit. Victi poſtea ſæpius Samnites. Pœni coronam auream Capitolio conſecrant. Triumphant ambo Coſſ. Capuani præſidia à Romanis poſtulant. Milites hibernantes de occupanda Capua cogitant. Liu. vii.

Timoleon Syracuſas tyrannide liberat. Dionyſium Corinthum mittit, Democratiam conſtituit, & Amphipolos Iouis Olympij ἐπωνύμους ἄρχοντας facit, qui ſupra ccc annos ad Diodori tempora perſeuerarunt. Philippus Thraciam ſibi tributariam reddit. Diod. xvi.

4372 4 2 C | 3642 | 342 — *C. Marcius.* *Archon Soſigenes.* — III | 412 | 407
Q. Seruilius. Diod.

Relicto in Vrbe Seruilio, Marcius in Campaniam profectus ſeditioſos omnes milites variis occaſionibus remittit. Illi cognita re coniurant, & T. Quintium ducem eligunt. Creatus Dictator M. Valerius, per quem placata ſeditio. Liuius vii.

Arymba Moloſſorum rege poſt annum decimum regni mortuo, ſuccedit Alexander Olympiadis Philippi coniugis frater, excluſo Æacida Arymbæ filio, patre Pyrrhi. Timoleon Hicetam, & Leptinem deuicit. Carthaginienſes ingenti apparatu bellum adorti. Diod. xvi.

Menander Comicus naſcitur. Vetus inſcriptio Romæ.

4373 5 3 BA | 3643 | 341 — *C. Plautius II.* *Archon Nicomachus.* — IV | 413 | 408 Nou. 16.
L. Æmilius Mamercus. Diod.

Cum Volſcis proſperè pugnat Plautius. ab altero victi Samnites fœdus obtinent, & poteſtatem cum Sidicinis bellandi. quos ſeſe dedentes Romani reſpuunt. Itaque Latinis ſe dedunt. Qui cum Campanis in ſpeciem contra

Samnites : reuera contra Romanos bellum parant. Ideo ante tempus Coſſ. ſe abdicant. Interreges facti. Liu. VII.

Pexodorus in Caria, Ada ſorore regno depulſa, annis V regnat, aduſque Alexandri expeditionem in Aſiam, ait Diodorus. Legendum annis ſeptem. Nam expeditio Alexandri contigit anno 4380.

Philippus Perinthum ſumma vi obſidet: mox Byzantium. Ephorus hîc hiſtoriam deſiit, quam ab Heraclidarum reditu libris XXX complexus eſt, annos DCCL continentem : imò verò DCCLXII ex noſtra Chronologia. Diyllus Athenienſis ſecundi operis initium inde ſumpſit, vbi Ephorus deſiit, & ad obitum Philippi pertexuit. Diodorus XVI.

Epicurus hoc anno naſcitur Gamelionis εἰκάδι, id eſt Ianuarij XXI circiter: ſed Soſigene Archonte, ait Diog. Laërt. Cometa hoc anno apparuit. Ariſtot. I Meteor. cap. VII.

4374 6 G | 3644 4 | 340 — *T. Manlius Torquatus.* *Archon Theophraſtus.* — Ol. 110 | 414 | 409

P. Decius Mus. Diod.

Cum Latinis pugnatum. Manlius filium, cùm iniuſſu ſuo prouocatus ſingulari certamine hoſtem viciſſet, ſecuri percuſſit. P. Decius ſe pro exercitu deuouet. Victi Latini deditionem faciunt: vt & Campani. Liu. VIII.

Athenienſes violatum fœdus à Philippo queſti Byzantiis auxilia ſubmittunt. Idem & Chij, Coi, Rhodij, aliíque præſtant. Territus Philippus pacem facit.

Carthaginienſes in Sicilia peditum habentes LXX M, curruum X à Timoleonte victi. Ingens ideo Carthagine trepidatio. Diod. XVI. Contigit hoc Thargelionis VII, hoc Mai XII. Vide lib. X, cap. XXIII.

Ochus hoc anno moritur. Succedit Arſes annis IV. Lib. X, cap. XXIX.

Anaxarchus hoc tempore inſignis habetur. Diog.

4375 7 F | 3645 5 | 339 — *T. Æmilius Mamercus.* *Archon Lyſimachides.* — II | 415 | 410

Q. Publius Philo. Diod.

Coſſ. Latinos rebellantes fuderunt. quos in deditionem Philo recipit, & triumphat. Æmilius Pedi oppugnatione relictâ, triumphum & ipſe poſtulat : nec impetrato Patres ſeditioſis actionibus turbat. Dictatorem dicere iuſſus contra Latinos, collegam creat. Is leges plebi ſecundiſſimas, Patribus ingratas tulit. Liu. VIII.

Timoleon mercenarios, qui defecerant, Sicilia pellit: tyrannides tollit. Inſulam optimo in ſtatu collocat. Diod. XVI.

Speuſippus obiit. cui Xenocrates ſuccedit. Diog. Laërt.

4376 8 E | 3646 6 | 338 — *L. Furius Camillus.* *Archon Charondas.* — III | 416 | 411

C. Manius. Diod.

Latini penitus deuicti: quorum aliis ciuitas data; alij mulctati. Coſſ. ambo triumpharunt. Ex Antiatum nauibus roſtra facta. Coſſ. ſtatuæ in foro poſitæ. Liu. VIII. Plin. lib. XXXIV, cap. V.

Philippus aduerſus Athenienſes & Bœotos ad Chæroneam pugnat, & vincit. Elatus victoria à Demade reprimitur : & cum Athenienſibus pacem, & ſocietatem facit. Alexander in eo conflictu ſtrenuè ſe gerit. Ex Athenienſium ducibus Charete, & Lyſicle, prior morte damnatus accuſante Lycurgo. Archidamus Lacedæm. rex in Italiam profectus vt Tarentinis opem ferret, moritur anno regni XXIII. Agis poſt hunc annis IX regnat. Diod. XVI. Vide lib. X, cap. XXXIV.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.		O-lymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4377 9 7 DC	3647	337	*C. Sulpicius Longus.* *Archon Phrynichus.* *P. Ælius Pætus.* Diod. Minucia Veſtalis defoſſa. Liuius VIII. Philippus à Græcis omnibus dux belli contra Perſas eligitur. Timoleon obiit, cùm annis VIII Syracuſis præfuiſſet. Diod. XVI.	IV	417	412 Nou. 15.
4378 10 8 B	3648	336	*L. Papirius Craſſus.* *Archon Pythodorus.* *Cæſo Duilius.* Diod. Auſones, qui Cales incolebant, cum Sidicinis victi. Liuius VIII. Philippus Macedo inter ludos in vrbe Macedoniæ Ægis à Pauſania occiſus eſt, cùm regnaſſet annis XXIV. Darius Arſami F. poſtremus rex Perſarum imperauit annis VI. Erat hic Darij Nothi pronepos. Alexander M. hoc anno cœpit: & regnauit annis XII, qui paternæ necis conſcios vltus eſt. Diod. XVI.	Ol. III	418	413
4379 11 9 A	3649	335	*M. Valerius Coruinus IV.* *Archon Euænetus.* *N. Attilius Regulus.* Diod. XVII. Sidicini à Valerio victi. Cales captæ. Liu. VIII. Alexander Attalum fratrem Cleopatræ, quam Olympiadi primæ coniugi ſecundam adiunxerat Philippus, tollit è medio. Græci interim res nouas moliuntur. Alexander in Bœotiam contendit. Ibi Athenienſium legatis benignè reſpondet, quos inter Demoſthenes erat. Conuentus Græcorum ad Corinthum habitus; in quo Græcorum aduerſus Perſas Imperator decernitur Alexander. Regnabat in Perſide Darius Codomannus. Is Bagoam Eunuchum, à quo interfectus erat Ochus, & Arſes ad regnum euectus; eóque deinde ſublato, Darius ipſe ſubſtitutus; venenum potare iuſſit, quod ſibi ille parauerat. Idem ætate Alexandri ſpreta per Memnonem Aſiam infeſtat. Huic oppoſitus Parmenio. Alexander in Thracia bellum gerens, audita Thebanorum defectione celer aduolat. Finis belli Thebarum excidium fuit. Contigit ea clades circa Myſteria, id eſt Boëdromionis circiter XV die, quæ in Octobris IV diem incurrit. Secundum hæc oratores decem ab Athenienſibus dedi ſibi poſtulans Alexander à Demade placatur. Tum Dij in Macedonia de bello conſultat; & in honorem totidem Muſarum nouem diebus ludos celebrat. Diod. XVII. Vide lib. X, cap. XXXV. Galli Ciſalpini cum Romanis fœdus ineunt. Polyb. II, pag. 107.	II	419	414
4380 12 10 G	3650	334	*T. Veturius.* *Archon Cteſicles.* *Sp. Poſtumius.* Diod. Cales colonia deducta. Samnium turbare cœpit. Liuius VIII. Alexander in Aſiam per Helleſpontum tranſportat exercitum. Erant XXX M peditum, equitum IV M, & D. Cum Antipatro in Europa relicta peditum XII M, equitum XI M, & D. Dario Memnon author erat, vt vaſtata Aſia commeatu prohiberet hoſtem. Non probauit conſilium. Primus Darij conflictus ad Granicum amnem in Phrygia maiore. Victi Perſæ. Sardes à Mithrine Alexandro proditæ. Miletus capta, & Halicarnaſſus. Tum Aſiæ ora omnia ſubacta. Diod. XVIII.	III	420	415
4381 13 11 FE	3651	333	*Archon Nicocrates.* Diod. Annus iſte Romæ nullos Coſſ. habuit: vt probat Sigonius.	IV	421	416 Nou. 14.

Memnon, vt in Europam vim belli transferret, Cycladas populatur. Sed in ea expeditione moritur. Darius de bello deliberans Charidemum Athenienſem liberius loquentem interficit. Curtius lib. III. Peditum conſcripta CCCCM. equitum C.

Alexander periculoſum in morbum incidit; atque à Philippo medico ſanatur. Pugnatum eſt ad Iſſum Ciliciæ. Victus Darius: cuius mater, vxor, liberi in victoris poteſtatem venerunt. Diod. XVII.

Memnon apud Photium pag. 376 ſcribit hoc tempore legatos Romam ab Alexandrino miſſos, cum mandatis, ἢ κρατεῖν, ἐὰν ἀρχῇ δύνωνται, ἢ τοῖς κρείττοσιν ὑπείκειν. *aut imperarent, ſi id poſſent; aut melioribus cederent*: at illos coronam ad ipſum auream miſiſſe. Sed hæc fabula mera.

4382 14 12 D | 3652 | 332 | *L. Cornelius I.* *Archon Niceratus.* | Ol. 112 | 422 | 417

Cn. Domitius. Diod.

Ob Gallicum tumultum Dictator factus M. Papirius Craſſus. Samnites cum Lucanis contra Alexandrum Epiri regem præliantur. Victor rex cum Romanis fœdus icit. Tribus additæ Metia, & Scaptia. Liu. VIII.

Alexander per Phœniciam in Ægyptum properat. Tyrum obſidet, & ægrè poſt VII menſes potitur. Rex Tyriis ab Hephæſtione datus Ballonymus. Agis Lacedæm. rex Dario fauens Cretam illi ſubiicit. Amyntas exul Macedo in Ægypto bellum apparans interficitur. Græci coronam auream Alexandro mittunt. Is Gazam capit. Diod. XVII. Curtius. Arrianus.

Hoc tempore Iaddua Pontifex Hieroſolymis Alexandrum excipit. qui vbi ſacrificauit, Andromachum præfectum reliquit. Hunc poſtea Samaritani trucidarunt. Sed Alexander ex Ægypto reuerſus necem illius vlciſcitur, & Samariæ Macedones conſtituit. Euſeb. in Chron.

4383 15 13 C | 3653 | 331 | *M. Claudius Marcellus.* *Archon Ariſtophanes.* | II | 423 | 418

C. Valerius. Diod.

Fœdus hic annus veneficiis fuit. Damnatæ CLXX matronæ, indice ancilla. Liu. VIII.

Alexander Amyntam in Macedoniam ad conſcribendum militem mittit. Ammonem adit. Alexandriam vrbem exſtruit. Darius pacem fruſtra petit, cuius vxor hoc anno mortua. Diodorus XVII. Curtius.

Eclipſis Lunæ Sept. XX, feria II, ſequente III, hora 22, 11′ Arbelis; quando tota defecit, vndecim diebus ante pugnam ad Arbela. quæ Octobris Kalend. accidit. Victus omninò Darius ægrè ipſe ſeruatus eſt. Vide lib. X, cap. XXXVI.

4384 16 14 B | 3654 | 330 | *L. Papirius Craſſus.* *Archon Ariſtophon.* | III | 424 | 419

L. Plautius Venno. Diod.

Priuernas bellum ortum duce Vitruuio Vacco Fundano: cuius ædes dirutæ Vacci prata vocata. Carceres hoc anno in Circo additi. Liu. VIII.

In Græcia noui tumultus ab Antipatro compreſſi. Memnon Thraciæ dux rebellat. Pacatâ Thraciâ, Antipater contra Græcos, ac præſertim Lacedæmonios pugnat, & victoriam reportat. Alexander Suſianam occupat, & in Darii throno conſidet. In Perſidem deinde tranſit, ac Perſepolin diripit. Regia Perſarum incenſa. Darius Alexandrum perſequentem fugiens à Beſſo nefariè perimitur. Diod. XVII. Curtius. Plut.

Iſocrates CVI annos natus obiit ſecundum Suidam. At Halicar. & Plut. ante IX annos mortuum putant.

Hoc anno cœpit Calippi Periodus, Iunii XXIX. Vide lib. X, cap. XXXVII.

4385 | 3655 | 329 — *L. Æmilius Mamercus.* *Archon Cephiſophon.* — IV | 425 | 420 Nou. 13.
17 15 — *Cn. Plautius.* Diod.
A G

Beſſus regem ſe facit, & Bactrianos concitat. Alexander in Hyrcaniam mouet. Oppida omnia ad Caſpium vſque mare in poteſtatem accipit. Græci auxiliares Darii Alexandro ſe dedunt. Is in Perſicos ritus, luxúmque degenerat. Dimnus contra regem cum Nicomacho conſpirat. Ceballinus rem ad Philotam defert. quo cunctante per alium id regi ſignificatum. Ideo Philotas ipſe, tùm Parmenio cæſi. Arimaſpi, & Arachoſij ſubacti. Diod. XVII.

4386 | 3656 | 328 — *P. Plautius Proculus.* *Archon Euthycritus.* — Ol. 113 | 426 | 421
18 16 — *P. Cornelius Scapula.* Diod.
F

Palæpolitani, vbi nunc Neapolis, bellum Romanis inferunt. Liu. VIII.

Alexander Paropamiſadas debellat. Inde Caucaſum tranſgreſſus Alexandriam ibi condidit. Beſſus regi deditus, & punitus. Aornus petra ægrè ab eodem expugnatur. Alexander Indum tranſmittit.

Cùm Olympiaci agones celebrarentur, reditus exulibus permiſſus, exceptis ſacrilegis, & homicidis. Diod. XVII.

4387 | 3657 | 327 — *L. Cornelius Lentulus.* *Archon Chremes.* — II | 427 | 422
19 17 — *Q. Publilius Philo II.* Diod.
E

Palæpolitanis indicitur bellum Imperatore Publio. Cornelius cum altero exercitu Samnitibus obiectus. Legati ad Samnites miſſi ferox reſponſum reportant. Dictator creatus comitiorum cauſa M. Claudius Marcellus. Sed vitio factus ſe abdicat. Actum cum Tribuniis, vt cùm Publilius Conſulatu abiiſſet pro conſule rem gereret. Liu. lib. VIII.

Alexander Porum Indiæ regem deuicit. Naues fabricari iuſſit, quibus in Oceano nauigaret. Vrbes in India conſtituit. varióſque populos imperio adiicit. cùm vltra Indum ad Gangem penetrare vellet, milites adducere non potuit. Reuerſus itaque cum Oxidtacis, aliiſque gentibus confligit. Diuiſo exercitu, pars Nearcho tradita, quæ oram luſtraret. Calanus viuum ſe coram rege combuſſit. Harpalus Babyloniæ præfectus fugit in Græciam: & ab Antipatro repetitus cùm euaſiſſet, dolo perimitur. Diod. lib. XVII. Arria. lib. V.

4388 | 3658 | 326 — *C. Pœtelius.* *Archon Anticles.* — III | 428 | 423
20 18 — *L. Papyrius Mugillanus.* Diod.
D

Alexander Epiri rex frater Olympiadis matris Alexandri M. à Lucanis ad Acheruntem fluuium occiditur. Lectiſternium quintò poſt Vrbem conditam inſtitutum. Bellum Samnitibus denunciatur. Lucani & Appuli in fidem Romanorum ſeſe committunt. In Samnio res proſperè geſta. Palæpolitani à Publilio Proconſule domiti. vrbs dedita. Triumphauit primus pro conſule Publilius. Liuius lib. VIII Faſti Capit.

Tarentini Lucanos fraude ad defectionem impellunt. Nexus lege ſublatus. Liu. ib.

Alexander M. copias è Perſis ſupplet. In Mediam proficiſcitur, & Ecbatana: quæ vrbs ambitum habebat ſtad. 250. Hephæſtion interim moritur ex crapula. Alexander ingenti luctu mortem illius proſequitur, & Babylonem deferen-

dum amici corpus Perdiccæ mandat, vt ibi magnificentiſſimum illi funus inſtrueret.

Græcorum militum mercenariorum VIII M ab Alexandro dimiſſa in Laconicam ad Tænarum appellunt, ibique prædas agentes, Leoſthenem Athenienſem ducem deligunt. Alexander Coſſæos ne à Perſarum quidem regibus hactenus domitos imperio ſuo ſubiicit. Diod. XVII.

4389 21 19 CB | 3659 | 325 — *L. Furius Camillus.* *Archon Soſicles.* — IV | 429 | 424 Nou. 12.

Iunius Brutus Scæua. Diod.

Veſtinis bellum indictum. Furio ægrotante, Dictator contra Samnites dictus eſt L. Papirius Curſor. qui Magiſtrum equitum elegit Q. Fabium Maximum Rutilianum. Papirius à pullario monitus, vt auſpicia demo repeteret, vetat abſente ſe Magiſtrum equitum pugnare. At ille ſecundo exitu prælium conſerit. Dictator reuerſus cum morte in illum animaduertere vellet, conſenſu militum prohibitus eſt. Fabius Romam aduolat. Eò fugientem Dictator aſſequitur. Sed deprecante populo Fabium abſoluit. Rediens ad exercitum comitate primùm offenſos milites placat. tùm de Samnitibus victoriam reportat, ac triumphat. Liuius VIII.

Alexander à Chaldæis Babylonem ingredi prohibetur. Sed Anaxarchus horum vt prædicta contemneret hortatur. Diog. XVII.

4390 22 1 A | 3660 | 324 — HIC *annus Coſſ. non habuit.* *Archon Hegeſias.* Diod. XVIII. — Ol. 114 | 430 | 425

Papirij Dictaturam hunc in annum coniicit Sigonius.

Legatos ex omnibus pene orbis terrarum prouinciis, adeóque Carthaginienſes excipit Alexander. tùm Hephæſtionis funus magnificentiſſimum inſtruit: in quod XII talentorum millia conſumpta.

Moritur deinde cùm regnaſſet annos XII, menſes VII. Obiit Dæſij menſis XXVIII die, vt ex Diariis Plutarchus & Arrianus referunt, quem Hecatombæoni tum Attico reſpondiſſe credimus. Itaq; mortuus eſt Alexander Iulij XIX. ſi quidem Olympici & Solſtitialis menſis neomenia incurrit in XXII Iunij anno Per. Iul. 4390, Calippicæ periodi ſeptimo: vt ex lib. II, cap. XX conſtat. Vide quæ in operis calce ea de re diſputauimus.

Siſygambis mater Darij audita Alexandri morte vitam inedia finiit. Diod. lib. XVIII. Arria. VII.

Moriens Alexander ſucceſſorem deſignare noluit: Perdiccæ tamen anulum dedit. Ideo ſumma penes illum poteſtas. Sed Macedones varias in partes diſtracti ſunt. Peditum phalanx Arrhidæũ Philippi filium ex Philinna Theſſala, animo parum valentem eligunt. At nobilitas omnis cum equitatu repugnare. Conuênit tandem vt Arrhidæus rex eſſet, quem & Philippum nominari placuit. vtque tutor ei Perdiccas daretur. tum vt Satrapiæ omnes & Præfecturæ in principes diuiderentur, qui regio nomine illas adminiſtrarent. Ptolemæo Lagi F. Ægyptum dari placuit: Laomedonti Mitylenæo Syriam: Philotæ Ciliciam: Pithoni Mediam: Eumeni Paphlagoniam, & Cappadociam, ac finitimas regiones: Antigono Pamphyliam, Lyciam, & Phrygiam maiorem: Caſſandro Cariam: Meleagro Lydiam: Leonnato Phrygiam minorem: Lyſimacho Thraciam: Antipatro Macedoniam: Aſiæ ſuperioris prouinciæ iiſdem, qui tum præerant, præfectis permiſſæ. Seleucus ſociorum equitibus impoſitus: Craterus ab Alexandro miſ-

ſus erat in Ciliciam cum XM exauthoratorum. Hæc Diod. lib. XVIII.

Ptolemæi Lagi F. primus annus hinc putari incipit; qui regnauit annos XL. Vide lib. X, cap. XLVI.

Diogenes Cynicus eodem anno moritur, imo die, quo Alexander. Plut. 8 Symp. 1.

Per. Iul.	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4391 23 2 G	3661	323		II	431	426

C. Sulpicius Longus. *Archon Cephiſodorus.*
Q. Æmilius Cæretanus. Diod.

Induciæ annuæ Samnitibus datæ. Liu. VIII.

Græci in Aſia ſuperiore ab Alexandro collocati deficiunt. Miſſus aduerſus illos Pithon; cum mandatis, vt illis interfectis, eorum prædam in Macedonas diuideret. quod & factum, inuito Pithone.

In Europa Rhodij præſidium Macedonicum deiiciunt.

Alexander paulo ante mortem reſcriptum dederat, de exulibus reducendis, exceptis ſacrilegis. Id Olympico mercatu à præcone lectum pleriſq; Græcorum gratiſſimum accidit: Ætolis & Athenienſibus diſplicuit: qui paulo pòſt allato Alexandri regis obitu defecerunt. Leoſthenes Athenienſium dux VIII millia mercenariorum habebat, clam id præcipientibus Athenienſibus, ſuperſtite adhuc Alexandro. Eo mortuo, palam erumpere auſus, Theſſalis equitibus adiunctis, Græciam ad libertatem exciuit. Hinc Lamiacum bellum ab Athenienſibus initum. Antipater vt iis reſiſteret, Craterum in auxilium euocat; nec non Philotam. Victus interim Antipater Lamiam Theſſaliæ oppidum fugit, vbi à Leoſthene obſeſſus eſt. Sed is in obſidione ictu ſaxi periit. In hunc funebrem orationem dixit Hyperides. Nam Demoſthenes ob Harpali pecunias damnatus exulabat. Leoſtheni ſuffectus eſt Antiphilus. Inter hæc Ptolemæus Lagi F. à Perdicca ſibi metuens ſocietatem cum Antripatro facit. Leonnatus ab Antipatro accitus à Græcis obuiam progreſſis occiditur. Diod. XVIII.

Per. Iul.	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4392 24 3 F	3662	322		III	432	427

Q. Fabius. *Archon Philocles.*
L. Fuluius. Diod.

Dictator A. Cornelius Aruina Samnites vincit: qui violatarum induciarum authorem dedere coguntur Brutulum Papium. Liu. VIII.

Græci nauali prælio bis victi, Eetione Athenienſium, Clito Macedonum imperatoribus. Diod. lib. XVIII.

Demoſthenes ab exilio reuocatus ſummo cum honore Athenis excipitur. Cratero ad Antipatrum adiuncto Græci à Macedonibus, ad Cranonem in Theſſalia prælio victi, Metagitnione menſe, id eſt Auguſto. Deſerti Athenienſes pacis à victore conditiones accipiunt. Itaque Boëdromione menſe, id eſt Septembri præſidium in Munychiam impoſitum. Halicarn. in Dinarcho. Demoſthenes fugit, & in Calauria inſula, Pyanepſionis XVI die, qui Nouembris X fuit, veneno ſibi necem conſciuit. Plutar. in eius vita. Quo eodem anno moritur Ariſtoteles in Chalcide anno ætatis LXIII. Diog. in eius vita. Succeſſit illi Theophraſtus.

Perdiccas Ariarathe Cappadociæ Satrapa, quem Alexander omiſerat, victo, eius prouinciam Eumeni conceſſit. Cyrenenſes à Ptolemæo Lagida ſubacti, Thimbrone Harpali ſocio per Ophellam ducem ſuperato. Diod. lib. XVIII.

Perdiccas Alexandri ſororem Cleopatram duxit, cùm Nicæam Antipatri filiam ſibi deſpondiſſet, ac de inuadendo regno cogitat. Antipater & Craterus Ætoliam in-

uadunt; cúmque in eo eſſent, vt cum Ætolis, qui ad montes ſe receperant, debellarent, Antigonus ad eos peruenit, egitque, vt pace cum Ætolis interim facta, communicatis cum Ptolemæo conſiliis Perdiccæ reſiſterent, qui Ptolemæum aggredi primò decreuerat.

Arrhidæus Alexandri corpus in Ægyptum deuehit. Id Alexandriam à Ptolemæo deportatum. Perdiccas in Ptolemæum expeditionem molitus Eumenem Antipatro & Cratero ad Helleſpontum obiicit; cum eóque Alcetam & Neoptolemum mittit. Hic ab Eumene deficiens acie vincitur. Mox in alia pugna Craterus & Neoptolemus victi occiſique. Neoptolemus etiam Eumenis manu. Perdiccas in tranſitu Nili militari ſeditione à ſuis occiditur. Concione Macedonum habita, Pithon & Arrhidæus regum tutores facti. Eumenes, & Alcetas hoſtes iudicati. Attalus Perdiccæ nauarchus Tyrum occupat. Diod.

4393 25 4 ED | 3663 | 321 | IV | 433 | 428 Nou. II.

T. Veturius Caluinus. *Archon Achippus.* Dion. in Dinarcho. Diod. *Apollodorus.*
Sp. Poſtumius.

Coſſ. ad furcas Caudinas à Samnitibus victi: Romani ſub iugum miſſi, duce Samnitum Pontio. Coſſ. Romam reuerſi nihil pro magiſtratu geſſerunt. Liu. lib. IX.

Ætoli vt Perdiccas iuſſerat Theſſaliam inuadunt. Sed à Polyſperchonte victi, occiſo Menone duce. Eurydice Arrhidæi coniuge tumultuante, Pitho tutela ſe abdicat. Ei ſubſtitutus Antipater. qui præfecturas partitus exercitui regio Antigonum præficit. Hic contra Eumenem proficiſcitur, eúmque defectione ſuorum in Nora caſtellum Cappadociæ compellit. Interim Ptolemæus Lagida Phœniciam armis expugnat. Eumene victo Alcetam, & Attalum aggreditur Antigonus, & in Piſidia vtrumque ſuperat. Alcetas à Piſidis occiditur.

Antipater ab Athenienſibus per Demadem rogatus, vt è Munychia præſidium detraheret, proditionis hunc compertum, cum filio iubet interfici. (Plutarchus id Caſſandro tribuit.) Polyſperchontem regis tutorem, & ducem αὐτοκράτορα deſignat; Caſſandrum verò filium χιλίαρχον Caſſander ea re offenſus ad Ptolemæi ſocietatem reſpicit. Polyſperchon Olympiadem, quæ Antipatri metu in Epirum fugerat, ad Alexandri filij, nepotis ſui tutelam capeſſendam euocat.

Antigonus nouas res agitat audita morte Antipatri. Arrhidæus Phrygiæ Satrapa Cyzicum aggreditur irrito conatu. Diod. XVIII.

4394 26 5 C | 3664 | 320 | Ol. 115 | 434 | 429

Q. Publilius Philo. *Archon Neæchmus.*
L. Papirius Curſor. Diod.

Romani ſuperioris anni clade & ignominia vehementius excitati Samnitas victos ſub iugum mittunt, Papirio duce. Liu. IX.

Eumenes rebus cum Antigono compoſitis paulatim priſtinas opes recuperat. Antigonus verò regias pecunias interuertit.

Polyſperchon Græciæ ciuitatibus libertatem denunciat. exules ad XXX Xanthici menſis reduci iubet. Eumenem datis ad eum literis ſibi conciliat. Eumenes modeſtiſſimè ſe gerit, &, vt inuidiam declinaret, Alexandri quaſi ſuperſtitis thronum collocari iuſſit: vt etiamnum præeſſe videretur. Diod. XIX.

Per. Iul.	Mundi.	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4395 27 6 B	3665	319	II	435	430

L. Papirius Curſor. *Archon Apollodorus.*
Q. Æmilius Cerretanus. Diod.

Debellati Samnites: Satricum captum. Liu. IX.

Huius Archontis, vt & ſuperioris, anni apud Diodorum exciderunt. Nos è Dionyſio Halicarn. in Dinarcho vtrumque ſuppleuimus.

Per. Iul.	Mundi.	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4396 28 7 A	3666	318	III	436	431

M. Follius Flaccina. *Archon Archippus.*
L. Plautius Venox. Diod. XIX.

Samnitibus induciæ in duos annos datæ. Duæ tribus additæ: Ouſentina & Falerina. Liu. IX.

Athenis Munychiam obtinebat Nicanor: quem Menyllo ab Antipatro impoſito ſucceſſorem miſerat Caſſander. Is nequicquam orantibus Athenienſibus vt præſidium tolleret, militibus arcem firmat; & Piræeum inſuper occupat.

Alexander Polyſperchontis filius in Atticã cum exercitu venit. Hunc Phocio, aliíque legati Athenienſium hortantur arcem vti retineat. Athenienſes Phocionem cum cæteris capitis condemnant. Qui ad Alexandrum confugiunt, ab eóque Polyſperchonti commendantur. Hic Phocionem comprehenſum Athenas miſit: vbi cicutæ hauſtu necatus, eſt Munychionis XIX.

Caſſander claſſe ab Antigono accepta Piræeum venit. Polyſperchon ad eum obſidendum accurrit. ſed commeatu deficiente in Peloponneſum tranſit, & fruſtrà Megalopolitanos oppugnat. Nauali conflictu Clitus Polyſperchontis dux Nicanorem Caſſandri præfectũ ſuperat. Sed mox opem ferente Antigono vincitur. Eumenes Antigonum fugiens in Perſidem copias transfert. Athenienſes Caſſandro ſe dedunt, & populari abrogato imperio, curatorem vrbis Demetrium Phalereum accipiunt: qui abſens paulo antè morte damnatus cum Phocione fugerat. Diod. XVIII. Plut. Phocione.

Eurydice contra Polyſperchontem, & Olympiadem Caſſandrum aduocat. Sed Olympias illam cum Arrhidæo comprehenſam interficit; cùm regnaſſent annos VI, menſes IV. Diod. lib. XIX.

Per. Iul.	Mundi.	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4397 1 8 GF	3667	317	IV	437	432 Nou. 10.

C. Iunius Bubulcus. *Archon Demogenes.*
Q. Æmilius Barbula. Diod.

Theates Appuli deditionem pop. Rom. faciunt. Liu. IX.

Agathocles Carcini Rheginenſis adſcriptitij ciuis filius, ibíque figlinam edoctus à patre, tyrannidem occupat, cùm imperator ſæpe creatus eſſet.

Eumenes dux Argyraſpidum Carrhis hiemabat. Qui cùm auxilium à Seleuco contra Antigonum impetrare non poſſet, in illum ipſum ducit exercitum: & in Suſianam profectus Satraparum concilium indicit, eóſque de imperio altercantes prudentia ſua moderatur. Antigonus ducum conſenſione territus bellum inſtruit.

Hunc annum à Troiæ excidio DCCCLXXVII numerat Diodorus XIX, & annũ I. Olymp. XCIV computat DCCLXXX. Interuallum anni LXXXVII, quot ab anno 4310 ad hunc ipſum intercedunt.

Per. Iul.	Mundi.	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4398 2 9 E	3668	316	Ol. 116	438	433

Sp. Nautius.
M. Popillius. *Archon Democlides.*

Dictator L. Æmilius Samnites ad Satriculam fundit. Liu. IX.

Antigonus aduerſus Eumenem deſperato Tigridis traie-

ctu per Mediam circunduxit exercitum. Pugnatū vtrimque ancipiti exitu.

In Europa Caſſander audita regum nece, nec non Nicanoris fratris, quem Olympias interemerat, Tegeæ obſidione relicta in Macedoniam copias tranſmittit. Pydnam, quò ſe Olympias cum Roxane, & Alexandri M. filio receperat, obſidet. Polyſperchontis milites corrumpit. Epirotæ Æacidæ regi ſuo, qui Olympiadi ſuppetias ferebat, abrogant imperium, & ad Caſſandrum deficiunt. Capta itaque Pydna Olympiadem Caſſander interficit, & Theſſalonicen Alexandri ſororem coniugem ducit. Mox in Peloponneſum proficiſcitur.

4399 | 3669 | 315 — *L. Papirius* IV. *Archon Praxibulus.* — II | 439 | 434

3 10 D — *Q. Publius Philo.* Diod.

Liuius eos non nominat. ſed ait manſiſſe domi; bellum autem à Dictatore Q. Fabio geſtum. Cùm obſideretur à Romanis Satricula, Samnitibus caſtra in propinquo tenentibus, Q. Æmilius Cæretanus Mag. Equitum inconſulto Dictatore pugnans ducem hoſtium occidit; ſed mox & ipſe perimitur. Capta Satricula. Sora ad Samnites deficit. Nouus equitum magiſter C. Fabius Dictatoris iuſſu clam ſubiens pugnantes Samnites adortus à tergo. cùm interim Dictator re diſſimulata caſtra per ſpeciem incendi iuſſiſſet, vt deſperatione redeundi militem animoſiorem redderet. Victi Samnites. Liu. IX.

In Græcia Thebæ viceſimo, quàm euerſæ fuerant, anno à Caſſandro reſtitutæ. Idem & Caſſandriam in Macedonia condidit.

In Aſia Antigonus hieme contra Eumenem per occultos, deſertóſque calles contendit. Sed Eumenis aſtu deluditur. Poſtea facto conflictu, impedimentíſque ab Antigono direptis, Eumenem Argyraſpides vinctum Antigono tradunt: qui ab eodem interficitur. Hieronymus Cardianus hiſtoricus Eumenis comes vita donatur. Inde in Mediam redit Antigonus, & Pithonem nouas res molientem interimit. Satrapias ordinat. Peuceſtæ præfecturam eripit.

Rhodus aquarum eluuione magna ex parte collapſa. Secundum hæc Antigonus Babylonem veniens à Seleuco perhonorificè exceptus eſt. Sed cùm ab eo adminiſtratæ præfecturæ rationem poſceret, Seleucus ad Ptolemæum confugit. Quibus adiuncto Caſſandro, bellum contra Antigonum paratur. Seulucus cum C nauium claſſe ex Ægypto ſoluit. Antigonus duces ſuos longè latéque dimittit. Alexander Polyſperchontis F. ad eum venit. Fit inter illos fœdus. Caſſander ni Græcas ciuitates liberas relinquat, hoſtis iudicatus. Ptolemæus quoque decreto ſuo illas ſubleuat.

Apollonides Caſſandri dux vrbes Arcadiæ ſubigit. Alexander quoque ſpe Peloponneſiacæ præfecturæ pellectus ad Caſſandrum deficit.

Polyclitus Seleuci dux ingentem hoſtium claſſem, nec non terreſtres copias ſtratagemate ſuperat.

Agathocles fruſtrà Meſſeniis inſidiatur. Diod. lib. XIX.

4400 | 3670 | 314 — *C. Sulpicius.* *Archon Nicodorus.* — III | 440 | 435

4 11 C — *M. Pœtelius.* Diod.

Sora transfugæ proditione capta. Luceria de Samni-

tibus recepta. De occultis coniurationibus queſtio C. Mænio Dictatori permiſſa. qui à nobilibus accuſatus, abdicat ſeſe, & poſtulatus abſoluitur. Samnites à Coſſ. magna clade affecti. Liu. ix.

Ariſtodemus Antigoni dux Ætolos adiungit ſibi, contráque Alexandrum bellum gerit. Dymæi ab Caſſandro deficientes expugnantur ab Alexandro. qui ab Alexione Sicyonio per fraudem occiditur. Eius vxor Crateſipolis virili fortitudine regit exercitum.

Caſſander Acarnanas diſperſos in vnum cogit, & Ætolis opponit. Leucadem capit. Illyriorum regem ſuperat. Eo digreſſo Acarnanes ab Ætolis victi, & contra fidem interfecti. Caſſander in Cariam auxilia mittit. Antigonus Demetrio filio in Syria relicto cum veteranis Alexandri militibus in Aſiam aduerſus Caſſandrum proficiſcitur.

In Sicilia Agrigentini, aliæque ciuitates Agathocli bellum inferunt, & ducem à Lacedæmoniis Acrotatum accipiunt Cleomenis F. Is ſuperbè & tyrannicè ſe gerens abrogato imperio reuerſus eſt. Agrigentini cum Agathocle cõponunt. qui paulatim ſecundis rebus euehitur. Diod. xix.

Xenocrates moritur, cùm annos xxv Platonicæ ſcholæ præfuiſſet. Diog. Laert.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.			Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4401 5 12 B A	3671	313	*L. Papirius Curſor V.* *C. Iunius Bubulcus.*	*Archon Theophraſtus.* Diod.	IV	441	436 Nou. 9

Dictator C. Pœtelius Libo Nolam capit. Sueſſam, & Pontiam coloniæ deductæ. Liu. ix.

Callantiani Ponti accolæ Thraciæ finitimi à Lyſimacho deficientes ab eodem domiti. Antigonus Teleſphorum ducem in Peloponneſum mittit, qui ciuitatibus libertatem redderet. Epirotæ à Philippo Caſſandri duce victi, & Æacides illorum rex occiditur. Antigonus Cariæ vrbes obtinet. Diod. xix.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.			Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4402 6 13 G	3672	312	*M. Valerius Maximus.* *P. Decius Mus.*	*Archon Polemo.* Diod.	Ol. 117	442	437

Bellum Hetruſcum oritur. Altero Coſſ. in Samnio relicto, ægrotante Decio, Dictator fit C. Iunius Bubulcus. Cenſura Appij Claudij, & C. Plautij celebris. quorum ille viam muniuit, & aquam duxit. Idem à Potitia gente ad ſeruos Herculis ſacra tranſtulit: ob idque captus oculis. Collega ob infamem Senatus lectionem ſe abdicauit: ſolus Appius Cenſuram tenuit. Liu. ix.

Antigonus per duces ſuos pluribus Græciæ ciuitatibus libertatem tribuit. Fruſtrà in Macedoniam traiicere contendit.

Cyrenæi rebelles à Ptolemæo ſuperantur. qui & Cyprum obtinet: & cum Seleuco Demetrium ad Gazam vincit, ac Phœniciam occupat. In Europa Teleſphorus claſſi ab Antigono præfectus deficit: contra quem dux alter Ptolemæus bellum gerit.

Epiri regnum Alcetas poſt Æacidem tenuit. quo cum Caſſander compoſitionem facit.

Seleucus Babyloniam exiguis copiis inuadit. Inde Nicanore Antigoni duce deuicto, Mediam, Suſianam, aliáſque regiones in ditionem ſuam redigit. Demetrius Cillen Ptolemæi ducem vincit. Antigono redeunte, Ptolemæus in Ægyptum regreditur. Antigonus Athenæum contra Arabes mittit. qui re initiò feliciter geſta; poſt, incurioſius agens opprimitur. Cum iis Demetrius componit; ideóque

ab Antigono reprehenditur. Mox in Babyloniam miſſus eam recuperat. Diod.

Æra Seleucidarum, ſiue Dilkarnaim ab hoc anno incipit. Vide lib. x, cap. xli. Hanc liber 1 Mac. à Niſan huius anni: poſterior à Tiſri incipit.

Agathocles dolo Meſſanam occupat. Carthaginienſes in Siciliam expeditionem agunt, & in Siculos crudeliſſimè graſſantur. Agathocles Dinocratem exulum ducem ſuperat. hinc Carthaginienſes laceſſit. Diod. xix.

4403 7 14 F | 3673 | 311 | Olymp. II | Vrbis cond. 443 | Æra Nab. 438

C. Iunius Bubulcus III. *Archon Simonides.*
Q. Æmilius Barbula. Diod.

Duorum magiſtratuum creatio hoc anno populo permiſſa. Primùm latum vt Tribb. mil. xvi ab illo deligerentur. Secundò vt Duumuiri claſſi ornandæ, reficiendæque Tubicinum collegium cùm ab Vrbe Tibur fugiſſet, reuocatum Liu. ix. Valer. Max.

Hetruſci ab Æmilio victi. Liu. ix.

Annus hic à Diodoro numeratur ab excidio Troiæ dccclxxxiii. Caſſander, Lyſimachus, & Ptolemæus pacem cum Antigono faciunt. Roxane cum Alexandro filio à Caſſandro necatur.

Carthaginienſes ad Himeram fluuium Agathoclem ingenti prælio ſuperant. Diod. xix.

4404 8 15 E | 3674 | 310 | Olymp. III | Vrbis cond. 444 | Æra Nab. 439

C. Marcius Rutilus. *Archon Hieromnemon.*
Q. Fabius. Diod. xx.

Hetruſci victi; ac tùm primùm Ciminium ſaltum penetrauit Fabius, & Hetruſcos fudit; poſtquam eius frater ſimulato habitu exploratum iuit. Noctu Conſul aggreſſus hoſtium caſtra lx m. cecidit. Marcius Allifas, & alia Samnitum oppida capit. Trepidatum Romæ, Dictatórque factus Papirius. Liu. ix.

Agathocles bellum in Africam è Sicilia transfert poſt ingentem Solis defectionem: ibique Pœnos ſæpius vincit, cùm naues antea ſuccendiſſet, vt deſperatione reditus militum ſuorum animos excitaret. Contigit ea defectio Aug. xv fer. vi, hora 8 Syracuſis.

Carthaginienſes Amilcarem è Sicilia reuocant: qui incaſſum Syracuſas oppugnat. Rurſus ab Agathocle victi Carthaginienſes Saturno liberos ſuos immolant.

Antigonus contra Ptolemæum denuò bellum gerit. Dux alter Antigoni Ptolemæus ad Caſſandrũ deficit. Polyſperchon Herculẽ Alexandri M. ex Barſine filiũ Pergamo accitum ad regnũ prouehit, eiuſq; nomine copias cõſcribit.

Nicocles in Cypro proditionis inſimulatus iuſſu Ptolemæi Lagidæ necatur.

Paryſada Boſphori rege mortuo, tres filij, Satyrus, Prytanis, Eumelus de regno inter ſe contendunt. Superſtes fratrum neci regnat Eumelus annis ferè v. Diod. lib. xx.

4405 9 16 DC | 3675 | 309 | Olymp. IV | Vrbis cond. 445 | Æra Nab. 440 Nou 8

Coſs. *hoc anno nulli.* *Archon Demetrius Phalereus.* Diod. xx.

Dictator in Faſtis notatur L. Papirius: quem L. Fabius Coſ. alioquin inimicus dixerat. Sed legem Curiatam ferenti de imperio omen diffidit Faucia Curia prærogatiua. Samnites auratis, & argentatis armis inſignes à Papirio victi. Hetruſci à Fabio ſuperati. Peruſia capta. Liu. ix.

Ptolemæus Lagi F. Ciliciæ vrbes recuperat. Ptolemæum Antigoni fratris filium, & illius deſertorem interficit. Polyſperchon Herculem Alexandri filium, quem regem fecerat, à Caſſandro perſuaſus occidit.

Cleomenes Lacedæm. rex moritur, cùm regnaſſet annis LX, M, X.

Amilcar in Sicilia cùm à vatibus accepiſſet, ſe poſtridie Syracuſis eſſe cœnaturum, victus à paucis, & Syracuſas ductus, ibique cæſus eſt. Agrigentini turbatis in Sicilia rebus, ciuitates in libertatem aſſerere à Carthaginienſium, & Agathoclis ſeruitute duce Xenodico inſtituunt. In Africa interim Agathocles militari ſeditione in extremum dicrimen adductus eſt. Sed placatis militibus priſtinæ fortunæ reſtitutus eſt. Diod. XX. Iuſt. lib. XXII.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.			Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4406 10 17 B	3676	308	*Q. Fabius III.* *P. Decius Mus.*	*Archon Charinus.* Dionyſio *Cærimus.* Diod.	Ol. 118	446	441

Fabius Samnites & Marſos, ac Pelignos: Decius Tarquinienſes ſuperant. Vmbros Fabius in deditionem accepit. Liu. IX.

Ptolemæus Lagi F. Græcis libertatem reddit. Mox iiſdem infenſus cùm Caſſandro conuenit. Cleopatra Alexandri M. ſoror cum Ptolemæo nubere vellet, ab Antigono Sardibus occiditur.

Agathocles Carthaginienſes iterum vincit. Ophellam Cyrenæorum regem euocatum ad ſeſe nec opinantem interficit. Bomilcar Carthagine tyrannidem affectans occiditur. Agathoclis naues onuſtæ ſpoliis in Siciliam profectæ tempeſtate diſiectæ ſunt. Diod. XX. Iuſt. XXII.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.			Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4407 11 18 A	3677	307	*Ap. Claudius.* *L. Volumnius.*	*Archon Anaxicrates.* Diod.	II	447	442

Volumnius contra Salentinos proſperè bellauit. Prorogatum imperium Fabio, qui Samnites vicit. Liu. IX.

Demetrius Antigoni F. occupato Pyræeo, exciſaque Munychia libertatem priſtinam Athenis reddidit, poſt annos XV, quàm Lamiaco bello in ſeruitutẽ redacti fuerant. Oligarchiam tum ſublatam eſſe teſtis eſt in Dinarcho Dionyſius: fugiſſeque Dinarchum, cùm accuſatus eſſet. Fugit & Demetrius Phalereus ad Ptolemæũ. Porrò Demetrius Antigoni F. ad vrbem appulit Thargelionis XXVI, qui fuit Mai XI, quæ dies in illius honorem publico decreto σωτήριος eſt dicta. Fœda itaque Athenienſium in reges adulatio fuit. Secundum hæc Demetrius in Cyprum profectus, Menelaum Ptolemæi ducem in ea vincit: expugnat oppida: Ptolemæum nauali certamine ſuperat. Ob hæc Antigonus & Demetrius regium nomen vſurpant. quod & reliqui fecerunt: imò & Agathocles ipſe. qui quidem Vticam capit. tùm relicto in Africa Archagatho filio, in Siciliam excurrit. Archagathus re primùm proſperè geſta; deinde malè habitus patris implorat auxilium. Agathocles reuerſus cùm nec ipſe ſecundo curſu vteretur, clam Archagatho relicto, cum altero è liberis reuerti in Siciliam deſtinat. Sed cùm id militibus cognitum eſſet, vinculis ille conſtrictus, mox eorumdem miſeratione dimiſſus fugit in Siciliam, relictis liberis: quos milites iugularunt. Agathocles militum liberos & coniuges viciſſim excarnificatos interficit. Diod. XX. Iuſt. XXII. Philochorus apud Dionyſ. in Dinarcho.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.			Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4408 12 19 G	3678	306	*P. Cornelius Aruina.* *Q. Marcius Tremulus.*	*Archon. Corœbus.* Diod.	III	448	443

Hernici à Marcio victi. Samnites ab vtroque profligati. Cum Cathaginienſibus fœdus tertiò ſancitum. Liu. IX.

Antigonus naualem ac pedeſtrem exercitũ in Ægyptum ducit. ſed afflicta claſſe, aditúq; prohibitus redit in Syriam.

Per.Iul ✳ . ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			Agathocles fractis rebus, pacem cum Dinocrate exulum duce tentat incaſſum. Ideo cum Carthaginienſibus paciſcitur. Diod. xx.			
4409 13 1 FE	3679	305	*L. Poſtumius.* *Archon Xenippus.* Diod. *T. Minucius.* Dionyſio *Euxenippus.* Victi Samnites à duobus Coſſ. duplici prælio. Herculis ingens in Capitolio ſimulacrum erigitur. Liu. ix. Antigonus Rhodiis infenſus, qui ad bellum Cyprium ſubſidia negauerant, Rhodum per Demetrium filium oppugnat. Sed acerrimè defenditur. Agathocles Dinocratem vincit, & pace cum exulibus facta, mox eoſdem interficit: ac Dinocratem ſibi conciliat, & opera illius vtitur. Diod. xx.	IV	449	444 Nou.7
4410 14 2 D	3680	304	*P. Sulpitius Auerrio.* *Archon Pherecles.* *P. Sempronius Sophus.* Diod. Samnites priſtinum in fœdus recepti. Æqui victi, & oppida XLI intra LX dies à Coſſ. capta. Liu. ix. Galli Tranſalpini à Ciſalpinis in Romanos fines immiſſi poſt annorum XXX fœdus. Polyb. II, 107. Demetrius in oppugnatione Rhodi pergens machinas ingentes extruit. Sed ſtrenuè reſiſtentibus Rhodiis, pax inter illos facta, ea conditione, vti Antigono, præterquam aduerſus Ptolemæum, auxilia mitterent. Agathocles Liparitanos diripit, neque fanis Deorum parcit. Naues onuſtas ſacrilega præda tempeſtas diſiecit. Demetrius ad Græcos liberandos proficiſcitur. Eumelius Boſpori Cimmerij rex moritur cùm regnaſſet annos VI. Succedit Spartacus annis XX. Diod. xx. Seleucus Antiochiam, Laodiciam, Apamiam, Edeſſam, Beroeam, & Pellam condidit. Euſeb.	Ol. 119	450	445
4411 15 3 C	3681	303	*L. Genutius.* *Archon Leoſtratus.* *Ser. Cornelius.* Diod. Coloniæ Soram, Albam, & in Æquos deductæ. Liu. x. Demetrius Græcis vrbibus pleriſq; libertatem reſtituit. Sicyonem aliò transfert; cùm eam cepiſſet: vt & Corinthum, & oppida complura. Cleonymus Spartanus à Tarentinis contra Lucanos, & Romanos accitus Lucanos vincit. Tarentum, quod defecerat, expugnat. Demetrij & Caſſandri amicitiam reſpuit. Diod. xx.	II	451	446
4412 16 4 B	3682	302	*M. Liuius Denter.* *Archon Nicocles.* *C. Æmilius.* Diod. Aduerſus Æquos coloniam detrectantes Dictator factus C. Iunius Bubulcus octauo die triumphauit. Idem Salutis ædem, quam Conſul vouerat, Cenſor locauerat, Dictator dedicauit. Claſſis Græcorum Cleonymo Lacedæmoniorum duce, Thurias vrbem Salentinorum cepit. Sed ab Æmilio fugata ad Patauina litora prædabunda peruenit: vbi peſſimè accepta; ſic vt quinta pars vix domum rediret. Liu. x. Sanè Diodorus Cleonymum ſcribit clade accepta in Corcyram rediiſſe. Bellè igitur hiſtoriæ ambæ cōſentiunt. Caſſander ab Antigono fruſtrà pacis conditiones poſtulans, Lyſimachum, Seleucum, alióſque ſibi conciliat. Antigonus vt iis reſiſteret, Demetrium acceſſit. Is Eleuſiniis ſacris initiatus in Aſiam copias tranſportat. Diod. xx. vbi & eius hiſtoria deſinit.	III	452	447

4413 17 5 A G | 3683 | 301 — IV | 453 | 448 Nou. 6

Coss. *hoc anno nulli fuerunt.* *Archon Calliarchus.*

Dictatores duo; Q. Fabius maximus; pòſt verò M. Valerius Coruus. Ab hoc Hetruſci victi, & triumphus reportatus. Liu. x.

Antigonus & Demetrius coniunctis copiis, quæ ſuprà LXX M peditum, equitum X M, cum LXXV elephantis habebant, cum regum trium exercitu cõfligunt, Seleuci, Lyſimachi, Caſſandri: in quo peditum erant LXXIV M, equitum dena, & quingenti; currus CXX. Pugnatũ ad Ipſum in Phrygia. Erat in caſtris Demetrij Pyrrhus, cuius ſororem Deidamiam duxerat Demetrius. Plut. Vincitur Antigonus, & occumbit in prælio. Demetrius in Græciam Athenáſque fugit: nec admittitur. Plutar. Demetrio. Diodori Fragm. Victores Demetrij ditionem inter ſe partiti.

Antiochiam condidit Seleucus anno XII regni ſui. Euſ. Chron.

4414 18 6 F | 3684 | 300 — Ol. 120 | 454 | 449

M. Valerius.
Q. Apuleius Panſa. *Archon Hegemachus.*

Valerius ex Dictatura Conſul factus eſt. Sacerdotia plebi permiſſa. Liu. x.

Seleucus Demetrij filiam Stratonicem ducit, cum eóque conciliatur. Mox Ptolemæi filiam Ptolemaidem Demetrius coniugem accipit. Plutar. Demetrio.

Agathocles Corcyram à Caſſandro circunſeſſam obſidione liberat, tota Macedonum claſſe ſuccenſa. Rediens è Corcyra in mercenarios illos milites incidit, qui Archagathum filium ſuum interfecerant. quos omnes occidit. Diod. in Fragm.

Iudæorum Pontifex Simon Oniæ F. clarus habetur: cui nomen Iuſto. Euſ.

Arceſilaus Academicus floruit. Diogenes.

4415 19 7 E | 3685 | 299 — II | 455 | 450

M. Fuluius Pætus.
T. Manlius Torquatus. *Archon Euctemon.*

Luſtrum conditum P. Sempronio Sopho, & P. Auerrione Cēſoribus. Tribus additæ duæ, Anienſis, Tarentina. Nequinum proditione captum. Colonia Narnienſis impoſita. Hetruſci Gallos tentant magna pecunia. At ij fidem fallunt. Manlius equo prolapſus obiit. Suffectus M. Valerius, & in Hetruriam miſſus. Samnites defectionem agitant. Lucani ab iis oppreſſi ad Romanos tranſeunt. Liu. x.

Demetrius Sidonem Tyrum, & Ciliciam, nequicquam poſtulante Seleuco, præſidiis retinet. Lachares Athenis tyrannidem molitur. Eò Demetrius aduehitur, ac bellum Athenienſibus indicit; diſiecta claſſe, móxque reparatâ.

Arceſilaus Seuthi filius ex Æolide, oppido Pitane, floruit circa hanc Olympiadem. Diog. Laërt. qui addit vixiſſe LXXV annos: præfuiſſe ſcholæ LVII.

Galli Ciſalpini, qui ante annos quinque cum Tranſalpinis, & Etruſcis Romanos fines populati erant, in patriam cum ingenti præda reuerſi, de hac ipſa diuidenda inter ſe digladiantur. Polybius lib. II, pag. 107. Hæc enim tertia Gallorum expeditio paulo diuturnior à nobis ſtatuenda eſt; vti tempora poſteriora reſpondeant. Vide lib. IX, cap. XLIV.

Agathocles in Italiam traiicit, & Crotonam expugnat. Diod. Eclogis.

Per. Iul. ✳ ⊙	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4416 20 8 D	3686	298	III	456	451

L. Cornelius Scipio.
Cn. Fuluius. — *Archon Mneſidemus.*

Cum Lucanis fœdus initum. Ad Volaterras cum Etruſcis ancipi exitu certatum. Fuluius de Samnitibus triumphat. Liu. x.

Caſſander Macedoniæ rex tabe moritur, cùm regnaſſet annos XIX. Dexippus, & Euſeb. Hic moriens filios reliquit è Theſſalonica tres, Philippum, Antipatrum, Alexandrum.

Macedonum à Carano XXVI Philippus anno vno regnat. Dexippus. Euſeb.

Per. Iul. ✳ ⊙	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4417 21 9 CB	3687	297	IV	457	452 Nou. 5

Q. Fabius Maximus IV.
P. Decius Mus III. — *Archon Antiphates.*

Fabius cùm inuitus crearetur Conſul, Decium collegam poſtulauit. Victi latè Samnites Fabij conſilio. qui cùm iterum deſignaretur Conſul, recuſauit. Ambobus ergo Coſſ. prorogatum in ſex menſes imperium. Liu. x.

Mortuo Philippo, Antipater & Alexander de regno inter ſe contendunt. Antipater Lyſimachi gener Theſſalonicam matrem, quòd Alexandro fratri fauere videretur, vitam etiam per vbera materna deprecantem occidit. Ambo itaque diſcordes regnauerunt annis tribus. Euſeb. Iuſtinus XVI.

Demetrius Poliorcetes Athenas arctiſſima obſidione cingit annum vnum. quando Epicurus fabas in amicos diſtribuiſſe dicitur. Plut. Demet.

Per. Iul. ✳ ⊙	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4418 22 10 A	3688	296	Ol. 121	458	453

L. Volumnius.
Ap. Claudius. — *Archon Nicias.*

Samnites à Procoſ. Decio ſuis pulſi finibus ad Etruſcos ſe conferunt, & eos ad bellum Romanis inferendum concitant. Decius interim oppida in Samnio plurima Romanis ſubiicit. L. Volumnius è plebe Conſul è Samnio collegæ, qui Etruſcis oppoſitus erat, literis euocatus in Etruriam pergit. Negante Appio ſe vocaſſe, rediturus à militibus retinetur. Fuſi in Etruria hoſtes. Samnites profligati à Volumnio. dux eorum Egnatius captus.

Lachares tyrannus Athenis fugit. Vrbem Demetrius obtinet, & cum Athenienſibus benignè præter ſpem ſe gerit, eóſque frumento ſubleuat: atque impoſito præſidio diſcedit. Plut. Demetrio.

Alexander Macedoniæ rex contra fratrem Antipatrum primò Demetrium: tùm eo cunctante, Pyrrhum in auxilium aduocat. Is præmij loco Macedoniæ partem occupat. Plut. Pyrrho, & Demetrio.

Per. Iul. ✳ ⊙	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4419 23 11 G	3689	295	II	459	454

Q. Fabius V.
P. Decius IV. — *Archon Nicoſtratus.*

Orta Coſſ. inter contentio, cui Etruria prouincia daretur. Populus extra ſortem attribuit Fabio. Poſtea Coſſ. ambo in Etruriam contra Etruſcos Samnites, & Gallos profecti. Deleta primùm à Gallis Legio, L. Scipione proprætore. Deinde flagrante prælio, & inclinante cornu ſiniſtro, cui Decius præerat, hic pro legionibus ſeſe deuouet. Hoſtes victi. Volumnius in Samnio proſperè rem gerit. Liuius annum hunc XLVI numerat belli Samnitici, quod cœpit Valerio & Cornelio Coſſ. anno V. C. CCCCXI. Interuallum annorum XLVIII. Liu. lib. x.

Polybius lib. II, pag. 107 Gallos quartam ab Vrbe capta contra Romanos expeditionem ſuſcepiſſe confirmat, quando cum Samnitibus & Etruſcis conſpirarunt, & Romanos in agro Cluſino ceciderunt. Poſtea totis in illos legionibus effuſi Romani in agro Sentinati magnam eorum partem obtruncant. Apud Diodorum in Eclogis Duris Gallorum cæſa C. M. refert.

Hoc anno Pyrrhum regnare cœpiſſe, ſcribit Velleius lib. I.

Demetrius contra Lacedæmonios, & eorum regem Archidamum certat, iiſque victis ad obſidionem vrbis accingitur. Sed cùm Pyrrhum in Macedoniam accitum ab Alexandro veniſſe nunciatum eſſet, retrò in Macedoniam perrexit.

Timocharis hoc anno, qui erat Calippicæ periodi primæ XXXVI, Poſideonis XXV, hora decima noctis incipiente, Phaophi XVI; ſequente XVII, Decembris XXI, feria VI deprehendit Lunam iuxta Scorpij ſtellam, cùm Sol eſſet in XXVI gradu Sagittarij; Luna in gradu I, 15' Scorpij. Ptol. VII, cap. III.

4420 24 12 F | 3690 | 294 | *L. Poſtumius Megillus.* *M. Attilius Regulus.* *Archon Olympiodorus.* | III | 460 | 455

Attilius, ægrotante Poſtumio, in Samniũ profectus vrbibus aliquot potitur. Samnites adueniente Poſtumio pulſi. Ad Lucerinos fines ancipiti exitu pugnatum. Tandem victi, & 7300 ſub iugum miſſa. Ædem Statoris Iouis Coſ. Attilius vouit. Cui & triumphus negatus, quod & 7000 Romanorum in acie ceciderant. Poſtumius in Etruria rem feliciter gerit. Volſinio, Peruſiæ, Arretio induciæ in XL annos datæ. Poſtumius inuitis Patribus triumphat.

Demetrius Poliorcetes Alexandro Macedonum rege ſublato, regnum Macedoniæ VI annos gerit, XXVIII à Carano. Antipater ad ſocerum Lyſimachum fugit: à quo interemptus eſt. Plutar. Demetrio. Iuſtinus XVI.

Stratonice Demetrij filia Seleuco nupſerat. Eam cùm Antiochus Seleuci filius deperiiſſet, & in morbum incidiſſet, Eraſiſtrati medici prudentia re cõperta, Seleucus eam Antiocho nuptui dat cum imperij parte. Plut. Demetrio.

Cenſu acto inuenta ſunt CCLXX M. Euſeb.

4421 25 13 ED | 3691 | 293 | *L. Papirius Curſor.* *Sp. Caruilius.* *L. Papirij quinquies Coſ. F.* *Archon Philippus.* | IV | 461 | 456 Nou. 4

Samnites iuriſiurandi religione ad pugnam obſtrictos fudit Papirius, ac triumphauit. Caruilius quoque de Etruſcis triumphum egit. Liu. X.

Demetrius exules omnes Athenas redire permiſit. inter quos Dinarchus fuit. Dion. Halic. in eius vita.

Idem Demetrius Bœotiis bellum intulit, Cleonymo Lacedæmonio duce fretis. Sed adueniente Demetrio, Thebis exceſſit ille. vrbs in victoris poteſtatem venit: cui ἁρμοστὴν præfecit Hieronymum Cardianum hiſtoriæ ſcriptorem. Plut. Demetrio.

Agathocles in Italiam transfretans è Bruttiorum agro prædas agit. Hipponiatarum vrbem obtinet. obſidibus acceptis Syracuſas redit. Eo digreſſo, Bruttij obſides, & vrbem recuperant, conciſo præſidio. Diod. Eclogæ. Papirius princeps Romanis Solarium horologium ſtatuit ad ædem Quirini; cùm eandem dedicaret à patre ſuo votam. Plin. VII, cap. LX.

Menander Comicus hoc anno moritur. Vetus Inſcrip. Romæ Prætore Philippo mortuum dicit, anno ætatis LII. Atqui à Soſigene Archonte, quo natus eſt, anni ſunt tantùm L.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4422 26 14 C	3692	292	Ol. 122	462	457

Q. Fabius Gurges.
Iunius Brutus Scæua.

Fabius malè cum Samnitibus pugnauit. Liu. x.

Lyſimachus à Dromichæte Getarum rege captus, & Agathoclis filij opera liberatus eſt, cum ea pactione, vt quæ trans Iſtrum erant, Getis cederent. Lyſandra Ptolemæi Lagidæ, & Eurydices filia Agathocli Lyſimachi filio nupſit. Pauſ. Att. pag. 8. Intereà Demetrius Thraciam inuaſurus de Lyſimachi reditu, & Thebarum defectione certior factus, victis per Antigonum filium Thebanis, vrbem denuo capit: Pyrrho, qui Theſſaliam populabatur, expulſo. XIII ciuibus ſupplicio affectis, cæteris parcit, & vrbi præſidium imponit. Plut. Demet. Eclogæ Diod.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4423 27 15 B	3693	291	II	463	458

L. Poſtumius Megellus.
C. Iunius Bubulcus.

Æſculapij ſignum Romam Epidauro tranſlatum. Epito. Liu. XI.

Cùm de Fabio Gurgite ob ignominioſam acceptam cladem amouendo Senatus ageret, Fabius Maximus pater legatum ſe cum illo iturum profeſſus eſt. Re impetrata Gurges pro Conſule contra Samnites acerrimè pugnans, & ab hoſtibus circunuentus irruente medios in hoſtes pio ſene liberatus eſt. Victi Samnites. cæſa XX M, quatuor cum duce Pontio capta. Triumphauit Fabius Gurges, & in Pontium ſecuri animaduerſum. Epit. Liuij XI. Valerius lib. v, cap. VII.

Demetrius, quod Ætoli anguſtias apud Delphos inſediſſent, Athenis Pythia celebrauit. Bellum Ætolis intulit. qua in expeditione relicto Pantaucho duce fortiſſimo contra Pyrrhum contendit. Sed ambo à ſe inuicem aberrantes, Demetrius Epirum vaſtat, Pyrrhus Pantauchum debellat. Ex illo Demetrij ſublapſa fortuna. qui paulo pòſt è morbo conualeſcens, Pyrrhum in Macedoniam erumpentem repreſſit; cum eóque fœdus iniit. Plut. Demetrio, & Pyrrho.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4424 28 16 A	3694	290	III	464	459

P. Cornelius Rufinus.
M. Curius Dentatus.

Coſſ. ambo contra Samnites rem egregiè geſſerunt. Manius Curius Samnitibus cæſis, & Sabinis, qui rebellauerant, in deditionem acceptis, bis in eodem magiſtratu triumphauit. Epit. Liu. XI. Eutropius II, qui tum ait bellum Samniticum per nouem & quadraginta annos geſtum ab iis eſſe ſublatum.

Agathocles filium ſuum Agathoclem ad Demetrium miſit, à quo honorificè eſt exceptus, & veſte regia donatus. Cum eo remiſſus eſt à Demetrio Oxythemis per legati ſpeciem ad Siciliæ res explorandas. Interim Demetrius de Aſia recuperanda conſilium agitans, ingentem exercitum apparat: in quo XCVIII M peditum, equitum XII M fuere. Naues D fabricauit. Qua re commoti reges IV, Seleucus, Lyſimachus, Ptolemæus, Pyrrhus, communibus eum conſiliis oppugnant. Plut. Demetrio, & Pyrrho. Iuſt. XVI.

Seleucus in eas vrbes, quas condiderat, Iudæos tranſ-

fert, ius eis ciuium pari cum Græcis honore permittens. Euſeb.

4425 1 17 G F | 3695 | 289 | *M. Valerius Coruinus.* | IV | 465 | 460 Nou. 3

Q. Cædicius Noctua.

Agathocles ex Archagatho filio, qui in Africa occiſus eſt à militibus, nepotem habebat Archagathum, filium Agathoclem cum duobus aliis paruulis ex Theoxena Ægyptiaca. Archagathum militaribus copiis præfecerat. ſed cùm Agathoclem ſucceſſorem deſignaret, à Mænone ſuaſu nepotis veneno ſublatus eſt; cùm paulo antè in Italiam contra Bruttios traieciſſet; ac filius eius Agathocles ab Archagatho eſſet interfectus. Moriens nepotem deteſtatus eſt: Syracuſanis libertatem reſtituit: ac ſemiuiuus in rogum impoſitus eſt ab Oxythemide. Mænon occiſo Archagatho militare imperium arripuit. Eclogæ Diodori. Iuſtinus XXIII. Vixit annos LXXII, regnauit XXVIII. vt Timæus, Callias, & Antander Agathoclis frater memoriæ prodiderunt, apud Diod. in Eclogis. At Iacobus Cappellus anno ſecundo Olympiad. CXX mortuum putat Agathoclem: qui eſt Periodi Iulianæ 4415; vt XVIII duntaxat annis regnauerit; & ante Caſſandrum, adeóque Pyrrhi exordium, mortuus ſit. Decennio itaque toto fallitur. Erroris fontem vide anno II Olymp. CXXVI.

Eodem tempore, Ptolemæo, Lyſimacho, atque Pyrrho Demetrij regnum incurſantibus, defectione Macedonum regno pellitur Demetrius: ac priuato & lugubri cultu Græciæ ciuitates adiit. Deficiunt imprimis Athenienſes: & cùm ἐπώνυμον magiſtratum adhibuiſſent τῶν σωτήρων ἱερέα, eo ſublato, Prætorem ordinarium eligunt. Demetrius redintegratis nonnihil viribus obſidere Athenas inſtituit. Sed Cratetis Philoſophi hortatu profectus eſt in Aſiam. Plut. in Demetrio.

Demetrio pulſo Macedonum regnum Pyrrhus obtinuit menſibus VII. Hic ab Athenienſibus arceſſitus cùm in arce ſacrificaſſet, in digreſſu monuit, ne quem principem temerè in arcem introducerent. Plut. Pyrrho.

4426 2 18 E | 3696 | 288 | *Q. Marcius Tremulus.* | Ol. 123 | 466 | 461

P. Cornelius Aruina.

Demetrius vndique pulſus Seleuco ſe tradere cogitur. Plut. Demetrio.

Pyrrhus tanquam peregrinus à Macedonibus contemptus regno excidit. Lyſimachus eius in locum regnat triceſimus à Carano; tenuitque Macedoniam annis VI. Euſeb. & Dexippus.

Strato Lampſacenus Theophraſti Scholæ præfuit annis XVIII. Diog.

4427 3 19 D | 3697 | 287 | *M. Marcellus.* | II | 467 | 462

Sp. Nautius. *Archon Philippus.*

Demetrius à Seleuco captus hoc fere tempore deceſſit. Plut. Demetrio.

4428 4 1 C | 3698 | 286 | *M. Valerius Maximus.* | III | 468 | 464

C. Ælius Pætus.

His Coſſ. credit Sigonius ſeceſſionem plebis in Ianiculum eſſe factam, propter æs alienum. Q. Hortenſius Dictator legem tulit, vt quod plebs iuſſiſſet, omnes Quirites teneret. Epit. Liu. XI. Plin. lib. XVI, cap. X. Hic in Dictatura mortuus eſt, quod nemini antè contigerat. Epit.

Serapis Alexandriam tranſlatus eſt. Euſeb. Clem. Alex. Protrept. à Sinopenſibus miſſum adſtruit.

4429 5 2 BA | 3699 | 285 | IV | 469 | 464 Nou. 2

C. Claudius.

M. Aimilius.

Lyſimachus Agathoclem filium, qui ex Lyſandra Ptolemæi Lagidæ, & Eurydices filia liberos ſuſceperat, veneno ſuſtulit. Hunc enim Arſinoe nouerca Lyſandræ ſoror ad inceſtum concubitum fruſtrà ſolicitatum apud patrem detulit. Lyſandra cum filiis ad Seleucum fugit. Philetærus ſpado, quem Lyſimachus ærario ſuo præfecerat, Agathoclis mortem ægrè ferens, Pergamum ad Caycum Phrygiæ maioris vrbem occupat. ac primùm pro Seleuci præfecto ſe gerit. deinde noui & ipſe regni princeps extitit. quod annis XX tenuit. Strabo XIII. Pauſanias Atticis pag. 7, & 9. Excerpta Scal. de Olympiadibus.

Ptolemæus Philadelphus κατ' ἀντίφρασιν dictus, Lagidæ & Berenices filius hoc anno cœpit, ſuperſtite adhuc patre. Iuſtinus XVI. regnauit annis XXXVIII. Ab hoc anno incipit æra Dionyſij Mathematici; de qua lib. IV, cap. XVI.

4430 6 3 G | 3700 | 284 | Ol. 124 | 470 | 465

C. Seruilius.

L. Cæcilius.

Soſtratus Cnidius Pharum Alexandriæ conſtruxit. Euſ.

Circa hunc annum Patrenſes, Dymæi, & Pharæenſes Achæorum Reipublicæ fundamenta iecerunt, ac democratiæ, quæ quidem è XII vrbibus conſtabat. Polyb. II pag. 128. Porro XXV totis annis Scribam vnum, & Prætores duos in orbem elegerunt, pag. 130.

Ptolemæus Lagi filius, cùm ſuperſtes adhuc Ptolemæum filium euexiſſet ad regnum, mortuus eſt. Ad eundem annum, aut anteriorem pertinet LXX Seniorum hiſtoria. qui à Ptolemæo Philadelpho, & fortaſſis etiam à Lagi filio pariter acciti ſacros libros ex Hebræo in Græcũ tranſtulerunt. Credibile eſt enim ſuperſtite Ptolemæo Lagi F. curatam à Philadelpho inſignem eſſe Bibliothecam. Vide Animad. noſtras ad Epiph. de menſ. & pond. pag. 379. Quod propter Demetrium Phalereum dici attinet; quem vt Lagidæ percarum; ſic eius filio conſtat exoſum fuiſſe.

Sub idem tempus Demetrius Phalereus, qui viuo adhuc Ptolemæo Sotere, ſiue Lagi F. in pretio fuerat, eo mortuo ab Philadelpho relegatus in certam regionem, & dolore cõtabeſcens, aſpidis morſu periit. Diog. Laërt. in eius vita. Offenſionis cauſa fuit, quòd Ptolemæo Lagidæ conſiliũ dederat, vt Eurydices liberos ſucceſſores relinqueret potiùs, quàm Berenices filium Ptolemæum Philadelphum.

Hoc anno, decem annis elapſis à quarta irruptione, Galli rurſum aduerſus Romanos bellum mouent, & Arretium obſident. Polyb. II, pag. 107.

4431 7 4 F | 3701 | 283 | II | 471 | 466

P. Cornelius Dolabella.

Cn. Domitius Caluinus.

Cùm Arretium obſiderent Galli Senones, à Lucanis, Bruttiis, Samnitibus, & Etruſcis contra Romanos exciti. Miſſus eſt contra ipſos L. Cæcilius Prætor. qui cum exercitu ab illis deletus, cæſis Romanorum XIII M. ſuffectus eſt illi Manius Curius, qui legatos pro redimendis captiuis ad Gallos miſit. at ij contra ius gentium illos occiderunt. Romani in Galliam exercitum ducunt. Gallos acie

acie vincunt. Senam eorum vrbem coloniam deducunt. Boij Senonum clade commoti cum Etruſcis conſpirantes ad Vadimonis lacum pugnam ineunt, in qua cæſi plerique omnes Etruſci: Boiorum pauci admodum euaſerunt. Hæc à Dolabella Coſ geſta. Polyb. Quæ ad hunc annum referenda ſunt, non ad ſuperiorem. In quo Caſauboni, Iacobi Capelli, & Caluiſij caſtigandus eſt error, qui L. Cæcilium Coſ. à Gallis occiſum putant. Atqui στρατηγὸν eum vocat Polybius. Tum Epitome Liuij XII L. Cæcilium Prætorem eundem nominat. Eutropius quoque cæſos à P. Dolabella Coſ. cum Etruſcis Gallos aſſeuerat.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4432 8 5 E	3702	282	*C. Fabricius. Q. Æmilius.*	III	472	467

Galli Boij ſuperiore clade acrius inflammati pube omni ſuorum armata cum Romanis confligunt. à quibus funditùs deleti pacem ac fœdus impetrant, tertio anno antequam Pyrrhus in Italiam veniret. Polyb. lib. II, pag. 108. Supererant ex Alexandri commilitonibus omninò duo; Lyſimachus annos natus LXXIV, Seleucus LXXVII. Lyſimachus defectione ſuorum irritatus in Aſiam traiecit, ac Seleuco bellum intulit. in quo & mortuus eſt. Lætus tanta victoria Seleucus, Macedoniæ regnum ſeptem menſibus tenuit: vel certè Arſinoë Lyſimachi vxor cum liberis ſuis interim præfuit. Iuſtinus XVII, Dexippus in Collect. Euſebij Græcis, pag. 49. Pauſan. Atticis.

Hoc anno belli Tarentini occaſio data eſt. Cùm à Tarentinis Romana claſſis direpta eſſet; Romani legatos miſerunt: qui à Tarentinis iniuria affecti. Oroſius Epit. lib. XII.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4433 9 6 DC	3703	281	*Q. Marcius Philippus. L. Æmilius Barbula.*	IV	473	468 Nou. I

Seleucus victorem ſe victorum, & vltimum Alexandri commilitonum prædicans, poſt menſes admodum ſeptem à Lyſimachi morte, à Ptolemæo Lagi ex Eurydice filio, Philadelphi fratre, per inſidias circunuentus occiditur, regnúmque Macedoniæ, quod Lyſimacho eripuerat, cum vita pariter amittit. Iuſt. XVII. Dexippus.

Hoc igitur anno mortuo Seleuco ſucceſſit filius eius Antiochus Soter, & regnauit in Syria annis XIX. Euſeb. Macedonum XXXI poſt Caranum regnauit Ptolemæus Lagi F. cognomento Ceraunus anno I, menſibus V, vt prodit Dexippus in Collectaneis. Græcis Euſebij. Hic vt regnum firmaret, pacem cum Antiocho filio Seleuci, Eumene, & Antigono Demetrij filiis; cum Pyrrho etiam affinitatem coniunxit, data ei in matrimonium filia ſua. Tum Arſinoen ſororem Lyſimachi coniugem, ex quo liberos habebat, Lyſimachum XVI annos natum; Philippum XIII, in matrimonium poſtulat. Poſt nuptias ambos eius paruulos interficit, matrem in Samothraciam relegat. Iuſt. XVII, & XXIV. Hunc cum Philadelpho non rectè Cappellus anno 3718 permiſcuit.

Eodem anno Tarentinis bellum denunciatum. Barbula Tarentinos, Samnites & Salentinos ingenti prælio fudit. Hac clade accepta Tarentini Pyrrhum ad opem ferendam in Italiam euocant. Epit. Liuij. Iuſt. XVIII.

Hoc anno natus eſt Chryſippus Stoicæ ſectæ columen. Vide annum I Olymp. CXLIII.

Per. Iul ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4434 10 7 B	3704	280	Ol. 125	474	469

P. Valerius Læuinus. *Archon Gorgias.*
T. Ceruncanius. Plutar. de x Rhet.

Pyrrhus hoc anno à Tarentinis accitus in Italiam venit. Victi ſunt ab eo Romani, Læuino duce, elephantorum maximè inuſitata facie territi. C. Fabricius legatus ad Pyrrhum de captiuis redimendis miſſus eſt. Omnes ſine pretio redditi. Plut in Pyrrho. Iuſt. xviii.

Ptolemæus Ceraunus à Gallis, qui Belgio duce Macedoniam & Illyricum incurſabant, occiditur. Iuſtinus xxiv. Dexippus. Polybius lib. ii, pag. 128, & 155 teſtatur reges iv, Ptolemæum Lagi F. Lyſimachum, Seleucum, & Ptolemæum Ceraunum, intra Olymp. cxxiv extinctos eſſe.

Poſt Ceraunum Macedoniæ regnum vſurpauit eius frater Meleager menſibus ii. Quo à Macedonibus pulſo; nec non Antipatro Caſſandri fratris filio, qui diebus xlv tenuit; Soſthenes, quòd Macedoniam à Gallorum populatione vindicaſſet, regnum vltrò ſibi delatum annis duobus tenuit. Quanquam ipſe non in regis, ſed in ducis nomen iurare milites coegit. Iuſt. xxiv. Dexippus.

Eodem, vt apparet, anno legio Campana cum Præfecto Decio Iubellio ad Rheginorum præſidium à Romanis miſſa, occiſis Rheginis, Rhegium occupauit: qui paulo poſt à ſuis eiectus eſt, & ophthalmia laborans à Rhegino medico oculis priuatus eſt. Epit. Liu. xii. Eclogæ Diod.

Hoc etiam anno Hicetas, cùm ix annis Syracuſis principatum tenuiſſet, à Thymone pellitur. Eclogæ Diod.

Per. Iul ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4435 11 8 A	3705	279	II	475	470

P. Sulpicius. *Archon Anaxicrates.*
P. Decius.

Pyrrhus Cineam legatum Romam miſit, vt de pace ageret. Sed Appius cæcus inclinantes in pacem animos authoritate ſua deterruit. Igitur contra Pyrrhum dubio euentu pugnatum eſt. Pyrrhus vulneratus eſt, cæſis militum eius xx m. Romanorum verò v m. & Conſule altero Decio. Epit. Liu. xiii. Plut. in Pyrrho. Cēſus hoc anno actus, & P. Domitiius Cenſor primus è plebe luſtrum cōdidit. Cenſa ſunt ciuium capita cclxxviii m, cum ccxxii. Epit. xiii.

Per. Iul ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4436 12 9 G	3706	278	III	476	471

C. Fabricius. *Archon Democles.*
Q. Aimilius.

Fabricius contra Pyrrhum miſſus medicum eius de regis nece paciſci volentem vinctum Pyrrho remiſit. Pugnatum deinde ad Aſculum incerto exitu. Pyrrhus relicta Italia in Siciliam traiecit; vt contra Pœnos Siciliam tueretur. Ita pacem cum Romanis fecit. Plut. in Pyrrho. Epit. Liu. xiii. Diodorus in Eclogis ſcribit, Pyrrhum in Italia duos annos, & iv menſes bellum geſſiſſe. Addit Carthaginienſes Syracuſas obſediſſe terra marique. Pyrrhus eò cùm appuliſſet, Siciliæ vrbes vltrò ſe ei permiſiſſe.

Brennus Gallorum dux in Macedoniam irrumpit: Soſthenem Macedonum ducem occidit. Inde Græcis ad Thermopylas aditum prohibentibus, eâdem, quâ Perſæ quondam, parte intra Græciam penetrat. Sub hæc Phocidem ad Delphicum templum ſpoliandum petit. Sed terræ motu, fulgetris, & portentis abſterriti Galli: complures enecati. Brennus pòſt paulo ex vulneribus moritur. Diod. Eclogis. Iuſt. xxiv. Pauſan. Phoc. & Att.

Plutarchus ſcribit hoc tempore Pyrrho ab Italia diſcedenti plures eodem mometo rei bene gerendæ opportunitates oblatas. Nam & eum Siculi ad auxilium ferendum

vocabant: & ex Græcia nunciabatur Ptolemæum Ceraunum à Gallis interemptum eſſe: quæ Macedoniæ recuperandæ præclara videbatur occaſio. Verùm Plutarchus, niſi fallor, quòd ad Soſthenem conueniebat, id ad Ptolemæum Ceraunum per errorem tranſtulit.

Macedonum ab Alexandro XII Antigonus Gonatas dictus à Gonis Theſſaliæ oppido, vbi educatus erat, regnauit annis XXXVI; cùm in Græcia XII antea regnaſſet. Dexippus.

4437 13 10 FE | 3707 | 277 — IV | 477 | 472 Oct. 31

P. Cornelius Rufinus.

C. Iunius.

Cum Lucanis, Tarentinis, & Samnitibus continuatum eſt bellum. Epit. lib. XIV Liuij. Crotonem Rufinus obtinuit. Frontinus lib. III.

Pyrrhus in Sicilia ſecundo contra Carthaginienſes ſucceſſu rem gerit. Inſulæ ſtatum conſtituit. Plutar. Eclogæ Diod.

Gallorum reliquiæ Comontorio duce Thraciam inuadunt, & à Byzantinis tributum exigunt. Polyb. IV, pag. 313.

4438 14 11 D | 3708 | 276 — Ol. 126 | 478 | 473

Q. Fabius Gurges II.

C. Genucius Clepſina.

Pyrrhus contra Carthaginienſes in Sicilia bellum gerit. Lilybæum incaſſum obſidet. Plutar. Eclogæ Diod.

4439 15 12 C | 3709 | 275 — II | 479 | 474

Manius Curius Dentatus III.

L. Cornelius Lentulus.

Pyrrhus labentibus in Sicilia rebus ſuis, in Italiam rediit. Cum Romanis pugnans vincitur. ipſe Tarento pulſus. caſtra eius à Romanis capta. Plutar. Epit. Liuij XIV. Iuſt. Abiit impoſito in arce Tarentina præſidio, cui Milonem præfecit.

M. Fabricius Cenſor luſtrum condidit. Cenſa ſunt ciuium CCLXXI M, cum CCXXIV. Epit. Liu XIV

Hoc anno Hiero Hieroclis F. Imperator à Syracuſanis factus eſt. Polyb. I, pag. 8: atque ita Pauſanias interpretandus eſt Eliac. II, pag. 189, verſ. 18, vbi legendum, τὴν δὲ ἀρχὴν εἶχεν ἔτει δευτέρῳ ἕκτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ ταῖς εἴκοσι, καὶ ἑκατὸν, ἣν Κυρηναῖος ςάδιον ἐνίκησεν Ἰδαῖος. Nam Idæus ſtadio vicit Olymp. CXXVI. Hic locus Capello & aliis impoſuit, qui ſubinde poſt Agathoclem Hieronem regnaſſe putant; ídque Olympiade CXX.

Verùm circa annum IV, Olymp. CXXVI, hoc eſt ſeptem pòſt annis, tyrannidem vſurpaſſe, ſuo loco dicetur. Hoc verò, ςρατηγὸς à militibus factus videtur; quod deinde ratum habuit populus.

4440 16 13 B | 3710 | 274 — III | 480 | 475

Ser. Cornelius Merenda.

Manius Curius Dentatus III.

Pyrrhus cum ſex annos in Italico, Siculóque bello conſumpſiſſet, victus in Epirum rediit cum VII M. peditum, equitibus D. inde Macedoniam populari cœpit, ac victo Antigono paulatim vniuerſam occupauit. Plut. in Pyrrho. Iuſt. XXV.

4441 17 14 AG | 3711 | 273 — IV | 481 | 476 Oct. 30

C. Fabius.

C. Claudius Canina.

Ptolemæus Philadelphus ſocietatem hoc anno cum Romanis per legatos iniit. Eutrop. lib. II. Epit. Liuij.

Sextilia virgo Veſtalis damnata inceſti viua defoſſa eſt. Epit. XIV. Meminit & Euſeb.

Pyrrhus Macedonia potitus maiora quædam animo deſti-

nare cœpit. Interea Cleonymus Spartanus ægrè ferens, quòd & Arius frater ſibi in regni ſucceſſione prælatus eſſet, & Chelidonis vxor ab Acrotato Arei F. corrupta, Pyrrhum exciuit in Laconicam; qui hanc imperij prorogandi anſam cupidè eſt amplexus. Plutar. in Pyrrho.

4442 18 15 F | 3712 | 272 | Ol. 127 | 482 | 477

Sp. Caruilius II.
L. Papirius Curſor II.

Pyrrhus in Laconicam impreſſione facta, pene vrbe ipſa potitus eſt. Interim Areo rege è Creta redeunte pulſus inde contendit Argos: vbi fortiter pugnans à muliere illiſu tegulæ peremptus eſt. Antigonus, qui contra illum pugnabat, victoria perhumaniter vſus eſt. Plut. in Pyrrho. Iuſt. XXV. Hæc ſub Autumnum accidiſſe ex Plutarcho colligas.

In Italia Tarentini cum Samnitibus & Bruttiis aduerſus Romanos adſcitis Carthaginienſium auxiliis pugnantes victi ſunt. Ita violatum à Carthaginienſibus fœdus eſt. Arce, vrbéque Romanis à Milone tradita, victis Tarentinis pax & libertas data eſt. Epit. Liu. XV. Ita poſt annos LXXI, quàm initum erat, Samnitico bello finis imponitur. Liuius lib. XXXI.

4443 19 16 E | 3713 | 271 | II | 483 | 478

C. Quinctius Claudus. *Archon Pytharatus.*
L. Genucius Clepſina. Cicero de Fato.

Hoc anno legio illa, quæ Rhegium occuparat, à Genucio Conſule capta. pleriſque in obſidione cæſis, reliqui numero trecenti Romam miſſi, ibique populi iuſſu virgis cæſi, ac ſecuri percuſſi ſunt. Epit. Liu. XV. Polyb. lib. I, pag. 7.

Epicurus hoc anno moritur natus annos LXXII. Diog.

4444 20 17 D | 3714 | 270 | III | 484 | 479

C. Genucius Clepſina II.
C. Cornelius Blaſio.

De Saſſinatibus in Vmbria triumphauit Blaſio. Epit. XV. Faſti Capit.

Polemo Philoſophus obiit; poſt quem Arceſilas, & Crates inſignes habentur. Euſeb. Stratone Peripatetico mortuo, ſuccedit Lyco, præfuitque annis XL. Diog.

4445 21 18 CB | 3715 | 269 | IV | 485 | 480 Oct. 29.

C. Fabius Max. Pictor.
Q. Gulo.

Legatos ab vrbe Apollonia Romam miſſos Ædiles duo orta contentione pulſauerant. Hos Senatus Apolloniatibus dedidit. Valer. Max. lib. VI. Epit. XV. Hoc anno primum pop. Rom. argento vti cœpit. Epit. Euſeb. id biennio ante refert.

Picentes bellum commouent. Eutrop. lib. II.

Hoc anno Hiero Syracuſis rex conſalutatus eſt. Polyb. lib. I, & ad eum Caſaubonus.

4446 22 19 A | 3716 | 268 | Ol. 128 | 486 | 481

P. Sempronius Sophus.
Ap. Claudius.

De Picentibus triumpharunt Coſſ. Faſti Capit. Cùm in acie ſtarent exercitus, terrę motus exortus eſt. Sempronius ædem telluri vouit; ſuóſque, vt ſuperſtitione territos Picentes debellarent, hortatus eſt. Oroſius. Florus.

4447 23 1 G | 3717 | 267 | II | 487 | 482

M. Attilius Regulus.
L. Iulius Libo.

Salentinis bellum indicitur: captíque ſunt cum ciuitate ſimul Brunduſini. Epit. XV. Eutrop. II.

4448 24 2 F | 3718 | 266 | III | 488 | 483

D. Iunius Pera.
M. Fabius Pictator.

Pet. Iul. ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.		O-lymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			De Salentinis, & Meſſapiis triumphatum. Epit. xv.			
4449 25 3 ED	3719	265	*Q. Fabius Max. Gurges III.* *P. Decius Mus.* Cenſus eſt habitus, & luſtrum xxxv conditum. Faſti. Cenſa ſunt capita ccxcii m, & ccxxiv. Eutrop. lib. ii. Mamertini, qui Meſſanam occupauerant, ab Hierone, & Carthaginienſibus vexati ad Romanos confugiunt. Romani poſt longam deliberationem opem iis ferendam eſſe decernunt. Polyb. lib. i pag. 9. Epit. xvi. Diod. Eclogæ Arius Lacedæmoniorum rex hoc anno moritur, ad quem Onias Iudæorum pontifex ſcripſit. Vide lib. x. cap. li.	IV	489	484 Oct. 28
4450 26 4 C	3720	264	*Ap. Claudius Caudex.* Belli Punici. *M. Fuluius Flaccus.* A. I. Hoc anno cœptum eſt Punicum bellum. Appius in Siciliam traiicit, & Hieronem ita fregit, vt relicta Meſſana Syracuſas ſe reciperet. Polyb. lib. i. Gellius lib. xvii, cap. xxi. Pergami principatum hoc anno tenuit Eumenes poſt Philetærum annis xxii. Fuit hic Eumenis Philetæri fratris filius. Nam Philetærus fratres habuit duos, hunc, & Attalum, qui cognomines ſibi liberos ſuſceperunt. Strabo xiii. Zeno Stoicus moritur, cui Cleanthes ſuccedit. Euſeb.	Ol. 129	490	485
4451 27 5 B	3721	263	*Man. Valerius Maximus.* Belli 2. *Man. Otacilius.* Ambo Coſſ. in Siciliam traiiciunt. Pax Hieroni data. Polyb. lib. i.	II	491	486
4452 28 6 A	3722	262	*L. Poſtumius Megillus.* Belli 3. *Q. Mamilius Vitulus.* Agrigentum à Coſſ. captum. Polyb. lib. i. Nicomedes Bithyniæ rex Aſtacum vrbem amplificans Nicomediam nuncupauit. Euſeb. Syriæ iii rex Antiochus ὁ θεός annis xv. Euſ.	III	492	487
4453 1 7 GF	3723	261	*L. Valerius Flaccus.* Belli 4. *T. Octacilius Craſſus.* Hoc primum anno Romani rem nauticam attigerunt, & claſſem pararunt. Polyb. i.	IV	493	488 Oct. 27.
4454 2 8 E	3724	260	*Cn. Cornelius Scipio.* Belli 5. *C. Duilius nepos.* Duilius Pœnos primus claſſe deuicit. Polyb. i. Epit. xvii.	Ol. 130	494	489
4455 3 9 D	3725	259	*C. Aquilius Florus.* Belli 6. *L. Cornelius Scipio.* L. Cornelius in Sardinia contra Sardos, & Corſos, &c. Annonem Pœnum feliciter pugnauit. Anno ipſe cecidit Epit. xvii. Valer. Max. lib. v, cap. i, ubi refert Annonis corpus à Coſ. honorificè ſepultum. Hamilcari in Sicilia fortiter reſtitit Aquillius. Zonaras.	II	495	490
4456 4 10 C	3726	258	*A. Atilius Calatinus.* Belli 7. *C. Sulpicius Paterculus.* Calatinus in Siciliam profectus oppida quædam expugnant. Cum Atilius Coſ. iniquum in locum duxiſſet exercitum, M. Calpurnij Trib. mil. virtute & opera euaſit. qui cum ccc militibus eruptione facta ſeruauit exercitum. Epit. xvii.	III	496	491
4457 5 11 BA	3727	257	*Cn. Cornelius Blaſio.* Belli 8. *C. Atilius Serranus.* Primus hic Atilius Serrani cognomen obtinuit. quod qui ad eum à Senatu miſſi erant ad imperium pop. Rom. ſuſci-	IV	497	492 Oct. 26.

piendum ſemen manu ſua ſpargentem viderunt. Cicero pro Roſcio Amer. Valer. Max. lib. IV.

Atilius prælio nauali primùm victus, inde victor fuit. Polyb. lib. I.

Annibal Pœnorum dux victa claſſe, à militibus ſuis in crucem actus eſt. Epit. XVII.

4458 6 12 G | 3728 | 256 — Ol. 131 | 498 | 493

M. Atilius Regulus. *L. Manlius Vulſo.* Belli 9.

Romani claſſe nauium CCCXXX inſtructa; Pœni CCCL, illi in Africam traiicere parant: iſti prohibere aditu. Pugna commiſſa vincunt Romani. Atilius in Africam traiicit cum XL nauibus, & XV M. peditum, equitibuſque D. Pluribus captis oppidis iniquas pacis cõditiones Carthaginienſibus edidit. Polyb. I. Eutropius addit lib. II Manlio Romam reuerſo cum XXVII M. captiuorum, manſiſſe Atilium in Africa, Aſdrubales duos, & Amilcarem viciſſe, ſerpentem miræ magnitudinis ad Bagradam viciſſe.

Antigonus Gonatas Athenienſibus libertatem reſtituit. Euſeb.

4459 7 13 F | 3729 | 255 — II | 499 | 494

Ser. Fuluius Nobilior. *M. Æmilius Paulus.* Belli 10.

Xanthippus Lacedæmonius à Pœnis arceſſitus Atilium cepit. XV M capta. XXX M. cæſa. Eutrop. II.

Coſſ. audita clade Atilij in Afticam nauigare iuſſi Pœnos nauali prælio ſuperant. Sed victores cum præda reuerſi naufragio CCXX naues amittunt, LXXX duntaxat elapſis. Oroſ. Polyb. I, pag. 37. Hoc anno primum Achæi pro duobus, vnicum Prætorem eligere cœperunt. Primus fuit Marcus Carynenſis, qui IV annis eo magiſtratu functus eſt. Polyb. II, pag. 130. Prætores eligi ſolebant circa Pleiadum ortum. hoc eſt vere. ab Ætolis vero poſt æquinoctium autumnale. Pol. pag. IV, pag. 365.

4460 8 14 E | 3730 | 254 — III | 500 | 495

Cn. Cornelius Scipio Aſina II. *A. Atilius Calatinus II.* Belli 11.

CCXX nauium claſſe refecta, Romani Coſſ. ambos in Siciliam mittunt, qui collectis naufragij reliquiis, & claſſe CCC nauium effecta, Panormum obſidione ceperunt. Polyb. lib. I, pag. 39.

Secunda periodus Calippcia hoc anno cœpta.

4461 9 15 D C | 3731 | 253 — IV | 501 | 496 Oct. 25

Cn. Seruilius Cæpio. *C. Sempronius Blæſus.* Belli 12.

Alterum Romanis naufragium accidit, quo CL naues amiſſæ. Polyb. I.

Iudæorum Pontifex poſt Eleazarum, Manaſſes fuit. Euſebius.

4462 10 16 B | 3732 | 252 — Ol. 132 | 502 | 497

C. Aurelius Cotta. *P. Seruilius Geminus.* Belli 13.

Luſtrum conditum XXXVII à Cenſoribus Man. Valerio Maximo, P. Sempronio Sopho. Cenſa ſunt CCXCVII M, DCCXCVII. Epit. XVIII.

Pœni, Romanis cedentibus, mari potiti. Polyb. I.

4463 11 17 A | 3733 | 251 — II | 503 | 498

L. Cæcilius Metellus. *C. Furius Pacilus.* Belli 14.

Metellus Aſdrubalem ſummo prælio ſuperauit, fugatis elephantis. quorum XXVI cæſi, CIV capti, & per Italiam ducti. Aſdrubal abſens capite damnatus. Eutrop. II. Oro-

ſius. Ita beluas, quas antea formidabant, contemnere cœperunt.

Aratus Sicyonius tùm annorum erat xx. quando patriam ſuam Reip. Achæorum adiungit, & fit Prætor. Polyb. lib. II, pag. 130.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.			Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4464 12 18 G	3734	250	*C. Atilius Regulus II.* *L. Manlius Vulſo.*	Belli 15. Polybius 14 numerat, pag. 43.	III	504	499

Romani claſſem reparant CC nauium, Lilybæum obſident. Sed Annibale ex Africa ſuperueniente, malè affecti ſunt. Polyb. lib. I.

Hoc anno Parthos, Arſace duce, à Macedonum imperio receſſiſſe teſtis eſt Iuſtinus lib. XLI. Cuius impunitatem dedit illis duorum fratrum regum, Seleuci, & Antiochi diſcordia. Eodem tempore Theodotus mille vrbium Bactrianorum præfectus defecit, regémque ſe appellari iuſſit. quod exemplum ſecuti totius orientis populi à Macedonibus defecerunt. Hæc ille. Euſebius quoque de tempore conſentit.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.			Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4465 13 19 FE	3735	249	*P. Claudius Pulcher.* *L. Iunius Pullus.*	Belli 16.	IV	505	500 Oct. 24.

P. Claudius cum Adherbale congreſſus naues XCIII amiſit, quæ ab hoſte captæ. Ideo poſtea condemnatus eſt. Iunius refecta claſſe ad eos iuuandos, qui Lilybæum obſidebant, mittitur. Lilybetana claſſis à Pœnis incenſa. Iunius omni claſſe amiſſa Lilybæum, inde Romam contendit. Polyb. I. Cauſam eius calamitatis ſpretæ religioni imputant Eutrop. II, & Valer. Max. VIII, quod pullos non paſcentes mergi in mare iuſſerit. Suet. in Tiberio.

Aratus vt exulibus bona ſua repoſcentibus ſatisfaceret, ad Ptolemæum Philadelphum adire ſtatuit: quò ægrè admodum peruenit, & CL talenta ab eodem impetrauit. Plut. Arato.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.			Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4466 14 1 D	3736	248	*P. Seruilius Geminus.* *C. Aurelius Cotta.*	Belli 17.	Ol. 133	506	501

Romani rurſus maris imperio ceſſêre. Ideo Punica claſſis oram infeſtauit. Polyb. I. Eutrop. II.

Ptolemæus Philadelphus, & Antiochus θεός pacem inter ſe nuptiarum fœdere ſanciunt. Reiecta Laodice, Antiochus Berenicem Philadelphi filiam duxit. Hieron. in Dan. XI.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.			Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4467 15 2 C	3737	247	*L. Cæcilius Metellus.* *M. Fabius Buteo.*	Belli 18.	II	507	502

Hannibal hoc fere anno naſcitur. Vide A. 4478.

Luſtrum à Cenſoribus A. Atilio Calatino, A. Manlio Torquato conditum XXXVIII. Faſti Capit. Cenſa ſunt CCLI M, CCXXII.

Hoc anno Antiocho ſucceſſit Seleucus Callinicus, annis XX.

In Ægypto regnare cœpit Ptolemæus Euergetes annos XXVI. Sed prior obiit Philadelphus, quo mortuo Antiochus Berenicen expulit. Laodicem reuocauit. quæ veneno illum ſuſtulit: Berenicen, eiúſque filium interemit. Hieron.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.			Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4464 16 3 B	3738	246	*M. Fabius Licinus.* *M. Otacilius Craſſus.*	Belli 19.	III	508	503

Appij Cæci filia in turba populi iactata dixit; Vtinam frater meus viueret, iterúmque claſſem duceret! Ideóque ab Ædilibus mulctata eſt. Gell. lib. X, cap. VI.

Iudæorum Pontifex Onias Simonis Iuſti F. conſueta

Per.Iul ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			Ptolemæo tributa non reddens, eum offendit. Sed Ioſephus vir nobilis, & ſororis illius filius regem placauit. Ioſeph. lib. XII, cap. IV. Euſeb.			
4469 17 4 AG	3739	245	*M. Fabius Buteo.* *C. Atilius Bulbus.* Belli 20.	IV	509	504 Oct.23
4470 18 5 F	3740	244	*A. Manlius Torquatus.* *C. Sempronius Blæſus II.* Belli 21. Brunduſium colonia deducta. Velleius I.	Ol. 134	510	505
4471 19 6 E	3741	243	*C. Fundanius Fundulus.* *C. Sulpitius Gallus.* Belli 22. Aratus Prætor Achæorum Acrocorinthum, expulſo Antigoni præſidio, aſtu occupat. Pol. II, pag. 130. Plut. Arato. Ætoli à Macedonum ſocietate ad Achæos tranſeunt. Polyb.	II	511	506
4472 20 7 D	3742	242	*C. Lutatius Catulus.* *A. Poſtumius Albinus.* Belli 23. Romani claſſe reparata C. Lutatium Coſ. contra Pœnos mittunt. Victi nauali prælio Pœni: naues eorum L ſubmerſæ, captæ LXX. Polyb. lib. I, pag. 60. Numerum auget Oroſius. Parta hæc victoria ad Ægaten inſulam Africæ. Eumeni ſucceſſit Attalus Pergami rex annis XLIII. Liuius lib. XXXIII. Strabo XIII. qui primum illum Pergami regem appellatum refert, Gallis deuictis. Macedonum ab Alexandro XXII, regnauit Demetrius Antigoni F. annos X.	III	512	507
4473 21 8 CB	3743	241	*Q. Lutatius Cerco.* *A. Manlius Torquatus II.* Belli 24. His Coſſ. pax Carthaginienſibus data, his legibus, vt Pœni inſulis omnibus cederent, quæ inter Italiam & Africam intercedunt, II MCC talenta penderent in annos XX, &c. Polyb. I. Ortum eſt in Africa bellum Libycum, mercenariis militibus, qui dimiſſi erant, ſtipendia ſua, & militiæ præmia repoſcentibus. Polyb. lib. I. Lacydes Philoſophus obiit cùm XXVI annis Scholæ præfuiſſet, author Academiæ nouæ. Diog.	IV	513	508 Oct. 22.
4474 22 9 A	3744	240	*C. Claudius Centho.* *M. Sempronius Tuditanus.* His Coſſ. Liuius poëta primus fabulam docuit. Cicero de Senect.	Ol. 135	514	509
4475 23 10 G	3745	239	*C. Mamilius Turrinus.* *Q. Valerius Falto.* His Coſſ. natum Ennium poëtam Varro prodidit. Gell. lib. XVII, cap. XXI.	II	515	510
4476 24 11 F	3746	238	*Ti. Sempronius Gracchus.* *P. Valerius Falto.* Bellum Carthaginienſium contra mercenarios terminatur à Pœnis poſt annos III, & menſes IV. Polyb. I, pag. 88. Eodem tempore Romani ab iis mercenariis, qui Africa pulſi erant, inuitati, in Sardiniam nauigare inſtituunt. Pœnis vindicare paratis, Romani bellum in eos decernunt. At illi imparati tempori cedunt, Sardinia omiſſa. Sed hæc anno pòſt tertio geſta. Polyb.	III	516	511
4477 25 12 ED	3747	237	*L. Cornelius Lentulus.* *Q. Fuluius Flaccus.*	IV	517	512 Oct.21

Tumultus Gallicus anno fere XLV poſtquam pax Gallis conceſſa. Sed accitis Tranſalpinis, ipſi inter ſe pugnarunt. Polyb. lib. II, pag. 109.

Cum Liguribus bellari cœptum. Epit. XX.

Aſdrubal hoc anno miſſus eſt in Hiſpaniam, compoſitis in Africa rebus: ſecumque Annibalem IX annos natum duxit. Polyb. initio lib. II.

4478 26 13 C | 3748 | 236 | Ol. 136 | 518 | 513

C. Licinius Varus.
P. Cornelius Lentulus.

4479 27 14 B | 3749 | 235 | II | 519 | 514

T. Manlius Torquatus.
C. Atilius Bulbus.

Bellum cum Sardis initum, inſtigantibus Carthaginienſibus. Sed legatio Carthag. venit, & pacem impetrauit. Poſtea bellis vbique pacatis templum Iani clauſum eſt primùm poſt Numæ tempora. Plut. Numa. Eutrop. II. Polyb. lib. I in fine.

4480 28 15 A | 3750 | 234 | III | 520 | 515

L. Poſtumius Albinus.
Sp. Caruilius Maximus.

Caruilius de Sardis triumphauit. Faſti Capit. eodémque anno C. Næuius fabulas apud populum dedit. Gell. XVII, cap. XXI.

4481 1 16 G F | 3751 | 233 | IV | 521 | 516 Oct. 20.

Q. Fabius Maximus Verrucoſus.
M. Pomponius Matho.

Ligures à Fabio victi. De Sardis quoque triumphauit Pomponius. Faſti.

4482 2 17 E | 3752 | 232 | Ol. 137 | 522 | 517

M. Æmilius Lepidus.
M. Poblicius Malleolus.

Bellum Gallicum recrudeſcit. Polyb. lib. II, pag. 109.

Demetrius Macedoniæ rex moritur, relicto filio impubere Philippo. Huic tutor datus eſt patruelis Antigonus ὁ Δώσων à magnificis promiſſis dictus, qui tutoris nomine annis XII regnum adminiſtrauit. Dexippus, & Euſeb.

Flaminius legem agrariam tulit de agro Piceno Galliæ Ciſalpinæ diuidendo, quæ res Gallos concitauit. Polyb. II, pag. 109.

4483 3 18 D | 3753 | 231 | II | 523 | 518

C. Papirius Maſo.
M. Pomponius Matho.

Sp. Caruilius hoc anno primus Romæ vxorem repudiauit. Halic. lib. II.

Sardi, & Corſi ſubacti. Papirius in monte Albano primus de Corſis triumphauit, cùm à Senatu triumphum non impetraſſet. Valer. Max. lib. III. Epit. XX.

Agroni regi Illyriorum ſuccedit vxor Teuta. Polyb. II, pag. 93.

4484 4 19 C | 3754 | 230 | III | 524 | 519

M. Aimilius Barbula.
M. Iunius Pera.

Teuta Illyriorũ regina ſuos piraticam facere permittit. Romani Italorum querelis permoti, Caium, & Lucium Coruncanos queſtum ad eam miſerunt. è quibus qui liberius locutus erat, Lucium occidi curauit. Ea res ad Illyricum bellum Romanos exciuit. Polyb. II, pag. 98.

Statuæ legatis poſitæ. Plin. XXXIV, cap. VI.

4485 5 1 B A | 3755 | 229 | IV | 525 | 520 Oct. 19

L. Poſtumius Albinus.
Cn. Fuluius Centumalus.

Bellum contra Illyrios terra marique ſuſceptum. Corcyrenſes nuper à Teuta domiti, eorúmque præfectus Demetrius Pharius dedunt ſeſe Romanis. Multa in Illyrico oppida capta. Polyb. II.

Per. Iul ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4486 6 2 G	3756	228	*Q. Fabius Maximus II.* *Sp. Caruilius Maximus II.* Teuta vere appetente pacem impetrat à Romanis, interpoſita tributi pactione. Tum legati victoriæ nuncij per Græciam miſſi. Corinthij Romanos in ſocietatem Iſthmiorum vocarunt. Polyb. lib. II, pag. 100. Prima Romanorum ad Achæos & Ætolos. altera ad Athenienſes, & Corinthios legatio. Polyb. ibid. Amilcar in Hiſpania occiditur. Huic ſubſtitutus Aſdrubal octo annis ſolidis prouinciæ præfuit. Polyb. lib. II, initio, & pag. 123. Diod. Eclog. lib. XXV.	Ol. 138	526	521
4487 7 3 F	3757	227	*P. Valerius Flaccus.* *M. Atilius Regulus.* Hoc anno Prætores additi duo, vt eſſent IV, & in Siciliam, & Sardiniam nouas prouincias proficiſcerentur. Epit. XX. Pomp. de Orig. iuris. Ætoli cum Antigono Maced. rege, & Cleomene Lacedæm. contra Achæos conſpirant. Polyb. lib. II. Syriæ quintus rex Seleucus III Callinici F. Ceraunus, qui & Pogon Polyb. lib. II. Regnauit annos III.	II	527	522
4488 8 4 E	3758	226	*L. Apuſtius Fullo.* *M. Valerius Meſſalla.* Romani in apparatum belli Gallici totis viribus incumbunt, & vndique copias conſcribunt. Polyb. II, pag. 110. Hiero ad hoc bellum frumentum Romanis ſubmiſit: cuius pretium confecto bello recepit. Diod. Eclogis libro XXV.	III	528	523
4489 9 5 D C	3759	225	*C. Atilius Regulus.* *L. Æmilius Papus.* Galli ob legem agrariam Flaminij Trib. pl. de agro Piceno Gallis Senonibus erepto tumultum concitant, Inſubres ſcilicet, & Boij, qui Tranſalpinos Gallos Gæſatas, id eſt mercenarios, Rhodani accolas arceſſunt, cum eorum regibus Concolitano, & Aneroeſto. Veneti, & Cenomani illos ſequi noluerunt. Romani militaris ætatis peditum DCC-M. equitum LXX M, conſcripſerunt. Cæſa ſunt Gallorum XL M. capta X M. Atilius in prælio, & rex Concolitanus occiderunt. Aneroeſtus ſemetipſum interimit. Polyb. II. Eutrop. II.	IV	529	524 Oct. 18
4490 10 6 B	3760	224	*T. Manlius Torquatus.* *Q. Fuluius Flaccus II.* Coſſ. in Galliam profecti Boios expugnant, & Inſubres. ac tùm primùm Romani trans Padum copias duxerunt. Polyb. II, Oroſius. Sextus Syriæ rex Antiochus M. regnat annos XXXVI. lib. X, cap. XXV. Aratus à Cleomene bello petitur, inferioremque ſe ſentiens Achæis author eſt, vt Antigonum ſibi concilient. quod & factum, Acrocorintho illi tradita. Cleomenes Lacedæmonem ſe recipit. Plutar. in Cleomene. Caria & Rhodus magno terræ motu concuſſæ; adeo vt ingens coloſſus rueret. Euſeb. Oroſ. IV, cap. XXII.	Ol. 139	530	525
4491 11 7 A	3761	223	*C. Flaminius.* *P. Furius Philus.* Victi à Coſ. Galli. Polyb. II. Plutar. in Marcello. Inter Macedonas, Achæos, Epirotas, Phocenſes, Bœotos, Arcadas, & Theſſalos inita ſocietas: cuius Antigonus dux factus eſt. Polyb. II.	II	531	526

4492 | 3762 | 222 — 12 8 G — III | 532 | 527

M. Claudius Marcellus.

Cn. Cornelius Scipio.

Inſubres domiti. Viridomarus Geſſatarum rex à Marcello occiſus. captum Mediolanum. Marcellus opima de rege ſpolia retulit. Polyb. II. Faſti Capit. Oroſ. IV.

Cleomenicum bellum eodem tempore deſitum, victo ab Antigono Cleomene, qui in Ægyptum fugit. Polyb. & Plutar. in Cleom. Antigonus Lacedæmone potitus eſt.

4493 | 3763 | 221 — 13 9 FE — IV | 533 | 528 Oct. 17.

P. Cornelius Scipio Aſina.

M. Minucius Rufus.

Iſtri prædones Romanarum nauium perdomiti. Epit. XX. Oroſ. IV cap. XIII.

Concitauerat hos Demetrius Pharius, qui iam ad Macedonum reges cœperat reſpicere. Polyb. III.

Quartus Ægyptiorum rex Ptolemæus Philopator annis XVII.

Antigonus Maced. rex peracto Nemeorum ludicro in Macedoniam reuerſus victis Illyriis moritur. Polyb. II, pag. 155.

Macedonum rex poſt Alexandrum M. XV regnat Philippus Antigoni Gonatæ nepos annis XLII. Ita tres reges, Seleucus, Ptolemæus, & Antigonus circa hanc Olympiadem mortui. Polyb. ibid.

4494 | 3764 | 220 — 14 10 D — Ol. 140 | 534 | 529

L. Veturius Philo.

C. Lutatius.

Luſtrum conditum eſt, & cenſa ciuium CCLXX M, CCXIII. Libertini in IV tribus redacti, cùm antè diſperſi fuiſſent, Eſquilinam, Palatinam, Suburranam, Collinam. Epit.

Aſdrubal cùm annis octo ſolidis Hiſpaniam rexiſſet, & Carthaginienſium imperium non tam armis, quàm comitate plurimum amplificaſſet, à Gallo quodam occiditur. Succedit Hannibal. Polyb. lib. II, pag. 123. Diod. Eclogis lib. XXV.

Simul atque dux factus eſt Hannibal Olcadum gentem aggreditur, & Althæam vrbem opulentam imprimis expugnat. inde Carthaginem nouam ad hiberna ſe recepit. Polyb. lib. III, pag. 168.

4495 | 3765 | 219 — 15 11 G — II | 535 | 530

M. Liuius Salinator.

C. Aimilius Paulus.

Rebellantes Illyrios ac Demetrium Pharium eorum regem domuit Æmilius Conſul. Demetrius ad Philippum Macedonum regem confugit. Polyb. lib. III. Liu. libro XXII.

Hannibal in Vaccæos expeditione facta Salmanticam expugnat. ac totam intra flumen Iberum Hiſpaniam ſibi ſubiicit. Polyb. II.

Saguntini per legatos certiores de omnibus Romanos faciunt. Ibid.

Pruſias Gallos Helleſponti oram infeſtantes cædit. Polyb. IV.

Primus Romam medicus venit è Peloponneſo Archagathus Lyſaniæ F. Plin. lib. XXIX, cap. I.

Annibal Saguntum vrbem Romanorum ſociam tota vi adortus poſt ſeptem menſes capit. Saguntini omnes partim ab hoſte, partim ſuapte manu perierunt. Polyb. IV, Liu. lib. XXI.

Romani legatos, qui Hannibalem depoſcerent Cartha-

ginem mittunt. Ij re infecta redierunt. Polyb. lib. III, & IV, pag. 330.

Bellum Sociale Philippo rege Macedonum duce ab Achæis contra Ætolos geritur. Polyb. IV, 322. Sed poſtea Dardanis incurſantibus redit in Macedoniam. pag. 330.

Achæus regiones Aſiæ cis Taurum occupat, & nouum regnum condit. Ariarathes Cappadociæ rex iniit. Cleomene in Ægypto mortuo, Ageſipolis & Lycurgus Lacedæmone regnant. Polyb. lib. IV, pag. 271, & 304.

Byzantij, quòd Gallis tributa perſoluere cogerentur, portoria quædam impoſuerunt. Inde bellum aduerſus ipſos à Rhodiis ſuſceptum. quibus ſe Pruſias Bythyniæ rex adiunxit. Polyb. IV, pag. 306.

Ætoli Prætorem Dorimachum creant. qui in Epirum copias duxit, & Dodonæum templum euertit.

Defectio Lunæ, cuius meminit Polyb. lib. IV, pag. 420. Contigit autem Martij XX, feria 7, hora 2, 5' à media nocte, in Myſia.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4496 16 12 B	3766	218	III	536	531

P. Cornelius Scipio.
Ti. Sempronius Longus — Belli Punici II Annus I.

Scipio in Hiſpaniam, Sempronius in Africam miſſi. Placentiam, & Cremonam deductæ coloniæ. Hannibal ſuperatis Alpibus in Italiam venit. Habebat in exercitu peditum XC M. equitum XII M. Pol. III, p. 189. P. Cornelium ad Ticinum, Semproniũ ad Trebiam fudit. Polyb. Liu. XXI.

Philippus bellum Sociale perſequitur. Antiochus, & Ptolemæus Philopator de Cæleſyria bellum inter ſe gerunt. Polyb. lib. IV.

Lunæ defectio altera Sept. I, hora 6, 34' à meridie. Vide lib. VII.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4497 17 13 AG	3767	217	IV	537	532 Oct. 16.

Cn. Seruilius Geminus.
C. Flaminius II. — Belli 2.

Clades ad Traſumenum lacum accepta, Flaminij ducis temeritate: qui & occiſus eſt. Tùm IV M. èquitum cum C. Centenio proPrætore miſſa ad Flaminium à Seruilio, circunuenta ſunt ab Annibale. Qui deinde in Appuliam profectus eſt. Cõtra hunc creatus Prodictator II Q. Fabius Maximus à populo; quod nunquam antea factum; cum Equitum magiſtro M. Minucio Rufo. Fabius cunctatione ſua Romanam rem erexit Liu. XXI, Polyb. III. Cn. Scipio cum Hannone in Hiſpania bene rem gerit. P. deinde Scipio prorogato poſt Cõſulatum imperio eòdem contendit. Romani legatos ad Philippum regem Macedoniæ miſerant, qui Demetrium Pharium repoſcerent. Liuius & Polyb. ibid.

Philippus Nemæorum ſpectaculis intentus de clade ad Thraſumenum nuncium accepit. Pol. V, pag. 439.

Antiochus ad Raphiam inſigni prælio à Ptolemæo Philopatore victus Induciæ inter ipſos annuæ factæ. Ibid. pag. 425, & 428. Inde Hieroſolymam veniens, cum in adyta vellet irrumpere, mirabiliter coercetur. Mac. I. III. Bellum Sociale, ſiue Ætolicum à Philippo Macedoniæ rege terminatum, pag. 442.

Sol in Sardinia minui vſus, ait Liu. lib. XXII. Nam defecit Sol Febr. XI, hora 3 poſt meridiem.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4498 18 14 F	3768	216	Ol. 141	538	533

L. Aimilius Paulus II.
C. Tarentius Varro. — Belli 3.

Annibal Romanos ad Cannas magno prælio ſuperat.

Cæſa ſunt XL M. P. Scipioni Trib. mil. adoleſcenti ab iis, qui Canuſium profugerant, mandato imperio, ille ſtricto gladio effecit, vt omnes iurarent ſe Italiam non relicturos. Polyb. III. Liu. II.

Antiochus M. Taurum ſuperans, facta cum Attalo ſocietate, Achæum bello eſt aggreſſus. Polyb. V, pag. 444.

Philippus receptis vrbibus, quæ abſente ipſo captę erant, ac rebus in Illyrico compoſitis, in Italiam traiicere conatus eſt. Sed vano metu reuocatur in Græciam. Ibid.

Romani captos Cannenſi pugna redimere nolunt. Plerique Italiæ populi certatim Annibali ſe tradunt.

Philopator Iudæos, qui in Ægypto erant, ad eiurandam religionem cogere volens, diuinitus deterretur. Lib. III Mac.

4499 19 15 E | 3769 | 215 | II | 539 | 534

L. Poſtumius Albinus III, & eo mortuo.
Q. Fabius Maximus II — Belli 4
Ti. Sempronius Gracchus.

Philippus Maced. rex fœdus iniit cum Hannibale. Legati Macedones à Romanis capti, & in vincula coniecti. Coſſ. rem Romanam ſuſtentant. Hierone rege mortuo, ſuccedit eius nepos, qui regnum peſſundedit. Polyb. III, pag. 158, & VII, pag. 502. Liuius lib. XXIII.

Achæus Sardes ſe recipit, & ibi obſidetur. Pol. VII, p. 506.

4500 20 16 D | 3770 | 214 | III | 540 | 535

M. Claudius Marcellus III.
Q. Fabius Maximus IV. — Belli 5.

Tib. Gracchus pro Coſ. ad Beneuentum cum Annone proſperè pugnat, armatis ſeruitiis. Caſilinum à Fabio receptum. Marcellus in Siciliam profectus Syracuſas obſidet. Sed ne caperet, vnus Archimedes obſtitit. M. Valerius Læuinus Prætor contra Philippum pro Apolloniatis bellum gerit. Philippus incenſa claſſe in Macedoniam ſe recipit. In Hiſpanis quoque à Cn. Scipione res egregiè geſta. Polyb. in Fragm. lib. VII, & VIII, Liu. XXIV.

Antiochus Sardes capit. Polyb. lib. VII, pag. 506.

Philippus in Peloponneſum venit, turbantibus Meſſeniis. Aratum veneno tollit. Pol. VIII, pag. 518. Plut. in Arato.

4501 21 17 CB | 3771 | 213 | IV | 541 | 536 Oct. 15

Q. Fabius Maximus Q. F.
Ti. Sempronius Gracchus II. — Belli 6.

Arpi à Fabio Coſ. recepti. Liu. XXIV.

Philippus in Illyrico Liſſum occupat. Polyb. VIII, p. 519.

4502 22 18 A | 3772 | 212 | Ol. 142 | 542 | 537

Q. Fuluius Flaccus III.
Ap. Claudius Pulcher. — Belli 7.

Annibal Tarentum, præter arcem, capit. Ludi Apollinares ex Martij vatis carminibus inſtituti. eorum curatio Præt. Vrbano mandata. Syracuſæ à Marcello tertio anno captæ. Capua obſeſſa à Coſſ. In Hiſpania ambo Scipiones cum exercitu cæſi, qui ſe Aſdrubali, ne in Italiam tenderet, hactenus oppoſuerant. L. Marcius eques Rom. contractis copiis bina hoſtium caſtra expugnauit, cæſis XXXVII M. Liuius XXV. Polyb. VIII, IX, & X.

Gracchus Procoſ. fraude hoſpitis interfectus eſt. Liu. ib.

Valerius Læuinus Prætor cum Ætolis ſocietatem facit: deinde cum Attalo rege. Cùm igitur omnes iſti coniunctis viribus Græciam infeſtarent; Achæi, aliique Græciæ populi à Philippo auxilium petunt. Inde cœptum eſt Philippicum bellum I. Polyb. X. Liu. XXV. Iuſt. XXIX.

Per. Iul. ✳ ☾	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4503 23 19 G	3773	211	*Cn. Fuluius Centumalus.* Belli 8. *P. Sulpicius Galba.* Annibal ſpe Tarentinæ arcis capiendæ, ac deinde Capuanæ obſidionis ſoluendæ fruſtratus, Romam contendit. Sed tempeſtate prohibitus eſt. Inde in Lucanos, ac Rhegium peruenit. Capua Romanis tradita: cuius principes veneno ſibi necem conſciſcunt. Senatores ſecuri percuſſi. Capua in Præfecturam redacta. P. Scipio xxiv annos natus Procoſ. in Hiſpaniam miſſus eſt. Liu. xxvi. Polyb. x. Antiochus M. victo Philopatore Iudæam ſibi ſociat. Euſeb.	II	543	538
4504 24 1 F	3774	210	*M. Claudius Marcellus* IV. Belli 9. *M. Valerius Læuinus.* P. Scipio Carthaginem nouam vno die expugnauit. Marcellus cum Annibale proſperè pugnat. Cn. Fuluius Procoſ. in Apulia cum exercitu cæſus eſt. Liu. xxvi, & xxvii. Agrigentum à Læuino Coſ. occupatur. Polyb. lib. ix. pag. 559.	III	544	539
4505 25 2 ED	3775	209	*Q. Fabius Max.* V. Belli 10. *Q. Fuluius Flaccus* IV. Marcellus cum Annibale proſperè pugnat. Fabius Tarentum recipit. P. Scipio cum Aſdrubale ſecundo euentu præliatur. Liu. xxvii. Luſtrum conditum. cenſa ciuium capita cxxvii m, cvii. M. Cornelio Cethego, & P. Sempronio Tuditano Cenſor.	IV	545	540 Oct. 14.
4506 26 3 C	3776	208	*M. Marcellus* V. Belli 11. *T. Quintius Criſpinus.* Marcellus Coſ. Annibalis inſidiis occiditur. alter Coſ. vulneratur. Ludi Apollinares in ſtatum diem voti ſunt a.d. iii Nonas Quintiles. Hiſpaniæ reguli Scipioni ſe adiungunt. Idem Aſdrubalem fuſum ex Hiſpania fugere coegit. Liu. xxvii. Polyb. x. Contra Philippum Ætolis opem ferunt rex Attalus, & Sulpitius Prætor. Achæi cum Ætolis prope Meſſenen proſperè pugnant: vbi Philopœmenis virtus enituit. Liu. ibid. & Polyb.	Ol. 143	546	541
4507 27 4 B	3777	207	*C. Claudius Nero.* Belli 12. *M. Liuius Salinator.* Aſdrubal Annibalis frater ingentibus copiis in Italiam irrupit. Huic Liuius in Gallia erat oppoſitus: Annibali Claudius. Interceptis Aſdrubalis literis, Claudius, ne ſe ille fratri coniungeret, neſcio Annibale, ſex dierum ſpatio totam Italiam emenſus, & caſtra Salinatoris ingreſſus Aſdrubalem cum toto exercitu deleuit: atque antè ad ſtatiua ſua rediit, quàm eum diſceſſiſſe Annibal ſentiret. Annibal dolore perculſus in Brutios ſe recepit. In Hiſpania P. Scipio Magonem fugauit, Annonem viuum cepit. Læuinus Carthaginienſem agrum populatus claſſem inſuper illorum deuicit. Liu. xxvii, & xxviii.	II	547	542
4508 28 5 A	3778	206	*L. Veturius Philo.* Belli 13. *Q. Cæcilius Metellus.* P. Scipio Aſdrubalem Giſgonis F. & Magonem vincit: ac pulſis Hiſpania tota Carthaginienſibus, in Africam profectus amicitiam cum Syphace iunxit Maſſylorum rege: deinde cum Maſſaniſſa Maſæſulorum rege. Romam deinde reuerſus intulit in ærarium xiv m pondo argenti, & ſignati argenti magnum numerum: triumphum	III	548	543

quia ſine magiſtratu rem geſſerat, non obtinuit. Liu. XXVIII. Polyb. XI.

Philopœmen Achæorum Prætor Machanidam Lacedæm. tyrannum ad Mantineam vincit. Machanidæ ſuccedit Nabis. Polyb. ib. & lib. XIII.

4509 1 6 GF | 3779 | 205 — IV | 549 | 544 Oct. 13

P. Cornelius Scipio.
P. Licinius Craſſus Pont. Max. Belli 14.

Scipio in Africam traiecturus, in Sicilia quæ ad bellum erant neceſſaria comparat. Locros vrbem recepit. Pleminium in ea legatum reliquit, qui crudeliſſimè ſe geſſit. Bellum ab Indibili, & Mandonio excitatum in Hiſpania oppreſſum. Mago in Italiam traiecit.

Legati ad Attalum regem miſſi, qui Idææ matris ſimulacrum Romam aduehérent. Liu. XXVIII, & XXIX. Polyb. XII.

Nemea hoc anno celebrata. Plut. in Philopœm.

4510 2 7 E | 3780 | 204 — Ol. 144 | 550 | 545

P. Sempronius Tuditanus.
M. Cornelius Cethegus. Belli 15.

Mater Idæa Romam inuecta. Excepit eam P. Scipio Naſica vir optimus à Senatu iudicatus, adoleſcens nondum quæſtorius. Ludi Megalenſes inſtituti prid. Id. April. Pleminius, Locris de eo Romæ quæſtis, comprehenſus, & vinctus eſt. Legati in Siciliam ad exploranda quæ de Scipionis luxu nunciabantur miſſi. qui deinde iuſſu Senatus in Africam nauigat. Siphax, Aſdrubalis filiâ ductâ, ad Pœnos à Romanis defecit. Scipio Vticam obſidet; Syphace, & Aſdrubale cum CM armatorum ſuperuenientibus ab incœpto deſiſtit. Sempronius proſperè contra Annibalem pugnat. Inter Cenſores M. Liuium, & C. Claudium nobiles inimicitiæ fuerunt: ſic vt alter alteri equum ademerit. Liu. XXIX.

Ptolemæus Philopator hoc anno deceſſit.

Huic Ptolemæus Epiphanes ſuccedit quadrimus, vt ſcribit Hieron. in cap. XI. Dan.

4511 3 8 D | 3781 | 203 — II | 551 | 546

Cn. Seruilius Cæpio.
C. Seruilius Geminus. Belli 16.

Scipio Aſdrubalis, & Syphacis caſtra eâdem die deleuit. cæſa XL M. capta VI. Rurſus exercitum reparantes altero prælio cecidit; oppida pleraq; in poteſtatem redegit. Annibal à Pœnis in Africam reuocatur. Lælius cum Maſſaniſſa in Numidiam profectus Syphacem viuum cepit. eius vxorem Sophoniſbam cùm Maſſaniſſa duxiſſet, à Scipione increpitus venenum ad eam miſit: quo ſibi necem attulit. Carthaginienſes acceptis à Scipione pacis conditionibus, legatos Romam miſerunt. Sed ſine effectu remiſſi.

Tandem Annibal mœſtus Italia relicta in Africam profectus eſt. Liu. XXX. Polyb. XIV & XV. Appianus.

Antiochus cum Philippo contra Ptolemæum Epiphanem conſpirant, & regnum illius inter ſe diuidunt. Polyb. lib. XV.

Næuius poëta deceſſit Vticæ, cum Roma Metelli factione pulſus eſſet. Hieron. Chron.

4512 4 9 C | 3782 | 202 — III | 552 | 547

M. Seruilius Geminus.
T. Claudius Nero. Belli 17.

Annibal tentata per colloquium pace, cum Scipione congreſſus in acie vincitur. poſt eum Vermina Syphacis filius, qui auxilio Pœnis venerat, ſuperatus. Scipio pacis conditiones Carthaginienſibus dixit, ac Romam ad Senatum miſit. Liu. XXX. Polyb. XV. Appianus.

Per.Iul ✱ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			Alexandriæ ſeditio coorta inter tutores regis. quorum Agathocles aduocato Macedonum præſidio, in Tlepolemum fruſtra conſurrexit: ac tandem excruciatus miſerrimè periit. Polyb. xv, pag. 712. S. Hieron. in cap. xi Dan. ſcribit imminentibus Ægypto Antiocho, & Philippo regibus, Romanos, ad quos Alexandrini confugerant, legatos ad Antiochum miſiſſe, qui pupilli regno abſtinere iuberent, eóſque ab illo eſſe contemptos.			
4513 5 10 B A	3783	201	*Cn. Cornelius Lentulus.* *P. Ælius Pætus.* Pax Carthaginienſibus data. Liuius xxx. Pol. xv. App. P. Scipio Syphacem in triumpho ducit. qui paulo poſt in carcere moritur. Polyb. xvi, pag. 733. Eclipſis Lunæ anno 547 Nabon. Meſori xvi, ſiue Sept. xxii, feria 6, hora 7 poſt meridiem, Alexandriæ: digitorum 10. Ptolem. lib. iv, pag. 106.	iv	553	548 Oct.12
4514 6 11 G	3784	200	*P. Sulpitius Galba.* Macedonici belli *C. Aurelius Cotta.* annus 1. His Coſſ. bellum contra Philippum paucis poſt pacem Carthaginienſibus datam menſibus indictum, quòd Athenienſibus, Attalo, aliiſque Romanorum ſociis infeſtus eſſet. Philippus Abydum obſidet. Opidani Saguntinorum more ſe ſuoſque occiderunt. Sulpicius Coſ. contra Philippum rem gerit. Liu. xxxi. Polyb. xvi, pag. 735. Scopas Ætolus Ptolemæi dux in Ætoliam veniens ingentem cogit exercitum. Ibid. Plautum hoc anno mortuum prodit Hieron. in Chron. Eclipſis Lunæ ab Hipparcho obſeruata Martij xx poſt mediam noctem Alexandriæ. Ptolem. lib. iv, cap. xi. Item altera Lunaris Sept. xii, hora 2, 15'. Idem.	Ol. 145	554	549
4515 7 12 F	3785	199	*L. Cornelius Lentulus.* Belli 2. *P. Villius Tappulus.* Cn. Bæbius Tamphilus Prætor prope cum toto exercitu ab Inſubribus Gallis circunuentus eſt. Liuius xxxii.	ii	555	550
4516 8 13 E	3786	198	*T. Quinctius Flaminius.* Belli 3. *Sex. Ælius Pætus.* Quinctius aduerſus Philippum in faucibus Epiri proſperè pugnauit, fugatúmque coegit in regnum reuerti. Theſſaliam inde vexauit. eius frater L. Quinctius nauali prælio, Attalo rege, & Ætolis adiuuantibus, Eubœam & maritimam oram occupauit. Achæi in amicitiam accepti ſunt. Liu. xxxii. Polyb. xvii. Plut. Quintio. Antiochus filiam ſuam Cleopatram Ptolemæo deſpondet. Hieron. in cap. xi. Dan. Attalo Pergami rege mortuo, ſuccedit Eumenes annis xl. Attalus enim ex Apollonide Cyzicena filios ſuſcepit iv, Eumenem, Attalum, Philetærum, Athenæum. quorum inſignis cõcordia fuit: vt Plutar. refert Opuſ. περὶ φιλαδελ. Strabo xiii. Qui & annos xlix Eumeni imputat: ſed perperam. Melius Excerpta Scalig. annos xl. Vide annum 4576.	iii	556	551
4517 9 14 D C	3787	197	*C. Cornelius Cethegus.* *Q. Minucius.* Duo primùm in Hiſpaniam Prætores miſſi; diuiſa bifariam prouincia; in citeriorem, & vlteriorem. Quinctius ad Cynoſcephalas in Theſſalia cum Philippo debellauit. L. Quinctius frater eius Acarnanas in deditio-	iv	557	552 Oct.11

Per. Iul ✳ ⊙	Mundi	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			nem accepit, expugnata Leucade. Polyb. in Legat. Excerptis. Plut. in Quintio. Antiochus Scopam Ptolemæi ducem ſuperat: Syriam recipit, & cum Iudæis agit benignè. Polyb. xvi. Ioſephus lib. xii, cap. iii. Euſeb.			
4518 10 15 B	3788	196	*L. Furius Purpureo.* *M. Claudius Marcellus.* Leges pacis ex Senatus decreto de legatorum x ſententiæ Philippo datæ à Quintio. Libertas Græciæ reſtituta. Liuius xxxiii. Polyb. in Ecloga ix. Bœoti à Romanis deficiunt. Idem.	Ol. 146	558	553
4519 11 16 A	3789	195	*M. Portius Cato.* *L. Valerius Flaccus.* Annibal in Africa turbans, metu Romanorum ad Antiochum M. confugit contra Romanos bellum parantem. Lex Oppia de cultu matronarum reſtringendo nequicquam obſiſtente Catone abrogatur. Quinctius Nabidi Lacedæm. tyranno bellum intulit. ſed Argis ab eodem liberatis pacem dedit. Liu. xxxiii, & xxxiv. Polyb. iii pag. 166.	ii	559	554
4520 12 17 G	3790	194	*P. Cornelius Scipio Africanus ii.* *Ti. Sempronius Longus.* Hoc anno primùm Senatus ludos ſpectauit loco à plebe ſeiuncto. Liu. xxxiv. Cato Procoſ. de Hiſpania citeriore triumphauit. Faſti. Flaminius per triduum triumphauit. Ibidem.	iii	560	555
4521 13 18 FE	3791	193	*L. Cornelius Merula.* *Q. Minucius Thermus.*	iv	561	556 Oct. 10
4522 14 19 D	3792	192	*L. Quinctius Flaminius.* *Cn. Domitius Ahenobarbus.* Bellum cum Antiocho ſuſceptum. regem mouere Thoas Ætoliæ princeps, qui ab Romanis nequaquam meritum præmium conſecutos ſuos cauſabatur; & Annibal. Itaque Græciam, & inſulas occupat. Cleopatram filiam Raphiæ in Syria Ptolemæo tradit, ac dotis nomine Cœlen Syriam, & Iudæam dedit. Inde in Eubœam veniens hiemem ibi tranſegit. Liu. xxxv. Hieron. in cap. xi. Dan. Nabide ab Ætolis cæſo, Philopœmen Achæorum ſocietati Lacedæmonios adiungit. Ibid.	Ol. 147	562	557
4523 15 1 C	3793	191	*P. Cornelius Scipio Naſica.* *Man. Acilius Glabrio.* Bellum cum Antiocho ab Acilio geſtum. Victus ad Thermopylas in Aſiam ſeceſſit. Ætoli Heraclea ab Acilio capta pacem petunt. Liu. xxxvi. C. Liuius Antiochi duces nauali prælio ſuperat. Ibid. Romani, quòd Philippus in hoc bello contra Antiochũ illos iuuerat, Demetrium filium eius obſidem remittunt. Polyb. legat. xv.	ii	563	558
4524 16 2 B	3794	190	*L. Cornelius Scipio.* *C. Lælius.* Scipio cum Africano fratre legato ſuo primus Romanorum in Aſiam duxit exercitum, & Antiochum vicit. Antiochus legatos de pace ad Scipiones mittit. Dictis conditionibus, Romam ire iuſſi ſunt ad Senatum. Liu. xxxvii. Solis defectio Romæ Martij xiv ſub ortum Solis. Lib. ix, cap. i.	iii	564	559

Per. Iul. ☼ ☉	Mundi.	Ante Chr.		O-lymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4525 17 3 A G	3795	189	*M. Fuluius Nobilior.* *Cn. Manlius Volſo.* Eumenes, legati Rhodiorum, & alij in Senatu auditi ſunt. Antiocho data pax: cuius inter cætera conditio illa fuit, vt regionibus cis Taurum montem cederet. Triumphauit L. Scipio menſe intercalario pridie Kal. Martias, anno fere poſtquam Conſulatu abiit. Liu. XXXVII. Fuluius Coſ. Ambraciam cepit. Ætolis perdomitis pacem dedit. Cn. Manlius Gallogræcos ſubegit. Liuius ibidem Polyb. Eclog. Lacedæmonij ab Achæorum ſocietate ad Romanos deficiunt. Polyb. Ecl.	IV	565	560 Oct. 9
4526 18 4 F	3796	188	*M. Liuius Salinator.* *M. Valerius Meſſala.* Manlius Procoſ. exeunte Olymp. CXLVII, pacis ac fœderis cum Antiocho negotium confecit. Polyb. Eclo. Legati Romam miſſi è Lacedæmoniis, & Achæis. Senatus ambiguè reſpondit. Philopœmen Lacedæmonios vrbis muros diruere iubet. Lycurgi leges abrogat: & Achæis illos contribuit. Liu. XXXVIII. Polyb. Ecl. Solis defectio Iulij XVII, feria 4, hora 6, 10′ à media nocte. Vide Liu. libro XXXIV.	Ol. 148	566	561
4527 19 5 E	3797	187	*M. Æmilius Lepidus.* *C. Flaminius Nepos.* P. Scipioni à Petilliis Trib. pl. dies dicta de capta ab Antiocho ob dandam pacem pecunia. Poſtea in Literum ad voluntarium exilium abiit. L. frater eius peculatus damnatus eſt. Liu. XXVIII. Lepidus Coſ. Achæos per literas Lacedæm. datas increpat. Bœoti Romanis & Achæis inimici. Polyb. Eclo. Fuluius de Ætolis triumphauit: necnon Manlius de Gallogræcis. M. Æmilius Coſ. Liguribus ſubactis viam à Placentia vſque Ariminum perductam Flaminiæ iunxit. Liu. XXXIX. Seleucus IV Philopator Antiochi M, F. ſeptimus Syriæ rex annis XII hoc anno cœpit. Antiochus enim apud Elymęos in Suſiana, cum Beli Iouis templum deprędari vellet, à Barbaris occiſus eſt. Strabo lib. XVI. Vide lib. X, cap. XLV.	II	567	562
4528 20 6 D	3798	186	*Sp. Poſtumius Albinus.* *Q. Marcius Philippus.* Bacchanalia ſacrum Græcum & nocturnum inueſtigatum, & multorum pœna compreſſum eſt. Liu. XXXIX. Simon præpoſitus templi Ieroſolymorum ad Apollonium Phœnices ducem ſeſe contulit. Seleucus Heliodorũ ad explorandum templum mittit. Sed inflicta diuinitus pœna ad Seleucum reuertitur. II Mac. III.	III	568	563
4529 21 7 C B	3799	185	*Ap. Claudius Pulcher.* *M. Sempronius Tuditanus.* Legati Eumenis & Græcorum de Philippo apud Senatum queruntur. Q. Cæcilius ad Philippum legatus Achæos inuiſit. Liu. XXXIX. Polyb. in Eclogis.	IV	569	564 Oct. 8
4530 22 8 A	3800	184	*P. Claudius Pulcher.* *L. Porcius Licinius.* Legatio in Macedoniam ad Philippum decreta, cuius princeps fuit Appius Claudius. quo tempore Philippus Maronitas contrucidauit, quòd ab Æno, & Maronea detrahere præſidia coatus eſſet. Ideo iuſſus ab Appio Romam ad ſe purgandum authores cædis mittere. Tum Achæos in	Ol. 149	570	565

concilio caſtigauit idem Appius. Liu. xxxix. Polyb. Eclo. xliii.

Hoc anno Cenſores fuerunt M. Porcius Cato, & L. Valerius Flaccus. Hic L. Flaminium Titi fratrem Senatu mouit, quòd in gratiam ſcorti Gallum nobilem occidiſſet. Liu. xxxix.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4531 23 9 G	3801	183	II	571	566

Q. Fabius Labeo.
M. Claudius Marcellus.

Legationes vndique contra Philippum è Græcia Romam adueniunt. Philippus Demetrium filium excuſandi ſui gratia mittit. qui ab Senatu quod volebat obtinuit. Hoc anno Philopœmen annos lxx natus à Meſſeniis captus, & interfectus eſt. Obiit P. Scipio Africanus. Liuius xxxix. Pol. Fragm. lii Plut. in Philop. Demetrius ad patrē reuerſus in Perſei fratris odium incurrit. Polyb. Eclo. l.

Annibalem hoc anno mortuum Atticus ſcripſerat. Corn. Nep.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4532 24 10 F	3802	182	III	572	567

L. Aimilius Paulus.
M. Bæbius Tamphilus.

Annibal his Coſſ. obiit, vt Polybius cenſet apud Cornelium Nepotem. Rurſum Eumenis, Pharnacis, Rhodiorum, Philippi, Achæorum & Lacedæmoniorum legatis Senatus datus eſt. Liu. xxxix. Pol. li.

Lycortas Achæorum Prætor Philopœmenis necem vltus eſt. Polyb. lii.

Sparta in concilium Achæorum recepta. Id. liii.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4533 25 11 ED	3803	181	IV	573	568 Oct. 7

P. Cornelius Cethegus.
M. Bæbius Tamphilus.

Æmilius Procoſ. cum Liugribus Ingaunis proſperè pugnat. Liu. xxxix.

Bellum inter Eumenem, & Ariarathem, ac Pharnacem Polyb. Legat. iv. Tum induciæ. Attalus & alij fratres Eumenis Romam miſſi. Polyb. lvi.

Mortuo Ptolemæo Epiphane, regnauit Ptolemæus Philometor anis xxxv. Vide lib. x, cap. xliv.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4534 26 12 C	3804	180	Ol. 150	574	569

A. Poſtumius Albinus.
C. Calpurnius Piſo.

Philippus rex Macedoniæ filios habebat duos, Perſeum xxx, Demetrium xxv annos natum. Huic Perſei fratris calumniis circunuento, & ob Romanorum gratiam ſupecto primùm venenum dari: tum ſemianimem præfocari iuſſit. Liu. xl.

Romani cauſam exulum Lacedæmoniorum contra Achæos ſedulo ſuſcipiunt. Igitur in deterius inclinare cœpit horum Reſpub. Polyb. lviii.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4535 27 13 B	3805	179	II	575	570

L. Manlius Acidinus.
Q. Fuluius Flaccus.

Cenſores creati M. Aimilius Lepidus Pont. Max. & M. Fuluius Nobilior Luſtrum ab iis conditum L. Cenſa cclxxiii m, ccxliv. Liu. xl.

Ti. Sempronius Gracchus Prætor in Hiſpania citeriore Celtiberorum oppida ccc deleuit. Strabo lib. iii ex Polybio. Epit. Liuij xlv Cæcilius Comicus Inſuber Gallus, & Eunij contubernalis clarus habetur. Hieron. Chron.

Callicrates Prætor Achæorum exules Lacedæm. & Meſſeniorum reſtituit. Polyb. lviii.

Pax inter Pharnacem & Eumenem atque Ariarathem Polyb. lix.

Per. Iul ✳ ☉	Mundi	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4536 28 14 A	3806	178	*M. Iunius Brutus.* *A. Manlius Volſo.* Philippo Macedoniæ rege mortuo ſuccedit Perſeus annis x. Tertia periodus Calippi hoc anno cœpta. Bellum aduerſus Iſtrios, & Carmelum regulum ſuſceptum. Liu. xli.	III	576	571
4537 1 15 GF	3807	177	*G. Claudius Pulcher.* *T. Sempronius Gracchus.* Claudio Iſtria decreta, Sempronio Sardinia, quæ in bellis erant. Claudius Iſtris ſubactis, Ligures perdomuit, & de vtriſque triumphauit. Liu. xli. Lyciorum Romæ contra Rhodios auditæ querelæ. Rhodij ſe purgant. Polyb. lx, & lxi.	IV	577	572 Oct. 6
4538 2 16 E	3808	176	*Q. Petilius Spurinus.* *Cn. Cornelius Scipio Hiſpalus.* Mortuo Petilio ſuffectus eſt C. Valerius Læuinus. Sempronius Procoſ. Sardos perdomuit. Liu. xli in Epit. Mortuo Seleuco regnauit viii Syriæ rex Antiochus Epiphanes anno cxxxvii Græcorum. Vide lib. x, cap. xxxvi. Regnauit annos xi, & menſes aliquot. Iaſon Pontificatum ab Epiphane impetrat eiecto Onia fratre. ii Mac. iv. Vide lib. x, cap. l.	Ol. 151	578	573
4539 3 17 D	3809	175	*M. Æmilius Lepidus ii.* *P. Mucius Scæuola.* Hoc anno videtur Perſeus legatos ad Carthaginienſes miſiſſe, quibus noctu Senatus datus eſt. Liu. xli.	II	579	574
4540 4 18 C	3810	174	*Sp. Poſtumius Albinus.* *Q. Mucius Scæuola.* Perſeus bellum contra Romanos moliens Græcos demereri omnibus officiis ſtudet, Achæos maximè, repugnante Callicrate. Legati tres in Macedoniam miſſi. Liu. xli. Anno vii Philometoris Lunæ defectio notata anno Nabon. 574, Phamenoth 27, ſequente 28, hoc eſt Kal. Maij, horis poſt mediam noctem circiter 2, 20' Ptolem. Liu. vi, cap. v. Antiochus Apollonio duce in Ægyptum miſſo, Ieroſolymam veniens ab Iaſone magno cum honore ſuſcipitur, ii, Mac. iv, 21. Imminebat autem Ægypto. Itaque Phœnicem ad claſſem parandam profectus eſt.	III	580	575
4541 5 19 BA	3811	173	*L. Popilius Albinus.* *M. Popilius Lænas.* His Coſſ. inſtituta Floralia. Ouid. v Faſt. Iaſon Pontifex Antiocho pecunias per fratrem Menelaum ſubmittit. Is ſuo nomine illas obtulit, ac ccc inſuper talentis additis ad pretium ſummum ab rege ſacerdotium obtinet. Oniam deinde Pontificem eius nominis iii per Andronicum regis præfectum interficit: qui paulo poſt à rege occiſus eſt. Menelaus cùm pactas pecunias non perſolueret, in ordinem redactus eſt, ſubrogato Lyſimacho eius fratre. ii Mac. iv.	IV	581	576 Oct. 5
4542 6 1 G	3812	172	*C. Popilius Lænas.* *P. Ælius Ligur.* Hoc anno primùm ambo Coſſ. ex plebe facti. Faſti Capit. Mortua Cleopatra, tutores filij eius Philometoris ab Antiocho Syriam, aliáſque prouincias repoſcunt. Antiochus primam expeditionem in Ægyptum ſuſcipit,	Ol. 152	582	577

in qua primùm Ptolemæi duces ſuperauit. 1, Mac. 1. 18.

Hac clade concitati Alexandrini à rege deficiunt. Ptolemæus Euergetes cum ſorore Cleopatra Alexandriæ ſe muniunt. Philometor ad Antiochum confugit. Ille occaſione vtens, Alexandriam obſidet. quam cum expugnare non poſſet, Peluſij valido præſidio relicto, rediit in Syriam. Hieron. in cap. XI. Dan.

4543 7 2 F | 3813 | 171 — *P. Licinius Craſſus.* Bellum Macedonicum. — II | 583 | 578

C. Caßius Longinus. Annus I.

Hoc anno denunciatum eſt Perſeo bellum. Licinius equeſtri prælio victus. petenti nihilominus pacem regi; niſi ſe S.P.Q.R. arbitrio ſubderet, negatur. Captæ ab Lucretio Prætore Aliartus, & Thebæ. Licinius iterum prælio equeſtri ſecundiore conflixit. Liu. XLII. Polyb. Ecl. LXIX.

Antiochi & Ptolemæi legati bello pro Cœleſyria iam inchoato Romam veniunt. Pol. Ecl. LXXII.

Iaſon Pontifex Iudæorum à Menelao Pontificatu deiicitur. Idem Menelaus Oniam III per ſicarium interficit. II Mac. IV. Antiochus ſecundò in Ægyptum veniens à Popilio Romanorum legato cœptis abſterretur. Iuſtinus XXXIV. Liu. XLV Hier. in Dan. XI.

4544 8 3 E | 3814 | 170 — *Q. Martius Philippus II.* Belli 2. — III | 584 | 579

Q. Seruilius Cæpio.

Iaſon ſacerdotio pulſus, falſo rumore de Antiochi obitu perlato, cum armatis irrumpit, fugatoque Menelao, multos ciues interficit. II Mac. V. Antiochus deficere Iudæos ratus; tùm quòd Ægypto excluſus eſſet, acrius excandeſcens, Hieroſolymam venit, ibique crudeliſſimè bacchatus, ſacra vaſa diripuit. Ib. & lib. 1, cap. 1.

Interim Philometor cum Euergete fratre, & ſorore Cleopatra redit in gratiam, atque Alexandriam admittitur. Inde legatos Romam deſtinant, qui opem aduerſus Antiochum poſtulent. Liu. XLIV.

4545 9 4 DC | 3815 | 169 — *Q. Marcius Philippus II.* Belli 3. — IV | 585 | 580 Oct. 4

Cn. Seruilius Cæpio.

Ennius obiit annos natus LXX. Cic. de Senect.

Marcius Perſe rege inopinato aduentu perterrefacto, fugatoque, multas vrbes occupauit. Rhodij per legatos Romam miſſos, ni pax cum Perſe fieret, ei ſe auxilio fore minati ſunt. Liu. XLIV.

Legati tres Alexandriam miſſi, Popilius, Decimus, & Hoſtilius. Liu. ibid.

Perſes Gentium Illyrici regem ſibi conciliat. Legati Romani è Macedonia reuerſi quis rerum ibi ſtatus eſſet renunciant. Ibid.

4546 10 5 B | 3816 | 168 — *L. Aimilius Paullus II.* Belli 4. — Ol. 153 | 586 | 581

C. Licinius Craſſus.

Perſes Macedonum rex & Gentius hoc anno victi. Ante prælium cum Perſe Luna defecit; vti C. Sulpicius Gallus Trib. mil. pro concione prædixerat, nocte quam pridie Non. Sept. inſecuta eſt dies. quod tempus quadrat in Iunij XXI, feria 3, hora 8 circiter à meridie. Liu. XLIV.

Popilius legatus cum ſociis ſuis aditis in itinere Rhodiis, in Ægyptum venit. Interim Antiochus ſecundò in Ægyptum profectus Alexandriam ingreſſus templum profanauit anno Seleucidarum CXLV, die XV. Caſleu, hoc eſt Nouembris XVI, feria 4. Lib. 1 Mac. 1, 57. Ioſeph. XII Orig. 1. Iudæos præterea exquiſitis ſuppliciis ad eiurandam reli-

Per. Iul. ✱ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			gionem compulit. Reuerſus Antiochiam Eleazarum, ac ſeptem fratres Maccabæos excruciauit. II Mac. VI, & VII. Mathathias eodem anno fugit ex oppido Modin, interfecto regio præfecto: ad eúmque Iudæi profugi ſeſe aggregant. I Mac. II.			
4547 11 6 A	3817	167	*Q. Ælius Pætus.* *M. Iunius Pennus.* Græc. 146. Paullus Aimilius Macedoniam in formam prouinciæ redigit. Opidorum, quæ Perſen iuuerant, in Epiro LXX muros diruit: ac demum triumphauit Perſe ante currum ducto. Liu. XLIV. Mathathias hoc anno moritur, cum filiis ſuis ducem præfeciſſet Iudam. I Mac. II, 70. Ab hoc tempore Iudas Machabæus aduerſus Antiochi duces acerrimè bellauit.	II	587	582
4548 12 7 G	3818	166	*M. Claudius Marcellus.* *C. Sulpitius Gallus.* Græc. 147. Marcellus Alpinos Gallos. Sulpitius Ligures ſubegit. Epit. XLVI. Iudas Apollonium ducem Antiochi deuicit, & occidit. I Mac. III.	III	588	583
4549 13 8 FE	3819	165	*Cn. Octauius.* *T. Manlius Torquatus.* Græc. 148. Antiochus in Perſidem profectus eſt relicto in Syria præfecto Lyſia, cui Antiochum filium commiſit anno exeunte Græcorum CLVII hoc eſt ſub initium anni Iuliani. Lyſias cum Iudæis bellum intuliſſet, ab iis ſuperatus eſt: nec non & Gorgias. Templum à Iuda Machabæo repurgatum, ac diuinus cultus reſtitutus eſt, XXV die Caſleu. hoc eſt Nouemb. XXIII.	IV	589	584 Oct. 3
4550 14 9 D	3820	164	*A. Manlius Torquatus.* *Q. Caſſius Longinus.* Græc. 149. Luſtrum conditum. Cenſa CCCXXVII M, XXII. Epit. XLVI. Hoc anno moritur Antiochus. qui cum Perſepoli templum diripere vellet, ab opidanis excluſus in Babylonem abiit. Sed in itinere dininitus inflicto morbo, miſerrimè periit. I Mac. VI, & lib, II, cap. IX. Moriens Philippo copias ſuas, & inſignia regni ad filium perferenda commiſit. At ille ad Ptolemæum Philometorem confugit. Ibid. Antiochus Eupator, Epiphanis F. regnat annos II. Iudas hoc anno Pontificatum iniiſſe videtur. Vide lib. x, cap. LII. Eupator à Iudæis ſæpius vincitur.	Ol. 154	590	585
4551 15 10 C	3821	163	*Ti. Sempronius Gracchus.* *M. Iuuentius Thalna.* Græc. 150. Cum Iudas arcem obſideret, Antiochus Eupator Hieroſolymam venit, & eam obſedit, anno currente ſabbatico; qui iniit ab autumno antecedente. I. Mac. VI, 53. Sed cum Philippus è Perſide veniret, ac regnum curare vellet, pace cum Iudæis conſtituta, admiſſus in ciuitatem, eius mœnia dirui iuſſit. ac ſubinde Antiochiam cõtendit, quam Philippus occupauerat. Ibid. Cn. Octauius legatus ad Antiochum miſſus Laodiceæ à quodam Leptine occiſus eſt. Appia. Syr.	II	591	586
4552 16 11 B	3822	162	*P. Scipio Naſica.* *C. Marcius Figulus.* Gr. 151. His quod vitio creati eſſent, ſuffecti ſunt, P. Cornelius Lentulus, Cn. Domitius Ahenobarbus. Faſti Capit. Demetrius Seleuci F. qui Romam obſes à patre pro An-	III	592	587

Per. Iul ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			tiocho Epiphane miſſus erat, clam ab Vrbe dilapſus venit in Syriam, & paternum regnum recuperat. Antiochus Eupator, & Lyſias occiduntur. 1 Mach. VII. Vide & Polyb. Ecl. CVII. Igitur X Syriæ rex Demetrius Soter Seleuci F. regnat annos XI. Ad hunc Alcimus veniens aduerſus Machabæos ipſum exaſperat, ac Sacerdotium in ſeſe deriuat. Nicanor à rege miſſus à Iuda vincitur. Razias, ne in hoſtium manus incideret, ſibi manus infert. 1 Mac. VII, & l. II, c. XVI. Poſtea Nicanor tentato iterum prælio cum ſuis occubuit. 1 Mach. VII. Sub hæc cum Iudæis ſocietatẽ iniit Demetrius c. VIII. Æquinoctium autumnale Hipparchus obſeruabat anno Nabon. 587, Meſori XXX, id eſt Oct. 3, feria 2. Ptolem. lib. II.			
4553 17 12 A G	3823	161	*M. Valerius Meſſalla.* *C. Fannius Strabo.* Gr. 152. Lex Fannia ſumptuaria lata eſt. Gell. lib. II. Iudas Machabæus à Bacchide Demetrij duce in prælio cæditur. 1 Mach. IX. Succedit ei Ionathas frater, qui XVIII annum Pontificatus inchoauit. Vide lib. X, cap. LII.	IV	593	588 Oct. 2
4554 18 13 F	3824	160	*L. Anicius Gallus,* *M. Cornelius Cethegus.* Gr. 153. L. Aimilius Paulus moritur: cuius tanta abſtinentia fuit, vt ex auctione bonorum eius vix dos vxori confici potuerit. Epit. XLVI.	Ol. 155	59	589
4555 19 14 E	3825	159	*Cn. Cornelius Dolabella.* *M. Fuluius Nobilior.* Gr. 154. Moritur Terentius Comicus. Vita eius. Cenſores P. Scipio Naſica, M. Popilius Lænas. Cenſa CCCXXXVIII M, CCCXIV. Epit. XLVII. Secundum æquinoctium autumnale obſeruatum ab Hipparcho Neomenia epagom. mane. Sept. XXVII, feria 7. Ptol. lib. III.	II	595	590
4556 20 15 D	3826	158	*M. Aimilius Lepidus.* *C. Popillius Lænas.* Gr. 155. Attalus venit Romam ab Eumene fratre miſſus, vt Romanis ſatisfaceret: à quibus impetrauit omnia. Demetrius rex Syriæ Legatos Romam miſit, qui Leptinen, & Iſocratem, à quibus Cnæus legatus occiſus erat, adduxerunt. Polyb. Ecl. CXXI, & C XXII. Tertia Hipparchi obſeruatio, qua deprehenſum eſt autumnale æquinoctium Sept. XXVII, meridie, feria 1, Ptolem. III. Eodem anno mortuus videtur Eumenes Pergami rex, relicto Eumene paruulo filio: cui tutorem dedit Attalum fratrem. Is XXI annis regnum adminiſtrauit. Itaque falsò ſcribit Strabo lib. XIII Eumenem annis XLIX regnaſſe. Non enim amplius quàm XLI ad ſummum regnauit. Vide annum 4576.	III	596	591
4557 21 16 C B	3827	157	*Sex. Iulius Cæſar.* *L. Aurelius Oreſtes.* Gr. 156. Auri tùm in ærario fuere pondo DCCXXVII, argenti XCII M, & extra numerum CCC, & LXXV M. Ita Plin. lib XXXIII, cap. III.	IV	597	592 Oct. 1
4558 22 17 A	3828	156	*L. Cornelius Lentulus.* *C. Marcius Ficulus II.* Gr. 157. Dalmatæ à Marcio Coſ. ſuperati. Epit. XLVII.	Ol. 156	598	593
4559 23 18 G	3829	155	*P. Cornelius Scipio II.* *M. Claudius Marcellus II.* Gr. 158.	II	599	594

Per. Iul ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4560 24 19 F	3830	154	*Q. Opimius.* *L. Poſtumius Albinus.* Gr. 159. Cum Cenſores theatrum lapideum extrui cenſerent, Scipio Naſica interceſſit. Epit. XLVIII. Pacuuius Brunduſinus Tragœdiarum ſcriptor clarus habetur. Euſ.	III	600	595
4561 25 1 ED	3831	153	*Q. Fuluius Nobilior* *T. Annius.* Gr. 160. Hoc anno Coſſ. à Kal. Ian. inire cœperunt. Epit XLVII. Bellum Celtibericum ſuſceptum, & à Fuluio inchoatum Ib. App. Iberica. qui & Luſitanos eodem tempore turbaſſe memorat. Alexander Veles, vel Bala Antiochi Epiphanis F. contra Demetrium inſurgit. 1 Mach. x. Vide lib. x, cap. XLV. Vterque verò Ionathan ad ſe pertrahere ſtudet. Sed is Alexandro potius fauet. Ibid. Hunc Antiochenſes cupidè exceperunt, Demetrio propter luxum, & ſuperbiã infenſi. Iuſt. XXXV. Ioſe. l. XIII c. III. Legati Roma miſſi ad diſceptandam Maſaniſſæ & Pœnorum controuerſiam renunciarunt ingentem vim materiæ Carthagine parari. Appia.	IV	601	596 Sept. 30.
4562 26 2 C	3832	152	*M. Claudius Marcellus.* *L. Valerius Flaccus.* Gr. 161. In Luſitania variè geſta res eſt. App. Rurſus legati in Africam miſſi, ad pacem inter Pœnos & Maſaniſſam conſtituendam, factione Giſgonis Amilcaris F. qui ad bellum ſuos incitarat, ægrè à plebis impetu defenſi ſunt. Idem.	Ol. 157	602	597
4563 27 3 B	3833	151	*L. Licinius Lucullus.* *A. Poſtumius Albinus.* Gr. 162. Coſſ. cum delectum ſeueriùs haberent, à Tribunis in carcerem coniecti ſunt. Cum in Hiſpania res parum proſperè ſuccederet, atque idcirco Tribunus, vel legatus eò ire nemo vellet, P. Cornelius Aimilianus iturum ſe profeſſus eſt. profectus egregie ſe geſſit. Ep. XLVIII. Hoc anno victo occiſóque Demetrio regnauit Alexander Bala annis V. Is Philometoris filiam Cleopatram duxit, Syriæ, ac Seleucidarum exitio fatalem fœminam. 1 Mac. x. Vide Caput XLV. lib. x. Ad eas nuptias vocatus Ionathas, ac perhonorificè habitus eſt. Ibid. Guluſſa Maſaniſſæ F. renunciauit claſſem, & exercitum à Pœnis comparari. Rurſus authore Naſica legati miſſi. App.	II	603	598
4564 28 4 A	3834	150	*L. Quinctius Flaminius.* *M. Acilius Balbus.* Gr. 163. De bello Carthaginienſibus indicendo actum eſt hoc anno; quòd illi Maſaniſſam infeſtarent, & contra fœdus naues haberent. Epit. XLIX. Sed rurſum legatos mitti placuit. App.	III	604	599
4565 1 5 GF	3835	149	*L. Marcius Cenſorinus.* *M. Manilius.* Gr. 164. Bellum Punicum tertium his Coſſ. cœptum à duobus Coſſ. Manilius pedeſtribus copiis, Cenſorinus claſſi præfectus eſt. Antequam vllæ naues in Africam veniſſent, Vticenſes ſe, ſuaque omnia dediderunt. Carthaginienſes idem fecerunt. Sed nihilominus peruincente Catonis ſententia eô miſſi Coſſ. ex eorum mandato exuſta claſſe*, iuſſi	IV	605	600 Sept. 29.

ſunt

ſunt x à mari paſſuum millibus conſidere. Ita Carthaginienſes ad bellum inflammati. Vrbem itaque Coſſ. oppugnant. Quo in bello Scipionis virtus enituit, quæ magnoperè Romæ prædicata. Appianus Libyca. Oroſius.

Andriſcus Perſei ſe mentitus filium Roma clam fugiens Macedoniam occupauit. Epit. XLIX.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4566 2 6 E	3836	148	*Sp. Poſtumius Albinus. L. Calpurnius Piſo.* Gr. 165.	Ol. 158	606	601

Maſaniſſa in lecto iacens M. Manilium Coſ. rogauit, vt ad ſe Scipionem mitteret, vt in eius complexu moreretur. Mortuo rege Scipio ex eius mandato regnum diuiſit. Vrbes aliquot in Africa expugnatæ. Appianus. Epit. XLIX.

Andriſcus falsò ſe Philippum nominans à Q. Cæcilio Metello Prætore victus eſt. Eutropius. Florus.

Demetrius Demetrij ab Alexandro occiſi F. auxilio Cretenſiũ Alexandrũ aggreſſus eſt. 1. Mac. x, 67. Iuſtinus XXXV.

Apollonius Demetrij dux contra Iudæos infeliciter pugnat. Ideo Ionathas ab Alexandro plurimum honoratur. 1 Mac. x.

Lucilius poëta naſcitur. Hieron. Chron.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4567 3 7 D	3837	147	*P. Cornelius Scipio Æmilianus. C. Liuius Druſus.* Gr. 166.	II	607	602

P. Scipio Carthaginienſes vehementius oppugnat. portum capit. Pœnos ad extremas anguſtias redigit. Appianus. Epit. LI.

Quòd legati Pop. Rom. pulſati ab Achæis eſſent, bellũ Achaicũ ſuſceptũ. Miſſi erant, vt de controuerſiis Achæorũ, & Lacedæmoniorũ cognoſcerent. Q. Metellus Prætor primùm cum eis pugnauit. Iuſt. XXXIV. Pauſ. Achaicis. Epit. LII

Ptolemæus Philometor ad Alexandrum generum ſuum venit in Syriam: vbi exceptus honorificè, callidè pene omnem occupauit: ac Demetrio accito filiam illi ſuam collocauit. 1 Mac. XI.

Quartum Hipparchi æquinoctium anno Nab. 601, epag. 3 ſequente 4, media nocte. Sept. XXVII, fer. 1. Ptol. lib. III.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4568 4 8 C	3838	146	*Cn. Cornelius Lentulus. L. Mummius.* Gr. 167.	III	608	603

Q. Metellus prorogato imperio cum Achæis conflixit: ac Bœtos duobus præliis ad Thermopylas, & in Phocide ſuperauit. Oroſius. Epit. LII ad Thermopylas cum Critolao duce: mox ad Iſthmum cum Diæo pugnatum refert. Mummius deinde omni Achaia in deditionem accepta, Corinthum incendit. Ex x legatorum ſententia tributum indictum Græciæ: concilia ſublata: conſtitutumq; vt quotannis Prætor mitteretur, qui Achaiæ diceretur. Pauſ. Achaicis.

Hipparchus æquinoctium vernum deprehendit Mechir XXVII, hoc eſt Martij XXIV, mane. Eodem anno æquinoctium autumnale notauit Epagom. IV, hoc eſt Sept. XXVII, fer. 2, mane. Ptolem. III.

Carthago à Scipione funditus euerſa: eodemque anno triumphauit. Appianus. Epit. LII.

Iiſdem Coſſ. Viriathus Luſitaniam occupat, ac Vetilium Prætorem fuſo eius exercitu cepit. Appianus. Occiſo Alexandro Demetrius Nicator XII Syriæ regnat annis V.

Eodem anno mortuo Ptolemæo Philometore regnauit Ptolemæus Euergetes Phyſcon Philometoris frater annis XXIX. Vide lib. X, cap. XLVI.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4569 5 9 BA	3839	145	*Q. Fabius Maximus Æmilianus. L. Hoſtilius Mancinus* Gr. 168.	IV	609	604 Sept. 28.

C. Lælius Prætor Viriathum fregit, ac domuit. Fabius Coſ. ſeueritate diſciplinæ floruit. Cic. II Off. Epit. LII.

Demetrius Antiochenſes offendit, & in ſeſe prouocauit. Sed Iudæorum militum ope reſiſtit, & ingentem ſtragem edit. I Mac. XI. Ioſeph. lib. XIII, cap. IX.

Alexandri Balæ filius Antiochus à Tryphone prouectus in regnum Demetrij copias fudit, & Antiochiam obtinuit. tùm Ionatham ſibi conciliauit. I Mac. XII. Ionathas cum Romanis, & Spartanis fœdus inſtaurat.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4570 6 10 G	3840	144	Ol. 159	610	605

Ser. Sulpicius Galba.
L. Aurelius Cotta. Gr. 169.

Q. Fabius Procoſ. Viriathum vicit. App. Iber.

Tryphon Syriæ regnum affectans Ionatham per inſidias occidit. I Mac. XIII. Iudæi Ieroſolymitani ad Ægyptienſes Iudæos ſcribunt. II Mac. I.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4571 7 11 F	3841	143	II	611	606

Appius Claudius.
Q. Cæcilius Metellus. Gr. 170.

Salaſſi ab Appio Coſ. domiti. Epit. LIII.

Viriathus Quinctium Prætorem deuicit, Celtiberiam ad defectionem impulit. Ideo Metello Coſ. ea prouincia decreta. Appia.

Hoc anno Simon Ionathæ frater Pontifex factus, & in actis Pontificatus illius notari cœpit. I Mac. XIII, 41. Vide lib. X, cap. LIII.

Hipparchus æquinoctium autumnale deprehendit anno Nab. 606, Epagon. 4, feria 6, mane: Sept. XXVII. Ptol. III.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4572 8 12 E	3842	142	III	612	607

L. Cæcilius Metellus.
Q. Fabius Maximus Seruilianus. Gr. 171.

Cenſores fuere P. Cornelius Scipio Africanus, & L. Mummius Achaicus. Bellum in Macedonia contra Pſeudophilippum alterum, qui à Trebellio Quæſtore ſuperatus eſt. Q. Fabius Viriathum victum & fugatum in Luſitaniam eſt inſecutus. Q. Cæcilius Procoſ. in Celtiberia rem præclarè geſſit. Sed ſucceſſore dato, ira percitus geſtarum rerum gloriam corrupit. Epit. LIII. Florus lib. II, cap. XVII. Valer. Max. lib. IX cap. III. Appia. Iberica.

Simon hoc anno Gazam expugnat, & Hieroſolymitanam arcem, quam & muniuit, & in ea habitauit. I Mac. XIII.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4573 9 13 DC	3843	141	IV	613	608 Sept. 17.

Q. Seruilius Cæpio.
Q. Pompeius Rufus. Gr. 172.

Q. Fabium Viriathus cum opprimere poſſet, pacem ab eo æquis conditionibus exprimere maluit: quæ & à populo confiirmatur. Appia. Epit. LIII. In Celtiberia ortum eſt Numantinum bellum: quòd Segidenſes ſocios ſuos manibus Romanorum elapſos Numantini recepiſſent. qui iuſſi à Metello arma deponere ad arma conuerſi ſunt. Florus. lib. II.

Luſtrum conditum eſt à Mummio LVII. Cenſa ciuium capita CCCXXVIII M. CCCXLII. Epit. LIV.

Demetrius Nicator cum in Mediam & Perſidem ad auxilia contra Diodotum Tryphonem comparanda profectus eſſet, à Phraate Parthorum rege captus, & honorificè habitus: adeo vt Rhodogunen ei filiam ſuam vxorem daret. I Mac. XIV. Appia. Syr.

Diodotus Tryphon occiſo Antiocho Alexandri F. regnum vſurpauit. Appia. Ioſephus lib. XII, cap. XIII. Regnauit annos circiter duos, vel III. Eclipſis parua Lunæ

Ianuarij xxvii, feria 3, horis 10, 10' à meridie. Ptolem. lib. vi, cap. v.

4574 10 14 B | 3844 | 140 — *Q. Seruilius Cæpio.* *Archon Antitheus.* Pauſ. Acha. — Ol. 160 | 614 | 609
C. Lælius. Gr. 173.

Q. Seruilius pace neglecta, quam cum Viriatho frater eius fecerat, Senatu permittente, Viriathum fudit, & fugauit. tùm corruptis eius legatis dolo illum interemit Cum Numantinis Q. Pompeius infeliciter pugnauit: & cum iis iniuſſu populi pacem fecit. Appia. Epit. LIV.

Antiochus Sidetes Demetrij Soteris F. Demetrij Nicatoris frater, audita fratris ſui captiuitate, venit in Syriam, & à Cleopatra illius coniuge accitus eam duxit. Iuſtinus xxxvi. Ioſeph. lib. xiii, cap. xii.

Accius poëta floret. Euſeb.

4575 11 15 A | 3845 | 139 — *C. Calpurnius Piſo.* Gr. 174. — II | 615 | 610
M. Popilius Lænas.

Bellum cum Numantinis à Popillio geſtum, cùm pacem à Pompeio factam Senatus irritam habuiſſet. Appianus.

Tryphone occiſo regnat in Syria Antiochus Sidetes annis ix. Lib. 1 Mac. xv. Legati hoc anno Roma reuerſi cum literis cómmendatitiis, quibus L. Metellus Coſ. Simonem amicis regibus commandabat. Ibid.

4576 12 16 G | 3846 | 138 — *P. Cornelius Scipio Naſica Serapio.* Gr. 175. — III | 616 | 611
D. Iunius Brutus.

Bellum à Iunio in Luſitania geſtum. M. Popilius Procoſ. à Numantinis fuſus eſt. Epit. LV.

Antiochus, qui Simonem hactenus coluerat, bellum eidem infert per Cendebæum ducem. Sed is à Ioanne Simonis filio profligatus eſt. 1 Mac. xvi.

Hoc anno moritur Attalus Eumenis frater, cum Pergami tutorio nomine regnaſſet annis xxi, hoc eſt xxi inchoaſſet. Succeſſit Attalus Eumenis F. annis v. Strabo xiii.

4577 13 17 FE | 3847 | 137 — *M. Aimilius Lepidus.* Gr. 176. — IV | 617 | 612 Sept. 26.
C. Hoſtilius Mancinus.

Hoc anno xxx M. Romanorum à iv M. Numantinorum victa. Ideo pacem ignominioſam cum iis Mancinus fecit. Qui & reuocatus Romam, eiuſque loco miſſus Æmilius. Appia. Epit. LV.

4578 14 18 D | 3848 | 136 — *P. Furius Pilus.* Gr. 177. — Ol. 161 | 618 | 613
Sex. Attilius Serranus.

Brutus Procoſ. in Luſitania bellum proſperè geſſit; inde Callæci nomen meruit. C. Mancinus Numantinis deditus eſt lege, quam ipſe ſuaſit. Sed eum Numantini non acceperunt. Epit. LVI. Appianus.

4579 15 19 C | 3849 | 135 — *Ser. Fuluius Flaccus.* Gr. 178. — II | 619 | 714
Q. Calpurnius Piſo.

Calpurnius contra Numantinos bellum gerit. Illyrij à Fuluio Flacco, Scordiſci in Macedonia à M. Coſconio Prætore domiti. Epit. LVI.

Hoc anno, exeunte Græcorum 177, menſe vndecimo, qui eſt Schebat, occiſus eſt Simon Pontifex à genero ſuo Ptolemæo. Euaſit tamen filius eius Ioannes Hyrcanus. 1 Mac. xvi. Atque hic quidem Pontificatum hoc anno cepit; tenuitque xxxi annis. Ioſephus lib. iii, cap. xv.

Hîc ſacra Bibliorum hiſtoria deſinit, quouſque Græcorum annos inſcripſimus. Ioannes Hyrcanus ſubinde Pto-

lemæum obſedit. At is matrem illius palam cædebat, dum ad oppugnandum accederet. Ita ab incœpto deſtitit. Hunc annum fuiſſe Sabbaticum demonſtrauimus l. II, cap. XXVI.

Bellum ſeruile in Sicilia ab Euno Syro conflatū. in quo ad LXX M. ſeruorū armata ſunt. Oroſ. v, c. VI, Epit LVI. Florus.

Antiochus Sidetes Hieroſolymam obſidet: & ſubinde pacem cum iis facit. Ioſephus loco citato.

Hipparchus vernum æquinoctium deprehendit anno Nabon. 613, Mechir XXIX ſequente XXX, poſt mediam noctem, Martij XXIV ineunte, feria IV. Ptolem. lib. III.

4580 16 1 B | 3850 | 134 — III | 620 | 615

P. Cornelius Scipio Africanus II.
C. Fuluius Flaccus.

Scipio in Hiſpaniam profectus, exercitum luxu & inertia languentem militari diſciplina temperauit. Epit. LVII. Appianus.

4581 17 2 AG | 3851 | 133 — IV | 621 | 616 Sept. 25.

P. Minucius Scæuola.
L. Calpurnius Piſo.

Attalus moritur, & Pop. Rom. regni ſui hæredem relinquit. Huius pecuniam Tiberius Gracchus Trib. pl. qui legem agrariam tulerat, in eos, qui agrum reciperent, diuidi volebat. tùm Octauio collegæ intercedenti Magiſtratum abrogauerat. Ob id autore P. Cornelio Scipione Naſica interfectus eſt. Plut. in eius vita. Epit. LVIII. Strabo XIII de Attalo. Piſo ſeruos in Sicilia perdomuit, & ſupplicijs affecit. Frontinus IV, cap. I. Valer. Max. IV.

Scipio Numantiam euertit. Epit. LIX. Appianus.

4582 18 3 F | 3852 | 132 — Ol. 162 | 622 | 617

P. Popilius Lænas.
P. Rupilius Nepos.

Rupilius in Sicilia bellum ſeruile confecit, ac Siciliam ordinauit. Epit. LIX. Valer. Max. II.

4583 19 4 E | 3853 | 131 — II | 623 | 618

P. Licinius Craſſus.
L. Valerius Flaccus.

Ariſtonicus Attali ſpurius Aſiam inuadit. Licinium Coſ. ſuperat. qui captus, & interfectus eſt. Epit. LIX.

4584 20 5 D | 3854 | 130 — III | 624 | 619

Ap. Claudius.
M. Perperna.

Luſtrum à Q. Pompeio, Q. Metello Macedonico conditum eſt: in quo cenſa ciuium capita CCCLXVIII M, DCCCXXXIII. C. Atinius Labeo Trib. Pleb. Q. Metellum, à quo in legendo Senatu præteritus erat, de ſaxo deiici iuſſit, quod ne fieret cæteri Trib. auxilio fuerunt. Epit. LIX.

Perperna victo Ariſtonico paulo poſt ex morbo periit. Oroſ. v, cap. x.

Antiochus Sidetes contra Parthos expeditionem ſuſcipit: quo cum & Ioannes Hyrcanus profectus eſt. Ioſephus lib. XIII, cap. XVI. quo tempore accidit vt Pentecoſte poſt Sabbatum celebraretur. Quem annum Scaliger, & Caluiſius videntur ſtatuere Per. Iul. 4580, quo ſexta Siuuan incidit in Mai XXIX, fer. I. Sed hic annus ad ſummum quintus erat Antiochi. At is nequaquam annos IV, aut v in Parthorum imperio bellum geſſit: quod eſſet in illa opinione conſequens: ſi quidem annos IX imperauit. Vide lib. II, cap. XXVI. vbi & Caluiſij inconſtantia redarguntur, qui rurſus anno 3820, id eſt Per. Iul. 4584, eandem Antiochi & Ioannis expeditionem retulit.

Credibile eſt hoc anno ſuſceptam illam Parthicam expeditionem. Sed fruſtra ex hodierno computo, vel Alexandræa Periodo commentitia concurſus ille duorum feſto-

rum explorabitur. Fieri poteſt vt neomenia Tiſri inciderit in Sept. XVI fer. 3, atque vt annus iſte embolimæus fuerit; cum veterem adhuc æquinoctij cardinem retinerent, ante quem cadebat XIV Niſan hodierni computi. Ideo vno intercalato menſe, ſexta dies Siuuan incurrit in XIV Iunij, fer. 1. Hoc modo verum eſt quod ſcripſit Ioſephus. Omninò certum eſt circa hoc tempus expeditionem Parthicam Antiochi & Hyrcani contigiſſe. Sed videtur Hyrcanus paulo poſt in Palæſtinam rediiſſe, vt anno ſequente dicetur.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4585 21 6 CB	3855	129	IV	625	620 Sept. 24.

M'. Aquilius.

C. Sempronius Tuditanus.

Aquilius Aſiatici belli reliquias confecit. Oroſius loco cit. Velleius 1, & II. Antiochus Sidetes vbi ſecundis aliquot præliis Phraaten Parthorum regem vicit; poſtea victus, & occiſus eſt. Oroſius loco cit. Iuſtinus lib. XXXVIII. Appia. Porro Phraates Demetrium, quem hactenus dimittere noluerat, antequam Antiochus occumberet, in Syriam ad regnum ſuum recuperandum, & auocandum Antiochum, abire permiſerat. Hic igitur mortuo fratre ſecundò regnauit. Hyrcanus audita nece Antiochi oppida Syriæ armis expugnat, Medabam, Sicima, Garizim. vbi templum à Samaritis, Alexandro permittente, conditum ante annos CC, funditus euertit. Ioſeph. lib. XIII, cap. XVII. Ex quibus liquet Hyrcanum ab Antiocho rege, quo cum in expeditione fuerat, receſſiſſe.

Attalo Eumenis fratre, Attali tutore mortuo regnauit Attalus annis V. Strabo XIII.

Eodem tempore in Ægypto quoque turbatum eſt. Ptolemæus Euergetes ob ſæuitiam à ciuibus incenſa regia, clam in Cyprum profugit: filium occidit: eiuſque caput, & manus ac pedes matri Cleopatræ miſit, quam repudiarat. Epit. LIX. Iuſt. XXXVIII.

P. Corn. Scipio non ſine veneni ab vxore dati ſuſpitione in lectulo mortuus eſt repertus. Velleius II.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4586 22 7 A	3856	128	Ol. 163	626	621

Cn. Octauius.

T. Annius.

Hoc ferè tempore Ioannes Pontifex Idumæos ſubegit, & ad circunciſionem compulit. Ioſeph. lib. XIII, cap. XVII.

Carneades obiit anno ætatis XC, vel LXXXV. Sub eius obitum Luna defecit Maij 2, feria 2, hora 5, 46' Athenis. Itaque initium illius, & integræ defectionis pars videri potuit. De eclipſi teſtis eſt Diog. Laërt.

Hipparchus anno Nabon. 621 æquinoctium vernum deprehendit Phamenoth 1 ſub occaſum: hoc eſt Martij XXIII, fer. V. Ptolem. lib. III.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4587 23 8 G	3857	127	II	627	622

L. Caſſius Longinus.

L. Cornelius Cinna.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4588 24 9 F	3858	126	III	628	623

M. Aemilius Lepidus.

L. Aurelius Oreſtes.

Oreſti Sardinia obtigit: cuius Quæſtor triennium fuit C. Gracchus. Plutar.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4589 25 9 ED	3859	125	IV	629	624 Sept. 23

M. Plautius Hypſæus.

M. Fuluius Flaccus.

Fuluius ſeditioſè in Magiſtratu ſe geſſit, & Italos ſocios ſpe ciuitatis concitauit. Appia. lib. 1. Ciuil.

Cum Demetrius exoſus eſſet omnibus: Syri à Ptole-

Per.Iul ☼ ⊙	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			mæo regem poſtulant. Is Alexandrum Zebinam ad eos mittit: à quo victus eſt Demetrius, & ab vxore Cleopatra ob Rhodogunes æmulationem interfectus. Iuſt. XXXIX. Vide caput XLV, lib. X. Alexandro regnante, primùm Seleucus Demetrij & Cleopatræ F. imperium ſine matris authoritate ſumpſit: à qua paulo poſt interficitur. Vide lib. noſtrum X. Hoc anno cœptum eſt cum Tranſalpinis Gallis dimicari contra Salyas, & Allobrogas. Epit. LX.			
4590 26 11 C	3860	124	*C. Caſsius Longinus.* *C. Sextius Caluinus.* Sextius Salios in Gallia funditus deleuit, coloniam Aquas Sextias condidit. Epit. LXI. Velleius II. Hoc anno occiſo à matre Cleopatra Seleuco, regnauit Antiochus Grypus, qui Ptolemæi filiam Gryphinam duxit, ac regnauit annos XII. Euſeb. Idem Alexandrũ Zebinam interfecit. Appia. Syr. Iuſtinus	Ol. 164	630	625
4591 27 12 B	3861	123	*Q. Cæcilius Metellus.* *T. Quinctius Flaminius.* Balearicum bellum hoc anno geſtum à Metello, quòd Inſulani piraticam facerent. Ep. LX. Carthago in Africa reſtituta anno XXII, quàm euerſa fuerat. Sed fœdum prodigium hæſitationem iniecit, ſtipitibus terminorum indicibus à lupis reuulſis. Oroſ. V, cap. XII.	II	631	626
4592 28 13 A	3862	122	*Cn. Domitius Ahenobarbus.* *C. Fannius Strabo.* Domitius Aruernos, & Allobrogas deuicit. Suet. Nerone.	III	632	627
4593 1 14 GF	3863	121	*Q. Fabius Maximus.* *L. Opimius Nepos.* Hoc anno præcipua quædam cæli temperies fuit: vt optima tum vina fuerint, quæ ad annos ducentos durauerunt. Plin. XIV, cap. IV. Fabius contra Allobroges bellum confecit. Cæſa ex Bituiti Aruernorum regis exercitu CXX M. qui cum Romam ad ſatisfaciendum Senatui veniſſet, Albæ in cuſtodiam datus eſt. Pugnatum eſt ad Iſaram, ait Plin. lib. VII. Narbonenſis Gallia in prouinciam redacta. Epit. LXI. Appianus. Hieron. hoc anno coloniam ſcribit Narbonam eſſe miſſam. ſed triẽnio calculus aberrat. Iiſdem Coſſ. C. Gracchus, cum biennio Tribunatum gerens ſeditioſis legibus Remp. perturbaſſet, ab Opimio Coſ. oppreſſus eſt. Occiſus eſt & cum eo Fuluius Flaccus, eiuſque domus euerſa is qui Coſ. quinto ab hinc annos fuerat. App. lib. I Ciuil. Plutar. in Gracchis. Hoc anno Antiochus Grypus Cleopatram matrem venenum ſibi propinantem bibere ipſam coëgit. Appia. Syr. Iuſt. XXXIX.	IV	933	628 Sept. 22.
4594 2 15 E	3864	120	*P. Manlius.* *C. Papirius Carbo.*	Ol. 165	634	629
4595 3 16 D	3865	119	*L. Cæcilius Metellus.* *L. Aurelius Cotta.* C. Marius Trib. Pl. Metellum in carcerem coniecit. Plutar.	II	635	630

Per. Iul. ✱ ⊙	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4596 4 17 C	3866	118	*M. Porcius Cato.* *Q. Marcius Rex.* Hoc anno Narbonam colonia deducta. Velleius I. Eutrop.	III	636	631
4597 5 18 B A	3867	117	*L. Cæcilius Metellus poſtea Dalmaticus, vel Diadematus.* *Q. Mucius Scæuola augur.* Galli ad Alpes à Marcio Procoſ. victi. Oroſ. Metellus Dalmatas ſubegit. Epit. LXII. Mortuo Ptolemæo Euergeta ſucceſſit filius eius Ptolemæus Lathurus primò annis XVII. Hic fratrem habuit Ptolemæum Alexandrum, & alium nothum, Ptolemæum Appionem, cui Cyrenarum regnum pater reliquit. Vide lib. X, cap. XLVI.	IV	637	632 Sept. 21.
4598 6 19 G	3868	116	*C. Licinius Geta.* *Q. Fabius Maximus.*	Ol. 166	638	633
4599 7 1 F	3869	115	*M. Aimilius Scaurus.* *M. Cæcilius Metellus.*	II	639	634
4600 8 2 E	3870	114	*M'. Acilius Balbus.* *C. Cato nepos M. Catonis Cenſorij.* Cum Thracibus Cato ignominioſè pugnauit. Eutrop. Luſtrum conditum à L. Metello, & Cn. Domitio, quo cenſa CCCXCIII M, CCCXXVI. Epit. LXII.	III	640	635
4601 9 3 D C	3871	113	*C. Cæcilius Metellus Macedonici F.* *Cn. Papirius Carbo.* Hoc anno Cimbri, Teutonique Alpes tranſgreſſi fœdam ſtragem ediderunt. quos Carbo profligauit. Velleius II. Tacitus de Mor. German. Hoc anno Antiochus Cyzicenus Grypi frater contra ipſum bellum ſuſcepit. Cleopatram Ptolemæi Lathuri coniugem à viro repudiatam duxit. Antiochia Grypum eiecit. Cum fratre verò alternante fortuna certans XVIII annis regnauit. Vide lib. X, cap. XLV.	IV	641	636 Sept. 20.
4602 10 4 B	3872	112	*M. Liuius Druſus.* *L. Calpurnius Piſo.* Antiochus Cyzicenus Antiochia à fratre pellitur. Ibi Cleopatra coniux Cyziceni iuſſu ſororis ſuæ Gryphinæ interempta eſt. Iuſt. XXXIX.	Ol. 167	642	637
4603 11 5 A	3873	111	*P. Cornelius Scipio Naſica.* *L. Calpurnius Beſtia.* His Coſſ. Iugurtinum bellum ſuſcipitur duce Calpurnio, quòd Iugurtha Hiempſalem, & Adherbalem Micipſæ filios occidiſſet. Sed Calpurnius donis ab rege corruptus eſt. Salluſtius. Antiochus Cyzicenus Gryphinam Grypi coniugem interfecit. Iuſtinus.	II	643	638
4604 12 6 G	3874	110	*Sp. Poſtumius Albinus.* *Q. Minucius Rufus.* Poſtumius contra Iugurtham miſſus donis à rege corrumpitur. Salluſt. Minucius cum Thracibus bene pugnauit. Frontinus lib. II. Eutrop.	III	644	639
4605 13 7 F E	3875	109	*Q. Cæcilius Metellus Numidicus.* *M. Iunius Silanus.* Cimbri excluſi ex Gallia, & Hiſpania ſeſe in Italiam infuderunt. cum à Senatu agrum petiſſent, repulſi M. Silanum fuderunt. Aſcon. in Corneliana. Hyrcanus Samariam obſidet. quibus opem tulit Ptolemæus Lutharus. ſed	IV	645	640

Per. Iul. ✻ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			ab Hyrcani filiis profligatus eſt eius exercitus. Capta eſt itaque Samaria. Ioſeph. XIII, cap. XVIII. Metellus exercitu ad priſtinam diſciplinam redacto Iugurtham duobus præliis vincit, ac fugat. Salluſt.			
4606 14 8 D	3876	108	*Ser. Galba.* *M. Aurelius Scaurus.* Scaurus in Galliam profectus à Cimbris cladem accipit. Tacitus de Mor. Germ. Bellum in Luſitania inſtauratum. Plutar. in Mario.	Ol. 168	646	641
4607 15 9 C	3877	107	*L. Caſſius.* *C. Marius.* Caſſius Conſul malè pugnauit, & in prælio cecidit, à Tigurinis Heluetiis cæſus in finibus Allobrogum. Epit. LXV. Cæſar I Comm. Marias in Africa Iugurtham ſæpius fudit. Quin & Bocchum Mauritaniæ regem cum Iugurtha coniunctum cecidit. Salluſt.	II	647	642
4608 16 10 B	3878	106	*Q. Seruilius Cæpio.* *G. Attilius Serranus.* Q. Cæpio Toloſa direpta in Tectoſagis CX M. auri pondo, argenti pondo quinquies decies centena millia abſtulit. Iuſtinus lib. XXXII. Gell. III. Bocchus Sullæ miſſo à Mario Iugurtham dedidit. Salluſt. Plut. M. Tullius Cicero hoc anno natus eſt A. D. III Non. Ian. Gell. XV, cap. XXVIII. Iiſdem Coſſ. Cn. Pompeius natus eſt Prid. Kal. Oct. Plin. XXXVII, cap. II. Velleius II.	III	648	643
4609 17 11 A G	3879	105	*P. Rutilius Rufus.* *C. Manilius.* Q. Cæpio cum C. Manilio Coſ. ab Cimbris & Teutonibus ingenti clade affecti. LXXX M. Romanorum & ſociorum: LX M. calonum & lixarum interfecta. Oroſ. V, c. XVI. Cæpio damnatus, & imperium ei abrogatum. Epit. LXIII.	IV	649	644 Sept. 18.
4610 18 12 F	3880	104	*C. Marius II.* *C. Flauius Fimbria.* Marius de Iugurtha Kal. Ian. triumphauit. Cimbri in Hiſpaniam tranſgreſſi. inde à Celtiberis fugati ſe cum Teutonis coniunxerunt. Epit. LXVII. Hyrcano Pontifice mortuo ſuccedit Ariſtobulus eius filius: qui primus diadema ſumpſit, & anno I regnauit. Ioſeph. XIII, cap. XIX. Is matrem interfecit, Antigonum fratrem nouiſſimum ſucceſſorem deſignans, reliquos tres in vinculis habuit. Mox tamen Antigonum fraude Salomes vxoris interficit. Ibidem.	Ol. 169	650	645
4611 19 13 E	3881	103	*C. Marius III.* *L. Aurelius Oreſtes.* Cn. Domitius Trib. Pl. legem tulit, vt ſacerdotes, quos collegæ antea ſufficiebant, populus crearet. Velleius l. II. Ariſtobulo fratri ſucceſſit Alexander Iannæus, qui Salomen fratris vxorem duxit. Ioſe. ibid. regnauit annis XXVII. Turpilius Comicus Sinueſſæ moritur. Hieronym. in Chron. Lucilius Satirarum ſcriptor Neapoli moritur, ac publico funere effertur annos natus XLVI. Hieron. Chron.	II	651	646
4612 20 14 D	3882	102	*C. Marcius IV.* *Q. Lutatius Catulus.* Marius ad Aquas Sextias Teutonos & Ambronas deleuit. Plutar. Oroſ. V, cap. XVI. Cæſa CCM. capta LXXX M.	III	652	647

Per. Iul ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			M. Antonius Prætor in Cilicia prædones inſecutus eſt. M. Furius Bibaculus Cremonæ naſcitur. Hieron. Chron.			
4613 21 15 CB	3883	101	*C. Marius V.* *Manius Aquillius.* Cum Catulus Cimbris, qui per Noricum irruperant, par eſſe vix poſſet, Marius ad eum adiunxit ſeſe. Ita barbari fuſi. cæſa CXL M. capta LX M. Plutar. L. Apuleius Saturninus, A. Nonio competitore cæſo, Tribunus factus adiuuante Mario Remp. perturbat.	IV	653	648 Sept. 17.
4614 22 16 A	3884	100	*C. Marius VI.* *L. Valerius Flaccus.* Saturninus agrariam legem tulit, vt quem agrum C. Marius pulſis è Gallia Cimbris peperiſſet, is diuideretur. Reluctanti Metello Numidico diem dicit. Mox huic aqua & igni interdicitur. Tandem à Mario Coſ. cæſus eſt Saturninus. Plutar. Epit. LXIX. Ptolemæus Lathurus à matre Cleopatra regno pulſus Cyprum obtinuit. ſubſtitutus eſt in eius locum frater Lathuri Ptolemæus Alexander. Iuſt. XXXIX.	Ol. 170	654	649
4615 23 17 G	3885	99	*M. Antonius.* *A. Poſtumius Albinus.* Metellus hoc anno ab exilio reuocatus eſt, rogatione Q. Calidij Trib. Pl. Valer. Max. V, cap. II. Cicero Orat. poſt red. ad Quir. Luſitani hoc anno ſubacti à L. Cornelio Dolabella Procoſ. vt Lapis vetus apud Sigon. indicat: cùm tamen Conſul non fuiſſet; ſed Prætor. Alexander Iudææ rex Ptolemaidem obſidet. Sed oppidani à Lathuro auxiliũ petunt; & vtrumq; mox excludunt. Alexander ad Cleopatram legatos deſtinat. Ioſe. XIII, c. XX.	II	655	650
4616 24 18 F	3886	98	*Q. Cæcilius Metellus Nepos.* *T. Didius.* Lex Cæcilia Didia lata. ne per ſaturam lex ferretur: tùm vt trinundino promulgaretur. Cic. Orat. pro Domo: & alibi paſſim. Didius in Hiſpania bellum gerit contra Celtiberos feliciter. Epit. LXX. Appia. Ptolemæus Lathurus vincit Alexandrum: & immaniſſimè in Iudæos ſæuit. Cleopatra cum copiis in Iudæam veniens Ptolemæum fugat, & cum Alexandro fœdus init. Ioſeph. XIII, cap. XXI. Iuſt. XXXIX.	III	656	651
4617 25 19 ED	3887	97	*Cn. Cornelius Lentulus.* *C. Licinius Craſſus.* Craſſus in Luſitania bellum gerit. Strabo lib. II. Ptolemæus Lathurus Cœlen Syriam aggreditur. Gadaram & Amathuntem capit. Alexander Raphiam, & Anthedonem expugnat. Ioſeph. ibid.	IV	657	652 Sept. 16.
4618 26 1 C	3888	96	*Cn. Domitius Ahenobarbus.* *C. Caſſius Longinus.* Ptolemæus Appion rex Cyrenarum moritur, Romanúmque pop. teſtamento hæredem relinquit. Senatus eius regni ciuitates liberas eſſe iuſſit. Epit. LXX. Iuſtinus lib. XL in prouinciam redactum eſſe ſcribit. Antiochus Grypus inſidiis Heracleonis interficitur anno ætatis XLV, regni XXIX. Succedit ei Seleucus filius. Ioſeph. ibid. Alexander Gazam captam ſolo æquat. Ibid.	Ol. 171	658	653

4619 27 2 B | 3889 | 95 | II | 659 | 654

L. Licinius Craſſus.
Q. Mucius Scæuola.

Mucius Aſiam Conſul ſanctiſſimè rexit; vt Senatus ceteris magiſtratibus in exemplum illum proponeret. P. Rutilius Rufus publicanorum factione, quibus in Aſia reſtiterat, per equites iudices damnatus ſolum vertit. Valerius lib. VIII. Epit. LXX. Sed hoc anno ſequenti contigit.

Seleucus Grypi F. Antiochum Cyzicenum ſuperat, & interficit. Ioſephus loco cit. Lucretius poëta naſcitur. Hieronymus.

4620 28 3 A | 3890 | 94 | III | 660 | 655

C. Cœlius Caldus.
L. Domitius Ahenobarbus.

Ariobarzanes in regnum Cappadociæ à L. Sulla Ciliciæ Proprætore reſtitutus eſt, pulſo Gordio Mithridatis duce: idque ex SCto. cùm Ariarathes eius rex à Mithridate cæſus eſſet, eique regno filium iſte ſuum impoſuiſſet. Inde ergo Mithidaticum bellum initium habuit. App. Mithrid. Iuſt. XXXVII. Celtiberi à Fuluio Flacco victi. App.

Seleucus Grypi F. ab Antiocho Euſebe Cyziceni filio pulſus Mopſueſtiæ à ciuibus exuſtus eſt. Ioſeph. loco cit. Appianus.

4621 1 4 GF | 3891 | 93 | IV | 661 | 656 Sept. 15.

C. Valerius Flaccus.
M. Herennius.

Antiochus Euſebes Antiochum Grypi filium exercitu vitáque priuat. Ioſeph. Deinceps Syriæ regum perturbata, ignotaque tempora ſunt. Vide caput XLV lib. X.

4622 2 5 E | 3892 | 92 | Ol. 172 | 662 | 657

C. Claudius Pulcher.
M. Peperna.

Cenſores fuerunt L. Craſſus, Cn. Domitius inter ſe diſcordes. Plinius lib. XVII, cap. I.

4623 3 6 D | 3893 | 91 | II | 663 | 658

L. Marcius Philippus. Marſici belli.
Sex. Iulius Cæſar. Annus I.

M. Liuius Druſus cum Senatui priſcum decus reſtituere vellet, ad eúmque iudicia transferre, varias leges tulit; inter quas erat vna de ſociis ciuitatis iure donandis, quam cum iis promiſiſſet, nec præſtare poſſet, in omnium odium incurrit, atque incerto authore pòſt interficitur. Appianus I Ciuil. Epit. LXXI.

Latinis feriis Coſſ. interficere Socij voluerunt. Re detecta, Q. Seruilium Procoſ. Fonteium legatum, ac Romanos Aſculi omnes interemerunt. Et quia primi Marſi cõmouerunt, ideo Marſicum bellum vocatum eſt. Iidem.

4624 4 7 C | 3894 | 90 | III | 664 | 659

C. Iunius Cæſar.
P. Rutilius Lupus. Belli 2.

Flagrante Sociali bello Vettius Cato L. Cæſarem Coſ. fudit. qui reparatis viribus feliciter deinde pugnauit. Appianus. Epit. LXXII, & LXXIII.

Nicomedes Bithynia à Socrate fratre deiectus, Ariobarzanes è Cappadocia, SCto reſtituti ſunt. App. Mithrid.

Alexander Ægypti rex matrem Cleopatram interficit. Iuſt. XXXIX.

4625 5 8 BA | 3895 | 89 | IV | 665 | 660 Sept. 14.

L. Porcius Cato.
Cn. Pomponius Strabo. Belli 3.

L. Sulla legatus Samnites fregit. L. Porcius Coſ. occiditur. Varia vltro citroque prælia. Appianus. Epit. LXXIV, LXXV.

Alexandro ab ciuibus pulſo, & paulo poſt à nauarcho Chærea occiſo, reuocatus in regnum Ptolemæus Lathurus regnat annis VIII. Euſeb. Chron. Iuſt. XXXIX.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4626 6 9 G	3896	88	*L. Cornelius Sulla.* *Q. Pompeius Rufus.* Belli 4. Mithridati bellum indicitur, quòd Ariobarzanem, & Nicomedem regno exuiſſet, idque Sullæ mandatum. Marius eius belli gerendi cupiditate flagrans C. Sulpicium impulit, vt lege lata Sullæ, qui in Campania reliquias belli Italici perſequebatur, imperium abrogaret. Sulla reuerſus Remp. in ſua poteſtate habuit; Sulpicium occidit; Marium fugauit. Interim Mithridates Phrygiam vaſtat: ciues Romanos Aſia tota interficit: Oppium, & Aquilium legatos necat: Rhodum fruſtra oppugnat: Macedoniam, & Thraciam, Græciam, & Athenas obtinet. Appia. Mithrid. Plutar. in Sylla & Pompeio. Epit. LXXVIII.	Ol. 173	666	661
4627 7 10 F	3897	87	*Cn. Octauius.* *L. Cornelius Cinna.* Cum Cinna pernicioſas Reip. leges ferret, à collega Vrbe pellitur, & cum Italos ſolicitaret, abrogato illi Conſulatu, ſufficitur L. Cornelius Merula Flamen Dialis. Itaque Cinna patriam oppugnat, accerſito C. Mario. Vrbs quatuor exercitibus obſeſſa à Mario, Cinna, Carbone, Sertorio. Eâ captâ cædes variæ editæ ſunt. Appia. Ciuil. I. Plutar. Mario. Epitome. Plotius Gallus primus Romæ Latinam Rhetoricam docuit. Hieron.	II	667	662
4628 8 11 E	3898	86	*C. Marius* VII. *L. Cornelius Cinna.* Sulla Athenas capit, & libertati reſtituit, occiſo Ariſtone. Archelaum in Bœotia vincit: cum is CM. equitum haberet. Vix X. M elapſa. Sulla XII tantum amiſit. Rurſus Dorilaum regis Præfectum, qui LXXX M. in Bœotiam expoſuerat, cecidit. Plut. Sulla. Appia. Mithrid. Catullus Poëta Veronæ naſcitur. Hieron. Marius ex morbo periit. Plut. Mario. Suffectus eſt Valerius Flaccus.	III	668	663
4629 9 12 D C	3899	85	*L. Cornelius Cinna* III. *Cn. Papirius Carbo.* L. Flaccus, qui à Cinna ſucceſſor Sullæ miſſus erat, à C. Fimbria legato ſuo interfectus eſt. Archelaus iuſſu Mithridatis pacem cum Sulla facit. Appianus. Erat Fimbria præfectus equitum, & in bello ſtrenuus: qui Mithridatem vicerat. Epit. LXXIII. Luſtrum hoc anno conditum. Cenſa CCCCLXIII M. Epitome. Tigranes à Syris rex eligitur. Appia. Vide cap. XLVI lib. X.	IV	669	664 Sept. 13.
4630 10 13 B	3900	84	*L. Cornelius Cinna* IV. *Cn. Papirius Carbo.* Cinna & Carbo bellum contra Sullam parant. Cinna ab exercitu ſuo, quem contra Sullam conſcendere iubebat, occiditur. Carbo ſolus Conſulatum tenuit. Sulla pacem cum Mithridate facit; ita vt is Aſia, Bithynia, & Cappadocia cederet. Fimbria ab exercitu deſertus, qui ad Sullam defecerat, ſeipſum occidit. Legati à Senatu ad Sullam de pace miſſi. Sed Carbo pacis conditionem honeſtiſſimam reſpuit: vti ciues à Cinna eiecti reſtituerentur. Epit. LXXIII, & LXXIV. Libertini in XXXV tribus diuiſi.	Ol. 174	670	665
4631 11 14 A	3901	83	*L. Cornelius Scipio Aſiaticus.* *Cn. Norbanus Flaccus.* Sulla traiecto mari XXX M. armatorum contra CC M. expoſuit. Norbanum ad Canuſinum prælio vicit. L. Scipio-	II	671	666

Per. Iul ✳ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			nis milites ad Sullam deficiunt. Carbo Sullæ amicos hoſtes iudicandos curauit. Capitolium conflagrauit. Q. Sertorius rebus Marij deſperatis in vlteriorem Hiſpaniam, quam ſortitus erat, profectus eſt. Cn. Pompeius cum tribus volonum legionibus ad Sullam ſe adiunxerat annum agens XXIII. Epit. LXXV. Appianus I Ciuil. Eodem anno & Delphicum templum incenſum refert Euſeb. in Chron.			
4632 12 15 G	3902	82	*Cn. Papirius Carbo III.* *C. Marius C. F.* Marius ad Præneſte victus à Sulla, & ibi obſeſſus eſt. Romæ Damaſippus Prætor cum Senatum vocaſſet, nobilitatem omnem trucidauit. Sulla vrbe potitus inimicorum bona publicauit. Carbonem fudit. Cum Damaſippo, Mario, & Carrinate, ac Samnitum copiis ad portam Collinam acerrimè pugnauit, ac vicit. Præneſte dedita Marius ſeipſum interemit. Appianus. Plut. Sulla. Epit. LXXVII, & ſequentibus. Demum Sulla Dictator Interrege L. Valerio Flacco rogante factus eſt. Ibid. L. Murena bellū cum Mithridate renouauit. Epit. LXXVI. P. Terentius Varro vico Atace in Narbonenſi naſcitur. Hieron. Chron.	III	672	667
4633 13 16 FE	3903	81	*M. Tullius Decula.* *Cn. Cornelius Dolabella.* Murena bellum cum Mithridate acerrimè perſequitur. Ideo ab Sulla reuocatur. Sulla de Mithridate triumphauit. Cn. Pompeius de Africa triumphauit. Cicero his Coſſ. pro Quinctio dixit. Gellius lib. XV, cap. XXVIII. Euſeb. Alexandro rege Ægypti mortuo ſucceſſit Ptolem. Alexander Alexandri fratris Lathuri F. diebus XVIIII. Vide caput XLVI lib. X. Eodem anno occiſo Alexandro iſto, regnauit alter eiuſdem nominis annis XVII.	IV	673	668 Sept. 11.
4634 14 17 D	3904	80	*L. Cornelius Sulla II.* *Q. Cæcilius Metellus.* Q. Metellus contra Sertorium miſſus. Plut. Sertorio. Cicero Sex. Roſcium parricidij reum defendit. Gell. XV cap. XXVII.	Ol. 175	674	669
4635 15 18 C	3905	79	*P. Seruilius Vatia Iſauricus.* *Ap. Claudius Pulcher.* Sulla dictatura ſe abdicat. Appia. Plutar. Cicero Athenas conceſſit. Plutar.	II	675	670
4636 16 19 B	3906	78	*M. Aimilius Lepidus.* *Q. Lutatius Catulus.* Sulla in agro Cumano mortuus, & Romam perlatus in campo Martio ſepultus eſt annos natus LX. Primus è patriciis Corneliis igni cremari voluit. App. I Ciuil. Plut. Cicero II de Leg. M. Lepidus de actis Sullæ reſcindendis legem promulgauit. Sed reſiſtente cum bonis omnibus collega, in Galliam vlteriorem receſſit. Appianus I Ciuil. Epit. LXXX. Alexandro rege Iudææ mortuo regnauit Hyrcanus eius F. annis XI. Ioſeph. lib. XIV, cap. I. Quanquam ipſa potius vxor Alexandri Salome regnum adminiſtrabat. T. Quintius Atta Togatarum ſcriptor moritur. Hieron.	III	676	671
4637 17 1 A G	3907	77	*D. Iunius Brutus.* *M. Aimilius Lepidus.* Lepidus anno ſuperiore Conſul patriæ bellum infert. Sed	VI	677	672

Per. Iul ✱ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
			Sed à Catulo, & Pompeio victus in Sardiniam refugit; vbi morbo interiit. Appia. Epit. LXXXX. Cn. Dolabella Procoſ. de Macedonia triumphauit. Ap. Claudius Procoſ. in Thracia bellum geſſit. Epit. LXXXI. Faſti Capit. Pompeius contra Sertorium mittitur. Sertorius plures vrbes expugnauit. Plut. Appia. Epit. XCI.			---
4638 18 2 F	3908	76	*Cn. Octauius.* *C. Scubonius.* Sertorius & Perperna contra Metellum & Pompeium pugnarunt. Pompeius fugatus à Sertorio. Perperna verò à Metello. Appia. Epit. XCII.	Ol. 176	678	673
4639 19 3 E	3909	75	*L. Octauius.* *C. Aurelius Cotta.* Metellus Sertorij aliquot oppida populatur. Sertorius in ſuos proditionis ſuſpectos ſæuit. Pompeium in Vaccæos, Metellum in Galliam compellit. Epit. XCIII. Appia. Nicomedes Bithyniam moriens Pop. Rom. reliquit. Ib. Cicero Quæſtor in Siciliam profectus eſt. Plut. Seruilius Iſauris domitis in Cilicia vrbes illorum expugnauit. Epit. XCIII. M. Antonius Triumuiri pater indicto Cretenſibus bello, cùm eſſet oræ maritimæ curator, malè geſta re ibi periit. Aſcon. in Diuinat.	II	679	674
4640 20 4 D	3910	74	*L. Licinius Lucullus.* *M. Aurelius Cotta.* Mithridates cum Sertorio fœdus iniit. Bithyniam occupauit. Cottã Chalcedone obſidet. Lucullus Coſ. eò profectus Chalcedonis obſidionem ſoluit. App. Epit. XCIII. P. Seruilius Iſauricus Piratis domitis, ac Cilicia Cretáque in formam prouinciæ redacta triumphat. Faſti Capit.	III	680	775
4641 21 5 CB	3911	73	*M. Terentius Varro Lucullus.* *C. Caſſius Varus.* Bellum ſeruile in Italia ſuſcitatum, authore Spartaco, Oenomao, & Crixo, qui effracto Capuæ ludo Lentuli, Claudium Pulcrum legatum, & P. Varinium Prætorem bello vicerunt. Epit. XCV. Eutropius. Mithridates Cyzicum obſidet. Hunc Lucullus à tergo inuadens fame conſumptum multis præliis vicit, & in Pontum fugauit: nauali quoque prælio victor. Epit. XCVI. Oroſ. lib. VI, cap. II. Sertorius à coniuratis occiditus octauo ducatus ſui anno. Succeſſit ei Marcus Perperna. quo interempto, Pompeius Hiſpanias recepit. Epit. XCVI.	IV	681	676 Sept. 10.
4642 22 6 A	3912	72	*L. Gellius Poplicola.* *Cn. Cornelius Lentulus Clodianus.* C. Curio ex Macedonia triumphauit, Dardanis victis. Eutrop. Cicero in Piſo. Q. Arrius Prætor Crixum cum XX M. cecidit. Spartacus vario euentu pugnat. Lentulo victo, cùm ad Alpes properaret, à Caſſio Procoſ. cohibitus eſt. Lucullus Amiſum, & Eupatoriam Ponti vrbes obſidet: nec non Themiſcyram. Appia. Mithridat.	Ol. 177	682	677
4643 23 7 G	3913	71	*Cn. Aufidius Oreſtes.* *P. Cornelius Lentulus Sura.* M. Terentius Lucullus de Beſſis, ac Thracibus triumphauit, & Scythis primus Romana arma monſtrauit. Florus. Epit. XCVII. Seruile bellum à M. Craſſo Prætore, & Pompeio ſubla-	II	683	678

tum. Appia. Eutrop. Florus. Plut. Lucullus contra Mithridatem parum proſperè equeſtri prælio pugnauit. Mox tamen deuicit: & territum in Armeniam ad Tigranem fugere compulit. Appianus. Plutar.

4644 24 8 F | 3914 | 70 | III | 684 | 679

Cn. Pompeius Magnus.
M. Licinius Craſſus.

Hoc anno Cenſura reſtituta. Aſcon. in Diuinat. Intermiſſa fuerat ab anno DCLXVIII. Fuerunt verò Cenſores hoc anno Gellius, & Lentulus. Plutar. Epit XCVIII.

Mithridate pulſo, Ponticæ vrbes Lucullo ceſſerunt. Appia. Plutar.

Hoc anno Cicero Verrem iudicio poſtulauit, deſignato iam Hortenſio Conſule. Erat natus annos XXXVI, & Ædilitatem petebat, quam & obtinuit. Virgilius his Coſſ. naſcitur Id. Octob. Vita eius.

Iudicia per M. Aurelium Cottam Prætorem ad equites à Senatoribus tranſlata. Epit. XCVI.

4645 25 9 ED | 3915 | 69 | IV | 685 | 680 Sept. 9

Q. Hortenſius.
Q. Cæcilius Metellus Creticus.

Lucullus Ponto in ditionem redacto in Armeniam irruit: Tigranes peditũ CC M. equitũ LX M. cogit. Sed à Lucullo reges ambo profligati. capta Tigranocerta. Epit. XCVIII. Plut.

Cicero Ædilis Cur. hoc anno fuit.

Hoc anno mortua Salome Alexandri coniux. Hyrcanus matris imperio ſolutus Pontificatum tenuit. Sed Ariſtobulus frater ei bellum infert. Lib. X, cap. LIV.

4646 26 10 C | 3916 | 68 | Ol. 178 | 686 | 681

L. Cæcilius Metellus.
Q. Marcius Rex.

Lucullus Niſibin expugnat. Triarius Luculli legatus Mithridatem vicit. Plutar. Appia. Dio XXXV. Circa hoc tempus Antiochus Aſiaticus Pij F. à Lucullo Syriæ rex ſalutatus eſt. Appianus. Vide cap. XLV. lib. X.

Bellum Creticum hoc anno geſtum à Metello Procoſ. qui Cydoniam obſedit. Epit. XCIX.

4647 27 11 B | 3917 | 67 | II | 687 | 682

C. Calpurnius Piſo.
M. Acilius Glabrio.

Lex Calpurnia de ambitu à Piſone lata. Roſcia item de ordinum diſcrimine. Dio lib. XXXVI. Gabinius quoque Trib. Pl. lege lata imperium extraordinarium Pompeio contra Piratas decreuit. quod bellum extrema hieme apparauit, ineunte vere ſuſcepit, media æſtate confecit. Cic. pro lege Manilia. Epit. XCIX.

Triarius legatus Luculli à Mithridate cum omnibus copiis deletus eſt. Lucullus adueniens ab exercitu ſuo deſtitutus eſt. Mithridates regnum ſuum recuperauit. Dio XXXVI. App. Plutar.

Metellus Cretæ vrbes plurimas expugnauit: atque inſulam domuit. Epit. XCIX. Florus.

4648 28 12 A | 3918 | 66 | III | 688 | 683

M'. Aemilius Lepidus.
L. Volcatius Tullus.

Cicero Præturam hoc anno geſſit. C. Manilius Trib. Ple. lege lata Pompeio bellum contra Mithridatem attribuit, ſuaſore Cicerone. Pompeius Mithridatem prælio fregit, qui ad Tigranem confugit. Sed ab eo reiectus filium Macharem Boſpori regem interfecit. Tigranes Pompeio ſe dedidit. qui Armenia relicta, Cappadociæ, & Syriæ partem, Phœnicen, & Sophenen ademit. Diod. XXXVI. Plut. Appia. Epit. C, & CI. Per idem tempus Antiocho A-

ſiatico Syriæ regnum, quod Lucullus conceſſerat, ademit Pompeius. Iuſt. xl. Appia.

Cn. Piſo contra Remp. coniurat cum Catilina, & Autronio de interficiendis Coſſ. in annum ſequẽtem deſignatis, à quibus in petitione Autronius, & Sylla excluſi fuerant. Sed re patefacta, poſtea Piſo in citeriorem Hiſpaniam Quæſtor pro Prætore miſſus, ibi occiſus eſt. Salluſ. in Catilin. Dio loco cit.

Hyrcano de Pontificatu deiecto Ariſtobulus eum occupat annis iii. Ioſeph. xiv, cap. viii.

4649 1 13 GF | 3919 | 65 | iv | 689 | 684 Sept. 8

L. Aurelius Cotta.
L. Manlius Torquatus.

Pompeius Iberos debellat, & Artocem regem: tùm Albanos; dum Mithridatem inſequitur. Dio xxxvi. Plutar. Appia.

Alexandet Ægypti rex à ſuis pellitur, & Tyrum ſecedens ibi moritur, Pop. Rom. herede inſtituto. Cicero Orat. ii contra leg. agr. Huic ſuccedit Auletes annis xi. Euſeb. Chron.

4650 2 14 E | 3920 | 64 | Ol 179 | 690 | 685

L. Iulius Cæſar.
C. Marcius Figulus.

Phraates Parthorum rex in Tigranem bellum mouet. Is auxilium à Pompeio petit. Eo tardante, Tigranes cum Phraate paciſcitur. Dio xxxvi. Appia.

Pompeius Antiochenſibus obſides reddidit. Daphnenſibus agrum dedit, vt in eo lucus ſpatioſior fieret, delectatus loci amœnitate. Eutr. vi. Euſeb. Chron.

4651 3 15 D | 3921 | 63 | ii | 691 | 686

M. Tullius Cicero.
C. Antonius Nepos.

Mithridates à Pharnace filio mori coactus eſt. Pompeius contra Aretam Arabum regem bellum gerit. Hieroſolyma capit Sabbato. Hyrcanum regem facit. Tributo impoſito Ariſtobulum Romam cum filiis abducit. Syriam in formam prouinciæ redigit. Interim Romæ Catilinæ coniuratio contra Remp. graſſatur, quæ opera Ciceronis opprimitur. Sal. in Bello Catil. Dio xxxvi. Ioſeph. xiv, cap. viii.

Auguſtus hoc anno naſcitur. Sueton.

4652 4 16 C | 3922 | 62 | iii | 692 | 687

D. Iunius Silanus.
L. Licinius Murena.

Catilina ab Petreio Antonij Procoſ. duce victus occubuit. Antonius in Ciliciam abiens triennio ibi præfuit: vt ex Cicero. i ad Att. colligit Sigon. C. Cæſar Prætor Vrbanus eſt.

4653 5 17 BA | 3923 | 61 | iv | 693 | 688 Sept 7

M. Pupius Piſo.
M. Valerius Meſſalla.

Cn. Pompeius hoc anno de Mithridate triumphat prid. Kal. Oct. Plin. lib. vii. cap. xxvi. Dio xxxvii. Clodius inceſti accuſatus abſoluitur. Valer. Max. lib. iv, cap. ii. Dio. Bellum Allobrogicum contra Catugnatum à C. Pomptino geſtum. Idem.

C. Cæſar in Luſitaniam profectus bellum ibi gerit. Dio xxxvii.

4654 6 18 G | 3924 | 60 | Ol. 180 | 694 | 689

Q. Cæcilius Metellus Celer.
L. Afranius.

Pompeio agrariam legem ferenti Metellus acriter reſiſtit: ita vt à Trib. pl. in carcerem coniectus ſit. Clodius ad plebem tranſit, & Tribunatum petit.

C. Cæſar Romam ad petendum Conſulatum venit. vbi cum Pompeio & Craſſo conſpirat. Dio xxxvII. Plutar.

4655 7 19 F | 3925 | 59 — *C. Iulius Cæſar.* — *M. Calpurnius Bibulus.* — *Archon Herodes.* — II | 695 | 690

Cæſar legem agrariam fert: renitentem Catonem in vincula coniicit. quin & collegam Bibulum publico abſtinere cogit. Idem Illyricum, & Ciſalpinam Galliam in triennium obtinet: imò & Tranſalpinam à Senatu in quinquennium. Clodium inſuper adiuuat, vt à patriciis ad plebeios transiret. Sueton. Appia. Dio xxxvIII. Velleius II.

Eodem anno Cæſar Iuliam filiam Pompeio deſpondet, Calpurniam Piſonis ducit. Plutar. Appian. &c.

4656 8 1 E | 3926 | 58 — *L. Calpurnius Piſo Cæſoninus.* — *A. Gabinius.* — III | 696 | 691

Clodius Trib. Pl. legem tulit, ne diebus iis, quibus cum populo agitur, de cælo ſeruaretur: & alias quaſdam pernicioſas. Cicero in exilium pellitur circiter Kal. Apr. Clodius legem promulgauit de publicandis Ptolemæi regis Cypri bonis, & regno in formam prouinciæ redigendo. cuius rei curatio Catoni commiſſa. Kal. Iunii L. Mummius Trib. Pl. retulit de Cicerone reuocando. Interceſſit Ælius Ligus Trib. pl. Pompeius itidem allaborauit. Renitente Clodio decreuit Senatus nulla de re agere, niſi Cicero reuocaretur. Hæc Dio xxxvIII. Plutar. Cicero pro Sextio, & alibi.

Cæſar interim in Galliis Heluetios ad Ararim debellat. Inde Ariouiſtum, & Germanos. Cæſar I Com. Dio xxxvIII. Plut.

4657 9 2 DC | 3927 | 57 — *P. Cornelius Lentulus Spinther.* — *Q. Cæcilius Metellus Nepos.* — IV | 697 | 692 Sept. 6

Cicero ab exilio reuocatur, P. Lentulo referente. Reuerſus ob annonæ caritatem author fuit, vt Pompeius rei frumentariæ per quinquennium præficeretur. Dio xxxIx. Plutar.

Ptolemæus Auletes nothus Ægypti rex regno pulſus Romam venit. Cuius filiam Berenicen ad regnum prouehunt Alexandrini, eique Cybioſacten è Syria hominem obſcurum coniugem adſciſcunt, quem regina paulo poſt occidit. poſteà Archelao Comanorum in Ponto Sacerdoti nupſit. Dio xxxIx. Strabo xvII.

Cæſar Belgas domuit, & Neruios. P. Craſſus eius legatus Venetos, Vnellos, & alios minoris hodie Britanniæ populos in deditionem accepit. Itaque in Italiam profectus eſt. Cæſar II Com.

4658 10 3 B | 3928 | 56 — *Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus.* — *L. Marcius Philippus.* — Ol. 181 | 698 | 693

M. Cato ex lege Clodia Cyprum ordinauit; cum Ptolemæus eius rex ſibi necem attuliſſet. Reuerſo Præturam citra comitia Senatus decreuit. quam ille repudiauit malens eam ipſam dignitatem comitiis impetrare. Ptolemæus Ægypti rex deſperato reditu Epheſum ſe contulit. Plutar. Catone. Dio xxxIx.

Cæſar Venetos nauali certamine ſuperat. Titurius Sabinus eius legatus Vnellos. Craſſus Sontiates in Aquitania. Deinde Lucæ Cæſar hiemauit. Eò Pompeius, & Craſſus ad eum veniunt. Dio ibid. Plutar. Cæſar III Com.

C. Cato Trib. Pleb. acerrimè reſtitit reſtitutioni Pto-

lemæi, & interceſſionibus ſuis comitia ſuſtulit. Dio. Plut.

Hyrcanus ab Alexandro Ariſtobuli F. Pontificatu deiectus à Gabinio reducitur. Ioſe. l. XIV, c. X. Tunc & iuridicos V conuentus in Iudæa conſtituit, Hieroſolymis, Gadaris, Amathunte, Hierichunte, Saphoris. Ioſeph.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4659 11 4 A	3929	55	II	699	694

Cn. Pompeius Magnus II.

M. Licinius Craſſus.

Ex interregno Coſſ. facti Catonem de Prætura deiiciunt: eique prælatus Vatinius. Inde per Trebonium Trib. pl. Craſſus Syriam, Pompeius Hiſpaniam in annos V obtinent. Cæſari Gallia in triennium prorogatur. Craſſus in Conſulatu profectus eſt in Syriam, nequicquam impediente Ateio Trib. pl. Dio. XXXIX. Plutar.

Cæſar Germanos, qui Rhenum tranſierant, delet. Rheno deinde ponte iuncto in Germaniam tranſit. Pòſt in Britanniam, quam & in deditionem accepit. Cæſar in Com. Plutar. Cæſare. Dio XXXIX.

Pompeius theatrum dedicauit ludis ac ſpectaculis; quibus D leones occiſi, elephanti XVIII, præbente liberto Pompei Demetrio. Dio.

A. Gabinius Procoſ. Syriæ Ptolemæum Pompeij iuſſu reduxit. Ptolemæus filiam ſuam occidit. Dio. Plutar. Appia.

Antequam in Ægyptum iret, Iudæam Ariſtobuli, qui è vinculis Roma elapſus erat, factione turbatam pacauit, & Ariſtobulum remiſit. Ioſeph. XIV, cap. XI.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4660 12 5 G	3930	54	III	700	695

L. Domitius Ahenobarbus.

Ap. Claudius Pulcher.

C. Pontinus, qui Cicerone Coſſ. Prætor fuit, de Allobrogibus triumphauit. Faſti Capit.

Craſſus contra Parthos exercitum duxit, & vrbes aliquot obtinuit. Plutar. Craſſo. Appia. Parth.

Cæſar Treuiros domuit, & Britanniam. Cotta, & Titurius legati à Gallis circunuenti cum exercitu cæſi ſunt. Inde ad caſtra Q. Ciceronis, qui in Neruiis erat, veniunt. Sed ſuccurrente Cæſare fuſi omnes, ac deleti. Cæſar. Dio. XL. Plutar.

Gabinius maieſtatis accuſatus abſoluitur: repetundarum verò damnatur, etſi eum Cicero defenderet. Dio XL.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4661 13 6 FE	3931	53	IV	701	696 Sept. 5

Cn. Domitius Caluinus.

M. Valerius Meſſalla.

Craſſus in Parthis periit. Cæſar Rhenum denuò traiicit. Reuerſus Eburones fundit. Dio XL. Plutar. Appia. Cæſar Iunio menſe periiſſe. Craſſum indicat. Ouid. VI Faſto. In Craſſi locum Cicero fit Augur. Plutar.

Per. Iul.	Mundi	Ante Chr.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4662 14 7 D	3932	52	Ol. 182	702	697

Cn. Pompeius Magnus ſine Collega.

Cum diu comitia protracta eſſent, petentibus Milone, Hypſæo, Mtelleo, Scipione, tandem Pompeius V Kalend. Mart. menſe intercalario Conſul factus eſt. qui deinde in V menſes collegam ſubrogauit ſibi Q. Metellum Scipionem ſocerum. Porrò antequam Conſulatum iniret Pompeius, Clodius à Milone occiſus erat. Hic Pompeio iam Conſule damnatus de vi in exilium abiit. Aſcon. in Milon. Dio XL. Plutar.

C. Caſſius Craſſi Quæſtor in Syriam è clade ſe receperat. Ibi Parthos fortiter repulit. Ioſeph. XIV, cap. XII. Appia.

Galli à Cæſare deficiunt. Hic ex Italia celerrimè profectus eoſdem ſuperat, & in ditionem redigit. Auaricum,

Per. Iul ✱ ☉	Mundi.	Ante Chr.		Olymp.	Vrbi cond.	Æra Nab.
			Gergouiam, Alexiam expugnat. Vercingentorigem in poteſtatem ſuam adducit. Cæſar lib. VII Dio XL. Plutar. Epitome XCVIII. Cicero libros de Finibus ſcripſit.			
4663 15 8 C	3933	51	*Ser. Sulpicius Rufus.* *M. Claudius Marcellus.* Cicero hoc anno ex SC^to Procoſ. in Ciliciam abiit: vbi rem bene geſſit, & Imperator ſalutatus eſt. Plutar. Cicero ipſe in Epiſtolis. Caſſius Syriam egregiè contra Parthos tuetur, adeò vt illi deſperata Syria receſſerint. Dio XL. Hoc anno mortuus videtur Ptolemæus Auletes: vt ex Cœlij Epiſtola conſtat lib. VIII Fam. IV: quæ Kal. Sext. data: hoc eſt circa Iunium hodiernum. Ex quo ea dirigenda ſunt, quæ lib. X, cap. XLVI diximus. vbi ex Strabone fruſtra credidimus Auletem mortuum anno V. C. DCC. Ptolemæo ſucceſſit Ptolemæus Διόνυσος annis V. Maxima Solis defectio contigit Martij VII, hora poſt noctem mediam 12, 41'. Lib. X, cap. LVIII.	II	703	698
4664 16 9 B	3934	50	*L. Æmilius Paulus.* *C. Claudius Marcellus.* Cæſar veritus ne exercitum & prouinciam dimittere cogeretur, Paulum Coſ. & C. Curionem Trib. pl. ſibi demeretur. Actum deinde de dimittendis Cæſaris exercitibus. cui ſic aſſenſus eſt Curio, ſi & cæteri dimitterent. Senatus decreuit, vt ad bellum Parthicum vna legio à Cn. Pompeio; altera à C. Cæſare mitteretur. Cæſar duas miſit, quæ à Marcello Pōpeio traditæ. Diod. XL. Plut. Cenſores Ap. Claudius, L. Piſo. Cenſa CCCXX M. Plutar. Cæſare. Ciceronis filia Tullia Dolabellæ nupſit. Lib. VIII Epiſt. XIII.	III	704	699
4665 17 10 AG	3935	49	*C. Claudius Marcellus.* *L. Cornelius Lentulus.* *Cæſar Dictator I.* Bellum ciuile inter Cæſarem, & Pompeium hoc anno cœpit. Kal. Ian. Senatus decreuit, vti ante certam diem Cæſar exercitum dimitteret. Antonius & Caſſius Trib. pl. ad Cæſarem cum Curione profugiunt. Cæſar Ariminum occupat. Pompeius Vrbe digreditur. Cæſar in Hiſpaniam proficiſcitur. Ibi Pompeianos exercitus in deditionem accipit. Rediens Maſſiliam expugnat. In eius obſidione cognoſcit ſe Dictatorem à M. Lepido Vrbi Præfecto eſſe dictum. Romam itaque veniens, Dictaturam I iniit, qua ſe poſt XI diem abdicauit, cum comitia prius habuiſſet, quibus ipſe cum P. Seruilio Conſul factus eſt. Cæſar lib. I de Ciuil. Diod. XLI Plut. App. Ariſtobulus Hyrcanus frater à Cæſare dimiſſus veneno necatus eſt. Alexander Ariſtobuli F. iuſſu Pompeij ſecuri percuſſus Ioſe. XIV, c. XIII. Hoc anno ab Octobri, Vrbis ſeptingenteſimo ſexto ineunte, æra Antiochena incipit. Vide lib. X, cap. LXII.	IV	705	700 Sept. 4
4666 18 11 F	3936	48	*C. Iulius Cæſar II.* *P. Seruilius Vatia Iſauricus.* Cæſar in Macedoniam traiecit. Ibi Pompeium in Pharſalicis campis deuicit. Pompeius in Ægyptum fugiens à Ptolemæo eſt occiſus. Cæſar III Ciuil. Dio XLI. Plut. App. Cæſar cum in Ægyptum veniſſet allato ſibi Pompeij capite illacrymauit. Ib. Cato in Africam abiit. Milo in Campania turbans occiditur. Dio. Antipater Herodis parens Cæſarem in Ægyptiaca expeditione adiuuat. Ideo procurator ab eo Iudææ factus eſt. Ioſeph. lib. LIV, cap. XV.	Ol. 183	706	701

4667 19 12 E | 3937 | 47 | | | II | 707 | 702

C. Iulius Cæſar Dictator II.
Mag. Equitum. M. Antonius.

Hanc Dictaturã Alexandriæ iniit. Hoc enim annò bellum Alexandriæ longè periculoſiſſimum geſſit: in quo victi Alexãdrini. Cleopatra fratri nupſit, & regnũ obtinuit. Hoc bello Ptolemæi bibliotheca conflagrauit. Inde contra Pharnacen Boſphori regem ſe contulit, quem & vicit. Sub anni exitum Romam veniens Coſſ. ſuffecit Q. Fuſium Calenum, P. Vatinium. Hæc Hirtius. Dio XLII. Plutar. Appia.

Ab hoc anno, circiter Kal. Octob. cœpit annus, qui Confuſionis vulgo dicitur, & 445 dies habuit. Vide lib. IV. cap. I & lib. X, cap. LIX.

4668 20 13 D | 3938 | 46 | | | III | 708 | 703

C. Iulius Cæſar III. — *Dictator III.*
M. Aimilius Lepidus.

Cæſar in Africa bellum cum Scipione, Catone, & Iuba feliciter adminiſtrauit. Cato ſeipſum occidit. Scipio item & Petreius. Romam reuerſus Cæſar quatuor diebus triumphauit, de Gallia, Ægypto, Pharnace, & Iuba. Multa deinde ad Remp. conſtituendam ordinauit. Cenſum egit, in quo dimidio pauciores ciues reperit, quàm ante ciuile bellum. Hæc Dio. XLIII. Appia. IV Ciuil. Plutar. Sueton. Fuit autem primò Conſul: inde Dictator III. vti cap. LVII libri X docuimus.

ANNI IVLIANI.

4669 21 14 CB | 3939 | 45 | 1 | | IV | 709 | 704 Sept. 3

C. Iulius Cæſar Dictator IV. — *Cum eodem & Conſul IV.*
Mag. Equitum M. Lepidus.

Bellum in Hiſpania cum Pompeij liberis geſſit, quos & penitus vicit. Ita bellis omnibus ciuilibus confectis Romam rediens triumphauit. Exinde Imperat. titulus ei decretus: Conſulatus in decem annos; & Dictatura perpetua.

Inde Conſulatu ſe abdicans ſuffecit ſibi Q. Fabium Maximum, & C. Trebonium exeunte Septembri. Hic cum extremo anni die mortuus eſſet, ſuffectus eſt ad paucas horas Caninius Rebilus. Sueton. Dio XLIV. Plutar. Appia.

Hic eſt primus annus Iulianus.

4670 22 15 A | 3940 | 44 | 2 | | Ol. 184 | 710 | 705

C. Iulius Cæſar, Dictator V — *Cum eodem colllega fuit & Dictator V.*
Mag. Equitum M. Antonius.

Dio lib. XLIII ſcribit hoc anno Iulium Cæſarem Corinthum, & Carthaginem inſtauraſſe. De Corintho adſtipulatur Strabo lib. VIII, & Pauſ. Corinth. De Carthagine certum eſt voluiſſe tantum: ſed efficere non potuiſſe; atque ab Auguſto reſtitutam eſſe: quod & de Corintho pariter aſſerit Appianus Libyca.

Hoc anno, Eid. Martiis Cæſar occiſus eſt in Senatu. Coniurati in Capitolium ſe recipiunt. Antonius, qui primùm fugerat, Senatu conuocato, ſeditioſa oratione populum cõcitat. Poſtea ſedatis rebus Dictaturam tollit: teſtamentum Cæſaris adulterat, ac per vim plurima facit. Octauius Cæſar Romam venit, & ab Antonio ſpretus milites cogit. Dio XLV. Suetonius. Plutar. Appia.

Senatus Antonio Macedoniam, Dalabellæ Syriam

Per. Iul ✱ ☉	Mundi.	Ante Chr.	Anni Iul.		ROMANI. ANNI IMPERII	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				decreuit. Antonius per vim Galliam à populo impetrat. Decimus Brutus Mutinæ illum Galliæ aditu prohibet. Ideò obſidetur ab Antonio. MONARCHIA ROMANORVM.				
4671 23 16 G	3941	43	3	*C. Vibius Panſa.* *Suffecti* Auguſti Imper. *A. Hirtius.* *C. Octauius Cæſar.* *Q. Pedius.* Coſſ. & Octauius ex decreto Senatus aduerſus Antonium profecti. Victus ab Hirtio Antonius, cum Panſam viciſſet. ambo Coſſ. mortui. Antonius cum Lepido coniungitur. Auguſtus Conſulatum iniit Sept. XXII. Inde cum Lepido & Antonio conſpirat: ac Romanum imperium inter ſe partiuntur, fiuntque Triumuiri Reip. conſtituendæ Nouemb. XXVII. Romæ proſcriptiones factæ, ac principum cædes. Inter alios Cicero occiſus eſt. Dio XLVII. Appia. C. Caſſius Suriæ Procoſ. à Cæſare & Senatu delectus à Iudæis DCCC talenta exigit. Ioſe. XIV, cap. XVIII. Eodem anno Octauius lege curiata in adoptionem Iulij Cæſaris venit. Dio. Ouidius hoc anno naſcitur, quo cecidit fato Conſul vterque pari. Lugdunum hoc anno conditum à L. Planco. Dio XLVI.	I	II	711	706
4672 24 17 F	3942	42	4	*M. Aimilius Lepidus.* *L. Munatius Plancus.* Bellum contra Caſſium & Brutum ab Antonio, & Octauio Cæſare geſtum. Vtrique illi ſibi necem inferunt. Dio XLVII. Plutar. Tiberius naſcitur Nouemb. XVI. Suet. Herodes, qui Caſſium adiuuerat, ad Antonium veniens, eum ſibi conciliat. Eodem anno Mariamnen Hyrcani filia natam ſibi deſpondet. Ioſe. l. XIV, c. XXI.	2	III	712	707
4673 25 18 ED	3943	41	5	*P. Seruilius Iſauricus II.* *L. Antonius.* Antonius in Aſiam; Cæſar in Italiam reuertitur. Ibi ab L. Antonio & Fuluia grauius diſſidet. Fames Romæ præualida Sex. Pompeio mare obtinente. Milites cauſam Octauij & Antonij diſceptant, atque Octauio fauent. Cum autem Lucius Vrbem occupaſſet, fugatur à Cæſare, & Peruſiæ obſidetur. Dio XLVIII, Sueton.	3	IV	713	708 Sept. 2
4674 22 19 C	3944	40	6	*Cn. Domitius Caluinus II.* *C. Aſinius Pollio.* L. Antonius Peruſiæ obſeſſus dedit ſe Octauio Cæſari. Fuluia cum liberis ad Antonium fugit. Quin è Campania fugit Tib. Claudius Nero cum vxore Liuia, & filio Tiberio. Cæſar Scribonij Libonis ſoceri Sex. Pompeij filiam ducit, vt Sextum ſibi demereretur. Antonius in Italiam redit. Sed Fuluiâ Sicyone mortuâ, redit in gratiam cum Cæſare, & ſororem eius Octauiam ducit: cum paulo ante viſam in Cilicia Cleopatram adamaſſet. Parthi à Labieno exciti in Syriam irrumpunt. Hyrcanum Pontif. inſtigante Antigono Ariſtobuli F. mutilatum auribus Pontificatu exuunt, & in captiuitatem abducunt. Antigonus in eius locum ſubſtituitur.	4	Ol. 185	714	709

Per. Iul. * ⊙	Mundi.	Ante Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				Herodes Romam ad Antonium & Cæſarem confugit. à quibus regnum Iudææ præter ſpem ex SC^to obtinet. Hinc igitur primum Herodis initium conſurgit. Dio XLVIII. vbi pro Antigono Ariſtobulum Hyrcani fratrem ἀνιστορήτως poſuit. Vide Ioſeph. libro XIV, cap. XXIV, XXV, & XXVI.				
4675 27 1 B	3945	39	7	*L. Martius Cenſorinus.* *C. Caluiſius Sabinus.* Multi etiam libertini generis in Senatum allecti. Magiſtratus in VIII annos deſignati. Coſſ. primum deſignati in anni partem. Pax inter Pompeium & Antonium, ac Cæſarem conſtituta. Ventidius Labienum & Parthos clade afficit; Syriam, & Palæſtinam recuperat.	5	II	715	710
4676 28 2 A	3946	38	8	*Ap. Claudius Pulcher.* *C. Norbanus Flaccus.* Prætores LXVII facti ſunt. Octauius repudiata Scribonia, Liuiam prægnantem duxit. Mænas à Pompeio ad Cæſarem deficiens equeſtri ordine donatur. Auguſti claſſis à Menecrate Pompei duce profligata. dux ipſe tamen occumbit. ÆRA HISPANICA ab hoc anno incipit. Vide lib. x, cap. LXVIII.	6	III	716	711
4677 1 3 GF	3947	37	9	*M. Vipſanius Agrippa.* *L. Caninius Gallus.* Hoc anno capta ſunt à C. Soſio & Herode Hieroſolyma menſe tertio, ipſa ieiunij die, anno Sabbatico. Ioſeph. XIV, cap. vlt. Antigonus captus & cruci affixus, ac iugulatus eſt. Dio XLIX. qui id anno antecedente factum putat. Ita Haſamonæorum principatus deſiit poſt annum CXXVI. Quod & verum eſt. Nam anno 4550 Iudas Pontificatum iniit. Herodes Ananelum quendam è Babylonia accitum Pontificem creat. Ioſeph. XV, cap. II.	7	IV	717	712 Sept. 1
4678 2 4 E	3948	36	10	*L. Gellius Poplicola.* *M. Cocceius Nerua.* Antonius in Italiam venit, indéque rurſum abit. Mænas à Cæſare rurſus ad Pompeium deficit. Nauale certamen inter Pompeium & Cæſarem. Victus Pōpeius. Lepidus Meſſanam in Sicilia occupat. Sed à Cæſare in ordinem redactus, & in Italiam miſſus eſt. Quin Africam per Statilium Taurum obtinet Cæſar. Eodem anno infelicem contra Parthos expeditionem ſuſcipit Antonius. qui in Ægyptum reuerſus regna diſtribuit. Dio XLIX. Plutar.	8	Ol. 186	718	713
4679 3 5 D	3949	35	11	*Sex. Pompeius.* *L. Cornificius.* Sex. Pompeius ad Antonium ſe recipiens iuſſu eius interficitur. Dio. Herodes Ariſtobulum Mariamnes fratrem Pontificem facit. Sed quod populo gratus eſſet, ſubinde natantem præfocat. Ioſeph. lib. XV, cap. III. Salluſtius diem obiit quadriennio ante bellum Actiacum. Euſeb. Chron.	9	187	719	714
4680 4 6 C	3950	34	12	*M. Antonius II.* *Suffectus Antonio eadem die* *L. Scribonius Libo.* *L. Sempronius Atratinus.* Antonius Artauaſdem Armeniæ rege dolo exci-	10	188	720	715

Per. Iul ✳ ⊙	Mundi	Ante Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				tum capit, & Armeniam ſubigit. In Cleopatræ filios regna diuidit. Dio XLIX.				
4681 5 7 B A	3951	33	13	*C. Cæſar Octauianus II.* *L. Volcatius Tullus.* Agrippa Ædilis munificentiſſimè ſe gerit. Bocchi regnum in prouinciam redactum. Dalmatis victis, è manubiis porticus ab Auguſto, & Octauianæ Bibliothecæ conſtructæ. Dio XLIX. Medorum rex cum Antonio ſocietatem iniit. Ibidem.	11	IV	721	716 Aug. 31.
4682 6 8 G	3952	32	14	*Cn. Domitius Ahenobarbus.* *C. Soſius.* Coſſ. Antonio fauebant. Ideo Kal. Ian. Soſius in Cæſarem inuehitur. tùm ambo Vrbe diſcedunt. Titius & Plancus Antonij amici ad Cæſarem deficiunt. Antonij teſtamentum publicè legit Auguſtus. Bellum contra Antonium, & Cleopatram decernitur. Dio L. Plut.	12	Ol. 187	722	717
4683 7 9 F	3953	31	15	*C. Cæſar III.* *M. Meſſalla Coruinus.* Bellum Actiacum hoc anno geſtum. Victi Antonius & Cleopatra in Ægyptum fugiunt. Vicit Auguſtus Sept. II. qui in emendato Kalendario tertius fuiſſet. Dio L. Vide lib. X, cap. LXIX. Herodes cum Arabibus confligit exitu vario. Ioſeph. XV, cap. VI. Idem cap. VII vocat hunc annum Herodis ſeptimum, à poſteriore videlicet initio.	13	II	723	718
4684 8 10 E	3954	30	16	*C. Cæſar* IV. *M. Licinius Craſſus.* Cæſar Ægyptum ingreſſus Peluſium & Alexandriam occupat. Antonius & Cleopatra ſibi mortem conſciſcunt. Dio L. ACTIACI ANNI hinc exordium ſumunt. Cenſor. cap. XXI.	14	III	724	719
4685 9 11 D C	3955	29	17	*C. Cæſar* V. *Sex. Appuleius.* Cæſar tres triumphos egit, de Dalmatia, Actiaco bello, Ægypto ſubacta. de imperio deponendo cum Agrippa, & Mecænate deliberat. Sed diſſuadente Mecænate retinet. Senatum ordinat. Dio LI.	15	IV	725	720 Aug. 30.
4686 10 12 B	3956	28	18	*C. Cæſar* VI. *M. Agrippa II.* Herodes Mariammen vxorem interficit: tùm Alexandram ſocrum. Ioſeph. lib. XIV, cap. XI.	16	Ol. 188	726	721
4687 11 13 A	3957	27	19	*C. Cæſar Auguſtus* VII. *M. Agrippa III.* Hoc anno ſententia Munatij Planci Auguſti nomen Cæſari tributum eſt a. d. XVI Kal. Febr. Hinc igitur anni Auguſtorum Romani incipiunt. Cenſor. XXI. Dio LIII. Vide lib. X, cap. LXX.	17	II	727	722
4688 12 14 G	3958	26	20	*C. Cæſar Auguſtus* VIII. *T. Statilius Taurus II.* Cornelius Gallus Ægypti Præfectus ob inſolentiam damnatus exilio ſeipſum occidit. Dio LIII.	18	III	728	723
4689 13 15 F E	3959	25	21	*C. Auguſtus Cæſar* IX. *M. Iunius Silanus.* Salaſſi à Terentio Varrone domiti. Contra Aſturas, & Cantabros, qui defecerant, profectus Cæſar in morbum incidit. Domiti tamen à C. Antiſtio. Au-	19	IV	729	724 Aug. 30.

guſta Prætoria in Salaſſis Prætorianis militibus data. Auguſtam Emeritam in Luſitania Auguſtus condidit. Agrippa Neptuni porticum extruxit, in qua & Argonautas depinxit, nec non Pantheum. Dio LIII.

Hoc anno videntur Ægyptij annum Iulianum vſurpaſſe, cùm Neomenia Thoth ad Aug. XXIX peruenit. Vide lib. X, cap. LXXI.

Ioſeph. lib. XV, cap. XII hunc annum Herodis XIII vocat. quo & fames ingens Palæſtinam vexauit. Præerat tunc Ægypto Petronius. Eodem tempore 500 milites ad Æliũ Largum & Arabicã expeditionem miſit.

4690 14 16 D | 3960 | 24 | 22 — *Imp. Cæſar Auguſtus* X. — 20 | Ol. 189 | 730 | 725

C. Norbanus Flaccus.

Cantabri & Aſtures poſt Auguſti diſceſſum à L. Aimilio domiti. Ælius Largus infelicem in Arabiã expeditionẽ egit, exercitu morbis infeſtato. Auguſtus Marcellum Ædilem, Tiberium Quæſtorẽ facit. Dio LIII.

4691 15 17 C | 3961 | 23 | 23 — *Cæſar Auguſtus* XI. — 21 | II | 731 | 726

Cn. Calpurnius Piſo.

Cæſar difficili oppreſſus morbo ab Antonio Muſa curatur. Marcellus obiit. Agrippa miſſus in Syriam priuatus in Leſbo degit. Senatus Trib. poteſtatem, & Proconſulatum Cæſari dedit. Tiridaten à Phraate diſſidentem Romæ excipit. Dio LIII.

4692 16 18 B | 3962 | 22 | 24 — *M. Claudius Marcellus.* — 22 | III | 732 | 727

L. Arruntius Nepos.

Cenſores P. Aimilius Lepidus, L. Munatius Plancus: nec vlli poſt eos priuati. Ludorũ ſumptus à Prætoribus fieri voluit Auguſtus. Ædiles incendiis præfecit, quibus & DC ſeruos attribuit. Contra Cæſarem cõſpirant Muræna, & alij: qui detecti necantur. Cantabri, & Aſtures rebellantes à Furnio domiti. C. Petronius Ægypti præfectus in Æthiopiam expeditione facta Candacen ad fœdus petendum adigit. Dio LIV.

4693 17 19 AG | 3963 | 21 | 25 — *Q. Aimilius Lepidus.* — 23 | IV | 733 | 728 Aug. 27.

M. Lollius.

Auguſtus Agrippę Iuliam filiam vxorem dedit. Syracuſas coloniã fecit. In Græciam traiiciens Lacedæmonios honore, Athenienſes, quod impẽſius Antonio ſtuduiſſent, damno afficit. tum in Samo hiemat. Dio LIV.

4694 18 1 F | 3964 | 20 | 26 — *M. Appuleius Nepos.* — 24 | Ol. 190 | 734 | 729

P. Silius Nerua.

Auguſtus in Aſiam profectus, Cyzicenos, quod ciues Romanos virgis affeciſſent, in ſeruitutem redigit. Tyrios item, & Sidonios mulctat. Phraates territus ſigna Craſſo erepta remittit. Reuerſus in Vrbem Tiberium in Armeniam allegat. Deinde redit in Samum. Indi legatos fœderis impetrandi gratia mittunt. Diod. LIV.

C. Cæſar ex Agrippa & Iulia naſcitur. Vide lib. XI, cap. LIII.

Eodem anno Zenodori tetrarchiam Herodi Auguſtus attribuit. Dio ibid. Ioſeph. lib. XV, cap. XIII, qui hunc annum XVII Herodis nominat, ſed παρελθόντα.

4695 19 2 E | 3965 | 19 | 27 — *Q. Sentius Saturninus.* — 25 | II | 735 | 730

Q. Lucretius Viſpillo.

Ara reduci Fortunæ ob reditum Auguſti conſecrata. Agrippa Cantabros rebelles domuit. Reuerſus triumphare noluit. Virginem aquam Auguſtam vo-

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Ante Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				cauit. Tribunitiam poteſtatem in v annos accepit. Dio LIV. Virgilius Brunduſij moritur. oſſa eius Neapolin delata. Hieron. Chron. Hoc anno, qui Herodis XVIII numeratur, Templum, vetere diruto, inſtaurari cœptum ab Herode. Ioſeph. XV, cap. XIV.				
4696 20 3 D	3966	18	28	*P. Cornelius Lentulus.* *Cn. Cornelius Lentulus.*	26	III	736	731
4697 21 4 CB	3967	17	29	*C. Furnius.* *C. Iunius Silanus.* Ludi ſæculares ab Auguſto facti. Cenſorinus. Dio. Lucius Cæſar Cai frater naſcitur. Vide cap. III, l. XI.	27	IV	737	732 Aug. 27.
4698 22 5 A	3968	16	30	*L. Domitius Ahenobarbus.* *P. Cornelius Scipio.* Agrippa in Syriam miſſus ab Herode honorificè ſuſcipitur. Ioſeph. XVI, cap. III.	28	Ol. 191	738	733
4699 23 6 G	3969	15	31	*M. Liuius Druſus.* *L. Calpurnius Piſo.* Galliæ compoſitæ. Rhæti à Druſo, & Tiberio domiti. Dio.	29	II	739	734
4700 24 7 F	3970	14	32	*Cn. Lentulus.* *M. Licinius Craſſus.* Pauli porticus & templum Veſtæ ſuccenduntur.	30	III	740	735
4701 25 8 ED	3971	13	33	*Ti. Claudius Nero.* *P. Quinctilius Varus.* Auguſtus in locum Lepidi Pont. Max. creatur. militiam ordinat. Dio. Agrippa Romam redit: cui Herodes Agrippam filium commendat. Ioſeph.	31	IV	741	736 Aug. 26.
4702 26 9 C	3972	12	34	*M. Valerius Meſſalla.* *P. Sulpicius Quirinus.* Agrippa hoc anno moritur. Pannonij rebellantes à Tiberio domiti. qui Iuliam Auguſti filiam duxit, ab Auguſto prius adoptatus. Druſus cum Sicambris, & Chaucis bellum gerit. Dio LIV. Velleius II.	32	Ol. 192	742	737
4703 27 10 B	3973	11	35	*Paulus Fabius Maximus.* *Q. Ælius Tubero.* Druſus trans Rhenum Vſipetas domat, & ad Viſurgim vſque ducit exercitum. Dio. Horatius anno ætatis L Romæ moritur. Hier. Chr.	33	II	743	738
4704 28 11 A	3974	10	36	*Iulus Antonius Africanus.* *Q. Fabius Maximus.* Claudius Imper. naſcitur. Sueton. Iani templum clauſum, ſed ſubinde reſeratum. Octauia ſoror Auguſti moritur. Dio. Sebaſten in honorem Auguſti decimo tandem anno exædificauit Herodes, anno regni XXVIII. Ioſeph. lib. XVI, cap. IX.	34	III	744	739
4705 1 12 GF	3975	9	37	*Cl. Druſus Nero.* *L. Quinctius Criſpinus.* Druſus contra Chattos, & Cheruſcos bellum gerit: & moritur antequam ad Rhenum rediret. Dio LV.	35	IV	745	740 Aug. 25.
4706 2 13 E	3976	8	38	*C. Marcius Cenſorinus.* *C. Aſinius Gallus.* Hoc anno Kalendarium Pontificum culpa deprauatum	36	Ol. 193	746	

Per. Iul. ✻ ☉	Mundi.	Ante Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				uatum Auguſtus emendare inſtituit, ac XII annos ſine biſexto tranſigi iuſſit. Cēſorinus XX. Dio LV. Vide l. IV. Iiſdem authoribus conſtat Sextilem Auguſtum appellari cœpiſſe. Mecænas moritur. Dio. Auguſtus in Galliam profectus. Tiberius traiecto Rheno barbaros vicit. Dio.				
4707 3 14 D	3977	7	39	*Ti. Claudius Nero.* *Cn. Calpurnius Piſo.* Tiberius de Germanis triumphauit. Dio. Velleius II	37	II	747	742
4708 4 15 C	3978	6	40	*D. Lælius Balbus.* *C. Antiſtius Vetus.* Auguſtus vt Cai & Lucij Cæſarum audaciam reprimeret, Tiberio in quinquennium Tribunitiam poteſtatem dedit, eique mandauit Armeniam. Velleius II. Dio LV. Ex calculo Ioſephi, ac Dionis Zachariæ ſacerdoti de vice Abia ſuffitum adolenti Angelus obtulit ſeſe, ac Ioannis ortum nunciauit, exeunte Septembri. Vide lib. XII, cap. VII. Hoc anno natum Chriſtum aſſerit Marcus Antonius Cappellus.	38	III	748	743
4709 5 16 BA	3979	5	41	*Auguſtus Cæſar* XII. *L. Cornelius Sulla.* Hunc Conſulatum petiit Auguſtus, vt Caium ſuo tirocinio deduceret in forum, ait Suet. Eodem vero Tiberius in Orientem profectus in inſula Rhodo conſedit, priuignorum offenſionem veritus. Sueton. Dio. Velleius II. Caio Cæſari Conſulatus in quintum annum deſtinatur. Sueton. Ioannes primùm: tùm Chriſtus hoc anno nati: hic XXV Dec. feria II: ſi Dionem, & Ioſephum ſequimur. Vide lib. XII. Per idem tempus cenſus extra ordinem à Quirinio fuerit inſtitutus. Ib. cap. VIII. Quinctilius Varus Syriæ præeſt. Ioſeph. l. XVII, c. VII.	39	IV	749	744 Aug. 24.
4710 6 17 G	3980	4	42	*C. Caluiſius Sabinus II.* *L. Paſſienus Rufus.* Hoc anno mortuum Herodem circa Paſcha cenſet Ioſephus. cuius obitum defectio lunaris anteceſſit Martij XIII, hora 2, 45' à media nocte. Ioſeph. XVII, cap. VIII, & XI. Archelaus Romam venit, vt ex patris teſtamento regnum ab Auguſto conſequeretur. Auguſtus de conſilij ſententia, cui & Caius interfuit, regnum partitus eſt. Ioſeph. XVII, cap. XI, & XIII. Exinde Caius profectus in prouincias. Suet. Cùm ineunte anno Magi Chriſtum adoraſſent, ac metu Herodis Ioſe. cum Chriſto, ac B. Virgine in Ægyptum receſſiſſet, Herode mortuo Nazarethum reuerſus eſt: ſi Dionem, & Ioſephum approbamus.	40	Ol. 194	750	745
4711 7 18 F	3981	3	43	*Cn. Cornelius Lentulus.* *M. Valerius Meſſallinus.* Hic annus natali Chriſti à Baronio, Scaligero, aliiſque præfigitur.	41	II	751	746
4712 8 19 E	3982	2	44	*Auguſtus Cæſar* XIII. *M. Plautius Syluanus. eique ſuffectus C. Caninius Gallus.* Hunc etiam Conſulatum Auguſtus ideò petiit, vt Lucium Cæſarem in forum deduceret. qui & Conſul	42	III	752	747

Per. Iul ✳ ⊙	Mundi	Ante Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				in annum quintum deſignatus eſt. Suet. Ancyr. lapis. Auguſtus naumachiam edidit. Suet. Aug. cap. XLIII. Eodem anno Iuliam filiam adulteriorum compertam relegauit. Velleius II. Caius Cæſar, qui Romam ad ſpectacula redierat, miſſus in Orientem, addito ei M. Lollio rectore. Suet.				
4713 9 1 DC	3983	1	45	*Coſſus Cornelius Lentulus.* *L. Calpurnius Piſo.* His Coſſ. vulgò natus eſſe Dominus creditur.	43	IV	753	748 Aug. 23.
		Anni Chr.		**ÆRA CHRISTI COMMVNIS.**				
4714 10 2 B	3984	1	46	*C. Iulius Cæſar.* *L. Aimilius Paulus.*	44	Ol. 195	754	749
4715 11 3 A	3985	2	47	*P. Vinicius Nepos.* *P. Alfenius Varus.*	45	II	755	750
4716 12 4 G	3986	3	48	*L. Ælius Lamia.* *M. Seruilius Geminus.* Tiberius poſt ſeptennij ſeceſſum è Rhodo inſula Romam rediit. Lucius Cæſar in Hiſpaniam ab Auguſto miſſus Maſſiliæ obiit. Sueton.	46	III	756	751
4717 13 5 FE	3987	4	49	*Sex. Ælius Catus.* *C. Sentius Saturninus.* Auguſtus Cn. Cornelij Cinnæ Magni, Cn. Pompei nepotis, & aliorum inſidiis appetitur. ſed Liuiæ monitu pepercit omnibus: Cinnam etiam Conſulem deſignauit in annum ſequentem. Dio LV. Caius Cæſar in Lycia moritur poſt menſes octodecim, quàm frater eius Lucius obierat. Suetonius. Velleius II. Tiberius adoptatur ab Auguſto, & Tribunitiam pot. iterum obtinet. Vide lib. XI, cap. VII.	47	IV	757	752 Aug. 22
4718 14 6 D	3988	5	50	*L. Valerius Meſſalla.* *Gn. Cornelius Cinna* Solis defectio hoc anno contigit Martij XXVIII, feria VII, hora 4, 13 poſt meridiem Romæ. cuius meminit Dio lib. LV, pag. 563 edit. Græcolat. Errat Caluiſius, qui hanc à Dione memoratam eclipſin confert in diem Sept. XXII. Etenim videri iſta Romæ non potuit. ſi quidem apparens coniunctio Solis ortum anteceſſit hora 1, 15'. Agrippæ nepoti Auguſti virilis toga data, citra honores illos, qui eius fratribus conceſſi fuerant. Dio LV. Auguſtus decreuit, vt cohortibus Prætoriis, expletis XVI ſtipendiis, præmia darentur, viritim XX M. numûm: reliquis verò, expletis annis XX, darentur XII M. Dio ibidem.	48	Ol. 196	758	753
4719 15 7 C	3989	6	51	*M. Aimilius Lepidus.* *C. Arruntius Nepos.* Auguſtus ærarium militare conſtituit: ad idque viceſimam hereditatum ac legatorum penſitari iuſſit: exceptis iis, quæ propinquis, aut pauperibus relinquerent. Dio LV. Tiberius in Germanos expeditionem fecit. Inde in Illyricum profectus eſt: quòd Batone duce Dalmatæ defecerant. Ibid.	49	II	759	754

Per. Iul ✳ ☉	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				Archelaus à fratribus ſuis accuſatus Romam arceſſitur, ac relegatur. Iudææ pars, quæ illi parebat, in formam prouinciæ redigitur. Quirinus ad cenſus deſcriptionem, & Archelai bona in fiſcum redigenda cum Coponio Procuratore venit in Syriam. vbi abrogato Pontificatu Ioazaro, Ananum filium Sethi; (is eſt Annas Caiaphæ ſocer;) in illius locum ſubſtituit. Dio LV. Ioſeph. lib. XVIII, cap. III. Quamobrem Archelaus nono in principatu finito anno decimum inchoauit. Hinc Ioſephus lib. XVIII Orig. cap. XV δεκάτῳ ἔτει Archelai contigiſſe iſta refert. at lib. II de Excidio, cap. XI, ἐνάτῳ, id eſt nono anno.				
4720 16 8 B	3990	7	52	*Q. Cæcilius Metellus Creticus.* *L. Licinius Nerua.* Cùm Auguſtus ſuſpicaretur Tiberium de induſtria bellum in Pannonia trahere, Germanicum eò mittit. Annonæ curam Conſularibus duobus attribuit. Tributum quinquageſimæ pretij mancipiorũ, quæ vendebantur, inſtituit. Agrippam nepotem ſuum præferoci indole præditum in Planaſiam inſulam relegat. Germanicus contra Dalmatas proſperè pugnat. Dio lib. LV.	50	III	760	755
4721 17 9 A G	3991	8	53	*M. Furius Camillus.* *Sex. Nonius Quinctilianus.* Dalmatia partim bello, partim compoſitione Romanorum in poteſtatem rediit. Dio LV. Chriſtus annum agens ætatis duodecimum in Templo cum Doctoribus diſputans à matre deprehenditur. Lucæ II.	51	IV	761	756 Aug. 21.
4722 18 10 F	3992	9	54	*P. Sulpitius Camerinus.* *C. Poppæus Sabinus.* Auguſtus maritos præmio, cœlibes pœnis afficit. Dio LVI. Bellum Dalmaticum à Tiberio confectum, deditione à Batone facta. Ibid. Clades Variana in Germania accepta. in qua Quinctilius Varus cum tribus legionibus ab Arminio Germanorum duce circunuentus & oppreſſus eſt. ipſe ſibi necem conſciuit. Quæ res triumphum Dalmaticum impediit. Dio ib.	52	Ol. 197	762	757
4723 19 11 E	3993	10	55	*P. Cornelius Dolabella.* *C. Iulius Silanus.* Tiberius templum Concordiæ dedicauit. Dio LVI.	53	II	763	758
4724 20 12 D	3994	11	56	*M. Aimilius Lepidus.* *T. Statilius Taurus.* Tiberius & Germanicus Procoſſ. in Germaniam profecti cuncta longè, latéque populati ſunt. Dio LVI, Sueton. Tiberio. Velleius II.	54	III	764	759
4725 21 13 C B	3995	12	57	*Tib. Germanicus Cæſar.* *C. Fonteius Capito.* Senatus, populúſque R. poſtulante Auguſto, æquum Tiberio in omnibus prouinciis, exercitibúſque ius, quàm erat illi, decreuit. Inde regreſſus in Vrbem Tiberius dilatum triumphum ex Pannoniis, ac Dalmatiis egit. Velleius II. Sueton. Vide lib. noſtrum XI, cap. VII. Auguſtus legem tulit de cohibendo exulum luxu. Dio LVI.	55	IV	765	760 Aug. 20.

Per. Iul. ✻ C	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				Caius Caligula naſcitur Auguſti menſis vltimo, Antij, patre Germanico. Suet. Caio. Porticus Liuia in honorem C. & L. Cæſarum dedicata. Dio ib. Silanus Creticus legatus in Suriam ab Auguſto miſſus. Tacitus II.	—			
4726 22 14 A	3996	13	58	*C. Silius Nepos.* *L. Munatius Plancus.* Auguſtus Reip. adminiſtrationem in decennium iam quintùm accipit. Tiberio poteſtas Tribunitia prorogata. Cùm viceſimæ penſitatione offendi populum videret Auguſtus, in prædia vrbana, & ruſtica illam tranſtulit. Sed cùm viceſimam præoptaſſent, ab nouo hoc penſitationis genere deſtitit. Dio LVI.	56	Ol. 198	766	761
4727 23 15 G	3997	14	59	*Sex. Pompeius.* *Auguſti.* *Sex. Apuleius.* *Tiberij.* Auguſtus Nolæ in Campania moritur Aug. XIX, cùm vixiſſet annos paulo plus LXXVI. Vide lib. XI, cap. VI. Poſt eius obitum Pannonicæ legiones ingenti ſeditione concitantur; & ſubita Lunæ defectione territæ ad officium redeunt. Viſa eſt eclipſis illa Sept. XXVII, feria V, hora 5, 10′ poſt mediam noctem in horizonte Lutetiæ. Eadem ſeditione tentatæ Germanicæ legiones. Vide quæ citato loco diſputauimus. Tacitus I. Dio LVII. Hinc annus Tiberij primus incipit. qui quidem imperauit annos XXII, M. VI, D, XXVI. Annius Rufus Iudææ Procurator. Ioſeph. lib. XVIII, cap. III.	57 1	II	767	762
4728 24 16 F	3998	15	60	*Druſus Cæſar Tib. F.* *C. Norbanus Flaccus.* Germanicus in Germania ſtrenuè rem gerit. Varianæ cladis reliquias colligit, ac ſepulturæ tradit. Tac. I.	2	III	768	763
4729 25 17 ED	3999	16	61	*T. Statilius Siſenna Taurus.* *L. Scribonius Libo.* Valerius Gratus Iudææ Procurator à Tiberio mittitur. qui Ananum Pontificem exauthorat, eiúſque loco Iſmaëlem Fabi F. conſtituit. Ioſeph. lib. XVIII, cap. III. Tiberius ſericæ veſtis vſum interdicit, & aureorum vaſorum. Mathematicos omnes Vrbe eiicit. Dio LVII. Germanicus Cæſar Germanos acie vincit. Sed in reditu naufragio malè afficitur. Parthi in Oriente turbant. Ideò cōtra illos deſtinatur Germanicus. Tac. II.	3	IV	769	764 Aug. 19.
4730 26 18 C	4000	17	62	*C. Cælius Rufus.* *L. Pompeius Flaccus.* Germanicus a. d. VII Kalend. Iunias de Cheruſcis, Chattis, & Angriuariis triūphat. Archelaus rex Cappadociæ quinquageſimum iam annum, Romæ moritur, inuiſus Tiberio, & ob id in Vrbem Liuiæ literis excîtus. Eius regnum in formam prouinciæ redactū. Germanicus interim cum ampla, & extraordinaria poteſtate in Orientem mittitur. Simul ordinarius Præſes in Syriam profectus Cn. Piſo, qui Silano Cretico ſucceſſit. Caluiſius perperam Piſonem Germanici legatum facit. Druſus in Illyricum miſſus.	4	Ol. 199	770	765

Per. Iul. ✱ ⊙	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				In Africa Tacfarinate duce defectio facta: quæ à Camillo compreſſa. Terræ motu in Aſia XII vrbes collapſæ. Tacitus II. Dio LVII. Valerius Gratus Eleazarum Anani F. in Iſmaëlis Pontificis locum ſubrogat. Ioſe. XVIII Orig. cap. III. Ouidius Poëta in exilio diem obiit, & iuxta opidum Tomos ſepultus eſt. Euſeb.				
4731 27 19 B	4001	18	63	*Cl. Tiberius Nero Cæſar Aug. II.* *Germanicus Cæſar II.* Germanicus Nicopoli in Achaia Conſulatum iniit. Inde Græciæ oppida luſtrat. Cn. Piſo in Syriam peruenit. vbi contra Germanicum multa ſtolidè ac ferociter gerit. Tac. II. Simon Camithi F. à Valerio Grato fit Pontifex. Ioſeph. XVIII Orig. cap. III.	5	II	771	766
4732 28 1 A	4002	19	64	*M. Iunius Silanus.* *L. Norbanus Balbus Flaccus.* Germanicus Ægyptum luſtrat. tùm in Syriam venit. vbi non ſine veneni à Piſone dati ſuſpitione moritùr. Arminius Germanicæ libertatis aſſertor interficitur à ſuis anno ætatis XXXVII, potentiæ XII. Tacitus II. Ioſephus Caiaphas à Valerio Grato Pontificatum obtinet, quem & annis circiter XVII, aut XVIII tenuit. Vide lib. noſtrum X, cap. LV.	6	III	772	767
4733 1 2 G F	4003	20	65	*M. Valerius Meſſala.* *M. Aurelius Cotta.* Germanici corpus Romam delatum magno luctu omnium excipitur. Piſo iudicio poſtulatus morte damnationem anteuertit. Tac. III.	7	IV	773	768 Aug. 18.
4734 2 3 E	4004	21	66	*Tiberius Cæſar Aug. IV.* *Druſus Cæſar Tib. F. II.* Galli Iulio Floro Treuiro, & Iulio Sacrouiro Æduo duce deficiunt. Sed mox domiti ſunt. Quirinus, à quo cenſus in Syriâ inſtitutus erat, moritur. Tac. lib. III.	8	Ol. 200	774	769
4735 3 4 D	4005	22	67	*C. Sulpitius Galba.* *D. Haterius Agrippa.* Iulia Auguſta Tiberij mater grauiter ægrotat. Ob id ille Romam reuertitur. Tac. III.	9	II	775	770
4736 4 5 C	4006	23	68	*C. Aſinius Pollio.* *C. Antiſtius Vetus.* Ælius Seianus Tiberio gratiſſimus viam ad imperium ſtruens Druſum Tiberij F. corrupta eius vxore Liuia, veneno tollit. Agrippinam Germanici viduam Tiberio ſuſpectam facit. Tac. IV.	10	III	776	771
4737 5 6 B A	4007	24	69	*Sex. Cornelius Cethegus.* *L. Vitellius Varro.* Debellatum in Africa, factionis duce interfecto Tacfarinate. Tac. IV.	11	IV	777	772 Aug. 17.
4738 6 7 G	4008	25	70	*Cn. Lentulus Iſauricus.* *M. Aſinius Agrippa.* Cremutius Cordus nobilis hiſtoricus, quòd in Annalibus Caſſium Romanorum vltimum vocaſſet, ac Brutũ laudaſſet, accuſatus vitam inedia finiit. Tac. IV.	12	Ol. 201	778	773
4739 7 8 F	4009	26	71	*Cn. Cornelius Lentulus Getulicus.* *C. Caluiſius Sabinus.* Thraces à Sabino domiti. Agrippina Germanici quõdam vxor à Tiberio vexata. Tiberius in Campaniam profectus, neque Romam amplius reuerſus. Tac. IV.	13	II	779	774

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4740 8 9 E	4010	27	72	*M. Licinius Craſſus.* *L. Calpurnius Piſo.* Cum Fidenis Atilius quidã libertini generis amphitheatro minus ſolidè ſubſtructo ludos ederet, ſubita ruina 50000 hominũ quâ debilitata, quâ obtrita ſunt. Subinde Romæ vehemens incendium: cui Tiberij liberalitas ſubuênit. Tiberius Capreas cõceſſit. Tac. IV. Pilatus Iudææ Procurator hoc anno eſſe cœpit. Vide lib. XI, cap. XI.	14	III	780	775
4741 9 10 D C	4011	28	73	*Ap. Iunius Silanus.* *P. Silius Nerua.* Kalendis ipſis Ianuariis Titius Sabinus eques inluſtris ob amicitiam Germanici accuſatus, & in carcerem coniectus occiditur. Friſij deficiunt, & Romanos clade afficiunt. Agrippina Germanici filia: (quæ Neronis poſtea mater;) Cn. Domitio nubit. Tac. IV. Anno XV Tiberij, Ioannes Zachariæ F. in deſertum prodiit, ac pœnitentiam prædicans baptizare cœpit. Lucæ III.	15	IV	781	776 Aug. 16.
4742 10 11 B	4012	29	74	*C. Rubellius Geminus.* *C. Fuſius Geminus.* Primus annus τῆς κηρύξεως. Chriſtus his Coſſ. baptizatur à Ioanne. Tùm Apoſtolos ſingillatim adſciſcit ſibi. Ioanne verò in carcerem miſſo, in prædicationem pœnitentiæ acriùs incumbit. Cætera tam huius, quam ſequentis anni geſta deſcripta ſunt libro XII, cap. XVIII. Liuia Tiberij mater anno ætatis LXXXVI obiit iamdudum inuiſa Tiberio. Tac. V.	16	Ol. 202	782	777
4743 11 12 A	4013	30	75	*M. Vinitius Quartinus.* *C. Caſſius Longinus.* Secundus annus τῆς κηρύξεως Vide Chriſti geſta lib. XII, cap. XVIII. Hic limes hiſtoriæ ſuæ à Velleio Paterculo præfixus eſt.	17	II	783	778
4744 12 13 G	4014	31	76	*Cl. Tiberius Nero Cæſar Aug.* V. *Ælius Seianus.* Seianus cùm ad ſummam potentiam Tiberij fauore perueniſſet, atque imperio iam immineret, illius ad Senatum literis accuſatus, ac perculſus, occiditur. Dio libro LVIII. Chriſtus Dominus in crucem pro humani generis ſalute ſublatus eſt Martij XXIII, feria VI, Luna XV populari: cùm pridie legitimum Paſcha cum diſcipulis obiiſſet; ac ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum inſtituiſſet. Reſurrexit Martij XXV, feria I. Sed vide lib. XII, cap. XII, XVIII, XIX, & XX. Aſcendit in cœlum Mai III. Spiritum ſanctum è cœlo miſit Mai XIII. Exinde Diſcipuli Chriſtum magna cum fiducia prædicare cœperunt. Paulo pòſt occiſus eſt à Iudæis Stephanus, cæteri diſſipati, præter Apoſtolos. Lucas in Actis.	18	III	784	779
4745 13 14 F E	4015	32	77	*C. Domitius Ahenobarbus.* *A. Vitellius.* Tiberio ab Senatu per adulationem multa decreta ſunt. Iunius Gallio dum immodicus in ea re fertur, exilio damnatus eſt. Tac. V.	19	IV	785	780 Aug. 15.
4746 14 15 D	4016	33	78	*Ser. Sulpicius Galba.* *L. Cornelius Sulla.* Tiberius neptibus ſuis Germanico natis, Druſillæ	20	Ol. 203	786	781

L. Caſſium, Iuliæ M. Vinicium maritos deſtinat. Idem & nobiles quam plurimos occidit. Druſus Germanici filius, & Agrippina mater eius inedia vitam finiunt. Tacitus VI. Dio LVIII.

Saulus acceptis à Pontifice literis, cùm Damaſcum proficiſceretur, ad Chriſtum conuertitur. Act. IX.

Per. Iul	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4747 15 16 C	4017	34	79	21	II	787	782

Paulus Fabius Priſcus.
L. Vitellius Nepos.

Phœnix auis in Ægyptum venit. Tac. VI.

Per. Iul	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4748 16 17 B	4018	35	80	22	III	788	783

C. Ceſtius Camerinus.
M. Seruilius Rufus.

Parthi Artabani regis ſui pertæſi Romam veniunt, vt Phraaten regem poſcerent. Sed is in itinere obiit. Tiberius Tyridaten ei ſufficit: & Vitellium Syriæ Præſidem mittit. Is Tyridaten ad regnum perducit. Tacitus VI. Dio LVIII.

Philippus Herodis filius moritur, cùm regnaſſet annos XXXVIII. Ioſeph. lib. XVIII Orig. cap. VI.

Per. Iul	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4749 17 18 AG	4019	36	81	23	IV	789	784 Aug. 14.

Q. Plautius Plautianus.
Q. Papinius Gallienus.

Vitellius Syriæ Præſes Marcellum Procuratorem Iudææ mittit. ac per eundem Pilatum à Iudæis accuſatum Romam ad Tiberium nauigare iuſſit. Per idem tempus & Caipham in ordinem redegit. cui ſubſtitutus eſt Ionathas Anani filius. Ioſeph. lib. XVIII, cap. V, & VI.

Paulus poſt annos à conuerſione ſua tres Hieroſolymam adiit, vt videret Petrum. Act. IX, 26. Gal. I, 18. Poſt dies XI Cæſaream abiit, indéque Tarſum. Act. IX, 30.

Clitæ Cappadociæ populi à Romanis deficientes à M. Trebellio Vitellij legato domiti. Tac. VI. Tyridates initio ſecunda fortuna vſus, paulo pòſt regno exuitur ab Artabano. Tac. ibid.

Per. Iul	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4750 18 19 F	4020	37	82	24	Ol. 204	790	785

C. Acerronius Proculus. — IV *Rom. Imper.*
C. Pontius Nigrinus. — *Caius Caligula.*

Tiberio ægrotanti Thraſyllus Mathematicus vitam ad annos decem falsò ſpondet; quo pleroſque morti eriperet. Dio LVIII.

Moritur demum Tiberius XVII Kal. Apr. Succedit Caius, qui & imperauit annos III, M. X, D. VIII. Tac. VI. Dio LVIII. Suet.

Is ſimulatque nactus eſt imperium, Agrippam Herodis nepotem vinculis ſolutum in honore habuit, & catenas aureas pro ferreis rependit; ac Philippi, & Lyſaniæ Tetrarchiis cum regis appellatione donauit. Fuit autem principatus initio moderatus. Suet.

Abrogato Conſulatu Proculo & Nigrino, Caius cum Claudio patruo Conſul factus eſt. Dio LIX. Suet. Inde cùm in morbum incidiſſet, mox vt conualuit, Tiberium Druſi F. Tiberij N. occidi iuſſit. Dio LIX.

Saturnalia quinque dies celebrata. Dio LIX.

Ioſephus hiſtoricus naſcitur. Ipſe in vita ſua.

Petrus varias prouincias peragrat. Lyddæ Æneam paralyticum curat. Ioppe Tabitham à mortuis excitat. Cornelium baptizat. Act. IX, & X. Eodem anno & An-

Per. Iul. ✱ ☉	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				tiochiam adiit: ibique ſedem Epiſcopatus ſui conſtituit. Vide lib. XI, cap. XIV.				
4751 19 1 E	4021	38	83	*M. Aquilius Iulianus.* *P. Nonius Aſprenas.* Caius Cæſar multa per ſummam crudelitatem, ac libidinem gerit. Inter alios Macronem, cuius ope imperium adeptus erat, occidit. Dio LIX.	2	II	791	786
4752 20 2 D	4022	39	84	*Caius Cæſar Caligula II.* *L. Apronius.* Caius exhauſtis opibus, cædibus ac proſcriptionibus graſſatur. Baiarum medium interuallum, & Puteolanas moles trium milium, & ſexcentorum paſſuum mole coniunxit. Idem Domitium Afrum oratorem celeberrimum accuſauit ipſe. At ille callidè ſe dicendi facultate inferiorem ſimulans, veniam & Conſulatum obtinuit. Suet. Dio LIX.	3	III	792	787
4753 21 3 C B	4023	40	85	*Caius Caligula Cæſar III.* *L. Gelius Poplicola.* Caius in Gallias, & Oceanum ludicram expeditionem ſuſcipit. Nam ibi dato ſigno milites conchylia legere iuſſit. Dio. Sueton. Vitellio Syriæ Præſidi ſucceſſor miſſus eſt P. Petronius, cum mandatis vt imaginem ſuam in templo Hieroſolymitano poneret. Sed differente Petronio res exitum non habuit. Ioſeph. XVIII Orig. cap. XI. Herodes Antipas Herodiadis coniugis impulſu, & æmulatione Agrippæ, Romam ad regnum impetrandum veniens, à Caio, qui Agrippæ literis contra ipſum incitatus fuerat, in exilium truditur, eiuſque Tetrarchia Agrippæ conceditur. Ioſeph. XVIII, cap. IX. Hoc anno cum Flaccus Auilius Alexandriæ Iudæos affligeret, Philo Iudæus ad Caium legatus ab iis mittitur. ſed minimè eſt auditus à Caio. Ioſeph. XVIII cap. X. Philo Iud. Pontius Pilatus in multas calamitates incidens, ſibi necem conſciuit. Euſeb. Chron. Barnabas Antiochiam miſſus eſt ab Apoſtolis. inde Tarſum ad quærendum Saulum profectus, Antiochię cum eo commoratus eſt anno integro. atque ab hoc tempore Chriſtiani nominari cœperunt. Act. XI.	4	IV	793	788 Thoth Aug. 13.
4754 22 4 A	4024	41	86	*C. Caligula Cæſar IV.* — *Quartus Imperator* *Cn. Sentius Saturninus.* — *Claudius.* Caius IX Kal. Febr. à Chærea, & aliis coniuratis occiditur. Succedit Claudius patruus illius. Dio LIX. Suet. Agrippæ regnum amplificauit Claudius, addita Iudæa, & Samaria. Ioſephus lib. XIX, cap. IV. Eodem anno Herodes Agrippa Hieroſolymam venit: vbi ad demerendos ſibi Iudæos, graſſari in Eccleſiam cœpit. ac primùm Iacobum occidit: deinde Petrum in carcerem coniecit: vnde ab Angelo ſeruatus eſt. Actorum IX. Vide l. XI, c. XII. Herodi porro Agrippę fratri Prætoria ornamenta Claudius cōceſſit. Dio LX. Paulus Hieroſolymam ſecundò profectus eſt Antiochiâ, vt collatitium æs ab Antiochenſi Eccleſia contributum eò cum Barnaba portaret. Act. XI. Titus Veſpaſiani filius naſcitur III Kal. Ian. Suet.	1	Ol. 205	794	789

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4755 23 5 G	4025	42	87	*Claudius Imperator II.* *L. Licinius Largus.* Ingenti fame laboratum eſt: vt refert Dio lib. LX. quæ eſt illa ipſa, quam ab Agabo prædictam eſſe Lucas Actorum XI ſcribit. Paulus, & Barnabas Antiochiam Hieroſolymis redeunt. vnde Spiritu ſancto iubente Seleuciam, & in Cyprum profecti ſunt. Ibi Sergius Paulus Proconſul ad Chriſtum conuerſus eſt. Hæc S. Lucas. Claudius Imperator ad oſtia Tiberis ingenti ſumptu portum extruit. Suetonius. Dio LX. Idem cædibus à Meſſalina coniuge, & libertis aſſuefactus, pleroſque contrucidari iubet. Dio. Simon Magus Romam ſub hunc annum adiit. contra quem Petrus Antiochia Romam proficiſcitur. Euſebius. Seuerus Sulpit. II. Oroſius, & alij. Vide lib. XI, cap. XIV.	2	II	795	790
4756 24 6 F	4026	43	88	*Claudius Imperator* III. *Primus Romæ Pontifex* *L. Vitellius II.* *Petrus I.* Claudius feſta complura, & ferias, quibus totus ferè conſumebatur annus, abrogauit. Lycios ob Romanos ciues per tumultum occiſos in ſeruitutem redegit, & Præfecturæ Pamphyliæ contribuit. Meſſalina coniux Claudij ſtupris, & flagitiis omnia miſcet. A. Plautius in Britanniam expeditione ſuſcepta, cùm inſulanos cladibus affeciſſet, inſtaurantibus iis bellum, Claudium acciuit. qui in Britanniã profectus, in eâque diebus XVI verſatus, omnes domuit. Dio LX. Paulus Euangelium prędicans varias prouincias peragrat. Petrus hoc anno Romæ ſedem Epiſcopalem conſtituit. Vide lib. XI, cap. XIV. Sedit verò annis circiter XXIV.	3	III	796	971
4757 25 7 ED	4027	44	89	*C. Quintius Criſpinus.* *Petri 2.* *T. Statilius Taurus.* Claudius cùm VI menſibus abfuiſſet, in Vrbem rediens triumphauit. Dio LX. Hoc anno ineunte moritur Agrippa Iudęæ rex, cùm regnaſſet in totum annis VII, tribus autem Iudæam obtinuiſſet. Eius regno Procurator datus eſt Cuſpius Fadus. Ioſephus in calce Libri XIX Orig.	4	IV	797	792 Aug. 12.
4758 26 8 C	4028	45	90	*M. Vinitius Quartinus.* *Petri 3.* *M. Statilius Coruinus.* Sol hoc anno natali ipſo Claudij Imperat. hoc eſt Kalendis Aug. defecit quarta parte diametri. quam defectionem Claudius edicto denunciauit. Dio LX.	5	Ol. 206	798	793
4759 27 9 B	4029	46	91	*C. Valerius Aſiaticus II.* *Petri 4.* *M. Valerius Meſſalla.* Eclipſis Lunæ contigit hoc anno Ianuarij XI, hora poſt meridiem 5, 28′ Romæ, qua beſſis circiter diametri defecit. Vide lib. XI, cap. IX.	6	II	799	794
4760 28 10 A	4030	47	92	*Claudius Imper.* IV. *Petri 5.* *L. Vitellius II.* Lunæ inſignis defectio Kalendis ipſis Ianuariis hora 7, 19′ poſt noctem mediam, Romæ. Eâdem nocte in Ægeo mari ingens emerſit inſula. Vide lib. X, cap. XV. Procurator Iudææ poſt Alexandrum fuit Cumanus. Ioſephus lib. XX, cap. III. cùm Samariæ Pallantis frater procurationem gereret. Tacitus XII.	7	III	800	795

Valerius Aſiaticus bis Coſ. Meſſalinæ dolo damnatus, & interfectus eſt. Tac. xi. Dio lx. Ea porro mulier in omnem proiecta libidinem C. Silio equiti ſe dedit.

Ludi ſæculares anno Vrbis octingenteſimo à Claudio celebrati, quarto & ſexageſimo, quàm ab Auguſto dati fuerant. Tacitus & Dio.

In Britannia Veſpaſianum ab hoſtibus circunuentum Titus filius, diſiectis, ac victis hoſtibus, eripuit, Plautius ob eoſdem domitos Britannos à Claudio laudatus, ac triumphalia inſignia ſortitus eſt. Dio lx. Sic enim illud interpretor, quod Dio ſcribit ἐθειάμβευσεν. Nam alioqui triumphum priuatus nemo deportauit, poſtquam eius rei ſemel exemplum ab Agrippa Auguſti tempore datum eſt: vt idem Dio refert lib. liv.

Per.Iul	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.	Consules		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4761 1 11 G F	4031	48	93	*A. Vitellius.* *L. Vipſanius Poplicola.*	*Petri 6.*	8	iv	801	796 Aug. ii.

Galli primores è comata Gallia; ac primi Ædui plenum ius ciuitatis impetrant.

Meſſalina palam C. Silio nubit. Quod demum Narciſſi opera Claudius reſciſcit. & Meſſalina cum adultero interfecta. Tac. xi. Dio lx.

Cenſus hoc anno inſtitutus; & cenſa ſunt ciuium capita ſexagies nouies centena, & quadraginta quatuor milia. Tacitus.

Per.Iul	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.	Consules		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4762 2 12 E	4032	49	94	*C. Pompeius Longinus Gallus.* *Q. Veranius Lætus.*	*Petri 7.*	9	Ol. 207	802	797

Claudius Iudæos Roma pellit. Ideò Petrus in Iudæam rediit; nec non Aquila, & Priſcilla Corinthum venerunt. Act. xviii, 2.

Agrippinam Germanici fratris filiam, Neronis ex Domitio Ahenobarbo matrem, ducit Claudius. Illa Senecam ab exilio reuocat, eúmque Domitio Neroni filio præceptorem dat. cui & Octauia Claudij ex Meſſalina filia deſpondetur.

Parthi regem Meherdaten à Claudio poſtulant contra Gotarzen; à quo ille vincitur, & mutilatur.

Pomœrium ab Imperatore prolatum. Tacitus xii.

Idem author eſt Sohemo & Agrippa regibus defunctis Ituræos, & Iudæos prouinciæ Syriæ additos. Sed Iudæa ante annos aliquot contributa fuerat.

Orta Antiochiæ controuerſia ſuper Iudaicis ritibus; Paulus, qui alioqui diuino inſtinctu eòdem ire deſtinauerat, ab Antiochenſi Eccleſia Hieroſolymam cum Barnaba, aliiſque mittitur. Hoc igitur anno primum ab Apoſtolis Concilium in ea vrbe celebratur. Vide lib. xi, cap. xii. Poſt Concilium Paulus, & Barnabas Antiochiam regreſſi ſunt; ibíque inuicem altercati, ac diſiuncti ſunt. Paulus Sila comite Syriam, ac Ciliciam obiit. Timotheum circuncidit; & in Macedoniam tranſiit. Act. xv, & xvi.

Per.Iul	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.	Consules		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4763 3 13 D	4033	50	95	*C. Antiſtius Vetus.* *M. Suillius Rufus.*	*Petri 8.*	10	ii	803	798

Pallantis opera Claudius Domitium Neronem adoptat. Agrippinēſis colonia deducta in oppidum Vbiorum. Catti, & Britanni domiti. Tacitus xii.

Paulus Philippis, ac Theſſalonica pulſus Athenas

Per. Iul. ✳ ⊙	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.

peruenit. vbi coram Areopagitis diſputans Dionyſium ad fidem conuertit. Act. xvi, & ſequentibus. Exinde Corinthum adiit, & ibidem ſeſquianno moratur. Act. xviii, 11. Indidem ambas ad Theſſalonicenſes Epiſtolas dedit; non Athenis, etſi id ſubſcriptio ipſa docet. quod rectè Baronius adſtruit ad annum lii.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4764 4 14 C	4034	51	96	11	iii	804	799

Claudius Imperator v. *Petri* 9.
Ser. Cornelius Scipio Orfitus.

Neroni virilis toga data, & Proconſulare extra Vrbem imperium. ſed & princeps iuuentutis factus eſt. Burrhus Afranius Prætorio præfectus Agrippinæ ſtudio. Bellum inter Armenios, & Iberos conflatum. Parthi Armeniam inuadunt. Sed hieme appetente relinquere coguntur. Rhadamiſtus cùm ſe in vacuam poſſeſſionem immiſiſſet, inde pellitur. Tacitus xii.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4765 5 15 BA	4035	52	97	12	iv	805	800 Aug. 10.

P. Cornelius Sulla Fauſtus. *Petri* 10.
L. Saluius Otho.

Mathematici atroci Senatuſ-conſulto Italia pulſi. Pallanti liberto Claudij Prætoria inſignia, & centies quinquagies HS decreta. Inter Fucinum lacum, & Litim amnem naumachiam edidit Claudius. Tac. xii.

Ventidius Cumanus Iudææ, & Galilææ procurator apud Quadratum Præſidem accuſatus, Romámque miſſus damnatur exilio. Felici verò, qui criminum particeps fuerat, Iudææ procuratio permiſſa. Vide lib. xi, cap. xi.

Paulus coram Gallione Achaiæ Procoſ. ſiſtitur, & Corintho profectus Epheſum venit. inde Cæſaream, Antiochiam, & Ieroſolymam. qui eſt quartus illius aduentus. Act. xviii, 21, & 22. Tùm in Galatiam & Phrygiam abiit. Apollo Chriſtum prædicans ab Aquila, & Priſcilla plenius eruditur. Ib.

Sub hæc Paulus Epheſum adiit: & in ea vrbe tertium ad annum vſque permanſit. Act. xix, 10, & xx, 31.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4766 6 16 G	4036	53	98	13	Ol. 208	806	801

D. Iunius Silanus. *Petri* 11.
Q. Haterius Antoninus.

Nero xvi natus annos Octauiam ducit. Idem Ilienſibus immunitatem impetrat. Procuratorum Cæſaris poteſtas aucta. Tac. xii.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4767 7 17 F	4037	54	99	14 i	ii	807	802

Q. Aſinius Marcellus. *Petri* 12. v *Imp. Domit. Nero.*
M. Acilius Auiola.

Claudius moritur iii Eid. Octobris, cùm vixiſſet annos lxiii, imperaſſet xiii, menſibúſque viii, D. xx. Dio lx. Sueton.

Succedit Domitius Nero.

Agrippina Iunium Silanum Aſiæ Procoſ. veneno interficit. tùm Narciſſum ad necem adigit. Eadem per ſeſe omnia gerit.

Parthi Armeniam occupant. Sed mox deſerunt. Domitius Corbulo in eam prouinciam miſſus. Tacitus xiii.

Paulus Timotheum, & Eraſtum in Macedoniam allegat. Interim grauis Epheſi ſeditio contra Paulum concitatur à Demetrio argentario. Act. xix. Scripſit Epheſo primam ad Corinthios. Poſtea in Macedoniã, & Græciam abiit, vbi tres menſes ſubſtitit. Act. xx, 3.

Per. Iul. ✻ ⊙	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4768 8 18 E	4038	55	100	*Nero Claudius Imperator.* *Petri 13.* *L. Antiſtius Vetus.* Vologeſes Parthorum rex cum Romanis componit, & obſides dat Corbuloni. Nero Actes libertæ amore capitur, Agrippinâ nequicquã prohibente. cuius potentia paulatim infringitur. Eâdem verò Britannicum ſe ad imperium euecturam minante, Nero Britannicum veneno ſuſtulit. Matrem deinde ſatellitio exutam in ordinem redegit. ac tantùm non inſidiarum in ſe delatam occidit. Tacitus XIII. Paulus ineunte anno venit in Macedoniam. Ibi ad Corinthios ſecundam ſcripſit epiſtolam. Priorem inſuper ad Timotheũ ibidem datam eſſe cenſet Athan. in Synopſi. Theodoretus Præfat. Comment. Item ad Titum: nec non ad Romanos dedit, Corintho, vt putat Origenes, & Theodoretus. Poſt hæc Hieroſolymam circa feſtum Pentecoſtes aduenit. Ibi captus à Iudæis, ac Romano Præſidi traditus eſt: primùm Felici: deinde Porcio Feſto. Act. XX, & XXIV. Biennium hîc Felix impleſſe legitur; nempe procurationis Iudææ. Vide lib. XI; cap. XII.	2	III	808	803
4769 9 19 D C	4039	56	101	*Q. Voluſius Saturninus.* *Petri 14.* *P. Cornelius Scipio.* Nero per omnem laſciuiam noctu graſſari inſtituit. Tacitus XIII. Paulus hoc anno vinctus Romam perducitur. Act. XXVIII. Euſeb. Chron. Hieron. de viris Illuſtr.	3	IV	809	804 Aug. 9.
4770 10 1 B	4040	57	102	*Nero Claudius Imper. II.* Petri 15. *L. Calpurnius Piſo.* Paulus ad Timotheum ſecundam ſcripſit epiſtolam poſt primam ſuam coram Nerone defenſionem. II Timot. IV, 16. Eodem tempore & ad Epheſios ſcripſit.	4	Ol. 209	810	805
4771 11 2 A	4041	58	103	*Nero Claudius Imper. III.* *Petri 16.* *Valerius Meſſalla.* Parthi cum Romanis acriter de Armenia contendunt. Corbulo milites longa deſidia corruptos militari diſciplina firmat. Tùm Armeniam ingreſſus expugnatis caſtellis Artaxata ſuccendit. Ficus Ruminalis, quæ Romuli, ac Remi infantiam texerat, mortuis ramalibus, & areſcente trunco, deminuta prodigij loco habita eſt: donec in nouos fœtus reuiuiſceret. Nero Poppæam deperit, meretriciis illius lenociniis deuinctus. Othonem ergo eius coniugem Luſitaniæ præficit. Tac. XIII. Paulus ad Philippenſes, Coloſſenſes, & Philemonem, &, vt nonnullorum opinio fert, ad Hebræos ſcripſit. Eodem etiam tempore ad Galatas ſcripſiſſe videtur. tametſi prior hæc illis, an poſterior ſciri non poteſt.	5	II	811	806
4772 12 3 G	4042	59	104	*C. Vipſanius Poplicola.* *Petri 17.* *L. Fonteius Capito.* Agrippina redactam ſe in ordinem, & à filio deſtitutam ægrè ferens, omnibus ſe illi artibus conciliare ſtuduit, etiam corporis ſui poteſtatem oſtentans. Pòſt	6	III	812	807

Poſt ab eodem interficitur. quod ſcelus per infimam adulationem Senatus approbauit. Exinde totum ſe ludis infamibus, ac turpiſſimis rebus addixit. Tacitus XIV.

Solis defectio pridie Cal. Maias in Campania hora inter ſeptimam, & octauam conſpecta. Plinius II, cap. LXX.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4773 / 13 4 / FE	4043	60	105	7	IV	813	808 Aug. 8.

Nero Claudius Imper. IV.
Coſſus Cornelius Lentulus. *Petri 18.*

Nero quinquennale ludicrum Romæ ad morem Græci certaminis inſtituit. Tac. XIV. Vide lib. XI. cap. XV.

Corbulo Tigranocerta in deditionem accepit, & Romanis ſubiecit Armeniam: cui & Tigranem regem Archelai Cappadociæ quondam regis nepotem iuſſu Neronis impoſuit. Inde in Syriã Corbulo venit morte Vinidij Quadrati legati vacuam. Tacitus XIV.

Feſto Iudææ Procuratori ſucceſſit Albinus. Ioſephus XX, cap. VIII. Euſ. Chron.

Laodicea terræ motu concuſſa propriis opibus reualuit. Puteolis ius coloniæ, & cognomentum à Nerone datum. Tac. XIV.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4774 / 14 5 / D	4044	61	106	8	Ol. 210	814	809

C. Cæſonius Pætus.
C. Petronius Sabinus. *Petri 19.*

Romani in Britannia clade affecti. cui Paulinus Suetonius inſulæ rector ſubuenit: iſque viciſſim LXXX M hoſtium cæſis inſignem victoriam retulit.

Præfectus Vrbis Pedanius à ſeruo interfectus. Ideo familia omnis, quæ ſub eodem tecto erat, morte affecta eſt.

Nero gymnaſium dedicauit. Tacitus XIV.

Iacobus frater Domini primus Hieroſolymorum Epiſcopus à Iudæis lapidibus obruitur. cuius in locum ſubrogatus eſt Simeon. Euſeb. Chron.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4775 / 15 6 / C	4045	62	107	9	II	815	810

P. Marius Celſus.
L. Aſinius Gallus. *Petri 20.*

Burrhus Præfectus Prætorio magnum Reip. præſidium veneno ſublatus à Nerone. In eius locum duo ſubſtituti; Fenius Rufus, & Tigellinus. Hi Senecam criminantur. qui miſſionem poſtulat, nec impetrat. Sed interim totus ad quietem reſpicit. Octauiâ pulſâ Poppæam inducit Nero. Sed populari orta ſeditione eandem reuocat. mox in inſulam relegatam interficit. Pallantem quoque ob immenſas opes è medio tollit. Tac. XIV.

Perſius Satyricus poëta moritur natus annos XXIX. Euſeb. & Interpres Perſij.

Vologeſes Parthorum rex Tiridatẽ fratrem Armenia pulſum reſtituere ſatagit. Corbulo Tigrani contra illum auxilium portat. Ceſennius Pætus tuendæ Armeniæ præpoſitus à Vologeſe opprimitur, & infami pactione ſe liberat. Tac. XV. Diò LXII.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4776 / 16 7 / B	4046	63	108	10	III	816	811

L. Memmius Regulus.
Paulus Virginius Rufus. *Petri 21.*

Neroni ex Poppæa nata filiola intra quartum menſem extinguitur. Syriæ executio Cintio; copiæ militares Corbuloni permiſſæ, ait Tac. XV. Ergo Cintius Præſes Syriæ factus. Bellum deinde cum Parthis ge-

Per. Iul. ☼ ⊙	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.

ſtum duce Corbulone. Tiridates in caſtra Romana venire cogitur, & detractum diadema Neronis imagini ſubiicere.

Alpium maritimarum nationes iure Latij donatæ. Nero equitum Romanorum locos ſedilibus plebis antepoſuit apud Circum. Tac. xv.

Per. Iul.	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.	Consules	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4777 17 8 AG	4047	64	109	*C. Lecanius Baſſus. M. Licinius Craſſus.* Petri 22.	11	IV	817	812 Aug. 7.

Nero traiecturus in Græciam Neapolin venit. Sed ad Vrbem reuerſus flagitiis, ac libidinibus inceſtat omnia: adeo vt Pythagoræ exoleto nupſerit. Demum Vrbem incendit, vt ardentis Troiæ ſimilitudinem exprimeret. cuius facti in Chriſtianos deriuauit inuidiam: qui variis, & horrendis ſuppliciis affecti. Nam quidam illorum facium inſtar in vſum nocturni luminis deuſti. Tacitus xv. Sueton. Dio LXII.

PRIMA IN CHRISTIANOS PERSECVTIO.

Ceſtius Gallus Suriæ legatus. Geſſius Florus Iudææ Procurator. Ioſephus xx Orig. cap. IX, & II de Excidio, cap. XIII.

Per. Iul.	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.	Consules	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4778 18 9 F	4048	65	110	*P. Silius Nerua. C. Iulius Atticus Veſtinus.* Petri 23.	12	Ol. 211	818	813

Coniuratio in Neronem Piſonis, & aliorum quamplurimorum detecta. qui omnes occiſi. in iis Lucanus poëta; Seneca Philoſophus. Falſa theſauri in Africa reperiundi ſpes Neroni facta. Nero cithara publicè canit. Poppæa grauida ictu calcis ab eodem perempta. Cladem Lugdunenſem poſtea Nero quadragies ſeſtertio ſolatus eſt. Tacitus xv, & xvi. Suet. Dio LXII.

Hieroſolymis portenta quædam futuræ calamitatis prænuncia contigerunt: quæ Ioſephus lib. VI de Excidio memorat. Inter alia Xanthici octauo die, hora noctis IX lux ingens circum altare fulſit ad horam vſque dimidiam. In feſto autem azymorum Orientalis porta ærea circa ſextam horam noctis ſponte patefacta. Tùm ipſo die Pentecoſtes, cùm ſacerdotes noctu in interiore templo verſarentur, ſtrepitus ingens auditus cum ea voce: Migremus hinc.

Cæſarienſes gentiles cùm ab Nerone principatum vrbis obtinuiſſent, vexatis Iudæis initium bello dederunt. Ceſtius Gallus Syriæ legatus Hieroſolymam obſidens à Iudæis fugatur, ac cæſa Romanorum, & auxiliarium VM, & CCC, nec non DCCCCLXXX equites. Ioſephus lib. II de Excid. cap. XL.

Per. Iul.	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.	Consules	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4779 19 10 E	4049	66	111	*C. Suetonius Paulinus. L. Pontius Teleſinus.* Petri 24.	13	II	819	814

Nero Bareom Soranum, & Thraſeam Pætum occidit. Tac. XVI.

Tiridates Romam veniens Neroni ſe ſeruilem in morem ſubiicit, & ab eo diadema impoſitum accepit. Nero in Græciam profectus inter Tragœdos, citharistas, & aurigas certauit. Domitius Corbulo perhonorificè reuocatus Cenchreas cùm appuliſſet, occidi iuſſus ſibimet ipſi manus attulit. Dio LXIII.

Iudæi fuſis Romanorum copiis Hieroſolymam reuerſi cùm alios belli duces, tum Ioſephum Gorionidem deligunt. Hic in Galilæa, & Iudæa res ordinat. Nero in Achaia Iudæorum audita defectione Veſpa-

ſianum ei bello præficit. Qui Titum filium Alexandriam mittit, vt inde legiones deduceret, hiemis tempore. Ioſephus lib. III de Excid. cap. I, & V.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4780 20 11 D	4050	67	112	*L. Fonteius Capito. C. Iulius Rufus.* *Petri 25.* II *Lini 1.*	14	III	820	815

Veſpaſianus in Galilæa ſtrenuè contra Ioſephum, alióſque Iudæorum duces rem gerit. Iapha, & Iotapata ab eodem expugnata. Ioſephus ipſe captus. qui & Veſpaſiano imperium prædicit. Ioſephus lib. III, cap. XXVII. Suet. Veſpaſ. Titus Galilæa tota potitus eſt. Ioſephus lib. IV, cap. IX.

At Hieroſolymis inteſtinis motibus magnoperè laboratum Zelotarum factione, qui & Idumæos aduocant, & pleroſque ciuium obtruncant. in his Ananum quoque ſummum Pontificem: cùm iam ante per ludicrum Phanniam quendam Samuelis filium rure abſtractum Pontificem creaſſent. Ioſeph. lib. IV, cap. XIV, & ſequentibus, præcipuè XVII.

Simon Magus præſtigiis ſuis Neroni, ac Romanis illudens à Petro coërcetur, & paulo pòſt in aërem ſubuolans eius oratione deiicitur. Ob id Petrus & Paulus Apoſtoli III Kal. Iul. à Nerone interfecti ſunt. Vide lib. XI, cap. XIV.

Sedit ergo Petrus annos XXIV, M. V, dies aliquot. Huic Linus ſucceſſit.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4781 21 12 C B	4051	68	113	*C. Silius Italicus. M. Celerius Trachalus.* *Lini 2.* VI *Imperator Galba.*	I	IV	821	816 Aug. 6.

C. Iulius Vindex, qui pro Prætore Galliam obtinebat, à Nerone defecit. tùm Galba, qui Hiſpaniæ præerat. Vindex à Rufo Germaniæ præfecto oppreſſus eſt. Sed Nero ſubinde deſtitutus ab omnibus, ac Româ fugiens, cùm ad ſupplicium quæreretur, ſeipſum interemit. Imperauit annos XIII, M. VII, D. XXVIII. Sueton. Dio LXIII.

Succedit Galba. qui menſibus ferè VII principatum tenuit. Vide lib. XI, cap. XVI.

Sicarij, qui Maſada caſtellum inſederant, oppidum Engaddi populantur per feſtum Azymorum, ac paſſim graſſantur. Ioſephus lib. V, cap. XXIV. Veſpaſianus ad Hieroſolymam obſidendam accedens Gadara occupat die IV Dyſtri menſis. Ioſeph. cap. XXV. (Atqui Dyſtrus Februarij, & Martij partem occupat, & feſtum azymorum antecedit.) Poſtea Neronis audita nece Titum filium Veſpaſiano gratulatum miſit; & interim Hieroſolymitanam expeditionem diſtulit. Ioſephus lib. V de Exc. cap. XXVIII. Tac. Hiſt. I.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4782 22 13 A	4052	69	114	*C. Sulpitius Galba Imper. T. Vicinius Criſpinianus.* *Lini 3.* *Otho Vitellius. Veſpaſianus.*	I	Ol. 212	822	817

Deficiunt à Galba Germanicæ legiones. Ideo ille Piſonem adoptat, Othone, qui id ambiebat, prætermiſſo. Is imperium affectat, & occiſo Galba, ac Piſone occupat menſibus tribus. Tacitus Hiſt. I. Suet.

Titus audita morte Galbæ ex Achaia redit ad patrem. Ioſeph. lib. V de Exc. cap. XXIX. Occiſus eſt Galba Ianuarij circiter XVI.

Interim Vitellius inferiori Germaniæ præfectus à Galba imperium aſſumit. cuius ab exercitu apud Bebriacum victus Otho ſuapte manu concidit circiter

Aprilis xx. Tac. Hiſt. II. Suet. Plut. Othone. Vitellius poſt necem Othonis imperauit octo menſibus, diebus quinque. Dio LXVI. Sueton. Verùm interea Veſpaſianus ad imperium euehitur, & in eius verba Tiberius Alexander Ægypti præfectus legiones adigit Kalendis ipſis Iulij. qui dies principatus eius in poſterum ſeruatus eſt. Suet. cap. VI. Tac. Hiſt. II. Pòſt in Italiam ad bellum ciuile conficiendum progreſſus Mutianum, & Antonium præmittit: à quibus ad Cremonam oppreſſi Vitelliani circiter XXIX Octob. oriente Luna. Sub hæc incenſum Capitolium. Vitellius imperio poſito carnificis manu lentis ictibus confoſſus eſt. quod anno exeunte contigit.

Domitianus in Vrbe per ſtupra, & flagitia Principis filium agit. Tacitus Hiſt. III, & IV. Sueton. Dio.

Germani cum Cattis, & Batauis hos inter tumultus deficiunt. Tac.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Consules	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4783 24 13 G	4053	70	115	*Fl. Veſpaſianus Imper. II.* *T. Veſpaſianus F.* *Lini 4.*	2	II	823	818

Veſpaſianus Tito filio bellum Iudaicum mandat. Frumentum in Vrbem ſubmittit. Capitolium reficit. Galli à Romanis deficiunt. Sed mutata ſententia redeunt ad obſequium. Treuiri à Petilio victi. Tacitus IV. Hiſt.

Titus Hieroſolymam per Azymorum dies obſidere incipit, ac tandem expugnat. Templum ſuccenditur Loi, vel Ab Lunarium x die; hoc eſt Auguſti v, feria I. Vrbs verò capta penitùs Gorpiæi x die: ſiue Auguſti XXXI, feria VII. Vide lib. XI, cap. XVII. Ita demum vrbe ſubuerſa Iudaico bello finis impoſitus eſt. Ioſe. lib. VI de Exc. Tac. V Hiſt.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Consules	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4784 25 14 F	4054	71	116	*T. Fl. Veſpaſianus III.* *M. Cocceius Nerua.* *Lini 5.*	3	III	824	819

Veſpaſianus cum filio de Iudæis triumphat. quo in triumpho ducti Ioannes & Simon factionum duces cum DCC Iudæis electis. Ioſephus lib. VII de Exc. cap. XXIV, vel ιθ. Ac tùm Iani templum clauſum: & Veſpaſianus ipſe Pacis templum condere eſt aggreſſus. Idem.

Caſtella Iudææ expugnata reliqua. Iudæa quoque terra vendita. Emmaus Nicopolis appellata. Cæſarea verò maritima totius Iudææ metropolis facta eſt. Alexandriæ tumultuantibus Iudæis, Veſpaſiani iuſſu Lupus Præfectus templum ipſorum Onion dictum, quod ab Onia Pontifice conſtructum fuerat, demolitus eſt. Ioſephus lib. VII de Excid.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Consules	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4785 25 16 ED	4055	72	117	*T. Fl. Veſpaſianus Imp. IV.* *T. Cæſar Veſpaſianus F. II.* *Lini 6.*	4	IV	825	820 Aug. 5.

Ebion hæreticus his ferè temporibus prodiit. Epiph. Hær. L.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Consules	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4786 26 17 C	4056	73	118	*T. Flauius Domitianus II.* *M. Valerius Meſſallinus.* *Lini 7.*	5	Ol. 213	826	821

Cùm Heluidius Priſcus Thraſeæ gener ſecta Stoicus, Romanus Prætor Veſpaſiano obtrectaret, & eius exemplo Stoici, Cynicique complures eâdem vterentur licentia; Veſpaſianus Philoſophos, præter Muſonium, Vrbe ſubmouit: Hoſtilium verò, & Demetrium Cynicum in inſulas relegauit. è quibus ille

παραχρῆμα μετέστη, id eſt in exilium abiit. (Malè Interpres *ſententiã mutauit.*) iſte parere noluit. Dio LXVI.

(Per. Iul. 4787, 27 18 B | Mundi 4057 | Anni Chr. 74 | Anni Iul. 119 | Imp. Rom. 6 | Olymp. II | Vrbis cond. 827 | Æra Nab. 822)

Imp. Cæſar T. Fla. Veſpaſianus V.
T. Cæſar Veſpaſianus III. *Lini* 8.
Suffectus Domitianus Coſ. III.

Veſpaſianus & Titus eius F. Cenſores fuerunt. Cenſorinus cap. XVIII. vbi ſcribit, inter primum à Seruio rege conditum luſtrum, & hoc ipſum annos intercedere paulo minus ſexcentis quinquaginta. Sunt enim DCXLVI. Vide annum Per. Iul. 4141. Addit Cenſorinus non plura luſtra, quàm ſeptuaginta quinque, illo interuallo celebrata. & poſteà planè fieri deſiiſſe.

Meminit huius Cenſuræ Plinius lib. VII, cap. XLIX, & in ea cenſos ait in Italia nonnullos, qui C, CXX, CXXX, CXXXI, CXXXII, CXXXVIII, CXL annos vixiſſent. imò verò CL, & quidem duos, ſi MS. codicum lectionem ſequimur.

Achaia, Lycia, Rhodus, Byzantium, Samus, Trachea, Cilicia, Commagena, quæ liberæ antea, vel ſub amicis regibus erant, in prouinciam redactæ. Sueton. cap. VIII. Eutrop. VII. Euſeb. Chron.

(Per. Iul. 4788, 28 19 A | Mundi 4058 | Anni Chr. 75 | Anni Iul. 120 | Imp. Rom. 7 | Olymp. III | Vrbis cond. 828 | Æra Nab. 823)

Imp. Cæſar Fla. Veſpaſianus Aug. VI.
T. Cæſar Veſpaſianus IV. *Lini* 9.
Suffectus Domitianus IV.

Templum Pacis à Veſpaſiano dedicatum eſt. in quo Hieroſolymitani templi ſpolia collocauit. Dio lib. LXVI. Ioſeph. lib. VII, de Exc. cap. XXIV.

Coloſſus in Sacra via erectus altus C pedes cum effigie Neronis; vel, vt aliis placet, Titi. Dio. Euſebius ait CVII pedes altum fuiſſe. Plinius verò lib. XXXIV c. VII, pedum CX conſtituit. additque Soli conſecratum eſſe, cùm antea ſcilicet Neronis caput habuiſſet.

Q. Aſconius Pedianus ſcriptor clarus habetur. qui LXXIII ætatis anno captus luminibus, duodecim poſtea vixit annis. Euſeb.

(Per. Iul. 4789, 1 1 GF | Mundi 4059 | Anni Chr. 76 | Anni Iul. 121 | Imp. Rom. 8 | Olymp. IV | Vrbis cond. 829 | Æra Nab. 824 Aug. 4.)

Imp. Cæſar Fla. Veſpaſianus Aug. VII.
T. Cæſar Veſpaſianus V. *Lini* 10.
Domitianus V *Conſul ſuffectus.*

Hoc anno natus eſt Hadrianus Imperator. Spartianus.

(Per. Iul. 4790, 2 2 E | Mundi 4060 | Anni Chr. 77 | Anni Iul. 122 | Imp. Rom. 9 | Olymp. Ol. 214 | Vrbis cond. 830 | Æra Nab. 825)

Imp. Cæſar Fla. Veſpaſianus Aug. VIII. *Lini* 11.
Ti. Cæſar Veſpaſianus V.
Domitianus Conſul ſuffectus VI.

(Per. Iul. 4791, 3 3 D | Mundi 4061 | Anni Chr. 78 | Anni Iul. 123 | Imp. Rom. 10 | Olymp. II | Vrbis cond. 831 | Æra Nab. 826)

L. Ceionius Commodus Verus. *Lini* 12. III *Cleti* 1.
C. Cornelius Priſcus.

Linus Papa martyrio afficitur IX Kal. Oct. cùm ſediſſet annos XI, M. 2, dies 23. Succeſſit Cletus à Petro tertius.

(Per. Iul. 4792, 4 4 C | Mundi 4062 | Anni Chr. 79 | Anni Iul. 124 | Imp. Rom. 11 1 | Olymp. III | Vrbis cond. 832 | Æra Nab. 827)

Imp. Fl. Veſpaſianus Aug. IX. *Cleti* 2. XI *Imperator Titus.*
Ti. Cæſar Veſpaſianus VII.

Veſpaſianus Imperator moritur VIII Kal. Iul. ætatis anno LXIX, cum menſe I, diebus 7. Imperauit annos X, minus diebus VI. Dio LXVI. Sueton.

XI Roman. Imperator Titus hoc anno cœpit.

Cn. Iulius Agricola Britanniæ præfectus Britannos perdomuit. qui deinde inſulam hanc eſſe comperit.

Per. Iul ✱ ☉	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				Hinc Titus Imperator xv appellatus eſt. Dio. Mons Veſeuus autumni tempore ingentem vim flammarum profudit. adeo vt dies in noctem verteretur. Pompeij & Herculanum oppida perierũt. einis verò in Africam, Syriam, & Ægyptum vſque peruaſit. Xiphil. è Dione.				
4793 5 5 BA	4063	80	125	*Imper. Titus Veſpaſianus* VIII. *Fl. Domitianus* VII. *Cleti* 3. Titus ad cladem Campanam viſendam proficiſcitur. At Romæ interim fœdum incendium, quo templa plurima conflagrarunt, Serapidis, Iſidis, Neptuni, Pantheum. Titus amphitheatrum & thermas ſuo nomine dedicauit. Dio LXVI. C. Plinius cùm ad Veſuuianum incendium perſcrutandum propius acceſſiſſet, ibidem extinctus eſt. Plinius iunior lib. VI, Epiſt. XVI.	2	IV	833	828 Aug. 3.
4794 6 6 G	4064	81	126	*M. Plautius Siluanus.* III *Cleti* 4. XII *Imperator* *M. Annius Pollio.* *Domitianus* Titus Imperator generis humani delitiæ moritur Eidibus Sept. veneno, vt fama erat, à Domitiano ſublatus, poſtquam imperauit annos 2, menſes 2, dies 20. Dio LXVI. Sueton. Euſeb. Chron. Huic ſucceſſit Domitianus qui ipſo imperij primordio adulteria ſeuerè compeſcuit, & caſtrari quenquam prohibuit. Iidem.	3 1	Ol. 215	834	829
4795 7 7 F	4065	82	127	*Imp. Flauius Domitianus* VIII. *T. Flauius Sabinus.* *Cleti* 5.	2	II	835	830
4796 8 8 E	66	83	128	*Imp. Flauius Domitianus* IX. *T. Virginius Rufus.* *Cleti* 6. Domitianus Philoſophos Vrbe & Italia expulit. Veſtales virgines tres ob ſtuprum viuas defodit. Suetonius. Dio. Euſebius.	3	III	836	831
4797 9 9 DC	4067	84	129	*Imp. Flauius Domitianus* X. *Ap. Iunius Sabinus.* *Cleti* 7. Alexandrinæ Eccleſiæ ſecundus præfuit Abilius annis XIII. Euſeb.	4	IV	837	832 Aug. 2.
4798 10 10 B	4068	85	130	*Imper. Flauius Domitianus* XI. *T. Aurelius Fuluius.* *Cleti* 8.	5	Ol. 216	838	833
4799 11 11 A	4069	86	131	*Imp. Flauius Domitianus* XII. *Ser. Cornelius Dolabella.* *Cleti* 9. Primus agon Capitolinus quinquennalis inſtitutus à Domitiano. Cenſor. cap. XVIII. Suet. Vide lib. XI, cap. XX. Antonnius Pius Imperator naſcitur. Capitol.	6	II	839	834
4800 12 12 G	4070	87	132	*Imp. Flauius Domitianus* XIII. *A. Voluſius Saturninus.* *Cleti* 10. Domitianus Deum ſe ac dominum appellari iuſſit. Suet. Euſeb.	7	III	840	835
4801 13 FE	4071	88	133	*Imp. Flauius Domitianus* XIV. *L. Minucius Rufus.* *Cleti* 11. Dacium bellum exortum contra regem Decebalum. in quem ducto exercitu Domitianus belli partem attigit nullam. Poſteà victus à Marcomanis, & fugatus cum Decebalo pacem facit. Dio LXVII.	8	IV	841	836 Aug. 1.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4802 14 14 D	4072	89	134	*T. Aurelius Fuluius.* *A. Sempronius Atratinus.* *Cleti 12.* Domitianus Romam reuerſus ridiculum de Dacis triumphum agit. Tùm ciues multos interfecit. Dio LXVII. Idem Mathematicos, & Philoſophos vrbe pepulit. Euſ. Chron. Cocceius Nerua is qui Imperator poſtea fuit, in exilium abiit. Sed eodem reuocatus anno, & in ſequentem Conſul deſignatus eſt. Dio. Apollonius Tyaneus Romam accerſitus, cauſaque coram Imperatore perorata, repente ex oculis euanuit. Philoſtratus lib. VII, & VIII de eius vita.	9	Ol. 217	842	837
4803 15 15 C	4073	90	135	*Imp. Cæſar Fla. Domitianus* XV. *M. Cocceius Nerua* II. *Cleti 13.*	10	II	843	838
4804 16 16 B	4074	91	136	*M. Vlpius Traianus.* *M. Acilius Glabrio.* IV *Clementis 1.* Cletus Pontifex hoc anno martyrio affectus eſt, cùm ſediſſet annis XII, menſibus VII. Obiit Apr. XXVI. Succeſſit IV à Petro Clemens.	11	III	844	839
4805 17 17 A G	4075	92	137	*Imp. Cæſar Domitianus* XVI. *A. Voluſius Saturninus.* *Clementis 2.* Cornelia Maximilla Veſtalis à Domitiano ſtupri damnata viua defoditur. Plin. iunior lib. IV, Ep. XI. Euſeb. Chron. Agrippa Mathematicus in Bithynia Lunam cum Vergiliis coniunctam obſeruabat Nouemb. XXIX, hora 3 noctis ineunte, ante mediam noctem horis æqualibus 5. Ptolemæus lib. VII, cap. III, pag. 170.	12	IV	845	840 Iulij 31.
4806 18 18 F	4076	93	138	*Sex. Pompeius Collega.* *Cornelius Priſcus.* *Clementis 3.* SECVNDA PERSECVTIO. Domitianus ſecundam in Chriſtianos perſecutionem mouet. in qua S. Ioannes Apoſtolus in ſolium feruentis olei plenum immiſſus, inde illæſus euaſit, atque in Patmon inſulam relegatus eſt. Euſeb. Hier. de Script. S. Ignatius in eâdem vexatus eſt: vt Epiſt. 1 ipſe teſtatur. Domitianus edixit ne quis in Italia nouellaret; vtque in prouinciis vineta ſucciderentur, relicta vbi plurimùm dimidia parte. Suet. cap. VII. Euſebius Chron.	13	Ol. 218	846	841
4807 19 19 E	4077	94	139	*L. Nonius Aſprenas Torquatus.* *M. Aricius Clemens.* *Clementis 4.* Flauius Ioſephus vigeſimum Originum librum hoc anno commentabatur: vt ipſemet teſtatur.	14	II	847	842
4808 20 1 D	4078	95	140	*Imp. Cæſar Domitianus* XVII. *T. Flauius Clemens.* *Clementis 5.* Flauius Clemens Conſul Domitiani conſobrinus in Conſulatu propter Chriſtianam religionem Domitiani iuſſu necatus eſt. Flauia verò Domitilla eius vxor Imperatoris cognata in Pandateriam inſulam relegatur. Dio LXVII. Euſebius Flauiam Domitillam Clementis Conſulis ex ſorore neptem in inſulam Pontiam relegatam refert. Sed & Martyrologium VII Mai hanc virginem	15	III	848	843

appellat. Vnde duas eiuſdem nominis ſuſpicatur in Notis Baronius.

Acilius Glabrio Conſularis ob eandem cauſam: tùm alij complures Chriſtiani necati ſunt. Dio & Euſeb. Chron.

Ioannes Euangeliſta Apocalypſin ſcribit. Irenæus lib. v. Hieron. de Script.

Domitianus eos, qui de ſtirpe Dauidis erant, conquiri occidíque iuſſit. Euſeb. lib. 11 Hiſt. cap. XIX.

4809 21 2 CB	4079	96	141	*C. Fuluius Valens.* *Clementis* XIII *Imperator* *C. Antiſtius Vetus.* *6.* *Nerua.*	16 1	IV	849	844 Iulij 30.

Domitianus cùm in omnes ſæuiſſimè graſſaretur, à Stephano Domitillæ procuratore, & coniuratis aliis occiditur XIV Kalend. Octobris, anno ætatis XLV: cùm imperaſſet annos XV, dies VI. Erat tùm in Aquario Luna. Suetonius. Dio LXVII. Vide lib. XI, cap. XIX.

Occiſo Domitiano decimus tertius Romanorum Imperator Nerua ſucceſſit. ac reſciſſis Domitiani actis, Ioannes Apoſtolus ab exilio in Aſiam reuerſus eſt. Euſeb. lib. 11 Hiſt. cap. XXI.

4810 22 3 A	4080	97	142	*Imper. Cocceius Nerua* III. *Clementis* *T. Virginius Rufus.* *7.*	2	Ol. 219	850	845

Hic eſt ille Rufus, qui Vindicem aduerſus Neronem rebellantem ſuſtulit: qui & ſæpius Imperator acclamatus erat. Xiphil.

S. Ioannes Euangelium hoc circiter anno conſcripſit, ætatis nonageſimo. Irenæus lib. III cap. I. Epiphan. Hær. LI.

Iuſtus Tiberiadenſis hiſtoricus Ioſephi æmulus clarus habetur. Euſeb. Chron.

Apollonius Tyaneus hoc tempore obiit. Philoſtr. lib. vlt. cap. XI.

Contra Neruam Calpurnius Craſſus conſpirat. cuius coniuratione comperta, Nerua ipſum in gladiatorio ſpectaculo iuxta ſe collocauit, & gladios, qui de more ad explorandam aciem offerebantur, inſpiciendos dedit. Tandem Vlpium Traianum, qui Germaniæ tunc præerat, abſentem adoptauit. Dio LXVIII.

4811 23 4 G	4081	98	143	*Imp. Nerua Auguſtus* IV. *Clement.* XIV *Imper.* *Vlpius Traianus* II. *8.* *Traianus.*	1	II	851	846

Nerua moritur VI Kalend. Februarij, cùm vixiſſet annos LXV, menſes X, dies X: imperaſſet annum I, menſes IV, dies XI.

Succeſſit Traianus annos natus XLII. Is ſtatim ad Senatum ſua manu ſcripſit, ſe nullum virum bonum nece, aut ignominia affecturum. Idem porrò perſecutionem in Chriſtianos non quidem tum iuſſit, ſed collegia, ſiue ſodalitia vetuit. Plinius lib. X, Ep. XCVII.

Clemens Pontifex in Cherroneſum relegatus eſt. Acta illius. Alexandriæ poſt Abilium Cerdo præfuit annis XIII, tertius ab Aniano. Euſeb. III Hiſt. cap. XXI.

Ignatius eodem tempore Antiochiam; Symeon Hieroſolymam regebat.

Menelaus Mathematicus Lunam cum ſpica Virginis coniunctã obſeruabat Ian. X. Vide lib. XI. cap. XXI.

Per. Iul ✱ ☉	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4812 24 5 F	4082	99	144	*C. Soſius Senecio* II. *Clementis* *A. Cornelius Palma.* 9. Traianus in Vrbem aduenit. Plinius Paneg. S. Ioannes Euangeliſta moritur poſt annos à Paſſione octo & ſexaginta. Hieron. de Script. Natus erat annos XCII, vt ex Epiphanio Hær. LI colligitur.	2	III	852	847
4813 25 6 ED	4083	100	145	*Vlpius Traianus Imper.* III. *Clementis* *M. Cornelius Fronto* III. 10. Hoc anno S. Clemens Pontifex in Cherroneſo Pontica martyrium facit IX Kal. Decemb. Euſebius lib. III Hiſt. cap. XXXIV. Hieron. de Script. Sedit annos IX, menſes VI, dies VI. Vacauit Sedes menſibus aliquot.	3	IV	853	848 Iulij 29.
4814 26 7 C	4084	101	146	*Imper. Vlpius Traianus* IV. V *Anacleti* *Sex. Articuleus Pætus.* 1. Hoc anno C. Plinius cum Cornuto Tertullo ſuffectus Conſul Kalend. Septemb. in menſes duos. Plin. Paneg. Hoc anno Clementi mortuo ſubrogatus eſt Anacletus natione Græcus circa III diem Aprilis, quintus à Petro Pontifex.	4	Ol. 220	854	849
4815 27 8 B	4085	102	147	*C. Soſius Senecio.* *Anacleti* *L. Licinius Sura.* 2. Decebalus Dacorum rex cùm à Romanis defeciſſet, iterum à Traiano domitus eſt. qui & ponte Danubium iunxit. Decebalus ſibi ipſi manus attulit. Dio LXVIII. C. Plinius Proconſul in Bithyniam profectus ad Traianum de Chriſtianis ſcribit, ab eóque reſcriptum accepit; vti ne in eos inquireret: ſed delatos, & obſtinatos puniret. Vide Epiſt. XCVIII lib. X eiuſdem Plinij.	5	II	855	850
4816 28 9 A	4086	103	148	*Imper. Vlpius Traianus* V. *Anacleti* *L. Appius Maximus.* 3. Traianus victo rege Decebalo Daciam fecit prouinciam. Euſeb. Chron. Dio LXVIII. Elxai pſeudopropheta Iudaici generis, & Chriſtum nomine tenus venerans, ſeſe ad Oſſenos adiunxit. quem auctorem ſectæ ſuæ non iſti modò, ſed etiam Nazaræi, & Ebionæi iactitabant. Epiph. Hær. XIX.	6	III	856	851
4817 1 10 GF	4087	104	149	*Suranus* II. *Anacleti* *P. Neratius Marcellus.* 4. Traianum in Vrbem reuerſum plurimæ barbararum gentium, & Indorum etiam conuenêre legationes. Ipſe & bibliothecas extruxit, & ingentem columnam excitauit. Dio LXVIII.	7	IV	857	852 Iulij 28.
4818 2 11 E	4088	105	150	*Ti. Iulius Candidus.* *Anacleti* *A. Iulius Quadratus.* 5. Traianus contra Armenos, & Parthos expeditionem ſuſcepit. Athenas cùm adiiſſet Oſrhois Parthi Legatos audiit. quibus poſtquam in Syriam veniſſet, reſponſurum ſe eſſe dixit. Inde in Orientem profectus eſt. Dio. LXVIII.	8	Ol. 221	858	853
4819 3 12 D	4089	106	151	*L. Ceionius Commodus Verus.* *Anacleti* *L. Tuttus Cerealis.* 6. Traianus Armeniam ſubegit ac finitimos reges ſine certamine in ditionem accepit: nec non Iberos, Sarmatas, Oſrhoënos, Arabas, Boſphoranos, Colchos. Ad hæc Seleuciam, Cteſiphontem, Baby-	9	II	859	854

Per. Iul. ✱ ☾	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				lonem occupauit. Quæ omnia inſequentibus annis geſta ſunt. Dio. Euſebius.				
4820 4 13 C	4090	107	152	*C. Soſius Senecio* IV. *Anacleti* *L. Licinius Sura* IV. 7. **TERTIA PERSECVTIO.** Hanc aduerſus Chriſtianos cùm in Oriente eſſet Traianus inſtituit. In ea Simeon Cleophæ F. Hieroſolymorum Epiſcopus cruci ſuffixus eſt, annos natus CXX. Euſeb lib. III, cap. XXXII, & in Chron. Huic Iuſtus in Epiſcopatu ſuccedit. Eodem tempore S. Ignatius Antiochenus Epiſcopus ad beſtias damnatus Romam perducitur. Euſeb. lib. III, cap. XXXV.	10	III	860	855
4821 5 14 BA	4091	108	153	*Ap. Annius Trebonius. Anacleti* *M. Atilius Bradua.* 8. S. Ignatius Romæ leonum dentibus in amphitheatro laniatus eſt. Huic Heros ſucceſſit. Ignatij reliquiæ Antiochiam reportatæ magno ciuitatum omnium plauſu receptæ ſunt. Chryſoſt. Orat. V in S. Ignatium.	11	IV	861	856 Iulij 27.
4822 6 15 G	4092	109	154	*A. Cornelius Palma. Anacleti* *C. Caluiſius Tullus.* 9. Oneſimus S. Pauli diſcipulus Epheſi Epiſcopus lapidibus obrutus eſt Februarij XVI. tùm alij plerique. de quibus Rom. Martyrol. Cerdone Alexandriæ Epiſcopo mortuo ſuccedit Primus. Euſeb. lib. IV Hiſt.	12	Ol. 222	862	857
4823 7 16 F	4093	110	155	*Claudius Criſpinus. Anacleti* VI *Euariſti* *Solenus Orfitus.* 10. I. Pantheum Romæ fulmine concrematum teſtatur Euſebij Chronicon; id eſt fulmine tactum. Anacletus Papa III Eid. Iul. martyrio afficitur, cùm ſediſſet annos IX, M III, D. X. Succeſſit Euariſtus natione Græcus poſt dies tredecim, ſextus ordine Pontifex.	13	II	863	858
4824 8 17 E	4094	111	156	*C. Calpurnius Piſo. Euariſti* *M. Vettius Bolanus.* 2.	14	III	864	859
4825 9 18 DC	4095	112	157	*Imper Vlpius Traianus* VI. *Euariſti* *C. Iulius Africanus* II. 3.	15	IV	865	860 Iulij 26.
4826 10 19 B	4096	113	158	*L. Publius Celſus* II. *Euariſti* *C. Claudius Criſpinus.* 4.	16	Ol. 223	866	861
4827 11 1 A	4097	114	159	*Q. Ninnius Haſta. Euariſti* *P. Manilius Vopiſcus.* 5.	17	II	867	862
4828 12 2 G	4098	115	160	*M. Valerius Meſſalla. Euariſti* *C. Popillius Carus Pedo.* 6. Ingens terræ motus Antiochiam afflixit. qua ruina infiniti homines oppreſſi: inque his Pedo Conſul. Traianus per feneſtram eductus vix euaſit. Hæc hieme contigerunt. Ineunte vere in Parthorum fines Traianus irrumpit: Adiabenos, Arbella, Gaugamela, Babylonem, Cteſiphontem, aliáque oppida cepit. Inde Parthici cognomen obtinuit. Idem porrò dum in mare rubrum nauigat, gentium, quas domuerat, defectione regredi cogitur.	18	III	868	863

Interim Iudæi Cyrenenſes Andrea quodam duce Romanos, atque Græcos innumerabiles occidunt; ac tùm eorum viſcera depaſcuntur; tùm ſanguine obliti, pellibus etiam induti ſunt. multos à vertice ſerris diſſecuêre; alios obiecêre beſtiis; pleroſque inuicem pugnare coëgerunt. Cæſa hominum ferè CCM. Dio LXVIII.

Per. Iul.	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4829 13 3 FE	4099	116	161	19	IV	869	864 Iulij 25.

Æmilius Ælianus. *Euariſti*
L. Antiſtius Vetus. 7.

Iudæi Cyrenenſes, Lupo Ægypti præfecturam obtinente, in Ægyptum graſſati gentiles primo impetu fundunt. Hi properè Alexandriam confugientes Iudæos omnes interficiunt. Interim Iudæi cæteri Lucua duce per Ægyptum arma cladémque circunferunt. Sed & in Cyprum peruaſere, vbi & Salaminem euerterunt; & CCXL M. ceciderunt.

Traianus contra Iudæos Martium Turbonem mittit, qui infinitam illorum ſtragem edidit. In Meſopotamia quoque tumultuantes eoſdem Q. Lucius aggreditur. Tum in Cypro occidione occiſi: atque ex illo tempore Iudæis ad Cyprum appellere etiam tempeſtate delatis capitale fuit. Dio LXVIII. Euſeb. IV Hiſt. cap. II.

Cæteros populos, qui à Romanis defecerant, Lucius & Maximus duces aggreſſi. Maximus prælio ſuperatus obiit. Lucius Niſibin recuperauit. Edeſſam incendit. Seleucia quoq; recepta. Traianus Parthis regem dedit Parthamaſpaten. Inde contra Agarenos in Arabiam profectus eſt. quorum vrbe fruſtrà tentata, vulnere etiam accepto, inde diſceſſit. Nam & quoties in illos impetum faceret, tonitribus, fulguribus, fulminibus, & grandinibus abſterrebatur; & culices cibis, ac poculis infeſti erant. Dio LXVIII.

Per. Iul.	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4830 14 4 D	4100	117	162	20 1	Ol. 224	870	865

Quinctius Niger. *Euariſti* XV *Imp.*
T. Vipſanius Apronianus. 8. *Hadrianus.*

Parthi Parthamaſpate pulſo libertatem recuperant. Ob id Traianus Hadriano in Syria relicto, exercitum in Meſopotamiam ducere conſtituit. Sed morbo interim correptus, ac Selinuntem Ciliciæ delatus, ibi periit IV. Eid. Aug. quæ vrbs Traianopolis deinceps appellata eſt. Vixit annos LXIII, M. I, D. XV. Imperauit annos XIX, M, VI.

Succeſſit Ælius Hadrianus Plotinæ Traiani vxoris opera. Qui cum Parthis ſtatim compoſuit, iiſque Armeniam, Aſſyriam, Meſopotamiam, & quæ à Traiano adempta fuerant, reſtituit; ac ſua illis iura permiſit. Parthamaſpaten aliud in regnum tranſtulit. Spartianus. Dio LXVIII. Vide lib. XI, cap. XXI, & XXII. Alexandriam à Romanis ſubuerſam publicis inſtaurauit impenſis. Euſeb.

Per. Iul.	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4831 15 5 C	4101	118	163	2	II	871	866

Imp. Cæſar Adrianus II. *Euariſti*
Ti. Claudius Fuſcus Salinator. 9.

Hadrianus Romam reuerſus liberalitate, & clementia Senatum, populúmque demereri ſtuduit. Inter alia, tributa, quæ fiſco, vel ærario debebantur, in XVI annos remiſit, tabulis publicè crematis. Dio LXIX. Euſeb. Chron.

Hîc Scaliger Animad. ad Euſeb. A. 2034, veſtigium

eſſe putat Indictionum, & XVI annos dici pro XV completis. Sed non procedit. Nam Dio ſolidos exprimit XVI, non autem XV.

Hadrianus Sarmatis, & Roxolanis tumultuantibus in Mœſiam profectus eſt; cum iiſque pacem compoſuit. Spart.

Euphrates Stoicus Philoſophus morbi, ac ſenectutis tædio cicutæ hauſtu vitam finiit, permittente Hadriano. Xiphil. Euſeb.

Idem in Chriſtianos perſecutionem ſiue quartam, vt Sulpitius numerat, indixit: ſiue cœptam à Traiano proſecutus eſt. Sulpit. lib. II. Euſeb.

Per idem tempus hæreſes exortæ ſunt Baſilidis, Saturnini, Carpocratis. Epiphan. & Euſeb.

Per. Iul	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4832 16 6 B	4102	119	164	3	III	872	867

Imp. Cæſ. Æl. Hadrianus III. *Q. Iunius Ruſticus.* — *Euariſti* VII 10. — *Alexandri* 1.

Iudæi tumultuantes à Tinio Rufo Iudææ præſide compreſſi. Euſeb. Chron Hieron. in Dan. IX.

Euariſtus Papa cùm ſediſſet annos IX, M, III, D, X, martyrio coronatur Octob. XXVI. Vacauit ſedes dies XVIII; & ſuffectus eſt Alexander VII ordine.

Plutarchus Chæronenſis, Sextus, Agathobulus, & Oenomaus Philoſophi inſignes habentur. Euſeb. Præter hunc Oenomaum fuit alter Cynicus Gadarenſis; qui Porphyrij tempus paululum anteceſſit. Suidas.

Per. Iul	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4833 17 7 AG	4103	120	165	4	IV	873	868 Iulij 24.

L. Catilius Seuerus. — *Alexandri* 2.
T. Aurelius Fuluus. qui poſtea Antoninus Pius Aug.

Terræ motu Nicomedia, & vicinæ vrbes euerſæ ſunt. ad quarum inſtaurationem Hadrianus de publico largitus eſt. Euſeb. Chron.

Rebus in Vrbe compoſitis ad luſtrandas orbis Romani prouincias profectus eſt Hadrianus: ac primò in Galliam, & Germaniam: deinde in Britanniam tranſiit. vbi ſeuerè in Præſides, & Procuratores inquiſiit. Spartianus.

Cùm in Gallias proficiſceretur, Fauſtinum & Iouitam Brixianos cum aliis pleriſque necari iuſſit. Acta Mart.

Alexandriæ defuncto Primo Epiſcopo, cùm ſediſſet annos XII, ſuffectus eſt Iuſtus. Euſeb.

Per. Iul	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4834 18 8 F	4104	121	166	5	Ol. 225	874	869

M. Annius Verus II *Augur.* — *Alexandri* 3.

Hadrianus Britanniam petens murum per LXXX M duxit; qui barbaros, Romanóſque diuideret. Spart.

Per. Iul	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4835 19 9 E	4105	122	167	6	II	875	870

M. Acilius Auiola. *C. Corellius Panſa.* — *Alexandri* 4.

Hadrianus è Britannia in Gallias rediit, & in honorem Plotinæ Traiani vxoris baſilicam Nemauſi opere mirabili extruxit. Poſt hæc Hiſpanias petiit, & Tarracone hiemauit. Spart.

Per. Iul	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4836 20 10 D	4106	123	168	7	III	876	871

Q. Arius Pætinus. *C. Veranius Apronianus.* — *Alexandri* 5.

Hadrianus in Orientem profectus videtur, & Parthorum motus colloquio repreſſiſſe. Inde Achaiam, & Athenas adiit, & has legibus conſtituit. Tum Eleuſinia ſacra ſuſcepit. Spart.

Saturninus Antiochenus, & Baſilides Alexandrinus, &

Per. Iul.	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				& Carpocrates hæretici. Ab iis duobus nefanda Gnoſticorum ſecta profluxit. Epiph. Euſeb. lib. IV Hiſt. cap. VII, & VIII. Agrippa Caſtor vir doctus contra Baſilidem ſcripſit. Euſeb. ibid. & Hieron. de Scrip.				
4837 21 11 CB	4107	124	169	*M. Acilius Glabrio.* *Alexandri* *C. Bellitius Torquatus.* *6.* Hadrianus tranſacta Athenis hieme Romam rediit. Spart. Quadratus Apoſtolorum diſcipulus, & Ariſtides Athenienſis Philoſophus libros pro Chriſtiana religione dedêre compoſitos: & Serenus Granius legatus literas ad Imperatorem pro Chriſtianis miſit. Ideo Hadrianus Minucio Fundano Procoſ. Aſiæ ſcripſit: non ſine obiectu criminum Chriſtianos condemnandos. Chron. Euſebij, & lib. IV Hiſt. Eccl.	8	IV	877	872 Iulii 23.
4838 22 12 A	4108	125	170	*P. Cornelius Aſiaticus* II. *Alexandri* *Q. Vettius Aquilinus.* *7.* Hadrianus Roma in Africam profectus eſt: ibique multa prouinciis beneficia conceſſit. Spart. Luna defecit anno Nabon. 872, Pachon 17, hora 8, 24′ à meridie, Alexandriæ: hoc eſt Apr. 5, feria 4. Ptolem. lib. IV, cap. IX.	9	Ol. 226	878	873
4839 23 13 G	4109	126	171	*M. Lollius Pedius Verus.* *Alexandri* *Q. Iunius Lepidus Bibulus.* *8.* Hadrianus in Orientem profectus per Athenas iter fecit, atque opera, quæ apud Athenienſes cœperat, dedicauit: vt Iouis Olympij ædem, & aram ſibi. ac tum Dionyſia celebrauit. Permiſit & Græcis, vt templum ſibi ponerent, quod Panhellenium nominarunt. Idem Cephalleniam Athenienſibus attribuit. Spart. Dio LXIX.	10	II	879	874
4840 24 14 F	4110	127	172	*Gallicanus.* *Alexandri* *Titianus.* *9.* Hadrianus Athenis exacta hieme in Aſiam venit. Toparchas, & reges ad amicitiam inuitauit: interq; cæteros Choſroën Parthorum regem. Venientes ad ſeſe magnis beneficiis demeruit. Circumiens verò prouincias procuratores, & præſides pro factis ſupplicio affecit. Spart. & Dio. Hæc non vno anno geſta; ſed in ſequentes propagata ſunt.	11	III	880	875
4841 25 15 ED	4111	128	173	*L. Nonius Aſprenas Torquatus.* *Alexandri* *M. Annius Libo.* *10.* Nicopolis, & Cæſarea terræ motu conciderunt. Euſ. Aquila Ponticus genere, Proſelytus, & ex Chriſtiano Iudæus Græcè Scripturas interpretatur. Epiph. de Menſ. & pond.	12	IV	881	876 Iulij 22.
4842 26 16 C	4112	129	174	*P. Iuuentius Celſus* II. *Alexandri* *M. Annius Libo.* *11.* Hadrianus in Syriam veniens, & Antiochenſibus offenſus Syriam à Phœnice ſeparare voluit, ne tot prouinciarũ Antiochia metropolis diceretur. Spart. Poſtea Hieroſolymorum vrbem inſtaurare aggreſſus eſt. Dio.	13	Ol. 227	882	877
4843 27 17 B	4113	130	175	*Q. Fabius Catullinus.* VIII Sixti *Q. Iulius Balbus.* *1.* Hadrianus Hieroſolymis inſtauratis Æliæ Capitolinæ nomen impoſuit, eóque coloniam deduxit. Iu-	14	II	883	878

dæi ægrè ferentes gentiles in vrbe ſua collocari, occultè primùm tumultuari cæperunt. Spart.

Imperator in Arabiam profectus Peluſium venit, ibíque Pompeij ſepulcrum magnificentiùs extruxit. Dio LXIX.

Alexander Papa martyrio coronatur, cùm ſediſſet annos X, M. V, D. XX. Succeſſit ei Sixtus patria Romanus, poſt dies XXV, Pontifex ordine VIII à Petro.

Per. Iul. 4844 (28 18 A) | Mundi 4114 | Anni Chr. 131 | Anni Iul. 176 | Imp. Rom. 16 | Olymp. III | Vrbis cond. 884 | Æra Nab. 879

Ser. Octauius Pontianus. — *Sixti*
M. Antonius Rufinus. — *2.*

Antinous Hadriani delitiæ in Nilo demergitur, quem Imperator muliebriter deflet. qui & inter Deos relatus eſt, & vrbs de eius nomine dicta. Spart. Dio LXIX.

Templum Romæ, & Veneris in Vrbe factum. Euſeb. Chron. Dio libro LXIX refert Apollodoro architecto templi Veneris deſcriptionem ab Imperatore miſſam: cuius cùm ille vitia notaſſet, ægrè id Hadriano ferente, occidi eſſe iuſſum.

Per. Iul. 4845 (1 19 G F) | Mundi 4115 | Anni Chr. 132 | Anni Iul. 177 | Imp. Rom. 17 | Olymp. IV | Vrbis cond. 885 | Æra Nab. 880 Iulij 21.

Serius Augurinus. — *Sixti*
Arrius Seuerianus. — *3.*

Hadrianus ex Ægypto in Syriam reuerſus eſt: cùm interim Iudæi clam defectionem molirentur. Demum poſt Hadriani diſceſſum apertè rebellant. Dux eorum fuit Cochebas, ſiue Barcochebas: qui Chriſtianos opem ſibi contra Romanos ferre detrectantes variis modis excarnificauit. Euſeb. Chron. & lib. IV Hiſt. cap. VI. Hadrianus optimos quoſque duces, & inter alios Iulium Seuerum è Britannia contra illos exciuit. Dio LXIX.

Saluius Iulianus edictum perpetuum compoſuit, quo omnes in poſterum Prætores vterentur. Euſeb. Chron.

Æquinoctium autumnale obſeruatum à Ptolemæo anno Nabon. 880, Athyr 7. Ptolem. lib. III, cap. VIII.

Per. Iul. 4846 (2 1 E) | Mundi 4116 | Anni Chr. 133 | Anni Iul. 178 | Imp. Rom. 18 | Olymp. Ol. 228 | Vrbis cond. 886 | Æra Nab. 881

Hiberus. — *Sixti*
Siſenna. — *4.*

Iulius Seuerus Romanorum dux Iudæos ſingillatim aggreſſus, ſeriùs quidem, ſed minore periculo contriuit. Dio LXIX.

Phauorinus & Polemo Rhetor illuſtres habentur. Euſeb. Chron.

Lunæ defectio notata anno Nabon. 880, Payni 20, hora 11, 15 à meridie: Mai 6, feria 3. Ptolem. lib. IV, cap. VI.

Per. Iul. 4847 (3 2 D) | Mundi 4117 | Anni Chr. 134 | Anni Iul. 179 | Imp. Rom. 19 | Olymp. II | Vrbis cond. 887 | Æra Nab. 882

C. Iulius Seruilius. — *Sixti*
C. Vibius Iuuentius Verus. — *5.*

Luna defecit anno Nabon. 882, Choiac 2, horis 11 à meridie. Octob. videlicet 20, feria 3. Ptolem. ibid.

Marcio per id tempus hæreſim ſuam vulgare cœpit: vt in Animad. ad Epiph. pag. 83 oſtendimus.

Per. Iul. 4848 (4 3 C) | Mundi 4118 | Anni Chr. 135 | Anni Iul. 180 | Imp. Rom. 20 | Olymp. III | Vrbis cond. 888 | Æra Nab. 883

Pompeianus Lupercus. — *Sixti*
L. Iunius Atticus Acilianus. — *6.*

Betherem obſident Romani, eáque tandem potiti ſunt. Ita ducibus factionis occiſis, ac DLXXX M. Iudæorum interfectis; vt Iudæa pene deſerta eſſet omnis, bello finis impoſitus. Exinde agro Hieroſoly-

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				mitano Iudæis interdictum eſt. Dio LXIX. Euſeb. IV Hiſt. cap. VI. Deficientibus omnibus qui ex circunciſione erant, Hieroſolymorum primus è gentibus Epiſcopus fuit Marcus. Euſeb. Chron. & IV Hiſt. cap. VI.				
4849 5 4 B A	4119	136	181	*L. Ceionius Commodus.* *Sixti* *Sex. Vetulenus Pompeianus.* *7.* Pharaſmanes Iberorum rex Alanos contra Romanos conciuit. Sed eos Flauius Arrianus Cappadociæ præfectus repreſſit. Tandem Romam aduenienſ Pharaſmanes auctus eſt imperio. Dio LXIX. Lunæ defectio anno Nabon. 883, Pharmuthi XIX, hora 4 à media nocte Martij VI, feria 2. Ptolem. lib. IV, cap. VI.	21	IV	889	884 Iulii 20.
4850 6 5 G	4120	137	182	*L. Ælius Hadriani F. Cæſar Verus II.* *Sixti* *P. Cœlius Balbinus Vibullius Pius.* *8.* Hadrianus Ceionium Commodum Verum adoptauit, & Ælium Verum Cæſarem appellauit. Spart. Phlegon Hadriani libertus opus ſuum de Olympiadibus ad hoc vſque tempus libris VIII comprehendit. Suidas.	22	Ol. 229	890	885
4851 7 6 F	4121	138	183	*Sulpicius Camerinus.* *Sixti* XVI *Imper.* *Quinctius Niger Magnus.* *9.* *Antoninus Pius.* Hoc anno Kal. Ian. mortuus eſt Ælius Verus. Eo mortuo, ingraueſcente valetudine, Adrianus Arrium Antoninum adoptauit. qui poſtea Pius dictus eſt: ea lege, vt is ſibi duos adoptaret, Annium Verum, & Marcum Aurelium. Poſtea Seruianum ſororis ſuæ virum nonagenarium mori coëgit. Demum VI Eid. Iul. apud Baias periit, anno ætatis LXII, M. V, D. XIX. Imperauit annos XXI. M. X. Succeſſit Antoninus Pius.	1	II	891	886
4852 8 7 E	4122	139	184	*Antoninus Aug. Pius II.* *Sixti* *Bruttius Præſens.* *10.* Sub initium Antonini Iuſtinus Martyr primam pro Chriſtianis apologiam edidit, quæ vulgò ſecunda ponitur. Vide Animad. Epiph. Hær. XLVI, pag. 85. Galenus medicus hac tempeſtate floruit. Item Domitius Labeo, Neratius Priſcus, Saluius Iulianus Iuriſconſulti. nec non Iuſtinus hiſtoricus. Æquinoctium autumnale à Ptolemæo deprehenſum anno Nabon. 887. Athyr IX, Sept. XXVI, hora 7 poſt mediam noctem. Ptolem. lib. III, cap. I. Eiuſdem & aliæ obſeruationes extant: de quibus, vt & de initio Antonini vide lib. XI, cap. XXIII.	2	III	892	887
4853 9 8 D C	4123	140	185	*Antoninus Pius Aug.* III. IX *Teleſphori* *M. Aurelius Cæſar.* *1.* Hoc anno VIII Eid. Apr. martyrio afficitur Sixtus Pontifex, cùm ſediſſet annos X, minus vno menſe, & diebus XXII. Succeſſit poſt biduum IX ordine Teleſphorus. Tametſi enim Antoninus nullum contra Chriſtianos nouum edictum propoſuit; nondum priſtina perſecutio deferbuerat.	3	IV	893	888 Iulii 19.
4854 10 9 B	4124	141	186	*M. Pæduceus Priſcinus.* *Teleſphori* *T. Hæmius Seuerus.* *2.* Ophitæ, Cainani, Sethiani, cæteraque peſtes hæreticorum ſub hoc tempus effloruerunt. Epiphanius.	4	Ol. 230	894	889
4855 11 10 A	4125	142	187	*L. Cuſpius Rufinus.* *Teleſphori* *L. Statius Quadratus.* *3.*	5	II	895	890

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4856 12 11 G	..26	143	188	*T. Bellicius Torquatus.* *Teleſphori* *T. Claudius Atticus Herodes.* 4.	6	III	896	891
4857 13 12 FE	4127	144	189	*Lollianus Auitus.* *Teleſphori* *C. Gauius Maximus.* 5.	7	IV	897	892 Iulij 18.
4858 14 13 D	4128	145	190	*Antoninus Pius Aug.* IV. *Teleſphori* *M. Aurelius Cæſar* II. 6. Nicomedes Cretenſis Muſicus poëta floret. Euſ.	8	Ol. 231	898	893
4859 15 14 C	4129	146	191	*Sex. Erucius Clarus* II. *Teleſphori* *Cn. Claudius Seuerus.* 7. Sub hoc tempus Marcio Ponticus dogma ſuum vehementius propagare cœpit. Nam ſæpius palinodiam recinuit. Tertul. I con. Marc. cap. XIX. Huius diſcipulus fuit Apelles. Epiph. Taurus Berytius Platonicus Philoſophus illuſtris habetur. Euſeb.	9	II	899	894
4860 16 15 B	4130	147	192	*M. Valerius Largus.* *Teleſphori* *M. Valerius Meſſalinus.* 8. Arrianus Philoſophus Nicomedienſis; Maximus Tyrius; Apollonius Chalcidicus Stoicus; Baſilides Scythopolitanus inſignes philoſophi. qui Veriſſimi Cæſaris præceptores fuerunt. quibus adſcribendus & Sextus Chæronenſis Plutarchi nepos. Floruit & Voluſianus Mætianus Iuriſconſultus. Grammatici porro Latini, Aper, Pollio, Eutychius, Proculus Siccenſis. Fronto quoque Cornelius orator. Capitol. Euſeb. Chro.	10	III	900	895
4861 17 16 AG	4131	148	193	*Bellicius Torquatus* II. *Teleſphori* *M. Saluius Iulianus.* 9.	11	IV	901	896 Iulij 17.
4862 18 17 F	4132	149	194	*Ser. Cornelius Orfitus.* *Teleſphori* *Q. Nonius Priſcus.* 10.	12	Ol. 232	902	897
4863 19 18 E	4133	150	195	*Romulus Gallicanus.* *Teleſphori* *Antiſtius Vetus.* 11.	13	II	903	898
4864 20 19 D	4134	151	196	*Sex. Quintilius Gordianus.* *Teleſphori* *Sex. Quintilius Maximus.* 12.	14	III	904	899
4865 21 1 CB	4135	152	197	*Sex. Acilius Glabrio.* *Higinij Papæ* X. *C. Valerius Veranus.* 1. S. Teleſphorus pro Chriſto cæſus eſt Ianuarij V, cùm ſediſſet annos XI, M. IX. In eius locum poſt dies VII creatus eſt Hyginus Athenienſis, X ordine Pontifex.	15	IV	905	900 Iulij 16.
4866 22 2 A	4136	153	198	*Brutius Præſens* II. *Hyginij* *M. Antonius Rufinus.* 2. Valentinus hæreſiarcha Romam venit. Irenæus lib. III, cap. IV. Euſeb. IV Hiſt. cap. X. Venit & Cerdo alter hæreticus.	16	Ol. 233	906	901
4867 23 3 G	4137	154	199	*L. Aurelius Cæſar.* *Higinij* *Sextilius Lateranus.* 3.	17	II	907	902
4868 24 4 F	4138	155	0 0	*C. Iulius Seuerus.* *Hyginij* *M. Rufinus Sabinianus.* 4.	18	III	908	903
4869 25 5 ED	4139	156	201	*M. Ceionius Siluanus.* *Hyginij* *Pij* XI *C. Serius Augurinus.* 5. 1.	19	IV	909	904 Iulij 15.

Per. Iul ✱ ☉	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				Hyginius Papa Ianuarij XI martyrio coronatur, poſtquam ſedit annos IV. Succedit Pius vndecimus à Petro.				
4870 26 6 C	4140	157	202	*Barbatus.* *Pij* *Regulus.* *2.*	20	Ol. 234	910	905
4871 27 7 B	4141	158	203	*Q. Flauius Tertullus.* *Pij* *Sacerdos.* *3.*	21	II	911	906
4872 28 8 A	4142	159	204	*Plautius Quinctillus.* *Pij* *Statius Priſcus.* *4.*	22	III	912	907
4873 1 9 GF	4143	160	205	*T. Vibius Barus.* *Pij* *Ap. Annius Bradua.* *5.*	23	IV	913	908 Iulij 14.
4874 2 10 E	4144	161	206	*M. Aurelius Cæſar* III. *Pij* XVII *Impp.* *L. Aurelius Cæſar* II. *6.* *M. Aurelij, & L. Veri.* Antoninus Pius Imperator moritur Nonis Martiis. Succeſſerunt ambo Imperatores M. Aurelius Antoninus, & L. Ælius Verus. Hic Aurelij filiam Lucillam duxit vxorem. Capitolinus.	1	Ol. 235	914	909
4875 3 11 D	4145	162	207	*Q. Iunius Ruſticus.* *Pij* *Vettius Aquilinus.* *7.* Vologeſes Parthorum rex bellum mouet. contra quem Verus à M. Aurelio mittitur. Ille rem proſperè gerit quadriennio toto per Statium Priſcum, Auidiũ Caſſium, & Martium Verum: ita vt Babylonem, & Mediam penetrarent, & Armeniam vindicarent. Capitol. Perſecutio in Chriſtianos orta; quam Seuerus V numerat.	2	II	915	910
4876 4 12 C	4146	163	208	*L. Papirius Ælianus.* *Pij* *Iunius Paſtor.* *8.* Iuſtinus Martyr pro Chriſto patitur. Euſeb. IV Hiſt. cap. XVI.	3	III	916	911
4877 5 13 BA	4147	164	209	*C. Iulius Macrinus.* *Pij* *L. Cornelius Celſus.* *9.*	4	IV	917	912 Iulij 13.
4878 6 14 G	4148	165	210	*L. Arrius Pudens.* *Pij* XII *Aniceti* *M. Gauius Orfitus.* *10.* *1.* Seleucia Aſſyriæ vrbs cum CCC M. hominum à Romanis capta. Euſeb. Peregrinus Philoſophus apud Piſas rogo, quem ex lignis compoſuerat, incenſo, ſemetipſum ſuperiniecit. Teſtatur hoc Lucianus, qui præſens interfuit. & Euſebij Chron. Pius Papa cùm ſediſſet annos IX, M. VI martyrio affectus eſt die XI Iulij. Succeſſit Anicetus natione Syrus à Petro duodecimus. Polycarpus Smyrnæ Epiſcopus Romam venit, vt diſſenſiones ſuper Paſchatis celebritate componeret. ac tùm Marcioni fortè occurrens, congreſſum illius deteſtatus eſt. Euſeb. lib. IV, Hiſt. cap. XIII, & lib. V, cap. XXIV. Irenæus lib. III, cap. III.	5	Ol. 236	918	913
4879 7 15 F	4149	166	211	*Q. Seruilius Pudens.* *Aniceti* *L. Fuſidius Pollio.* *2.* De Parthis Imperatores ambo triumphant. Capitolinus.	6	II	919	914

Per. Iul ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp	Vrbis cond.	Æra Nab.
4880 8 16 E	4150	167	212	*L. Aurelius Verus.* *Aniceti* *T. Numidius Quadratus.* *3.* Polycarpus & Pionius in Aſia fecêre martyrium. Euſeb. Chron. & lib. IV Hiſt. cap. XV. Athenæus Dipnoſophiſtarum ſcriptor claruit.	7	III	920	915
4881 9 17 DC	4151	168	213	*L. Vettius Paullus.* *Aniceti* *T. Iunius Montanus.* *4.* Lues multas prouincias vexauit. Capit. in Marco. Hieroni Antiocheno ſucceſſit Theophilus; qui ad Autolycum ſcripſit. Euſeb. lib. IV Hiſt. cap. XXIII. Heron. de Script. Qui cùm aduerſus Hermogenem hæreticum ſcripſiſſe eundem aſſerat; oportet eodem tempore hæreticum illum vixiſſe.	8	IV	921	916 Iulij 12.
4882 10 18 B	4152	169	214	*Soſius Priſcus.* *Aniceti* *M. Aurelius* *Q. Cœlius Apollinaris.* *5.* *ſolus imperat.* Marcomanicum bellum hoc anno ſuſceptum eſt: ad quod cùm ambo Impp. profecti eſſent; L. Verus apoplexia correptus inter Concordiam, & Altinum obiit. Marcus ad eius procurandum funus Romam reuerſus eſt. Capitol. & Euſebij Chron.	9	Ol. 237	922	917
4883 11 19 A	4153	170	215	*Clarus.* *Aniceti* *Cethegus.* *6.* Melito Sardenſis Epiſcopus pro Chriſtianis apologiam edidit. Euſ. Chron. & lib. V Hiſt. cap. XXV. Eodem tempore & Apollinaris Hierapolitanus, & Miltiades pro Chriſtianis ſcripſerunt: & Praytus Gnoſiæ, ac Philippus Gortynæ Epiſcopi. tùm Dionyſius Corinthi Epiſcopus. Hieron. de Script.	10	II	923	918
4884 12 1 G	4154	171	216	*L. Septimius Serenus II.* *Aniceti* *Herennianus.* *7.* Tatianus Iuſtini diſcipulus hæreſis Encratitarum author agnoſcitur. Euſ. Epiphanius.	11	III	924	919
4885 13 2 FE	4155	172	217	*Claudius Maximus.* *Aniceti* *Cornelius Scipio Orfitus.* *8.* Bardeſanes hæreſis nouæ conditor: tùm Ptolemæus Valentini diſcipulus hoc tempore vixerunt. Sed & Oppianus poëta Cilix. Euſeb. & alij.	12	IV	925	920 Iulij 11.
4886 14 3 D	4156	173	218	*Claudius Seuerus.* XIII *Soteris* *Claudius Pompeianus.* *1.* Anicetus Papa martyrio coronatur Apr. XVII, cùm ſediſſet annos VII, M. IX ferè. Poſt XVII dies creatus eſt Soter Fundis in Campania oriundus. S. Felicitas cum VII filiis Romæ paſſa. ipſa quidem XXIII Nouemb. at eius liberi X Iulij. Martyr. Rom.	13	Ol. 238	926	921
4887 15 4 C	4157	174	219	*Gallus.* *Soteris* *Flaccus.* *2.* Hoc anno Marcus Imper. cùm aduerſus Quados in eorum regione bellum gerens ſiti cum exercitu premeretur, Chriſtianorum precibus pluuiam, ac ſubinde victoriam admirabiliter obtinuit. Euſ. Chron & lib. V Hiſt. cap. V. Xiphilinus è Dione.	14	II	927	922
4888 16 5 B	4158	175	220	*Calpurnius Piſo.* *Soteris* *M. Saluius Iulianus.* *3.* Auidius Caſſius falſo nuncio de Marci obitu accepto tyrannidem arripit: ac poſt tres menſes occiditur. Volcatius Gallus.	15	III	928	923
4889 17 6 AG	4159	176	221	*T. Vitraſius Pollio.* *Soteris* *M. Flauius Afer.* *4.*	16	IV	929	924 Iulij 10.

M. Aurelius in Orientem proficiſcitur vnà cum Fauſtina coniuge, & filio Commodo. Fauſtina ad radices Tauri montis ſubito morbo periit. Imperator in Italiam rediens Athenas venit, & ibi Cereris templum ingreſſus eſt. Poſteà in itinere Commodum Imperatorem facit. Lampridius Commodo.

Per.Iul	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4890 18 7 F	4160	177	222	*L. Aurelius Commodus Imper.* XIV *Eleutheri* *Plautius Quinctillus.* 1.	17	Ol. 239	930	925

Ingraueſcente perſecutione multi pro Chriſto martyres occiſi ſunt. Illuſtres fuêre præ cæteris Lugdunenſes. in quibus Photinus Epiſcopus, Attalus, Alexander medicus, Blandina. Euſ. v Hiſt. cap. 11.

M. Aurelius cum Marcomanis, Hermunduris, Sarmatis, & Quadis triennale bellum ſuſcepit. Capit.

Atenagoras Athenienſis Philoſophus pro Chriſtianis ad Impp. legationem obiit.

Eodem anno Soter cùm ſediſſet annos IV martyrio coronatus eſt Apr. XXII. cui poſt dies XI ſuffectus eſt decimus quartus à Petro Eleutherus patria Nicopolitanus. ad quem Lugdunenſes martyres legatum miſerunt Irenæum. Euſ. v Hiſt. cap. III & IV.

Per.Iul	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4891 19 8 E	4161	178	223	*Vettius Rufus.* *Eleutheri* *Cornelius Scipio Orfitus.* 2.	18	II	931	926

S. Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus hoc anno factus eſt. Euſeb. lib. v, cap. VI. Hieron. de Script.

Per.Iul	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4892 20 9 D	4162	179	224	*L. Aurelius Commodus II.* *Eleutheri* *Veſpronius Candidus Verus.* 3.	19	III	932	927

Montanus cum Priſcilla, & Maximilla inſanis fœminis hæreſi κατὰ Φρύγας initium dedêre. Epiphanius.

Per.Iul	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4893 21 10 CB	4163	180	225	*Bruttius Preſens II.* *Eleutheri* *Sex. Quinctilius Condianus.* 4. XVIII *Cōmodi Imp.*	20 1	IV	933	928 Iulij 9.

M. Aurelius Imperator in Pannonia moritur, cùm imperaſſet annos XIX, dies XI. ex iiſque IX circiter annos cum L. Vero. Succeſſit Commodus patri diſſimillimus, ac longè peſſimus. Huius concubina Martia Chriſtianorum ſtudioſa fuiſſe dicitur. Ideo veriſimile eſt inhibitam ab ea fuiſſe perſecutionem. Xiphilinus. Capitol. Herod. 1.

Agrippino Alexandriæ Epiſcopo, poſtquam XII ſediſſet annos, mortuo ſucceſſit Iulianus. Floruit hoc tempore Pantænus vir eruditiſſimus, Clementis Alexand. præceptor: qui catecheſibus ſacris præfuit, ex Stoico Chriſtianus. Is propagandæ religionis deſiderio ſucenſus in Indiam perrexit. Euſ. v Hiſt. cap. X.

Per.Iul	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4894 22 11 A	4164	181	226	*L. Aurelius Commodus Imp. III.* *Eleutheri* *Antiſtius Burrhus.* 5.	2	Ol. 240	934	929

Commodus rebus cum Germanis compoſitis Romam reuerſus triumphauit. Lamprid. Herodianus 1. Xiphil.

Theodotio Ponticus genere ex Marcionita Iudæus hoc tempore vixit. qui ſacras literas Græcè interpretatus eſt. Epiph. de menſ. & pond.

Iſidis ſacra à Romanis recepta. quibus & Commodus initiatus eſt. Lamprid.

Per.Iul	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4895 23 12 G	4165	182	227	*Petronius Mamertinus.* *Eleutheri* *Trebellius Rufus.* 6.	3	II	935	930

Templum Serapidis Alexandriæ incenſum. Euſ. Iulius Pollux hoc tempore floruit.

Per. Iul ✳ ☉	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp	Vrbis cond.	Æra Nab.
4896 24 13 F	4166	183	228	*L. Aurelius Commodus* IV. *Eleutheri* *M. Aufidius Victorinus.* 7. Graue bellum in Britannia conflatum; quod Vlpius Marcellus confecit. Capitol. Xiphil.	4	III	936	931
4897 25 14 E D	4167	184	229	*M. Marcellus. Eleutheri* *M. Papirius Ælianus.* 8.	5	IV	937	932 Iulij 8.
4898 26 15 C	4168	185	230	*Triarius Maternus. Eleutheri* *M. Atilius Bradua.* 9. Aduerſus Commodum ſoror eius Lucilla, quæ Pompeiano nupſerat, cum aliis pleriſque conſpirauit. Sed detectâ coniuratione, omnes interfecti ſunt. cui quæſtioni Perennis Præfectus Prætorio præfuit. Herod. I. Xiphil. Lamprid. Origenes hoc anno naſcitur. Vide annum Chriſti 202.	6	Ol. 241	938	933
4899 27 16 B	4169	186	231	*L. Aurelius Commodus Imp.* V. *Eleutheri* *M. Acilius Glabrio.* 10.	7	II	939	934
4900 28 17 A	4170	187	232	*Clodius Criſpinus. Eleutheri* *Papirius Ælianus.* 11. Apollonius Senator Chriſtianæ religionis accuſatus orationem ad Senatum habuit: cuius ſententia ſecuri percuſſus eſt. Martyr. Rom. Euſ. V Hiſt. cap. XX. Perennis Præf. Præt. contra Commodum conſpirans ab eodem interficitur. Exinde Præfecti Præt. conſtituti duo. Herodianus I.	8	III	940	935
4901 1 18 G F	4171	188	233	*C. Allius Fuſcianus. Eleutheri* *Dullius Silanus.* 12. Capitolium de cælo tactum, & bibliothecæ ſuccenſæ. Euſeb. Maternus gregarius milites collecta manu Hiſpanias, Galliáſque populatur. Demùm in Italiam veniens, cùm per Matris Deorum fêſtum Commodum opprimere ſtatuiſſet, re comperta occiſus eſt. Hero. I. Ingens in Italia peſtis graſſata eſt. per quam cùm ſeceſſiſſet Commodus, contra Cleandrum ſeditio popularis exarſit. cuius per Fadillam ſororem admonitus Imperator Cleandrum interemit. Herod. I. Xiphil.	9	IV	941	936 Iulij 7.
4902 2 19 E	4172	189	234	*Iulius Silanus. Eleutheri* *Q. Seruilius Silanus.* 13. Alexandriæ XI Epiſcopus creatur Demetrius, præfuitque annis XLIII. Euſeb.	10	Ol. 242	942	937
4903 3 1 D	4173	190	235	*L. Aurelius Commodus Imper.* VI. *Eleutheri* *Petronius Septimianus.* 14.	11	II	943	938
4904 4 2 C	4174	191	236	*Caſſius Apronianus. Eleutheri* *M. Atilius Metilius Bradua* II. 15. Incendio Romæ facto Palatium, & ædes Veſtæ, plurimáque pars Vrbis euerſa. Magnifica Romæ ſpectacula præbuit Imper. quibus multas feras ſagittis confecit. Herod. I. Xiphil. Lamprid.	12	III	944	939
4905 5 3 B	4175	192	237	*L. Aurel. Commodus Imp.* VII. *Eleutheri* XV *Victoris* *P. Heluius Pertinax.* 16. I. Eleutherus Papa, cùm ſediſſet annos XV, dies XXIII, moritur VII Kal. Iunij. cui poſt dies V ſubrogatus eſt Victor natione Afer. Hoc anno Commodus Imperator prid. Kal. Ian. occiſus eſt conſpiratione Martiæ pellicis, Læti, & Ele-	13	IV	945	940 Iulij 6.

ѐti cubiculariorum. Herod. I. Xiphil. Lamprid.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4906 6 4 G	4176	193	238	I	Ol. 243	946	941

Q. Soſius Falco. *Victoris* XIX *Pertinax* XXI *Seuerus.*
C. Iulius Clarus. 2. XX *Did. Iulian.*

Ineunte anno Pertinax Imperator à Læto, & Electo factus eſt. qui cùm menſibus 2, diebus 28 imperaſſet, à militibus occiditur. à quibus Didius Iulianus pactione pecuniæ principatum obtinuit. Sed idem poſt menſes 2 dies 5 interficitur. Interim L. Septimius Seuerus in Pannonia, & Peſcennius Niger in Syria, Clodius Albinus in Britannia imperium vſurparunt. Seuerus rerum potitus primùm milites, à quibus occiſus erat Pertinax, exauthorauit. tùm Albinum Cæſaris oblata dignitate ſibi conciliauit. Inde contra Nigrum profectus eſt. Herod. lib. 2. Xiphil. Capitol. Spart.

Hoc tempore Clemens Alexandrinus floruit.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4907 7 5 F	4177	194	239	2	II	947	942

L. Septimius Seuerus II. *Victoris*
Clodius Albinus 3.

Seuerus cum Nigro in Oriente bellum gerit, ac vincit. Niger Antiochiam fuga dilapſus; eáque capta, ad Euphratem properans occiditur. Herod. III. Xiphil. At Spartianus haud procul Cyzico obtruncatum eſſe ſignificat. Victor Papa Theodotum coriarium Byzantinum hæreticum ab Eccleſia eiicit. Euſ. lib. V, cap. XXVII.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4908 8 6 E	4178	195	240	3	III	948	943

Q. Flauius Tertullus. *Victoris*
T. Flauius Clemens. 4.

Seuerus Byzantium, quod Nigri partes pertinacius fouebat, triennio obſidet. Xiphil. Herodianus.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4909 9 7 DC	4179	196	241	4	IV	949	944 Iulij 5.

Cn. Domitius Dexter II. *Victoris*
L. Valerius Meſſalla Priſcus. 5.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4910 10 8 B	4180	197	242	5	Ol. 244	950	945

Ap. Claudius Lateranus. *Victoris*
M. Marius Rufinus. 6.

Byzantini tandem coacti deditionem faciunt; cùm Seuerus in Meſopotamia eſſet, & contra barbaros pugnaret. Ciuitati ergo libertatem abſtulit; muros euertit, eámque Perinthiis contribuit. Poſtea reuerſus in Italiam de opprimẽdo Albino cogitauit. quem primùm inſidiis aggreſſus, palã deinde bello appetiit. Dum aduerſus eum contendit, in itinere Baſſianum filium Cæſarem facit, & Antoninum vocat. Herod. III. Xiphil.

Narciſſus Hieroſolymorum Epiſcopus, Polycrates, & Bacchylides Aſiani Epiſcopi florent. Euſ. Chron.

Orta de Paſchatis celebritate controuerſia, Romæ à Victore Papa concilium celebratur: à Theophilo verò Cæſareæ, ex mandato Victoris. Ab iis catholicus obeundi Paſchatis ritus ſancitus eſt. Victor porro cùm Aſianos Epiſcopos à communione ſegregare vellet, Irenæus illum ab incœpto deterruit. Euſeb. V Hiſt. cap. XXIV, XXV.

Iudaicum & Samariticum bellum hoc anno contigiſſe notat Euſebij Chron.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4911 11 9 A	4181	198	243	6	II	951	946

Ti. Aterius Saturninus. *Victoris*
C. Annius Trebonius Gallio. 7.

Numerianus Grammaticus incertum quo inſtinctu Roma in Gallias profectus, ac Senatorem ſe eſſe,

& à Seuero miſſum ſimulans, collecta manu cum Albini copiis confligit: multíſque rebus ſtrenuè perpetratis, ad Seuerum etiam ſeptingenties HS miſit. Idem poſt victoriam Seueri ad eum veniens nihil aliud quàm quotidianum victum ab illo petiit, quo rure degens vitam ſuſtentabat. Xiphilinus.

Seuerus in Galliam veniens ad Lugdunum cum Albini exercitu pugnauit: ac cæſis vtrinque plurimis, ipſóque inter alios Albino, rerum potitus eſt. Vrbs direpta, & incenſa. Caput Albini Romam miſſum, & ſuſpenſum. Secundum victoriam in amicos, & fautores Albini crudeliſſimè ſæuiit. Herod. III. Xiphil. Spart.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4912 12 10 G	4182	199	244	7	III	952	947

P. Cornelius Anulinus. *Victoris*
M. Aufidius Fronto. *8.*

Seuerus Antoninum filium ex Senatuſ-conſulto creauit Imperatorem: atque ad conciliandum ſibi populum magnificētiſſimos ludos edidit, ac congiarium eidem, militibus donatiuum dedit. Vnde natum Tertulliano ſcribendi de Corona militis argumentum. Herod. III. Xiphil. Spart.

Herodianus ſignificat vtrumque Seueri filium participem imperij, & αὐτοκράτορα factum eſſe. Sed Spartianus Getam nonniſi Cæſarem creatum aſſerit. quod & probabilius videtur.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4913 13 11 FE	4183	200	245	8	IV	953	948 Iulij 4.

Ti. Claudius Seuerus. *Victoris*
C. Aufidius Victorinus. *9.*

Seuerus in Orientem contra Parthos expeditionem duxit, relicto in Vrbe Plautiano populari ſuo, cui multum tribuebat, eiúſque filiam Baſſiano filio deſponderat. Parthos, Adiabenos, & Arabas deuicit. Cteſiphontem cepit, ac diripuit. Herod. III. Xiphil. Spart.

Perſecutionis velitatio quædam in Africa fuit Præſide Saturnino. Tertul. ad Scap. cap. II.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4914 14 12 D	4184	201	246	9	Ol. 245	954	949

L. Annius Fabianus. *Victoris* XVI *Zephyrinus.*
M. Nonius Mucianus. *10.* *1.*

Victor Pontifex die XXVIII Iulij martyrio coronatur, cùm ſediſſet annos IX, menſes 2. Poſt dies XI ſuffectus eſt Zephyrinus patria Romanus.

Scapula Proconſul Chriſtianos in Africa vexat, antequam à Seuero datum in illos eſſet edictum. Tert.

Seuerus Alexandriam veniens ius ei buleutarum dedit: cùm hactenus, vno iudice, vti quondam ſub regibus, contenti fuiſſent, quem Cæſar dediſſet. Xiphil.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4915 15 13 C	4185	202	247	10	II	955	950

L. Septimius Seuerus Imp. III. *Zephyrini*
M. Aurelius Antoninus Imp. *2.*

Seuerus congiarium populo dedit; Prætorianiſque militibus viritim denos aureos. Quam in rem bis millies ſeſtertiûm inſumpſit. Nuptiæ Antonini filij Seueri, & Plautillæ Plautiani filiæ celebratæ. Is tantum filiæ dedit, quantum reginis quinquaginta ſatis eſſet. Xiphil.

QVINTA PERSECVTIO.

Contra Chriſtianos noua perſecutio commota, præſertim Alexandriæ, & in Ægypto, Læto Præfecturam obtinente. Nam Iudæos fieri ſub graui pœna vetuiſſe,

Per. Iul. ✱ ☉	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				& idem etiam de Chriſtianis ſanxiſſe refert Spartianus. Paſſus eſt tùm Leonides pater Origenis, cùm hic XVII non plenos annos ætatis exegiſſet, ac martyrij deſiderio flagraret. Euſ. VI Hiſt. c. III, & in Chron. Paſſus eſt & Lugduni S. Irenæus. Iudas Chriſtianus ſcriptor in Danielis hebdomadas commentarium ſcribens in hunc annum deſiit. Euſ. lib. VI, cap. VII.				
4916 16 14 B	4186	203	248	*P. Septimius Geta Cæſar.* *Zephyrini* *L. Septimius Plautianus.* *3.*	11	III	956	951
4917 17 15 AG	4187	204	249	*L. Fabius Cilo.* *Zephyrini* *M. Annius Libo.* *4.* Ludi ſæculares Romæ celebrati. Zoſimus lib. 2. Cenſorinus. Plautianus Præf. Prætorio contra Imperatores conſpirans occiditur: ac multi deinceps, qui illi fauerant, è medio ſublati. Herod. 3. Xiphil. Spart.	12	IV	957	952 Iulij 3.
4918 18 16 F	4188	205	250	*Imp. M. Aurelius Antoninus II.* *Zephyrini* *P. Septimius Geta Cæſar.* *5.* Tertullianus in Africa; Clemens Alexandrinus in Ægypto inſignes habentur.	13	Ol. 246	958	953
4919 19 17 E	4189	206	251	*M. Nummius Annius Albinus.* *Zephyrini* *Fuluius Æmilianus.* *6.* Origenes ſeipſum caſtrauit. Euſeb. lib. VI, cap. VII. Bulas quidam latro in Italia Seuerum mirè ludificatur biennio toto, ac demum dolo capitur. Xiphil.	14	II	959	954
4920 20 18 D	4190	207	252	*M. Flauius Aper.* *Zephyrini* *Q. Allius Maximus.* *7.* Tertullianus contra Marcionem ſcribit. Tertul. 1. con. Marc. cap. XV. Minucius Felix Romæ cauſas agens Dialogum pro Chriſtiana religione edidit. Seuerus in Britanniam cum filiis proficiſcitur. Herod. lib. III. Xiphil.	15	III	960	955
4921 21 19 CB	4191	208	253	*M. Aurelius Antoninus III.* *Zephyrini* *P. Septimius Geta Cæſar II.* *8.* Onufrius Getam hoc anno Auguſtum appellatum eſſe, ac Tribunitia poteſtate donatum confirmat ex numorum inſcriptionibus, in quibus legitur, *Imp. Cæſar P. Septimius Geta Pius Aug. Pont. Trib. Pot.* II, *Coſ.* II. & mox: Trib. Pot. III, coſ. II. Sed nihil neceſſe eſt hoc potiùs anno, quàm ſequentibus illud ei contigiſſe. Circa hoc tempus Tertullianum librum de Pallio ſcripſiſſe ex Cap. 2. colligunt.	16	IV	961	956 Iulij 2.
4922 22 1 A	4192	209	254	*Ti. Claudius Pompeianus.* *Zephyrini* *Lollianus Auitus.* *9.* Seuerus in Britannia proſperè bellum gerit, ac muro per tranſuerſam inſulam ducto eam muniit. Spart.	17	Ol. 247	962	957
4923 23 2 G	4193	210	255	*M. Acilius Fauſtinus.* *Zephyrini* *C. Cæſonius Macer Rufinianus.* *10.* Antoninus patrem interficere aliquoties aggreſſus eſt. Ideo Seuerus mœrore contabeſcit. Herod. Xiphil.	18	II	963	958
4924 24 3 F	4194	211	256	*Q. Epidius Rufus Lollianus.* *Zephyrini* XXII *Antoninus* *Pomponius Baſſus.* 11. *Caracalla.* Seuerus moritur Eboraci prid. Non. Febr. cùm imperaſſet annos XVII, M. VIII, D. III. Xiphil. Moriens VII annorum canonem reliquit: adeo vt	1	III	964	959

quotidiana LXXV M. modiorum expendi poſſent. olei verò, vt per quinquennium toti Italiæ ſufficeret. Corpus è Britannia Romam delatum. Spart.

Mortuo Seuero ſtatim Antoninus medicos occidi iuſſit, quòd ſibi obtemperando patrem interficere noluiſſent; tum pleróſque alios neci dedit. Herod. lib. III.

4925 25 4 ED | 4195 | 212 | 257 || 2 | IV | 965 | 960 Iulij 1.

M. Pompeius Aſper. Aſper. — *Zephyrini 12.*

Antoninus Getam fratrem ſuum in matris gremio interficit V Kal. Mart. annum agentem XXII, menſem IX. Poſt hæc XX M. circiter eorum, qui Getæ fauerant, occidit. Papinianum quoque Iuriſ-conſultum, quòd fraternam illam necem excuſare nollet, è medio ſuſtulit. Spart.

4926 26 5 C | 4196 | 213 | 258 || 3 | Ol. 248 | 966 | 961

M. Antoninus Caracalla Aug. IV. P. Cœlius Balbinus II. — *Zephyrini 13.*

Antoninus ad Iſtrum, & Septentrionales imperij tractus proficiſcitur. Alexandrum M. idem præcipuè veneratus eſt. Herod. IV.

4927 27 6 B | 4197 | 214 | 259 || 4 | II | 967 | 962

Silius Meſſalla. Q. Aquillius Sabinus. — *Zephyrini 14.*

Circa hæc tempora Tertullianus in Montani dogma lapſus eſt.

4928 28 7 A | 4198 | 215 | 260 || 5 | III | 968 | 963

Æmilius Lætus. Anicius Cerealis. — *Zephyrini 15.*

Tertullianus librum de Monogamia iam Montani imbutus errore ſcripſit annis CLX poſtquam Paulus primam ad Corinthios dedit. Tertul. de Monogamia cap. III.

Agrippinus Carthaginienſis Epiſcopus his temporibus Concilio habito decreuit hæreticos denuò baptizandos eſſe. Aug. II de Bapt. con. Don. cap. VII, & VIII.

Antoninus Antiochia profectus Alexandriam venit. vbi honorificè ſuſceptus immiſſis copiis ſuis promiſcuam multitudinem occidit, quòd in ipſum aliquando dicta ieciſſent. Pòſt Antiochiam rediit. Herod. IV. Spart.

4929 1 8 GF | 4199 | 216 | 261 || 6 | IV | 969 | 964 Iunij 30.

Q. Aquilius Sabinus. Sex. Cornelius Anullinus. — *Zephyrini 16.*

Antoninus Artabanum Parthorum regem fraude circumuenit, & populato eius regno in Meſopotamia conſtitit. Herod. IV. Xiphil.

4930 2 9 E | 4200 | 217 | 262 || 7 1 | Ol. 249 | 970 | 965

Brutius Præſens. Extricatus. — *Zephyrini 17.* — XXIII *Macrinus.*

Antoninus Imp. ab Opilio Macrino per Martialem centurionem occiditur inter Edeſſam, & Carras, VI Id. Apr. Vixit annos XXIX, vt ait Dio. at Spartiano XLIII. Imperauit poſt mortem patris annos VI, M. II. Succedit Opilius Macrinus.

Epiphan. lib. de Menſuris teſtatur anno ſeptimo Antonini Hierichunte V editionem in dolio repertam.

4931 3 10 D | 4201 | 218 | 263 || 2 1 | II | 971 | 966

Anton. Diadumenianus Macrini F. Cæſar. Aduentus. — *Zephyr. 18.* — XXIV *Alagabalus*

Macrinus VII Id. Iun. à militibus perimitur, cum Diadumeniano filio, cùm imperaſſet annum I, M. II.

Succeſſit

Succeſſit Antoninus Alagabalus perditiſſimus Imperator. Xiphil. Herod. Lamprid.

4932 4 11 C | 4202 | 219 | 264 — *M. Aurelius Antonin. Aug. II. Zephyr. XVII Calliſti* — 2 | III | 972 | 967
Sacerdos. 19. I.

Zephyrinus Papa cùm ſediſſet annos XVIII, dies totidem, moritur Auguſti XXVI. Poſt hunc ſedit Calliſtus.

Alagabalus Romam rediens Deum ſuum cognominem intulit, eique templum condidit. Herod. lib. V. Lampridius.

4933 5 12 BA | 4203 | 220 | 265 — *M. Aurelius Antoninus Aug. III. Calliſti* — 3 | IV | 973 | 968 Iunij 29.
M. Aurelius Eutychianus Comazon. 2.

Iulius Africanus legationem ad Imperat. ſuſcipit pro inſtauranda Nicopoli in Palæſtina, quæ & Emmaus. Euſeb.

4934 6 13 G | 4204 | 221 | 266 — *Annius Gratus. Calliſti* — 4 | Ol. 250 | 974 | 969
Claudius Seleucus. 3.

Antoninus Imper. Alexandrum Mammææ filium patruelem ſuum adoptat, & Cæſarem appellat. Herod. V. Xiphil. Lamprid.

4935 7 14 F | 4205 | 222 | 267 — *M. Aurelius Antoninus Aug. IV. Calliſti* XXV *Alexander.* — I | II | 975 | 970
M. Aurel. Seuerus Alexander Cæſar. 4

Alagabalus cum matre Iulia militari tumultu occiſus eſt, & in Tiberim proiectus VI Eid. Mart. anno ætatis XVIII. Imperauit annos III, M. IX. Huic ſucceſſit Alexander princeps optimus, qui Apollonium Tyaneum, Chriſtum, Abraamum, Orpheum in larario ſuo quotidie coluiſſe dicitur. Itaque Chriſtianos eſſe paſſus eſt. Quin & Chriſto templum facere voluit. eúmque Deos inter recipere. quod & Adrianus cogitaſſe fertur. qui templa in omnibus ciuitatibus ſine ſimulacris iuſſerat fieri. Iudæis quoque priuilegia reſeruauit. Lamprid. Alexandro.

Permiſit idem Iudæis vt in Palæſtina degerent, ac Præfectum loco regis haberent, qui ius illis diceret. Origenes de Suſanna ad Africanum. Nonnullæ tamen hoc Imperatore cædes Martyrum extiterunt: quæ conſiliariis eius adſcribendæ ſunt. Vtebatur enim conſilio Vlpiani, Pomponij, Celſi, Modeſtini, Paulli, Proculi, Venuleij, & aliorum, qui Chriſtianos oderant. Lamprid.

Hoc anno Hippolytus Portuenſis Epiſcopus Canonem Paſchalem inchoauit. Vide lib. II cap. LX.

4936 8 15 E | 4206 | 223 | 268 — *Maximus. Calliſti* — 2 | III | 976 | 971
Papirius Ælianus. 5.

4937 9 16 DC | 4207 | 224 | 269 — *Claudius Iulianus. Calliſti* XVIII *Vrbanus* — 3 | IV | 977 | 972 Iunii 28.
Claudius Criſpinus. 6. I.

Calliſtus Papa prid. Eid. Oct. martyrium adeptus eſt, cùm ſediſſet annos V, M. I, D. XII. Succeſſit Vrbanus patria Romanus, cùm vacaſſet Pontificatus VI dies.

4938 10 17 B | 4208 | 225 | 270 — *L. Turpilius Dexter. Vrbani* — 4 | Ol. 251 | 978 | 973
M. Mæcius Rufus. 2.

Alexander optimis legibus Remp. conſtituit. Mathematicos Romæ profiteri publicè permittit. Lamprid.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4939 11 18 A	4209	226	271	*M. Aurelius Seuerus Alexander Imp. II.* *Vrbani* *C. Quinctilius Marcellus.* *3.* Thermæ Alexandrinæ Romæ ædificatæ. Euſeb.	5	II	979	974
4940 12 19 G	4210	227	272	*Cælius Balbinus* II. *Vrbani* *M. Clodius Pupienus.* *4.* Ambo iſti Coſſ. Auguſti poſteà fuerunt. Geminianus preſbyter Antiochiæ, & Hippolytus, ac Beryllus Epiſcopus Arabiæ Boſtrenus clari Scriptores habentur. Euſeb. Chron.	6	III	980	975
4941 13 1 FE	4211	228	273	*Vettius Modeſtus.* *Vrbani* *Probus.* *5.* Phileto Epiſcopo Antiocheno vita functo ſuccedit Zebennus. Euſeb. Chron. Origenes negotij cuiuſdam Eccleſiaſtici gratia per Palæſtinam profectus in Græciam Cæſareæ preſbyter ordinatus eſt. Euſeb. VI Hiſt. cap. XIX.	7	IV	981	976 Iunij 27.
4942 14 2 D	4212	229	274	*Alexander Seuerus Imp.* II. *Vrbani* *Caßius Dio.* *6.* Hic eſt ille Dio, qui Romanam hiſtoriam ſcripſit.	8	Ol. 252	982	977
4943 15 3 C	4213	230	275	*Calpurnius Agricola.* *Vrbani* *Clementinus.* *7.* Origenes Alexandriæ à Demetrio Epiſcopo vexatur. Euſeb. VI Hiſt. Cæcilia virgo Romana, Tiburtius, Valerianus, Maximus viri nobiles pro Chriſto mortem oppetierunt. Martyr. Rom.	9	II	983	978
4944 16 4 B	4214	231	276	*Ti. Claudius Pompeianus.* XIX *Pontianus* *Felicianus.* *I.* Vrbanus Papa martyrio afficitur, cùm ſediſſet annos VI, M. VII, D. IV. Obiit autem Mai XXV. Poſtquam ſedes vacauit diebus XXX, creatus eſt Pontianus. Origenes anno X Alexandri Cæſaream confugit, Alexandria, ſcholâque, cui Heraclam præfecit, relictis. Paulo pòſt Demetrius Alexandrinus Epiſcopus moritur, cui idem ille Heraclas ſucceſſit. Quo tempore Firmilianus Cæſareæ in Cappadocia, & Alexander Hieroſolymorum, Theoctiſtus Cæſareæ in Palæſtina Epiſcopi erant Origenis ſtudioſiſſimi. Euſ. VI Hiſt. cap. XX. Per id tempus Origenes creditur Hexapla ſua compoſuiſſe; nec non Octapla, de quibus accuratè diſſerit Epiphanius lib. de Menſ. & Pond. & nos ad illum librum. vbi & ſeceſſum Tyrium annorum XXVIII refellimus. Floruit & Theodorus, qui Gregorius appellatus eſt cognomento Thaumaturgus: & eius frater Athenodorus Origenis diſcipuli. Euſ. VI Hiſt. cap. XXIII. Africanus quoque vixit eodem tempore; qui ad viſendum Heraclam Alexandriam profectus eſt; vt refert Euſebius.	10	III	984	979
4945 17 5 AG	4215	232	277	*Iulius Lupus.* *Pontiani* *Maximus.* *2.* Ammonius Chriſtianus Philoſophus Platonicam Philoſophiam Alexandriæ profitetur: cuius auditor annis XI fuit Plotinus Lycopolitanus. Porphyrius in Plotino.	11	IV	985	980 Iunij 26.

Per. Iul ☀ ⊙	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4946 18 6 F	4216	233	278	*Maximus II. Pontiani* *Ouinius Paternus. 3.* Artaxerxes Perſa cùm Parthos tribus prælijs ſuperaſſet, & Artabanum eorum regem interfeciſſet, Perſarum in Oriente inſtaurauit imperium. Ad hunc Romanorum finibus imminentem cùm Alexander Imperator literas dediſſet, is ſuperbè contempſit. Herod. VI.	12	Ol. 253	986	981
4947 19 7 E	4217	234	279	*Maximus. Pontiani* *Vrbanus. 4.* Alexander contra Perſas profectus Artaxerxem deuicit: qui cum DCC elephantis, falcatis curribus MDCCC ad pugnam venerat. Romam deinde reuerſus triumphauit VII Kal. Octob. Ita Lampridius ex actis Senatus: vbi & obſeruat Herodianum longè aliter memoriæ prodidiſſe: nimirum Alexandrum exercitum amiſiſſe. In Mauritania quoq; Tingitana res acta feliciter per Iulium Celſum; & in Illyrico per Varium Macrinum; atque in Armenia per Iunium Palmatum. Lamprid. Pontianus Papa ab Alexandro Imp. relegatur in Sardiniam. Martyrol. Roman.	13	II	987	982
4948 20 8 D	4218	235	280	*L. Catilius Seuerus. Pontiani* XX *Anteri* XXVI *Imp.* *L. Ragonius Vrinatius. 5. 1. Maximinus.* Alexander contra Germanos expeditione facta paucis à militibus cum matre in Gallia perimitur, vico cui Sicilia nomen, XV Kal. Apr. Vixit annos XXIX, M. III, D. VII. imperauit annos XIII, D. IX. Lamprid. Herod. VI. qui Maximinum ait imperium vſurpaſſe primùm: deinde Alexandrum cum matre ſua necaſſe; in quo à Lampridio diſcrepat. Viceſimus itaque ſextus Imperator Maximinus hoc anno cœpit, Gotho patre, Alana matre natus. quem primum ex militari corpore ſine Senatus authoritate ab exercitu imperatorem eſſe factum ſcribit Eutrop. lib. IX. Hic confecto proſperè bello Germanico Sirmij traduxit hiemem; dirè interea per Præfectos ſuos in Vrbe graſſatus. Herod. VII. Capitol. SEXTA PERSECVTIO. In ea perſecutione Pontianus Rom. Pontifex XIX Nouemb. paſſus eſt, cùm ſediſſet annos IV, M. VI fere. Poſt XIII dies ſuffectus eſt Anterus natione Græcus.	14 1	III	988	983
4949 21 9 CB	4219	236	281	*C. Iulius Maximinus Aug.* XXI *Fabiani* *C. Iulius Africanus. 1.* Gordiani ambo, pater, & filius Carthagine imperium vſurpant. Qua re accepta, Romani authore Senatu à Maximino deficiunt; & legati vbique miſſi, qui in Senatus poteſtate prouincias continerent. Vitalianus Præfectus Prætorio, Sabinus Vrbi præfectus interfecti. Senatus XX viros ad tuendam Remp. delegit. Lampr. Herod. VII. Anterus Papa cùm paulo plus vno menſe Pontificatum tenuiſſet, martyrio afficitur. III Non. Ian. Poſt dies XIII creatus eſt Fabianus patria Romanus.	2	IV	989	984 Iunij 25.
4950 22 10 A	4220	237	282	*P. Titius Perpetuus. Fabiani* XXVII *Imperatores* *L. Ouinius Ruſticus. 2. Cælius Balbinus.* *Pupienus Maximus.*	3 1	Ol. 254	990	985

Per. Iul. ☉	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				Gordiani ambo, poſtquam in Africa annum circiter vnum, ac dies aliquot imperarunt, à Capeliano Maximi duce perempti ſunt. Senatus Maximum Pupienum, & Balbinum delegit. Maximinus dum Aquileiam obſidet, à militibus vnà cum filio interficitur. Herod. VIII. Solis defectio contigit Apr. XII, hora 4, 51′ poſt meridiem, feria IV. fuitque digitorum 10; cuius meminit Capitolinus. Vide lib. XI, cap. XXIV.				
4951 23 11 G	4221	238	283	*M. Vlpius Crinitus.* *Fabiani* XXVIII *Imperator* *Proculus Pontianus.* 3. *Gordianus.* Hic eſt annus ille, quo Cenſorinus librum ſuum commentabatur; quémque variis annorum titulis definit. qui adamuſſim cum noſtra Chronologia conſentiunt. Vide Cenſor. cap. XXI, pag. 47; & librum noſtrum IX, cap. XLII. Eclipſis Solis hoc anno facta Aprilis 2, hora 7, 25′ poſt mediã noctẽ Romæ: fuitq; digitorũ 8 ¼. L. XI, c. XXIV. Balbinus, & Pupienus vti populo accepti, ſic inuiſi militibus, ab iis occiduntur. Gordianus puer natus annos, vt alij volunt, XIII; vel, vt aliis placet, XVI, hoc anno ſolus imperare cœpit magno fauore ordinum omnium. Capitolinus.	I	II	991	986
4952 2 12 F	4222	239	284	*M. Antonius Gordianus Aug.* *Fabiani* *M. Acilius Auiola* II. 4. Mortuo Zebino Antiocheno Epiſcopo ſuccedit Babylas. Euſeb. VI Hiſt. cap. XXIII. Hoc anno Antiochiæ Gordianus fuiſſe videtur. Extat enim reſcriptum illius L. x. Ex. inc. corp. C. G. his Coſſ. Kal. Apr. Antiochiæ editum.	2	III	992	987
4953 25 13 E D	4223	240	285	*Vettius Sabinus* II. *Fabiani* *Venuſtus.* 5. Sabinianus in Africa contra Gordianum rebellans à Mauritaniæ præſide comprimitur. Capitolinus.	3	IV	993	988 Iunii 24.
4954 26 14 C	4224	241	286	*M. Antonius Gordianus Aug.* II. *Fabiani* *Ti. Claudius Pompeianus* II. 6. Papinianum Coſ. pro Pompeiano vocat Capitolinus. Gordianus Miſithei doctiſſimi, ac diſertiſſimi viri filiam duxit antequam contra Perſas proficiſceretur, qui Syriam populabantur. Capitol.	4	Ol. 255	994	989
4955 27 15 B	4225	242	287	*C. Aufidius Atticus.* *Fabiani* *C. Aſinius Prætextatus.* 7. Gordianus aperto Iano gemino cum ingentibus copiis contra Perſas tetendit. Iter habuit per Mœſiam, ac Thraciam: tùm Antiochiam adiit: Carras, Niſibin, aliáque oppida de Perſis recepit. quos in ſuam regionem compulit. Capitol.	5	II	995	990
4956 28 16 A	4226	243	288	*C. Iulius Arrianus.* *Fabiani* *Æmilius Papus.* 8. Miſitheus ſocer Gordiani dolo Philippi Arabis obiit. qui in illius locum Prætorio præfectus eſt. Capitol. Circa hæc tempora Beryllus Arabiæ Epiſcopus de Chriſti diuinitate haud rectè ſentiens ab Epiſcopis damnatus eſt. quem Origenes ad ſaniorem mentem reduxit. Euſeb. VI Hiſt. cap. XXV.	6	III	996	991
4957 1 17 GF	4227	244	289	*Peregrinus.* *Fabiani* XXIX *Imperator* *Fuluius Æmilianus.* 9. *Philippus.*	I	IV	997	992 Iunii 23.

Per. Iul ✻ ⊙	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				Gordianus hoc anno à Philippo præfecto Prætorij nefariè trucidatur. qui in eius locum Imperator factus eſt. Capitol.				
4958 2 18 E	4228	245	290	*M. Iulius Philippus Aug.* *Fabiani* *T. Fabius Titianus.* *10.* Philippus è Perſide Romam venit, pace cum Sapore conſtituta. Priſcum fratrem Syriacis exercitibus præfecit: Seuerianum generum Myſiæ, & Macedoniæ. Zoſimus 1.	2	Ol. 256	998	993
4959 3 19 D	4229	246	291	*Bruttius Præſens.* *Fabiani* *Nummius Albinus.* 11	3	II	999	994
4960 4 1 C	4230	247	292	*M. Iulius Philippus Aug.* II. *Fabiani* *M. Iulius Philippus Cæſar.* *12.*	4	III	1000	995
4961 5 2 B A	4231	248	293	*M. Iulius Philippus Aug.* III. *Fabiani* *M. Iulius Philippus Cæſar* II. *13.* Hoc anno ludi ſæculares editi ſunt: vt ex numis veteribus conſtat. Vide lib. XI, cap. XXV. Theatrum Pompeij incenſum, & hecatoſtylon. Euſ. Chron. S. Cyprianus Carthaginienſis Epiſcopus creatur mortuo Donato; vt ex eius epiſtola LV colligitur. S. Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus iniit hoc anno, ſeditque annos XVII. Euſeb.	5	IV	1001	996 Iunij 22.
4962 6 3 G	4232	249	294	*Fuluius Æmilianus.* *Fabiani* XXX *Imperator* *Vettius Aquilinus.* *14.* *Decius.* Hoc anno, cœpto iam imperij ſexto, Philippus ſenior Veronæ, iunior Romæ à militibus occiſi ſunt. Succeſſit Decius ex inferiore Pannonia oriundus. Eutrop. x. Aur. Victor.	6 1	Ol. 257	1002	997
4963 7 4 F	4233	250	295	*Decius Auguſtus.* *Fabiani* *Sedes* *Annius Maximus Gratus.* *15.* *vacat.* **SEPTIMA PERSECVTIO.** Decius ſeptimam in Chriſtianos perſecutionem commouet. Euſeb. Chron. & VI Hiſt. cap. XXXII. Oroſ. lib. VI, cap. XXI. Fabianus Papa in ea perſecutione martyrium obiit, Ianuarij XX, cùm ſediſſet annos XV. In eadem perſecutione Origenes tus obtulit. Epiph. Hær. LXIV. quem ad locum Animad. noſtras conſule. Paulus primus eremita in Thebaide perſecutionem deuitans, cùm in ſpeluncam veniſſet, ſolitariam vitam amplexus eſt. Hieron. in Paulo. Antonius monachus in Ægypto naſcitur, ait Euſebij Chron.	2	II	1003	998
4964 8 5 E	4234	251	296	*Decius Aug.* II. XXII *Pontifex* XXXI *Impp. Gallus,* *Q. Etruſcus Dec. Cæſ.* *Cornelius* 1. *& Voluſianus.* Ortũ eſt in Africa ſchiſma authore Feliciſſimo preſbytero, in cauſa lapſorum, quos contra diſciplinam admitti volebat. Huic Nouatus Epiſcopus inhæſit. qui Romam poſtea veniens ad Nouatianum ſe presbyterum adiunxit. Interim Cornelius Papa, poſteaquam ſedes vltra annum vacauit, Pontifex creatur. contra quem Nouatianus ſchiſma conflauit. Cypria. Ep. LV, & aliis. Vide Epiph. Hær. LIX, & Animad. noſtras. Porro multi ſub Decio paſſi ſunt: vt inter alios S. Agatha in Sicilia. Valerianus à Senatu mandato De-	3 1	III	1004	999

Per.Iul ✳ ⊙	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				cij Cenſor factus eſt VI Kal. Nouemb. Trebell. Pollio. Exitu huius anni Decij ambo perierunt. Succeſſit Gallus Hoſtilius limitanei exercitus in Mœſia dux, qui Voluſianum filium conſortem adſciuit. Eutrop. IX. Zoſimus I. Euſ. VII Hiſt. cap. I. Vide lib. XI, cap. XXVI.				
4965 9 6 DC	4235	252	297	*C. Vibius Trebonianus Gallus Aug.* II. *Cornelij* *C. Vibius Voluſianus Aug.* 2. Romæ LX Epiſcoporum, & preſbyterorum plurium ſynodus coacta contra Nouatianum, eiúſque ſectatores; qui ab Eccleſia deiecti ſunt; decretúmque vti lapſi reciperentur. Euſeb. VI Hiſt. cap. XXXV. Eodem anno inchoatam à Decio perſecutionem Imperatores acerrimè perſecuti ſunt. Peſtilens morbus multas orbe toto prouincias occupauit, præſertim Alexandriam, & Ægyptum. Dionyſius Alexandr. in epiſtola apud Euſeb. VII Hiſt. cap. XVII. Cyprianus ob eam cauſam librum de mortalitate ſcripſit.	2	IV	1005	1000 Iunii 21.
4966 10 7 B	4236	253	298	*C. Vibius Voluſianus Aug. F. Aug.* II. *Cornelij* XXIII *M. Valerius Maximus.* 3. *Lucij* I. Cornelius Papa hoc anno martyrio coronatur, cùm ſediſſet annos II, M. II, D. III. Obiit Sept. XVI, & poſt XXXV dies creatus eſt Lucius Romanus.	3	Ol. 258	1006	1001
4967 11 8 A	4237	254	299	*Licinius Valerianus Aug.* II. *Lucij* XXXII *Imperatores* *Licinius Gallienus Aug.* 2. *Valerianꝰ & Gallienꝰ* Gallus & Voluſianus, cùm aduerſus Æmilianum res nouas in Mœſia molientem profecti eſſent, Interamnæ occiſi ſunt, anno imperij tertio quatuor menſibus inchoato. Æmiliano verò tertio menſe ſublato, Imperator in Norico factus eſt Valerianus; Romæ à Senatu Gallienus. Eutrop. IX. Zoſimus lib. I. Origenes hoc anno moritur natus annos LXIX. Euſ. VII Hiſt. cap. I.	1	II	1007	1002
4968 12 9 G	4238	255	300	*Licinius Valerianus Aug.* III. XXIV *Stephanus* *Licinius Gallienus Aug.* II. I. Lucius Papa martyrio coronatus eſt IV Non. Mart. cùm ſediſſet annum I, M. 3. Poſt XXX dies, hoc eſt Apr. IX creatus eſt Stephanus Romanus.	2	III	1008	1003
4969 13 10 FE	4239	256	301	*M. Valerius Maximus.* *Stephani* *M. Acilius Glabrio.* 2. Baſilides Legionenſis, & Martialis Aſturicenſis Epiſcopi in Hiſpania propter crimina depoſiti ſunt. quam depoſitionem ratam habuit S. Cyprianus, vt Epiſt. LXVIII teſtatur. Martianus Arelatenſis Epiſcopus in Gallia Nouatiani dogma complexus eſt. de quo Cyprianus ad Stephanum Papam Epiſt. LXVII ſcribit, & vt illum deponat hortatur. Cyprianus cum Africanis Epiſcopis collecta ſynodo ſtatuit hæreticorum baptiſmum verum non eſſe; ideóque denuò baptizandos, quos illi tinxiſſent. Idipſum & Firmilianus Cæſareæ in Cappadocia; Dionyſius Alexandriæ Epiſcopi decreuerunt. quibus Apoſtolica authoritate, & contraria Synodo reſtitit Stephanus. Cyprianus Epiſtolis à LXX ad LXXVII. Aug. de Bapt. con. Donat. Vincentius Lirinenſis.	3	IV	1009	1004 Iunii 20.
4970 14 11 D	4240	257	302	*Licinius Valerianus Aug.* IV. *Stephani* XXV *Sixtus* *Licinius Gallienus Aug.* III. 3. I.	4	Ol. 259	1010	1005

OCTAVA PERSECVTIO.

Valerianus atroci in Chriſtianos perſecutione ſæuiit. Euſeb. VII Hiſt. cap. IX. Seuerus Sulp. II.

Stephanus Papa poſtquam ſedit annos II, M. III, martyrio coronatur IV Non. Aug. Poſt dies XXII ſuffectus eſt Sixtus Græcus Athenis oriundus.

Per id tempus Sapricius preſbyter Antiochiæ ob Chriſti fidem morte damnatus, cùm capitali odio à Nicephoro diſſideret, neque cum eo reconciliari vellet, ſub ipſum carnificis ictum fidem eiurauit, eiúſque loco Nicephorus martyrium ſubiit. Surius ad IX Feb.

Eiuſdem nominis alter acoluthus ſacramenta Chriſti geſtans, cùm ea prodere nollet impiis, illuſtre martyrium obiit; neque quicquam in illius veſtibus repertum. Acta S. Stephani.

Sabellius Ptolemaide in Libya oriundus Noëti magiſtri peſtilens dogma renouauit, latiúſque propagare cœpit; vt omnem è ſanctiſſima Trinitate perſonarum differentiam tolleret. Euſ. VII Hiſt. cap. VIII. Epiph.

S. Gregorius Thaumaturgus per idem tempus floruit: qui cùm Sabelliano dogmati fauere viſus ſit, eum S. Baſilius excuſat Epiſt. LXIV.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.			Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4971 15 12 C	4241	258	303	*M. Aurelius Memmius Fuſcus.* *Pomponius Baſſus.*	*Sixti* 2.	5	II	1011	1006

Romanum imperium à barbaris fœdè laceratur: Europam Boranis, Gotthis, Carpis Burgundis: Orientem Perſis populantibus. Ad hæc Theſſalonica à Scythis, & Marcomanis obſeſſa fortiter reſiſtentibus oppidanis eripitur. Athenienſes muros ſuos à Sullæ tempore iacentes ac neglectos reficiunt. Peloponneſij muro Iſthmum ſepiunt. Valerianus in Orientem proficiſcitur. Zoſimus I. Vopiſcus.

Cyriades primus è XXX tyrannis Imperator ſalutatus eſt. Sed & Ingenuus Pannonias regens à Mœſiacis legionibus Imperator factus per Celerem Verianum profligatus eſt. Trebellius Pollio. Vopiſcus.

In Africa S. Cyprianus Carthagine glorioſo martyrio vitam finiit. Hieron. de Script. Eccleſ. Pontius in eius vita.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.				Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4972 16 13 B	4242	259	304	*Licinius Gallienus* IV. *Valerianus Cæſar.*	*Suffecti Coſſ.* *Vlpius Crinitus.*	XXVI *Dionyſius* 1.	6	III	1012	1007

Cyriades Tyrannus occiditur. Trebel.

In Africa perſecutio graſſari pergit, in qua plures S. Cypriani diſcipuli martyrio affecti. Sed & in Numidia plerique paſſi Apr. XXX, & Mai I apud Surium.

Romæ S. Eugenia virgo Philippi Præfecti Auguſtalis Ægypti filia paſſa eſt. Martyr. Rom. In Galliis Priuatus Gabalitanus, Florentius Vienneſis, aliique paſſi. Surius XIV Mai. In Hiſpania Fructuoſus Tarraconenſis Epiſcopus, & alij Ian. XXI.

Sixtus Papa cùm ſediſſet annum I, M. X, D. XXIII, martyrio coronatur VIII Id. Aug. triduo pòſt S. Laurentius Diaconus, ac deinde S. Hippolytus paſſi ſunt.

Cùm vacaſſet ſedes dies XXXII creatus eſt Dionyſius Papa.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.				Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4973 17 14 AG	4243	260	305	*Fuluius Æmilianus.* *Pomponius Baſſus* II.	*Dionyſii* 2.	*Gallienus ſolus.*	7 1	IV	1013	1008 Iunij 19.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				Scythis Romanum imperium incurſantibus; Trapezunte ab iis direpta; capta Chalcedone; Nicæa ſuccenſa; Valerianus ad tuendam Bithyniam eò ſe contulit. Interim Sapores Orientem aggreditur. Cum eo vt colloqueretur inconſultiùs progreſſus Valerianus ab ipſo captus, & ſeruili more habitus, ac demum excoriatus, & ſalitus eſt. Euſeb. lib. IV de vita Conſtant. cap. XI. Zoſimus I. Trebellius. In eadem Scytharum irruptione templum Epheſinæ Dianæ ſuccenſum eſt. vt iidem referunt. Sublato Valeriano plures in diuerſis prouinciis imperium vſurparunt, quorum meminit Trebellius Pollio in XXX tyrannis. Odenatus Zenobiæ coniux decurio Palmyrenorum Perſas vicit, ac Romanam rem ſtabiliuit. Idem. Perſecutio tum à Gallieno deſita. Euſeb. VII Hiſt. cap. XIV, & XVIII.				
4974 18 15 F	4244	261	306	*Gallienus Imp.* V. *Dionyſii* *Voluſianus.* 3. Hos Coſſ. habet Trebellius initio Gallienorum. Dira peſtis variis in prouinciis graſſata, in qua Chriſtiani plerique piis obſequiis immortui tanquam martyres coluntur prid. Kal. Mart. Neocæſareæ S. Gregorius Thaumaturgus poſt barbarorum incurſionem Synodum Neocæſareenſem celebrauit. Dionyſius Epiſcopus Alexandrinus aduerſus Paulum Samoſatenum ſcribens quædam minus commodè iecerat, quibus Ariani poſtea vſi ſunt. Ob id in ſuſpitionem adductus apud Dionyſium Papam, ſeipſum per epiſtolam purgauit. Athan. lib. de Dionyſij ſententia. De eo iudicium Baſilij vide Epiſt. XLI.	2	Ol. 260	1014	1009
4975 19 16 E	4245	262	307	*P. Licinius Gallienus Aug.* VI. *Dionyſii* *Ap. Pompeius Fauſtinus.* 4. Regillianus, qui in Pannonia tyrannidem vſurparat, & Saturninus in Ægypto cæſi ſunt. Trebell.	3	II	1015	1010
4976 20 17 D	4246	263	308	*Nummius Albinus.* *Dionyſii* *Maximus Dexter.* 5. Gallienus cum Aureolo & Clodio ducibus contra Poſtumum tyrannum bellum gerit; & vincit. Romæ deinde decennalia celebrauit exquiſito genere voluptatum. Trebell. Gallienis. Porphyrius Romam venit annos natus XXX, & Plotinum LIX annum agentem ſecutus eſt. Eunapius & Porph. in Plotino.	4	III	1016	1011
4977 21 18 CB	4247	264	309	*P. Licinius Gallienus Aug.* VII. *Dionyſii* *Æmilius Saturninus.* 6. Odenatus rex Palmyrenorum obtinuit totius Orientis imperium interim dum Gallienus luxu, ac nequitiis tempus inſumit. Statim ergo bellum Perſis indicit in vindictam Valeriani. Niſibin & Carras occupauit. captos Satrapas Romam ad Gallienum vinctos miſit. qui & aliena victoria triumphauit. Hæc Trebellius his ipſis Coſſ. qui & Scythas in Cappadociam, & Bithyniam eodem tempore irrupiſſe ſcribit. Sed haud ſcio an non id antè contigerit. Galienus Archon Athenis hoc anno fuit.	5	IV	1017	1012 Iunij 18.
4978 22 19 A	4248	265	310	*P. Licinius Valerianus Cæſar* II. *Dionyſii* *L. Cæſonius Macer.* 7. Synodus Antiochiæ contra Paulum Samoſatenum	6	Ol. 261	1018	1013

cogitur. Euſeb. VIII Hiſt. cap. XXII. S. Gregorius Thaumaturgus haud multo pòſt moritur.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4979 23 1 G	4249	266	311	7	II	1019	1014

P. Licinius Gallienus Aug. VIII. *Dionyſii*
Sabinillus. 8.

Ieroſolymorum epiſcopatum tenet Hymenæus. Euſeb.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4980 24 2 F	4250	267	312	8	III	1020	1015

Ouinius Paternus. *Dionyſii*
Arceſilaus. 9.

Poſtumius tyrannus cùm ſeptem annis Gallias optimè rexiſſet, obiit. Victorinus, quem ille ſibi ſociarat, ſolus imperauit. qui ob libidinem poſtea cæſus eſt. Trebell.

Odenato Palmyrenorum rege interfecto, Zenobia eius vxor principatum obtinuit. Gallienus Heraclianum ducem contra Perſas deſtinat; qui à Palmyrenis victus eſt. Cleodamus & Athenæus Gallieni duces, Scythas, qui Iſtrum traiecerant, fundunt. Gotthi Cyzicum, & Aſiam; tùm Achaiam vaſtarunt. Victi ab Athenæo Epirum, Acarnaniam, Bœotiam peruagati ſunt. Trebell. in Gallienis.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4981 25 3 ED	4251	268	313	I	IV	1021	1016 Iunij 17.

Ouinius Paternus II. *Dionyſii* XXXIII *Imperator*
Macrianus. *10.* *Claudius.*

Gallienus Martiani & Cecropij ducum fraude contra Aureolum tyrannum excitus ad Mediolanum occiditur vnà cum eius fratre Valeriano. Trebell. Imperauit cum patre annos VII, ſolus VIII.

Succeſſit ei Claudius circiter IX Kal. Apr. vt ex Trebellio colligitur. Hic Aureolum tyrannum ſuſtulit. in Chriſtianos ſæuiit. Nam paſſi ſub eo leguntur XIX Febr. Marius, Martha, Audifax, & Abacus Perſæ. Porro aduerſus Gotthos expeditionem ſuſcepit. Trebell.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4982 26 4 C	4252	269	314	2	Ol. 262	1022	1017

M. Aurelius Claudius Aug. II. *Dionyſii*
Ouinius Paternus. *II.*

Claudius Imperator Gotthos inſigni prælio vicit. Cæſa ſunt barbarorum CCCXX M. nauium II M. demerſit. Treb. Pollio.

Alexandriæ Bruchium deſtruitur. Euſ. Chron.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4983 27 5 B	4253	270	315	I	II	1023	1018

Antiochianus *Dionyſii* XXXIV *Imper.*
Orfitus. *12.* *Aurelianus.*

Reliquiæ Gotthorum ad Hæmimontum peſte, ac fame confectæ. Claudius quoque peſte moritur ineunte anno, cùm imperaſſet annum I, M. X, & dies aliquot. Frater eius Quintillus cùm imperium ſumpſiſſet, poſt XVI dies à militibus occiſus eſt: cùm interim Imperator factus eſſet Aurelianus Sirmio oriundus, obſcuro genere natus. qui inter laudatiſſimos principes ab Ethnicis memoratur. Trebellius.

Plotinus Philoſophus obiit. Porphyrius in eius vita. Firmicus lib. I, cap. III.

Paulus Samoſatenus damnatam priore Antiocheno Concilio hæreſin repetens in ſecunda Synodo Antiochena iterum damnatur, ac ſede deiicitur. Sed cum Eccleſiis cedere nollet, interpellato Aureliano vi detruſus eſt. Euſeb. VII Hiſt. cap. XXIII, & XXIV. Athan. de Syn. qui & indicat Romæ celebratã ſuper ea re ſynodum à Dionyſio Papa. Is verò cùm ſediſſet annos XI, M. III, D. XIV obiit Dec. XXVI. Cùm-

Per.Iul. ☼ ☾	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				que vacaſſet ſedes dies v vltimo anni die creatus eſt Felix Romanus.				
4984 28 6 A	4254	271	316	*Aurelianus Aug.* XXVII *Felix* *Pompeianus Baſſus.* I. Alamanni & Marcomanni Romanum imperium infeſtant. clades etiam ab iis ingens ad Placentiā accepta. Ob id trepidatum Romæ, & Sibyllini libri Aureliano iubente conſulti. cuius reſcriptum ad Senatum in hæc verba refert Vopiſcus. *Miror vos, patres ſancti tandiu de aperiendis Sibyllinis dubitaſſe libris, perinde quaſi in Chriſtianorum Eccleſia, non in templo Deorum omnium tractaretis.* Nempe quod Chriſtiani ab iſtiuſmodi profanorum librorum lectione vtique in Eccleſiis abhorrerent. Poſtea victi barbari. Aurelianus Romam veniens pleroſque nobiles occidit. Muros exinde Romanæ vrbis amplificauit. Vopiſcus. Zoſimus I.	2	III	1024	1019
4985 1 7 GF	4255	272	317	*Quietus.* *Felicis* *Voldumianus.* 2. **NONA PERSECVTIO.** Aurelianus perſecutionem in Chriſtianos tentatam antea, ſub hoc tempus inſtaurauit. In ea paſſi ſunt quàm plurimi. imprimis S. Symphorianus Auguſtoduni. S. Leo Serm. 2 de Pentec. Idem Imperator contra Zenobiam in Orientem profectus, quæ filiorum nomine orientale tenebat imperium, multa in itinere, ac magna bellorum genera confecit. Byzantium, Tyanam, Antiochiam, & alias vrbes obtinuit. Vopiſcus in Aureliano.	3	IV	1025	1020 Iunij 16.
4986 2 8 E	4256	273	318	*M. Claudius Tacitus.* *Felicis* *Furius Placidianus.* 3. Aurelianus Zenobiam vincit, & ad triumphum reſeruat. Longinum quoque Philoſophum, quo ad Græcas literas vtebatur magiſtro Zenobia, occidi iuſſit. Vopiſcus.	4	Ol. 263	1026	1021
4987 3 9 D	4257	274	319	*L. Domitius Aurelianus Aug.* II. *Felicis* *C. Iulius Capitolinus.* 4. Aurelianus Tetricum tyrannum apud Catalaunos in Gallia in deditionem accepit; eundémque cum Zenobia in triumpho ductum Correctorem Lucaniæ fecit: Zenobiam verò in Italia viuere paſſus eſt. Vopiſcus. Eutrop. IX. Idem Soli templum ædificauit, & agonem in eius honorem inſtituit. Sub hoc Monetarij rebellarunt vitiatis pecuniis, & Feliciſſimo rationali interfecto. quos Aurelianus vltima crudelitate compeſcuit. Prouinciam Daciam, quam Traianus vltra Danubium fecerat, reliquit, deſperans eam poſſe retineri. Euſeb. Chron. Eutrop. IX. Aurel. Vict.	5	II	1027	1022
4988 4 10 C	4258	275	320	*L. Domitius Aurel. Aug.* III. XXVIII *Papa Eutychianus* I. XXXV *Imp. Tacitus.* *T. Anonius.* Aurelianus Mneſthei ſecretariorum notarij fraude occiditur ad Cænophrurium, quod inter Conſtantinopolin, & Heracleam ſitum eſt. Vopiſcus. Eutrop. Zoſimus I. Occiſus eſt autem Ianuario circiter menſe, cùm imperaſſet annos V, & aliquanto plus. Poſt eius obitum interregnum fuit menſium octo	6 I	III	1028	1023

ferè. Nam cùm eligendi Imperat. poteſtatem mutuò ſibi Senatus, ac milites deferrent, interim ſpatium interiectum eſt. Tandem à Senatu Tacitus creatur VII Kal. Octob. vir egregiè moratus, & Reip. gerendæ idoneus: qui ad Tacitum hiſtoricum originem referebat ſuam. Vopiſcus Tacito. Eutrop. Zoſimus I. Hic perſecutioni finem impoſuit. Acta Charitonis apud Surium Sept. XXVIII.

Felix Papa III Kal. Iunij martyrio coronatur, cùm ſediſſet annos IV, M. V. vt Onufrius computat. Succeſſit Eutychianus patria Lunenſis in Tuſcia, poſtquam ſedes vacauit dies V.

Pet. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4989 5 11 BA	4259	276	321	I	IV	1029	1024 Iunii 15.

M. Claudius Tacitus Aug. II. *Eutychiani* XXXVI *Imp.*
Fuluius Æmilianus. *2.* *Probus.*

Tacitus moritur ſexto imperij menſe. Ergo Martio obiit. Succedit Florianus eius frater, ac vix duobus menſibus imperium tenuit. Eo interfecto M. Aurelius Probus vir egregius, oriundus è Pannonia Sirmienſi imperare cœpit. Vopiſcus. Is ſimulatque imperium nactus eſt, in eos milites animaduertit, qui Aurelianum interfecerant. Idem.

Pet. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4990 6 12 G	4260	277	322	2	Ol. 264	1030	1025

Probus Aug. *Eutychiani*
Paulinus. *3.*

Probus in Gallias profectus ſexaginta de barbaris ciuitates recepit, & DCC M. propemodum occidit. Vopiſcus Probo. Meminit excurſionis illius barbaricæ, hoc eſt Alemannicæ Greg. Turon. lib. I, cap. XXXII Hiſt. Franc. & ab iis occiſum ait S. Priuatum Gabalitanum. Anno Antiochenorum CCCXXV: Tyriorum CCCCII: Laodicenorum CCCXXIV: Edeſſenorum DLXXXVIII: Aſcalonitarum CCCLXXX, inſana Manichæorum hæreſis in communem generis humani perniciem erupit. Euſeb. Chron. Vide Animaduer. Epiphanianas ad Hær. Manich. quæ eſt LXVI.

Itaque Antiochenorum æra ab anno primo Iulij Cæſaris exordium cepit; Per. Iul. 4665 exeunte: vt lib. X, cap. LXII oſtendimus. Laodicenorum à ſequente fortaſſe vere. Tyriorum, ab anno Per. Iul. 4589. quo Alexander Zebina regnare cœpit, occiſo Demetrio. Edeſſenorum, ab anno I Seleucidarum. Aſcalonitarum ab Auguſti exordio.

Pet. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4991 7 13 F	4261	278	323	3	II	1031	1026

Probus Aug. II. *Eutychiani*
Lupus. *4.*

Anatolius Laodicenus Epiſcopus inſignis habetur. Euſeb.

Pet. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4992 8 14 E	4262	279	324	4	III	1032	1027

Probus Aug. III. *Eutychiani*
Paternus. *5.*

Probus pacatis Galliis Illyricum recepit: ac Geticos omnes populos ſubegit. Vopiſcus. Idem & Pannoniis vineas habere permiſit. Euſeb. Chron.

Pet. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4993 9 15 D C	4263	280	325	5	IV	1033	1028 Iunij 14

Meſſalla. *Eutychiani*
Gratus. *6.*

Probus in Orientem proficiſcitur, ac Perſis bellum infert. Blemyas ſubigit. Copton, & Ptolemaidem Romano iuri adiicit. Vopiſcus.

Pet. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
4994 10 16 B	4264	281	326	6	Ol. 265	1034	1029

Probus Aug. IV. *Eutychiani*
Tiberianus. *7.*

Per. Iul ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				Probus Imper. in Thraciam rediit, ac C M. Baſternarum ibi ad tutelam imperij collocauit. Barbaros alios rebellantes contudit.				
4995 11 17 A	4265	282	327	*Probus* V. *Victorinus.* — *Eutychiani* *8.* — XXXVI *Imper.* *Carus.* Probus Imper. cùm in milites ſeueriùs ageret, ac bellum Perſicum parans per Illyricum iter faceret, ab illis interficitur menſe circiter Nouembri, cùm imperaſſet annos VI, M. IV. Vopiſcus. Eutrop. Huic ſuffectus eſt. M. Aurelius Carus Narbonæ natus in Gallia: qui ſtatim Carinum, & Numerianum filios Cæſares creat. Tum in Orientem cum Numeriano contra Perſas profectus, Carinum ad tuendas Gallias miſit. Vopiſcus. Eutrop. Zoſimus.	7 1	II	1035	1030
4996 12 18 G	4266	283	328	*Carus Aug.* II. *Carinus Cæſar.* — *Eutychiani* XXIX *Pontif.* *9.* *Caius.* — XXXVII *Impp.* *Carinus & Numerianus.* Carus Meſopotamiam ſubegit, & Cteſiphontem vſque peruenit. vbi & fulmine ictus interiit, cùm annum circiter imperaſſet. Vopiſcus. Eutrop. Eutychianus Papa martyrio coronatur VI Id. Dec. cùm ſediſſet annos VIII, M. VI. Huic VI Kal. Ian. ſuffectus eſt Caius Dalmata.	I	III	1036	1031
4997 13 19 FE	4267	284	ÆRA DIOCLETIANI. 1	*Carinus Aug.* II. *Numerianus Aug.* — *Cai* 2. — XXXVIII *Imper.* *Diocletianus.* Ludi Romani variis ſpectaculis Carini & Numeriani nomine dati ſunt. Vopiſcus. Vide lib. XI noſtrum, cap. XXVIII. Numerianus inſidiis Arrij Apri ſoceri ſui occiſus eſt. Poſtea Diocletianus Dalmata, obſcuro genere Anulini Senatoris libertus Imperator eligitur, non Palilibus ipſis; vt hactenus perſuaſum fuit; ſed affecto iam anno. De quo vide lib. XI, cap. XXX. Is ſimulatque imperium nactus eſt, in prima concione Aprum manu ſua interfecit. Vopiſcus. Eutrop. Æra Diocletiani, quæ & Martyrum, abolito impij perſecutoris nomine, dicta eſt, ab hoc anno incipit, à Neomenia Thoth fixa, id eſt XXIX Aug. Quæ cùm percelebris ſit, & à Chriſtianis ſcriptoribus frequenter vſurpetur, nos eam in Iulianorum annorum locum deinceps ſuccedere iuſſimus.	I	IV	1037	1032 Iunii 13.
4998 14 1 D	4268	285	2	*Diocletianus* II. *Ariſtobulus.* — *Cai* *3.* His Coſſ. Carinus occiſus eſt apud Margum, quod eſt Mœſiæ oppidum. Idat. Chron. Eutrop. IX. Caſſiod. Ruſtici in Gallia tumultum concitant, & factioni ſuæ Bacaudarum nomen imponunt: duces ad id habentes Amandum, & Ælianum. Ad eos ſubigendos Diocletianus Maximianum Herculium Cæſarem miſit. qui leuibus præliis agreſtes domuit, & partem Galliæ reformauit. Eutrop. IX. Hoc igitur anno Maximianus Cæſar factus eſt. S. Sebaſtianus dux primæ cohortis Prætorianorum Martyrio coronatur. Tiburtius item, Chromatij filius & alij. Acta illorum.	2	Ol. 266	1038	1033
4999 15 2 C	4269	286	3	*Iunius Maximus* II. *Aquilinus.* — *Cai* 4. — *Diocletianus & Maximianus.* Carauſius viliſſimo loco natus, ac paulatim prouectus,	3	II	1039	1034

ctus, cùm apud Bononiam per tractum Belgicæ, & Armoricæ pacandum mare accepiſſet, quod Franci, & Saxones infeſtabant, ob peculatum à Maximiano iuſſus occidi, purpuram ſumpſit, & Britannias occupauit. Per idem tempus Achilleus in Ægypto tyrannidem inuaſit. Narſeus Perſa Orienti bellum intulit. Quinquegentiani Africam infeſtarunt. Ob id Diocletianus Maximianum Herculium ex Cæſare fecit Auguſtum. Eutropius lib. IX. Cui conſentit & Idatius, qui hoc anno Kal. Apr. leuatum eſſe Maximianũ aſſerit. Igitur Cæſar aliquandiu Maximianus fuit: quod tẽpus nihilominus imperio eius attribuitur. Vnde annus primus imperij illius antecedens fuit: vt XIX imperarit. Ad eum modum accipienda ſunt, quæ lib. XI, cap. XXXI diſputauimus de Maximiani primordio.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5000 16 3 B	4270	287	4	*Diocletianus III.* / *Maximianus.* — Cai 5.	4	III	1040	1035
5001 17 4 AG	4271	288	5	*M. Aurelius Maximus II.* / *Ianuarius.* — Cai 6.	5	IV	1041	1036 Iunij 12.
5002 18 5 F	4272	289	6	*Pomponius Baſſus.* / *L. Ragonius Quinctianus.* — Cai 7.	6	Ol. 267	1042	1037
5003 19 6 E	4273	290	7	*Imp. Cæſ. C. Valerius Diocletia. Aug. IV* / *Imp. Cæſ. Valerius Maximianus Aug. III.* — Cai 8.	7	II	1043	1038
5004 20 7 D	4274	291	8	*C. Iunius Tiberianus.* / *Caſſius Dio.* — Cai 9.	8	III	1044	1039

His Coſſ. (ait Idatius) tenebræ fuerunt inter diem. & eo anno leuati ſunt Conſtantius, & Maximianus Cæſares die Kal. Mart.

Et quidem reuera defecit Sol Mai XV, feria III, hora poſt meridiem 3, 20′ Carthagine; vbi totus ferè Sol defecit: nempe digitos XI $\frac{1}{3}$.

Igitur cùm vndique Romanum imperium à barbaris, aut tyrannis infeſtaretur, ambo illi Cæſares facti ſunt. Maximiano Armentario, qui in Daria haud longè Sardica natus erat, Valeria Diocletiani filia collocatur. Conſtantio Chloro Theodora Herculij priuigna; repudiatâ, quam priùs habebat, Helena. Inde Maximianus Herculius in Africam: Diocletianus in Ægyptum: Conſtantius in Britanniam: Armentarius in Orientem profecti ſunt. Eutrop. IX.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5005 21 8 CB	4275	292	9	*Annibalianus.* / *Aſclepiodotus.* — Cai 10.	9	IV	1045	1040 Iunii 11.

Hoc anno Tribunitiam poteſtatem videntur aſſecuti primùm Cæſares duo, Armentarius, & Conſtantius. Quippe anno Chriſti CCCXI, in VIII Conſulatu Maximianus Armentarius reſcriptum dedit, in quo Tribunitiam pot. XX ſibi tribuit.

Conſtantius in Britannia fruſtrà Carauſium aggreſſus pacem cum eo compoſuit. Eutrop. IX.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5006 22 9 A	4276	293	10	*Diocletianus Aug. V.* / *Maximianus Aug. IV.* — Cai 11.	10	Ol. 268	1046	1041

Primus Diocletianus adorari ſe vt Deum, & gemmas veſtibus, calceamentiſque inſeri iuſſit: cùm ante eum omnes Imperatores in modum iudicum ſa-

lutarentur, & chlamydem purpuream à priuato habitu plus haberent. Eutrop. IX, & ex eo Hieron. in Chron. Euſebij.

Carauſius ab Alecto ſocio poſt VII annos, quàm Britanniam occuparat, occiſus eſt. Alectus eidem ſucceſſit, ac triennio Britanniam obtinuit. Eutrop. IX.

Per. Iul ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules	Pontifex	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5007 23 10 G	4277	294	11	*Conſtantius Chlorus Cæſar.* *Galerius Maximianus Armentarius Cæſar.*	*Cai 12.*	11	II	1047	1042

Contra Sarmatas expeditio ſuſcepta: qui & domiti ſunt. Idatius Chron. Eutrop. IX. qui Baſternas, Carpóſque ſubactos refert.

Per. Iul ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules	Pontifex	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5008 24 11 F	4278	295	12	*Tuſcus.* *Anulinus.*	*Cai 13.*	12	III	1048	1043

Carporum gens vniuerſa in Romania ſe tradidit, ait Idatius. Significat idipſum, quod Eutropius memorat, Carpis, Baſternis, & Sarmatis victis ingentes captiuorum copias in Romanis finibus ab Imperatoribus locatas.

Per. Iul ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules	Pontifex	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5009 25 12 ED	4279	296	13	*Diocletianus* VI. *Conſtantius Cæſar* II.	XXX *Pontifex Marcellinus* I.	13	IV	1049	1044 Iunij 10.

Alexandria hoc anno, vt in Chronico refert Euſebius, octauo obſidionis menſe à Diocletiano capta: qui cædibus, & proſcriptionibus acerbè defectionem vltus eſt. Buſiris, & Coptos ad ſolum vſque ſubuerſæ. Eutrop. IX. Euſeb.

Alectus Britanniæ tyrannus ductu Aſclepiodoti Præfecti Prætorio eſt oppreſſus. Ita Britanniæ decimo anno recuperatæ. Eutropius IX.

Iuxta Lingonas à Conſtantio Cæſare LX M. Alamannorum cæſa. Maximianus Quinquegentianos in Africa domuit. Eodem tempore Galerius Maximianus victus à Narſeo cùm ad Diocletianum rediret, tanta inſolentia ab eo eſt exceptus, vt per aliquot paſſuum millia purpuratus ad vehiculum cucurrerit. Eutrop. IX.

Caius Papa cùm ſediſſet annos XII, M. IV, D. V, martyrio coronatur X Kal. Mai. Poſt dies XI creatus eſt Marcellinus Romanus.

Per. Iul ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules	Pontifex	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5010 26 13 C	4280	297	14	*Maximianus Herculius Aug.* V. *Maximianus Armentarius Cæſar* II.	*Marcellini* 2.	14	Ol. 269	1050	1045

His Coſſ. victi Perſæ, ait Idatius. Nimirum Armentarius per Illyricum Mœſiámque contractis copiis, Narſeum deuicit: vxores illius, ſorores, liberos cepit. Quare à Diocletiano in Meſopotamia cum præſidiis tùm morante ouans regreſſus ingenti honore ſuſceptus eſt. Eutrop. IX.

Scaliger in Animad. Euſeb exiſtimat hæc anno vno antequam Diocletianus imperio ſe abdicaret, accidiſſe. Quod ex eo fortaſſe colligit, quòd Diocletianus, & Maximianus anno Chriſti CCCIV ſe abdicarunt poſt triumphum, in quo Narſei coniuges, ac ſorores ductæ ſunt, vt ait Eutropius. Sed variis bellis occupati ambo triumphum diſtulerunt.

Per. Iul ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules	Pontifex	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5011 27 14 B	4281	298	15	*Fauſtus* II. *Gallus.*	*Marcellini* 3.	15	II	1051	1046
5012 28 15 A	4282	299	16	*Diocletianus* VII. *Maximianus Herculius.*	*Marcellini* 4.	16	III	1052	1047

His Coſſ. victi Marcomani. Idatius Chron.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5013 1 16 GF	4283	300	17	17	IV	1053	1048 Iunij 9.

Conſtantius Chlorus Cæſar III. *Marcellini*
Maximianus Armentarius Cæſar III. 5.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5014 2 17 E	4284	301	18	18	Ol. 270	1054	1049

Titianus II. *Marcellini*
Nepotianus. 6.

Hoc anno refert ex actis S. Sabini Epiſcopi Spoletini manu ſcriptis Baronius, Romæ, cùm Maximianus Herculius in Circo maximo Circenſes ſpectaret, contra Chriſtianos acclamaſſe populum: ac Maximinianum, referente Hermogeniano Præf. Præt. perſecutionem decreuiſſe.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5015 3 18 D	4285	302	19	19	II	1055	1050

Conſtantius Chlorus Cæſar IV. *Marcellini*
Maximianus Armentarius Cæſar IV. 7.

DECIMA PERSECVTIO.

Hoc anno dira in Chriſtianos cœpta perſecutio. Imperatores per eos dies, quibus Dominicæ paſſionis memoria celebratur, edicta propoſuerunt de diruendis Eccleſiis, & ſacris libris incendio tradendis. tùm vt Chriſtiani, qui honoribus functi eſſent, gradu ſuo deciderent. cæteri capite minuerentur.

Innumerabiles ergo pro Chriſti fide cæſi ſunt: de quibus agit Euſeb. VIII Hiſt. atque, vt ait Seuerus lib. II, *omnis ferè ſacro martyrum cruore orbis infectus eſt. Quippe certatim glorioſa in certamina ruebatur: multáq; auidius tùm martyria glorioſis mortibus quærebantur; quàm nunc Epiſcopatus ambitionibus appetuntur.* Celebres fuere Cæſareæ in Palæſtina Procopius, Alphæus, Zacchæus. Euſ. loco citato. Romæ Marcellinus Preſbyter, & Petrus Exorciſta. Apud Sur. Iun. III.

Porro qui pœnarum crudelitate fracti ſacros libros tradebant, Traditores deinde dicti ſunt. quod ſemen fuit Donatiſtarum Schiſmatis. de quo poſtea. De hac perſecutione vide lib. XI, cap. XXX.

Marcellinus Papa in ea perſecutione tus adoluiſſe dicitur. vt eius Acta teſtantur.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5016 4 19 C	4286	303	20	20	III	1056	1051

Diocletianus Aug. VIII. *Marcellini*
Maximianus Herculius Aug. VII. 8.

Cyrthæ in Numidia Synodus habita, vt Epiſcopus crearetur: cui Secundus Tigiſitanus Numidiæ primas præfuit. In ea Traditorum cauſa cognita. qui tamen vitandi ſchiſmatis cauſa in communionem recepti ſunt. Aug. III con. Creſcon. cap. XXVI. Optatus lib. I.

Paſſa eſt hoc tempore Romæ S. Agnes: in Hiſpania S. Vincentius; & innumerabiles paſſim alij.

Sinueſſæ ſynodus CCC Epiſcoporũ habita fertur: in qua Marcellinus Papa pœnitentiam admiſſi ſceleris præ ſe tulit. Sed fabulę propior iſta res, quàm hiſtoriæ.

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5017 5 1 BA	4287	304	21	I	IV	1057	1052 Iunij 8.

	XXXI *Pontif.*	XXXIX *Impp.*
Diocletianus Aug. IX.	*Marcellus*	*Conſtantius Chlorus.*
Maximianus Aug. VIII.	2.	*Maximian. Arment.*

Hoc anno Diocletianus, & Maximianus Herculius purpuram poſuerunt: ille Nicomediæ; iſte Mediolani: & priuati facti ſunt Kalendis Aprilis: Auguſti verò eâdem hora nuncupati ſunt Conſtantius Chlorus, & Maximianus Herculius: Cæſares autem Seue-

rus, & Galerius Maximinus. Ita ſcribit Idatius. qui hos Cæſares à Diocletiano & Maximiano Herculio factos aſtruit, purpuráque veſtitos. Eutropius verò lib. x refert Galerium Maximianum Armentarium hos Cæſares creaſſe.

Ergo Galerius Maximianus cum altero Auguſto Conſtantio Chloro imperium ita partitus eſt; vt Conſtantio Gallia, Italia, Africa cederet: ipſe Illyricum, Aſiam, & Orientem obtineret. Sed Conſtantius ſponte illi Africa & Italia ceſſit. Itaque Maximianus Seuerum Italiæ præfecit; Maximinum orienti: ipſe in Illyrico commoratus eſt. Hæc Eutrop. Aurel. Victor, & alij. Eſt penes nos Excerptum quoddam Anonymi ſcriptoris, quem à R. P. Iacobo Sirmondo accepimus; in quo temporum illorum hiſtoria compendio perſcribitur. ex quo non obſcurè colligitur aliquanto antea Seuerum in Italia copiis præfuiſſe, quàm Cæſar fieret; neque tam citò eam dignitatem adeptum: ſed eodem ferè tempore, quo Conſtantinus Conſtantij F.

Per idem tempus Conſtantinus Chlori F. obſes apud Diocletianum & Galerium relictus cùm à patre repoſceretur, à Galerio variis periculis obiectus eſt. Nam & aduerſus Sarmatas eques militans ferocem barbarum capillis attractum ad pedes Galerij Imperatoris adduxit. Deinde miſſus à Galerio per paludem ingreſſus equo viam exercitui contra Sarmatas oſtendit. Hæc Anonymus. quæ alibi haud facilè legantur.

Marcellinus Papa cùm ſediſſet annos octo ferè martyrio afficitur VI Kal. Mai. Poſt XXV dies creatus eſt Marcellus preſbyter Romanus.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Dioclet.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5018 6 2 G	4288	305	22	*Conſtantius Chlorus Aug.* V. *Galerius Maximianus Armentarius Aug.* V. — *Marcelli* 2.	2	Ol. 271	1058	1053

His Coſſ. obiiſſe Conſtantium Chlorum, & Conſtantinum Cæſarem factum magna nobis eſt ſuſpicio. quæ eſt expoſita lib. XI, cap. XXXV.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Dioclet.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5019 7 3 F	4289	306	23	*Conſtantius Chlorus* VI. *Maximianus Armentarius* VI. — *Marcelli* 3. — XL *Imperator Conſtantinus.*	1	II	1059	1054

His Coſſ. diem functus eſt Conſtantius (ait Idatius) & poſtea leuatus eſt Conſtantinus VIII Kal. Aug. ac vulgò idem annus à pleriſque ſtatuitur. à quo diſſentire nolumus.

Igitur Galerius Maximianus Armentarius Conſtantinum patri repoſcenti miſit. qui vt Seuerum per Italiam tranſiens vitaret (ait Anonymus) ſumma feſtinatione, veredis poſt ſe trũcatis, Alpes trangreſſus ad patrem Conſtantium venit apud Bononiam, quam Galli priùs Geſoriacum vocabant. Poſteà Conſtantius Eboraci mortuus eſt, & Conſtantinus omnium militũ conſenſu Cæſar creatus eſt. Interea Cæſares duo facti, Seuerus, & Maximinus, &c. Hæc Anonymus. Conſtantinus autem Cæſaris appellatione contentus, Auguſti nomen anno ſequenti demum obtinuit. Paneg. Conſtant. dictus. Zoſimus lib. II. Euſeb. lib. I de vita Conſtantini.

Conſtantini imagine Romam perlata, Maxentius Herculij filius à Prætorianis militibus ſubitò Imperator acclamatus eſt. Qui initio Chriſtianam religio-

nem ſimulauit, vti Pop. Rom. ſibi conciliaret. Eutrop. Zoſimus, Aur. Vict. Euſeb. lib. VIII Hiſt.

Cæcilianus in locum Menſurij Carthaginienſis Epiſcopi ordinatur à Felice Aptungitano. vnde natum ſchiſma: cùm ſeniores, quibus Eccleſiæ vaſa commendarat Menſurius, à Cæciliano reddere illa cogerentur. Auxit factionem Lucilla Hiſpana femina potens, & Cæciliano pridem infenſa. Schiſmatici prætexebant Cæcilianum à Traditoribus ordinatum fuiſſe. Iidem ergo Maiorinum Epiſcopum creant. Signifer huius ſchiſmatis erat Donatus à Caſis nigris: à quo Maiorinus ordinatus eſt. Hæc Optatus lib. I. Auguſt. con. Parmen. lib. III.

Sub idem tempus alterum ſchiſma in Ægypto conflatum eſt à Meletio Lycopolitano Epiſcopo: qui à Petro Alexandrino propter crimina depoſitus ab eo deſciuit. Athan. Apol. II.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Diocl.	Consules	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5020 8 E	4290 4	307	24	*Maximianus Herculius* IX. *Conſtantinus Aug.* — *Marcelli* 4.	2	III	1060	1055

Alij hunc annum non his Coſſ notant, ſed poſt VI Conſulatum numerant; vt refert Idatius.

Galerius Maximianus, cognito Maxentium imperium vſurpaſſe, Seuerum Cæſarem aduerſus illum cum exercitu mittit. qui repente ab omnibus ſuis deſertus eſt, & Rauennam fugit. Galerius ergo cum ingentibus copiis Romam aduolat: legatos Licinium & Probum deſtinat; qui generum ſuum Maxentium hortarētur, vt precibus potiùs quàm armis optata mereretur. Sed contemptus, & à pleriſque ſuorum deſtitutus in Illyricum abiit. vbi Licinium Cæſarem fecit. quo in Pannonia relicto, Sardicam regreſſus eſt.

Maximianus Herculius ad ſpem erectus reſumendi faſtigij Romam aduolauit è Lucania; Diocletianúmque vt idem faceret adhortatus eſt. quod ille renuit. Poſtea Seuerum periurio deceptum cuſtodiæ tradidit, & captiui habitu in Vrbem perduxit. atque is in Appia via triceſimo ab Vrbe miliari iugulatus eſt. Hæc Anonymus noſter; & Zoſimus II.

Cùm autem Maxentio inſidias strueret Herculius, pulſus Roma in Gallias ad Conſtantinum venit: cui Fauſtam filiam collocauit, eúmque Auguſti appellatione donauit. Paneg. Maximiano & Conſtantino dictus. Eutrop. X. Zoſimus.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Diocl.	Consules	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5021 9 DC	4291 5	308	25	*Maximianus Herculius* X. *Galerius Maximianus Armentarius* VII. — *Marcelli* 5.	3	IV	1061	1056 Iunij 7.

Faſti Siculi, & Caſſiodori Diocletianum X cum Galerio componunt. Idatius anno ſuperiore. *Nouies & Conſtantino.* hoc verò *Decies*, *& Maximiano* VII. Item eodem anno Coſſ. ait fuiſſe Maxentium & Romulum; nempe à Maxentii partibus. Quod ad priores attinet, cùm Diocletianus priuatam vitam ageret, non eſt veriſimile Conſulem ipſum fuiſſe. De Maximiano, qui purpuram reſumpſit, longe probabilius eſt.

Licinius, eodem authore Idatio, Carnunto leuatus eſt, hoc eſt Imperator ex Cæſare factus, III Id. Nou. Ita Reſpublica quatuor ab Imperatoribus tenebatur, Conſtantino, & Maxentio filiis Augg. Licinio, &

Per. Iul. ✳ ☉	Mundi.	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.

Maximiano nouis hominibus. Eutrop. x.

S. Pamphilus Cæſarienſis preſbyter poſt biennij carcerem iuſſu Firmiliani præſidis martyrio afficitur. Euſeb. VIII Hiſt. cap. XXI.

Paſſus eſt & S. Procopius Cæſareæ.

Africani Schiſmatici cum Traditoribus iuncti Carthagine ſynodum coëgerunt CCLXX Epiſcoporum, in qua decreuerunt, vt cum Traditoribus, ſi rebaptizari nollent, communicaretur. Aug. Ep. XLVIII ad Vincentium.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Consules	Pontifex	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5022 10 6 B	4292	309	26	*Poſt Conſulatum* X *&* VII. *vel* *Maxentius* II *Romulus* II.	XXXII *Pontifex Euſebius* 1.	4	Ol. 272	1062	1057

S. Marcellus Papa martyrio coronatur XVII Kal. Febr. cùm ſediſſet annos IV, M. VIII circiter. Poſt dies XX ſuffectus eſt Euſebius natione Græcus. Quirinus Epiſcopus Siſcianus pro Chriſto glorioſè interficitur. Nam manuali mola ad collum ligata, è ponte præcipitatus in fluuium diutiſſimè ſupernatauit, & cum ſpectantibus collocutus ne ſuo terrerentur exemplo, vix orans vt mergeretur obtinuit, Iunij IV. Euſebij Chron.

In oriente perſecutio ſæuit. Refert Euſeb. lib. VIII Hiſt. cap. XXIII vrbem integram in Phrygia ob Chriſtianam fidem eſſe deletam.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Consules	Pontifex	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5023 11 7 A	4293	310	27	*Annus* II *poſt Conſulatum* X *&* VII. *vel* *Maxentius* III *ſolus.*	*Euſebij* 2.	5	II	1063	1058

Maximianus Herculius cùm genero Conſtantino inſidias strueret, iis per Fauſtam illius filiam, huius coniugem detectis, profugit Maſſiliam, ibique oppreſſus interiit. Eutrop. x. Chron. Euſeb. Idatius.

S. Petrus Alexandrinus Epiſcopus illuſtri martyrio defungitur. Is Arium ob ſchiſma Meletij excommunicauerat: neque pro eo deprecantibus Achilla, & Alexandro recipere voluit. Acta S. Petri. Meminit huius martyris Euſeb. VIII Hiſt. cap. XXIII.

Succeſſit eidem Achillas, qui Arium pœnitentiam ſimulantem in integrum reſtituit. Sozom. lib. I, cap. XIV.

Paſſa eſt & S. Potamiena Alexandrina ciuis cuiuſdam ancilla; quòd eius libidini conſentire nollet. Palladius Lauſiaca, cap. I.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.	Consules	Pontifex	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5024 12 8 G	4294	311	28	*Galerius Maximianus Aug.* VIII. *Licinius Aug.* *vel* *Rufinus & Voluſianus.* *Euſebij* 3.	XXXIII *Pontifex Melchiades* 1.	6	III	1064	1059

Galerius Maximianus conſumptis genitalibus peſtilenti vulnere eſt extinctus, cùm paulo antè quàm moreretur perſecutionem edicto compreſſiſſet; in quo Tribunitiæ pot. XX appellatur & Conſul VIII. Euſeb. VIII Hiſt. cap. XVII.

Scaliger ad annum Euſebij MMCCCXXVI negat Maximianum iſtum Chriſtianos vnquā perſecutum eſſe, errore, quod nemo inficiabitur, prorſus immani. quem ille ipſemet edicto ſuo Maximianus conuincit. Sed & Anonymus refert Galerium Maximianum, poſtquam Licinium in Pannonia reliquit, ad Sardi-

cam regreſſum morbo ingenti occupatum ſic diſtabuiſſe, vt aperto, & putreſcenti vlcere moreretur, in ſupplicium perſecutionis iniquiſſimæ: imperaſſéque annos XIX, nempe abſolutos. Addit eundem *ſic ebrioſum fuiſſe, vt cùm iuberet temulentus ea, quæ facienda non eſſent, à Præfecto admonitus conſtituerit, ne iuſſa eius aliquis poſt prandium faceret.*

Hunc eundem à Maxentio inter Diuos relatum fuiſſe credibile eſt. Id enim numi veteris inſcriptio docet, quem ad annum CCCVI, N. XXIII profert Baronius MAXENTIVS DIVO MAXIMIANO SOCERO. quod de Galerio Maximiano Armentario, non, vt ille ratus eſt, Herculio intelligendum eſt, Anonymo præeunte.

Porro antequam perſecutio deſineret, paſſus eſt S. Lucianus martyr, cùm Nicomediæ coram Præfecto Apologiam pro Chriſtianis dixiſſet. Euſeb. VIII Hiſt. cap. XXV.

Euſebius Papa moritur XXVI Sept. poſtquam ſedit annos II, M. VII, D. XVI. Septimo poſt die ſuffectus eſt Melchiades Afer.

Alexandriæ mortuo Achilla creatus eſt Epiſcopus Alexander.

Per. Iul ✳ ☉	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5025 13 9 FE	4295	312	29	*Conſtantinus Aug. II.* *Licinius II.* — *Melchiadis 2.*	7	IV	1065	1060 Iunii 6.

Maximinus perſecutionem in Chriſtianos inſtaurat, Theotecni cuiuſdam Antiochenſis impulſu. Interim dira fames in Oriente graſſatur. Euſeb. IX Hiſt. cap. II, & VII.

Maximini iuſſu ſceleratiſſimus quidam liber conſcriptus, & vulgatus eſt, in quo multa contra Chriſtum nefariè conficta erant ſub Actorum Pilati nomine. Euſeb. IX Hiſt. cap. IV.

Conſtantinus cæleſti crucis oſtento ad Chriſtianam fidem conuerſus perſecutioni modum impoſuit, & multa Chriſtianorum in gratiam edixit, vnà cum Licinio, quem ſibi conciliauerat. Sed & Maximinus illorum metu Chriſtianis æquiorem ſe præbuit, & in eorum gratiam reſcriptum dedit. Euſeb. lib. IX, cap. VIII.

Poſt hæc Conſtantinus contra Maxentium bellum ſuſcepit. ac primùm tranſgreſſus Alpes duces illius ad Veronam profligauit. Inde Romam iter dirigens, cùm aduerſus ipſum Maxentius aciem eduxiſſet, ingenti prælio victus, atque ad Vrbem fugiens, ruina pontis, quem Tiberi impoſuerat, oppreſſus, ac demerſus periit. Poſtera die corpus ipſius è flumine ſublatum, & caput inciſum in Vrbem perlatum eſt. Euſeb. I. de vita Conſtant. cap. XXXII. Zoſimus lib. II. Vide lib. noſtrum XI, cap. XXVII.

Indictionum origo vulgò ab hoc anno repetitur. quàm rectè, diſputatum eſt lib. XI, cap. XXXVIII. Quamuis autem communis illa ſententia nullum idoneum authorem habeat; tamen cùm vnus iſte ſit ex annorum characteribus, viſum eſt ad Solis, Lunæque Cyclos deinceps Indictiones adiungere; quo firmior, certiórque Chronologia noſtra ſit, tot in idem conſentientibus annorum notis ſtabilita.

Per. Iul. ✳ ☉ Ind.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5026 14 10 1 D	4296	313	30	*Conſtantinus Aug.* III. *Melchiadis* *Licinius Aug.* III. 3. Conſtantinus ordinatis in Vrbe rebus, ſuſcepta in Germaniam profectione, Mediolani Conſtantiam ſororem Licinio copulauit Ad eas nuptias Diocletianus vocatus, cùm ſenectutem excuſaſſet, minacibus illorum literis exagitatus eſt. Zoſimus lib. II. Aurel. Vict. Poſt nuptias Conſtantinus Gallias repetit, vt ait Anonymus. Iiſdem Coſſ. Galerius Maximinus Imperator ſtolidè contra Conſtantinum, & Licinium inito bello, ab Licinio victus in Illyriis, in Aſiam fugit: & in Deorum ſacerdotes rabiem conuertit. Demùm in Chriſtianorum gratiam edicto dato, Tarſi miſerando mortis genere periit. Euſeb. lib. IV, cap. θ'. Zoſimus lib. II. Eutrop. X. Donatiſtæ in Africa tumultuantes contra Cæcilianum Epiſcopum Carthaginienſem, quem à Traditore Felice Aptungitano ordinatum fuiſſe falsò criminabantur, Conſtantinum interpellant: ad quem Anulinus Procoſ. Africæ XVII Kalend. Maias Donatiſtarum libellos miſit Carthagine; quibus cauſæ ſuæ cognitores Gallicanos Epiſcopos dari ſibi poſtulabant. Imperator Melchiadi Romano Pontifici, cum aliis Epiſcopis, ac tribus præcipuè Gallicanis, Materno Agrippinenſi, Rheticio Auguſtodunenſi, Marino Arelatenſi, illius diſceptationem controuerſiæ detulit. Romæ itaque conuenerunt Epiſcopi in domum Fauſtæ in Laterano VI Non. Octob. ſexta feria. In eo concilio ſchiſmatici cauſâ ceciderunt. Melchiades ſolo Donato culpato cum Maiorino cōponere voluit. Verùm Donatiſtæ conditionem omnem reſpuerunt. Optatus lib. I. Auguſt. Ep. LXVIII, CLXII, & CLXV. Melchiades obiit IV Id. Decemb. cùm ſediſſet annos II, M. II, D. VII.	8	Ol. 273	1066	1061
5027 15 11 2 C	4297	314	31	*Voluſianus.* XXXIV *Pontifex* *Anianus.* *Silueſter* I Silueſter Romanus presbyter in Melchiadis locum ſuccedit Kalend. Febr. Donatiſtæ rurſus in Africa turbant, & Felici Aptungitano crimen traditionis impingunt. De quorum cauſa mandato Conſtantini Ælianus Procoſ. Africæ cognoſcit. ac tandem XV Kalend. Martij contra Donatiſtas pronunciat. Qui Imperarorem appellant. cuius iuſſu Arelate Synodus collecta, & damnati Donatiſtæ. Hi rurſus ad Imperatorem prouocarunt. Aberat enim tum Conſtantinus. Aug. Epiſt. LXVIII, & CLXII. Ancyrana Synodus celebrata: nec non Neocæſarienſis. Conſtantinus III Non. Mai reſcriptum edidit ad Ablauium Præf. Præt. de ſententiis Epiſcoporum: vt quod ab iis decretum eſſet, etiam in ciuilibus controuerſiis, id ratum haberetur. L. I. Cod. Theod. de Epiſt. Iudic.	9	II	1067	1062

Per. Iul. ✱ ☉ Ind.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5028 16 12 3 B	4298	315	32	*Conſtantinus* IV. *Licinius* IV. — *Silueſtri* 2.	10	III	1068	1063

Conſtantinus egit cum Licinio, vti Baſſianus, cui Anaſtaſia ſoror altera Cõſtantini nupſerat, Cæſar fieret, & Italiam obtineret, medius inter vtrumq;. Interim Sinicius Baſſiani frater Licinij partes ſequens fratri perſuadet, vt contra Conſtantinum bellum capeſſeret. Sed ab eo in ipſo conatu Baſſianus opprimitur. Poſtea cùm Sinicium inſidiarum authorem Conſtantinus ad pœnas repoſceret, negante Licinio, bellum inter ambos oritur. cui faces etiam Licinius ſubiecerat, quòd imagines ſtatuáſque Conſtantini Æmonæ deiecerat. Pugnatum eſt primùm ad Cibalim Pannoniæ oppidum, & quidem VIII Id. Oct. vt refert Idatius. Cúmque prælium à prima luce in veſperam duraſſet, tandem victus eſt Licinius; iſque cum vxore, filio, ac theſauris Sirmio tranſlatus fugit in Daciam, & Valentem Cæſarem fecit. Conſtantinus Cibali, Sirmio, aliiſque oppidis potitus, hoſtem inſequitur. qui pace nequicquam orata, prælium inire cogitur. Pugnatum eſt in campo Mardienſi; ait Anonymus: ac poſt dubium diuturnúmque conflictum fuſis Licinianis, quo minus ij internecione delerentur nox ſuperueniens obſtitit. Tandem per Meſtrianum legatum compoſita pax eſt, pollicente Licinio ſe imperata facturum. Conuênit, vt Conſtantinus ab Illyriis occidentem verſus omnia teneret: Licinius Thraciam, Orientem, & vlteriores prouincias. Valens quoque Cæſar interfectus eſt.

Per. Iul. ✱ ☉ Ind.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5029 17 13 4 AG	4299	316	33	*Sabinus.* *Rufinus.* — *Silueſtri* 3.	11	IV	1069	1064 Iunij 5.

Diocletianus Salonæ III Non. Dec. moritur. Idatius. Euſeb.

Arius in tractatibus ad populum hæreſim ſpargens deprehenſus eſt: cùm eodem tempore Colluthus Alexandriæ preſbyter doctrinæ quoque ſuæ virus inſtillaret. Epiph. Hær. LXIX.

Hoc anno natum eſſe S. Martinum Gregor. Turon. refert, lib. I Hiſt. Franc. cap. XXVI.

Scythas per Gallicanum ducem compreſſos fuiſſe inſigni victoria, & cætera contigiſſe hoc anno, quæ in Actis eiuſdem feruntur, Sigonius exiſtimat.

Per. Iul. ✱ ☉ Ind.	Mundi	Anni Chr.	Anni Iul.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5030 18 14 5 F	4300	317	34	*Gallicanus.* *Baſſus.* — *Silueſtri* 4.	12	Ol. 274	1070	1065

His Coſſ. leuati tres Cæſares, Criſpus, Licinius, Conſtantinus die Kal. Mart. Idatius. Igitur ad firmandam pacem Conſtantinus, vt refert Anonymus, Sardicam reuerſus cum abſente Licinio conſtituit, vt filij Conſtantini, Criſpus ex Mineruina ſuſceptus, & Conſtantinus Arelatæ paucis ante diebus ortus: nec non Licinius Licinij F. Cæſares fierent. Zoſimus II. Aurelius Victor. qui Licinianum Licinij filium vocat. additque hanc Imperatorum concordiam diuturnam non fore, neque his, qui adſumebantur, felicem, defectu

Solis fœdato iiſdem menſibus die patefactum fuiſſe. Sed & Idatius ſequentibus Coſſ. notat tenebras fuiſſe inter diem hora IX. Nos è tabulis noris obſeruauimus obſcuratum eſſe Solem hoc anno Chriſti CCCXVII, Decemb. XX, feria VI, hora poſt meridiem 1, 20′. hoc eſt hora nona καιρικῆ, Lutetiæ Pariſiorum. Ea defectio digitorum extitit 7, 20′.

Metrophanes Byzantij Epiſcopus cùm ſediſſet annos III ſubſtituendum ſibi curauit Alexandrũ. Hic enim ſedit annos XXIII, vt author eſt Socrates lib. II, cap. IV. Sozom. lib. III, cap. III.

Per. Iul. ✳ ☉ Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5031 19 15 6 E	4301	318	35	*Licinius Aug.* V. *Criſpus Cæſar.* — *Silueſtri* 5.	13	II	1071	1066

Alexander Epiſcopus Alexandrinus Arium eiicit. qui in Palæſtinam abiens omnia permiſcet, & Euſebio Nicomedienſis præ cæteris adiutore vtitur. Socrat. & Sozom. lib. I. Epiph. Hær. LXIX.

Per. Iul. ✳ ☉ Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5032 20 16 7 D	4302	319	36	*Conſtantinus Aug.* V. *Licinius Cæſar.* — *Silueſtri* 6.	14	III	1072	1067

Licinius Imper. Chriſtianos de palatio ſuo pellit. Sed & Concilia celebrare illos vetuit: aliáque quam-plurima contra eoſdem ſtatuit, ac geſſit in odium Cõſtantini. quæ Euſeb. lib. I de vita Conſt. cap. XLIV, XLV, & ſequentibus exponit. Paſſi ſunt in ea perſecutione XL Martyres in Cappadocia frigore enecti. Baſilius Amaſiæ Ponticæ Epiſcopus martyrio afficitur. Euſ. Chron.

Conſtantinus Sarmatas Mæotidis accolas Iſtrũ tranſgreſſos cecidit. tum Iſtro traiecto eoſdem in regione ſua funditùs vicit, occiſo eorum rege Rauſimodo. Zoſimus II.

Idem verò de Alexandrinis turbis, & Ariano tumultu certior factus Oſium Cordubenſem Alexandriam mittit, vt pacem in ea vrbe conſtitueret; & ad Alexandrum, Ariúmque ſcripſit. Socrates I, cap. IV. Poſtea perſpecta Arij nequitia literas aduerſus ipſum publicas dedit. Socrat. cap. VI. Epipha. Hær. LXIX.

Apparet autem ex Athan. Apol. II, Oſium generalem Alexandriæ ſynodum coëgiſſe, in qua Colluthus in ordinem redactus; Sabelliana hæreſis ſublata. De Ario quid actum ſit, non liquet.

Gangrenſis Synodus ad hoc tempus fortaſſe pertinet. In ea damnatus Euſtathius quidam, qui Monaſticum vitæ genus adeò prædicabat, vt nuptias condemnaret.

S. Philogonio Antiocheno Epiſcopo mortuo ſuccedit Paulinus, ſiue Paulus. Niceph. Chron.

Conſtantinus contra aruſpices reſcripſit. L. I, & II. Cod. de Malef.

Item de Clericorum immunitate. L. II Cod. de Epiſcopis, &c.

Per. Iul. ✳ ☉ Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5033 21 17 8 CB	4303	320	37	*Conſtantinus Aug.* VI. *Conſtantinus Cæſar.* — *Silueſtri* 7.	15	IV	1073	1068 Iunij 4.

Criſpus Cæſar contra Alemannos feliciter bellum geſſit. Nazarius Paneg.

Conſtantinus pœnas contra orbos & cælibes latas ſuſtulit. L. I Cod. de Infirm. pœn. cœlib.

Per. Iul. ✱ ☉ Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5034 22 18 9 A	4304	321	38	16	Ol. 275	1074	1069

Criſpus Cæſar II. *Silueſtri*
Conſtantinus Cæſar II. 8.

Quinquennalia Criſpi, & Conſtantini Cæſarum hoc anno celebrata; quæ cum anno XV Conſtantini concurriſſe teſtatur Nazarius in Paneg.

Conſtantinus Donatiſtis pœnam exilij relaxat. Aug. lib. I poſt Collat. cap. XXXIII.

Idem de diei Dominicæ ab litibus feriatione ſanxit V Non. Iunij. L. I Cod. de Feriis.

At XVI Kal. Ian. haruſpices conſuli permiſit. L. I Cod. de pag.

Eodem anno Kal. Aug. medicis, grammaticis, & profeſſoribus aliis literarũ, immunitatem, aliáque beneficia conceſſit. L. I Cod. de med. & prof.

Per. Iul. ✱ ☉ Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5035 23 19 10 G	4305	322	39	17	II	1075	1070

Probianus. *Silueſtri*
Iulianus. 9.

Per. Iul. ✱ ☉ Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5036 24 I 11 F	4206	323	40	18	III	1076	1071

Seuerus. *Silueſtri*
Rufinus. 10.

Conſtantinus ſanctionem edidit contra diuerſarum religionum homines, qui Clericos ad luſtrorum ſacrificia celebranda compellerent. L. V Cod. de Eccl. & Cler.

Hoc anno bellum inter Conſtantinum, & Licinium cœptum eſt, ſi quidem vera Cedrenus refert XVIII menſes poſtremum hoc bellum tenuiſſe.

Per. Iul. ✱ ☉ Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5037 25 2 12 ED	4307	324	41	19	IV	1077	1072 Iunij 5.

Criſpus Cæſar III. *Silueſtri*
Conſtantinus Cæſar III. 11.

Quæ Scriptor Anonymus narrat, hoc anno cõtigiſſe videntur. Cùm eſſet Theſſalonicæ Conſtantinus (id autem Martio menſe factum eſt, vt ex L. IV Cod. de Nauiculariis colligitur) Gotthi per neglectos limites erũpentes, & vaſtata Thracia, Mœſiáq; prædas agentes Conſtãtini terrore & impetu repreſſi, captiuos impetrata pace reddiderũt. Id contra pactorum fidẽ Licinius factũ eſſe cõqueſtus eſt, quòd alienos fines ab hoſte vindicaſſet. Ita flagrantibus odiis bellũ exarſit. Quod dum vtrimque paratur; Licinius auaritia, & crudelitate graſſari cœpit, multis ob diuitias interfectis. Anonymꝰ.

Conſtantinus de Licinij legibus irritandis reſcriptum dedit XVII Kal. Iun. L. I Cod. de infirm. his quæ ſub tyr.

Criſpus Cæſar cum grandi claſſe ad occupandam Aſiam à patre miſſus. cui Licinius cum naualibus copiis Amandum oppoſuit. ipſe circa Hadrianopolin maximo exercitu latera ardui montis impleuerat. Conſtantinus diſciplina militari, & felicitate confuſum illius exercitum vicit, leuitérque femore ſauciatus eſt. Ita Anonymus. Pugnatum eſt V Non. Iul. vt refert Idatius. Habebat in exercitu Licinius CL M. equitum XV M. Cæſa ſunt XXXIV M. Zoſimus II.

Licinius accepta clade Byzantium petit; ac Martinianum Cęſarem facit. Criſpus interim Callipolin peruenit. vbi nauali prælio adeo ſuperior fuit, vt capta, vel oppreſſa claſſe, vix Amandus effuge-

rit. Licinius Chalcedonem cum theſauris confugit. Byzantium verò Conſtantinus occupauit. Acri deinde prælio victus eſt tertiò ad Chalcedonem Licinius XIV Kalend. Octobris, ait Idatius.

Itaque Conſtantiâ vxore Licinij apud fratrem agente, vita Licinio conceſſa eſt. Is in ordinem redactus, & conuiuio Conſtantini adhibitus eſt. Martinianus quoque vita donatus. Licinius Theſſalonicam miſſus eſt. Hæc Anonymus.

Zoſimus ait ingentem vim hoſtium eſſe cæſam ad C M. circiter: tùm Licinium Nicomediam ſeſe recepiſſe : atque inde cum Conſtantino pactionem feciſſe. Vide Euſeb. lib. I de vita Conſtant.

Florebat hoc tempore egregia laude ſanctitatis S. Nicolaus Myrenſis Epiſcopus.

Paulino Antiocheno Epiſcopo mortuo, magna de ſucceſſore ſubrogando ibidem orta contentio eſt: cùm Ariani vehementer optarent, vt eò Cæſarienſis Euſebius transferretur. Euſeb. lib. III de vita Conſtant. cap. LVII. Tandem ordinatus eſt Euſtathius Catholicus, & laudatus antiſtes. Theodor. lib. I, cap. VII.

Gliſcente in dies interim Ariana peſte : tum altercatione illa de Paſchatis celebratione inter Aſianos potiſſimùm vigente, de indicenda generali Synodo deliberatum eſt : ídque ſequenti anno confectum.

Per. Iul. ☼ ⊙ Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Coss.	Pont.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5038 26 3 13 C	4308	325	42	*Paulinus.* *Iulianus.*	*Silueſtri* *12.*	20	Ol. 276	1078	1073

PRIMA SYNODVS OECVMENICA NICÆNA.

Licinius Theſſalonicæ nouis rebus ſtudens, Conſtantini iuſſu peremptus eſt. Martinianus verò in Cappadocia. Anonymus. Idatius, Euſeb. Chron.

His Coſſ. celebrata eſt Synodus Nicæna contra Arium à CCCXVIII Patribus. Cœpta eſt XIII Kal. Iul. & VIII Kalend. Septemb. terminata.

Conditum in ea fidei Symbolum : decretúmque vti Paſcha eodem ab omnibus tempore perageretur. Sub finem Concilij Conſtantinus Vicennalia Nicomediæ celebrauit. Euſeb. Chron. & lib. III de Vita cap. XIV; nec non lib. IV, cap. XL.

Ariani palinodiam recantantes à Synodo recepti. quin & Arius ipſe ea lege, vt ne Alexandriam rediret. Athan. Apol. II. Hieron. Dial. cont. Lucifer.

Silueſter miſſis ad ſe Concilij decretis, coacta Romæ Synodo probauit quæ in illo geſta fuerant.

Conſtantinus gladiatorum ſpectacula edicto ſuſtulit Kal. Oct. L. I. Cod. de gladiat.

Euſebius Cæſarienſis Chronicon ſuum hoc anno terminat.

Per. Iul. ☼ ⊙ Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Coss.	Pont.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5039 27 4 14 B	4309	326	43	*Conſtantinus Aug.* VII. *Conſtantius Cæſar.*	*Silueſtri* *13.*	21	II	1079	1074

Hoc anno Criſpus Cæſar, quòd in ſuſpitionem

nem inceſtæ cum nouerca cõſuetudinis veniſſet, Polæ in Iſtria occiditur, vt ait Ammianus lib. XIV. At Zoſimus Romæ id factum aſſerit lib. II. De anno teſtatur Idatius. Sozomenus item lib. I, cap. V, anno XX Conſtantini idipſum adſcribit; nono verò ex quo Criſpus Cæſar eſt factus, Euſebius in Chron.

Eodem anno & Licinius Licinij F. interemptus eſt. Euſeb. Zoſimus II.

Vicennalia Conſtantini Romæ edita ſunt. Idatius, & Euſeb. Chron.

Conſtantinus aduerſus hæreticos ſanxit; eóſque conuentus habere prohibuit: ædes illorum dirui, & Catholicis attribui iuſſit. Euſeb. lib. III de vita Conſtant. cap. LXI.

Helena Conſtantini mater crucem Domini Hieroſolymis repertam, & inſignibus miraculis exploratam diuiſit, ac partem ibi reliquit; partem ſibi ſumpſit. Ambroſ. Orat. de fun. Theod. Paulinus Epiſt. XI. Sulpitius Seuerus II.

At Conſtantinus Hieroſolymorum inſtaurauit vrbem, & in ea baſilicam inſignem extrui iuſſit. Helena porrò duas alias erexit: vnam Bethleemi, alteram in monte Oliuarum. Euſeb. lib. III de vita Conſt. cap. XXIV, & XLIII.

Alexandro epiſcopo mortuo, quinto poſt celebratam Nicææ Synodum menſe creatus eſt Alexandriæ Epiſcopus Athanaſius. Theodor. lib. I, cap. XXVI. Athan. Apol. II.

Arnobius in Africa rhetor clarus habetur. qui cùm in ciuitate Siccæ ad declamandum iuuenes erudiret, & adhuc Ethnicus ad credulitatem ſomniis compelleretur, neque ab epiſcopis impetraret fidem, quam ſemper impugnauerat, elucubrauit aduerſus priſtinam religionem luculentiſſimos libros: & tandem veluti quibuſdam obſidibus pietatis fœdus impetrauit. Hieron. in Chron.

Florebat & Lactantius Arnobij diſcipulus, qui Criſpi Cæſaris extrema iam ætate præceptor fuit. Hieron. Catalogo.

In Perſide contra Chriſtianos perſecutio grauis à Sapore commouetur: in qua Acepſimas, Aithales, & alij quamplurimi pro Chriſto paſſi ſunt. Theophanes. Cedrenus, qui & Metrodori cuiuſdam Philoſophi ſcitu non indignam hiſtoriam refert.

Calocerus magiſter pecoris camelorum Cyprum ſpecie regni occupat. ſed mox oppreſſus interficitur. Aur. Victor. Hieron. Chron.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5040 28. 5. 15 A	4310	327	44	*Conſtantius Cæſar* V. *Maximus.* — *Silueſtri* 14.	22	III	1080	1075

Arius, qui hæreſin hactenus diſſimularat, per Euſebium Nicomedienſem Alexandriam redire molitur. Sed nec iſte, nec Imperator id ab Athanaſio extorquere potuit. Athan. Apol. II.

Euangelium Indiis per Frumentium Tyrium importatur, qui ab Athanaſio Epiſcopus illis datus eſt. Rufinus lib. I, cap. IX. Socrat. I, cap. XV.

Theodoret. I, cap. XXIII. Sozom. I, cap. XXIII.

Eodem tempore Iberi Chriſtianæ cuiuſdam captiuæ opera Chriſti fidem ſuſcipiunt: vt iidem illi memoriæ produnt.

Hoc anno Conſtantinus Fauſtam vxorem ſuam ob falſam Criſpi delationem in balneo interfici iuſſit. Hieron. Chron. Zoſimus II. Eutrop. X. Cuius crudelitatem Ablauius, qui poſteà Coſſ. fuit, his verſibus notauit, quos palatinis foribus appendit.

Saturni aurea ſæcla quis requirat?

Sunt hæc gemmea, ſed Neroniana.

Sidon. lib. V. Epiſt. VIII.

Hoc ferè tempore mortua eſt Helena Romæ, inter filij ac nepotum complexus, annos LXXX nata, Auguſti XVIII, & à filio magnificè ſepulta in baſilica SS. martyrum Marcellini & Petri, via Lauicana. Euſeb. lib. III de vita, cap. XLVI, & XLVII.

Idem porrò Conſtantinus Drepanum Bithyniæ ciuitatem in honorem Luciani martyris ibi conditi inſtaurans ex vocabulo matris ſuæ Helenopolin nominauit. Hieron. Chron.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5041 1. 6. 1 GF	4311	328	45	23	IV	1081	1076 Iunij 2.

Ianuarius. *Silueſtri*
Iuſtus. *15.*

Athanaſius diœceſim ſuam luſtrans Iſchyram in Mareotide pro Epiſcopo ſe gerentem deiicit: qui ad Meletianos confugit. Athan. Apol. II. In ea peregrinatione SS. Antonium, & Pachomium inuiſit.

Iuuencus preſbyter Hiſpanus Euangelia carmine vertit. Hieron. Chron. & in Catal.

Publilius Optatianus Porphyrius miſſo ad Conſtantinum inſigni volumine ab exilio liberatur. Hieron. Chron.

Circa hoc tempus Conſtantinus Byzantij ſitum, opportunitatémque contemplatus inſtaurare, ac munire aggreditur, ibíque ſedem imperij conſtituere. Zoſimus II.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5042 2. 7. 2 E	4312	329	46	24	Ol. 277	1082	1077

Conſtantinus Aug. VIII. *Silueſtri*
Conſtantinus Cæſar IV. *16.*

Meletiani, & Euſebiani falſis criminibus Athanaſium exagitant. Sed eorum fraude comperta Conſtantinus tam illos, quàm Euſebium Nicomedienſem execratus eſt, eundémque deturbari ſede ſua iuſſit. Athan. Apol. II. Socrat. I, cap. XX. Sozom. II. cap. XX.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5043 3. 8. 3 D	4313	330	47	25	II	1083	1078

Gallicanus. *Silueſtri*
Symmachus. *17.*

His Coſſ. Conſtantinopolis dedicata eſt V Id. Maias. Idatius. Vide lib. XI, cap. XLII. Hanc ipſam vrbem Conſtantinus pene totius orbis Romani ſpoliis locupletauit, alterámque Romam eſſe voluit.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5044 4. 9. 4 C	4314	331	48	26	III	1084	1079

Baſſus. *Silueſtri*
Ablabius. *18.*

Meletiani Euſebio Nicomedienſi authore, falſa quædam crimina Athanaſio impingunt

confracti calicis, & Arſenij occiſi. Socrat. 1, cap. xx. Sozom. 11, cap. xxii.

Edicto Conſtantini gentilium templa ſubuerſa ſunt. Hieron. Chron. Theophanes.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5045 5. 10. 5 BA	4315	332	49	27	IV	1085	1080 Iunii I.

Pacatianus — *Silueſtri*
Hilarianus. — *19.*

Conſtantinus contra Gotthos implorantibus Sarmatis auxilium tulit. Itaque per Conſtantinum Cæſarem centum prope millia fame & frigore extincta ſunt. Tunc & obſides accepit: & inter eos Ariarici regis filium. Anonymus. Idatius quoque xii Kalend. Mai victos ait Gothos à Romanis in terris Sarmatarum. quod & Hieron. in Chron. memorat.

S. Martinus natus annos xvii in militiam iuſſu Imperatoris adſcribitur. Seuerus in eius vita, cap. 1. Et quidem his Coſſ. reſcriptum de veteranorum filiis ad militiam cogendis datum extat lib. vii. Cod. Theod. Tit. xxii.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5046 6. 11. 6 G	4316	333	50	28	Ol. 278	1086	1081

Dalmatius. — *Silueſtri*
Xenophilus. — 20.

Athanaſius miſſo Macario presbytero ad Conſtantinum plenè ſe de obiectis criminibus purgauit: ad eúmque perhonorificas literas Conſtantinus miſit. Athan. Apol. 11.

Conſtans Conſtantini F. hoc anno leuatus eſt Cæſar viii Kal. Ian. Idatius. Eodem anno Conſtantinus v Kal. Octob. medicis, & profeſſoribus literarum immunitatem confirmauit, *quo facilius liberalibus ſtudiis multos inſtituerent.* L. 2, Cod. de Med. & Prof.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5047 7. 12. 7 F	4317	334	51	29	II	1087	1082

Optatus. — *Silueſtri*
Paulinus. — *21.*

Conſtantinus in cauſa Athanaſij Cæſaream Palæſtinæ conuenire Epiſcopos iuſſit. qui ſubinde Tyrum tranſlati. Cogendi concilij fuit & altera ratio, vt baſilicam Hieroſolymis dedicarent. Socrat. 1. cap. xx.

Sarmatarum ſerui contra dominos rebellarunt. quos pulſos Conſtantinus libenter accepit: & amplius CCC M hominum mixtæ ætatis, & ſexus per Thraciam, Scythiam, Macedoniam, Italiámque diuiſit. Anonymus. Idatius. Hieron. Chron. qui Arcaragantas vocari profugos iſtos refert. Vide Ammianum lib. xvii, & xix.

Solis inſignis defectio his Coſſ. accidit Romæ Iulij xvii, hora 11, 17′ à media nocte: fuítque digitorum 10 ½ ferè. Firmicus lib. 1, cap. 11.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5048 8. 13. 8 E	4318	335	52	30	III	1088	1083

Conſtantius. — *Silueſtri*
Albinus. — *22.*

Conſtantinus tricennalia edidit viii Kalend. Auguſti, & leuatus eſt Dalmatius Cæſar xiv Kal. Octob. Idatius. Aurel. Victor. Hic erat Dalmatij fratris Conſtantini filius. Eius verò fratrem Annibalianum, ait Anonymus; data ei Conſtantiana filia ſua, regem regum, & Ponticarum gentium conſtituit. (Hinc Annibalianus rex ab Ammiano initio lib. xiv dicitur.) Ita Gallias Con-

ſtantinus minor degebat: Orientem Conſtantius: Africam, Illyricum, & Italiam Conſtans: ripam Gothicam Dalmatius tuebatur. Hæc Anonymus. Euſebius quoque lib. IV de vita cap. LI, & LII refert Conſtantinum in tres filios imperium eſſe partitum.

Celebratum eſt hoc anno famoſum illud Conciliabulum Tyri; cui ſe ſiſtit Athanaſius, & obiectam Arſenij cædem, aliáque crimina ſtrenuè diluit. Sed aduerſariorum impotentia coactus eſt ad Conſtantinum fugere. Interim miſſi in Ægyptum ex Conciliabulo, qui de iiſdem criminibus inquirerent: qui quidem per ſummam iniuriam, & calumniam omnia geſſerunt. ſecundum quæ abſentem Athanaſium condemnant. Socrates. Sozom. Epiphan. in Arianis, & alij.

Baſilica à Conſtantino erecta Tyri ab Epiſcopis dedicatur. Inde altera Hieroſolymis, quæ Martyrion dicta eſt. Euſeb. IV de vita, cap. XLI, XLIV & ſeq.

Nazarij Oratoris Gallicani filia in eloquentia patri coæquatur. Tiberianus vir diſertus Præfectus Prætorio Gallias regit. Euſtathius Conſtantinopolitanus preſbyter agnoſcitur. cuius induſtria Hieroſolymis martyrium conſtructum eſt. Hieron. Chron.

Per. Iul. ✳ ☉ Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5049 9. 14. 9 D C	4319	336	53	*Nepotianus. Facundus.* — XXXV *Pontifex Marcus I.* — XXXVI *Pontifex Iulius I.*	31	IV	1089	1084 Maij 31.

Marcus Papa Romanus Siluestro ſubrogatus eſt XVII Kalend. Febr.

Athanaſio apud Imperatorem inſtante, Conſtantinopolim euocantur Epiſcopi, qui ipſum condemnauerant. Ij nouis criminibus Athanaſium accuſant. quibus Imperator commotus & ipſum, & eius fautores Epiſcopos relegat. Athanaſium quidem Treuerim in Galliam. vbi à S. Maximo perhumaniter exceptus eſt. Triumphantibus interim Arianis, Arius Conſtantinopolin accitus ficta profeſſione fidei edita Imperatorem illudit. Sed paulò pòſt miro Dei iudicio miſeranda morte periit. Rufin. L. I, cap. XII. Athan. ad Serap. Socrat. lib. I, cap. XXV. Sozom. & alij.

Conſtantinus in vrbe cognomine baſilicam Apoſtolorum, vbi ſepeliretur, extruxit. Euſeb. IV de vita, cap. LVI. Socrat. lib. I, cap. vlt.

Conſtantio filio Conſtantinus vxorem dedit. Euſeb. lib. IV de vita. Hanc aliam quàm Euſebiam oportet eſſe, ſi vera ſcripſit Iulianus Aug. Orat. in eandem Euſebiam: vbi Conſtantium iam & imperij, & totius orbis ferè compotem, poſt vindicatam de iniuſto vſurpatore ditionem ſuam, Euſebiam ſibi coniugem adſciuiſſe memorat.

Marcus Papa octauo ſedis ſuæ menſe moritur Octobris VII. Huic ſuffectus eſt Iulius Romanus, Octobris XXVII.

Conſtantinus legem tulit, vt ſi quis Iudæorum Chriſtianum mancipium, aut cuiuſuis ſectæ mercatus circumcidiſſet, libertatis priuilegiis qui hoc

ſuſtinuiſſet potiretur. Cod. Theod. L. I. Ne Chriſt. mancip. &c.

Item ne Iudæis Chriſtianos ex Iudaiſmo conuerſos inquietare liceret. Lege v, Cod. de Iudæis.

Indorum legatos munera ferentes Conſtantinus excepit. Euſeb. lib. IV de Vita Conſtant.

Idem reliquias SS. Lucæ, Andreæ, & Timothei Conſtantinopolim tranſtulit. Hieron. contra Vigil.

Per. Iul. ✱ ☉ Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5050 10. 15. 10 B	4320	337	54	*Felicianus* *Titianus.* *Iulij* *2.* XII *Impp.* { *Conſtantinus.* *Conſtantius.* *Conſtans.*	1	Ol. 279	1090	1085

Conſtantinus Imperator XI Kalend. Iunias, ſiue Mai XXII, ipſo die Pentecoſtes ex hac vita migrauit, rure proximo Nicomediæ, quod Achyronam vocabant, ſub meridiem. Aurelius Victor. Idatius. Euſeb. lib. IV de vita, cap. LXIV. Imperauit annos XXXI, aut XXXII etiam attigit, ſi vera eſt coniectura noſtra, mortuum Conſtantium Chlorum anno Chriſti CCCV. Euſebius, aliíque veteres paulò ante mortem baptizatum eſſe memorant. Vide lib. XI, cap. XLIII.

Eodem anno tres Auguſti renunciati ſunt, Conſtantinus, Conſtantius, & Conſtans V Id. Sept. vt ait Idatius. Hi imperium inter ſe partiti ſunt: vt Conſtantinus Gallias, & quicquid trans Alpes erat obtineret: Conſtans Romam, & Italiam, Africam, Siciliam, & inſulas reliquas, Illyricum, Macedoniam, & Græciam: Conſtantius Thraciam, Aſiam, & Orientem cum Ægypto. Erant & imperij quodammodo participes Dalmatius Cæſar, & Conſtantius Conſtantini frater, & Anaballianus, coccinea, & aurata veſte, ac Nobiliſſimatus titulo donati à Conſtantino. Sed hi omnes militari ſeditione, haud dubiè incitante, vel conniuente Conſtantio, ſublati ſunt: cúmque his Optatus Patricius à Conſtantino factus, nouo, & ab eodem excogitato dignitatis titulo. quo qui afficiebantur ſupra Præfectos Prætorio ſedebant. Occiſus eſt & Ablauius Præf. Præt. Gallus autem, & Iulianus ægrè ſeruati ſunt. Zoſimus II. Socrat. III, cap. I. Sozom. V, cap. II.

Zoſimus falſus eſt, dum tres illos Conſtantini ſucceſſores non ex Fauſta Maximiani filia genitos, ſed ex alia ſuſceptos ait, quam adulterij inſimulatam occidit.

Romæ concilium à Iulio Papa celebratur, in quo Nicæni concilij acta probata ſunt, & hæreſis Ariana damnata.

Per. Iul. ✱ ☉ Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5051 11. 16. 11 A	4321	338	55	*Vrſus.* *Polemus.* *Iulij* *3.*	2	II	1091	1086

Athanaſius à Conſtantino iuniore cum literis Alexandriam remiſſus magno cum honore ibidem exceptus eſt. Theodor. II, cap. I. Athan. Apol. II.

Conſtantius expeditionem in Perſas ſuſcipit, & Antiochiæ à S. Spiridione Trimithuntis in Cypro

epiſcopo à morbo curatus eſt. Metaphraſtes in eius vita, XII Septemb.

Sapores Perſarum rex Niſibin acri obſidione premit duobus menſibus. Sed à S. Iacobo eius Epiſcopo illius impetus propulſatur, & immiſſo culicum agmine fugatur. Hieron. Chron. Theodoret. in Philotheo. Deſcribit hanc obſidionem Iulianus in Paneg. Conſtantij.

Per. Iul. ✵ ⊙ Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5052 12 17 12 G	4322	339	56	3	III	1092	1087

Conſtantius Aug. II. *Iulij*
Conſtans Aug. 4.

Euſebius Nicomedienſis cum fautoribus ſuis legatos ad Iulium & ad Conſtantinum, ac Conſtantem mittunt cum expoſtulatione aduerſus Athanaſium. qui ab eius legatis cõfutati, generale concilium poſtulant. Athan. Apol. II, & ad Solitar.

Hoc anno Conſtantinus & Conſtans matrimonia cum fratris, ſororiſve filia ſub capitali pœna prohibuerunt. L. I, Cod. de inceſtis nuptiis.

Per. Iul. ✵ ⊙ Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5053 13 18 13 FE	4323	340	57	4	IV	1093	1088 Maij 30.

Acyndinus. *Iulij* *Imper.* { *Conſtantius.*
Proculus. 5. *Conſtans.*

Synodus in cauſa Athanaſij Romæ à Iulio indicitur. ad quam Athanaſius accurrit, & Romæ annum I, M. VI hæſit. Interim Antonij vitam publicat. Iulij P. epiſtola apud Athan. Apol. II.

Euſebius Cæſarienſis moritur, vt indicat Socrates II, cap. III.

Alexander Conſtantinopolitanus anno ætatis XCVIII, cùm ſediſſet annos XXIII moritur. Succedit Paulus orthodoxus. qui ab Arianis per Conſtantium Imperatorem eiicitur, & in eius locum Euſebius Nicomedienſis transfertur. Paulus verò in Pontum relegatur. Socrat. lib. II, cap. IV, & ſeq. Sozom. III, cap. IV. Athan. ad ſolitar.

Euſtathius Antiochenus per calumniam meretriculæ deponitur. Athan. ib. Catholici verò deinceps Antiochiæ priuatos conuentus agentes Euſtathiani dicti ſunt.

Conſtantinus iunior Conſtanti fratri bellum inferens, ac latrocinij ſpecie in eius fines irrumpens obtruncatus eſt, proiectúſque in flumen Alſam prope Aquileiam. Aurel. Victor. Idatius. Zoſimus lib. II ſcribit Conſtantem, mota inter ipſum & fratrem controuerſia de Africa Carthagini contributa, & Italia, triennio toto conceptam in illum iracundiam fouiſſe, ac demum per inſidias oppreſſiſſe.

Per. Iul. ✵ ⊙ Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5054 14 19 14 D	4324	341	58	5	Ol. 280	1094	1089

Marcellinus. *Iulij*
Probinus. 6.

His Coſſ. pugna facta eſt cum gente Francorum à Conſtante in Galliis. & ipſo anno terræ motus fuit ad Orientem per totum annum præter Antiochiam. Idatius. Terræ motus meminit Oroſ. VII, cap. XXIX. De Francis Hier. Chron.

Antiochiæ Dominicum aureum conſecratur, ait Hieron. Chron. Hæc ſunt celeberrima illa encænia, quibus baſilica à Conſtantino M. conſtructa dedicata eſt, & Conſtantio præſente Synodus habita Epiſcoporum XC, vel XCVII, aut

xcix, è quibus Ariani xxxvi. Ibi Athanaſius exauthoratur, eíque ſubſtituitur Gregorius Cappadox. Poſtea fidei Confeſſio ab iiſdem edita; in qua τῆς οὐσίας vocabulum ſuppreſſum. Tùm Canones conditi xxv. qui poſtea in corpus Canonum recepti.

Iulij Papæ legati ab Arianis detenti, ac tandem dimiſſi ad Iulium redeunt. Is fruſtra exſpectatis Euſebianis, quos ad Synodum citarat, Romæ conuentu Epiſcoporum habito, illos damnat, & Athanaſium abſoluit. Sed & Marcelli Ancyrani cognita cauſa, & ipſum ad communionem recipit. Socrat. lib. II. Sozom. III. Athan. de Synod. Athanaſius abſolutus Alexandriam proficiſcitur. Socrates.

Conſtantius ſacrificia interdicit. L. II, Cod. de Paganis, &c.

Per. Iul. ✱ ☉ Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5055 15 1 15 C	4325	342	59	6	II	1095	1090

Conſtantius Aug. III. Iulij
Conſtans Aug. II. 7.

Franci à Conſtante victi, ſeu pacati, ait Idat. & Hieron. Chron.

Gregorius Cappadox per præfectum Philagrium Conſtantij iuſſu Alexandriam introducitur: ibíque ingens ciuium patrata cædes. Athanaſius clam dilapſus Romam confugit. Athan. Epiſt. ad Orthod.

Euſebius ex Nicomedienſi Conſtantinopolitanus Epiſcopus moritur. poſt cuius obitum de ſucceſſore tumultuatum: Catholicis Paulum olim eiectum; Arianis Macedonium ſubrogantibus. Hermogenes porrò dux à Conſtantio miſſus Paulum expulit, & ciuitatem frumentaria annona mulctauit. Paulus interim Romam ſeſe recipit. Eodẽ & Aſclepas Gazæ, Marcellus, Ancyræ, Lucius Hadrianopolis Epiſcopi ſedibus pulſi ſuis aduenêre. Hermogenes à populo tractus, & miſerrimè diſcerptus eſt. Socrat. II, cap. x. Sozom. III, cap. v. Idatius tractũ ait Hermogenem hoc anno.

Photinus Ancyra oriundus Marcelli Ancyrani diſcipulus hoc ferè tempore nouam hæreſin condidit. Socrat. II, cap. XI.

Per. Iul. ✱ ☉ Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5056 16 2 1 B	4326	343	60	7	III	1096	1091

Placidus. Iulij
Romulus. 8.

S. Paulus primus eremita moritur annos natus CXIII. Hieron. in eius vita.

Apud Perſas dira in Chriſtianos exorta perſecutio, in qua Simeon Seleuciæ, & Cteſiphontis Epiſcopus; Vſtazanes Eunuchorum princeps, ac regis educator, aliíque complures occiſi ſunt. Sozom. II, cap. VIII. Hieron. Chron.

Per. Iul. ✱ ☉ Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5057 17 3 2 A G	4327	344	61	8	IV	1097	1092 Maij 29.

Leontius. Iulij
Salluſtius. 9.

Aliud Antiochiæ concilium ab Arianis celebratur: in eóque noua fidei forma conſcribitur, cæteris prolixior, atque ob id μακρόστιχος dicta, quæ & Luciani martyris titulo edita eſt. Sozom. III, cap. v. Athan. de Synodis.

Neocæſarea in Ponto ſubuerſa, excepta Ec-

Per. Iul. ☼ ⊙ Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				cleſia, Epiſcopo, cæteríſque, qui ibi reperti ſunt. Hieron. Chron.				
5058 18. 4. 3 F	4328	345	62	*Amantius.* *Iulij* *Albinus.* 10. Conſtantius aduerſus Perſas in expeditione perſeuerat: contra quos parùm proſperè pugnat. Oroſ. VII, cap. XXIX. Titianus vir eloquens Præfecturam Prætoriam apud Gallos exercet. Hieron. Gallus & Iulianus Conſtantij Conſtantini M. fratris filij hoc ferè tempore clerici facti ſunt. qui, cùm ambo Martyrum baſilicam extruerent, Galli opere procedente, Iuliani opus excutiebatur, & corruebat. Gregor. Nazianz. Orat. I in Iul.	9	Ol. 281	1098	1093
5059 19. 5. 4 E	4329	346	63	*Conſtantius Aug.* IV. *Iulij* *Conſtans Aug.* III. *II.* Athanaſius poſt triennium, quàm Romam adierat, accitus à Conſtante Mediolanum venit: vbi de conuocando concilio agitur. Athan. Apol. I. Præerat tunc Mediolani Protaſius. Indicta eſt Sardicam generalis Synodus à Conſtante & Conſtantio. Theodor. L. II, cap. IV. Concilium Agrippinenſe, ſiue Colonienſe celebratum; in eóque damnatus Euphrates illius vrbis Epiſcopus, qui Chriſti diuinitatem negabat. Eclipſis Solis accidit Iunij VI, feria V, hora 5, 31′ poſt mediam noctem Conſtantinopoli, digitorũ 8.	10	II	1099	1094
5060 20. 6. 5 D	4330	347	64	*Rufinus.* *Iulij* *Euſebius.* *12.* Sardicenſis Synodus hoc anno celebrata Sardicæ, quæ vrbs in Illyrico, & in Thraciæ, ac Myſiæ confinio poſita eſt. Interfuerunt CCCLXX Epiſcopi plerique Catholici; reliqui Ariani. Ex Galliis adfuit Maximinus Treuirenſis, Seruatius Tungrenſis, Simplicius Auguſtodunenſis Epiſcopi. In ea abſolutus eſt Athanaſius, Ariani damnati, & Canones aliquot conditi. Ariani vbi rem ex æquitate ac fide agi vident, paulatim dilapſi Philippis in Thracia conciliabulum eodem tempore celebrant, quod & Sardicenſe nominarunt: cuius decretum fidei extat in Fragmentis Hilarij ad Africanos Epiſcopos miſſum. In eo ſtatuerunt, vti Conſubſtantialis vox à nullo deinceps vſurparetur. Sozomen. III, cap. X. Socrat. II, cap. XX. Legati ex Sardicenſi Synodo ad Conſtantium miſſi Vincentius Capuæ, & Euphrates Agrippinenſis Epiſcopi. Theodoret. II, cap. VIII. De Euphrate mirum, cum anno ſuperiore damnatus legatur.	11	III	1100	1095
5061 21. 7. 6 C B	4331	348	65	*Philippus.* *Iulij* *Salia.* *13.* Bellum Perſicum nocturnum ad Singarã geſtum hoc anno produnt Hieron. Chron. & Idatius quãdo haud dubiam victoriam ferocia militum Conſtantius amiſit: qui pugnam ſeditioſè & ſtolidè contra rationem belli die iam præcipiti popoſce-	12	IV	1101	1096 Maij 28.

runt. Eutrop. x. Sex. Rufus. Addit Hieronymus ex nouem grauiſſimis prælijs contra Perſas maximum id accidiſſe. quo & Niſibis obſeſſa, & Bizabdæ, & Amida capta ſunt.

Vincentius, & Euphrates Sardicenſis Synodi legati à Stephano Antiocheno Epiſcopo per ſubornatam meretricem calumniam paſſi ſunt. Sed mox fraude patefacta Stephanus abdicatus, & ab Eccleſia pulſus eſt, eique Leontius euiratus ſuffectus homo perditus. Theodoret. II, cap. IX.

Paulus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, & Athanaſius datis à Conſtante minacibus ad Conſtantium literis reſtituti ſunt. quamquam hoc anno apud Conſtantem ſubſtitit Athanaſius. Theodor. ibid. Socrat. II, cap. XVIII. Sozom. III, cap. XIX.

Conſtans Imperator Paulum & Macarium viros clariſſimos in Africam miſit, qui Donatiſtas ad Eccleſiam Catholicam adducerent, & pauperum inopiam ſubleuarent. quibus Donati ambo Donatiſtarum Epiſcopi, alter Carthaginienſis, alter Bagaienſis antiſtes reſtiterunt: quin & Circuncelliones in eoſdem armarunt: quorum plerique à militibus occiſi, & pro martyribus à Donatiſtis in honore habiti ſunt. Optatus lib. III.

Concilium Carthaginienſe I ſub Grato Epiſcopo Carthagin. in quo Canones XIV ſanciti. To. I Concil.

Maximus Hieroſolymorum Epiſcopus moritur. cui ſubrogatus eſt Cyrillus, quem Hieronymus ab Acacio Cæſarienſi in mercedem perfidiæ Epiſcopatum hunc adeptum eſſe ſcribit; quod Maximi ordinatione, à quo presbyter factus erat, eiurata, Diaconus in Eccleſia adminiſtraſſet.

Sol hoc anno defecit Octobris IX, feria I ſub horam diei ſecundam, vt teſtatur Theophanes: ac diametri beſſis circiter defecit. Vide lib. XI, cap. XLIII.

Per. Iul. ✳ ☉ Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Conſules		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5062 22. 8. 7 A	4332	349	66	*Limenius.* *Catullinus.*	*Iulij* *14.*	13	Ol. 282	1102	1097

Conſtantius fratris literis miniſque compulſus Athanaſium ad ſeſe euocat, poſtquam Gregorius ab Alexandrinis occiſus eſt: & Antiochiam ad ſeſe venientem benignè excepit. Quin & omnia contra ipſum acta aboleri iuſſit. Conſtantio porrò Eccleſiam Arianis ſuis Alexandriæ poſtulãte, cùm viciſſim Antiochiæ dari Catholicis Athanaſius reſtipulatus eſſet, Arianis conditionem detrectantibus, Alexandriam cum honore remiſſus eſt. Theodor. II, cap. XII. Socrat. II, cap. XVIII.

Per. Iul. ✳ ☉ Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Conſules			Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5063 23. 9. 8 G	4333	350	67	*Sergius.* *Nigrinianus.*	*Iulij* *15.*	*Imperator Conſtantius ſolus.*	14	II	1103	1098

His Coſſ. (ait Idatius) Conſtans occiſus eſt in Salliis à Magnentio, & leuatus eſt Magnentius die XV Kalend. Febr. & Vetranio apud Sirmium Kalend. Maij. Eo anno & Nepotianus Romæ III Non. Iun. & pugna magna fuit cum Romanis, & Magnentianis. Hæc Idatius. Eutrop. x, ex eóque

Chron. Hieronymi idem refert: nimirum Conſtantem anno imperij XVII, (ex quo ſcilicet Cæſar factus eſt) ætatis XXX occiſum eſſe non longè ab Hiſpaniis in caſtro, cui Helenæ nomen eſt. Victor annum tribuit ætatis XXVII, Auguſtæ poteſtatis XIII, aitque cæſum ipſum à Gaiſone, quem Magnentius arrepta tyrannide ad illum opprimendum miſerat. cuius morte cognita Vetrano Magiſter militum imperium in Pannonia apud Murſiam occupauit. Eadem & Zoſimus habet.

Nepotianus Eutropia Conſtantini ſorore natus à Magnentianis ducibus oppreſſus eſt viceſimo octauo die, eiúſque caput pilo præfixum. Vetranio octauo pòſt menſe, nempe VIII Kalend. Ian. (vt ſcribit Idatius) in ordinem redactus eſt, eique commodam in otio vitam Conſtantius indulſit. Hæc iidem illi Scriptores.

Inter hæc Athanaſius incredibili ordinum omnium gratulatione Alexandriæ exceptus eſt. Sed antequam eò perueniret, Hieroſolymis in eius gratiam celebrata Synodus eſt. Laodiceæ quoque in Syria cum Apollinari Lectore filio Apollinaris alterius conſuetudinem habuit. Quam ob cauſam à Georgio Laodiceno eiectus Apollinaris conceptum dolorem in peſtilentiſſimam hæreſin effudit. Socrat. II, cap. XXXVI. Sozom. VI, cap. XXVI.

Vrſatius & Valens pœnitentiam profeſſi ad Athanaſium ſcripſerunt: ac Romam profecti Iulio Papæ pœnitentiæ libellos obtulerunt. Athan. Epiſt. ad Solit. Socrat. Sozom.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5064 24. 10. 9 F	4334	351	68	15	III	1104	1099

Poſt Conſulatum Sergij & Nigriniani. Iulij 16.

Conſtantius aduerſus Magnentium bellum parans, Gallum patruelem ſuum Cæſarem facit Idibus Martiis, vt teſtatur Idatius; quem & Conſtantium appellauit, & ei commiſit Orientem, ac ſororem eidem Conſtantiam vxorem dedit, quæ Annibaliano antè nupſerat. Magnẽtius verò Decentio fratri Cæſari Gallias permiſit. Poſteà cum Magnentio ad Murſam in Pãnonia prælium fuit. Victus primò Conſtantij exercitus, poſteà ſuperior fuit. quo in prælio ingentes Romani imperij vires conſumptæ ſunt. Aurel. Vict. Eutrop. X. Zoſimus II. Hieron. Chron. Idatius IV Kalend. Octob. pugnatum refert. Seuerus lib. II ſcribit eo tempore, quo apud Morſam armis certatum, Conſtãtium in baſilica Martyrum extra oppidum ſita, Valente tunc eius loci Epiſcopo in ſolatium aſſumpto, diuerſatum eſſe. Valentem porrò callidè per ſuos diſpoſuiſſe, vt quis prælij fuiſſet euentus primus cognoſceret. Itaque primus nunciauit hoſtes cecidiſſe. Ex quo ille multum apud Imperatorem gratiæ ſibi peperit.

Eodem anno Sirmij Synodus eſt habita; in qua Photinus damnatus eſt; agente potiſſimùm Baſilio Ancyræ Epiſcopo. Et quanquam Ariani fermè omnes conuenerant, tamen quòd nihil aduerſus fidem decreuiſſent, Catholica Synodus

propemodum eſt habita, & in ea edita fidei confeſſio probatur ab Hilario lib. de Synodis; & Vigilio lib. v cont. Euty. Vide quæ in Animaduer. Epiph. ad Hær. LXXIII diſſerimus.

Per idem tempus orta creditur Paganorum appellatio: cùm videlicet Conſtantius Chriſtianos eſſe milites omnes iuſſit, ac detrectantes exauthorauit, paganóſque eſſe voluit. Theodore. III, cap. III. ac tunc Martinus baptizatus eſt, vt aſſerit Gregor. Turon. lib. I, cap, XXXV, cùm annum ageret vitæ XXXV.

Paulus Conſtantinop. Epiſcopus Conſtantij iuſſu per Philippum Præfectum deiectus eſt, eíque ſubrogatus Macedonius: à quo dira in Catholicos commota perſecutio. Paulus in exilium miſſus, poſteà Cucuſi ſtrangulatus eſt. Theodor. II, cap. v. Socrat. II, cap. XXI. Sozomen. IV, cap. II.

Per. Iul. ✻. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5065 25. 11. 10 ED	4335	352	69	*Conſtantius Aug.* v. *Iulij* XXXVII *Pontifex* / *Conſtantius Gallus Cæſar.* 17. *Liberius* I.	16	IV	1105	1100 Maij 27.

Conſtantius Gallus in Oriente crudeliter ſe gerit. Iudæos, qui Patricium in regni ſpecie ſuſtulerant, oppreſſit, cæſis multis hominum millibus, vſque ad innoxiam ætatem: & ciuitates eorum Diocæſaream, Tiberiadem, & Dioſpolin, plurimáque opida igni tradidit. Aurel. Vict. Hieron.

Hoc anno III Kalend. Febr. Luna XXVIII, ſignum Saluatoris apparuit in Oriente, vt refert Idatius. De hac Crucis apparitione meminit Sozom. lib. IV, cap. IV. At Cyrillus in epiſtola ad Conſtantium ea de re ſcripta per dies Pentecoſtes Nonis Mai conſpectum eſſe id refert.

Iulius Papa cùm ſediſſet annos XVI, M. v, dies XVII moritur. Poſt dies XXV, octaua Maij Liberius ei ſufficitur.

Per. Iul. ✻. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5066 26. 12. 11 C	4336	353	70	*Conſtantius Auguſtus* VI. *Liberij* / *Conſtantius Gallus Cæſar* II. 2.	17	Ol. 283	1106	1101

Magnentius deſperatis rebus in Galliis apud Lugdunum ſe interfecit III Eid. Auguſti, cùm tribus annis, & VI menſibus vel VII imperaſſet. Decentius eius frater apud Senonas laqueo ſe ſuſpendit XV Kalend. Septembris. Victor. Eutrop. x. Zoſimus II. Idatius. Hieron. Chron.

Conſtantius in Gallias profectus Arelate hiemem egit. Ibi ludos atque Circenſes ambitioſo apparatu edidit A. D. VI Eid. Octob. qui triceſimum imperij illius annum terminabat. Amm. XIV. Verùm cùm anno CCCXXIV, Criſpo III, & Conſtantino Iun. Coſſ. Cæſar à patre factus ſit Conſtantius, & quidem III Eid. Nouemb. vt teſtis eſt Idatius: non XXX annum terminauit, ſed inchoauit potiùs iſte, qui eſt Chriſti CCCLIII.

Interim multi nobilium à Gallo Antiochiæ interfecti ſunt; inſtigante potiſſimum Conſtantia illius coniuge, quam Megæram mortalem vocat Ammianus. Quibus compertis Conſtantius Domitianum ex Comite Largitionum Præfecto mit-

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.

tit in Orientem, qui Gallum ad Italiam hortaretur accedere. Qui cùm imperioſiùs Antiochiæ Gallum eſſet allocutus, concitatis ab eo militibus occiſus eſt. Amm. xiv.

Arelatæ Synodus Arianorum à Conſtantio coacta, in qua damnatus Athanaſius: Paulinus Treuirenſis in exilium miſſus. Seuerus Sulpit. ii. Gennadius forenſis orator Romæ inſignis habetur. Mineruius quoque Burdigalenſis Rhetor Romæ inſigniſſimè docet. Hieron. Chron.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5067 27. 13. 12 B	4337	354	71	*Conſtantius Aug.* vii. *Liberij* *Conſtantius Gallus Cæſar.* iii. 3.	18	ii	1107	1102

Conſtantius Imperator Arelate mouens contra Gundomadum, & Vadomarium Alemannorum reges, fœdus poſteà cum illis pepigit. Secundum hæc Mediolanum ad hiberna diſceſſit. Interea Conſtantina Galli vxor fratris accitu veniens in Bithynia repentina vi febrium periit. Gallus callidè pertractus iuſſu Conſtantij in inſula Flanona in Illyrico eſt occiſus. Amm. xiv. Idatius. Socat. ii, cap. xxvii, vel λδ'.

Iulianus Galli frater in diſcrimen adductus, Mediolanum cùm veniſſet, Euſebiæ Auguſtæ opera liberatus, pòſt Athenas ſtudiorum cauſa profectus eſt. Amm. xv. Iulianus Paneg. Euſebiæ. Erant tùm Athenis Baſilius, & Gregorius intima familiaritate coniuncti.

Muſonianus, qui & Strategius, Præfectus erat Prætorio Orientis. Amm. xv.

Hoc anno Idibus Nouembris natus eſt S. Auguſtinus. Vide annum Chriſti ccccxxx. Ipſe initio libri de vita beata diei natalis meminit.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5068 28. 14. 13 A	4338	355	72	*Arbetio.* *Liberij* *Lollianus.* 4.	19	iii	1108	1103

Mediolanenſe Concilium à Conſtantio indicitur; quo ab omnibus Epiſcopis Athanaſij damnationem extorqueret. Pleróſque igitur ei damnationi ſubſcribere renuentes in exilium eiecit: imprimis Euſebium Vercellenſem, Dionyſium Mediolanenſem; ac poſtremò Liberium Papam, quem Româ Mediolanum exciuerat, Berœam relegauit; cuius in locum Felix ordinatur.

Oſius ex Hiſpania vocatus, fruſtráque ſollicitatus, in patriam rediit. Socrat. ii, cap. xxix. Theodor. ii, cap. xv, & ſeq. Sozom. iv, cap. viii, xv, & ſeq. Seuerus ii. Ammianus quoque lib. xv Liberij meminit.

Eodem tempore Hilarius Pictauorum Epiſcopus exilio mulctatur. Seuerus Sulp. ii. Sed & Rhodanus epiſcopus, & alij apud Hieron. in Chronico.

Siluanus Magiſter peditum apud Agrippinam tyrannidem inuadit. Sed is intra xxviii diem militari tumultu ſublatus eſt. Ammianus. Victor. Eutrop. &c.

Iulianus Galli frater Cæſar à Conſtantio factus, & Tranſalpinis præfectus: agente potiſſimùm Euſebia. Helena quoque Conſtantij ſoror Iuliano

Iuliano nupſit. Ammian. Zoſimus III. Idatius. Hieron. Sed ante hæc Agrippinam coloniam Germani obſeſſam captámque deleuerunt.

Conſtantius reſcripto, quod extat L. XII, Cod. Theod. de Epiſcopis, &c. vetuit Epiſcopos in iudiciis accuſari: ſed ab aliis Epiſcopis iudicari voluit.

Donatus, à quo Donatiani, Carthagine pellitur. cuius ſectatores quidam Montenſes dicti, quòd Romæ Eccleſiam primùm in monte habere cœperunt. Hieronymus Chron.

Victorinus Rhetor Romæ inſignis habetur: adeo vt ſtatuam etiam in foro Traiani meruerit. Sed & Donatus Grammaticus Hieronymi præceptor claruit. Idem.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules	Pontifex	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5069 I. 15. 14 G F	4339	356	73	*Conſtantius Aug.* VIII. *Iulianus Cæſar.*	*Liberij* 5.	20	IV	1109	1104 Maij 28.

Conſtantius Romam III Kalendas Maias prope triumphans ingreditur. Ibi à matronis interpellatus Liberium ſe reuocaturum eſſe promiſit. Amm. XVI. Theodor. II, cap. XVII.

Syrianus dux Alexandriam veniens, V Kalend. Febr. in Eccleſiam irrumpit, ac ſtragem edit. Athanaſius ægrè dilapſus eſt. Georgius in eius locum intruditur: qui in omnes ordines crudeliſſimè graſſatur. Lucifer Caralitanus egregiè pro Catholica fide reſtitit: vt & Euſebius Vercellenſis, qui in exilio quamplurima pro Chriſto patitur, Scythopolin relegatus: vbi primùm à Ioſepho Comite perhumaniter habitus eſt, eóque ipſum Epiphanius inuiſit; vt Hær. XXX teſtatur. Pòſt à Patrophilo Ariano Epiſcopo dirè vexatus eſt. Rufinus II, cap. XXVII. Socrat. III, cap. IV. Mortui ſunt ærumnis confecti Dionyſius Mediolanenſis & Paulinus Treuirenſis. S. Ambr. Epiſt. ad Vercel. Hieron. Chron.

Eudoxius Germaniciæ Epiſcopus, audita Leontij morte, Româ Antiochiam aduolans ſedem occupat: ſtatímque Aëtium impium reſtituere ſatagens, id efficere non potuit. Socrat. Sozom. &c.

Conſtantius IV Kalend. Iunias Vrbe digreſſus in Illyricum perrexit. Amm. XVI. Eodem & Oſium perduci iubet, atque annum totum ibidem eum macerat, vt Athanaſij damnationem extorqueret. Socrat. lib. II.

Helenæ Iuliani coniugi Euſebia venenum dedit; vt quoties conciperet, immaturum abiiceret partum. Ammianus.

Extat edictum Conſtantij hoc anno XI Kalend. Mart. Mediolani datum, quo ſub pœna capitis ſacrificare, vel ſimulácra colere prohibetur. L. VI, Cod. de Paganis.

Iulianus Coloniam recuperat: territíſque Francis pacem cum illis componit. Inde Treuiris profectus apud Senonas hiemauit. Amm. XVI.

S. Martinus miſſionem ab Iuliano poſtulans facta iam pace eam obtinet. Seuerus Sulp. in eius vita.

Iiſdem Coſſ. Kalend. Iunij reliquiæ S. Timo-

Per. Iul. ✱.☉.Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.

thei Conſtantinopolin allatæ ſunt. Idatius.

5070 2. 16. 15 E	4340	357	74	21	Ol. 284	1110	1105

Conſtantius Aug. IX. *Iulianus Cæſar* II. — *Liberij* 6.

Iulianus contra Germanos accingitur. qui Lugdunum inuadunt : ſed ſubinde diſiecti ſunt. Idem Tres tabernas à Germanis ſubuerſas inſtaurat. Demùm Alemannos cruento prælio ad Argentoratum ſuperat, eorúmque regem Chonodomarum vinctum Romam ad Conſtantium mittit. Inde Pariſiis hiemauit. Ammian. XVI. Zoſimus III.

Conſtantius interim Sirmij degebat : vbi noua fidei expoſitio paucis ab Arianis concipitur ; quorum principes erant Vrſacius & Valens. Cui mox inuitus ſubſcribit Oſius : non tamen Athanaſium vt dãnaret adduci potuit. Ea ἔκθεσις eſt Sirmiana, quam Hilarius lib. de Synodis blaſphemiam Oſij, ac Potamij nominat. Huius cùm Arianos poſteà pœnituiſſet, operam dederunt, vt ea vbique ſupprimeretur, pœna capitali ab Imperat. propoſita iis, qui eam apud ſe retinerent : vt ait Socrates lib. II, cap. XXV.

Per idem tempus Liberius Papa, qui anno CCLV Berœam relegatus fuerat, Conſtantij, & Arianorum fraude ac terrore compulſus Athanaſij damnationi ſubſcribit, vnáque profeſſionem fidei dedit, qua τοῦ ὁμοουσίου vocàbulum concordiæ gratia ſubticeretur : tametſi Filium Patri per omnia ſimilem eſſe definiret. Hanc ἔκθεσιν nacti Vrſacius & Valens alteram fidei formulam ſub Liberij nomine perfidiæ plenam condiderunt : ob quam magna per Orientem & Syriam perturbatio extitit. Itaque Georgius Laodicenus Semiarianus ad Baſilium Ancyranum eiuſdem factionis literas dedit, hortans vt graſſantem Anomœorum hæreſin comprimeret. Hæc ex Socrate, Sozomeno, Theodoreto, & Epiphan. Hæreſ. LXXIII digeſſimus in Animaduer. pag. 318.

Conſtantius IV Kalend. Maias Romam venit, ediditque XXXV. Idatius.

Obeliſcus in Circo maximo erectus eſt. Amm. XVI.

Reliquiæ SS. Andreæ & Lucæ V Non. Mart. introductæ. Idatius.

Conſtantius VIII Kalend. Septembris Mediolani Magos & ariolos conſuli, capitali propoſita pœna vetuit. L. IV. Cod. Theod. de Malef. & Mat.

Idem XVI Kalend. Nouembris gladiatores abrogauit. L. II. Cod. de gladiat.

Ad hæc IV Kal. Nouembr. Eccleſiæ Vrbis Romæ Clericis priuilegia confirmauit. L. XIII. Cod. de Epiſc. &c.

Tùm V Kal. Iun. de immunitate Clericorum reſcriptum Mediolano dedit.

5071 3. 17. 1 D	4341	358	75	22	II	1111	1106

Datianus. *Cerealis.* — *Liberij* 7.

Legati à Perſarum rege ad Conſtantium miſſi, qui inuidioſas pacis conditiones dicerent. Ij Con-

ſtantinopolin vii Kalend. Mart. ingreſſi ſunt, ait Idatius. qui quidem addit, terræ motus horrendos per Macedoniam, Aſiam, & Pontum multa opida concuſſiſſe: Nicomediam ix Kalend. Sept. primo lucis exortu ſubuerſam. tùm alias ciuitates cl vexatas.

Iulianus Francos Salios, qui in Romano ſolo ſedem ſibi apud Toxoandriam fixerant, perculit, & in deditionem accepit. Conſtantius Quados, & Sarmatas æquinoctio verno confecto populatus eſt, indéque Sarmatici nomen meruit. Ammian. xvii.

Baſilius Ancyranus acceptis Georgij Laodiceni literis, cognitíſque quæ à Valente, & Vrſatio Sirmij geſta fuerant, cùm fortè ad Baſilicæ dedicationem Ancyram Epiſcopi conueniſſent, Ancyranam Synodum celebrauit: in qua Sirmienſis Oſij, ac Valentis, & cæterorum formula damnata, ſtatutúmque Patri Filium ſubſtantia eſſe ſimilem. Qua ex Synodo literæ ad Phœnices, & Syrios datæ ſunt: vbi Eudoxij Antiocheni ſtudio Anomœorum perfidia regnauerat. Deinde legati ad Imperat. profecti Baſilius ipſe, Euſtathius Sebaſtenus, Leontius Cyzicenus. Qui Imperatorem permouerunt, vt aduerſus Eudoxium, & Anomœos ad Antiochenſes ſcriberet. Poſteà authore Baſilio Synodum generalem indixit Conſtantius, primùm Nicomediam; tùm ea ſubuerſâ Nicæam. Sed eâdem concuſsâ, Baſilio mandatum, vt de idoneo loco proſpiceret. Is ad Imperatorem Sirmium rediens ibidem Marcum Arethuſium, Georgium Alexandrium, Valentem, alióſque reperit.

Inter omnes conuênit, vt eodem tempore duo Concilia celebrarentur; alterum Seleuciæ in Iſauria, ad quod Orientales conuenirent: alterum Arimini, cui Occidentales intereſſent. Hæc ex Epiph. Hæreſ. lxxiii, aliíſque collegimus Animaduer. pag. 319.

S. Antonius monachus centeſimo, & quinto ætatis anno in eremo moritur xvi Kalend. Febr. Hieron. Chron.

Per. Iul. ✳. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5072 4. 18. 2 C	4342	359	76	*Euſebius.* *Liberij* *Hypatius.* *8.*	23	III	1112	1107

Iulianus Alemannos bello vexat, & ad pacem petendam ſubigit. Perſæ contra Romanos bellum mouent: Amidam expugnant. Conſtantius Limigantes Sarmatas vincit. Lauritius Comes Iſauros tumultuantes comprimit. Amm. xviii, & xix.

His Coſſ. natus eſt Gratianus Valentiniani F. xiv Kalend. Maias. Eodem anno Honoratus ex Præfecto Præt. Galliarum, primus Conſtantinopoli Præfect. Vrbi factus eſt iii Id. Decembris. Idatius. Hieron. Chron.

Hoc anno Conſtantij iuſſu Synodi duæ celebrantur, Seleuciæ, & Arimini. Baſilius Ancyranus cum Vrſatio, Valente, Marco Arethuſio,

Georgio Alexandrino, Germinio Sirmij congreſſus in eam fidei formulam conſenſit, vt ὐσίας, & ὁμουσίυ abolitis vocibus Filius Patri ſimilis per omnia diceretur. Cuius formulæ author fuit Marcus.

Seleucienſis Synodus coram Lauricio Iſauriæ Præſide, & Leona Comite inita eſt Septembris XXVII. Magna ibidem altercatio fuit: cùm alij de fide quærendum priùs, quàm de Epiſcoporum cauſis contenderent; alij repugnarent. Peruicit Leonas vt de fide prius ageretur. Ibi cùm Acacius nouam ἔκθεσιν, & Nicænæ planè contrariam depromeret, Semiariani reſtiterunt. Itaque Acacianis digreſſis, prior illa comprobata eſt, quæ Antiochiæ anno CCCXLI in Encæniis concepta fuerat. Poſteà Acacianis depoſitis, ij ad Imperatorem confugientes eundem contra Semiarianos commouerunt. Hæc ex Epiphan. hæreſ. LXXIII, Socrate, &c. in Animad. digeſſimus.

Interim Ariminum amplius CCCC Epiſcopi conuenerunt, è quibus LXXX tantùm erant Ariani. Cùm de fide primùm quæri placuiſſet, Valens & Vrſatius inſtabant vt condita Sirmij à Marco formula reciperetur. Sed cùm Arianam hæreſin damnare nollent, reiecti ſunt, & pro hæreticis habiti. Inde legatos ad Conſtantium Synodus miſit. Sed Vrſacius & Valens iam Imperatorem occuparant, & aduerſus Catholicos incenderant. Itaque per Taurum Præfectum Arimini diutiùs Epiſcopos macerans pleroſque cōpulit, vti ſubdolæ fidei profeſſioni ſubſcriberent: in qua Valente ſuggerente, Filium Dei non eſſe creaturam ſicut cæteras creaturas aſſerebatur. Ita Concilium Ariminenſe bonum initium, fœdum exitum habuit. Seuerus lib. II, Athan. de Synod. Socrat. II, cap. XXIX. Sozom. IV, cap. XVI.

Valens accepta ab Imperatore poteſtate per ciuitates circumiens vniuerſos fidei Ariminenſi ſubſcribere cogebat: renuentes vrbibus ſuis eiiciebat: veluti Liberium Papam, Sozomeno teſte, lib. IV, cap. XVIII.

Per. Iul. / ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5073 5. 19. 3 BA	4343	360	77	*Conſtantius Aug.* X. *Liberij* *Iulianus Cæſar* III. *9.*	24	IV	1113	1108 Maij 25.

Horrenda Solis defectio in Oriente accidit Auguſti XXVIII, feria 2, ſub ortum Solis, digitorum XI.

Conſtantius Iuliani gloriæ inuidens, dum ab eo milites abſtrahere ſtudet, & in Orientem transferre, ij Lutetiæ Pariſiorum Iulianum Auguſtum acclamarunt. Intereà Sapores Perſarum rex Meſopotamiam aggreditur: Singaram capit: tùm Bezabden, ſiue Phœnicham. Virtam in finibus Meſopotamiæ fruſtra tentat. Conſtantius Conſtantinopoli hiemat. Iulianus Francos Atthuarios reprimit. Ammian. XX. Iulianus ipſe Epiſt. ad S. P. Q. Athenienſem. Zoſim. III. Legatos exinde Iulianus ad Conſtantium miſit: quos hîc ſuperbè accipit; & interim contra Perſas infeliciter pugnat. Ammian.

Per. Iul. ☼. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.

Hilarius Pictauorum Epiſcopus, cùm apud Conſtantinopolin librum ipſe Conſtantio porrexiſſet, ad Gallias rediit. Hieron. Chron. Hunc redeuntem S. Martinus è Gallinaria inſula aſſecutus eſt. Fortunatus in Hilarij vita.

Macedonius Conſtantinopoli pulſus hæreſin ſuam contra Spiritum ſanctum publicauit. Ei ſuffectus eſt Eudoxius Antiochenus Epiſcopus perditiſſimus hæreticus, Aëtij & Eunomij fautor. Meletius ab Eudoxianis Sebaſtiâ Antiochiam transfertur: qui ſimulatque ſedem nactus eſt, Catholicam fidem profeſſus eſt. ideo Conſtantij iuſſu eo deiecto Euzoius Epiſcopus ordinatur. Ita triplex Antiochiæ factio, Euſtathianorum, qui Euſtathium anno CCCXL eiectum amplectebantur; Meletianorum, quos Euſtathiani auerſabantur, quòd Meletius ab Arianis ordinatus erat. Vtrique orthodoxi erant. Tertia fuit Arianorum. Eudoxius ipſo ſermonis exordio ſacrilego ioco Patrem ἀσεβῆ pronunciare auſus eſt, quod nullum coleret. Theod. lib. II, cap. XXXI. Sozom. IV, cap. XXIV, XXV.

Iulianus Viennæ quinquennalia dedit. Helena eius vxor obiit. cuius corpus Romam miſit. Ammian. XXI.

Iiſdem Coſſ. Conſtantinopoli Dominicum dedicatur XI Kalend. Mart. Idatius. Hieron. Chron. Socrat. II, cap. XLIII.

Per. Iul. ☼. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5074 6. 1. 4 G	4344	361	78	*Taurus. Florentius.* — *Liberij 10.* — XLII *Imperator Iulianus.*	25 1	Ol. 285	1114	1109

Conſtantius Euſebia mortua Fauſtinam duxit: è qua ſuſcepta eſt Conſtantia poſtuma, quam Gratianus duxit. Amm. XXI.

Iulianus Conſtantij mortem inſtare præſagiens, eum aggredi ſtatuit. Literas ad Athenienſes, & Lacedæmonios dedit. Zoſimus III. Chriſtianos cultus, à quibus pridem deſciuerat, initiò ſimulauit: ac feſto Epiphaniorum die menſe Ianuario, in Eccleſiam ſolenniter proceſſit. Conſtantius Perſico bello perfunctus contra illum contendit. Sed in itinere prope Tarſum obiit III Non. Nouembr. vitæ & imperij anno XL, & diebus paucis. Ammian. XXI. Hieron. Chron. & Idat. Mopſucrenis diem illum obiiſſe teſtantur.

Iulianus III Id. Dec. (ait Idat.) Conſtantinopolin ingreſſus eſt. Salluſtiũ Prætorio præfecit: quæſtiones de Conſtantij amicis ſeueriſſimè exercuit: multos nece; aut exilio mulctauit. Chriſtianorum antiſtites intra palatium vocatos ſuæ quemque ſectæ ſeruire iubet, eo animo vt ne inter ſe concordes eſſent. Idolorum quoque fana reſerauit. Deinde Chriſtianæ religionis ſacramentis omnibus eiuratis, in Pontif. Max. profanis ritibus conſecratus eſt. Epiſcopos exules reuocauit. Amm. XXI, & XXII. Socrat. III, cap. IV.

De ætate Conſtantij diſcrepat ab Ammiano Victor, qui ætatis anno XLIV mortuum eſſe refert, imperij XXXIX: Auguſtum verò fuiſſe XXIV, octo

ſolùm : cum fratribus & Magnentio xvi, quindecim Cæſarem. Eutropius ait anno ætatis xliv obiiſſe, imperij xxxviii, atque inter Diuos relatum. Idem habet Socrat. ii, cap. xxxvii.

Accuratum imperij tempus eſt annorum xxiv, M. v, cum diebus aliquot.

Per. Iul. ☀. ⊙. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5075 7. 2. 5 F	4345	362	79	*Mamertinus. Neuita.* *Liberij* *ii.*	2	ii	1115	1110

Ad Iulianum variæ vndique legationes adueniunt. Ipſe contra Perſas profectus in itinere Nicomediam, Peſſinuntem, & Magnæ matris Deûm delubrum adiit: tùm Antiochiæ hiemauit. Ammian. xxii.

Georgius Epiſcopus Alexandrinus ab Alexandrinis occiditur: quos Iulianus leniter increpare ſatis habuit : atque Epiſcopi bibliothecam ad ſe deuehi mandauit. Ammianus.

Blanda ſub hoc Imperatore perſecutio illiciens magis, quàm impellens ad ſacrificandum : in qua multi ex noſtris voluntate propria corruerunt. Hieron. Chron. Nonnulli tamen martyrium obierunt. Claruit inter cæteros Artemius; qui ſub Conſtantino contra Maxentium meruerat, & à Conſtantio Auguſtali Ægypti præfectura donatus fuerat. Is aliorum ſpecie criminum Antiochiam perductus, ac Iulianum liberè ob os increpans ab eo necatus eſt. Martyrol. xx Septembr. Meminit & Ammian. xxii.

Templum Apollinis Daphnæi, quod Antiochus Epiphanes condidit, ſubita vi flammarum exuſtum eſt xi Kalend. Nouembris, quod Iulianus Chriſtianis imputauit. Item xi Non. Decembris Nicomedia terræ motu collapſa, & Nicææ portio non mediocris. Amm. ib.

Cùm Antiochenſes Iulianum irriderent, is Miſopogonem in illos ſcripſit. Cæſareæ Cappadociæ mortuo Hermogene Epiſcopo, creatus eſt per vim Euſebius vir probus, ſed adhuc Catechumenus. Ob id abſente Baſilio eius Monachi ſe ab Euſebij communione ſepararunt, quæ res Euſebij animum alienauit à Baſilio. Is in ſolitudinem ſeſe abdidit ad ripas Iris fluminis. quò paulò poſt ipſum Gregorius Nazianzenus aſſecutus eſt. Gregor. Orat. in S. Baſil. & Baſilius Epiſt. xii.

Athanaſio poſt Georgij necem Alexandriam reuerſo Synodus cogitur; cui Euſebius Vercellenſis interfuit. In ea decretum vt Epiſcopi lapſi cum dignitate in Eccleſiam admitterentur: tùm Catholica fides probata.

Lucifer Caralitanus adſcitis duobus aliis confeſſoribus, Antiochiæ, quæ diro ſchiſmate laborabat, Paulinum Euſtathij presbyterum in parte Catholica Epiſcopum facit. Ita tres in ea vrbe fuerunt Epiſcopi, Paulinus, & Meletius Catholici, & Arianus Euzoius. Poſteà cùm Euſebius Antiochiam veniſſet, eique de Luciferi facto illo diſplicuiſſet, offenſus Lucifer, qui & laxatum alioqui lapſis in Eccleſiam reditum moleſtè ferebat,

ab illius communione abſtinuit, & Luciferiano-rum ſchiſmati initium dedit, quod in eo præcipuè poſitum fuit, quòd cum lapſis, & iis, qui eos ad-miſerant, communicare nollent.

Arianis inſtantibus, Iuliani iuſſu Athanaſius pellitur, & quæſitus ad necem prudenti conſilio perſequentium manus eluſit. Hæc Socrat. III. Theod. III. Sozom. V.

Iulianus inter alia vetuit Chriſtianos liberalium artium doctores eſſe. Ideo Prohæreſius ſponte ſcholam deſeruit: etſi Iulianus nominatim ei do-cendi poteſtatem feciſſet. Hieron. Chron. Idem fecit & Muſonius, vt teſtis eſt Eunapius: nec non Marius Victorinus rhetor inſignis Romæ. Aug. VIII Confeſſ. cap. V.

Donatiſtæ à Iuliano exilij relaxationem, & ba-ſilicarum reſtitutionem impetrant; & multa cru-deliter, ac nefariè gerunt. Optatus II.

Titum Boſtrenum Epiſcopum vrbe ſua deiice-re, & in ipſum populum concitare Iulianus ſtudet. Sozom. V, cap. XV.

Idem inſignes doctrina viros ſibi conciliat; Themiſtium Philoſophum, Libanium Sophiſtam, Oribaſium Pergamenum medicum, Maximum Cynicum, Ecebolium Sophiſtam, & alios.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5076 8. 3. 6 E	4346	363	80	*Iulianus Aug.* IV. *Liberij* XLIII *Imper.* *Salluſtius.* *12.* *Iouianus.*	3 1	III	1116	IIII

Iulianus templum Hieroſolymitanum per Iu-deos inſtaurare nequicquam aggreditur. tùm con-tra Perſas proficiſcitur III Non. Mart. Vrbibus aliquot expugnatis Cteſiphontem obſidet. Qua demùm omiſſa, fatiſcente propter cæli ac ſoli in-clementiam exercitu, poſt nonnulla prælia, cùm ſe in aciem ſine lorica commiſiſſet, incertum à quonam lethalem plagam accepit; ac mortuus eſt VI Kalend. Iul. anno ætatis XXXII, imperij poſt Conſtantij obitum anno vno, & menſibus VII fe-rè tranſactis. Moriens cruorem ſuum in aërem ia-ctaſſe fertur, & exclamaſſe, Viciſti Galilæe. Theo-doret. III, cap. II.

Iouianus Imperator à militibus eligitur, Sin-gidone in Pannonia natus, domeſticorum ordi-nis primus. Is cùm ſe gentilibus imperare nolle dixiſſet, milites Chriſtianos ſe eſſe confeſtim ex-clamant. Qui ſtatim cum Sapore neceſſariam pa-ctionem iniit, Niſibi, & magna Meſopotamiæ parte ei relicta. Ita pace in XXX annos conſtituta è Perſide diſceſſit. Cœpit autem V Kalend. Iul. vt ſcribit Idatius. Ammian. XXV. Hieron. Chron.

Macedoniani hæretici Imperatorem adeunt, & vt Anomœi pellantur ab eo poſtulant. At ille Ca-tholicum ſe profitetur. Igitur Acaciani ſe ad Me-letium adiungunt, vnáque Concilium Antiochiæ celebrant, in quo, vt Socrates refert lib. III, cap. XXV, Nicænam fidem amplexi ſunt. At Hierony-mus Chronico ſcribit illos Homouſio, & Ano-mœo reiecto medium inter hæc homœuſion ad-miſiſſe.

Per. Iul. ☼. ⊙. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.

Iouianus idolorum templa claudi, & aboleri ſacrificia iuſſit. Socrat. III, cap. XXV. Idem Athanaſium valdè coluit, ab eóque ſanam fidei regulam accepit.

Per. Iul. ☼. ⊙. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5077 9. 4. 7 DC	4347	364	81	1	IV	1117	1112 Maij 24.

XLIV *Imperatores*

Iouianus Aug. *Liberij* *Valentinianus*
Varronianus eius F. *13.* *&*
Valens.

Iouianus III Id. Ian. reſcripto docendi poteſtatē profeſſoribus facit. quod ad Chriſtianos ſine dubio pertinet. Leg. VI, Cod. Theod. de Med. &c.

Iouianus Dadaſtanæ in confinio Galatiæ, & Bithyniæ moritur cruditate, ſiue odore prunarum, anno ætatis XXXIII, & XI Kalend. Martij. Poſt hunc Imperator à militibus electus eſt Valentinianus Scholam ſecundam Scutariorum ducens, V Kalend. Mart. in vrbe Nicæa. qui cùm ipſo die biſextili creatus eſſet, eo tanquam infauſto declinato, poſtridie Imperator factus eſt. Eodem anno Valentem Auguſtum appellauit Conſtantinopoli in miliario VII, quarto Kalend. Apr. vt ait Idatius. Cui Oriente permiſſo in Occidentem ipſe conceſſit. Ammian. XXV. Socrat. IV, cap. I. Zoſimus IV.

Macedoniani ab Valente cogendi concilij poteſtatem impetrant.

Valens Antiochiam profectus Meletium eiicit, & cum Euzoio communicare Catholicos cogit. Socrat. IV.

Impp. magicos apparatus & ſacrificia reſcripto prohibent V Id. Septemb. L. VII, Cod. de Malef.

Per. Iul. ☼. ⊙. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5078 10. 5. 8 B	4348	365	82	2	Ol. 286	1118	1113

Valentinianus Aug. *Liberij*
Valens Aug. *14.*

Macedoniani, ac Semiariani Lampſaci conueniunt aduerſus horrendas blaſphemias in Conſtantinopolitano conciliabulo ab Acacio, Eudoxio, & aliis Anomœis editas. ac tum Ariminenſi profeſſione damnata Antiochenam formulam comprobant. Spiritus ſancti diuinitatem reſpuunt. Exinde legatos ad Liberium mittunt Euſtathium Sebaſtenum, Siluanum Tarſenſem, Theophilum Caſtabalorum Epiſcopos: vti ſedes ſuas, quibus deiecti erant, Romani Pont. authoritate reciperent. Redeuntes in Orientem legati vbique Catholicam fidem profeſſi ſunt, & ab Occidentalibus pleriſque literas attulerunt: ac multi Eccleſiis ſuis reſtituti ſunt. vt inter alios Euſtathius Sebaſtenus in Tyanenſi Synodo, ſubdolus alioquin Arianus. Socrat. IV, cap. IV, & XI. Baſil. Epiſt. LXXIV.

Terræ motu per totum orbem facto mare litus egreditur, & Siciliæ, multarúmque vrbium innumerabiles populos oppreſſit. Hieron. Chron. Idatius addit hoc anno latronem nocturnum, & hoſtem publicum intra vrbem Conſtantinopolin apparuiſſe die IV Kalend. Octob. Procopium intelligit. Hic igitur genere Cilix, Iuliani propinquus, Conſtantinopoli tyrannidem arripuit. Ammian. XXVI. Zoſimus IV.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5079 11. 6. 9 A	4349	366	83	3	II	1119	1114

Gratianus. *Liberij*
Dagalaiphus. *15.*

Valentinianus iunior Valentiniani F. naſcitur xv Kal. Febr. ex Iuſtina, quæ Magnentij vxor fuerat, vt refert Zoſimus lib. IV, pag. 767. edit. Franc. eodémque anno Procopius intra Phrygiam Salutarem, & in Nacolienſium campis à Valente oppreſſus, atque extinctus eſt VI Kal. Iun. Idatius.

Marcellus poſt Procopium tyrannus è medio tollitur. Ammian. XXVII.

Valens in procinctu Gothico ab Eudoxio Ariano baptizatus, ab eodem iureiurando obſtringitur, vt in impio dogmate perſeueraret, & contraria ſentientes expelleret. Theodoret. IV, cap. XI. Hieron. Chron. Exinde Danubium tranſgreſſus nemine occurente regreditur.

Valentinianus Alemannos deuicit. Idatius.

Valens ægrè ferens damnatam Lampſaci fidem ſuam Nicomediæ coacto concilio Eleuſium Cyzicenum Semiarianum Arianæ factioni ſubſcribere cogit: qui Cyzicum reuerſus cùm abdicare ſe vellet, à populo prohibetur, ac nihilominus eiicitur. Eudoxius Conſtantinopolitanus Epiſcopus Eunomium in Eleuſij locum ordinat. Sed is propter blaſphemias expellitur.

Calchedonis mu[illegible]i, quòd Procopio fauiſſet, diruti; ſed mox inſtaurati.

Quin & Nouatianorum Eccleſias occludi iuſſit Valens. Sed Marcianus presbyter Nouatianus, qui Anaſtaſiam, & Caroſim Imperatoris filias inſtituebat, obtinuit vt eæ recluderentur. Socrat. IV, cap. VI, VII, & ſeq.

SS. Gregorius & Baſilius, vt Arianis obſiſterent, è ſolitudine reuocantur. ac Gregorius quidem apologeticam orationem habuit. Baſilius Euſebio Cæſarienſi Epiſcopo operam nauauit. Gregor. Epiſt. XIV, & in laudem Baſil.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5080 12. 7. 10 G	4350	367	83	4	III	1120	1115

Lupicinus. *Liberij* XXXVIII *Pontifex* XLV. *Imp.*
Iouinus. *16.* *Damaſus I.* *Gratiani.*

Valentinianus hoc anno grauiter ægrotauit. Zoſimus IV.

Valens rurſus in Gotthos mouens æſtatem ibi cõſumpſit, & Martianopolin rediit. Amm. XXVII.

Moritur hoc anno Liberius V Id. Septembr. cùm ſediſſet annos XV, M. IV.

Poſt eius obitum fœdum ſchiſma conflatum eſt inter Damaſum legitimis ſuffragiis electum XV die Septembr. & Vrſicinum: adeo vt in Baſilica Sicinini CXXXVII cadauera vno die reperta ſint, Viuentio tùm Vrbis Præfecto. Ammian. XXVII. Hieron. Chron.

His Coſſ. Conſtantinopoli grando ingens cecidit in modum petrarum IV Non. Iul. & leuatus eſt Gratianus Aug. in Galliis apud Ambianos in tribunali à patre ſuo Aug. Valentiniano die IX Kalend. Septemb. Idatius.

Reſcriptum ab Impp. editum vti ob diem Paſ-

chæ vincti liberarentur, exceptis reis maieſtatis, adulteris, homicidis, maleficis, aliorúmque grauium criminum reis L. III, Cod. de Indulg.

Per. Iul. ✱.☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5081 13. 8. 11 FE	4351	368	85	5 2	IV	1121	1116 Maij 23.

Valentinianus Aug. II. *Damaſi*
Valens Aug. II. 2.

Valens iterum in Gotthos mouet. Ammian. XXVII.

Nicæa ingenti terræ motu quaſſata V Id. Oct. Idatius.

Valentinianus Alemannos vincit. Perſarum rex Armenia ſubacta Romanis bellum inferre parat. Ammianus XXVII.

Defuncto Donato pſeudoepiſcopo Parmenianus à Donatiſtis ordinatur, qui contra Catholicos ſcribit. Sed Optatus illum luculentiſſimè confutat. Scripſit autem ſub Valentin. & Valente. Hieron. de Script.

Per. Iul. ✱.☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5082 14. 9. 12 D	4352	369	86	6 3	Ol. 287	1122	1117

Valentinianus nob. puer. *Damaſi*
Aurelius Victor. 3.

Hic eſt Aurelius Victor nobilis Hiſtoriæ Romanæ ſcriptor.

Valens Athanaricum Gotthorum regem fugat. cui mox pacem petenti tribuit. Amm. XXVII.

Agon poſt annos XVII reſtitutus eſt à Valente, ait Idatius, & Hieron. Chron. Cedrenus ait ipſum gentilibus ſacrificia ludóſque permiſiſſe.

S. Hilarius Valentinianum Imperatorem Mediolanum conuenit acturus contra Auxentium. Sed vrbe cedere iuſſus eſt, cùm Auxentius ſimulata fide Imperat. illuſiſſet. Hilar. cont. Auxent. Idem porrò vir ſanctus paulò pòſt obiit. Hieron. Chron.

Damaſus contra Auxentium Synodum cogit Epiſcoporum XC, in qua & ille damnatus eſt, & Ariminenſis fidei reiecta formula.

Anicius Probus Præf. Præt. Ambroſio Conſularibus inſignibus prædito Inſubriam, Liguriam, & Æmiliam tradidit. Paulinus in Ambr. vita.

S. Baſilius mortuo Euſebio Cæſareæ fit Epiſcopus XVIII Kalend. Iul. Greg. Nazianz. Epiſt. XX, & ſeq. & in Encom. Baſil.

Per. Iul. ✱.☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5083 15. 10. 13 C	4353	370	87	7 4	II	1123	1118

Valentinianus Aug. III. *Damaſi*
Valens Aug. III. 4.

Valentinianus Saxones vincit, & Alemannos. In Valentis comitatu, cùm nonnulli de ſucceſſore quæſiſſent, ac primæ nominis illius literæ compertæ eſſent THEOD. multi Valentis iuſſu necati ſunt. Occiſus eſt etiam Maximus Cynicus Iuliani familiaris. Amm. XXIX. Zoſimus IV.

Valente Antiochiam profecto, & Nicomediæ conſiſtente, Eudoxius Conſtantinop. Epiſcopus moritur, cùm ſediſſet annos XIX. Reſpirant Catholici: & Euſtathius Antiochenus Euagrium in eius locum ordinat. Ariani verò Demophilum. Valens tam Euſtathium, quàm Euagrium relegat. Exinde graſſari perſecutio cœpit. Octoginta ordinis Eccleſiaſtici viri, cùm Nicomediam ad

Imperatorem deprecandi cauſa veniſſent, à Modeſto Præf. iuſſu Valentis in nauem impoſiti, & in medio mari concremati ſunt: ex quo fames ingens ſubſecuta. Socrat. IV, cap. XIII, & XIV. Idatius famem ait in Phrygia contigiſſe: & dedicatam eſſe ſanctam Eccleſiam, vbi beati Epiſcopi poſiti ſunt. Hieron. Chron. Conſtantinopoli, inquit, Apoſtolorum martyrium dedicatur.

Euſebius Vercellenſis moritur, & Lucifer Caralitanus. Hieron. Chron.

Orthodoxi complures Epiſcopi pulſi: Athanaſius ipſe vexatus. ſed tumultuante populo in ſede manere permittitur. Euſebius Samoſatenus in Thraciam relegatus militari habitu Syriæ, Phœniciæ, & Palæſtinæ luſtrauit Eccleſias. Theodore. IV, cap. XIII.

Valens Cæſaream Cappadociæ veniens fruſtrà Baſilium tentat. quando & Galates eius filius mortuus eſt. Gregorius quoque Nyſſenus in exilium abiit. Socrat. IV. Sozom. IV, & alij.

Hoc anno III Kalend. Auguſti edita eſt ab Imperatoribus ſanctio aduerſus Clericos & Monachos captatores. L. XX, de Epiſc. & Cler.

Per. Iul. ✳. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5084 16. 11. 14 B	4354	371	88	*Gratianus Aug.* II. *Sex. Anicius Probus.*	*Damaſi* 5.	8 5	III	1124	1119

Valentinianus Alemannos per Seuerum ducem fugat. Mauritanicum bellum à Theodoſio Magiſtro mil. feliciter confectum. Ammianus XXIX.

Didymus Alexandrinus à V ætatis anno captus oculis inſignis habetur. Hieron. Chron.

Baſilius & alij Orientales Epiſcopi ad Occidentales ſcribunt, & illorum implorant auxilium. Baſilius ipſe variis agitatus calumniis ab Athanaſio fouetur; vt ex eius Epiſtolis liquet.

Gregorius hoc anno Saſimorum Epiſcopus ordinatur. vt in Carm. de vita ſua ipſe ſignificat.

Athanaſius moritur, vt teſtis Socrat. IV, cap. ιθ'. Petrus ei ſufficitur. Valens autem Lucium ibidem ordinari præcipit. Ita Petrus à Palladio Præfecto vinctus: Clerici relegati. tùm in Catholicos, & Monachos dira graſſatio. Socrat. IV, cap. κ'.

Valentinianus aram victoriæ in Capitolio ſtare, eíque gentiles Senatores ſacra facere permiſit. Symmachus ad Valentin. Ambroſ. Epiſt. LXXXIX.

Per. Iul. ✳. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5085 17. 12. 15 AG	4355	372	89	*Modeſtus.* *Arintheus.*	*Damaſi* 6.	9 6	IV	1125	1120 Maij 22.

Bellum contra Quados infelici exitu ſuſceptum à Valentiniano. Theodoſius iunior Mœſiæ dux Sarmatas reprimit. Ammian. XXVIII.

Burgundionum LXXX M. ferè ad Rhenum deſcenderunt. Amm. XXVIII.

Melania nobiliſſima mulierum Romanarum Marcelli Coſ. filia vnico filio Prætore tunc vrbano relicto Ieroſolymam nauigauit, vbi inſigni virtute claruit. Hieron. Chron. Sed eadem adhibito Rufino Aquileienſi dum Ægyptum luſtrat, Origenis erroribus inficitur. Meminit Rufinus II, cap. VII Hiſt.

Per. Iul. ✳. ⊙. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				S. Hieronymus per id tempus in Syriæ ſolitudine verſabatur : vnde ſcripſit ad Rufinum Epiſt. XIV. Mauuia Saracenorum regina Chriſtianam complexa fidem, & cum Romanis bellum gerens, pacem ea conditione petentibus dedit, vti Moyſen anachoretam genti ſuæ Epiſcopum impetraret. Qui Alexandriam perductus, Lucio Ariano repudiato, à Catholico antiſtite ordinari voluit. Socrat. IV, cap. XXIX. Theodore. IV, cap. XXI. Per idem tempus obiit S. Hilario octogeſimo ætatis anno. Hieron. eius vita.				
5086 18. 13. 1 F	4356	373	90	*Valentinianus Aug.* IV. *Damaſi* *Valens Aug.* IV. 7. Para rex Armeniæ in conuiuio iuſſu Valentis occiditur. Ammian. XXX. Romæ in Synodo à Damaſo damnatus eſt Apollinaris, nec non Vitalis eius diſcipulus ; qui Antiochia Romam ad Damaſum profectus, & ad Paulinum Antiochenum remiſſus eſt cum libello, cui ſubſcribere deberet. Quod cùm ſubdolè feciſſet, detecta fraude proſcriptus eſt à Damaſo. Sozom. VI, cap. XXV. Greg. Nazianz. Epiſt. II ad Cledon. In ea Synodo anathematiſmi complures editi ſunt aduerſus varias hæreſes. Theodoſius ſenior iunioris, & poſteà Imperatoris pater Firmum Africæ tyrannum ad obſequium, ac denuò rebellantem ad laqueum adigit. Gildo Firmi frater tyrannidem reparat, & Donatiſtis fauens Catholicos perſequitur : quo cum Optatus Donatiſta crudeliſſimè in illos ſæuiit. Ammian. XXVIII, & XXIX. Claud. de bello Gildon.	10 7	Ol. 288	1126	1121
5087 19. 14. 2 E	4357	374	91	*Gratianus Aug.* III. *Damaſi* *Equitius.* 8. Valentinianus cum Alamannorum rege Macriano iungit amicitiam. Amm. XXX. Auxentio Mediolanenſi Epiſcopo mortuo Ambroſius in eius locum ordinatur octauo poſtquam baptizatus eſt die, VII Id. Decembr. Hieron. Chron. Paulinus in illius vita. In Gallia Valentinum Concilium IV Id. Iulij celebratur, cuius IV Canones extant. S. Epiphanius à Magiſtratu & Clericis Suedrorum, in Pamphylia rogatus, Ancoratum ſcribit.	11 8	II	1127	1122
5088 20. 15. 3 D	4358	375	92	*Poſt Conſul. Gratiani, & Equitij.* *Damaſi* 9. *Impp.* { *Valens.* *Gratianus.* *Valentin. Iun.* Thermæ Caroſianæ dedicatæ ſunt, agente Præfecto V.C. Vindalonio Magno. Idatius. S. Martinus Turonorum Epiſcopus ordinatur. Gregor. Turon. lib. II Hiſt. Franc. cap. XIV. Valens in Chriſtianos acerbius ſe gerit, & inter alia lege lata ſancit, vt Monachi militarent. Idem mox à Themiſtio placatur. Sozomen. VI, cap. XXV. Hieron. Chron. Floruit enim hoc tempore Themiſtius, quem & Gregorius Nazianzenus obſeruauit, ad eúmque ſcripſit	12 9 1	III	1128	1123

ſcripſit Epiſt. cxxxix, & cxl.

Ambroſio Simplicianus vir ſanctitate & eruditione præſtans datus eſt, vt ab eo inſtitueretur. Aug. Conf. viii, cap. ii.

Photinus perditiſſimus hæreſiarcha moritur. Hieron. Chron.

Sarmatis incurſantibus Valentinianus exercitum in eos apparat. Sed iiſdem per legatos deprecantibus, vehementius ille commotus apoplexia periit xv Kalend. Decembris in caſtello Brigitione. Eius filius Valentinianus Iunior ab exercitu Imperator acclamatur x Kalend. Decemb. in ciuitate Acinco, quæ eſt in Pannonia inferiore. Idat. Hieron. Chron. Ammian. xxx. Vixit annos liv: imperauit non plenos xii, ſed minus iii ferè menſibus.

S. Epiphanius Panarium hoc anno ſcribere eſt aggreſſus.

Per. Iul. ✱.☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5089 21. 16. 4 C B	4359	376	93	*Valens Aug.* v. *Damaſi* *Valentinianus Aug.* 10.	13 10 2	iv	1129	1124 Maij 21.

Gotthi ab Hunnis expulſi à Romanis iuſſu Valentis ſuſcepti, & in Thracia collocati ſunt. Idatius. Ammian. xxxi. Gotthorum duces erant Fritigernes, & Athanaricus. qui deinde Lupicini Romani in Thracia ducis auaritia commoti contra Romanos bellum geſſerunt, & eorum copias attriuerunt. Ammian.

Valentiniani ſenioris corpus v Kalend. Ian. Conſtantinopolim delatum eſt. Idat.

Theodoſius ſenior Theodoſij pòſt Imperat. filius Valentis, vt apparet, iuſſu in Africa poſt ſuſceptum baptiſmum occiditur. Eius filius periculo ſe ſubducit. Hieron. Chron. Oroſ. vii, cap. xxxiii. Ambr. in fun. Theod.

Gratianus x Kalend. Mai Treuiris Hæreticorum conuentus prohibet, & eorum loca fiſco addicit. L. iv, Cod. Theod. de Hæret.

Idem xvi Kalend. Iun. cauſas ad religionem pertinentes inter Clericos ortas ab Epiſcopo conuocatis diœceſanis preſbyteris terminari iubet. de criminibus verò Iudicem ciuitatis cognoſcere. L. xxiii. Cod. de Epiſc. &c.

Per. Iul. ✱.☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5090 22. 17. 5 A	8360	377	94	*Gratianus Aug.* iv. *Damaſi* *Merobaudes.* *11.*	14 11 3	Ol. 289	1130	1125

Gotthi aduerſus Romanos rebellant: contra quos miſſus eſt exercitus. Idatius. Ammian. xxxi. Valens Antiochia profectus, ſeràque pœnitentia ductus à perſecutione deſtitit. Hieron. Chron.

Per. Iul. ✱.☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5091 23. 18. 6 G	4361	378	95	*Valens Aug.* vi. *Damaſi* *Valentinianus Aug.* ii. *12.*	15 12 4	ii	1131	1126

Valens ab Oriente Conſtantinopolim ingreditur, iii Kal. Iun. & iii Id. Iun. ad foſſatum venit. cum Gotthis conflixit miliario xii ab Hadrianopoli v Id. Auguſti: & ex eo die nuſquam comparuit. Inde toto anno per diœceſin Thraciarum, & Scythiæ, & Mœſiæ Gotthi habitauerunt ſimul, & prædati ſunt, & vſque ad portas vrbis Conſtantinopolitanæ venerunt. Idatius.

Ammian. xxxi refert Lentienſes Alemannos à Gratiano domitos eſſe: Valentem verò gloriæ huius æmulum contra Gotthos maturaſſe prælium; ne Gratiano adiutore viciſſe crederetur: mortuum annos ferè L natum, cùm annos prope xiv imperaſſet. Imperauit exacto calculo annos xiv. M. iv circiter. Incenſus eſt autem à barbaris in villa, quò ex acie ſaucius deportatus fuerat: vti Socrates L. iv. Theod. iv, aliique ſcribunt.

Gotthis porrò ad vrbem propiùs accedentibus, Conſtantinopolitani à Domnica vxore Valentis animati illos repulerunt. Socrat. v, cap. i.

Hucuſque S. Hieron. Supplementum Euſebij perduxit: reliqua Proſper adtexuit.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.					Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5092 24. 19. 7 F	4362	379	96	*Auſonius.* *Olybrius.*	*Damaſi* *13.*	xlvi *Imperat.*	*Gratianus.* *Valentinianus.* *Theodoſius.*	13 5 1	iii	1132	1127

His Coſſ. Gratianus Theodoſium Sirmij xiv Kalend. Februarij Imperatorem facit, eique conceſſo Oriente, in Occidentem abiit. Theodoſius cum Gotthis feliciter pugnat, eóſque Thracia pellit. quod poſt adeptum imperium ab eo factum eſſe teſtantur Zoſimus iv, Idatius, Proſper. At Theodoretus v, cap. v, antequam Imperator eſſet. Scribit Idatius multa bella cum Gotthis eſſe commiſſa. Deinde xv Kalend. Decembris nunciatas eſſe victorias aduerſus Gotthos, Alanos, & Hunnos.

Longobardi ex inſula Scandia, Iborea, & Aione ducibus egreſſi Vandalos primùm vicerunt. Proſper.

Sempronius vir eruditus agnoſcitur. Id.

Priſcillianus Epiſcopus de Gallæcia ex Manichæorum, & Gnoſticorum dogmate hæreſin nominis ſui condidit. Proſper.

S. Baſilius Kalend. Ian. deceſſit. cuius ab obitu nono menſe Concilium Antiochiæ celebratum; in quo Paulini ac Meletij conſenſu decretum eſt, vt alterutro vita functo alter Epiſcopatum ſolus obtineret: ſex primoribus preſbyteris iureiurando adſtrictis. Damnatus & Apollinaris: tùm variæ legationes ad conſtituendas Eccleſiis mandatæ. Gregorius Nyſſenus in Arabiam miſſus. Euſebius Samoſatenus Syriam, ac Meſopotamiam luſtrauit. Gregorius Nazianzenus Conſtantinopolin profectus eſt; cui tùm præerat Demophilus Arianus. Socrat. v, cap. v. Sozomen. vii, cap. iii.

Hieronymus à Paulino Antiocheno preſbyter ordinatur. Hieron. Epiſt. lxi.

Idem Conſtantinopolin ad Gregorium Nazianzenum ſe contulit, eóque præceptore vſus eſt. Hieron. ad Pamm. cont. Ruf. Idem porrò Gregorius initiò à Conſtātinopolitanis deſpectus, vitæ & eruditionis admiratione populum ad ſe trahere cœpit. qui ad epiſcopatum vrbis illius ipſum perducere ſtudet, renitente Petro Alexandrino. qui cùm initio per litteras hunc illi honorem detuliſſet, poſteà mutato conſilio in Maxi-

mum Alexandrinum inclinauit: qui ex Cynico Chriſtianus Conſtantinop. veniens à Gregorio magna in veneratione habitus, eiuſdem occupare locum omni ope conatus eſt. & verò perfecit, vt abſente Gregorio in ſede collocaretur: & ordinationes ibi aliquot fecit. Reuerſus Gregorius in illum declamauit. Nazianz. de vita ſua.

Aduerſus hæreſes omnes edita ſanctio Mediolani III Non. Aug. L. v. Cod. Theod. de Hæreſ.

Per. Iul. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.			Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5093 25. 1. 8 ED	4363	380	97	*Gratianus Aug.* v. *Theodoſius Aug.*	*Damaſi* 14.	14 6 2	IV	1133	1128 Maij 20.

Theodoſius Theſſalonicæ morbo correptus ab Acholio Catholico antiſtite baptizatur. Poſteà ſanxit, vt damnatis hæreſibus omnibus ſola Catholica fides obtineret: quam ſcilicet à Petro acceptam Romana Eccleſia, & Damaſus teneret, & Petrus Alexandrinus. Data eſt ſanctio Theſſalonicæ III Kalend. Mart. L. II Cod. de fide Catholica.

Procurante Gratiano pax cum Gotthis firmatur. Proſper.

Ambroſius pro Catholica fide multa ſublimiter ſcripſit. Idem.

Iuſtina Valentiniani Auguſti mater Ariana fœmina hæreſin promouere ſtudet: cui acerrimè reſtitit Ambroſius. Paulinus in eius vita.

Theophilus Alexandrinus tum Clericus, poſteà Epiſcopus, C annorum computum Paſchalem ab hoc anno orſus eſt. Leo M. Epiſt. LXIV. Vide lib. II de Doctr. Temp. cap. LXVIII.

Maximus Cynicus Theodoſium Theſſalonicæ conuenit, vt ſibi Conſtantinopolitanæ ſedem Eccleſiæ confirmaret. Sed ab eo reiectus eſt. Gregor. Nazianz. de vita ſua.

Petro Alexandrino Epiſcopo mortuo ſuffectus eſt Timotheus eius frater. Niceph. Chron.

Theodoſius XVIII Kalend. Decembris Conſtantinopolin ingreſſus Arianis Eccleſias adimit, quas XL iam annos tenuerant. Demophilus vrbe ceſſit. Gregorius Nazianzenus in Eccleſiam introducitur VI Kal. Decemb. Socrat. v, cap. VII. Idatius. Marcellinus Comes.

Per. Iul. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.			Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5094 26. 2. 9 C	4364	381	98	*Eucherius.* *Syagrius.*	*Damaſi* *15.*	15 7 3	Ol. 290	1134	1129

Athanaricus à ſuis pulſus Conſtantinopolin ad Theodoſium venit III Id. Ian. & eodem menſe diem obiit VIII Kalend. Febr. ac regio honore ſepultus eſt. Idatius. Zoſimus IV. Proſper. Marcellinus.

SECVNDA SYNODVS OECVMENICA CONSTANTINOPOLITANA.

His Coſſ. Conſtantinopolitana Synodus œcumenica celebratur à CL Epiſcopis. cuius ſeries & ratio ſatis perplexa ſic à nobis ordinanda putatur.

Cùm à Theodoſio pulſis Arianis Gregorius in Eccleſiam introductus eſſet; Theodoſius vt ei firmaret Epiſcopatum Meletium Antiochia Con-

ſtantinopolin exciuit: vbi cum paucis Epiſcopis id præſtitit. Poſteà verò ad conciliandam Eccleſiarum diſcordiam, earúmque ſtatum ordinandum, pleniorem conuentum Epiſcoporum indixit: in quo nonnulla de fide contra Macedonij hæreſin decreta ſunt, déque ordinationibus Maximi. Interim moritur Meletius: cui cùm Flauianus ſufficeretur, Gregorius Nazianzenus vehementer reſtitit; quòd ex pacto ſolum Paulinum in eam dignitatem ſuccedere oporteret. Orta deinde, vti fit, altercatione, & ſuperueniente Timotheo Alexandrino, & Ægyptiis, ægréque ferentibus his à Concilio confirmatam eſſe Gregorio ſedem, quod quidem iuris Alexandrini eſſe dicerent, eò demùm progreſſa res eſt, vt Gregorius Epiſcopatu ſponte cederet: cui Nectarius ſubrogatus eſt. Hæc ex Greg. Nazianz. Carm. de vita ſua.

Theodoretus lib. v. cap. vi refert poſt mortem Meletij Timotheum Alexandrinum Maximum in locum Gregorij ſubſtituere voluiſſe; ſed Concilium reclamaſſe. Tùm abdicato Gregorio, ſuffectóque Nectario, Canones fuiſſe conditos. Ita durante adhuc Concilio, nec dum finito, Gregorius abdicauit ſeſe.

In eo Concilio contra Macedonium de Spiritus ſancti diuinitate decretum editum eſt cum fidei Symbolo. Deinde ſui diœceſi cuique limites præſcripti, atque Epiſcopo Conſtantinopolitano poſt Romanum priuilegia conceſſa ſunt. Sed id à Romanis Pontificibus minimè receptum fuit. vt ex Gregorio M. conſtat, lib. vi Epiſt. cxxv. Sed & Maximi ordinationes abrogatæ, & alia quædam conſtituta ſunt. Celebratum eſt Concilium menſe Maio, & ad finem Iulij perductum eſt.

Theodoſius iii Kalend. Aug. ad Auxonium Procoſ. Aſiæ reſcripſit, vti Catholicis antiſtitibus Eccleſiæ traderentur, qui cum præcipuis, quos ibidem nominat, orthodoxis Epiſcopis communicarent: Nectario Conſtantinopol. Timotheo Alexandrino, Pelagio Laodicenſi, Diodoro Tarſenſi, Amphilochio Iconienſi, Helladio Cæſarienſi, Gregorio Nyſſeno, &c. L. iii. Cod. de fide Catholica.

Idem & Epiſcoporum, qui ab Arianis martyrium paſſi fuerant, reliquias transferri cum honore iuſſit. atque ita S. Pauli corpus Conſtantinopolin in Baſilicam Pauli ab eo dictam deportatum eſt. Sozom. vii, cap. x. Socrat. v, cap. ix.

Tum aduerſus Arianos, & Manichæos, alióſque poſteà editæ ſanctiones, quæ lib. xvi Cod. Theod. Tit. iii continentur.

Eodem anno Nonis Septembris, Concilium Aquileienſe celebratum eſt, in quo Palladius & Secundianus Ariani Epiſcopi poſt longam tergiuerſationem anathemate percuſſi ſunt.

In Hiſpania Cæſarauguſtæ contra Priſcillianiſtas Synodus eſt habita, in qua damnati Inſtantius,

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				& Saluianus epiſcopi, Helpidius & Priſcillianus laici. Damnati epiſcopi Priſcillianum epiſcopum Abilenſem conſtituunt. Idacius, & Ithacius Epiſcopi acerrimè cõtra illos inſurgunt, & à Gratiano reſcriptum impetrant, quo longius amandari iubebantur. Illi Romam profecti, & à Damaſo, tùm ab Ambroſio reiecti, corrupto Macedonio Magiſtro Officiorum, reſcriptum ab Imperatore aliud impetrant, quo in integrum reſtituuntur. Ita in Hiſpaniam reuerſi Ithacium fugere coëgerunt. Sulpit. II.				
5095 27. 3. 10 B	4365	382	99	*Antonius.* *Damaſi* *Syagrius.* 16. Theodoſius corpus Valentiniani in ſarcophago depoſuit IX Kal. Mart. Eodem anno vniuerſa gens Gotthorum cum rege ſuo in Romaniam ſe tradiderunt v. Non. Oct. Idatius. Damaſus Romæ Synodum celebrauit; ad quam acciti Epiſcopi Orientales excuſarunt ſeſe, & ipſi Conſtantinopolin conuenerunt, indéque ad Damaſum ſcripſerunt. Ad eam Synodum inuitatus ab Orientalibus Gregorius Nazianzenus adeſſe noluit. Nazianz. Epiſt. LVI, & LXXVI. At Romam hoc anno venerunt Paulinus Antiochenus, Epiphanius Cypri Epiſcopi, vnáque S. Hieronymus. Item Acholius Theſſalonicenſis, & S. Ambroſius. Theodore. V, cap. IX. Hieronymus itaque Romæ apud Damaſum ſubſtitit, eíque ab Epiſtolis fuit. Scripſit & aduerſus Heluidium, & Iouinianum. nec non contra Luciferianos. Cum honeſtis verò matronis, aliiſque de ſacrarum literarum ſtudiis identidem conferebat; & in omnium oculis ferebatur. vt ex illius Epiſtolis ſparſim colligitur. Maximus in Britannia tyrannidem arripuit. qui Treueris ſedem imperij conſtituit, & Victorem filium imperij conſortem adhibuit. Zoſimus IV. Socrat. V cap. X. Aur. Victor.	16 8 4	II	1135	1130
5096 28. 4. 11 A	4366	383	100	*Merobaudes II.* *Damaſi* *Saturninus.* 17. Arcadius Auguſtus factus Conſtantinopoli in miliario VII decimo ſeptimo Kal. Febr. Idat. Maximus tyrannus per Andragathium ducem Gratianum à ſuis deſertum occidit VIII Kalend. Sept. Lugduni. Marcell. Comes. Socrat. lib. V cap. ια'. Poſtea legatos ad Theodoſium miſit. Valentinianus iunior ad Maximum Ambroſium deſtinat. Ambroſ. in Fun. Valentin. Arſenius Conſtantinopolin à Damaſo mittitur, vt Imperatoris filio præeſſet. Vita Arſenij. Auguſtinus annos natus XXIX clam matre Romam ad docendam rhetoricam ſe contulit. Lib. V Confeſſ. Corpus Conſtantiæ Auguſtæ Conſtantini filiæ Conſtantinopolin ingreſſum eſt II Id. Sept. Idatius.	17 9 5	III	1136	1131

Theodoſius iterum Conſtantinopoli Synodum colligit ad dirimendas Eccleſiarum controuerſias; in eáque ſectarum principes rogat ecquid veteres Patres approbarent. affirmantibus iis, illorum ergo placitis & authoritate vti ſtarent admonet. Socrat. v, cap. x.

Contra Chriſtianos ad Gentiles cultus deficientes reſcripſit Theodoſius XIII Kal. Iun. L. II Cod. de Apoſtatis. Idem & aduerſus hæreticos decernit L. VIII, IX, X, Cod. de Hæret.

Per. Iul. ✳. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5097 1. 5. 12 G F	4367	384	101	10 6	IV	1137	1132 Maij 19.

Ricimer. *Damaſi* *Clearchus.* 18. *Imper.* { *Valentinianus.* *Theodoſius.*

Legati Perſarum Conſtantinopolin adueniunt pacem à Theodoſio poſtulantes. Eodem tempore Honorius natus eſt V Id. Sept. Idatius. Marcellinus.

Symmachus Vrbis Præf. de reſtituendo Deorum cultu Valentiniano libellum offert, quem refellit Ambroſius. Vide Epiſt. eius XXX.

Obiit Damaſus III Id. Dec. cùm ſediſſet annos XVII, M. III. Vacauit ſedes XXXI diebus.

S. Auguſtinus hoc anno Mediolanum à Symmacho ad docendam Rhetoricam mittitur, cùm annum ingreſſus eſſet ætatis XXX, vbi Ambroſium frequenter audiebat. Ad eum Monica pia mater ex Africa venit, déque eius conuerſione laborauit. Confeſſ. v, cap. XIII. & lib. VI, cap. I.

Aduerſus hæreticos edita ſanctio L. XIII Cod. de hæret.

Themiſtius hoc anno VI orationem in laudem Theodoſij dixiſſe videtur, cùm is ſextum iam in imperio annum haberet, vt pag. 157, verſ. 17 indicat. ac neſcio an non & Præfectus Vrbi tum ab eo factus ſit. Vide quæ ad illam Orat. notamus.

Per. Iul. ✳. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5098 2. 6. 13 E	4368	385	102	11 7	Ol. 291	1138	1133

Arcadius Aug. XXXIX *Pontifex* *Bauto.* *Siricius* I.

Hic eſt Bauto Coſ. cuius in ingreſſu Auguſtinus Mediolani pro officio ſuo Panegyricam in laudem Imperatoris habuit. VI Conf. cap. VI.

Siricius Papa III Id. Febr. eligitur.

Burdegalæ Synodus contra Priſcillianum coacta. qui ad eam iuſſu Maximi cum Inſtantio Epiſcopo ductus, & damnandum ſe eſſe non dubitans ad eundem Maximum prouocauit: auditúſque Treueris ab Euodio Præf. Præt. à Maximo gladio eſt addictus cum Euchrotia Delphidij Oratoris coniuge, & Latroniano, aliiſque erroris conſortibus. Sed & Vrbica Priſcilliani diſcipula Burdegalæ lapidibus obruta eſt. Proſper. Seuerus II.

Quoniam autem Ithacius Epiſcopus hanc omnem actionẽ proſecutus erat, ideo tam ipſe, quàm eius ſocij à communione Catholica alieni iudicati ſunt.

Timotheo Alexandriæ Epiſcopo mortuo ſubrogatus eſt Theophilus. Socrat. v, cap. XII.

Hoc anno mortua videtur Ælia Flaccilla Theodoſij coniux fœmina religioſiſſima. Nam ſequenti anno Gallam duxit.

S. Hieronymus nauigat in Syriam, & media hieme Ieroſolymam intrat. Hieron. Epiſt. xcix. & Apol. cont. Ruf.

S. Auguſtinus poſt diuturnam hæſitationem ad Catholicam fidem conuerſus eſt. lib. viii, Conf. cap. 1, & ſeq.

Theodoſius contra Idololatras ſanctionem edidit. L. ix. Cod. de Paganis.

Item contra pſaltrias & fidicinas. L. x, Cod. de Scenicis.

Scribit & Zoſimus lib. iv mandaſſe ipſum Cynegio Præf. Præt. cùm eum in Ægyptum mitteret, vt Deorum religione interdiceret, & fana clauderet.

Valentinianus hoc anno reſcriptum dedit de reis Paſchali tempore laxandis, exceptis iis qui ob atrocia quædam crimina vincti eſſent. L. viii. Cod. de Indulg. crim.

5099 3. 7. 14 D	4369	386	103	*Honorius Cæſar.* *Siricij* *Euodius.* 2.	12 8	11	1139	1134

Cùm Euodius à Maximi partibus fuerit, apparet ex comparatione Conſulum Maximum inter & Imperatores conueniſſe.

Greuthingi hoc anno victi & captiui in Romaniam adducti. Theodoſius & Arcadius triumphantes Conſtantinopolin ingreſſi ſunt iv Id. Octob. Idat. Marcell. Zoſimus iv.

Theodoſius Imperator Gallam Placidiam Valentiniani ſenioris filiam, iunioris ſororem duxit, eáque Conſtantinopolin hoc anno venit. Marcell.

Valentinianus, inſtigante Iuſtina matre Ariana fœmina, in Arianorum gratiam, & Ariminenſis profeſſionis reſcripſit. L. ii. Cod. de fide Catholica. Tunc & Ambroſium perſecutus eſt.

Auxentius Mediolani Arianorum Epiſcopus Ambroſium ad diſputationem prouocauit coram Imperatore. At ille in Eccleſia, & coram populo id vt fieret poſtulauit. Ambr. cont. Auxent. Paulinus in eius vita.

Extitit tunc Beneuoli memoriæ ſcriniis præſidentis egregium facinus, qui decretum illud impium dictare noluit, & cingulum abiecit. Gaudentius in Præfat. Serm.

Quin & ſpectaculorum definita tempora. Cod. de ſpect. L. ii.

Romæ Synodus à Siricio collecta lxxx epiſcoporum, in qua Eccleſiæ Africanæ diſciplina conſtituta.

Treuiris Ithacianæ partis Epiſcopi Synodum cogunt; in qua Ithacius abſoluitur. Martinus cùm eô ſe contuliſſet, vt pro Narſete Comite, & Leucadio Præſide, qui pertinaciores in parte Gratiani ſteterant, deprecaretur, & vt ne Tribuni cum iure gladiorum in Hiſpanias ad Priſcillianiſtas perſequendos mitterētur, ne hac occaſione etiam Catholici malè haberentur; cum Ithacianis communicare noluit. Sed inſtante Maximo, & eorum

pro quibus exoratum venerat, cædem minante, ceſſit ad tempus, & Felicis Treuirenſis Epiſcopi ordinationi cum iis interfuit. Vnde mœrens ad ſedem ſuam reuerſus eſt, ac deinceps conuentu omni Epiſcoporum abſtinuit. Quo tempore ad Maximi conuiuium adhibitus eſt, & ab vxore Maximi conuiuio, quod illa ſuis manibus pararat, exceptus eſt. Seuerus in eius vita.

S. Hieronymus ad audiendum Didymum Alexandriam ſe contulit. Hieron. Epiſt. LXV ad Pammach. Tunc Ægypti quoque monaſteria peragrauit, vt in Apol. contra Ruf. ipſe teſtatur.

S. Paula vidua per idem tempus in Ægypto peregrinabatur. Hieron. Epiſt. XXVII.

S. Ioannes Chryſoſtomus preſbyter ordinatur à Flauio Antiocheno Epiſcopo. Palladius in eius vita. Marcellinus. qui duodecim annis preſbyterum fuiſſe referunt; ac deinceps populum docere cœpiſſe.

S. Cyrillus Hieroſolymitanus moritur. cui ſucceſſit Ioannes pollicitatione Epiſcopatus ab hæreſi redemptus, ait S. Hieron. Epiſt. LXI. Hic enim Valentis tempore hæreticorum communione pollutus eſt, vt ibid. ait Hieron.

Demophilus Arianorum Conſtantinopoli pſeudoepiſcopus obiit. Socrat. V, cap. XII.

Theodoſius de non diſtrahendis martyrum reliquiis reſcripſit. L. vlt. Cod. de Sepul. viol.

Idem ſpectaculorum Scenicorum, & Circenſium tempora definiit. L. II. Cod. de Spect.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules	Pont.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5100 4. 8. 15 C	4370	387	104	*Valentinianus* III. *Eutropius.*	*Siricij* 3.	13 9	III	1140	1135

Arcadius cum patre ſuo quinquennalia celebrauit editionibus, ac ludis. Idat. Marcell.

Iuſtina S. Ambroſium acrius vexat, & in exilium fruſtrà mittere conatur, renitente populo. Nam Auxentius edictum expreſſit à Valentiniano, vt Arianis baſilicæ traderentur, & reluctantes interficerentur. Sed præſulis conſtantia illorum conſilia diſturbauit. Dum hæc aguntur, SS. Geruaſij, & Protaſij corpora ab Ambroſio diuinitus admonito reperta ſunt. quorum aſpectu, contactúque antiqua miracula reuocantur. Demùm imminente Maximo, legatus iterum Ambroſius deſtinatur, qui ad ipſum veniens neque cum eo, neque cum Ithacianis communicare voluit. Ambroſ. in Auxent. & Epiſt. XXXIII, & LXXXV ad ſororem. tum Epiſt. XXVII. Paulinus in eius vita.

Maximus porrò in Italiam irrumpit. Valentinianus ad Theodoſium confugit. qui ad Italiam contra Maximum pugnaturus acceſſit. Zoſim. IV.

Maximus ſacrificia gentilibus, & aram Victoriæ reſtituit, ob idque laudatus eſt à Symmacho. Socrat. V, cap. IV.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules	Pont.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5101 5. 9. 3 BA	4371	388	105	*Theodoſius Aug.* II. *Cynegius.*	*Siricij* 4.	14 10	IV	1141	1136 Maij 18

Defunctus eſt Cynegius Præf. Orientis in Con-

ſulatu ſuo Conſtantinopoli. *Hic vniuerſas prouincias* (ait Idatius) *longi temporis tabe deceptas* (for. *deiectas*) *in ſtatum priſtinum reuocauit, & vſque ad Ægyptum penetrauit, & ſimulacra gentium euertit. Vnde cum magno fletu totius populi ciuitatis deductum eſt corpus eius ad Apoſtolos die* XIV *Kalend. Apr. & poſt annum tranſtulit eum matrona eius Achantia ad Hiſpanias pedeſtre.* Theodoſius ad bellum ſeſe comparans nouum quoddam tributi genus Antiochenis indixerat. Illi furore perciti Flaccillæ ſtatuas deiecerunt, ac per vrbem traxerunt. Theodoſius ob id valdè commotus, miſſis iam qui pœnas expeterent, Flauiani Epiſcopi legatione placatur. Quæ legatio ante Paſcha contigit. cuius exitu pendente Chryſoſtomus orationes ad populum habuit, quæ Ανδριάντες inſcriptæ ſunt. Vide Hom. xx.

Olympias nobiliſſima fœmina Ablauij neptis, Anyſij Comitis filia, quæ Nebridio Nebridij Præf. Præt. filio nupſerat, eo mortuo Elpidij Hiſpani Theodoſij cognati coniugium detrectat, nec ad id vlla vi ab Imperatore potuit adduci. Pallad. Dial. de vita Chryſ.

Theodoſius contra Maximum profectus ſanctorum ſe precibus communiit, præſertim Ioannis Anachoretæ, ac Senuphij. Auguſt. v, de Ciuit. cap. XXVI. Ruf. II, cap. XXXII.

Maximus hoc anno victus & occiſus eſt ad Aquileiam v Kalend. Aug. Sed & filius eius Victor poſt paucos dies in Galliis occiditur per Arbogaſtem Comitem. Andragathius Comes, qui Gratianum occiderat, præcipitem ſe in mare coniecit.

Theodoſius imperium omne, quod de Maximo vindicarat, Valentiniano reſtituit. Idatius, Marcell. Zoſimus IV.

Interim Ariani falſos de victo Theodoſio rumores diſſerunt, & furore acti Nectarij domum ſuccendunt. Socrat. v, cap. XI. Cuius ſceleris veniam poſtea per Arcadium impetrarunt. Ambr. Epiſt. XXIX. Theophilus Iſidorum Nitriæ antè Monachum, poſtea preſbyterum cum muneribus ei, qui viciſſet, offerendis miſit. qua re poſt victoriam patefacta, territus Iſidorus profugit. Socrat. v, cap. 2.

S. Auguſtinus, cùm interim catechumenus fuiſſet, hoc anno Mediolani ab Ambroſio baptizatur ætatis anno XXXIV, Paſchali tempore, vnà cum Alipio amico, & Adeodato filio. Poſſid. in vita S. Aug.

Theodoſius hæreticos variis ſanctionibus coercet. L. XIV, XV, XVI. Cod. de Hæret. Idem Aquileiæ x Kalend. Octobris, & Mediolani VI Id. Oct. acta Maximi penitus infirmat.

5102 6. 10. 2 G	4372	389	106	*Timaſius.* *Promotus.*	*Siricij* 5.	15 11	Ol. 292	1142	1137

Theodoſius XIX Kalend. Febr. dignitates omnes à Maximo collatas abrogauit Mediolani edito reſcripto. L. VIII. Cod. de Infirm. &c.

Item aduerſus Eunomianos iii Id. Mai. L. xvii, Cod. de Hæret.

Denique vi Kalend. Decemb. Mediolani hæreticorum conuentus omninò ſuſtulit. L. xix, Cod. de Hæret.

Symmachus, qui Maximum laudibus ornarat, victoris iram metuens ad Eccleſiam confugit, ac veniam obtinuit. Socrat. v, cap. xiv.

Theodoſius cum Honorio filio Romam Id. Iun. ingreſſus eſt, & congiarium pop. Rom. dedit, indéque egreſſus eſt Kalend. Septemb. Idat.

Templum Serapidis apud Alexandriam Theodoſij edicto diſiectum eſt. Marcell. Socrat. v, cap. xvi. Romæ itidem idolorum ſtatuæ confractæ; & obliteratæ cæremoniæ. Proſper de Promiſſ. lib. iii, cap. xxxviii. Auguſt. v, de Ciuit. cap. xxvi.

Paulino mortuo ſuffectus eſt Antiochiæ Epiſcopus Euagrius. Siricio verò Papa contra Flauianum Capuæ Synodum cogente, Flauianus adeſſe noluit. Siricius cauſam vtriuſque Theophilo mandauit: quo interueniente, Siricius Papa cum Flauiano in concordiam rediit: atque ita Antiochenum illud ſchiſma ſublatum, cùm mortuus eſſet Euagrius. Ambroſ. Epiſt. lxxviii. Socrat. v, cap. xv. Theodoret. v, cap. xxiii.

S. Gregorius Nazianzenus obiit; vt ex Hieronymo colligitur, qui in Catal. Script. ſcribit illum deceſſiſſe triennio ante xiv Theodoſij, quo librum illum commentabatur.

Obiit & S. Monica Auguſtini mater ad oſtia Tiberis, Auguſtinus in Africam rediit. ix Confeſſ. cap. viii.

Longobardi eorum ducibus defunctis primum ſibi regem creant Agelmundum Aionis filium, qui regnauit annos xxxiii. Proſper in Chron.

Per. Iul. ☼. ☉. Ind	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5103 7. 11. 3 F	4373	390	107	*Valentinianus Aug.* iv. *Siricij* *Neoterius.* *6.*	16 12	11	1143	1138

Signum in cælo quaſi columna pendens ardénſque per dies xxx apparuit. Galla Theodoſij vxor ab Arcadio priuigno ſuo eiecta eſt.

S. Ioannis Baptiſtæ caput ex vico Coſlai Conſtantinopolin deportatum ſeptimo ab vrbe lapide in Baſilica, quam magno ſumptu in eius honorem erexit Theodoſius, reconditum eſt. Proſper. Marcell. Sed id anno ſequente geſtum.

Alexandrinum Chron. ſcribit inuentum caput S. Ioannis apud Macedonianam fœminam, quæ Cyzici degebat; ac primùm Calchedone poſitum. deinde excitato à fundamentis templo in Hebdomo collocatum fuiſſe xii Kalend. Mart.

Theſſalonicenſes Boterichum militum apud Illyricos præfectum occidunt. Iratus Imperator magnam ibi cædem patrari iuſſit. Ob id ſacris excluſus ab Ambroſio pœnitentiam egit, legémque tulit, vt latæ ſententiæ executio ad xxx dies differretur. Ruf. ii, cap. xviii. Sozomenus vii, cap. xxiv. Theodoret. v, cap. xvii. Paul. in vita S. Ambr.

Siricius Papa Iouinianum damnat hæreticum. Siric. Epiſt. II.

Valentinianus Mediolani XI Kalend. Iul. de Diaconiſſis, & conſecratis Deo fœminis ſanctionem edidit, ne quid Eccleſiis donarent. L. XXVII Cod. Theod. de Epiſcopis. Sed ea lex X Kalend. Septemb. abrogata Veronæ, L. XXVIII ſequenti.

Ita VII Non. Septembris Veronæ contra Monachos reſcriptum editum, vt ne vrbes intrarent, ſed vti ſolitudines habitarent. L. I, Cod. de Monachis. quod antiquatum eſt anno pòſt tertio.

Hoc tempore contigit facinus illud Diaconi Conſtantinopolitani, qui ſtuprum mulieri pœnitentiam obeunti obtulit. cuius gratia Nectarius publicam pœnitentiam ſuſtulit Conſtantinopoli; non Confeſſionem; vt latè diſſeruimus in Animaduer. ad Epiph. Hær. LIX. Nouatian. Socrat. V, cap. XIX. Sozom. VII, cap. XVI.

Hoc anno celebrata eſt ſecunda Synodus Carthaginienſis, (quæ Tom. I Concil. pag. 541 perperam Valentiniano, & Theodoſio Coſſ. inſcripta eſt,) præſide Genethlio. Vide Nicol. Fabrum Præfat. in Fragm. Hilarij. & Card. Perron. in Reſponſ. ad Regem Brit. In eo Canones ſanciti ſunt XIII.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.			Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5104 8. 12. 4 E	4374	391	108	*Tatianus.* *Symmachus.*	*Siricij* 7.	17 13	III	1144	1139

Theodoſius cum Honorio filio ſuo Conſtantinopolin remeauit.

Eugenius fauore Argobaſtis confiſus imperium ſibi vſurpauit. Proſper. Zoſimus IV, qui Arbogaſtem refert, cùm ſibi magiſterium militum vſurpaſſet, nimia potentia moleſtum Valentiniano fuiſſe, qui & magiſtratum eidem abrogare fruſtrà voluit. Arbogaſtes verò Eugenio inuadendi author imperij fuit.

S. Auguſtinus hoc anno per vim raptus presbyter ordinatus eſt à S. Valerio Hipponenſi Epiſcopo, & ad prædicandum Dei verbum adhibitus. Poſſid. in eius vita.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.				Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5105 9. 13. 5 DC	4375	392	109	*Arcadius Aug. II.* *Rufinus.*	*Siricij* 8.	*Imperat. Theodoſius.*	14	IV	1145	1140 Maij 17.

Valẽtinianus iunior ab Arbogaſte Comite apud Viennam in Gallia lethaliter vulneratus occiditur, ait Zoſimus IV. At Epiphanius Lib. de Menſ. Pond. pag. 177 edit. Græcolat. ſcribit repertum in palatio præfocatum Idibus Mai, Sabbato pridie Pentecoſtes. Arbogaſtes deinde innumerabiles copias in Gallias contraxit. Marcellinus.

Obiit annos natus XXVI, cum M. circiter IV. Natus eſt enim Gratiano & Dagalaipho Coſſ. anno Chriſti CCCLXVI. Imperare cœpit poſt mortem parentis anno CCCLXXV, ætatis IX cum menſibus circiter X. At Ammianus in calce libri XXX refert quadrimum tunc fuiſſe. Imperauit igitur annis XVI, M. IVI circiter.

Erat tunc catechumenus, & ante expeditionem, quam in Barbaros moliebatur, baptizari ab

Ambroſio cupiebat. Eius corpus Mediolanum delatum ipſo die Pentecoſtes, ait Epiphanius, & honorificè ſepultum eſt. Ambr. Orat. de eius fun. & Epiſt. xxxiv.

Eugenius porrò Gentilibus fauit. aram Victoriæ Romanis conceſſit. quo nomine ab Ambroſio, qui Florentiam abierat, increpatur Ep. xv.

Theodoſius L. 11 Cod. de Monachis legem anno cccxc contra Monachos latam reſcidit, eóſque priſtinum in ſtatum reſtituit.

Inter Ioannem Hieroſolymitanum, & Epiphanium orta diſſenſio. atque hic Epiſtolam ad illum ſcripſit, quam S. Hieron. Latinè vertit, éſtque inter illius Epiſtolas LX. Erat enim Ioannes Origeniſta, Palladij Galatæ, & Rufini eâdem labe infectorum amiciſſimus, quos cauendos admonet Epiphanius.

S. Auguſtinus cum Fortunato Manichæorum preſbytero publicè contulit, eúmque ſuperauit. Poſſid. in vita S. Auguſt. cap. vi.

S. Hieronymus librum de Scriptoribus Eccleſ. hoc anno confecit, ac Dextro Præf. Præt. Paciani Barcinonenſis Epiſcopi filio dicauit.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Coss.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5106 10. 14. 6 B	4376	393	110	*Theodoſius Aug. III.* *Abundantius.*	*Siricij* 9.	15	Ol. 293	1146	1141

Honorius in Hebdomo renunciatus eſt Auguſtus. Proſper, & Marcellinus : qui & addunt hora diei tertia tenebras eſſe factas. Et quidem reuera Sol defecit Nouembris xx feria 1, hora poſt mediam noctem æquabili 9, 43′ Romæ tempore apparenti, fuitque defectio digitorum 9, 31′. At Conſtantinopoli hora poſt meridiem 0, 28′. & digitorum fuit 10, 44′. Hoc igitur die Honorium Auguſtum eſſe ſalutatũ indicant ambo illi Chronologi. Proclus expræfectus capite punitus eſt in Sycis VIII Id. Dec. Chron. Alex. Zoſimus lib. IV refert Rufini calumniis viros illuſtres morte affectos Promotum, & Tatiani Præf. Prætorio filium Proclum. Tatianum verò in patriam abire iuſſum. Inter Hieronymum, & Ioannem Hieroſolymitanum flagrat animoſa contentio.

Forum Theodoſianum dedicatur. Chron. Alex.

Hipponenſe Concilium celebratum ad Africanæ Eccleſiæ diſciplinam inſtaurandam. cuius Canones in Concilio III Carthag.

Theodoſius contra Tyrannum ieiuniis, & orationibus, & corporis afflictatione ſeſe comparat. Ruf. II, cap. XXXII.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Coss.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5107 11. 15. 7 A	4377	394	111	*Arcadius Aug. III.* *Honorius Aug. II.*	*Siricij* 10.	16	II	1147	1142

Theodoſius aſſumpto Honorio filio ſuo contra Arbogaſtem, & Eugenium contendit. Primo die, qui videtur eſſe Sept. V, victoria penes tyrannum fuit. at nocte proſtratus in preces, & ab Apoſtolis duobus de victoria certior factus, Deo poſtea pro ipſo pugnante Tyrannum profligauit. qui captus & interfectus eſt Sept. VI. Arbogaſtes ſua ſe manu occidit. Marcellinus, & Proſper. qui hanc illi victoriam

ctoriam prædixiſſe Ioannem anachoretam refert: vt & Rufinus. Terræ motu à Septembri in Nouembrem Europæ regiones aliquot quaſſatæ. Thermæ Arcadianæ à conditore ſuo nomen acceperunt. Marcell.

Oroſius Hiſpanus preſbyter floret.

Donatiſtæ in Numidia Bagaienſe Concilium celebrant Epiſcoporum cccx Bagai eiuſdem prouinciæ oppido ad tollendum ſchiſma, quòd mortuo Parmeniano Carthaginienſi Donatiſtarum Epiſcopo, ſuffectóque Primiano, ab aliis Maximianus eſſet ordinatus. In eo concilio damnatus eſt Maximianus. Aug. Ep. CCLV, & CCLXV.

Conſtantinopoli quoque celebrata Synodus eſt in cauſa Agabij, & Gebadij, qui ambo Epiſcopatum Boſtrenſem ſibi vendicabant: cui interfuere Nectarius Conſtantinop. Theophilus Alexand. Flauianus Antioch. Helladius Cæſareæ. Cappad. Gelaſius Cæſareæ Palæſt. Gregorius Nyſſenus, Amphilochius Iconij, Theodorus Mopſueſtenus, & alij. Balſamo.

Alipio Hieroſolymis reuerſo in Africam paulatim exorta videntur inter Auguſtinum, & Hieronymum nota illa diſſidia.

S. Paulinus cum Theraſia coniuge ſæculo renuncians in Nolanum ſeceſſum abiit. Aug. Epiſt. XXXI, & XXXIV.

Exuperius Toloſæ, Simplicius Viennæ, Amandus Burdegalæ, Mauritius Andegaui Epiſcopi inſignes habentur. Greg. Turon. II Hiſt. Franc. cap. XIII.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5108 12. 16. 8 G	4378	395	112	*Sex. Anicius Olybrius.* *Siricij* Impp. { *Arcadij.* *Sex. Anicius Probinus.* II. XLVII. { *Honorij.*	I	III	1148	1143

His Coſſ. Theodoſius moritur; cùm vixiſſet annos LX, imperaſſet XVI plenos. Socrates lib. V, c. XXVI, anno I Olymp. CCXCIV. Obiit XVI Kal. Febr. ſiue Ian. XVII. Idem & Alex. Chron.

Eodem anno Arcadius virginem duxit, quæ apud Promoti filium alebatur, qui cum fratre viuente Theodoſio cum regiis liberis educatus fuerat. Author fuit conciliatórque nuptiarum Eutropius: cùm Ruffinus filiam ſuam Imperatori tradere vellet, & imperium affectaret. Zoſimus V. Chron. Alex. refert V Kal. Mai nuptias eſſe factas.

Ruffinus hoc eodem anno cæſus eſt. Marcellinus. Chron. Alex. idque Stilichonis opera. Zoſimus ait Stilichonem cùm Ruffinum videret in Oriente dominari, eò proficiſci voluiſſe, dicentem vtriuſque ſibi curam Imperij à Theodoſio cõmiſſam. Quem Ruffinus vt auerteret, Muſonij filium Antiochum Procoſ. Græciæ facit, & Gerontium Thermopylis præficit. Tum Alaricum exciuit, qui cedente Antiocho, & Leontio Græciam populatur omnem, præter Thebas, & Athenas, vbi Mineruæ conſpexit effigiem. Tum Peloponneſum ingreditur. Stilico verò ad opitulandum cum claſſe veniens Barbaros fugauit. Poſtea milites ad

Per. Iul. ✻. ⊙. Ind	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.

Arcadium miſit in ſubſidium duce Gaina. qui, vt mandatum erat à Stilicone, Arcadium hortatus vt militibus obuiam iret extra vrbem, per milites Ruffinum occidit. Eutropius Stiliconi addictus eius bona poſſedit. Vxor & filia Ruffini ad Eccleſiam fugientes Hieroſolymã abire permiſſæ ſunt. Marcell. & Iornandes de Regn. Succeſſ. cap. xciv.

S. Auguſtinus Hippone Regio Epiſcopus ordinatur. Proſper. Annum agebat xli, & ſuperſtite adhuc Valerio creatus eſt. Poſſid. cap. viii.

Claudianus poëta inſignis habetur.

Arcadius hæreticorum conuentus prohibet, eóſque reſcriptis ſuis exagitat. Cod. Theod. lib. xvi, Tit. v, de Hæret. L. xxvi, & ſeq.

Item aduerſus Gentiles ſeueriſſimè ſanxit L. xiii, Cod. de Paganis.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5109 13. 17. 9 FE	4379	396	113	*Arcadius* iv. *Honorius* iii. — *Siricij* 12.	2	iv	1149	1144 Maij 16.

Aduerſus Hæreticos, ac præſertim Eunomianos reſcripſit Arcadius L. xxx, & xxxi, Cod. de Hæret.

Eutropius auaritia & crudelitate graſſatur. Timaſiũ, qui ſub Valente Magiſter militiæ fuerat, per calumniam in Oaſim relegat. Mox Abundantium Prætorium, & Conſularem, Si lonem. Zoſimus v.

S. Ioannis Baptiſtæ reliquiæ Alexandriam tranſlatæ Payni 11, quem vi Kal. vocat Theoph. A. 5890 Incarnat. 390.

Fritigil regina Marcomanorũ audita Ambroſij fama Chriſto credidit, & ab ipſo fidei regulam poſtulauit. Tùm viro ſuo perſuaſit, vt Romanis ſe traderet. Anno verò ſequenti cùm Mediolanum illius videndi cauſa veniſſet, iam mortuum reperit. Paulinus in vita S. Ambr.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5110 14. 18. 10 D	4380	397	114	*Cæſarius.* *Atticus.* — *Siricij* 13.	3	Ol. 294	1150	1145

Eutropius, quo Stilichonem à profectione in Orientem abduceret, hoſtem ipſum ab Imperat. & Senatu denunciari curat, & Gildonem Comitem, & paganum, quem Theodoſius Aphricæ præfecerat, ſibi conciliat. Ita ab Honorio deficiens Africa adiuncta eſt Arcadio. Zoſimus v, & Marcellinus.

Ambroſius moritur ſub diluculum Sabbati ſancti, Prid. Non. Apr. Paulinus. Sedit annos xxii, M. iv ferè: vitæ lxxiv libauit. Nectarius hoc anno moritur circa xxvii Sept. & communi conſenſu Chryſoſtomus eligitur. Sed anno ſequenti creatus eſt, miſſis Antiochiam legatis ab Arcadio.

Flaccilla Arcadij filia nata eſt xv Kal. Iul. Chron. Alex.

Concilium Carthag. tertium in ſecretario Baſilicæ Reſtitutæ celebratum Aurelio Carthaginienſi præſide; cui ſubſcripſit Auguſtinus. in eóque Canones ſanciti l.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5111 15. 19. 11 C	4381	398	115	*Honorius* iv. *Eutychianus.* — *Siricij* 14. — xl *Pont.* *Anaſtaſius* i.	4	ii	1151	1146

Gildo reguli cuiuſdam Maurici filius, qui Fir-

Per. Iul. ☀.☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.

mo fratri tyranno reſtiterat, à Theodoſio comes Africæ, & vtriuſque militiæ magiſter factus, cùm frumentum in Vrbem prohiberet aduehi, bello appetitus eſt. Cuius frater Maſcezel veritus eius inſidias fugit in Italiam, relictis in Aphrica filiis, quos Gildo peremit. Hic à Stilichone miſſus cum V M. ſeptuaginta millia cecîdit. Gildo ſeſe ipſe ſtrangulauit. Maſcezelem in Italiam reuerſum Stilicho per ſuos de ponte præcipitauit in fluuium. Vide Iornandem.

Ioannes Chryſoſtomus XXVI Februarij die thronum conſcendit. Socrates lib. VI, C II. Marcellinus. qui ait illum quinquennio Diaconum fuiſſe; Preſbyterum verò XII annis.

Hoc anno videtur Marcus ſcriptor vitæ S. Porphyrij Gazenſis miſſus à ſancto viro Byzantium: vbi S. Ioannis opera ab Eutropio impetrauit edictum contra Gentiles. Sed Hilarius ab Imper. miſſus pretio corruptus eſt.

Siricius Papa moritur VIII Kal. Mart. cùm ſediſſet annos XIII, M. I. Anaſtaſius Papa XXXVII ſubrogatur Prid. Id. Mart.

Quartum Carthaginienſe Concilium VI Id. Nou. præſide Aurelio celebratum: in quo Canones editi CIV, ac de ſacris ordinibus præcipuè actum.

Honorius capitalem ſententiam contra ſacrorum locorum, ac perſonarum violatores decernit. cuius edicti Donatiſtæ occaſionem dederunt. L. XXXI Cod. de Epiſc.

Idem Imper. Mariam coniugem duxit Stilicone & Serena fratris Theodoſij filia genitam.

Aduerſus Eunomianos, & Montaniſtas reſcripſit Arcadius IV Non. Mart. Conſtantinop. ac tam eorum conuentus prohibiti, quàm libri incendio damnati. L. XXXII Cod. de Hæret.

L. XXXII Cod. Theod. de Epiſc. &c. cautum VII Kal. Aug. vt Epiſcopi Clericorum numerum è Monachis ſupplerent.

Honorius veterem illam à Conſtantino editam ſanctionem reuocauit Mediolani VI Kal. Aug. vt ex conſenſu apud Epiſcopos litigare liceret. L. VII de Epiſc. aud. Cod. Iuſtinianei.

Gentiles in vulgus ſparſerant hoc anno deſituram eſſe Chriſtianam religionem, quæ per CCCLXV annos eſſet duratura. Aug. XVIII de Ciuit. cap. LIII.

Per. Iul. ☀.☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5112 16. 1. 12 B	4382	399	116	*Manlius Theodorus.* *Anaſtaſij 2.* *Eutropius.*	5	III	1152	1147

Faſti Siculi Theodorum ſolum Coſ. notant. quia hoc anno Eutropius interfectus, & nomen ipſius eraſum eſt. Claudianus meminit in Panegyr. Mallij Theodori. Falsò ergo Proſper Cæſario & Attico Coſſ. mortuum facit Claudianum.

Hoc anno Gainas contra Remp. rebellauit. Nam

Eutropio inuidens Tribigildum auxiliaribus Barbarorum copiis in Phrygia præfectum clam adornat. qui totã Aſiam vaſtauit. Arcadius Eutropio omnia commiſit. qui Gainam & Leonem duces deligit. quorum hic in Aſiam; ille ad Helleſpontũ proficiſcitur. Gainas Tribigildo mandat vt ad Helleſpontũ copias adducat. At is Romana præſidia metuẽs Phrygiam populatus Piſidiam petit. Gainas ſimulabat ſe Tribigildo reſiſtere nõ poſſe, eique clam opitulabatur. Sed Tribigildus in Pamphylia moratus, aſperis in locis à Valentino quodam Selgenſi in anguſtiis pene cum copiis opprimitur paſtoritia manu & ruſtica, ægréque cum CCC. euaſit, cum Florentio cuidam pecuniam dediſſet. Sed inter Melanem Fl. qui Aſpendum alluit, & Eurymedontem deprehenſus ab incolis ad Gainam legatos mittit. qui auxilia miſit, & eôdem Leonis milites profecti. Ita Tribigildus euaſit in Phrygiam. At Gainas ad Arcadium miſit, petens vt Eutropius ad necem dederetur. Hunc Arcadius inſignibus exuit. Qui ad Eccleſiam Chriſtianorum fugiens, inde fide data ductus eſt in Cyprum. Inſtante Gaina, Chalcedonem perductus, ibi necatus eſt.

Eutropio ſublato nihilo ſecius Gainas cum Tribigildo in Aſia perbacchatur, ac diuiſis copiis tandem Gainas ad Bithyniam, Tribigildus ad Helleſpontum perrexit. Hæc Zoſimus V, quæ tamen anno ſequente conſtat eſſe facta.

Pulcheria hoc anno nata XIV Kalend. Febr. Chron. Alex. Marcell.

Theophilus Alexandr. collecta Synodo Origenem, eiúſque ſectatores condemnat, & Synodicam ad Anaſtaſium Romanum Pontificem mittit, & ad Conſtantinop. Epiſcopum, atque ad Epiphanium. Hieron. Epiſt. LXIX, & LXVII, & LXX, ac LXXVIII.

Gaudentius & Iouius Comites in Africa Deorum templa ſubuerterunt, & ſimulacra fregerunt Honorij iuſſu. quod & aliis in locis factum. Aug. Lib. XVIII de Ciuit. cap. vlt.

Per. Iul. ☀. ⊙. Ind	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5113 17. 12. 13 AG	4383	400	117	*Stilico.* *Anaſtaſii* *Aurelianus.* *3.*	6	IV	1153	1148 Maij 15.

Gainas Chalcedonem veniens Imper. ad colloquium exciuit. Quo cum ad vrbem in S. Euphemiæ templo conſedit. ὁσίας Εὐφημίας vocat Zoſimus, id eſt, *S. Euphemiæ*. Ibi dedi ſibi poſtulat Barbarus Saturninum Conſularem, & Aurelianum, qui anno illo Coſ. erat. Quod & factum eſt. Sed ille gladio tantùm eos perſtringens, exilio mulctauit. Tùm Conſtantinopolim transfretauit.

Ibi cùm Eccleſiam Arianis ſuis peteret, intercedente S. Ioanne Chryſoſtomo deterritus eſt. Thedor. L. V, C. XXXII. Sozom. lib. VIII, cap. IV. Mox cùm in Thraciam abiiſſet, idem miſſus eſt ad illum Chryſoſtomus. Cæterùm cùm ex compoſito barbaris innumeris in Vrbe diſtributis, ipſe ad XL ſtadia ſeceſſiſſet per ſpeciem ægritudinis,

quaſi arreptitius eſſet: cúmque intempeſtiuè ad vrbem copias admouiſſet, re comperta, Arcadius hoſtem illum denunciauit, & Barbari omnes in vrbe cæſi ſunt. Gainas cùm in Aſiam per Helleſpontum traiicere vellet, Frauitta Gotthus cum claſſe opem Imperatori tulit; atque ita victis & diſſipatis barbaris, Gainas in Thracia poſteà occiſus eſt. Sozomenus. Marcellinus ait occiſum menſe Februario. Sed id anno ſequente contigit.

Chron. Alexand. ait hoc anno illuſtriſſ. Eudoxiam Auguſtam eſſe renunciatam, & natam Arcadiam menſe Xanthico, III Eid. Apr. Eodem anno cæſos eſſe Gotthos in Læmomacellio; & Eccleſiam Gotthorum exuſtam, Panemo menſe, IV Eid. Iul. & in Cherroneſo in στενῷ hauſtos mari fuiſſe barbaros, menſe Apellæo, x Kalend. Ianuarij.

Monachi quidam Origeniſtæ à Theophilo damnati, ad S. Ioannem confugiunt. pro quibus ad Theophilum ſcripſit Chryſoſtomus.

Eodem anno Indict. XIII, vt Palladius in Dialogo teſtatur; accuſationem Euſebij contra Antoninum ſuſcepit, & hieme, haud ſcio an eodem anno, Chryſoſtomus commendata Seueriano Gabalenſi Eccleſia ſua, in Aſiam profectus, Epiſcoporum ibi quorumdam cauſas cognouit; imprimis Antonini Epheſini.

Ariani nocturnos cœtus obeuntes, & hymnos contra orthodoxos canentes compeſcuntur ab Imperatore.

Alaricus Balthorum ex genere, mox vt creatus eſt rex à Gotthis, qui poſt Theodoſij mortem ab eius filiis contemnebantur. Italiam intrauit, & ad pontem Condiniani applicuit, qui tertio miliario Rauenna diſtat. Inde legatione ad Honorium miſſa datæ ſunt Gotthis Galliæ, & Hiſpaniæ. Quò cùm irent, Stilico ad Polentiam in Alpibus Cottiis improuidè illos adortus ab iis cum copiis fuſus eſt. Quare furentes barbari in Italiam redierunt. Iornandes c. XXX. Sed cùm dicat Gizerichum Vandalorum regem iam Hiſpanias obtinuiſſe & Gallias, apparet hæc diu poſteà contigiſſe. Nam A. 406 Vandali & Alani traiecto Rheno Gallias petunt. Proſper. Miſcella L. XIII refert Stiliconem Saulo pagano duci rem commiſiſſe, qui die Paſchæ Gotthos adortus eſt.

S. Vigilius Tridentinus Epiſcopus cùm Idolum comminuere vellet, à ruſticis obrutus eſt lapidibus. Vſuardus VI Iulij.

Anaſtaſius Papa Origenis errores condemnat. déque ea re circulares literas mittit. Hieron. Ep. XXVIII, & Apol. cont. Ruf.

Per. Iul. ✱ ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5114 18. 3. 14 F	4384	401	118	*Vincentius. Frauita.* — *Anaſtaſii* 4.	7	Ol. 295	1154	1149

Caput Gainæ haſtili præfixũ Conſtantinopolim allatũ eſt. Marcell. factum id eſt menſe Audynæo,

Per. Iul. ☉. ☾. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.

III Non. Ianuarij. Chron. Alexandr.

Theodoſius Arcadij F. naſcitur IV Eid. Apr. ait Chron. At Marcell. III Eid. Socrates τῇ δεκάτῃ τοῦ Ἀπριλλίου μηνός. Lib. IV, cap. VI. Theophanes.

Flauitam gentilem laudat impensè Zoſimus lib. V. Qui & docet Vldem Hunnorum ducem Gainam Danubium traiicere parantem inhibuiſſe, & interfeciſſe, capútque illius ad Arcadium miſiſſe.

Hoc anno Eid. Septembris Carthagine Synodus habita, Aurelio præſide, in qua de Donatiſtis Clericis ſaluo honore recipiendis actum eſt, & ad Anaſtaſium ſcriptum. Vide Cod. Canonum Eccleſiæ Africanæ, pag. 185.

S. Porphyrius Gazenſis hiberno tempore cum Ioanne Cæſarienſi metropolitano Conſtantinopolim profectus, vt Marnæi templi ſubuerſionem obtineret, ab Eudoxia quæ volebat impetrauit, nato, & baptizato Theodoſio. Vide Surium in Februario in fine Tomi I. Apparétque iam Eudoxiam ob viduæ poſſeſſionem iratam Chryſoſtomo fuiſſe. Id enim Marcus ipſe author vitæ teſtatur.

S. Martinus hoc anno mortuus videtur. Vide Lib. XI, cap. XLV.

Concilium Carthaginienſe V hoc anno celebratum VI Kalend. Iunij: cuius mendoſa vulgò habetur inſcriptio poſt Conſulatum Cæſarij, & Attici. Legendum, vt in quibuſdam codicibus extat, Stiliconis. Canones in eo editi ſunt XIV. Vide Cardin. Perron. in Reſponſ. cap. XLVIII.

Seuerianus Gabalorum in Syria Epiſcopus à Serapione Diacono delatus in Chryſoſtomi offenſionem incurrit, & eiectus eſt. Sed mox, inſtante Eudoxia, receptus eſt in gratiam. Socrat. L. V.

Per. Iul. ☉. ☾. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5115 19. 4. 15 E	4385	402	119	8	11	1155	1150

Arcadius V. XLI *Pont.*
Honorius V. *Innocentius* I.

Romanæ Eccleſiæ Innocentius XXXVIII creatur antiſtes. Vixit annos XV. ait Marcellinus. Hoc igitur anno V Kalend. Mai obiit Anaſtaſius Papa, cui IV annos Marcellinus tribuit. addunt & alij menſem I. Innocentius verò creatus eſt IV Kalend. Iunij.

Theodoſius iunior ad Hebdomum in Tribunali ab Arcadio patre, menſe Audynæo, IV Eid. Ian. creatur Auguſtus. Chron. Alexand. Theophilus à Monachis Origeniſtis accuſatur Conſtantinopoli. Epiphanius quoque Origeniſtarum odio vehementer inflammatus Conſtantinopolim aduenit. Ibi in Hebdomo Diaconum ordinaſſe dicitur à Socrate. L. VI, c. XII. & Theophane. Sed Sozomenus nihil tale refert: & ſuſpicatur Baronius hallucinatum Socratem alteram ab Epiphanio ordinationem in Palæſtina factam Conſtantinopolim tranſtuliſſe.

Epiphanius ergo fruſtrà pertendit, vt Ioannes Origenis libros damnaret, & cum eo altercatus, nec non cum Imperatrice, diſceſſit.

Mileuitanum primum Concilium Mileui in

Numidia celebratum VI Kalend. Septembris.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5116 20. 5. 1 D	4386	403	120	*Theodoſius iunior Aug.* *Innocentij* *Rumoridus.* 2.	9		1156	1151

Hoc anno Theophilus ad cauſam dicendam Conſtantinopolim vocatus, multis in itinere collectis Epiſcopis, veniens, agente id Imperatrice, damnauit Chryſoſtomum Chalcedone in ſuburbio quod Δρῦς vocabatur. Sed tumultu populi & terræ motu ſæuiente reuocatur. Vide Socrat. Sozom. & Theodor.

Chryſoſt. ipſe Epiſt. ad Innoc. pag. 679 edit. Græcolat. ſe ab Epiſcopis ſupra XXXI, reſtitutum ait.

Poſteà cùm ad ſtatuam argenteam Eudoxiæ ludi fierent, in eos inuehitur Chryſoſt. & collectis Epiſcopis, natali ipſo die nunciat Arcadius, non prius ſe venturum ad ſynaxin, quàm ſe ille purgaret.

Marina patre Arcadio nata III Id. Febr. Marcell. Chron. Alex.

Iulia Manichæa fœmina Gazam veniens, multóſque ſeducens, cum S. Porphyrio Epiſcopo auſa diſputare infelicem efflauit animam. Marcus in vita S. Porphyrij apud Sur. XXVI Febr.

Carthagine hoc anno VIII Kalend. Septembris generale Concilium celebratur ex omnibus Africæ prouinciis in cauſa Donatiſtarum, vt ad Eccleſiæ concordiam adducerentur. Meminit S. Aug. III cont. Creſcon. cap. XLV.

Alaricus rex Gotthorum in Italiam veniens, & Romam aggreſſurus apud Pollentiam à Stilicone vincitur, & obſeſſus dimittitur. Claudia. de bello Getico. Oroſius L. VII, cap. XXXVIII.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5117 21. 6. 2 CB	4387	404	121	*Honorius* VI. *Innocentij* *Ariſtænetus.* 3.	10	IV	1157	1152

Hoc anno S. Ioannes Chryſoſtomus in exilium abiit circa Paſchatis ſolenne, vt ipſemet ad Innocentium ſcribens indicat, & Socrates Lib. VI, cap. XVI. Errat ergo Marcellinus, qui poſteriorem hanc expulſionem confert in antecedentem annum. Ea contigit XVI Kal. Iul. Socrates.

Poſteà grando inuſitatæ magnitudinis prid. Kal. Octobris decidit, & quatriduo pòſt, ſi Græcis credimus, Auguſta moritur. Socrat. c. XVII. Quod prid. Non. Octob. feria V accidiſſe volunt. & humatam ferunt IV Eid. Octobris feria IV. Is eſt Octobris XII. Theophanes eodem anno mortuam refert Eudociam, & Cedrenus tribus menſibus poſt pulſum Chryſoſt. Addit Chron. creatum Arſacium VI Kalend. Iul. feria II. Nempe XXVII Iunij. Itaque leg. ϖρὸ ϛ' Καλ. Ιȣλίων. Proſper Epiſcopi, ac Clerici multi partium Chryſoſtomi fugiunt Romam. Georgius in vita Chryſoſt. Vide lib. XI. cap. XLVI.

Innocentius his acceptis ad Honorium ſcripſit, qui apud Arcadium inſtanter egit, vt Synodus Theſſalonicæ cogeretur. Palladius in Dial.

Honorius ſæculares ludos, & gladiatoria ſpe-

ctacula fieri permiſit. Prudentius cont. Symm.

Carthagine vi Kalend. Iul. Synodus habetur: ex qua decreta eſt legatio ad Honorium de coercendis Donatiſtis.

Felix Manichæus Hippone Regio ab Auguſtino conuincitur, & hæreſim damnat. Extat Diſput. apud Aug. contra Felicem. S. Paula vii Kalend. Febr. migrat in cælum, cùm Romæ in ſancto propoſito annos v; Bethleemi xx perſeueraſſet. Vixit annos lvi, M. viii, dies xi. Hieron. Epit. Paulæ.

5118 22. 7. 3 A | 4388 | 405 | 122 | 11 | Ol. 296 | 1158 | 1153

Stilico ii. *Anthemius.* — *Innocentij* 4.

Prid. Non. Septembris Rauennæ edita ſanctio contra Epiſcopos exauthoratos, vt ſi pro Epiſcopis ſe deinceps gererent, c milibus ab ea Vrbe, cuius Epiſcopi fuerunt, exularent.

S. Chryſoſtomus Cucuſi rigore hiemis aſperrimæ pene confectus eſt. ac poſt annuam in eo loco moram Arabiſſum Armeniæ transfertur. Palladius. In Epiſt. iv ad Olymp. de Pelagio Monacho magno ſe dolore affectum queritur. qui putatur hæreſis tum ſuæ ſemina ſparſiſſe.

Romæ congregati Italiæ Epiſcopi Imperat. Honorium rogant, vt ad Arcadium ſcribat, vti Theſſalonicæ Synodum fieri iubeat. Legati acceptis ab eo literis, nec non Innocentij Papæ, Conſtantinop. profecti. Pallad. Dial.

Arſacius moritur Nouemb. xi, cùm ſediſſet menſes xiv. Socrat. L. vi, cap. xviii. Georgius in vita Chryſoſt.

Honorius varias contra Donatiſtas ſanctiones edidit, quibus preſſi plerique ad Eccleſiam redierunt. Cod. Theod. Lib. xvi, Tit. vi. Auguſt. Epiſt. xlviii.

Concilium Tolet. in Hiſpania celebratum, quod primum inſcribitur, vii Eid. Septembris.

5119 23. 8. 4 G | 4389 | 406 | 123 | 12 | ii | 1159 | 1154

Arcadius vi. *Probus.* — *Innocentij* 5.

Legati ab Innocentio miſſi cum literis Honorij & ipſius Innocentij in itinere peſſimè affecti reuerſi ſunt. Theodorus apud Palladium, & Georgius.

Vandali & Alani traiecto Rheno, Gallias prid. Kal. Ian. ingreſſi ſunt. Proſper in Chron.

Chron. Alexand. ait reliquias S. Samuelis Conſtantinopolin illatas eſſe xiv Kal. Iul. pompam ducentibus Arcadio Aug. & Anthemio Præf. Præt. & Excoſ. & Æmiliano Præf. Vr. & vniuerſo Senatu.

Atticus Sebaſtenus ex Armenia è Monacho Conſtantinopolitanus Epiſcopus factus eſt. Socrates Lib. vi, cap. xviii, quarto poſt obitum Arſacij menſe. Sozom. L. viii, cap. xvii.

Theodoſius iunior quinquennalia dedit. Radagaiſus paganus, & Scytha cum ducentis milibus ſuorum totam Italiam inundauit. Huldin & Sarus Hunnorum, Gotthorúmque reges Radagaiſum continuò vicerunt: ipſius capite amputato, captiuos eius ſingulis aureis diſtrahentes. Marcelli-

ccccm. in exercitu fuiſſe refert lib. v. Meminerunt Aug. v de Ciuit. cap. xxiii. Oroſ. lib. vii, cap. xxxviii: qui non ſingulos homines, ſed hominum greges paſſim ſingulis aureis venditos refert.

S. Hieron. in Vigilantium hæreticum ſcribit.

Per. Iul. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5120 24. 9. 5 F	4390	407	124	*Honorius* vii. *Theodoſius* ii. — *Innocentij* 6.	13	iii	1160	1155

Theodoſius iunior Quinquennalia dedit. Marcellinus. Chron. Alex. addit iii Eid. Ian. Sed malè Theodoſ. vii Coſ. facit.

S. Ioannes Chryſoſt. obiit Comanis ad Pontum Euxinum xviii Kal. Decemb. Vixit annos lii, M. viii. Sedit annos ix, M. vi, dies xx. Socrates lib. vi cap. xix. Eo mortuo Innocentius & Occidentales non prius communicare cum ipſius aduerſariis voluerunt, quàm eius nomen in diptycha referretur, & Arſacij aboleretur. Theodor. v, cap. xxxiv. Concilium Carthagine celebratum Id. Iun. in quo ad Honorium pro defenſione Catholicarum rerum aduerſus Donatiſtas, & paganos decreta legatio.

Per. Iul. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5121 25. 10. 6 ED	4391	408	125	*Philippus. Baſſus.* — *Innocentij* 7. — Imp. xlviii. *Arcadij. Honorij. Theodoſii.*	14 1	iv	1161	1156 Maij 13.

Arcadius obiit Kal. Maiis anno ætatis xxxi, imperij poſt obitū patris anno xiii, M. iii, D xv.

Theophanes ait mortuum xi Kalend. Sept. Verùm Socrat. L. vi, cap. vlt. refert obiiſſe Kal. Maiis. Impoſuit Theophani, Zoſimi locus L. vi, pag. 811, vbi de obitu Stiliconis agit. Βάσσου μὲν ἦν ὑπατεία καὶ Φιλίππου, καθ' ἣν καὶ Ἀρκάδιος ὁ βασιλεὺς ἔτυχε τῆς εἱμαρμένης, τῇ δὲ πρὸ δέκα Καλανδῶν Σεπτεμβρίων ἡμέρα. Hæc de die, quæ ad Stiliconem attinent, tribuit Arcadio.

Moriens Theodoſium F. commendauit Iſdegerdi Perſarum regi: qui Antiochum eruditiſſimum pædagogum ad eum deſtinauit, cùm adhuc eſſet octennis; ac tum Anthemius ὕπαρχος omnia gubernabat, de Troili Sophiſtæ conſilio.

Stilico comes, cuius duæ filiæ Maria, & Thermantia ſingulæ Honorio nupſerant: vtraque tamen virgo defuncta, Alanos, Sueuos, & Vandalos donis illectos contra regnum Honorij excitauit. Eucherium filium ſuum paganum Cæſarem facere ſtudens. Ideo eſt occiſus. Marcellinus, & Iornandes, & Miſcella biennio ante captam Vrbem.

Zoſimus lib. v docet Alaricum, Epiris relictis, è Norico legatos ad Stiliconem miſiſſe, qui pecunias poſcerent, ob moram eius iuſſu actam in Epiro. Stilico Romam ad Imper. aduolat. re deliberata decernuntur iv. librarum milia, lampadio renitente.

Audita morte Arcadij, Honorius in Orientem proficiſci volens à Stilicone deterretur; quòd Conſtantinus tyrannide occupata Arelate conſediſſet. Olympius interim Stiliconem defert ad Honorium, ídque perficit, vt de eius nece man-

datum ſit militibus. Rauennæ itaque, cùm ad Eccleſiam confugiſſet, occiditur. Olympius porrò Magiſter Officiorum factus eſt. L. XLII. Cod. Theod. de Hæret.

Theoph. ait Pulcheriam natam tum fuiſſe annos XV, & Arcadiæ, ac Marinæ ſororibus virginitatem perſuaſiſſe.

Oroſius lib. VII, cap. XL refert ante biennium irruptionis Romanæ Alanos, Sueuos & Vandalos, multóſque alios Francos protriuiſſe, Rhenum tranſiſſe, Gallias inuaſiſſe, & Pyrenæi obice ab Hiſpania repreſſos.

Cùm Gentiles, & Donatiſtæ poſt Stiliconis obitum aduerſus Catholicos inſurgerēt, legéſque contra ſe latas nequaquam ex mente Imperatoris latas; ſed Stiliconis opera iactarent; Carthagine Synodus habetur III Id. Octobris, ex qua legatio ad Honorium decreta, qui rata omnia eſſe voluit, quæ aduerſus illos ſancita fuerant. L. XLII, & ſeq. Cod. Theod. de Hæret.

Poſt obitum Porphyrij Antiocheni Epiſcopi, Alexander monachus eius ſucceſſor communionem ab Innocentio ea lege meruit, vt & ordinatos ab Euagrio reciperet, & Ioannem Chryſoſtomum in Diptycha referret. Epiſt. Innoc. XVIII, & XXI, & XXII.

Per. Iul. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5122 26. 11. 7 C	4392	409	126	*Honorius Aug.* VIII. *Innocentij* *Theodoſius Aug.* III. 8.	15 2	Ol. 297	1162	1157

Alaricus poſt Stiliconis obitum paciſci cum Honorio voluit. Sed is prauis conſiliariis vſus noluit. Alaricus Romam obſedit cum Ataulpho fratre ſuo, qui Hunnorum & Gotthorum copias habebat. Eucherius interfectus ab Arſacio & Terentio Eunuchis. Mox Serena Senatus iuſſu, & Placidiæ ſororis vterinæ Honorij. Zoſimus lib. V.

Conſtantinus tyrannus ad Honorium mittit; cui Honorius regiam purpuram obtulit.

Cùm in magnis anguſtiis eſſent Romani, authores quidam erant, vt gentilitia quædam ſacra fierent; quod & Innocentium permiſiſſe falsò ſcribit Zoſimus. Interim ingenti pretio perſoluto ab Romanis obſidionem ſoluit Barbarus. ac de pacis conditionibus legati ad Honorium à Senatu, & Alarico miſſi; cúmque iis Innocentius. Sed Honorio Præfecturam vtriuſque militiæ Alarico denegante, ad obſidendam Romam ille reuertitur. Zoſim.

Alani, & Vuandali, & Sueui Hiſpanias ingreſſi æra CCCCXLVII, alij IV Kal. alij III Id. Octobris memorant die, feria III. Idatius. Quomodo id acciderit, vide Oroſium lib. VI, c. XL.

Idatius captam vrbem hoc anno ſcribit Olymp. CCXCVII, Honorij XV. Sanè annus Iphiti 1185 iniit anno Chriſti 409, vt & annus Honorij XV. Sed & Conſtantinum tyrannum in Chron. dicit occiſum Theodoſio IV Coſ. poſt triennium inuaſæ tyrannidis. Ergo anno 411. Proinde hoc anno tyrannus eſſe cœpit.

Per. Iul. ☼. ⊙. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.

Pinianus cum Melania ſeniore, & Melania iuniore coniuge, & ſocru Albina Carthaginem, inde Hipponem ad Auguſtinum veniunt. vbi populi concurſu, ac violentia Pinianum preſbyterum poſtulantis iurare is coactus eſt, ſe, ſi Clericus fieri vellet, nonniſi Hippone futurum. Quod quidem de voluntate ſua minimè eſſe factum purgat Auguſt. Epiſt. CCXXV.

Mortuo filio ſuo, Melania ſenior Ieroſolymam profecta, XL pòſt die moritur. Pallad. Lauſ.

Honorius cùm alia multa laude digna ſanxit; tùm illud, vt carcere concluſi Dominico die foras educerentur, vt eis à Chriſtianis, & Sacerdotibus ſubſtantia præberetur, atque vt tunc ad balneas ſub fida cuſtodia ducerentur. L. VII, Cod. Theod. de cuſtodia reorum.

Chronicon Alexandrinum hoc anno refert renunciatam eſſe mortem Thermantiæ vxoris Honorij A. D. III Kalend. Auguſti, feria III. Eodem anno etiam nuncius allatus eſt Conſtantinopolim VIII Kalend. Octobris feria VI, de cæde Athaulphi barbari ab Honorio facta. Item dedicata eſt Eccleſia magna Conſtantinopoli VI Id. Octobris feria I. Nec non S. Ioſephi Iacobi filij, & Zachariæ patris S. Ioannis reliquiæ VI Non. Septembris illatæ ſunt. Sabbato cum inſigni pompa in magnam Eccleſiam deportatæ ſunt. Denique ſtatua Theodoſio Imperatori ab Aureliano iterum Præfecto poſita eſt. Hæc Chronicon.

Per. Iul. ☼. ⊙. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5123 27. 12. 8 B	4393	410	127	16 3	II	1163	1158

Varanes ſolus. *Innocentij 9.*

Honorio IX & Varari, quod fuit Tertullo. Idatius. Nam Tertullus vmbratilis Coſ. ab Attalo creatus eſt. Oroſius lib. VII, cap. XLII.

Alaricus cùm ſatis commodas pacis conditiones ab Honorio impetrare nõ poſſet, Romam obſidet, & capit IX Kal. Sept. ait Theophanes. quam cùm deprædatus eſſet, ſexto die egreſſus eſt, Placidia Imper. ſorore capta, & Ataulpho propinquo ſuo vxore tradita. Marcellinus.

Zoſimus refert Alarici iuſſu Senatum Attalum Præf. Vrbi Imperatorem creaſſe; qui militiæ duces Alaricum, & Valentem fecit. Cúmque Alaricus ſuaderet, vt aduerſus Heraclianum in Africam mitteret exercitum, non paruit, vatibus confiſus, & contra Honorium perrexit. qui territus Imperij communionem obtulit. Tandem Alaricus Attalum in ordinem redegit, & pacem cum Honorio facere conatus, Saro Hunnorum duce in ipſum irruente Romam aggreſſus, ea potitus eſt. dato prius præcepto, vt ſi quis ad baſilicas, præcipuéque Apoſtolorum Petri & Pauli confugiſſet, ab eius ſanguine temperarent. Oroſius VII, cap. XXXIX. qui id anno V. C. MCLXIV contigiſſe refert; & tunc Gallam Placidiam Theodoſij filiam, Arcadij & Honorij ſororem ab Ataulpho Alarici propinquo captam, & in vxorem aſſumptam.

Iſidorus in Chron. Gotthorum ſignificat æra CCCCXLVII. (Is eſt annus Chriſti CCCCIX) Alari-

cum vrbem occupaſſe. Idatius item captam refert æra ccccxlvii, eodem ſcilicet quo Iſidorus anno, Proſper Flauio Varrone, & Tertullo Coſſ. id eſt hoc anno, & poſteriore quàm Hiſpaniæ à Vvandalis occupatæ. Idem habet & Caſſiodorus.

Alaricum eodem anno, quo Vrbe potitus eſt, mortuum, ſcribit Idatius. Triduo poſt vrbem captam, ait Zoſimus, profectus eſt Rhegium, inde traiecturus in Siciliam, & Africam. Sed nauibus tēpeſtate diſiectus, ibi morbo periit: & in flumine Baſento ſepultus eſt: eique ſubſtitutus Athaulfus affinis, qui Romam rediens denuò populatus eſt, & Placidiam abduxit, quam apud Forum Cornelij duxit vxorem. Ex tanto naufragio permulti in Orientem, atque Africam fugerunt. Proba, cum Iuliana filia, ac Demetriade Iulianæ filia in Africam receſſit. quæ ab Heracliano Comite multis iniuriis affectæ ſunt. Hieron. Epiſt. viii.

SS. Marcella & Principia à barbaris ad S. Petri baſilicam deductæ & liberatæ ſunt. Hier. Epiſt. cliv. Illa verò, vt & Pammachius hoc anno mortui ſunt. Id. Ep. xvi.

Rufinus Aquilerenſis patria, quæ à barbaris direpta fuerat, profugus in Sicilia moritur. Hieron. Præf. in Ezech.

Syneſius patria Cyrenenſis Philoſophus inſignis Ptolemaidis Epiſcopus ordinatur à Theophilo: vt ex eius Epiſtola lxvi colligitur. quæ tertio anno data eſt, quàm pax inter Theophilum, & Ioannis Chryſoſtomi fautores ſancita fuerat.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5124 28. 13. 9 A	4394	411	128	*Theodoſius* iv. *Innocentij 10.*	17 4	iii	1164	1159

Theodoſius decennalia, Honorius Romæ vicennalia dederunt. His Coſſ. Conſtantini tyranni caput in conto allatum xiv Kal. Oct. Idatius. Igitur Conſtantius comes ab Honorio miſſus Cōſtantinum Imp. apud Arelatum clauſit, cepit, occidit. Gerontius Conſtantem Viennæ interfecit, eiúſque loco Maximum ſubſtituit. Gerontius à militibus ſuis occiſus eſt. Maximus exutus purpura, deſtitutus à militibus in Hiſpaniam abiit, & inter barbaros vixit. Zoſ. lib. vi. Marcellinus.

Honorius Marcellinum Tribunum in Africam anno ſuperiore miſerat ad pacificandam Eccleſiam. Hoc verò anno coram eo Collatione habita repreſſi ſunt Donatiſtæ. Extant Acta Collationis.

Eodem anno Antiochus Perſa ab Iſdegerde ad tutelam Theodoſij miſſus, in ordinem redactus, & Pulcheria Auguſta ſola imperium adminiſtrauit. Theophanes. Syneſius concilio coacto Andronicum Pentapolitanæ prouinciæ Præfectum à communione ſegregat. qui pœnitens poſtea veniam meruit. Syneſ. Ep. lviii.

Idatius in Chron. refert barbaros, qui ſe in Hiſpaniam infuderant, ſorte ad habitandum prouincias inter ſe diuiſiſſe. Gallæciam Vandali occupant, & Sueui. Alani Luſitaniam, & Carthaginienſem prouincias. Vvandali cognomine Silingi Bæticam. Hiſpani per ciuitates, & caſtella reſidui barbaris ſeſe ſubiiciunt.

Per. Iul. ☼. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab
5125 1. 14. 10 G F	4395	412	129	18 5	IV	1165	1160 Maij 12.

Honorius Aug. IX. *Innocentij*
Theodoſius Aug. V. *II.*

His Coſſ. occiſi ſunt Iouinus, Sebaſtianus fratres Narbonæ in Gallia. Heraclianus in Africa tyrannidem arripuit. Attalus in mari captus, & Honorio exhibitus truncata manu vitæ relinquitur. Marcell. Idatius. Gotthi rege Athaulpho Gallias ingreſſi. Proſper.

Eodem tempore Heros vir ſanctiſſimus, B. Martini diſcipulus quum Arelatenſi oppido Epiſcopus præſideret, à ciuibus inſons pulſus eſt, inque eius locum Patroclus ordinatur familiaris Conſtantij Magiſtri militum, cuius per ipſum gratia quærebatur, eáque res inter Epiſcopos regionis illius magnarum diſcordiarum materia fuit. Proſper.

Hoc anno moritur Theophilus XV Kal. Nouem. Poſt triduum ſuffectus eſt ei Cyrillus.

Atticus & Cyrillus Chryſoſtomi nomen in diptycha referunt. Theophanes mortem Theophili male ad annum VII Theodoſij refert.

Honorius Donatiſtas poſt Collationem peruicaces diuerſis pœnis mulctauit. Eccleſias, carúmque bona Catholicis reſtitui iuſſit: Laicos pecuniam pendere: Clericos illorum exilio affici. L. LI Cod. Theod. de Hæret. Marcellinum Comitem S. Auguſt. exorauit, vt iiſdem furentibus, ac cædis conuictis parceret. Ep. CLXIX.

Cirtæ in Numidia Concilium habitum Iunio menſe aduerſus Donatiſtas.

Cæleſtius Pelagij diſcipulus à Paulino Diacono Pelagianæ hæreſis con uictus Chartagine in Synodo damnatus eſt, vt ex Concil. Carthag. A. CCCCXVI celebrato, & Epiſt. Aug. XC colligitur. Cœleſtius damnatus Innocentium Rom. Pont. appellat.

Iouinianus hæreticus in inſulam Boam relegatur. L. LIII Cod. Theod. de Hæret.

Per. Iul. ☼. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab
5126 2. 15. 11 E	4396	413	130	19 6	Ol. 298	1166	1161

Lucius ſolus. *Innocentij 12.*

Proſper ait collegam illius Heraclianum ob res nouas in Africa cæſum fuiſſe. Hoc igitur anno Heraclianus tyrannus occiditur, non antecedente. Qui cum DCC nauium claſſe, ac tribus militum millibus ad Vrbem tendens occurſu Marini comitis ad Vtriculum ſuperatus, & in fugam verſus, arrepta naue ſolus Carthaginem rediit. vbi in æde Memoriæ per Honorium percuſſoribus miſſis occiditur. Idatius, & Marcellinus Comes. Miſſus deinde eſt ad ordinandam prouinciam Marinus: cuius iuſſu ſubinde Marcellinus Tribunus, qui pro Catholica fide ſtrenuè ſe in Africa geſſerat, Donatiſtarum inſidiis interfectus eſt. Oroſius VII, cap. XLII. Huius tanquam Martyris memoria celebratur in Eccleſia VIII Id. Apr.

Burgundiones Germaniæ populi partem Galliæ Rheno propinquam obtinuerunt. Proſper.

Pelagius Brito dogma nominis ſui, Cæleſtio & Iuliano adiutoribus erexit. Proſper.

Per. Iul. ☼.Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5127 3. 16. 12 D	4397	414	131	20 7	II	1167	1162

Conſtantius. *Innocentij*
Conſtans. *13.*

Pulcheria Theodoſij ſoror Auguſta appellata eſt. Marcell. Chron. Alexand. IV Non. Iul.

Conſtantius comes apud Arelatum Galliæ vrbem conſiſtens, Gotthos Narbona expulit, atque abire in Hiſpaniam coëgit, interdicto nauium omni commeatu, & peregrinorum vſu commerciorum. Erat tùm rex Athaulphus Alarici ſucceſſor, & Placidiæ coniux. Is cùm initio decreuiſſet obliterato Romano nomine, Romanum omne ſolum Gothorum imperium & facere, & vocare, vt eſſet Gotthia, quod Romania fuiſſet, & Athaulphus idem quod Cæſar Auguſtus: vbi multa experientia probauit, neque Gothos legibus parere poſſe, neque Reip. interdici leges oportere, elegit ſaltem, vt ſibi gloriam de reſtituto Gothorum viribus Romano imperio quæreret. Ob hoc bello abſtinuit, præcipuè Placidiæ vxoris ſuæ perſuaſu, & conſilio. Oroſ. VII, cap. XLIII.

Hoc anno Gothorum claſſis tranſitum in Africam moliens in Gaditano freto tempeſtate correpta periit. Oroſius.

Attalus Gotthorum conſilio, & præſidio tyrannidem ſumit in Galliis.

Honorius Donatiſtas noua ſanctione percellit X Kal. Iul. Tùm Acta contra Donatiſtas ſub Marcellino Trib. ſpectabilis memoriæ rata eſſe voluit. L. LIV, & LV Cod. Theod. de Hæret.

Ad illius excutionem decreti Dulcitium Trib. ac Notarium miſit. ad quem S. Aug. ſcripſit.

Per. Iul. ☼.Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5128 4. 17. 13 C	4398	415	132	21 8	III	1168	1163

Honorius X. *Innocentij*
Theodoſius VI. *14.*

Attalus à Gothis ad Hiſpanias migrantibus neglectus, & præſidio carens capitur, & Conſtantio Patricio viuus offertur. Athaulfus à quodam ſuorum vulneratus interit; regnúmque eius Vallia inuaſit. Proſper. At Marcellinus hoc anno ſuperiori tribuit. Nos Proſpero magis aſſentimur. Vide Oroſium, qui ait anno MCLXVIII ab V.C. Conſtantium Comitem apud Arelatum conſiſtentem Gothos exegiſſe Narbona, & in Hiſpanias compuliſſe, ac Valliam Placidiam reddidiſſe. quod anno ſequenti Proſper reddit.

Porro Vallia aduerſus Alanos, & Vvandalos Silingos bellum capeſſit. Idat. Chron. Alex. ait hoc anno Theodoſium Aug. Κυιγκεννάλια coniugis Honorij III Kal. Aug. feria VI. Item VIII Kal. Oct. feria VI nunciatam eſſe mortem Athaulphi ab Honorio. Hæc competunt huic anno, quo litera fuit C. Proinde legēdum Κυινδεκεννάλια. Nam Quindecennalia dedit Theodoſius, qui natus anno CCCCI, anno CCCCII, quarto Eid. Ian. Auguſtus renunciatus eſt. Itaque quindecennalia dedit, ineunte anno XV. Addit idem, celebrata Encænia magnæ Eccleſiæ VI Eid. Oct. Dominica. Tum reliquias Ioſephi filij Iacobi, & Zachariæ patris Ioannis VI Non. Sept. feria VII illatas Con-

ſtantinop. & Moſis Epiſcopi Antaradi καθεζομένων αὐτῶν ἐν βουρριχαλίοις in burrichis, id eſt iumentis. Mendoſum eſt περὶ ἓξ Νωνῶν Σεπτεμβρείων. Neque enim ſex nonas habet.

Hoc anno inſtaurata eſt Eccleſia Conſtantinopolitana dudum igni cremata, dedicatáque eſt. Lucianus preſbyter vir ſanctus ex reuelatione S. Stephani reliquias inuenit, & ad omnes Eccleſias ſcripſit. Marcell. Extat Epiſtola Luciani apud Sur. III Aug.

Ex hac Epiſtola liquet primum Concilium (cui Ioannem Hieroſolymitanum interfuiſſe dicit) contra Pelagium Dioſpoli in Palæſtina celebratum, in quo Pelagius errores ſuos retractauit, & abſolutus eſt fuco facto iudicibus. Aug. II Retract. cap. XLVII, & I con. Iul. cap. V.

Eodem anno Alexandriæ Iudæi Chriſtianos multos occiderunt noctu, falſo rumore incenſæ Eccleſiæ ad reſtinguendum excitos. Ideo Alexandria pulſi ſunt à Cyrillo. Oreſtes quoque Præf. à Monachis laceſſitus eſt. Tum Hypatia Theonis Philoſophi filia ab Alexandrinis membratim conciſa, quaſi ſimultates inter Cyrillum, & Oreſtem aleret. Socrates L. VII, cap. XIII, XIV. in cuius fine ait hæc accidiſſe Honorio X Coſ. menſe Martio, νηστειῶν οὐσῶν.

Theophanes refert Iſdegerdem Maruthæ Meſopotamiæ Epiſcopi ſanctitate, & miraculis impulſum penè Chriſtianum eſſe factum; ſed eo mortuo, cùm Abdaates Epiſcopus Perſarum præpoſtero zelo templum ignis incendiſſet, grauem ortam perſecutionem ad annos V.

Per. Iul. ☀.⊙. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5129 5. 18. 14 B A	4399	416	133	*Theodoſius* VII. *Palladius.* — *Innocentij* 15.	22 9	IV	1169	1164 Maij 11.

Placidiam Theodoſij Imper. filiam, quam Romæ Gothi ceperant, Vallia pacem Honorij expetens reddidit, eiúſque nuptias Conſtantius promeretur. Proſper. Oroſius ait Valliam cum Romanis pactum iniiſſe. *Tum cæteri*, inquit, *Alanorum, Vvandalorum, Sueuorúmque reges eodem placito depacti ſunt, mandantes Imperat. Honorio: Tu cum omnibus pacem habe, omniúmque obſides accipe: nos nobiſcum confligimus, nobis perimus, tibi vincimus. Itaque nunc quotidie apud Hiſpanias geri bella gentium, & agi ſtrages, ex alterutro barbarorum crebris, certiſque nunciis diſcimus.*

Conſtantius Fredibalum Vvandalorum regem ſine certamine ingenioſè captum ad Honorium deſtinat. Idatius. Marcellinus. Oroſius Preſbyter Hiſpanici generis ſeptem libros hiſtoriarum deſcripſit. Idem ab Auguſtino miſſus ad Hieronymum reliquias B. Stephani tunc nuper inuentas primus intulit Occidenti. Chron. Alex. refert, ex porphyretica columna, in qua ſtabat Cōſtantinus, auulſum lapidem V Kal. Apr. feria III. Celebrati ſunt ludi ob victum Attalum IV Kal. Iul.

Theodoſius ex Heraclea Conſtantinop. veniens auream coronam ab Vrſo Vrbis Præf. & Se-

natu accipit Prid. Kal. Octob. Sabbato. Chron. Alex.

Hoc anno cùm Africani Patres literas ab Oroſio allatas ab Herote, & Lazaro Gallicanis Epiſcopis accepiſſent, de erroribus Pelagianis, in Synodo LXVII Epiſcoporum damnarunt eoſdem errores, & ad Innocentium Synodalem dederunt, rogantes vt Apoſtolica authoritate & ipſe damnaret. Extat Epiſtola Tom. I Concil.

Eodem anno celebratur alia Synodus Mileui in Numidia, præſide Siluano Numidiæ primate, in qua Pelagiani erroris capita damnantur. Sed in inſcriptione Synodi error eſt, dum Coſſ. Arcadio & Honorio notatur, nempe A. CCCCII. Atqui nondum Pelagij hæreſis erat audita. Deinde poſt abſolutum in Palæſtina Pelagium eſt ſcripta Synodica. Ad hæc Innocentius reſcripſit anno ſequenti Coſſ. Honorio XI, & Conſtantio II. Eſt eius Epiſt. XXIV.

Ioannes Epiſcopus Hieroſolymitanus obiit. cui ſuffectus eſt Praylius. Nicephorus Chron.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5130 6. 19. 15 G	4400	417	134	*Honorius* XI. *Conſtantius* II. — *Innocentij* 16. — XLI *Pont.* *Zoſimus* I.	23 10	Ol. 299	1170	1165

Innocentius hoc anno Synodicæ Mileuitani Concilij reſpondet. Eſt Epiſtola Innoc. XXIV, cui ſubſcribitur VI Kal. Febr.

Moritur idem Papa V Kal. Aug. cùm ſediſſet annos XV, M. II, dies XX. Poſt viginti dies creatus eſt Zoſimus Græcus. Errat Proſper, qui anno ſuperiore mortuum ſcribit Innocentium. Melius verò Marcellinus. Idem Marcell. *Tenebræ*, inquit, *in die factæ ſunt. Terræ motus ingens* XII *Kal. Maias, Paraſceue magna.* Chron. Alex. Marcellinus ait Cyberam Aſiæ ciuitatem, & aliquanta prædia demerſa. Quòd hîc Solis defectio à Marcellino ſignificari videtur; ea nulla fuit hoc anno. Nam ſi contigiſſet aliqua, incidiſſet in Februarij 2, fer. 6. aut in Iulij 29 fer. I. At neque illo tempore accidit: quia noctu commiſſum eſt Nouilunium. neque Iulio menſe: quia latitudo auſtralis fuit; quam parallaxis auxit.

Cæleſtius Pelagij diſcipulus Romam ad Zoſimum venit, & callida diſſimulatione innocens iudicatur. Scripſit Zoſimus ad Africanos, vt ſi quis accuſare vellet, Romam veniret. Quinetiam reprehendit, quod Heroti & Lazaro improbis viris temerè credidiſſent, qui ſe Epiſcopatu propria abdicauêre ſententia. Verùm Zoſimus deceptus eſt. Nam de Herote vide quæ anno CCCXII ex Proſpero ſcripſimus.

Similiter Pelagius libellum obtulit, & innocens pronunciatus eſt. idque Zoſimus Africanis Epiſtola ſua ſignificauit, in qua multa dicit in Lazarum, & Herotem. illum accuſatorem S. Britij Turonenſis Epiſcopi à Proculo Maſſilienſi vt calumniatorem damnatum in concilio Taurinenſi: ab eodem ſacerdotem deinde factum. *Fit*, inquit, *tyrannici iudicij defenſor ciuitatis Aquenſium.* & neſcio

quid de ſede occupata innocentis Epiſcopi cæſi: ac tyranno occiſo ſpōte ſe exuiſſe dicit. Idem autem Zoſimus Africanos hortatus eſt, vt ſi quid aduerſus Pelagium haberent, Romam adirent.

Vandali Silingi in Bætica per Vualliam regem omnes extincti. Idatius. Idem refert Alanos, qui Vandalis & Sueuis dominabantur, à Gothis adeo cæſos eſſe, vt extincto Atace rege ipſorum, pauci qui ſuperfuerant, abolito regni nomine Vandalis, qui in Gallatia reſederant, ſe ſubiecerint.

Hoc anno Paſcha non ritè ab Occidentalibus celebratum eſt XXV Martij, menſe vltimo. At Alexandrini Aprilis XXII ritè peregerunt. Paſchaſinus Epiſt. ad S. Leonem. Vide lib. II, cap. LXIV.

Per. Iul. ✱. ⊙. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp	Vrbis cond.	Æra Nab.
5131 7. I. I F	4401	418	135	*Coſſ. Honorius* XII. *Theodoſius* VIII. — *Zoſimi* 2. — XLIII *Pontifex Bonifacius* I.	14 II	II	1171	1166

Solis defectio facta eſt, XIV Kal. Aug. feria VI, hora VIII, Chron. Alex. reuera defecit Sol Aug. XIX, feria 6, hor. 12, 25′, 52″ à media nocte Romæ digitos XI ½, cuius & Idatius in Chron. & Marcellinus mentionem faciunt.

Hoc tempore Conſtantius ſeruus Chriſti ex vicario Romæ habitans, & pro gratia Dei deuotiſſimè Pelagianis reſiſtens, factione eorundem multa pertulit, quæ illum ſanctis Confeſſoribus ſociauerunt. Proſper.

Idem: *Concilio apud Carthaginem habito* CCXIV *Epiſcoporum, ad Papam Zoſimum Synodalia decreta perlata: quibus probatis, per totum mundum hæreſis Pelagiana damnata eſt.*

Valentinianus iunior Rauennæ naſcitur Patre Conſtantio, & matte Placidia VI Non. Iul. Proſper. At Marcellinus id anno ſequente retulit, & V Nonas. Quomodo verò Cæleſtius, cùm Epiſtola illius à Zoſimo eſſet examinata, &, quòd in ea corrigi ſe paratum eſſe profeſſus eſſet, pro Catholica habita fuiſſet, poſteà ab Africanis fraude detecta damnatus ſit vnà cum Pelagio, docet Aug. lib. II contra duas Epiſt. Pelag. ad Bonif. c. III, & Ep. CLVII. nec non Imper. Honorij reſcriptum, quod eſt apud Baron. N. XX.

Teleptenſe Concilium hoc anno celebratum in prouincia Byzacena.

Apiarius preſbyter ob ſcelera ſua ab Vrbano Siccenſi Epiſcopo depoſitus ad Zoſimum prouocauit.

Zoſimus legatos in Africam miſit Fauſtum Epiſcopum Potentiæ, Philippum, atque Aſellum preſbyteros. qui cum Africanis Epiſcopis de IV capitibus agerent. quorum primum fuit de appellationibus Epiſcoporum ad Rom. Pont. ex Niceni authoritate Concilij. quod Sardicenſis reuera eſſe poſtea compertum. Poſtremum de Vrbano Siccenſi, quem Apiarius accuſarat, excommunicando. Africani Patres coacta Synodo, lectóque Commonitorio Zoſimi de Canone illo Niceno, quod eſt de Appellationibus, excipiunt non videri Niceni eſſe Concilij.

Interim mortuus eſt Zoſimus Papa VII Kal.

Ian. cùm ſediſſet annum I, M. IV, D. VII. Electus eſt in eius locum Bonifacius. Sed à Schiſmaticis creatur Eulalius.

5132 8. 2. 2 E	4402	419	136	*Monaxius.* *Plinta.*	*Bonifacij* *2.*	25 12	111	1172	1167

Plintam Comitem in Palæſtina rebellantem occiſum eſſe ſcribit. Chon. Alexand.

Multæ Palæſtinæ ciuitates terræ motu collapſæ. Dominus Ieſus videndum ſe palam ſuper montem Oliueti præbuit. Marcell.

Bonifacius, qui anno ſuperiore IV Kal. Ian. electus erat, diro ſchiſmate vexatur, electo Eulalio, cui Symmachus fauebat. Huius relatione primùm Honorius Bonifacium exagitauit. Poſtea vtrumque Rauennam euocauit Honorius, & interim Spoletinum Epiſcopum Achilleum ſacra Romæ procurare iuſſit in Paſchate: atque Epiſcoporum Synodum congregari iuſſit. Cùm autem vetuiſſet interim ambos electos Romam accedere, Eulalius furtim venit: & ita cauſa cecidit. Poſtea rogante Bonifacio, decreuit Honorius, vt ſi poſt eius mortem duo eſſent electi, neuter fieret Pontifex. Ex Cod. Vatic. Baronius. Mortua eſt hoc anno S. Euſtochium S. Paulæ filia poſt obitum Paulæ annis XV, cum annis XX cum ea degiſſet.

Conſtantius pacem firmat cum Vuallia, data ei ad habitandum Aquitania II, & quibuſdam ciuitatibus confinium prouinciarum. Proſper.

Idatius ſcribit Vualliam à Conſtantio reuocatum in Galliam ſedes in Aquitanica à Toloſa vſque ad Oceanum accepiſſe. Idem refert inter Gundericum Vvandalorum, & Hermericũ Sueuorum reges certamine orto, Sueuos in Neruaſis montibus à Vvandalis obſeſſos.

Carthagine Synodus habetur VIII Kal. Iun. quæ ſexta numeratur. In ea prolatis Canonibus Nicenis, cùm non eſſet repertus inter eos canon ille de appellationibus, decretum eſt vt Romam, & ad Orientales Eccleſias ad authentica Niceni Concilij inquirenda legati mitterentur. Huic interfuerunt Epiſcopi numero CCXVII, inque his S. Auguſtinus, & Alypius Tagaſtenſis.

Poſtea cùm tam diuturnæ moræ tæderet Epiſcopos, miſſione pleriſque conceſſa, certi ex omnibus prouinciis reſederunt. qui III Kal. Iun. iterum conuenerunt. quæ VII Carthag. inſcribitur. Synodica porrò ad Bonifacium miſſa videtur poſt VI appellatam edita, cui CCXVII Epiſcopi ſubſcripſerunt.

Interim acceptis ab Oriente literis, cum Nicænis Canonibus, Africani Patres VI Kalend. Decembris per Innocentium & Marcellum ſubdiaconos ad Bonifacium omnia deſtinarunt.

Ac videtur Apiarius ille preſbyter à legatis Romani Pontif. in integrum reſtitutus, qui poſteà ſub Cœleſtino damnatus eſt. Hæc ex Concil. VI, & VII, Carthag.

Pinianus vir nobiliſſimus cum Melania iunio-

re coniuge ſua per Ægyptum Monachos inuiſunt : tùm Hieroſolyma ſecedentes, Pinianus monaſticam vitam ſuſcipit : Melania apud montem Olíueti ſeſe in cellam includit. Pallad. Lauſ. XLIX.

Per. Iul. ☼. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5133 9. 3. 3 D C	4403	420	137	26 13	IV	1173	1168 Maij 10.

Theodoſius IX. *Bonifacÿ*
Conſtantius IV. *3.*

Conſtantius à Theodoſio in conſortium regni aſſumitur. Proſper.

Hieronymus moritur anno ætatis ſuæ XCI, prid. Kalend. Octob. Idem. Verùm Baron. A. 372, probat nonniſi 78 circiter annum ætatis Hieronymum attigiſſe.

Cœleſtius Pelagianus Honorij edicto pellitur : vt ex reſcripto Conſtantij Aug. apud Baron. colligitur.

Cœleſtis templum Carthagine, Vrſo Tribuno inſiſtente, dirutum eſt. Proſper lib. de Præd. Part. 3, c. 38.

In Perſide in Chriſtianos perſecutio deſæuit. Marcell. Incertum ab Iſdegerde, an à Vararane concitata. Vide Socrat. lib. VII, cap. XVIII. Theodoretus lib. V, cap. XXXVIII.

Romani Perſas & Niſiben obſident. Contra quos Vararanes adſcito ſibi Alamundaro Saraceno veniens vincitur. Socrat. lib. VII, cap. XVIII.

Leporius Monachus, poſtea presbyter, præſumens de puritate vitæ, quam proprij arbitrij vi, non Dei gratia conſecutum ſe eſſe credebat, à Gallicanis epiſcopis admonitus, & in Africa per S. Auguſtinum conuerſus, edito libello errorem ſuum retractauit. Gennad. de viris Illuſtr.

Hunc Neſtorio nouæ hæreſis authorem fuiſſe teſtatur Caſſianus lib. VII de Incarn. Verbi.

Honorius reſcripſit contra Clericos, qui extraneas fœminas in contubernium adhiberent. L. XLIV Cod. Theod. de Epiſc. & Cler.

FRANCORVM REGNVM.

Pharamundus primus Francorum rex hoc anno cœpit. Proſper in Chron. à Pithœo edito.

Vuandali Sueuorum obſidione dimiſſa, inſtante Aſterio Hiſpaniarum comite, & ſub eius vicario Maurocello, relicta Gallæcia ad Bæticam tranſeunt. Idatius.

Idem author eſt Conſtantium Imperatorem Rauennæ mortuum in tertio ſuo Conſulatu. At Proſper anno ſequente id refert.

Per. Iul. ☼. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5134 10. 4. 4 B	4404	421	138	27 14	Ol. 300	1174	1169

Euſtathius. *Bonifacÿ*
Agricola. *4.*

Theodoſius Eudociam ducit vxorem. Arcadio patri ſuo in foro eius ſuper columnam ſtatuam erexit, ac dedicauit. Romani cum Perſis conflixere. Marcell.

Theodoſius reſcripſit Conſtantinopolitani præſulis iura ad Illyricum extendi. L. XLV Cod. Theod. de Epiſc.

Per. Iul. ☀. ⊙. Ind	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5135 11. 5. 5 A	4405	422	139	*Honorius Aug.* XIII. *Bonifacij* *Theodoſius Aug.* X. *5.*	28 15	II	1175	1170

Theodoſius Eudoxiam genuit. Maximus tyrannus & Iouinus ferro victi Tricennalibus Honorij adducti de Hiſpaniis, atque cæſi. Hunni Thraciam vaſtant. Perſæ cum Romanis pacem pepigerunt. Marcell.

Hoc anno exercitus ad Hiſpaniam cōtra Vvandalos miſſus eſt, cui Caſtinus dux fuit. qui Bonifacium inepto, & iniurioſo imperio ab expeditionis ſuæ ſocietate auertit. qui in Africam ſe proripuit. Proſper. Fuit autem Bonifacius ille ſocer Sebaſtiani Comitis, & ſub Vandalis confeſſione poſtea clari, vt refert Victor Vtic. lib. II. Porro Caſtinus inconſultè contra Vvandalos pugnans auxiliarium Gothorum fraude deceptus, ad Tarraconam victus aufugit. Idatius. Patroclum Arelatenſem Epiſcopum, qui Conſtantij fauore, Herote pulſo, Epiſcopatum inuaſerat, & Narbonenſis inſuper prouinciæ iura ſibi vſurpabat, Bonifacius Papa compreſſit Epiſt. III.

5136 12. 6. 6 G	4406	423	140	*Aſclepiodotus.* XLV *Pontifex* *Marinianus.* *Cæleſtinus 1.*	29 16	III	1176	1171

Placidia Auguſta ab Honorio fratre pulſa cum filiis Valentiniano, & Honorio ad Orientem proficiſcitur.

Bonifacius Papa cùm ſediſſet annos V, minus menſes II, moritur VIII Kal. Nou. Poſt IX dies creatus eſt Cæleſtinus. Longobardorum ſecundus regnat Lamiſſus annis III. Honorius moritur Romæ Auguſti XV (vt ait Theoph.) & regnum eius Ioannes occupat; conniuente, vt putabant, Caſtino Magiſtro militum. Proſper, & Marcell. Ioannes iſte Scriba & Notarius fuerat, vt refert Socrates lib. VII, cap. XXIII.

Theodoretus hoc anno Epiſcopus creatur, cùm in Monaſterio primùm degiſſet; tum Antiochiæ populum docuiſſet: vt ex eius Epiſtola ad S. Leonem, & ex LXXXI colligitur.

5137 13. 7. 7 FE	4407	424	141	*Caſtinus.* *Cæleſtini* *Theodoſii.* *Victor.* 2.	17	IV	1177	1172 Maij 9.

Theodoſius Valentinianum amitæ ſuæ filium Cæſarem facit, & ad recuperandum imperium contra Ioannem mittit. qui dum Africam à Bonifacio repoſcit, ad defenſionem ſui infirmior eſt factus. Proſper. Marcellinus verò. *Placidia mater Valentiniani Auguſta nuncupata eſt. Valentinianus Cæſar creatus Theodoſii Imp. Eudoxiam filiam ſibimet deſponſauit.* Vide & Idat. Chron. qui eodem anno Romæ Valentinianum Auguſtum eſſe factum aſſerit. Caſtinus in Africam fugit ad Bonifacium. vt ex Aug. colligitur Epiſt. X Append.

Theophanes hoc anno ſcribit Iſdegerde mortuo ſucceſſiſſe Varanem: qui cùm Chriſtianos è Perſide transfugas impetrare non poſſet, bellum Romanis intulit. Contra hunc miſſus Ardaburius. Contigit autem vt iniecto pauore, Perſæ Romanos ingruere putantes, ſe cum armis in Eu-

phratem præcipitauerint, ac CM. perierint.

5138 14. 8. 8 D | 4408 | 425 | 142 | 18 1 | Ol. 301 | 1178 | 1173

Theodoſius. *Cæleſtini*
Valentinianus iunior. 3.

Placidia & Valentinianus mira felicitate Ioannem opprimunt, & regnum victores recipiunt, data Aëtio venia, quòd Hunni, quos per ipſum Ioannes acciuerat, eiuſdem ſtudio ad propria reuerſi ſunt. Caſtinus in exilium actus eſt, quia videbatur Ioannem ſine Comitiua regnum non potuiſſe aſſumere. Valentinianus decreto Theodoſij Auguſtus appellatur. Archillas nobile oppidum Galliarum à Gotthis multa vi oppugnatum eſt; donec imminente Aëtio non impuniti diſcederent. Proſper.

Marcell. ait dolo potiùs Ardaburis, & Aſparis, quàm virtute, Ioannem occiſum. Valentinianum autem apud Rauennã factum Imperatorem. quod Hyperberetæo mẽſe x Kal. Nou. contigiſſe refert, Chron. Alex. & Socrates lib. VII, cap. XXV. qui cap. XXIII victi Ioannis hiſtoriam ita narrat. Mortuo Honorio Imperatore diu rem diſſimulauit Theodoſius: donec clam exercitum miſit Salonas Dalmatiæ. Interim Ioannes primicerius Notariorum tyrannidem arripuit, & Rauennam occupauit. ac legatos ad Theodoſium miſit, allegi in conſortium imperij volens. quos ille miſit in vincula. Interim Ardaburium contra illum deſtinat. qui tempeſtate delatus eſt in illius manus. Sed Angelus ſpecie paſtoris Aſpari filio eius adſtitit, eúmque Rauennam introduxit per paludem. Nuncius Circenſium tempore ad Theodoſium perfertur.

Rhoilas Scytharum Nomadum dux in Romanos fines irruere parans diuinitus reprimitur. Theodor. L. V, cap. XXXVI. Socrates L. VII, cap. XLII.

Atticus mortuus eſt VI Eid. Oct. morte prædicta. Socrates lib. VII, cap. XXV. Sedit paulo plus XIX annis.

Valentinianus Eccleſiarum priuilegia confirmauit, L. XLVI Cod. Theod. de Epiſc. & Cler. prid. Non. Iul. Aquileiæ. Idem VIII Id. Oct. Aquileiæ eadem firmauit, quæ à Ioanne tyranno ſublata fuerant· atque inter cætera Clericos vetat indiſcretim ad ſæculares iudices deduci, ſed Epiſcopali audientiæ reſeruari. L. XLVII eiuſdem Tit.

Theodoſius Conſtantinopolitanus Scholas, earúmque profeſſores in meliorem formam reſtituit, & his priuilegia decernit L. III Cod. Theod. de ſtud. liber. & L. I, de Prof.

5139 15. 9. 9 C | 4409 | 426 | 143 | 19 2 | II | 1179 | 1174

Theodoſius XII. *Cæleſtini*
Valentinianus II. 4.

Hoc anno Siſinnius Conſtantinopolitanus Epiſcopus factus eſt. Marcell. Socrates ait prid. Kal. Mart. factum eſſe.

Patroclus Arelatenſis Epiſcopus à Tribuno quodam barbaro multis vulneribus occiditur, impulſu, vt putabant, Felicis Magiſtri militum: cuius inſidiis Titus Diaconus Romæ vir ſanctus obtruncatus eſt. Proſper.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				Patroclo ſucceſſit Honoratus ex Lirinenſi Abbate. Auguſtinus annum agens LXXII, Epiſcopatus XXXII, Eradium preſbyterum adiutorem ſibi adlegit. Auguſt. Epiſt. CX. Idem Proſperi & Hilarij literis excitatus contra Pelagianos duos edidit libros, de Prædeſt. Sanct. & de bono Perſeuer. Gundericus rex Vuandalorum capta Hiſpali, cùm impiè elatus manus in Eccleſiam ciuitatis ipſius extendiſſet, mox Dei iudicio dæmone correptus interiit. cui Gaiſericus (is eſt Genſericus) frater ſuccedit in regno. qui, vt ferebant, de fide Catholica in Arianam perfidiam tranſiit. Idatius Chron.				
5140 16. 10. 10 B	4410	427	144	*Hierius.* *Cæleſtini* *Ardaburius.* *5.* Pannoniæ, quæ per quinquaginta annos ab Hunnis retinebantur, à Romanis receptæ ſunt. Thermæ Theodoſianæ dedicatæ. Marcell. Chronicon Alexand. Thermas olim Conſtantinianas dictas perfeciſſe Hierium V Non. Octob. ſcribit. Bonifacio publico nomine bellum infertur ad Felicis arbitrium, ducibus Mauortio, Galbione, & Sinoce. Huius proditione duo illi cæſi: & Sinocem mox Bonifacius interemit. Sigiſuultus comes bello præfectus eſt contra Bonifacium. Proſper. Miſcella lib. XIV Aëtium authorem fraudis illius facit. Bonifacius cum Sigiſuulto par non eſſet, in Hiſpaniam traiiciens Vuandalos, & Alanos in Africam inuexit, trifariam partita prouincia, & cum illis diſtributa. Miſcella. Vide Auguſt. Epiſt. LXX. Idatius in Chronico ſcribit Gaiſericum Maio menſe in Mauritaniam transfretaſſe. Qui priuſquam pertranſiret admonitus Hermigarium Sueuorum regem vicinas deprædari prouincias, recurſu cum aliquantis ſuis facto, prædantem in Luſitania conſequitur: eiúſque copias fundit haud procul Emerita. Fugiens ille in Ana fluuio præcipitatus interiit. Siſinnius Conſtantinopolitanus Epiſcopus moritur XXIV Decemb. Socrat. L. VII. C. XXVIII. Celebratur Sidæ in Pamphilia Synodus contra Maſſalianos, cui interfuit Siſinius, & Theodotus Antiochenus; qui hoc anno moritur.	20 3	III	1180	1175
5141 17. 11. 11 G	4411	411	145	*Felix.* *Cæleſtinus* *Taurus.* *6.* Marcellinus. Neſtorius Antiochia natus, Conſtantinopolitanis adnitentibus, Epiſcopus huius vrbis factus eſt (IV Idus Apr. vt ait Socrates lib. VI, cap. XXIV.) Beatiſſimi Ioannis Epiſcopi apud comitatum cœpit memoria celebrari Septembri menſe, die XXVI. Idem habet Proſper. Pars Galliarum proxima Rheno, quam Franci poſſidendam occupauerant, Aëtij comitis armis recepta. Proſper.	21 4	IV	1181	1176 Maij 8.

Bonifacij amici, ait Procopius, cùm Aëtij inſidias Placidiæ renunciaſſent: illa Bonifacio reconciliatur. Qui cùm Vuandalis reditum perſuadere nequiſſet, cum iis confligens vincitur. Aëtium autem ideo non eſt vlta Placidia: quod inter alia cum Francis ſtrenuè dimicarit.

Hæc Francorum expeditio non eſt illa, cuius meminit Sidonius Paneg. v ad Maiorianum; vt animaduertit P. Iacob. Sirmondus in Notis pag. 200. ſed alia prior eſt ad Rhenum. hæc verò poſterior anno ccccxlv.

Pharamondo rege mortuo ix circiter regni anno, ſecundus Francorum rex iniit Clodius. Proſper.

Sueui ſub Hermerico rege Gallæciam deprædantes ab incolis fuſi, profligatíque pacem inſtaurant. Idatius.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5142 18. 12. 12 F	4412	429	146	*Florentius.* *Dionyſius.*	*Cæleſtini* 7.	22 5	Ol. 302	1182	1177

Felice ad patriciam dignitatem prouecto, Aëtius magiſter militum factus eſt. Agricola Pelagianus Seueriani Pelagiani Epiſcopi filius Eccleſias Hiberniæ dogmatis ſui inſimulatione corrupit. Sed actione Palladij diaconi Papa Cœleſtinus Germanum Antiſiodorenſem Epiſcopum vice ſua mittit, vt deturbatis hæreticis Britannos ad Catholicam fidem dirigit. Proſper.

Marcellinus ait Orthodoxos Macedonianorũ Eccleſiam extra muros vrbis poſitam abſtuliſſe, quoniam iidem Macedoniani Antoninum Germis Catholicum Epiſcopum interfecerunt.

Proſper de miſſa ab Cœleſtino in Britanniam legatione teſtis eſt lib. cont. Collat. in fine. At Conſtantius in vita Germani ſcribit à Synodo Gallicana miſſum, cum eóque Lupum Trecenſem. quod & Beda lib. i Hiſt. Angl. cap. xvii teſtatur.

S. Germanus in itinere S. Genouefam Deo deſpondit, ac numum cruce ſignatum ei præbuit. Conſtantius in S. Germ. vita.

Neſtorius ſcriptis per Ægyptum, aliáſque prouincias miſſis hæreſim ſuam diſſeminauit, duas in Chriſto perſonas aſſeuerans. Cœleſtinus his acceptis Cyrillo mandat, vt diligenter de authore illorum inquireret. Is ad Neſtorium humaniſſimas literas dedit, quibus arrogantiſſimè ille reſcripſit. Acta Epheſ. Conc.

Iuuenalis Hieroſolymorum epiſcopus ordinatur mortuo Praylio.

Aëtius comes haud procul Arelate Gotthos deuicit, & Anaolfum eorum optimatem capit. Iuthungos ſimiliter & Noros debellat. Idatius.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5143 19. 13. 13 E	4413	430	147	*Theodoſius* xiii. *Valentinianus.*	*Cæleſtini* 8.	23 6	ii	1183	1178

Marcell. Theodoſius Imper. tricennalia geſſit.

Proſper hoc anno mortuum ſcribit Auguſtinũ, cùm Iuliano Pelagiano reſponderet, v Kal. Sept. Agebat ætatis annum lxxvi, epiſcopatus xxxvi.

Per. Iul. ☼ ⊙. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.

Marcellinus hoc anno dicit Cæleſtinum per Epiſtolam Neſtorio x dierum inducias dediſſe, & à Synodo Epheſi damnatum. Sed id anno ſequenti contigit. Hoc quidem ipſo Cæleſtinus acceptis Cyrilli literis ſuam illi vicem mandauit. qui coacta Synodo quatuor legatos decreuit Conſtantinopolin, qui Cœleſtini literas ad Neſtorium deferrent, quibus x dierum induciæ ad reſipiſcendum dabantur. Adiecit & confeſſionem fidei cum XII anathematiſmis, quibus Neſtorianæ hæreſis ſumma condemnabatur. At Neſtorius Theodoſij gratia fretus hæc omnia inſuper habuit, & in Cyrillum ipſum Imperat. commouit.

Aëtius denuo Noros rebellantes edomat. Sueui initam cum Gallæcis pacem turbant. Vnde ad Aëtium legationem ſuſcipere cogitur Idatius Epiſcopus. Idat. Chron.

Per. Iul. ☼ ⊙. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5144 20. 14. 14 D	4414	431	148	*Antiochus. Baſſus.* — *Cæleſtini* 9.	24 7	III	1184	1179

TERTIA SYNODVS EPHESINA OECVMENICA.

Hoc anno Concilium Epheſinum contra Neſtorium celebratur. Cæleſtinus ſuas vices Cyrillo delegauit. Miſit autem legatos Arcadium & Proiectum Epiſcopos, & Philippum Preſbyterum. Arcadium ſuſpicatur Baron. Gallum fuiſſe, qui ſubſcriptus eſt Concilio Regienſi poſt annos VIII. Proiectum verò Forocornelienſem. de quo Petrus Chryſol. Ser. CLXI.

Interfuerunt ſupra c c Epiſcopos. Theodoſius præpoſuit Candidianum Comitem Domeſticorum Neſtorianum, vt tranquillitati proſpiceret: non vt quæſtionibus & controuerſiis immiſceret ſeſe, vt Theodoſius ipſe in Sacra dicit. necnon Irenæum. Expectatus eſt Ioannes Antiochenus. Sed cùm ad condictum non adeſſet, Synodus inchoatur XXII die Iunij. Citatus ter Neſtorius non adfuit. Ideo exauthoratus eſt.

Poſt hæc Ioannes Antiochenus cum ſuis aduenit die v à Neſtorij damnatione: id eſt XXVII Iunij. qui ſtatim Cyrillum & Memnonem, in diuerſorio, coacto Conciliabulo, damnauit, & acta Cõcilij reſcidit. Comites interceptis omnibus Catholicorum literis, quæ libitum fuit ad Imperat. ſcripſerunt: ac diu admodum Orthodoxi afflictati ſunt; ipſe etiam Cyrillus in carcerem coniectus.

Damnata in eodem Concilio Pelagiana hæreſis Iulij XXIII. Conatus eſt etiam Iuuenalis Hieroſol. obrepere Synodo, & impetrare vt Hieroſolyma Palæſtinæ principatum haberet. de qua re Cyrillus ad Leonem queſtus eſt. vt Leo docet Ep. LXI.

Tandem per fidum hominem habitu peregrini Conſtantinopolim deſtinatum, literas in arundine incluſas ei dantes, certiorem Imperat. de omnibus fecerunt. Ita annitentibus Monachis, præſertim S. Dalmatio, Imperat. Synodum probauit.

bauit. Eiectus Neſtorius. ſubrogatus Maximianus. Pulcheria multum ad id contulit. quæ & Eccleſiam S.Mariæ in Blachernis extruxit. Acta Eph.

Moritur hoc anno S. Paulinus x Kalend. Iul. ætatis LXXVIII. qui quod Vandalorum regis genero ſeruiiſſe dicatur, non poteſt de Geiſerico accipi, ſed de Guntharo eius fratre, qui ex Hiſpania & ipſe tranſiit in Africam.

Theophanes ait hoc tempore Nonnum Edeſſæ Epiſcopum fuiſſe: qui Margaretam Antiochenam meretricem Deo conſecrauit, & Pelagiam nominauit.

Aëtius Francis prælio ſuperatis, & ad pacem ſuſceptis, Ceſorium comitem legatum ad Sueuos mittit, quibus cum Idatius reuertitur. Chron. Idatij.

Per. Iul. ☉. ☾. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5145 21. 15. 15 CB	4415	432	149	*Valerius.* XLVI *Pontifex* *Aëtius.* *Sixtus I.*	25 8	IV	1185	1180 Maij 7.

Cæleſtinus Papa moritur VIII Eid. Apr. cùm ſediſſet annos VIII, M. V, D. III. Succeſſit ei Xyſtus. Proſper, & Marcellinus. Hic eſt ille, qui presbyter Pelagianam hæreſin oppugnarat. Aug. Ep. CV. Scripſit ad Neſtorium Antiochiam: vbi in Monaſterio S. Euprepij verſabatur; vt reſipiſceret. Theodoſius Imp. in Ioanne Antioch. cum Cyrillo reconciliando laborat; idque per Simeonem Styliten egit.

Tandem Orientales Paulum Emeſenum Epiſcopum Alexandriam deſtinant: qui fruſtrà ab Cyrillo exprimere tentauit, vt damnaret anathematiſmos ſuos. ac denique cum eo conſenſit. Acta Eph.

Hoc anno Bonifacius ab Africa ad Vrbem veniens magiſter militum factus eſt. Qui cùm Aëtium ſuperaſſet, paulò pòſt morbo periit. Ita Proſper. At Marcellinus ait ipſum ab Aëtio vulneratum, tertio menſe deceſſiſſe, & Pelagiæ vxori mandaſſe, vt ne alteri, quàm Aëtio nuberet. Addit Idatius Sebaſtianum generum illi ſubſtitutum per Aëtium de palatio pulſum fuiſſe.

Per. Iul. ☉. ☾. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5146 22. 16. 1 A	4416	433	150	*Theodoſius* XIV. *Sixti* *Maximus.* 2.	26 9	Ol. 303	1186	1181

Maxima vrbis regiæ pars Septentrionalis per tres dies continuos incenſa, collapſaque pòſt menſe Auguſto. Proſper & Marcell. Socrates lib. VII, cap. XXXVIII. Chron. Alex. ait menſe Loo A. D. XII Kal. Sept. contigiſſe, & ἀπὸ νεωρίου cœpiſſe, & horrea concremaſſe.

Multi ſancti contra Cyrillum mouentur, quod cùm Orientalibus conſenſiſſet, & duas naturas admiſiſſet. Liberatus cap. VII.

Sixtus monitu S. Apollinaris, cum Rauennates decretum electionis Rauennatis Epiſcopi Romam attuliſſent, Petrum diaconum Forocor-

nelienſem eligit, cognomento Chryſologum. Rubeus in Hiſt. Rauenn.

S. Proſper contra Collatorem ſcripſit.

Sixtus Papa à Baſſo Exconſule & Mariniano accuſatus Valentiniano præſente, his Coſſ. in plena Synodo abſoluitur: ac Baſſus proſcribitur. Extant Acta Conc. Rom.

Cenſorio Comite regreſſo, Hermericus Sueuorum rex cum Gallæcis pacem inſtaurat. Idat.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Coſſ.	Papa	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5147 23.17.2 G	4417	434	150	*Ariobindus.* *Aſpar.*	*Sixti* 3.	27 10	II	1187	1182

Honoria Valentiniani Imper. ſoror ab Eugenio procuratore ſuo ſtuprata, palatióque pulſa, & Theodoſio tranſmiſſa, Attilam contra Occidentalem remp. concitauit.

Maximiano Epiſcopo Conſtantinop. mortuo ſubrogatur Proclus. Socrates lib. VII, cap. XXXIX.

Melania iunior à Voluſiano patruo Conſtantinopolin accita ipſum conuertit ad fidem. Sur. Ian. 31.

Vincentius Lirinenſis hoc anno ſcripſit libellum ſuum triennio poſt Epheſinam Synodum.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Coſſ.	Papa	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5148 24 18.3 F	4418	435	151	*Theodoſius* XV. *Valentinianus* IV.	*Sixti* 4.	28 11	III	1188	1183

Pax facta cum Vvandalis, data eis ad habitandum per triennium in loco Africæ portione Hippone, III Idus Februarij. Eodem tempore Guadicarium Burgundionum regem intra Gallias habitantem Aëtius bello obtinuit, pacémque ei ſupplicanti dedit, qua non diu potitus eſt. ſiquidem illum Hunni cum populo ſuo, atque ſtirpe deleuerunt. Proſper.

Forum Theodoſij in loco, qui Helianæ dicitur, ædificatum eſt. Sebaſtianus Bonifacij quondam patricij gener vrbe Auguſta fugit, atque in Africa interemptus eſt. Marcellinus.

Paulus Diac. L. XIV ſcribit per Trigetium datam Vandalis Africæ partem.

Baronius hoc anno refert S. Germani geſta in cauſa Gallorum Aremoricorum: quibus infenſus Aëtius, quòd defeciſſent, Alemannis illos vlciſcendos dediderat.

Codex Theodoſ. hoc anno promulgatur XV Kal. Mart. Libri Neſtorij à Theodoſio interdicti, & incendio damnati. L. vlt. Cod. Theod. de Hæreticis. Neſtoriani Diodori Tarſenſis, & Theodori Mopſueſteni, qui duas naturas confitebantur, volumina publicant, vt Neſtorium non noua docuiſſe monſtrarent; eáque in Syrorũ & Armeniorum linguam tranſtulerant. Acacius verò Melitinenſis, & Rabula Edeſſæ Epiſcopi Armeniæ Epiſcopis ſcripſerunt, ne Theodori libros admitterent. At Epiſcopi Armeni legatos Leontium, & Aberium ad Proclum Conſtant. miſerunt. cum vno volumine Mopſueſteni. Proclus ad eos reſcripſit; ac tunc poſuit, vnum de Trinitate incarnatum, ad Neſtorianorum verſutias euitandas. quem librũ Ioanni Antiocheno per Theodorum diaconum direxit. Ioannes cum ſuis probauit. At

Baſilius quidam diaconus Cyrillo Tomum Procli, & Armeniorum libellos obtulit. Cyrillus IV libros fertur ſcripſiſſe, tres contra Diodorum, & Theodorum, quaſi Neſtorianos, & I de Incarnatione, in quibus Felicis Papæ, & Dionyſij Areopagitæ Corinthiorum Epiſcopi teſtimoniis vtitur. In his Theodori dicta laudantur. At Catholici Acephalis reſponderunt, non illos eſſe Cyrilli. Baſilius librum edidit, quo Theodori & Diodori blaſphemias vitandas docuit. Poſt hæc Armenij Monachi Conſtantinop. veniunt, & vbique ambos illos damnandos eſſe ſuaſerunt. Ioannes Antiochenus, Synodo congregata, tres pro Theodoro dictauit epiſtolas: 1 Theodoſio; 2 Cyrillo, 3 Proclo. Imperator Ioanni ſacram direxit, & Theodorum approbauit. Idem fecit & Cyrillus. At Proclo interroganti cuius eſſent capitula, quæ Theodoro tribuerentur, Ioannes ſe neſcire reſpondit. Hæc totidem ferè verbis Liberatus cap. X. quæ ad trium Capitulorum notitiam neceſſaria ſunt.

Per. Iul. ☀.☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5149 25. 19. 4 ED	4419	436	152	*Iſidorus.* *Senator.* — *Sixti* 5.	29 12	IV	1189	1184 Maij 6.

Gotthi pacis placita perturbant, & pleraque municipia ſedibus vicina ſuis occupant, Narbonenſi oppido maximè infeſti. quod cùm diu obſidione & fame laboraret, per Litorium comitem ab vtroque periculo liberatus eſt. Proſper. Theodoricus enim rex Narbonam obſedit. Idatius ab Aëtio liberatam ſcribit: & ab eodem cæſa Burgundionum XX M.

Neſtorius edicto Theodoſij in Oaſim deportatur. Acta Eph. Syn. Euagrius.

Ioanne Antiocheno, cùm ſediſſet annos XIII, mortuo, creatus eſt Domnus Euthymij olim alumnus, & deſertor. Cyrillus in Euthymio.

Aëtius dux vtriuſque militiæ Patricius appellatur. Hic Doroſtoro in Mœſia oriundus, patre Gaudentio, ſtrenuus, ac fortis Romanum imperium acerrimè propugnauit. Iornandes.

Per. Iul. ☀.☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5150 26. 1. 5 C	4420	437	153	*Aëtius* II. *Sigiſuuldus.* — *Sixti* 6.	30 13	Ol. 304	1190	1185

Valentinianus vt Eudoxiam Theodoſij filiam duceret, quam dudum deſponſauerat, Conſtantinopolim venit, eáque ſibi nupta apud Theſſalonicã Italiam repetens hiemauit. Marcel. Proſper.

Chron. Alexandr. Valentinianum ait menſe Octobri, XII Kalend. Nouemb. Conſtantinopolin veniſſe, ac nuptias celebraſſe IV Kal. Nouembris. At Socrates id factum ait anno ſuperiore L. VII, cap. XLIII, & vrbem Theſſalonicam ad nuptias delectam.

Bellum aduerſus Gotthos Hunnis auxiliaribus geritur. Geiſericus rex Vandalorum volens Catholicam fidem ſubuertere, quoſdam Epiſcopos ciuitatibus expulit. Eodem anno piraticam barbarorum fœderatorum deſertores exercuerunt.

Per idem tempus IV Hiſpani, Arcadius, Probus, Paſchaſius, & Eutychius Geiſerico gratiſſimi,

uuu ij

Per. Iul. ☀. ☾. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.

cùm ad eiurandam fidem adigi non poſſent, interempti ſunt. Puer autem Paulillus Paſchaſij, & Eutychij frater, diu fuſtibus cæſus, ad extremum ſeruitute damnatur. Proſper.

Primus Cyrilli cyclus hoc anno cœpit. qui annorum XCV fuit. Deſiit autem anno Chriſti DXXXI, vt ſuo loco dicetur. Vide lib. II, cap. LXVII.

5151 27. 2. 6 B	4421	438	154	31 14	II	1191	1186

Theodoſius XVI. *Sixti*
Fauſtus. 7.

Iidem piratæ multas inſulas; ſed præcipuè Siciliam vaſtauêre. Aduerſus Gotthos in Gallia quædam proſperè geſta. Proſper. Idatius ait cæſa Gotthorum octo millia Aëtio duce. Item Hermericum regem Sueuorum regem morbo oppreſſum Rechilam filium ſuum ſubſtituiſſe in regnum, qui Andeuotum ad Singilionem Bæticæ fluuium aperto Marte proſtrauit. Iſidorus Vndenotum appellat Romanæ militiæ ducem.

Marcell. Cotradis prædo cum piratis ſuiſque comitibus captus, interfectúſque eſt.

S. Ioannis Chryſoſtomi reliquiæ Conſtantinopolim allatæ die 28 Ianuarij, ibi ſepultæ. Valentinianus cum vxore Eudoxia Rauennam ingreſſus eſt. Socrates lib. VII, cap. XLIV ait S. Chryſoſtomi corpus relatum anno XXXV poſtquam depoſitus eſt, Conſulatu XVI Theodoſij, VI Kal. Febr.

Coſmas Veſtiarius id à Proclo impetratum ſcribit: cùm is Catholicos, qui ob Chryſoſtomum ſeparatim conuentus agerent, adunaſſet.

Cùm autem Ioannis corpus Comanis moueri non poſſet, Theodoſius literas ad eum ſcripſit.

Ignatij quoque reliquiæ in Fortunæ templum tranſlatæ. Euagr. L. I, c. XVI.

Inuenta ſunt corpora SS. XL martyrum. Sozom. L. IX, cap. II.

Eudocia coniux Theodoſij voti ſoluendi cauſa Hieroſolymam miſſa ab Theodoſio: quod votum Melaniæ cohortatione ſuſceperat. Illa Hieroſolymitanos alloquens, & ad Græcas in Palæſtinam inductas colonias alludens, in concione dixit,

Ὑμετέρης γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι.

Quod in Annalibus ad illam Lacedæmoniorum & Hieroſolymitanorum cognationem, de qua Mac. II, refertur: & Euagrius reprehenditur. Fruſtra. Neque enim Lacedæmone orta erat Eudoxia. Ibi porrò annum morata eſt Eudoxia, & templum S. Stephani condidit. Euagr. I, cap. XX. Socrat. VII, cap. XLVII.

5152 28. 3. 7 A	4422	439	155	32 15	III	1192	1187

Theodoſius XVII. *Sixti*
Feſtus. 8.

Theodoſius Imperator octaua quinquennalia edidit. Eudocia ab Hieroſolymis vrbem regiam remeauit: beatiſſimi Stephani reliquias, quæ in baſilica S. Laurentij poſitæ venerantur, ſecum deferens. Hoc tempore Genſericus Africæ ciuitates, Carthaginémque metropolim occupauit X Kalend. Nouembris. Marcell. Chron. Alexandr.

Eudocia Hieroſolymis duas catenas S. Petri,

quarum alteram Romam miſit ad filiam Eudoxiam; alteram Conſtantinopoli ſeruari voluit in Eccleſia S. Petri. Nam Eudoxia baſilicam in memoriam S. Petri Romæ condidit, titulo Eudoxiæ, quæ S. Petri ad vincula dicitur. Vide Sur. Aug. I.

Proſper: Littorius, qui ſecundæ ab Aëtio Patricio poteſtati Hunnis auxiliantibus præerat, dum Aëtij gloriam ſuperare appetit, dúmque haruſpicum reſponſis, & dæmonum ſignificationibus fidit, pugnam cum Gotthis imprudenter conſeruit. Sed magna clade illata, captus eſt ipſe. Iulianus Athelenenſis Pelagianus Epiſcopatu deiectus irrepere conatus in communionem, Leonis Diaconi hortatu à Sixto repulſus eſt. Vitricus Reip. fidus clarus habetur in bello. Pax cum Gotthis facta, cùm eam poſt ancipitis pugnæ lacrymabile experimentum humilius quàm vnquam antè popoſciſſent. Geiſericus, de cuius amicitia nihil metuebatur, XIV Kalend. Nouemb. Carthaginem dolo pacis inuadit, omnéſque opes eius, excruciatis diuerſo tormentorum genere ciuibus, in ius ſuum vertit. Sæuiit in Sacerdotes maximè, & Eccleſias in profana vertit habitacula. Carthago à Vandalis capta, anno poſtquam Romana eſſe cœperat DXXCV: (aliàs DXXCIII) Idem & Victor. Vtic. lib. I. Idatius ait Carthaginem captam XIV Kal. Nouembris. Item Litorium apud Toloſam cùm hoſtes cecidiſſet, eſſe captum.

Saluianus lib. VII ſcribit Gotthos enixè pacem à Romanis poſtulaſſe, nec impetraſſe: ideóque Theodoricum vſque ad diem prælij ſtratum cilicio preces fudiſſe. Aëtius miſſo Auito, qui Cæſar poſteà fuit, ægrè pacem impetrauit.

Geiſericus Quod vult Deum Epiſcopum cum Clericis in nauim fractam nudos expoſuit: qui Neapolim Campaniæ peruenerunt. Victor.

Mortuo ſummo Epiſcopo Cæſarienſes Conſtantinop. venerunt, vt Epiſcopum acciperent. Proclus Thalaſſio Pr. Præt. Illyrici nec opinatò manus impoſuit. Socrat. lib. VII, cap. vlt.

Concilium Regienſe hoc anno in Galliis celebratum contra Armentarium Epiſcopum Ebredunenſem à duobus tantùm ordinatum.

Sebaſtianus Comes cùm eſſet Conſtantinopoli, de imminente ſibi periculo certior factus, ad Theodoricum Gotthorum regem, inde Barcinonam in Hiſpaniam confugit. Idatius.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5153 1. 4. 8 GF	4423	440	157	*Valentinianus* V. *Anatolius.* — XLVII *Pontifex Leo* I.	33 16	IV	1193	1188 Maij 5.

Paulinus magiſter Officiorum in Cæſarea Cappadociæ, iubente Theodoſio principe, interemptus eſt. Romanæ Eccleſiæ Leo XLIII Papa creatus, vixit annos XXI. Marcellinus. Hoc igitur anno mortuus eſt Sixtus V Kalend. Aprilis, cùm ſediſſet annos VIII, minus dies XXX. Proſper ait XL amplius diebus Romanam Eccleſiam ſine antiſtite fuiſſe, cùm expectaretur Leo Diaconus, qui pacis inter Aëtium & Albinum redintegrandæ cauſa

in Gallias abierat. Is legatione publica eſt accitus.

Geiſericus Siciliam grauiter affligens, accepto nuncio de Sebaſtiano ab Hiſpania ad Africam tranſeunte, celeriter Crathaginem venit. Verùm ille amicum ſe magis, quàm hoſtem videri volens diuerſa omnia apud barbaros, quàm præſumpſerat reperit, eáque ſpes cauſa illi maxima, & calamitatis, & infelicis mortis fuit. Proſper. Fugit autem in Africã, cùm proditionis inſimulatus eſſet. Idatius porrò ſcribit Gaiſericum diu Pannoniã obſediſſe, ac Maximini apud Siciliam Arianorum ducis inſtinctu aduerſus Chriſtianos grauem perſecutionem excitaſſe. Plerique Carthaginienſes nobiles in Oriente exulant, quos Theodoretus commendat.

Cenſorius comes, qui legatus ad Sueuos miſſus fuerat, reſidens Mirtyli, obſeſſus à Rechila ſeſe tradidit. Idatius.

Per. Iul. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5154 2. 5. 9 E	4424	441	158	34 17	Ol. 305	1194	1189

Cyrus ſolus. *Leonis 2.*

Cyrus iſte ob Poëticam Eudociæ gratioſus, ab ea promotus eſt. Suidas.

Theodoſius bellum contra Vvandalos mouet, Areobinda, & Anaxilla, atque Germano ducibus cum magna claſſe directis. Sed longis cunctationibus rem peſſundederunt. Proſper.

Perſæ, Saraceni, Zanni, Iſauri, Hunni Romanorum ſola vaſtant. Miſſi ſunt contra eos Anatolius & Aſpar magiſtri militiæ, pacémque cum eis vnius anni fecerunt. Chron. Alexand.

Ioannes natione Vvandalus, magiſter militiæ Arnegiſcli fraude in Thracia interemptus eſt. Hunnorum reges in Illyricum irruunt. Naiſum, Singidunum, aliáque oppida Illyrici exciderunt. Marcellinus, & Chron. Alexand.

Hoc anno celebratur Arauſic. Concilium 1, ex Narbonenſi, & Lugdunenſi prouinciis.

Hermericus rex Sueuorum diuturno ſeptem annorum morbo ſublatus eſt. Rechila eius filius Hiſpali obtenta, Bæticam, & Carthaginienſem prouincias in ſuam redigit poteſtatem. Idatius.

Aſturius dux vtriuſque militiæ ad Hiſpanias miſſus Tarraconenſium cædit multitudinem Bacaudarum. Idatius.

Per. Iul. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5155 3. 6. 10 D	4425	442	159	35 18	11	1195	1190

Dioſcorus. *Leonis*
Eudoxius. 3.

Hunnis Thraciam, & Illyricum vaſtantibus, exercitus, qui in Sicilia morabatur, ad defenſionem Orientalium partium reuertitur.

Cum Geiſerico à Valentiniano pax confirmata, & certis ſpatiis Africa inter vtrumque diuiſa.

In Geiſericum conſpirant optimates: ſed detecti crudeliſſimè necantur. Proſper.

Marcellinus ait Bledam & Attilam fratres Illyricum Thraciámque depopulatos eſſe. Quod & Chron. Alex. teſtatur. Paulus Diac. lib. XIV ſcribit Theodoſium 6000 librarum auri Attilæ perſoluiſſe, & 1000 annuas promiſiſſe.

Per. Iul. ☀.☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp	Vrbis cond.	Æra Nab.
				Concilium Vaſenſe dictum in Narbonenſi Gallia celebratum.				
5156 4. 7. 11 C	4426	443	160	*Maximus* II. *Leonis* *Paternus.* 4. Manichæos latentes in Vrbe S. Leo intercepit, & eorum codices combuſſit. Proſper. Theodoſius Imper. ex Aſiana expeditione in vrbem rediit. Thermarum, quæ Achilleæ dicuntur, encæniæ factæ. Marcellinus. Prius autem thermæ dedicatæ, nempe III Id. Ian. Rediit verò Theodoſius VI Cal. Sept. Chron. Alex. Theodoretus cùm Antiochiæ frequens eſſet in Synodis, ſuſpectus Neſtorianæ hæreſis à Theodoſio iubetur vrbe ſe ſua continere. Theodor. Epiſc. LXXXII, & XC, ac ſequentibus.	36 19	III	1196	1191
5157 5. 8. 12 B A	4427	444	161	*Theodoſius* XVIII. *Leonis* *Albinus.* 5. Attila Bledâ fratre ſuo cæſo populos eius ſibi ſubiicit. Proſper. Theodoſius noua quinquennalia dedit. Archadia ſoror Theodoſij finem viuendi fecit. Seuerũ Preſbyterũ, & Ioannem Diaconũ Eudociæ reginæ apud Æliam vrbem miniſtrantes Saturninus comes domeſticorum occidit iuſſu Theodoſij. Eudocia Saturninum interficit: ſtatimque mariti nutu regiis ſpoliata miniſtris apud Æliã moritura relinquitur. Marcellinus. Chron. Alex. ait Theodoſium oblatum ſibi pomum Phrygium inuſitatæ magnitudinis Eudociæ miſiſſe; hanc verò Paulino Magiſtro. Ob id ſuſpecta reddita, Hieroſolymam proficiſcitur. Paulinus interficitur. Contra Manichæos Concilium Romæ habitum à Leone Papa. Ipſe ad Turibium Ep. IX, cap. XVI. Cyrillus obiit hoc anno V, Idus Iun. Sedit annos XXXII, id eſt inchoauit. Nam creatus eſt anno CCCCXII, vndecimo Kal. Nou. Succedit Dioſcorus, qui Theodoreto infenſus fuit. De Paſchate huius anni conſultus à S. Leone Paſchaſinus Lilybetanus ritè reſpondit celebrandum eſſe Aprilis XXIII. Epiſt. eiuſdem Paſchaſini extat, ante S. Leonis LXIV. Vide lib. II, cap. LXII. Aſturio magiſtro vtriuſque militiæ gener ipſius ſucceſſor mittitur Merobaudis natu nobilis, & eloquentiæ, ac poëtices laude celeberrimus; adeò vt ſtatuas meruerit. Hic breui tempore Aracellitanos Bacaudas contudit. Inde nonnullorum inuidia Romam reuocatur. Idatius. In Aſturicenſi vrbe Gallatiæ latentes Manichæi geſtis epiſcopalibus deteguntur; quæ ab Idatio, & Turibio Epiſcopis, qui eos audierant, ad Antoninum Emeritenſem Epiſcopum directa ſunt. Idatius.	37 20	IV	1197	1192 Maij 4.
5158 6. 9. 13 G	4428	445	162	*Valentinianus* VI. *Leonis* *Nomus.* 6. Contra S. Hilarium Arelatenſem illicitas ordinationes attentantem reſcribit Valentinianus Imperator, Leone Papa poſtulante, qui Romæ	38 21	Ol. 306	1198	1193

habito concilio de cauſa Arelatenſis Epiſcopi alienos fines inuadentis, ſententiam in eum tulit. Extat Nouella Valentin. in Nouel. L. vn. Tit. xxiv de Epiſc. ordin.

Hucuſque S. Proſper Chronicon ſuum perduxit.

Vitus magiſter vtriuſque militiæ miſſus in Hiſpanias cùm Carthaginienſes vexaret, & Bæticos, ſuperuenientibus Sueuis, Gotthíſque, qui in auxilium ipſi venerant, ſuperatis, territus profugit. Sueui prouincias illas prædati ſunt. Idatius.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5159 7. 10. 14 F	4429	446	163	*Aëtius* III. *Symmachus.* — *Leonis* 7.	39 22	II	1199	1194

Magna fames Conſtantinopoli, ac templum regiæ ciuitatis exuſtum. Marcell.

Picti atque Scoti Britanniam inuadunt; Aëtij ope fruſtra à Britannis implorata. Gildas.

Idatius Solis defectionem contigiſſe notat IX Kalend. Ian. feria tertia. Conuenit quidem feria. Sed defectio Solis hoc tempore nulla eſſe potuit.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5160 8. 11. 15 E	4430	447	164	*Ardabures.* *Callepius.* — *Leonis* 8.	40 23	III	1200	1195

Proclus Conſtantinopolitanus Epiſcopus obiit Octobris XXIV. Menolog.

Succeſſit ei Flauianus, qui quod Chryſaphio eunucho munera offerre detrectaſſet, apud eum offendit. Niceph.

Ingenti terræ motu Conſtantinopolis muri, cum LVII turribus conciderunt. Sed & fame, ac peſte laboratum eſt. Attila quoque tota Europa graſſatus eſt. Eodem anno muri Conſtantinop. intra tres menſes Conſtantino Præf. Præt. operam dante reædificati ſunt. Attila rex vſque ad Thermopolim venit. Contra hunc pugnans Arnegiſclus magiſter militiæ in ripenſi Dacia multis hoſtibus interfectis occubuit. Marcellinus.

Chron. Alexandr. his ipſis Coſſ. refert ingentem terræ motum fuiſſe, ita vt ciues omnes extra vrbem degerent. nemo tamen hominum periit. Hic ille motus eſt, per quem arreptus in cælum puer triſagium hymnum audiit. Nicephor. XIV, cap. XLVI. Huius hiſtoriæ meminit Felix Papa Epiſt. III ad Cnapheum, & ſub Proclo contigiſſe memorat. Hoc Baron. anno ſuperiore retulit. quo & Procli obitum ſtatuit. Verùm hunc ad annum perſeueraſſe probabile eſt. Quin & hoc anno factum arbitror, quod Baron. ſuperiore narrat; Chryſaphium Eunuchum aduerſus Pulcheriam concitaſſe principem. quam cùm Diaconiſſam fieri iuſſiſſet; illa præſentiens imperij ſe gubernatione abdicauit. Niceph. ib. cap. XLVII.

Ad Turibium Aſturicenſem ſcribit Leo, & Concilium aduerſus Priſcillianiſtas indicit. Idem Baſſianum Epheſi Epiſcopum deponit. Act. XI Chalced. Synodi.

Per. Iul. ✵. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5161 9. 12. 1 DC	4431	448	165	*Zeno. Poſtumianus.* *Leonis 9.*	41 24	IV	1201	1196 Maij 3.

Hoc anno Eutyches hæreſeos conuictus eſt menſe Nouemb. in Concilio Conſtantinop. accuſante Euſebio Dorylæi Epiſcopo. Cœpta eſt Synodus VI Id. Nou. vt eſt in Act. I Calched. Conuenerant primùm in cauſa Florentij Sardeorum Metropolitani contra Ioannem & Coſſinium eius ſuffraganeos.

Eodem anno bis poſtulatus iudicio Ibas Edeſſenus, bis abſolutus eſt: primùm Tyri menſe Febr. deinde Beryti menſe Septemb. Accuſatus primùm à presbyteris, & Diaconis horrendæ blaſphemiæ apud Domnũ. Qui cum Antiochiam veniſſent, ab Iba excõmunicati ſunt. Sed ſuperueniente feſtiuitate quadrageſimæ aſcenſionis à Domno iuſſi ſunt abſolui, ea lege, vt Antiochia ne diſcederent. At quidam ex iis ad comitatum iuerunt; indéque ſacros apices ad Photium, Euſtathium, & Vranium Epiſcopos attulerunt, vt Beryti audirentur. Erant cum iis Eulogius Diaconus Conſtant. & Damaſcius vir ſpectabilis tribunus, & notarius. Interim à Domno, & eius concilio damnati ſunt. Poſtea Beryti Ibas abſolutus eſt, cum Edeſſeni clerici illum purgaſſent. Hæc ex Actis Concil. Calched.

Tertius Francorum rex hoc anno cœpit Meroueus, poſtquam Clodius obiit. qui XX circiter annis regnauit. Vide lib. XI cap. XLVIII.

Rechila rex Sueuorum gentilis moritur Auguſto menſe Emeritæ. cui Rechiarius filius Catholicus ſuccedit. qui ſtatim vlteriores prouincias prædationibus infeſtas habuit. Idatius. Iſidorus octo annos Rechilæ tribuit.

Rechiarius Theodorici Gothorum regis filiam duxit; & Vaſconiam menſe Februario populatus eſt. Idat. Cenſorius Hiſpali per Aiulfum iugulatur. Rechiarius menſe Iulio ad Theodoricum ſocerum profectus Cæſarauguſtanam prouinciam & Ilerdenſem vrbem deprædatus eſt Idat.

Per. Iul. ✵. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5162 10. 13. 2 B	4432	449	166	*Protogenes. Aſterius.* *Leonis 10.* XLIX *Imper. Marcianus.*	42 25 1	Ol. 307	1202	1197

Hoc anno λῃστρικὴ σύνοδος Epheſi eſt habita fraude Chryſaphij Eunuchi; in qua Eutyches à Dioſcoro communioni reſtitutus eſt. Flauianus damnatus; & cum Rom. Pont. appellaret, in exilium detruſus eſt, ac mortuus. Huic ſuffectus eſt Anatolius presbyter, & Apocriſiarius Dioſcori, vt ait Niceph. Chron. Ea indicta Synodus in Kalend. Aug. cœpta eſt IV Id. Aug. Et ſubſcripſêre Domnus Antiochenus, Iuuenalis Hieroſolymitanus, & alij. Quanquam videtur poſtea Domnus deſciuiſſe. Nam & depoſitus eſt cùm aliis, maximè Theodoreto. Legati Romani Pontif. vexati. Hilarius effugit, & Romam venit. Ibi habitâ Synodo, Leo Pont. Synodum illam abrogauit. Acta Conc. Calched. Liberatus.

Dioſcorus Alexandriam reuerſus indicto Con-

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.

cilio Leonem excõmunicauit. Conc. Calch. Act. 1.

Marina Theodoſij ſoror obiit. Marcell. & Chron. Alex.

Hoc anno Sebaſtianum à Genſerico occiſum eſſe referr Idatius.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5163 11. 14. 3 A	4433	450	167	43 26 2	II	1203	1198

Valentinianus VII. *Leonis* XLIX *Imp.*
Auienus. *II.* *Marcianus.*

Theodoſius agnito errore, Eudociam coniugem acriter obiurgauit: quæ Ieroſolymam petiit. Pulcheriam reuocauit in regiam. Moritur deinde IV Kal. Aug. ætatis XLIX, cùm Marcianum ſucceſſorem antè delegiſſet. Theodorus Lector. Marcellinus. Imperauit annos XLII, menſes III. Marcianus ergo imperium cum vxore Pulcheria cepit. qui ſtatim generalem Synodum indixit: cùm S. Leo legatos Cõſtantinopolin miſiſſet. qui cum Anatolio Epiſcopo Concilium ibi celebrarunt, & Eutychianos damnarunt. Acta S. Abundij, quæ in Annal. Num. XXIX citantur. Orta inter Viennenſem & Arelatenſem Epiſcopos controuerſia, & hoc anno inſtauratâ, Leo Pont. Viennenſem Arelatenſi ſubiici noluit. Vide Baron. N. LII.

Marcell. ſcribit hoc anno Chryſaphium eunuchum Pulcheriæ nutu interemptum eſſe. Ita & Chron. Alex.

Chron. Alex. refert eodem hoc anno Attilam Valentiniano mandaſſe, vti ſibi Palatium Romæ adornaret: Aëtium verò profectum in Gallias Alaricum aduerſus illum incitaſſe. tum ad Danubium profligatas Attilæ copias: ſed Alaricum occubuiſſe. Narrat & Cyrum Præf. Præt. & Vrbi ſimul quatuor totos annos, quòd ei in Circo populus acclamaſſet, à Theodoſio in ordinem redactum, & Clericum factum: Smyrnenſem deinde creatũ Epiſcopum, vt ab illo populo interficeretur, qui iam IV Epiſcopos peremerat. ſed ipſum conciliato ſibi populo ad mortem vſque perſtitiſſe Epiſcopum.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5164 12. 15. 4 G	4434	451	168	27 3	III	1204	1199

Marcianus Aug. *Leonis*
Adelphius. *12.*

Marciani Imperatoris admirabilem hiſtoriam Theophanes ac Cedrenus, & Euagrius deſcribunt.

Hoc anno Attila Galliam populatur; Pariſij Genoueſæ precibus liberati. Tandem ab Aëtio in campis Catalaunis vincitur. De qua victoria Theophanes meminit, aitque Aureliam vſque perueniſſe Attilam, & ab Aëtio profligatum. Huic prælio Meroueus Francorum rex interfuit; & Theodoricus Gotthorum rex, cui Thoriſmundus ſiue Thoriſmo filius ſucceſſit. Meminit huius victoriæ Idatius in Chron. & haud longè Metis, quam Hunni perruperant, profligatum refert Aëtium: ac CCC M ferè in eo prælio cecidiſſe.

Iſidorus in Chronico Gotthorũ, æra CCCCLXVII ait Theodoricum poſt Vualliam annis regnaſſe XXIII, & ab Aëtio repreſſum ab Arelate. Eodem extincto Theudonem à Litorio eſſe victum.

Theodoricum verò in prælio contra Hunnos eſſe cæſum. Atqui prælium hoc in campis Catalaunis contigit Aëtio duce hoc anno, æra CCCCLXXXIX.

CONCILIVM CALCHEDONENSE OECVMENICVM QVARTVM.

Hoc anno Calchedone Synodus œcumenica celebratur, cui Marcianus Imper. cum Pulcheria Aug. & Magiſtratibus, ac Senatoribus interfuit. In ea λῃστρικὴ Synodus antiquata. damnatus Eutyches & Dioſcorus. Cœpta eſt VIII Id. Octob. & XIII ſeſſionibus finita Kal. Nou. & Canones ſanciti XXIX. ſed qui à S. Leone minimè recepti videntur, vt ex Leone Ep LXI colligitur. Gelaſius I Opuſc. I de Anath. Huius acta perſcribit Euagrius lib. II, cap. IV. Vide & Liberatum.

Eclipſis Lunæ contigit Sept. XXVI, feria IV, hora 5. 39′ poſt meridiem Compoſtellæ, fuitque digitorum 10. Cuius illîc extremum videri potuit. Idatius Chronico. Placidia Valentiniani Imper. mater Romæ moritur. Idatius.

Per. Iul. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules	Pont.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5165 - 13. 16. 5 FE	4435	452	169	*Herculanus. Sporatius.*	*Leonis* 13.	28 3	IV	1205	1200 Maij 2.

Pro Calched. Concilio laborat Imperator, & quæ contra Flauianum geſta erant, abolet. Acta Calch. Conc.

Proterius Alexandrinus Epiſcopus eligitur.

Pulcheriam mortuam hoc anno Theophanes, Cedrenus, aliique referunt.

Alexandrini Dioſcori amore tumultuantur, comminati ſe frumentum prohibituros, quod Conſtantinop. aduehebatur. Marcianus ergo frumentum Peluſium conuehi iubet. Alexandrini fame compulſi, Proterio deprecante, conquieſcunt. Theodoſius Monachus poſt Calchedon. Synodum curſu Palæſtinam petens Eudociam decipit, inficitque peſte hæretica; Hieroſolymitanum thronum occupat: Scythopolitanum Epiſcopum Seuerianum iugulat; Athanaſium Diaconum liberè increpantem occidit. Ob id à Marciano iuſſus conſtringi, fuga eſt elapſus. Fugerunt tunc Iuuenalis Epiſcopus Hieroſol. & Domnus Antiochenus, aliique: qui poſtea redierunt. Theophanes.

Attila Aquileiam, Ticinum, & Mediolanum vaſtat, cúmque Romam tenderet, S. Leonis interuentu receſſit. Marcell. Comes. Caſſiod. Miſcella. Idatius à Marciano miſſis auxiliis Aëtio duce pleroſque barbaros occiſos ait: & facta pace Attilam ad ſedes ſuas reuerſum. At Iornandes poſtquam ab Italia receſſit, rurſum in Gallias regreſſum eſſe narrat, vt Alanos trans Ligerim conſidentes opprimeret. Verùm Thoriſmondum illi ſe oppoſuiſſe, nec minore, quàm in Catalaunis campis, clade ipſum affeciſſe. Venetiarum vrbs ex illa barbarorum incurſione originem accepit; Italis pleriſque ex vrbium ſuarum incendiis & ruinis ad æſtuaria receptum habentibus.

Carthaginienſis Eccleſia, quæ per annos XIII, ex

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.

quo capta erat, Epiſcopo caruerat, hoc anno Deo gratias Epiſcopum creauit. Victor Vtic.

Thoriſmo (qui & Thoriſmondus) rex Gothorum ſpirans hoſtilia à Theodorico, & Frederico fratribus iugulatur, cùm anno vno regnaſſet. Idatius. Iſidorus. Iordanus. atque hic tertio anno regni ſui Thoriſmondum ait occiſum. Sed fallitur. Nam vno non amplius anno regnaſſe priores duo teſtantur.

Marcianus ſanxit, vt hi, qui Conſules fieri cupiebant, nihil æris in populum ſpargerent, ſed ſtatutam pecuniam ad reparandum vrbis aquæductum dependerent. Marcellinus.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5166 14. 17. 6 D	4436	453	170	*Vincomalus. Opilio.* — *Leonis 14.*	29 4	Ol. 308	1206	1201

Pulcheria Auguſta moritur x Sept. Martyr Rom. Marcell. Chron. Alex.

S. Ioannis Baptiſtæ caput Emeſæ repertum anno Syromacedonum DCCLXIII, Antiochenorum DI, menſe Peritio, (is eſt Februarius) A. D. XII Kalend. Mart. media quadrageſimæ hebdomada. Chron. Alex. Paſcha hoc anno contigit XII Apr. Itaque Dominica Sexageſimæ, quæ Græcis Quadrageſimalis ieiunij caput eſt, incidit in XV Februarij. Ita feria IV primæ ieiunij ſolennis hebdomadæ, Februarij XVIII, inuentum eſt caput. Marcellinus id XXIV Februarij contigiſſe memorat. Tam hic autem, quàm Alexandrinum Chron. ambiguè loquuntur; vt neſcias ſacri capitis inuentionem, an Pulcheriæ obitum nota illa cõſignent. Vixit S. Pulcheria annis LIV.

Concilium Andegauenſe in Gallia celebratum, in quo Thalaſſius eiuſdem vrbis Epiſcopus creatus eſt.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5167 15. 18. 7 C	4437	454	171	*Studius. Aetius.* — *Leonis 15.*	30 5	II	1207	1202

Valentinianus cùm Maximi Senatoris vxorẽ ſtupraſſet, eiuſdẽ Maximi callido conſilio Aëtium cũ Boëtio amico in palatio interficit. Marcel. Idatius.

Attila cùm puellam duxiſſet, vino ſe in nuptiis ingurgitans vomitu ſanguinis periit. Marcell. Theophanes.

Anatolius Conſtantinopol. altius attollens ſeſe à S. Leone reprimitur, ac primatus ſtudio cedit Ep. LXXI S. Leonis.

Iuuenalis Hieroſolymitanus Epiſcopus à S. Leone increpitus, Catholicam fidem collecta Synodo omnibus amplectendam propoſuit. In Append. Conc. Calch.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5168 16. 19. 8 B	4438	455	172	*Valentinianus* VIII. *Anthemus.* — *Leonis 16.* — *Valentin. Marcianus. Auitus.*	31 6 1	III	1208	1203

Valentinianus dolo Maximi Patricij per Optilam, & Trauſtilam Aëtij ſatellites in campo Martio necatur XVI Kal. Apr. natus annos XXXVI; imperij XXXI. Idatius. Marcell.

Theophanes ait Maximum in palatium irrumpentem, occidiſſe Valentinianum, & Eudoxiam

per

per vim conſtupraſſe; eámque Giſericum ex Africa vocaſſe; qui Roma potitus in Africã tranſtulit vaſa aurea multa, ὁλόχρυσα, καὶ διάλιθα ἐκκλησιαστικὰ, καὶ σκεύη Ἑβραϊκά· ἅπερ Οὐεσπασιανὸς, καὶ Τίτος μετὰ τὴν ἅλωσιν Ἱεροσολύμων εἰς Ῥώμην ἤγαγεν. *ex auro ſolido, & lapillis ornata ad vſum Eccleſiæ facta; nec non Iudaica vaſa, quæ Veſpaſianus & Titus Hieroſolymis aſportarant.*

Eudociam Eudoxiæ F. Genſericus filio ſuo Hunerico copulauit: Placidiam alteram filiam, quòd Olybrio nupſerat, ſeruauit. Idem. Ergo ſubinde occiſo Valentin. Maximus tyrannidem inuaſit, qui ſub aduentum Genſerici fugiens à ſuis occiditur, cùm vix IV menſes expleſſet. Idat. Sidonius lib. II, Ep. XIII, principatum vix bimeſtrem vocat. Idem Maximus Palladium ex priore coniuge filium Cæſarem fecit, eique Valentiniani filiam in coniugium tradidit. Idatius.

At Procop. lib. I de bel. Vand. ait Maximum duxiſſe Eudociam, & cùm faſſus eſſet, ſe eius amore Valentinianum occidiſſe, Genſericum ab illa vocatũ eſſe. Baron. dicit Theophanem referre Genſericum à Leone coërcitum, ne in Vrbem incendio graſſaretur. Sed hoc apud Theophanem non legi: verùm apud Miſcellam.

Auitum hoc anno cœpiſſe docet Onufrius, cùm prid. Id. Iun. occiſus eſſet Maximus, & interregnum fuiſſet dierum XXVIII.

Idatius author eſt Auitum Gallum ab exercitu Gallicano, & ab honoratis primùm Toloſę Imper. eſſe factum: deinc apud Arelatũ: demum Romam veniſſe, & eſſe ſuſceptum. Ab eodem poſtea miſſum ad Sueuos Frontonem Comitem: nec non à Theodorico Gothorum rege: atque inter tres illos principes fœdere firmato, Sueuos perfidioſè Tarraconenſem Romanorum prouinciam inuaſiſſe.

Ad hunc annum Proſper Chronicon perduxerat. Caſſiod. Inſtit. Diuin. cap. XVII. Gennadius.

Giſericus poſtea Africanarum omnium vrbium, excepta Carthagine, mœnia diruit: quod Vandalis exitio poſtea fuit. Procopius.

Idem mortuo Deogratias Carthagin. Epiſcopo, alium in eius locum ſubſtitui vetat. Victor I.

De Paſchate huius anni inſignis dubitatio extitit. de qua conſultus Proterius Alexandrinus reſpondit celebrandum eſſe VIII Kal. Maias. Vide lib. II, cap. LXII.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.				Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5169 17. I. 9 A G	4439	456	173	*Ioannes.* *Varanes.*	*Leonis* *17.*	*Marcianus.* *Auitus.*	7 2	IV	1209	1204 Maij I.

Hoc anno Childericus quartus Francorum rex Meroueo mortuo ſucceſſit. qui nonum regni annum attigit.

Theodoricus Gotthorum rex Auiti Imperatoris hortatu cum ingenti exercitu Hiſpanias ingreditur. à quo Rechiarius III Nonas Octobris feria VI, ingenti certamine ſupeaatur, & ad extremos Gallæciæ fines vix plagatus euadit. Theodoricus victoriam perſecutus ad Braca-

ram extremam Gallæciæ ciuitatem admotis copiis, eam diripit; ſanctorum baſilicas euertit; altaria confregit. Rechiarius ad locum, qui Portucale dicitur, profugus regi Theodorico captiuus adducitur. Ita regnum Sueuorum in Hiſpania deſtructum eſt. Occiſo deinde Rechiario menſe Decembri Theodoricus è Gallæcia in Luſitaniam venit. Idatius.

Iſidorus tamen regnum Sueuorum longum in tempus poſtea propagatum eſſe memoriæ prodit: & ex iis, qui cladi ſuperfuerunt, alios ſibi Maldiam regem conſtituiſſe, alios Fratam. Idatius quoque id anno ſequente retulit, vti mox dicetur. qui & illud narrat, Theodoricum Emeritam deprædari volentem S. Eulaliæ oſtentis abſterritum fuiſſe. Ad hæc Iordanus refert Theodoricum Sueuis præfeciſſe clientem ſuum Athiuulfum ex Varnorum ſtirpe. qui à Theodorico deficiens, ab eo poſtea captus, & interfectus eſt. Tandem Sueuis permiſit, vti gentis ſuæ regem deligerent, qui Remiſmundum optarunt. Iordanus.

Per idem tempus Vuandali à Ricimere cæſi, qui LX nauium claſſe populabundi excurrerant. Idat.

Genſericus Catholicos vexat in Africa. Martyr. Rom. XVI Oct. ex Victore.

Maximo Antiocheno Epiſcopo mortuo ſuccedit Baſilius orthodoxus. Epiſt. Syrorum ad S. Leonem.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5170 18. 2. 10 F	4440	457	174	*Conſtantinus.* *Rufus.* — *Leonis* 18. — I *Imper. Leo. Auitus. Maiorianus*	1 3 1	Ol. 309	1210	1205

Marcianus obiit prid. Kal. Mai. Theoph. De cuius pietate iſta Theoph. ὅστις ἐν ταῖς λιταῖς τοῦ κάμπου πεζὸς ἐξῄει, πολλὰ τοῖς δεομένοις εὐποιῶν. ὅθεν τοῦτον ὁρῶν ὁ Πατριάρχης Ἀνατόλιος, καὶ αὐτὸς οὐκέτι φορείῳ φερόμενος, κατὰ τὸ ἔθος ἐλιτάνευεν, ἀλλὰ πεζός. *Qui in ſupplicationibus Campi pedes procedebat, multa in pauperes largiens. Vnde eius exemplo Patriarcha Anatolius cum lectica antea veheretur, vti mos eſt; pedibus & ipſe progreſſus eſt.* Imperauit annos VI, M. VI. Marcellinus.

Leo Marciano ſucceſſit. cuius voluntate Maiorianus apud Rauennā Imperator factus eſt. Idem, & Nouella Maior. Tit. III ad Senatum.

Geiſericus Eudoxiam cum Placidia filia Olybrij coniuge remiſit. Theoph. Euag. II, cap. VII.

Auitus tertio anno, quàm à Gallis & Gotthis Imper. factus erat, Gothorum auxilio deſtitutus imperio & vita caruit. Idat. At Euagrius lib. II, cap. VII, aliique, non plures X menſibus diebúſque VIII eius imperio tribuunt. Porro eum abdicato imperio Placentiæ Epiſcopum fuiſſe Miſcella refert.

Ægyptij hæretici Marciano mortuo tumultuantur. Horum ſignifer Timotheus Ælurus ex monacho presbyter Alexandrinus præſtigiis ſuis monachos in Proterium commouet; cellas obiens, & Angelum ſe eſſe dicens ideo miſſum, vt à Pro-

terio recedere, & Timotheum eligere moneret. Theophanes. Liberatus.

S. Leo Imperatorem à noua Synodo cogenda deterret. Epiſt. LXXXI.

Iuuenalis Hieroſol. Epiſcopus, cùm ſediſſet annos XIV, moritur.

Theodoricus aduerſis ſibi nunciis territus (ait Idatius) *mox poſt dies Paſchæ, quod fuit V Kalend. Apr. de Emerita egreditur, & Gallias repetens partem ex ea, quam habebat, multitudine variæ nationis cum ducibus ſuis ad campos Gallæciæ dirigit.* Ea per fraudem & periurium Aſturicam ingreſſa, cædibus & direptionibus graſſatur. Eodem & Palentina ciuitas exitio vaſtata. Hæc pluribus Idatius. Sed quod Paſcha V Kalend. Apr. incidiſſe narrat; id verò mendoſum eſt. Nam Paſcha Martij XXXI fuit. Legendum II Kalend. Apr.

qd verò ſi 5 cal. Apr. intelligat de Theodorici egreſſu de Emerita?

Rurſum Sueui, vt idem author memorat, in partes diuiſi, alij Frantanem, alij Maldiam regem appellant. Hi poſteriores Luſitaniam ingreſſi, Vliſſiponam ſpecie pacis occupant.

Per. Iul. ☼. ⊙. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5171 19. 3. 11 E	4441	458	175	*Leo Aug.* *Leonis* *Maiorianus.* *19.*	2 2	11	1211	1206

Theophanes ait Leonem Thracem, Tribunum coronatum Februario Indict. X, (error pro XI) ab Anatolio.

Timotheus Ælurus per vim thronum inuadit Alexandriæ, & Proterium in baptiſterio necat prima τῆς Πασχαλίων ἡμέρα. Idem Cyrilli ſcripta deprauat. Theoph. Euagr. lib. II, cap. VIII.

Leo Imperat. ab Epiſcopis orbis ſuper Calchedon. Concilio concordes accipit epiſtolas. Marcell. Euagrius.

Anatolius Conſtantinopol. Epiſcopus moritur, cùm ſediſſet annos VIII, M. VIII. Succedit Gennadius. Theod. Lector.

Antiochiæ terræ motus horribilis. Indict. XI, Septembris XIV, feria I. Euagr. lib. II, cap. XII. Vide lib. X, de Doct. Temp. cap. LXII.

Anaſtaſius ex Preſbytero vaſorum cuſtode fit Hieroſolymorum Epiſcopus. Cyrillus in Euthymio.

Frantanes partis Sueuorum rex moritur. reliqui duce Maldia Gallæciam ad Durium ſita hoſtiliter vexant. Idat. Hoc anno Solem defeciſſe idem ſcriptor aſſeuerat, pag. 37, V Idus Iunias, quarta feria; & ab hora quarta in ſextam ad ſpeciem Lunæ V, vel VI imminutum Solis orbem. Legendum V Kalend. Iunias. Hoc enim tempore Sol defecit Romæ digitos octo ferè, hora II, 45 poſt mediam noctem. Vide lib. VIII. At anno antecedente Nouilunium quidem eclipticum incidit V Idus Iunias, ſiue VIII die Iunij, feria VII. Sed eclipſis nulla in Europa contigit. Nam & noctu verum Nouilunium commiſſum eſt poſt mediam ſcilicet noctem hora ſecunda: & latitudo Lunæ auſtralis erat.

Childericus Francorum rex ob luxuriam & im-

potentiam à ſuis eiectus ad Biſinum Thoringiæ regem confugit. Franci Egidium Romanum comitem militiæ magiſtrum regem ſibi præficiunt. Gregor. Turon. lib. II, Hiſt. cap. XII. Aimoinus lib. I, cap. VII.

Vuinomadus Childerico fidus occulta cum eo pactione facta, Egidium ad primorum cædes impellit, vt eum apud Francos inuidioſum faceret. Aimoinus.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.			Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5172 20. 4. 12 D	4442	459	176	*Ricimer. Patricius.*	*Leonis* 20.	3 3	III	1212	1207

Leo Proterij nece cognita Cæſarium mittens cædis illius participes abſciſſione linguæ mulctauit. Timotheum verò Epiſcoporum iudicio relinquit. Theophanes.

Conſtantinopoli Synodus habetur: cui legati Rom. Pont. interfuerunt: in qua Calchedonenſis Synodus confirmata, & Eccleſiaſtica diſciplina conſtituta. Balſam. in Nomoc.

Acacio Antiocheno mortuo ſufficitur Martyrius. Nicephor. Chron.

S. Leo Papa ad Epiſcopos Campaniæ ſcribens, cùm aliis de rebus illos edocet, tum publicæ confeſſionis vſum contra Apoſtolicam traditionem inuectum abrogat Epiſt. LXXXVI.

Maldias germanum ſuum fratrem interficit, ait Idatius, & Portucale caſtrum inuadit.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.			Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5173 21. 5. 13 C B	4443	460	177	*Apollonius. Magnus.*	*Leonis* 21.	4 4	IV	1213	1208 Apr. 30.

Maldias in fine menſis Februarij iugulatus eſt. Poſteà Sueuis dominati ſunt Frumarius & Remiſmundus, qui & inter ſe altercati ſunt. Hiſpaniis verò Theodoricus Nepotianum magiſtrum militiæ, & Suniericum Comitem præfeciſſe colligitur ex eodem Idatio.

Iordanus refert Theodoricum Veſegothorum regem occiſo Rechiario Sueuorum gentem penè internecione deleuiſſe.

Timotheus Ælurus Conſtantinopolim venire permiſſus, vt hæreſin eiuraret, Leone Pontif. per Gennadium agente longius in exilium amandatur; primùm Gangram; deinde Cherſonam. S. Leo Epiſt. XCIX & C. Theophanes.

Æluro deiecto Timotheus cognomento λευκός, id eſt *albus*, & Solophaciolus, vir bonus & Catholicus eligitur. Leo Epiſt. CI. & Theoph.

Eudocia Theodoſij relicta moritur Hieroſolymis anno ætatis LXVII, cùm ibidem degiſſet annos XI, atque ad tempus in Eutychianam hæreſin prolapſa, opera SS. Euthymij, & Simeonis Stylitæ reſipuiſſet. Cyrill. in Euthym. Niceph. XIV, cap. L.

Maiorianus Imperator aduerſus Vandalos bellum parans diſſimulato habitu legati ſpecie ad Genſericum profectus eſt. Procop. I Vand.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.				Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5174 22. 6. 14 A	4444	461	178	*Dagalaiphus. Seuerinus.*	XLVII *Pontifex Hilarus* 1.	*Leo. Maurianus. Seuerus.*	5 5 1	Ol. 310	1214	1209

Leo Papa moritur XI Aprilis. ſedit annos XXI,

minus diebus XXXII. Succedit Hilarius Pontifex, qui vixit annos VI. Marcell.

Maiorianus Cæſar à Ricimere apud Dertonam iuxta fl. Hyram occiditur, cùm regnaſſet A. IV, M. IV, D. II. Succedit Seuerus. Marcell. Theoph. Idatius. Horribile incendium accidit Conſtant. Sept. II, Ind. XV. Marcianus Oeconomus ad tegulas S. Anaſtaſiæ ſcandens cum Euangelio, precibus & lacrymis templum ſeruauit. Theophanes.

Mortuus eſt hoc anno Symeon Stilites. Nam Theophanes anno ſequenti, Sept. II, Ind. XV, incendium ingens accidiſſe refert. Cœpit hæc Indictio anno iſto.

S. Daniel Stylita cognito diuina reuelatione S. Simeonis obitu, columnam ad Ponti oſtia conſcendit, repugnante primùm, ſed aſſentiente mox Gennadio. Vita eius XI Dec. apud Sur.

Per. Iul. ✱ ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5175 23. 7. 15 G	4445	462	179	*Leo Aug. ſolus.* *Hilari 2.*	6 2	II	1215	1210

Seuerum collegam addit Caſſiodorus Leoni Aug.

Theoph. hoc anno dicit pictoris manum exaruiſſe, qui Chriſtum Iouis inſtar pingere volebat, ac Gennadij precibus reſtitutam. Studium verò templum S. Ioannis Baptiſtæ condidiſſe, & monachos ex Acœmetarum Monaſterio illò transtuliſſe; tum Gratiſſimum Præpoſitum templum S. Cyriaci extra auream portam condidiſſe.

Iacobus Medicus Græcus paganus Imperat. ægrum adiens in ſella iuxta torum imperialẽ poſita conſedit, ſine vllo Auguſti nutu. reuerſus meridie, ablata ſella, in ſponda ſedit, idque ſe veterum ſtudij ſui repertorum præceptionibus feciſſe dixit. Marcell.

Idatius Chron. pag. 40. VI Non. Martias Luna plena ab occaſu Solis in ſanguinem conuertitur, feria VI. Tabulæ Pariſinæ Plenilunium eclipticũ reddunt eodem die ſcrup. 7′ poſt mediam noctem. ac digitos 9 defecit.

Antiochia Iſauriæ terra dehiſcente demergitur, piis aliquantis relictis. Idatius.

Idem refert hoc anno Genſericum Valentiniani relictam Conſtantinopolin remiſiſſe.

Item Agrippinum Gallum, & Comitem, & ciuem, Ægidio Comiti viro inſigni inimicum, vt Gothorum mereretur auxilia, Narbonam Theodorico tradidiſſe. Deinde Fretiricum Theodorici fratrem ab Ægidio Comite viro, vt erat fama, Deo bonis operibus complacente in Armoricana prouincia ſuperatum, & occiſum eſſe.

Per. Iul. ✱ ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5176 24. 8. 1 F	4446	463	180	*Viuianus.* *Hilari* *Felix.* 3.	7 3	III	1216	1211

Theophanes hunc annum ait eſſe mundi 5956, Chriſti CCCCLVI. qui eſt æræ Chriſtianæ CCCCLXIII, vt ſuo loco docuimus. Hoc igitur anno Leo Zenonem ducem fecit Orientis; & Baſiliſcum Verinæ Auguſtæ fratrẽ στρατηγὸν τῆς Θρᾴκης. Petrus ὁ κναφεὺς Zenonem ſecutus eſt, qui erat Presbyter Eccleſiæ S. Baſſæ apud Calchedonem.

Per. Iul. ☼. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.

& Zenone ſibi cōciliato, Apollinariſtas quoſdam contra Martyrium Epiſcopum Antiochenum cōcitauit. Tum anathemate damnatis, qui non faterentur Deum crucifixum, addidit ad Triſagium; Qui crucifixus es pro nobis. quod Theopaſchitæ retinuerunt. Martyrius ad Imper. veniens à Gennadio honorificè ſuſceptus eſt. Rediens deinde Antiochiam, nec tumultuantem populum ferens, ſedi renunciat. quam Petrus inuaſit. Sed Imperator Petrum exilio damnat; qui clam profugit.

Eliſæi Prophetæ oſſa Alexandriã deportata ſunt.

Victorius Aquitanus rogatu Hilari Papæ Cyclum Paſchalem annorum DXXXII edidit. Gennadius. Vide lib. II, cap. LXII.

Per. Iul. ☼. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5177 25. 9. 2 ED	4447	464	181	8 4	IV	1217	1212 April. 29.

Ruſticius. / *Olybrius.* — *Hilari* 4.

Beorgor rex Alanorum à Ricimere occiditur. Marcell.

Frumario mortuo, Remiſmundus Sueuis omnibus damnatur. Solis defectio contigit XIII Kal. Aug. feria ſecunda: ita vt Sol in ſpeciem Lunæ quintæ ſit obſcuratus. Vuandali per Marcellinum cæſi è Sicilia fugantur. Sueui Conimbricam diripuit. Hæc Idatius.

Quod ad defectionem Solis attinet: contigit reuera Iulij XX, feria 2, hora 8, 38' Conſtantinopoli, fuitque digitorum 8. Vide lib. VIII, pag. 848.

Per. Iul. ☼. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5178 26. 10. 3 C	4448	465	182	9	Ol. 311	1218	1213

Baſiliſcus. / *Herminericus.* — *Hilari* 5.

Seuerus interiit. Marcell. Hic Ricimeris patricij dolo ſublatus eſt veneno. Interregnum poſt eius mortem fuit anni 1, & menſium aliquot; vt ex Chron. Caſſiod. colligitur. Interim Genſericus valida claſſe oras Italiæ, & Græciæ populatur. quin & Alexandriam vſque peruaſit. Procop. lib. 1.

Romæ Concilium celebratur Epiſcoporum XLVIII, qui ad natalem Hilari Papæ conuenerant.

Childericus Francorum rex regno profugus Vuinomadi opera reuocatur à Francis anno octauo, quàm pulſus erat. Victus ab eodem Egidius Sueſſionas petiit, ibique conſtitit. Gregor. Turon. 1, cap. XII. Aimoinus 1, cap. VIII. Idatius Ægidij meminit; quem hoc anno mortuum aſſerit Gothorum inſidiis; qui poſt eius obitum Romanas ciuitates occuparunt. Vtrum idem iſte cum illo ſit non temerè dixerim.

Baſina Biſini Thoringorum regis vxor relicto viro ad Childericum venit, eique nupſit. Gregorius, & Aimoinus.

Per. Iul. ☼. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5179 27. 11. 4 B	4449	466	183	10	II	1219	1214

Leo Aug. III ſolus. — *Hilari* 6.

Titianum addunt alij collegam.

Theodoretus contra Eutychen, & Dioſcorum ſcripſit. Marcell. Leo Imper. prid. Kal. Mart. de immunitate confugientium ad Eccleſiam ſanxit. L. VI. C. de his qui confugiunt ad Eccl.

Hoc anno mortuus eſt Theodoricus rex Go-

thorum, cùm regnaſſet annos XIII, vt ait Iſidorus. qui æra DIV idipſum notat, & à fratre ſuo Euarico interfectum narrat ex Idatio.

Euaricus itaque rex Gothorum fratri ſuccedens, vaſtatis Hiſpaniis, in Gallias deſcendit, & Aruernum obſedit. cuius copias Ecdicius Auiti Imper. filius ingenti miraculo exigua manu profligauit. Sidon. lib. III, Ep. III. Porro Sidonius huius ſororem, & Auiti filiam Papianillam duxerat. Sid. Lib. V, Ep. XVI.

S. Proſper Regienſis migrat è vita. Epiphanius Ticinenſis Epiſcopus inſigni ſanctitate hoc anno Criſpino ſuccedit. Ennod. in eius vita. Floruit Epiphanius alter, quo Caſſiodorus vſus eſt ad hiſtorias Euſebij, Socratis, Sozomeni, Theodoreti, alióſque Scriptores interpretandos.

Natus eſt hoc anno Chlodoueus è Baſina à Childerico ſuſceptus. Vide annum Chriſti CCCCLXXX.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5180 28. 12. 5 A	4450	467	184	*Puſeus.* XLVIII *Pont.* *Leo* / *Ioannes.* *Simplicius* 1. *Anthemius.*	II I	III	1220	1215

Leo Imperator Anthemium Patricium Romam miſit, Imperatorémque conſtituit. Marcell. Ricimer quippe Patricius Mag. militum cum Leone egit, vt Græcus Romam mitteretur Auguſtus, cuius filiam ſibi Ricimer deſponderet. Senatus item legatos ad petendum Anthemium miſit. Sidon. Pan. Anthemij. Euagr. L. II, cap. XVIII. Fuit hic Anthemij ſenioris nepos, Procopij filius. Quem VIII ab Vrbe miliario Auguſto menſe ſalutatum Imper. refert Idatius.

Peſtis ingens in vrbe fuit, cùm Lupercalia in ea celebrarentur. Gelaſ. Papa in Androm.

Hilarius obiit IV Eid. Sept. Sedit annos V, menſes X minus diebus II. Huic Simplicius Tiburtinus poſt dies X ſuffectus eſt. Leo Imper. aduerſus Vandalos Heraclium Flori Conſularis filium, & Marſum Iſaurum cum copiis miſit. Qui ſtrenuè rem gerunt, & Tripolin, aliáſque vrbes expugnant. Ideò Geiſericus pacem poſtulat, & impetrat. Theophanes. Procop. I.

Conimbrica à Sueuis per dolum occupata & vaſtata eſt. Idatius.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5181 1. 13. 6 GF	4451	468	185	*Anthemius Aug. ſolus.* *Simplicij* 2.	12 2	IV	1221	1216 Aprilis 28.

Marcellinus Occidentis patricius, idémque Paganus, dum Romanis contra Vuandalos apud Carthaginem pugnantibus opem fert, ab iiſdem dolo confoditur, pro quibus venerat pugnaturus. Marcell.

Leo claſſem ingentem contra Vandalos & Geiſericum adornat mille nauium; in quam MCCC centenaria inſumpſit, ducémque Baſiliſcum Verinæ Auguſtæ fratrem præpoſuit, qui iam Conſul fuerat. Qui victis Geiſerici nauibus pretio corruptus ſponte victus eſt. Ferunt Aſparem, & Ardaburium Arianos ita cum illo pepigiſſe, vt proditionem hanc faceret, ſpe imperij. Ita Procop. Niceph. lib. XV, cap. XVII.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
				Baſiliſcus Conſtantinopolin reuerſus, ac proditionis reus ad Eccleſiam confugit, ac demum à Verina Auguſta ſorore liberatus Perinthũ Thraciæ relegatur. Nicephorus. Aruandus Galliarum Præfectus maieſtatis Romę damnatus in exilium mittitur. Caſſiod. Chron. Sidonius lib. I, Ep. VII. Leo Imper. Aſparem & Ardaburium è medio tollere cupiens, quo ſecuriores illos redderet, Patricium Aſparis F. Cæſarem creat, deſponſa eidem filia. Niceph. XV, cap. XXVII. Cedrenus.				
5182 2. 14. 7 E	4452	469	186	*Zeno.* *Simplicij* *Marcianus.* 3. Caput Denzicis Hunnorum regis Attilæ F. Conſtantinopolim eſt allatum. Marcell.	13 3	Ol. 312	1222	1217
5183 3. 15. 8 D	4453	470	187	*Iordanes.* *Simplicij* *Seuerus.* 4. Gennadius Conſtantinop. Epiſcopus Danielem Prophetam ex integro ad verbum commentatus eſt, & Homilias multas compoſuit: & Pauli Epiſtolas omnes expoſuit. Marcellinus.	14 4	II	1223	1218
5184 4. 16. 9 C	4454	471	188	*Leo Aug.* IV. *Simplicij* *Probianus.* 5. Aſpar cum Ardabure, & Patriciolo filiis, illo patricio, hoc Cæſare, generóque Leonis principis appellato, Arianus cum Ariana prole ſpadonum enſibus in palatio vulneratus interiit. Marcell. Euag. II, cap. XV. Ariadna, quæ Patriciolo deſponſa fuerat, Zenoni nupſit. Niceph. At Theophanes longè antè Zenonem Ariadnam duxiſſe memorat. Gennadius Conſtantinopol. Epiſcopus moritur, cùm ſediſſet annos XIII. Subrogatus eſt Acacius. Euagrius. Niceph.	15 5	III	1224	1219
5185 5. 17. 10 BA	4455	472	189	*Marcianus.* *Simplicij* *Leo.* *Feſtus.* 6. *Anthemius.* *Olybrius.* Anthemius Imperator Romæ à Ricimere genero ſuo occiditur. Loco eius Olybrius ſubſtitutus; ſeptimo menſe imperij ſui vita defunctus eſt. Marcell. Onufrius V annos, menſes III illi tribuit, & prid. Apr. creatum ait, occiſum V Eid. Iulij. Theophanes hunc annum notat mundi 5964. Quo anno ſcribit Oſtryn Aſparis ὑπασπιστὴν, & Theudericum Triarij F. Aſparis coniugis fratrem Conſtantinopolim obſediſſe; ſed à Baſiliſco, & Zenone repreſſos. Armeniarchum verò iuniorem Aſparis filium in Iſauriam fugiſſe, & Zenonis ſpuriam poſteà duxiſſe Conſtantinopolim reuerſum. At Ricimer in Italia (inquit) Anthemium ſocerum occidit, poſtquam Romam adeò arcta obſidione preſſit, vt etiam coria deuorarent. Leo Olybrium Placidiæ virum Imperatorem deſtinat. Ricimer poſt tres menſes à nece Anthemij morbo periit. Olybrius item ex morbo deceſſit. Eudoxia cùm XVI annis cum Honorico vixiſſet, ac filium Ildericum genuiſſet, clam profugit ad	16 6 1	IV	1225	1220 Aprilis 27.

loca ſancta, ibique mortua eſt. Hæc Theophanes. Caſſiodorus ait Ricimerem facto Imperatore Olybrio Anthemium extinxiſſe, & poſt XI. dies ob iiſſe. Paulus Diac. viuo adhuc Anthemio miſſum à Leone refert Olybrium regiam poteſtatem adeptum. Bilimerem è Galliis ad opem ferendam Anthemio venientem occiſum à Ricimere Olybrium x Kalend. Nouembris mortuum eſſe narrat Onufrius.

Veſuuius mons Campaniæ ignibus æſtuat. Marcell.

S. Sidonius Apollinaris hoc anno Aruernorum Epiſcopus creatur.

Per. Iul. ✻. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5186 6. 18. 11 G	4456	473	190	*Leo Aug. ſolus.* *Simplicij* 7. *Leo.* *Glycerius.*	17 1	Ol. 313	1226	1221

Glycerius Rauennæ factus eſt Imperator. Marcel. quem III Non. Mart. Onufrius creatũ aſſerit.

Oſtrogothæ, qui ſub rege Valamir, eiúſque fratribus Theodemir, & Vvidemir degebant, occiſo Vvalamire, ſeſe diuiſerunt; & pars eorũ duce Vvidemiro in Italiam contendit, vbi Glycerius erat. Sed Vvidemir ibi fatis conceſſit, relicto Vvidemir F. quem Glycerius in Gallias ad vicinos Veſegothas (quaſi Occidentales) miſit. quibus ſe adiungentes Gallias & Hiſpanias ſuo iure defendunt. At Theodemir cum filio Theodorico Illyricum, & Theſſalonicam aggreditur, à qua muneribus auertitur. moriturque ſucceſſore relicto Theodorico. Iornandes.

Per. Iul. ✻. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5187 7. 19. 12 F	4457	474	191	*Leo Iunior ſolus.* *Simplicij* *Imp.* LI. *Leo.* *Leo II.* *Zeno.* *Glycerius.*	18 1 1 2	II	1227	1222

Leo ſenior Imp. Leone iuniore à ſe iam Cæſare conſtituto, morbo periit, cùm imperaſſet annos XVII, M. VI.

Teophanes ait menſe Ianuario Indict. XII mortuum Leonem: Februario verò, Zenonem à filio ſuo Leone coronatum. Porro Leonem iuniorem x menſibus cum patre regnaſſe. Zenonem verò annos XVII, M. II. comprehenſis X M. iunioris Zenonis.

Saraceni Meſopotamiam: Hunni Thraciam incurſant, Theoph. & Cedren.

Glycerius à Nepote Marcellini quondam patricij ſororis filio imperio expulſus, in portu vrbis Romæ, ex Cæſare Epiſcopus ordinatus eſt, & obiit. Marcell. Onufrius Glycerio dat annum I. M. III, dies XXI.

Nepos per Epiphanium Ticinenſem pacem ab Euarico obtinet. Baron.

Procop. I Vand. pag. 100 ait Maiorinum in Hiſpania dyſenteria ſublatum, eique ſucceſſiſſe Nepotem, qui paucos poſt dies morbo interiit. Huic Glycerium ſuffectum, & eodem fato functum. poſt quem Auguſtus Imperator factus eſt. Addit & alios in Occidente Imperat. extitiſſe, qui nihil dignum memoria geſſerint.

Per. Iul. ☼. ⊙. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5188 8. 1. 13 E	4458	475	192	2 1	III	1228	1223

Zeno Aug. ſolus. *Simplicij 9.* *Zeno Auguſtus.*

Zeno Imp. Verinæ ſocrus ſuæ, & Baſiliſci fratris eius inſidiis circunuentus; cum Ariadne vxore ſua profugus in Iſauriam tendit. Regnum Zenonis Baſiliſcus tyrannus inuaſit. Marcell.

Theophanes refert Zenonem mortuo Leone F. Baſiliſci factione in Syriam fugiſſe, ad præſidiũ quoddam Οὐάρα καλούμενον aliàs Οὐρβα. Cedreno Οὐβάρα. Baſiliſcus in campo Imper. acclamatur cum Zenodia vxore. qui ſtatim vxoris impulſu Timotheum Ælurum reuocat, & Petrum Fullonem in Acœmetarum monaſterio latentem. Ælurus Alexandriæ cùm εἰς τὴν λεγομένην ὀκτάγωνον veniſſet, συνετρίβη τὸν πόδα, *pedem obtriuit*. Timotheus Solophaciolus cedens Alexandria, in Canobi cœnobiis latuit. Cúmque Acacium Cõſtantinop. ad damnandam Synodum Calched. Baſiliſcus adigere vellet, populus reſtitit. Scripſit enim Baſiliſcus ſanctionem contra Calched. Cõcilium. Euag. lib. III, cap. IV, cui ſubſcripſerunt circiter L.

Nepos, qui Glycerium regno pepulerat, Romæ eleuatus eſt Imperator. Nepote Oreſtes protinus effugato, Auguſtulum filium ſuum in Imperium collocauit. Marcellinus. Hunc Auguſtulum alij Momilium appellant. Nepos in Dalmatiam fugit. Iornandes.

Circa hunc annum Odouacrius Saxonum dux Andegauos populatus eſt. Childericus eôdem veniens Paulum comitem Romanum interfecit. Poſtea Saxones à Romanis deuicti: quorum inſulas occupauêre Franci. Childericus inde cum Odouacrio fœdus iniit, ambóque Saxones ſubegerunt. Hæc incertum quibus annis confecta narrat Gregor. Turon. lib. II, cap. XVIII.

Per. Iul. ☼. ⊙. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5189 9. 2. 14 DC	4459	476	193	3 1	IV	1229	1224 April. 26.

Baſiliſcus. Armatus. *Simplicij 10.* *Zeno. Odoacer.*

Baſiliſcus Marco filio Cæſare facto, cum Neſtoriana perfidia intumeſcens conatur aſſurgere, ante inflatus crepuit, quàm pœnitens ſtare potuerit. Idem cum filio, & Zenonida vxore ſua, iam Zenone priſtinum ad imperium remeante, in exilium miſſus eſt, atque in oppidulum, quod Leminis in prouincia Cappadociæ dicitur, truſus fame extabuit. Marcellinus.

Theophanes ait Acacium veritum populi, & Monachorum conſenſum, finxiſſe ſe Catholicũ: Baſiliſcum verò vrbe diſceſſiſſe, & à Daniele Stylita, aliiſque Monachis increpitum eſſe. Item Peroxem Perſarum regem, violato fœdere, ab Hunnis albis, ſiue Nephtalitis oppreſſum. quam hiſtoriam refert Procopius lib. I. Cabades ei ſucceſſit.

Theophanes Baſiliſci tragœdiam in annum ſequentem coniicere videtur, quam pluribus exponit: Zenonem ab Armato Baſiliſci ἀνεψιῷ territum, penéque fugatum, muneribus eo corrupto, Conſtantinopolim ingreſſum, cùm Armatio pollicitus eſſet militarem Præfecturam, eiúſque filio

Cæſaream dignitatem. Sed poſtquam Cæſarem illum ſalutauit, patrem eius occidi iuſſit, filium Clericum fecit, qui Cyzici poſteà Epiſcopus laudabiliter vixit.

Chronicon Alexand. Armatum vocat τὸν ϛρατηλάτην τοῦ Πραισέντου, id eſt magiſtrum militum in præſenti. Huius ergo perfidia proditum Baſiliſcum ad maiorem Eccleſiam fugiſſe, & inde retractum εἰς Λίμνας τὸ κάϛρον Cappadociæ relegatum ait, atque in turrim incluſum fame ibidem enectum fuiſſe. Procopius 1 Vand.

Idem Zeno Petrum Fullonem Baſiliſci fautorem in ordinem redegit, ac Pityos relegauit. vnde poſteà profugit. Timotheus Ælurus intruſus à Monachis pulſus eſt. Theophanes. Hunc ſibi veneno conſciuiſſe necem teſtatur Liberatus cap. XVI.

Alexandrini in locum Timothei Æluri Petrum Moggum ſubſtituunt. quem Zeno non morte mulctauit; vt Euagrius ſcribit lib. III, çap. XI: ſed expulit, Liberato teſte, ac Felice Papa Epiſt. II.

Odoacer Herulorum rex à Nepotis fautoribus in Italiam accitus Romam obtinuit. Auguſtulum in Lucullano Campaniæ caſtello exilij pœna damnat. Ita Occidentale imperium concidit. Marcell.

Geiſericus hoc anno mortuus videtur, cùm regnaſſet annos XXXVII. Victor Lib. I. Procopius. Vand. I annos à capta Carthagine numerat XXXIX. Hunericus ei ſuccedit, qui Catholicis initio moderatum ſe præbuit. Victor. Euaricus rex Gotthorum Aruernũ fruſtrà obſidet. Sidon. lib. III, Ep. I.

Per. Iul. ✻. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5190 10. 3. 15 B	4460	477	194	*Sine Coſſ.* — *Simplicij* II.	4 2	Ol. 314	1230	1225

Bracilam comitem Odoacer apud Rauennam occidit. Marcell. Hoc anno Indict. I, Septembris XXV ingenti terræ motu Conſtantinopolis quaſſatur, quo ſtrata ſunt opera multa. Theoph.

Cedrenus ad annum Zenonis IV terræ motum illum refert: & eodem anno Barnabæ Apoſtoli corpus inuentum in Cypro ſub ceraſo habens Euangelium Matthæi ſuper pectus. Qua ex occaſione Cyprus exempta eſt Antiochiæ, & Conſtantinopoli ſubiecta. Zeno intruſis à Baſiliſco Epiſcopis pulſis, Catholicos vel eiectos reſtituit, vel nouos ordinari fecit. Imprimis Antiochia Petrus Cnapheus exactus eſt: & in eius locum Stephanus ſubrogatus. quem Theophanes aſſerit à Petri fautoribus apud Zenonem Neſtorianæ hæreſis accuſatum coacta Laodiceæ Synodo innocentem pronunciatum, & reſtitutum.

Anaſtaſio anno ſedis ſuæ XIX mortuo ſuffectus eſt Hieroſolymorum Epiſcopus Martyrius Cappadox. Cyrillus in Euthymio.

Per. Iul. ✻. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5191 11. 4. 1 A	4461	478	195	*Illus ſolus.* — *Simplicij* 12.	5 3	II	1231	1226

Timotheus Solophaciolus eiecto Æluro, ſedi reſtituitur Alexandrinæ. Ex Simplicij Papæ Ep. IX data hoc anno, niſi ſuperiore potiùs acciderit, & hoc anno renunciata ſit hæc hiſtoria.

Egit autem apud Zenonem Simplicius, vt Pe-

trus Mogus longius deportaretur, vt ex literis conſtat. vbi dicit non poſſe Petro ne ſuum quidem Diaconatus ordinem conſtare: quòd videlicet deponendus eſſet. At Annales N. XI putant non conſtitiſſe vtrum Diaconus fuiſſet. Quod minimè procedit.

S. Lupus Trecenſis cùm iam LII annis Eccleſiæ ſuæ præfuiſſet, obiit IV Kal. Aug. Martyr. Rom.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5192 12. 5. 2 G	4462	479	196	*Zeno Aug. III.* — *Simplicij 13.*	6 4	III	1232	1227

Marcellinus Sabinianum quendam Illyricianæ militiæ ductorem laudatiſſimum rem Romanam reſtituiſſe ſcribit, & Theodoricum regem apud Græciam debacchantem ingenio magis, quàm virtute deterruiſſe. Fuit hic Theodoricus Triarij filius cognomento ſtrabus, vxoris Aſparis fratre genitus, qui cum Baſiliſco aduerſus Zenonem ſteterat, ab eóque poſt illius obitum defecerat. Theophanes.

Idem Theophanes ait Marcianum Anthemij quondam Imperat. Rom. filium Leontiæ Verinæ filiæ, ſororis Ariadnæ coniugem, contra Zenonem rebellaſſe, quòd imperium vxoris iure, quæ Leone iam Imperatore nata erat, ad ſe potiùs, quã ad Zenonem pertinere diceret: Qui victo Zenone, cùm ſe luxui & hilaritati dediſſet, Illi fraude ſuperatus eſt; captúſque, & ab Acacio Patriarcha Preſbyter conſecratus eſt. Euag. lib. III, cap. XXVI.

Stephanus Antiochenus Epiſcopus in baptiſterio S. Barlaam martyris à Petri Fullonis aſſeclis calamis obacutis confoditur; eiuſq; corpus in Orontem demergitur. Euagrius lib. III, cap. X. Theoph.

Zenonis Imperat. iuſſu contra canones Antiochenſis Epiſcopus ab Acacio Conſtantinopoli ordinatus eſt Stephanus. qua de re ſcripſit ad Simplicium Papam Zeno; & ſine præiudicio, aut poſterorum exemplo factum id aſſeuerauit. quod & Simplicius ea cautione probauit. Simpl. Ep. XIV; quæ hoc anno X Kal. Iulias data eſt.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5193 13. 6. 3 FE	4463	480	197	*Baſilius ſolus.* — *Simplicij 14.*	7 5	IV	1233	1228 Apr. 25.

Vrbs regia per XL dies continuos terræ motu quaſſata eſt inter cætera ſtatua Theodoſij M. in foro Tauri ſuper cochlidem columnã poſita corruit. Hunc formidoloſum diem Conſtantinopolitani celebrant VIII Kal. Oct. His Coſſ. Nepos, quem Oreſtes imperio abdicauerat, Viatoris, & Ouidæ comitum ſuorum inſidiis non longe à Salonis, ſua in villa occiſus eſt. Marcellinus.

Theophanes refert, Illum ſuaſiſſe Zenoni, vt Verinam ſocrum eiiceret. quam mittens Calchedonem, poſtea in Parij caſtellum relegauit; vt ibi cum Marciano, & Leontia filia degeret. At illa Ariadnam filiam rogauit, vt à Zenone reuocationem impetraret. Sed cùm ad Illum adire iuſſa nihil efficeret, percuſſores ſubornauit, qui ipſum ſauciarunt: & auriculam amputarunt. Itaque Zeno percuſſore cæſo, factum excuſat, & eum ϛρατηγὸν totius Orientis creat, cum ampliſſima poteſtate

teſtate, & Ducis appellatione, ac dignitate.

Zenone, & Placidiâ id agentibus, Hunericus permiſit Afris Carthaginienſibus, vt Epiſcopum eligerent. Ordinatus eſt Eugenius. Victor II.

Vrbs Aruernenſis legatorum pactione Gotthis dedita. Iornandes.

Hoc anno, vel ſequenti Clodoueus v rex Francorum iniit. Vide lib. XI, cap. XLVIII. Natus erat annos fere XV. Nam XXX regnauit, & XLV ætatis anno deceſſit. Gregorius Turon. in calce libri II.

S. Benedictus naſcitur. Leo Oſtienſis l. I Chron. Caſſ. cap. I.

Per. Iul. ✻. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5194 14. 7. 4 D	4464	481	198	8 6	Ol. 315	1234	1229

Placidus ſolus. *Simplicij 15.*

Theodoricus Triarij F. rex Gotthorum vſque Anaplum quarto Vrbis miliario proceſſit. Sed continuò reuerſus, cùm in Illyricum properaret, iacentis ſuper carpentum teli acumine fixus interiit. Marcell.

Hunericus in Catholicos; ſed multo magis in ſuos deſæuit. Victor II.

Per. Iul. ✻. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5195 15. 8. 5 C	4465	482	199	9 7	II	1235	1230

Seuerinus. *Simplicij*
Trocondus. 16.

Stephanus Antiochenus Epiſcopus obiit; eique ſubrogatus eſt Calandio orthodoxus, vt ex Ep. XIV Simplicij liquet.

Hoc eodem anno, mortuo Timotheo Alexandrino Epiſcopo Catholico, ſuffectus eſt Ioannes cognomento Talaida orthodoxus; quem impulſu Acacij Zeno expulit, & Petrum Mogum reſtituit. Simplicius Papa Ep. XVII.

Antiochenſium Epiſcoporum ſucceſſio minùs apud Scriptores liquidò cõſtat. Theophanes enim Indict. I, (Is eſt annus Chriſti CCCCLXXVIII, Illo ſolo Conſule) Stephanum priorem pulſo Petro Fullone creatum Antiochiæ Præſulem dicit. Anno verò pòſt tertio, Indict. IV, Chriſti CCCCLXXXI, Stephanum priori mortuo ſuffectum eſſe ſcribit. qui ab Hæreticis occiſus eſt. cuius in locum Calandionem ordinauit Acacius. Nicephorus quoque in Chronico, eiecto Fullone Stephanum ſediſſe dicit annos 3, eique Stephanum alterum ſucceſſiſſe, qui anno duntaxat I ſedit. poſt quem ordinatus eſt Calandio. At Euagrius vnum tantummodo Stephanum inter Petrum Fullonem, & Calandionem interponit.

Nos ex Simplicij Epiſtolis veriſimilius arbitramur occiſum eſſe Stephanum priorem Aprilis XXV, eique ſubrogatum Stephanum iuniorem ab Acacio: vt indicat Simplicius Ep. XIV. quæ data eſt poſt Conſulatum Illi, nempe anno CCCCLXXIX.

At Calandio Stephano alteri ſuffectus eſt hoc anno; vt ex Epiſt. XVI liquet, quæ Seuerino Conſule data eſt.

Hoc anno Theophanes refert Patricium Illum cum Leontio, Pamprepe, & aliis in Papyrium caſtellum veniſſe: indéque Verinam Aug. eduxiſſe, egiſſéque vt Tarſi in Cilicia Leontium Patricium Auguſtum coronaret. Quæ & ſacram ad

Per. Iul. ✻. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.

Antiochenos, & cæteros Orientis præfectos miſit: cum mandatis vt Leontium fouerent. Vide & Euag. III, cap. XVI.

Theodoricus cognomento Valamer vtramque Macedoniam, Theſſaliámque depopulatus eſt: Lariſſam quoque metropolim deprædatus. Marcellinus.

Zeno impellente Acacio fidei formulam edicto promulgauit, quod ἑνωτικὸν, id eſt *Conciliatorium* appellatum eſt, in quo tacita inerat Synodi Calchedon. abrogatio. Euag. III, cap. XXVI.

S. Seuerinus Noricorum Apoſtolus ex hac vita migrauit. Sur. VIII Ian.

Per. Iul. ✻. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5196 16. 9. 6 B	4466	483	200	10 8	III	1236	1231

Fauſtus ſolus. XLIX *Pontifex. Felix I.*

Ioannes Talaida Alexandria pulſus ad Calendionem primùm Antioch. Epiſcopum: indè Romam ad Simplicium pergit. Sed eo mortuo Felici ſucceſſori ſe obtulit. Moritur enim Simplicius Martio ineunte, vt ait Anaſtaſius, cùm ſediſſet A. XV, M. V, D. X. Eo mortuo Baſilius Præf. Præt. vices agens Odoacris, ante Felicis electionem cogit Clerum, & iniquas ordinationes edit. Felix Romanus VIII Martij creatur. Qui ſtatim Henoticon damnat. Mox in cauſa Ioannis Talaidæ & Petri Mogi cogit Concilium; ex quo legati mittuntur, Vitalis Troentinus, & Miſenus Cumanus Epiſcopi, & Felix Romanæ Eccleſiæ Defenſor, vt citaretur Romam Acacius, & vt Petrus Mogus pelleretur. Epiſt. Synod. Rom. Conc. Euag. lib. III, cap. XVIII. Scripſit autem Felix ad Acacium, & ad Zenonem.

In eadem Synodo, niſi ſæpius conuenerint Patres, exauthoratus eſt Petrus Cnapheus inuaſor Antiochenæ ſedis. qui in Triſagio addidit, Qui paſſus es pro nobis, &c. vt Eutychianus eſſet, ac Theopaſchita. Ad eum multi, & inter alios Acacius, ſcripſerunt.

Petrus Mogus Alexandriæ Henotico recepto natat, & modò Concilij Calchedon. defenſorem ſe profitetur, modò illud condemnat. Ob hanc eius hæſitationem plerique odio Synodi Calchedon. ab ipſo deficiunt. qui Acephali deinceps appellati, quod neque Catholicarum partium eſſent, neque cum Epiſcopo ſuo conuenirent. Leontius de Sectis. Act. V.

At Liberatus Acephalos putat ideo dictos, quòd Epheſina Synodo abſoluta, in illo Cyrilli, & Ioannis Antiocheni diſſidio, ab vtroque abhorrent.

Theophanes ſcribit hoc anno Verinæ Aug. literis excitatos Orientales omnes Leontium Imperat. admiſiſſe.

Marcell. Theodoricus rex Gothorum Zenonis Aug. munificentiis pene pacatus, Magiſtérque præſentis militiæ factus, Conſul quoque deſignatus, creditam ſibi Ripenſis Daciæ partem, Mœſiæque inferioris cum ſuis ſatellibus pro tempore tenuit.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5197 17. 10. 7 AG	4467	484	201	*Theodoricus.* *Venantius.* — *Felicis* 2.	11 9	IV	1237	1232 Aprilis 24.

Illus & Leontius Longinum Zenonis fratrem, & matrem ipſius è caſtello liberarunt. Verina porro illîc morbo periit. Theoph.

Marcellinus refert Longinum Zenonis fratrem poſt decennalem cuſtodiam, quam eidem Illus apud Iſauriam inflixerat, ad germanum ſuum Conſtantinopolim adueniſſe.

Menſe Iunio die 27, Ind. VII, Leontius tanquam Imperator Antiochiam ingreſſus eſt, & Præfectum Prætorio Lilianum conſtituit.

Zeno Ioannem Scytham aduerſus Illum, & Leontium cum ingentibus copiis miſit. Victi ſunt iſti, & ſe in Papyrium caſtellum receperunt cum Pamprepio magiſtro γόητι: cuius præſtigiis illuſi annos in eo caſtello IV perſeuerarunt. Theoph.

Miſenus & Vitalis legati ſedis Apoſtolicæ ab Acacio vexati, cum eo communicarunt, nec non cum Petro Mogo. Felix verò Defenſor cum iis miſſus cùm ob morbum ſubſtitiſſet, poſtea Conſtantinop. veniens in cuſtodiam miſſus eſt. Liber. Diac. cap. 18. Euag. lib. III, cap. XX & XXI.

His auditis Felix Papa Romæ Synodum colligit; in qua producti Miſenus & Vitalis, ac damnati ſunt. Acacius quoque anathemate perculſus, & Petrus Cnapheus. Epiſt. Synodi Rom. II ſub Felice. Acacius verò flocci iſta faciens Felicis Papæ nomen eraſit è diptychis. Monachi Acœmetæ, qui damnationem Acacij eius veſti in Eccleſiam prodeuntis affixerant, dira paſſi ſunt. Niceph.

Felix Papa Ioannem Talaidam Nolanæ præfecit Eccleſiæ. Liberatus cap. XVIII.

Februario menſe dira in Africa perſecutio ab Hunerico contra Catholicos agitatur. In ea pluſquam CCCXXXIV Epiſcopi exulare iuſſi: complures linguis manibúſque truncatis integra nihilominus voce locuti ſunt. Marcell. Victor lib. III.

Anno VIII Hunerici iuſſi ſunt Catholici cum hæreticis congredi. ſed vi ac fraude, ſublatis prius doctiſſimis quibuſque. Catholici verò libellum obtulerunt fidei ſuæ. Sed ab Hunerico clauſæ ſunt Eccleſiæ, & earum bona Epiſcopis Arianis addicta. Eugenius in eremum Tripolitaniæ prouinciæ relegatur. Victor.

Mortuus eſt hoc anno Euarix Gothorum rex in Gallia. Nam eius filius Alaricus XVII agebat annum anno Chriſti DVI, Meſſala Coſ. vt eſt in Agathenſi Conc. ſub Symmacho. Euarix ergo regnauit annos XX. Cœpit enim A. CCCCLXIV. Huic ſucceſſit Alaricus. Hunericus eodem anno moritur, cùm regnaſſet annos VII, M. X. Victor in fine libri III. qui & Hunericum à vermibus corroſum aſſerit. Succeſſit Gundabundus Gentonis F. qui initiò pacem Eccleſiæ reſtituit.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5198 18. 11. 8 F	4468	485	202	*Symmachus ſolus.* — *Felicis* 3.	12 10	Ol. 316	1238	1233

Felix Papa plurimùm laborat, vt Acacium ad

officium reuocaret. Gelaſ. Papa in Commonit. ad Fauſtum.

Zenonis filius ad imperij ſpem, ſed peſſimè educatus moritur. Suidas.

Cùm Petrus Cnapheus Cyprum iuri ſuo iam olim exemptam, ſibi ſubiicere vellet, anxio Salaminæ Epiſcopo Anthemio S. Barnabas apparet, & locum vbi corpus ſuum latebat oſtendit: quod cum Euangelio Matthæi ſupra poſito repertum eſt. Anthemius Conſtantinopolim ad Imper. accedens, cùm Apoſtolicam eſſe ſuam Eccleſiam hac ratione probaſſet, cauſam obtinuit. Zeno Euangelium transferri Conſtantinopolim voluit. Hiſtoria extat apud Surium Iunij XI.

Xenaias, qui & Philoxenus, Perſa origine, conditione ſeruus, cùm ſub Calendione ab hero ſuo fugiſſet, poſtea à Cnapheo Hierapolitanus factus Epiſcopus, primus contra ſacras imagines nefarium dogma publicauit. Theophanes in Miſcella. Anaſt. Diac. in Nicæna Synodo II ex Theodoro Lectore. Martyrius Hieroſolym. Epiſcopus obiit, cùm ſediſſet annos VIII. Succeſſit ei Salluſtius.

Chlodoueus anno V regni ſui Syagrium Egidij Comitis filium Sueſſionibus imperantem acie vicit. Qui ad Alaricum Vuiſigothorum regem confugit. Sed Chlodoueo repoſcente, deditus, & ab eodem interfectus eſt. Quo tempore contigit, vt ſacer vrceus, quem Chlodouei milites rapuerant, à S. Remigio repeteretur. Gregor. Turon. lib. II, cap. XXVII, & XXVIII. Aimoinus lib. I, cap. XII.

Per. Iul. ⁕. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond	Æra Nab.
5199 19. 12. 9 E	4469	486	293	*Longinus.* *Decius.* — *Felicis* 4.	13 11	II	1239	1234

Ioannes Antiochenæ parœciæ ex Grammatico presbyter contra Eutychianos ſcribit. Marcell. Sed idem Neſtorianiſmi ſuſpectus eſt ex Gennadio de Viris Illuſtr. cap. XCIII.

Petrus Fullo Antiochenæ inuaſor Eccleſiæ moritur. Huic ſuffectus eſt Palladius eâdem cōtagione infectus, ex preſbytero Eccleſiæ S. Theclæ apud Seleuciam: cui Ioannes Conſtantini F. & Anaſtaſius Silentiarius ſuffragati ſunt. Theophanes.

Chlodoueus Francorum rex Chlotildem Chilperici Burgundi Gundobaldi fratris filiam ſibi cōiugio copulauit: cùm iam filium haberet è concubina Theodoricum. Gregor. Turon. lib. III, cap. XXVIII.

Clarebant in Galliis per hæc tempora Remigius Remenſis, & Patricius frater eius Sueſſionenſis, & Vedaſtus pòſt Atrebatenſis, nec non Solennis Carnotenſis Epiſcopi. Sigebertus.

Per. Iul. ⁕. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond	Æra Nab.
5200 20. 13. 10 D	4470	487	204	*Boetius ſolus.* — *Felicis* 5.	14 12	III	1240	1235

Marcellinus. Theodoricus rex Gotthorum Zenonis Auguſti nunquam beneficiis ſatiatus, magna ſuorum manu vſque ad regiam ciuitatem, & Melantiadem oppidum infeſtus acceſſit: plurimiſque locis igne crematis, ad Nouenſem Mœſiæ ciuitatem, vnde aduenerat, remeauit.

Romæ celebrata eſt Synodus Epiſcoporum

xxxviii, tertio Id. Maias de modo admittendorum in Eccleſiam rebaptizatorum in Africa. quod tùm contigit, cùm Hunerico mortuo, Epiſcopis & Orthodoxis cæteris exilia relaxata ſunt à Gundabundo rege.

Odoacer Phæba rege Rugorum victo captóque potitus eſt. Caſſiod. Chron. Eugipius in vita S. Seuerini refert ante v annos S. Seuerinum eam prædixiſſe cladem Pheletheo, ſiue Phæbæ regi, qui cum vxore Giſa peſſima fœmina captus eſt. Fridericus autem eius filius ad Theodoricum confugit in Mœſia degentem.

Per. Iul. ✻. ⊙. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5201 21. 14. 11 CB	4471	488	205	*Dinamius.* *Siſidius.*	*Felicis* 6.	15 13	IV	1241	1236 Aprilis 23.

Trocundus Illi frater ad Barbarorum delectum profectus, à Ioanne Scytha decollatus eſt. Ob id Illus Pamprepem γόητα interfecit. Theoph. Marcell. Leontius rex, & Illus tyrannus in Papyrio Iſauriæ caſtello capti, decollatíque ſunt. capita Conſtantinopolim allata. Theophanes ait captos illos proditione fratris vxoris Trocundi, quem Zeno fraudulenter miſerat.

Eodem anno Theodoricus rex omnium ſuorum multitudine aſſumpta Gotthorum in Italiam tendit. Marcellinus.

Procopius initio Gotth. lib. 1, ſcribit Zenone imperante, & Auguſtulo ſub Oreſtis patris tutela in Italia, barbaros, qui multi auxilio venerant, poſtulaſſe ab Oreſte vt tertia Italiæ totius agrorum pars ſibi daretur. quod cùm ille negaſſet, ab iis occiditur. Odoacer verò id ſe facturum pollicitus rex eligitur. qui cùm x regnaſſet annis, Theodoricus interim ex eo genere Gotthorum, οἱ ἐπὶ Θρᾴκης ὄντος βασιλέως κατῴκηντο, nempe Theodoſio M. Patricius & Conſularis, cùm aduerſus Romanos rebellaſſet, à Zenone perſuaſus in Italiam contra Odoacrem contendit: eúmque acie victum Rauennā compulit. quam & tribus obſedit annis.

Acacius moritur cùm ſediſſet annis xvii, M. ix. Huic ſubrogatus eſt Flauitas hæreticis fauens, & nihilominus Catholicus videri volens. qui ad Felicem ſcripſit, & eodem tempore ad Petrum Mogum. quarum literarum exemplar nactus Felix illius apocriſiarios reiecit. Theoph.

Fridericus regis Rugorum filius à Theodorico, ad quem confugerat, adiutus, contra Odoacrem bellum mouens regnum ſuum recuperat. Sed Odoacer germanum ſuum miſit, qui inde illum expulit, ac gentem vniuerſam in Italiam tranſportauit. Eugipp. in vita S. Seuerini. qui & tunc corpus eiuſdem in Italiam tranſlatum eſſe refert.

Calandio S. Euſtathij Antiocheni quondam Epiſcopi reliquias Philippis Antiochiam tranſtulit. Ita poſt c annos Antiochenum ſchiſma ſublatum eſt. Theoph.

Per. Iul. ✻. ⊙. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5202 22. 15. 12 A	4472	489	206	*Euſebius.* *Probinus.*	*Felicis* 7.	16 14	Ol. 317	1242	1237

Theodoricus, ait Marcell. rex Gotthorum oc-

cupauit Italiam. Odoacer rex Erulorum ab eo ad Iſontium victus, vt ait Caſſiodorus, deinde repetito conflictu in campis Veronenſibus magna ſtrage deletus eſt. Iordanus.

Flauita mortuo Conſtantinopolitanus Epiſcopus creatus eſt Euphemius. qui Petrum Mogum deteſtatus, Acacij nomen expungere noluit. ideóque communionem Felicis Papæ non meruit. Niceph. XVI, cap. XIX. Theophanes.

S. Epiphanius Ticinenſis Epiſcopus his temporibus floret. quem Theodoricus magno in pretio habuit. Ennodius in eius vita.

Per. Iul. ✱. ⊙. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules / Papa	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5203 23. 16. 13 G	4473	490	207	*Longinus II. Fauſtus.* — *Felicis 8.*	17 15	II	1243	1238

Theodoricus rex Odouacrem ad Ducam fluuium tertio conflictu ſuperauit. Hic Rauennam confugiens triennio ibi eſt obſeſſus. Caſſiodorus. Iordanus. Procop. I Gotth.

In Africa Vandali perſecutionem excitant aduerſus ſacerdotes. in qua S. Fulgentius cum Felice Abbate ſuo multa ab Ariano presbytero paſſus eſt. Vita S. Fulgen.

S. Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus de gratia, & libero arbitrio ſcribit. quod opus à Felice Papa cõmendatum fuit. Gennad. de viris Illuſt. cap. 86.

Concilium Arelatenſe videtur circa hoc tempus celebratum eſſe. In eo prolata eſt Epiſtola Fauſti Regienſis ad Lucidum quemdam: qui Prædeſtinatianorum partes ſequebatur, aſſerentium non omnes homines ad hoc creatos vt ſaluentur; ſed quoſdam duntaxat: reliquis, ne perſeuerent in bono, ſubtrahi gratiam. Fauſti Epiſtolæ ſubſcripti ſunt XI Epiſcopi: nec non Lucidus ipſe.

Eodem anno celebrata eſt altera Synodus Lugduni Epiſcoporum XXVII, in qua nonnulla ad ſuperioris Concilij capita adiici placuit. Ab ea Synodo impoſitas ſibi eſſe partes de gratia & libero arbitrio ſcribendi Fauſtus ſignificat Epiſt. ad Leontium. Verùm vltra fines iaculo expedito multa ex Semipelagianorum errore ſcriptis ſuis immiſcuit. Meminit Ado Viennenſis. qui & Auitum Viennenſem, & Ioannem Antiochenum presbyterum contra hunc ſcripſiſſe memorat.

Claudianus S. Mamerci frater circa hoc tempus obiit, vir ſanctitate ac doctrina præclarus. Sidon. lib. IV, Ep. XI.

Petrus Mogus Alexandriæ Epiſcopus moritur. cui ſubſtitutus eſt Athanaſius hæreticus. Theophanes.

Euphemius Conſtantinop. Patriarcha Anaſtaſium Silentiarium, qui Imper. poſtea fuit, Eccleſia eiecit, tanquam Eutychianum, & quòd in Eccleſia ſedens in cathedra turbas docere inſtitueret, euerſa cathedra, ni deſiſteret, extremam illi infamiam comminatus eſt. Idem & Zenonem liberè redarguit. Zeno cùm à Mariano Comite, futurorũ præſcio didiciſſet eius & imperij, & coniugij ſucceſſorem fore quendam, qui in Schola ſilentiariorum

meruiſſet, Patricium quendam eius ordinis virum probum, ac prudentem & pium interfecit. Ob id à Præfecto Vrbis Arcadio reprehenſus eſt. quem cùm Zeno iugulari iuſſiſſet, is ad Eccleſiam fugiens mortem effugit. ſed illius bona publicata ſunt. Theophanes.

Cedrenus addit ab eodem occiſum Pelagium Patricium, virum prudentiæ, ac iuſtitiæ; nec non bonarum artium, præſertimque poëtices laude conſpicuum; quòd is Imperatorem redarguiſſet. qui cùm moriturus eſſet, ſublatis manibus Deum innocentiæ ſuæ teſtem appellauit, ab eóque vindictam expetiit. Theophanes. Meminit & Marcell. qui gulam ei fractam in Panormo inſula refert. Ex Alexandrino Chronico colligitur Pelagium illum ipſum fuiſſe patricium, quem Anaſtaſius, ne ſucceſſorem haberet, occidit. Hunc enim à Silentiariorum ſchola ad Patricij dignitatem prouectum eſſe Chronicon aſſerit. At Theophanes Patricij nomen prioris proprium facit, quem à Pelagio diſtinguit.

Clodoueus Francorum rex Thoringos ſibi ſubiecit, anno videlicet regni ſui decimo. Gregor. Turon. lib. III, cap. XXVII.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5204 24. 17. 14 F	4474	491	208	*Olybrius ſolus.* *Felicis* 9. LII *Imp.* *Zenonis. Anaſtaſij. Odoacris.*	18 1 16	III	1244	1239

Zeno Auguſtus epilepſia correptus interiit, cùm identidem Pelagij nomen inclamaret. Theophanes. Euagr. III, cap. XXIX. Porro viuentem hunc ſepultum eſſe prodit Cedrenus, & cùm eius defoſſi vox lamentabilis exaudiretur, Ariadnam, quæ eo adhuc ſuperſtite Anaſtaſium adamarat, tumulum aperiri vetuiſſe. Vide & Zonaram Tomo III Ann.

Imperauit annos XVII, M. VI. Marcell.

Mortuo Zenone Longinus eius frater, qui bis Conſul fuerat, & Senatus princeps erat, homo ſtolidus, & ferus, ac libidinoſus, Iſaurorum, ac Longini Magiſtri militum ſatellitio fretus, cùm imperium ſibi certò ſponderet, ſpe ſua fruſtratus eſt. Nam Ariadna, cum toto Senatu, Anaſtaſium Imperatorem fecit, Dyrrachio oriundum. qui Lõginum in Iſauriam remiſit. Theophanes. Euagrius.

Euphemius Patriarcha cum Anaſtaſio, tanquam hæretico, reſiſteret, tandem ſcriptam ab eo fidei profeſſionem expreſſit, qua Synodum Calchedonẽſem approbauit. Ita coronatus ab Ariadna hanc ipſam coniugem duxit. Huius inauguratione Manichæi, & Ariani grauiſi ſunt. Illi quod ipſius mater eius eſſet ſectę ſtudioſa. Ariani quod Clearchus eiuſdem auunculus ſuarum partium fautor eſſet. Theophanes. qui hunc annum notat ab Adamo ſecundum Romanos 5999: ſecundum Alexandrinos 5983: Diocletiani 107: Incarnationis 483. Coronatum autem aſſerit Ind. XIV, Aprilis XIV, feria V magna Paſchatis. In altero Theophanis ex-

emplari ſcriptum eſt Aprilis IV. vtrobique mendosè. Chron. Alex. feria V maioris hebdomadæ duntaxat id factum refert. quæ hoc anno incidit in Aprilis XVIII. Nam Paſcha contigit Apr. XXI. Adiicit Chron. annum hunc eſſe χρηματισμοῦ τῆς Ἀντιοχείας 537. De Græcis iiſce Computis vide lib. IX, cap. V, & VI.

Huius Imperatoris initia magnam ſpem, & expectationem omnibus attulerũt. Nam multa præclarè conſtituit: iniqua tributa ſuſtulit: magiſtratus gratis contulit. Cedrenus. Theodorus Lector.

Bellum plebeium inter Byzantios ortum, párſque vrbis plurima, atque Circi igne combuſta. Marcell.

Ioannes Epiſcopus Coloniæ in Armenia monachus efficitur in S. Sabæ cœnobio: qui cognomento Silentiarius appellatus eſt. Cyrillus in vita S. Sabæ.

S. Patricius Hiberniæ primus epiſcopus moritur annos natus LXXXII, cùm LX in Hibernia prædicaſſet. Marianus Scotus. At Probus vitæ eius ſcriptor CXXXII vixiſſe illum aſſerit, & S. Martini fuiſſe diſcipulum.

Ioannes quidam Tabenneſiota, qui Anaſtaſium olim priuatum è naufragio nudum receperat, ac fouerat, cùm ad ipſum Conſtantinopolin maxima cum ſpe veniſſet, diſſimilem ac Syloſon ille quondam à Dario beneficij ſui fructum habuit. Nam ab ingrato Imperatore exilio damnatus Romam aufugit. Theophanes.

Odoacer cum Erulis egreſſus Rauenna nocturnis horis ad pontem Candidium à Theodorico memorabili certamine ſuperatur. Tunc etiam Vandali pace ſuppliciter poſtulata à Sicilia ſolita deprædatione ceſſarunt. Caſſiod. Iorda.

Floruit hoc tempore Launomarus Carnotenſis fundator cœnobij Corbionenſis: & Maximus Aurelianenſis fundator cœnobij Miriacenſis (Miciacenſem vulgò nominant) cuius diſcipuli fuerunt Carileſus, & Auitus abbates. Aimoinus lib. I, cap. XVII, Maximinum illum vocat, & nepotem ait fuiſſe S. Euſpicij.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5205 25. 18. 15 ED	4475	492	209	*Anaſtaſius Aug.* *Rufus.* — *L. Pontifex Gelaſius I.*	2 17	IV	1245	1240 Apr. 21.

Longinus Zenonis Imp. nuper mortui frater aduerſus Anaſtaſium rebellat. quem is in poteſtatem adductum Alexandriam relegat, ibíque Preſbyterũ ordinari iubet. quo in gradu ſeptem annis perſeuerauit. Lõginum porro alterum magiſtrum militum in ordinem redegit, nec non Iſauros ob inſolentiam in patriam ſedem abire iuſſit. Longinus verò ex Magiſtro collecta barbarorum & latronum manu, cùm pecunias haberet multas, quas in Iſauria Zeno reliquerat, ab Imperat. defecit, Phrygiámque populatus per Ninilingin ducem (Marcellinus Lilingin vocat) Iſauriæ Præfectum, & Athenodorum Senatorij ordinis virum, ac Cononem ex Apameæ Epiſcopo militem factum,

multas vrbes expugnat. Cõtra hos miſſus eſt Ioannes Scytha, qui Illum, & Leontium vicerat, & Ioannes Gibbus, ac Diogenes Scholarũ comites. Prælio ad Cotyæum commiſſo, victi ſunt Iſauri; Ninilingis occiſus. ac niſi ſpoliis diripiendis victor immoratus eſſet, debellari hoc certamine potuit. Verùm ſex annis tractum hoc bellum fuit. Hæc ex Theophane, & Marcellino.

Petrus Cnapheus ab exilio reuocatus, ſed Antiochenam ſedem adire vetitus eſt. Itaque in illius locum Palladius hæreticus Epiſcopus factus eſt. Euphemius Conſtantinopoli Synodo collecta Calchedonenſem ſynodum confirmauit.

Felix Papa v Kal. Mart. obiit, cùm ſediſſet annos IX, minus diebus XII. Fuit S. Gregorij magni atauus, cuius meminit IV Dial. cap. XVI. Poſt hunc Martij 2 creatus eſt Gelaſius Afer. Anaſtaſ.

Euphemius Conſtantinop. alioqui catholicus Epiſcopus, ſed Acacij nomen expungere nolens, fruſtra Gelaſio ſubrepere conatur, ab eóq; cõmunionem exprimere. Epiſt. I Gelaſij. Idem Gelaſius Dardaniæ Epiſcopos monuit, vt hæreticorum communionem vitarent: ad eóſque miſit Vrſicinum. Ep. II & III Gelaſij. Mortuo Salluſtio Hieroſolymorum Epiſcopo ſucceſſit Elias vir ſanctus. Cyrillus in vita S. Sabbæ.

Anaſtaſius Imper. ex Acephalorum, & Hæſitantium ſecta, liberum cuique facit, quæ velit amplecti. Euag. III, cap. XXX.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5206 26. 19. I C	4476	493	210	3 1	Ol. 318	1246	1241

Albinus ſolus. *Gelaſii*
Vel cum collega Euſebio II. 2. *Theodoricus.*

Caſſiodorus ſolum Coſ. facit Albinum, quod & Gelaſij ſubſcriptio in Ep. VII comprobare videtur. At Marcellinus collegam addit Euſebium.

Cùm Diogenes Claudiopolim, quæ inter duos Tauros montes ſita eſt, expugnaſſet, Iſauri arctiſſima illum obſidione vallarunt. Sed extrema fame laborantibus Ioannes ὁ κυρτὸς adfuit; qui anguſtiis ſuperatis, Iſauros profligauit. Quo in conflictu Conon Epiſcopus lethali accepta plaga paulo pòſt moritur. Atque hæc ſecunda maximáque victoria ab Romanis reportata eſt. Theophanes.

Eodem anno Zamaſphes Perotzis Perſarum regis filius Cabade pulſo regnum occupauit: quod annis IV obtinuit. Idem Marcellinus bellum ciuile Conſtantinopoli exarſiſſe memorat, ac regis, reginæque ſtatuas deiectas, & per vrbem tractas eſſe: Iulianum quoque Magiſtrum militiæ nocturno prælio pugnantem Scythico ferro in Thracia confoſſum interiiſſe.

Odoacer poſtquam tribus annis Rauennæ obſeſſus eſt à Theodorico, per legatos cum eo componit, vti ambo pari in Italia iure regnarent. Verùm paulo pòſt excitum ad conuiuium Odoacrem Theodoricus occidit. Procopius, Caſſiod. Iordanus. Ita XVII annos regnauit Odoacer. Sed poſt XIII, vt S. Seuerinus prædixerat, res illius in peius prolapſæ ſunt. Eugip. in S. Seuer. vita.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.

Theodoricus Anaſtaſij Imper. amicitiam expetiit, nec non Chlodouei cuius ſororem Audeflendam duxit. quas autem ex concubina ſuſceperat filias, alteram Alarico Vuiſigothorum regi: alteram Sigiſmundo Burgundionum collocauit. Caſſiod. Ep. 1. Iordanus.

Gelaſius Papa per Fauſtũ Magiſtrũ Officiorum Cõſtantinopolim à Theodorico rege cum Irenæo miſſum Græcos ad officium reuocare ſtuduit. Sed is fruſtra cum Euphemio Epiſcopo Conſtantinopolitano iſtud egit. Ad Fauſtum Gelaſius Commonitorium miſit, in quo quemadmodum Græcorum obiecta refelleret admonuit Kal. Nou.

Scripſit & Epiſcopis Piceni, & Honorio Dalmatiæ Epiſcopo contra Pelagianos. Epiſt. v, vi, & vii.

Sigebertus anno ſecundo Gelaſij notat inuentam eſſe cryptam S. Michaëlis Archangeli in Gargano monte.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.			Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5207 27. 1. 2 B	4477	494	211	*Aſterius.* *Præſidius.*	*Gelaſii* *3.*	4 2	11	1247	1242

Anaſtaſius Imp. contra orthodoxos prælia cõmouere cœpit: ac primùm Euphemium aggreſſus eſt. Marcellinus. Id verò Theophanes copioſius ita narrat. Longinus quidam Selinuntius Antiochiæ in Iſauria degens admiſſis Iſauris montium anguſtias occupauit vnà cum Athenodoro. Anaſtaſius Iſaurici belli tædio victus pacis ſe cupidum eſſe clam Euphemio ſignificauit. Hic Ioanni Patricio Athenodori ſocero conſilium Imperatoris aperuit. Quod cùm Anaſtaſius de Ioanne reſciuiſſet, capitale in Patriarcham odium concepit. Exinde bis à ſicariis appetitus eſt Euphemius, & eorum inſidiis ereptus. Tandem Anaſtaſius expreſſam à ſe fidei profeſſionem ab Euphemio extorſit. Theophanes, & Cedrenus.

Laodicea, Hierapolis, Tripolis, atque Agathicum vno tempore, vnóque terræ motu collapſæ ſunt. Marcell.

Anaſtaſium Imperatorem Gelaſius datis literis fruſtra officij ſui commonuit. Idem Romæ Synodum Epiſcoporum LXX celebrauit; in qua Canonici Scripturæ libri, tum Oecumenica Concilia; nec non Sanctorum Patrum ſcripta Apoſtolico decreto roborata ſunt, & à ſpuriis, & apocryphis ſecreta.

Theodoricus cùm aduerſus Erulorum fautores, præſertim Ligures acerba decreta ſanxiſſet, ab SS. Epiſcopis Epiphanio Ticinenſi, & Laurentio Mediolanenſi placatus eſt. Poſtea Epiphanius à Theodorico rege ad Gundebaldum Burgundionum regem miſſus eſt, vt Italos captiuos redimeret. quod & feliciter præſtitit. Ennodius in Epiph.

Idem verò Gundebaldus à S. Alcimo Auito Viennenſi Epiſcopo Arianam dedoctus hæreſin, publicè tamen profiteri Catholicam fidem noluit. Greg. Turon. lib. 11 Hiſt. Franc. cap. XXXIV.

Hoc anno S. Benedictus relicto paterno lare

cum nutrice ſeceſſit, annos natus XIV. Leo Oſtienſis lib. 1, cap. 1. Vide S. Greg. lib. 11 Dial.

Clodoueus Francorum regnum Sequanam vſque dilatat. Sigeber.

Per. Iul.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5208 28. 2. 3 A	4478	495	212	5 3	III	1248	1243

Viator ſolus. *Gelaſii* 4.

Eufemius Conſtantinopolitanus antiſtes ab Anaſtaſio principe in ordinem redactus, & in exilium miſſus eſt. Huic Macedonius ſuffectus eſt, qui Henotico ſubſcripſit. Marcellinus. Theophanes. Theodorus Lector. Cedrenus.

Romæ Synodus à Gelaſio celebratur III Id. Mai, in qua Miſenus olim Apoſtolicæ ſedis legatus, & Acaciana communione tempore Zenonis infectus, cum Eccleſia reconciliatur, cùm iam Vitalis in excommunicatione mortuus eſſet.

Gundabundus rex Vuandalonim moritur anno regni ſui XII. cui ſucceſſit frater ipſius Thraſamundus, qui Catholicis mitiorem ſe præbuit. Procop. lib. 1 de bello Vuandal.

Eodem ferè tempore mortuus eſt S. Eugenius Carthaginienſis Epiſcopus: qui à Gundabundo relegatus in Gallias, in Albigenſi oppido deceſſit. Gregor. Turon. lib. II Hiſt. Franc. cap. III.

Chlodoueus Francorum rex cùm à Chlotilde regina ſæpius fruſtrà de amplectenda Chriſti fide moneretur, hoc tandem anno in prælio, quod ad Tolbiacum in Vbiis aduerſus Alemannos geſſit, cùm eius acies periclitaretur, Chriſtianum ſe fore ſpopondit. Victis hoſtibus, occurrente Chlotilde in Remorum ciuitatem peruenit, vbi à S. Remigio baptizatus eſt. Cum eo præterea tria circiter de eius exercitu milia cõuerſa: nec non ſoror eius Alboſledis; quæ paulo pòſt obiit. item Lanthildis altera ſoror ex Ariana hæreſi ad Catholicam profeſſionem tranſiit. Gregor. lib. II, cap. XXXI. Aimoinus lib. I, cap. XIX.

S. Remigius multis ſibi à Chlodoueo collatis opibus, earum partem Laudunenſi Eccleſiæ impertiit, in qua & Epiſcopali ſede conſtituta primum in eam Epiſcopum impoſuit Genebaudum. quem & poſtea, quod vxore, quam dimiſerat, vſus eſſet, ſeptennali pœnitentia maceratum ſedi ſuæ reſtituit. Sigebertus.

Per. Iul.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5209 1. 3. 4 G F	4479	496	213	6 4	IV	1249	1244 April. 21.

Paulus ſolus. *Gelaſii* 5. XXX *Anaſtaſii* 1.

Hic Anaſtaſij Imper. frater fuit. qui Auguſtatico ante militibus præſtito, donatiuum hoc fratre Conſule tribuit. India Anaſtaſio principi elephantum, duáſque camelopardales pro munere miſit. Marcellinus.

Arabes Scenitæ Euphrateſiam infeſtantes, ab Eugenio duce comprimuntur. Romanus quoque militarium in Paleſtina copiarum ductor, victis barbaris, Iotaben inſulam in Arabico ſinu recuperauit. Theophanes.

Gelaſius Papa XI Kal. Dec. exceſſit è vita, poſtquam ſedit annos IV, M. VIII, D. XIX.

Scripſit hic inter alia aduerſus Andromachum Senatorem, cæteróſque Romanos, qui Luperca-

lia priſtino more celebranda conſtituebant. Mortuo Gelaſio ſubrogatus eſt Anaſtaſius Romanus IV Kal. Dec.

S. Epiphanius Ticinenſis Epiſcopus obiit. Ennodius.

Gunderichus rex Burgundionum ex genere Athanarici regis perſecutoris, quatuor filios reliquerat, Gundobaldum, Godegiſilum, Chilpericum, & Godomarum. Gundobaldus Chilpericum fratrem, & eius coniugem interfecerat. cuius filiam Chrothildem, vel Chlothildē duxit Chlodoueus. Huius hortatu, nec non Godegiſili precibus adductus Chlodoueus, interpoſita tributi pactione, Gundobaldo bellum intulit. quem & proditione Godegiſili fratris ipſius acie victum ſub ditionem redegit. Digreſſo Chlodoueo, Godegiſillus Viennæ à Gondobaldo nec opinatò circunuentus occiditur. Greg. Turon. lib. III Hiſt. cap. XXXII, & XXXIII.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond	Æra Nab.
5210 2. 4. 5 E	4480	497	214	7 5	Ol. 319	1250	1245

Anaſtaſius Aug. ſolus. *Anaſtaſii 2.*

Bellum Iſauricum hoc ſexto anno ſedatum eſt. Athenodorus Iſaurorum primus in Iſauria captus decollatúſque eſt. caput eius Tarſum allatum, & pro portis haſtili fixum extabuit. Marcell.

Anaſtaſius Pontifex ad Imperatorem legatos miſit S. Germanum Epiſcopum Capuanum, & Creſconium Tudertinum, cum literis, quibus Acacij nomen abrogari petiit.

Mortuo Athanaſio Epiſcopo Alexandrino hæretico ſuffectus eſt Ioannes eâdem labe hæreſis infectus. Liberatus.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond	Æra Nab.
5211 3. 5. 6 D	4481	498	215	8 6	II	1251	1246

Ioannes Scytha. *LI Pontifex.*
Paulinus. *Symmachus I.*

Longinus Iſaurus cognomento Selinunteus apud Antiochiam Iſauriæ ciuitatem à Priſco Comite captus Conſtantinopolim miſſus eſt, catenatúſq; per Agentem circunductus, Anaſtaſio principi, & populo ingens ſpectaculum fuit, variiſque deinde cruciatibus Nicææ in Bithynia excarnificatus eſt. Numis, quos Romani Terētianos vocāt, (*Quidam teruncianos legunt.*) Græci follares, Anaſtaſius princeps ſuo nomine figuratis, placibilē plebi commutationē diſtraxit. Marcellinus. Eſt autem Longinus iſte ab Zenonis fratre diuerſus; tametſi & iſte rebellarit. Verū hic in Epiſcopatu mortuus eſt: ille ab Anaſtaſio ſupplicio affectus: vterque vt & Zeno, in Iſauria natus. Ita quidem Theophanes. At Euagrius lib. III, cap. XXXV, Longinum priorem Imperatoris germanum à Ioanne Scytha victum eſſe dicit, eiúſque caput, vt & Theodori, ad Imperat. eſſe miſſum, ac demum quinque millia librarum Iſauris perſolui deſiiſſe.

Ingens Conſtantinopoli ſeditio populi contra Imper. fuit: &multi in ea cæſi. Chron. Alex.

Macedonius Conſtantinopolitanus antiſtes de ſententia Imperatoris regiæ vrbis monaſteria, quæ, quod Henotico ſubſcribere nollent, ab eius ſe communione ſegregarant, fruſtrà ſibi adiungere co-

re conatus eſt. Itaque Imperatori author fuit, vt quæ in Calchedonenſi Synodo rectè conſtituta eſſent, ab Epiſcopis, qui Conſtantinopoli tùm erant, ſubſcriptione firmari iuberet. Monachos verò perſequi deſtitit, ac ſuæ poteſtati reliquit. Enituit & fœminarum conſtantia; præſertim Matronæ & Sophiæ, quæ cum ſuis virginibus ad Henotici profeſſionem adigi nulla ratione potuerunt. Theophanes.

Palladio Antiochiæ Epiſcopo mortuo Flauianum preſbyterum, & apocriſiarium eiuſdem Eccleſiæ ſuffectum eſſe, idem author eſt Theophan.

Feſtus quidam Romanus Senator ad Anaſtaſium à rege Theodorico miſſus, confectis negotiis obtinuit vt SS. Petri, & Pauli feſtum maiori, quàm hactenus, cultu celebraretur. Per eundem quoque Macedonius Synodicas ad Anaſtaſium dare volens ab Imperatore prohibitus eſt. Porrò Feſtus clam Imperatori pollicitus eſt, effecturum ſe vti Henotico Romanus Papa ſubſcriberet. Sed Romam reuerſus Anaſtaſium iam exceſſiſſe reperit. Obiit enim hoc anno XVI Kal. Dec. cùm ſediſſet annos duos, minus diebus VII.

Igitur Feſtus corruptis pecunia pleriſque Laurentium quendam eligendum curauit, cùm à ſaniori ac potiori parte Symmachus eſſet electus. Exinde cædes in Vrbe, & graſſationes factæ: ad quas inhibendas placuit ex lege Odoacris regis, comitiorum iudicium ad Theodoricum reiicere. Is Symmachum antepoſuit. Theodorus Lector, & Theophanes: qui tamen tribus annis in Vrbe tumultum duraſſe referunt; ac demum Theodoricū Afrum coacta Epiſcoporum Synodo ſecundum Symmachum pronunciaſſe; Laurentium verò Epiſcopum Nuceriæ feciſſe. Sed id anno ſequente contigit.

Ioannes cognomento Silentiarius ſub ſanctiſſimi Sabæ diſciplina ex Epiſcopo monachus degens, & ignotus hoc anno innotuit. Cyrillus.

Solem hoc anno defeciſſe Marcellinus aſſerit.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5212 C 4. 6. 7	4482	499	216	*Ioannes Gibbus ſolus.* — *Symmachi 2.*	9	III	1252	1247

Ariſtus Illyricianæ ductor militiæ contra Bulgaros Thraciam populantes infeliciter pugnat ad Zurtam fluuium. Cæſa ſunt IV millia Romanorum. Eodem tempore ingens terræ motus Ponticam concuſſit. Marcell. Igitur Bulgari hoc anno prodire cœperunt. quod & Theophanes, & Miſcella lib. XV refert. Eadem terræ motus meminit, vt & Theodori Collectanea. vbi & illud memoriæ proditur, Neocæſaream magna ex parte collapſam, ſtante nihilominus æde, in qua S. Gregorij Thaumaturgi reliquiæ ſeruabantur.

Anaſtaſius tributum, quod Chryſargyrum vocabant, ſuſtulit. quod tam capitibus ſingulis, quàm iumentis, & pecoribus, imò & canibus: vrinæ quoque & fimo erat impoſitum: ὑπὲρ οὔρου καὶ κοπρείας, ait Cedrenus: (Xylander οὖρον *mulum* perperam interpretatus eſt. Nam & vrinæ vectigal inſtituit Ve-

ſpaſianus. Suetonius cap. XXIII.) Theoph. Euagrius lib. III, cap. XXXIX fuſius id narrat; & tributi genus iſtud à meretricibus, & exoletis refert exactū: adeo vt præpoſteræ libidini hoc modo licentia facta videretur.

Idem porro Imperator venationes Amphitheatrales aboleuit: & Magiſtratus vænales eſſe vetuit. Theodorus Lector. Theophanes, Cedrenus.

Synodus Romæ à Symmacho Papa celebratur Kal. Martij in Baſilica S. Petri, de tollendo ambitu in comitiis Pontificalibus. cui Cælius Laurentius Archipreſbyter tituli S. Praxedis ſubſcripſit ille ipſe, qui Schiſma fecerat. qui quidem Nucerinus Epiſcopus factus eſt. Anaſtaſius Biblioth.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5213 5. 7. 8 BA	4483	500	217	10	IV	1253	1248 April. 20.

Patricius. *Symmachi*
Hypatius. 3.

Saraceni Phœnicen, & Syriā incurſant. Theoph.

Theodoricus cunctorum votis expetitus Romam aduenit, vbi & S. P. Q. R. munificentia demeruit, & certam ad reficiendos muros pecuniam attribuit. Caſſiodorus.

S. Fulgentius Romam venit ad limina Apoſtolorum. Acta eius apud Sur. Ian. I.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5214 6. 8. 9 G	4484	501	218	11	Ol. 320	1254	1249

Pompeius. *Symmachi*
Auienus. 4.

Conſtantinopoli ludis theatralibus factionum ſtudiis exardeſcentibus cædes ingens facta; qua tria circiter millia ciuium occiſa ſunt. Marcell.

Cum Arabibus Saracenis pacem Anaſtaſius fecit: itaque ſua Orienti tranquillitas reddita. Theophanes.

Romæ Synodus habita eſt in cauſa ſchiſmatis à Laurentio concitati. cuius hiſtoriam ita digerendam putamus. Cùm ſchiſmatici nullum tumultuandi finem facerent, Theodoricus Romanæ ciuitatis paci proſpiciens, Viſitatorem, vti Clerici quidam, & Laici poſtularant, mittere inſtituit. Sed renitentibus aliis, tandem Epiſcoporum Synodum indixit, ex Liguria, Æmilia, & Venetiis. Qui initio refragati ſunt, regíque ſuggeſſerunt, non poſſe ſupremæ ſedis antiſtitem, cuius eſſet conuocandi Concilij partes, inferioris ordinis Epiſcoporum iudicio ſubiici. Sed cùm Theodoricus id conſenſu Symmachi fieri dixiſſet, Romam adeuntes in baſilica Iulij conuenerunt. Eò & Symmachus ſponte venit; ſéque illorum iudicio ſubdidit. Verùm Patres nihil definire auſi, legatos ad Theodoricum dirigunt; atque inter cætera poſtulant, vti Rauennæ conuentus haberetur; vt ne præſente rege Schiſmatici turbare quicquam auderent. Theodoricus verò IV Kalend. Auguſti, reſcribens nequaquam illorum poſtulatis annuit. (quod ipſum legatorum negligentiæ Patres tribuunt.) Proinde iuſſit vt omninò Romæ negotium deciderent. Rurſum itaque conuenerunt Epiſcopi; ſed cùm nihil decernerent, ac regem iterum interpellarent, Schiſmaticorum, vt opinor, factionibus impediti; miſit ille Comites è

Palatio Aligernum, & Gudilam, ac Vedeülſum Maiores domus regiæ, qui ſeditioſos compeſcerent, VI Kalend. Septembris. Ita tertiò Patres in Hieruſalem baſilica Seſſoriani Palatij conuentum habuerunt; ad quem Symmachus cauſam dicturus acceſſit. Sed irruentibus Schiſmaticis, ac pleriſque ex eius comitatu vulneratis, ægrè ipſe Comitum interuentu ex illorum manibus elapſus eſt: nec amplius citatus adeſſe voluit. Qua de re Patres ad Theodoricum retulerunt. Eo verò in propoſito perſeuerante, demùm X Kalend. Nouembris, damnato Laurentio, & eius aſſeclis, ſecundum Symmachum dicta ab illis ſententia eſt.

Per. Iul. ✻. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5215 7. 9. 10 F	4485	502	219	12	II	1255	1250

Probus. *Symmachi*
Auienus. 5.

Bulgari Thraciam nullo prohibente vaſtant. Amidam opulentiſſimam ciuitatem Monachorum proditione Cabades Perſarum rex occupat, eiúſque proditores obtrũcat. Marcellinus. Theophanes refert Cabadem mutuas ab Anaſtaſio pecunias poſtulaſſe. quibus non impetratis, fœdus illud violaſſe, quod à Theodoſij iunioris tempore ſeruatum erat: ac primùm Armeniam incurſaſſe, & Theodoſiopolim Conſtantino prodente cepiſſe: tùm in Meſopotamiam impreſſione facta, Amidam tribus obſeſſam menſibus, Monachorum perfidia tandem obtinuiſſe.

Romæ Synodus quarta ſub Symmacho Palmaris dicta celebratur VIII Id. Nouembris. in qua Symmachi electione confirmata, Odoacris Herulorum quondam regis ſanctio eſt abrogata. qua decreuerat vt Romani Pontificis electio non ſine conſenſu regis fieret. Hanc ego Synodum libenter in annum antecedentem coniicerem. Nam videtur poſt abſolutum Symmachum conuentus iſte habitus. Verùm cùm prior Pompeio & Auieno Coſſ. hæc Auieno iuniore inſcripta ſit, ideo nos ambas tempore diſiunximus.

Per. Iul. ✻. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5216 8. 10. 11 E	4486	503	220	13	III	1256	1251

Dexicrates. *Symmachi*
Voluſianus. 6.

Anaſtaſius Imperator ingentem contra Perſas exercitum miſit, cui duces præfuêre tres, Patricius, Hypatius Secundino patre, & Anaſtaſij ſorore genitus; & Areobinda Dagalaipho, & Godiſtea Ardaburi filia natus. Qui initiò re præclarè geſta, victíſque Perſis, & eorum occiſo duce, ac fugato rege; orta demùm inter eos diſcordia, rempublicam peſſundederunt. Itaque pacem à Barbaris redimere coacti ſunt. Marcellinus. Theophanes.

Orta in equeſtribus ſpectaculis inter factiones ſeditione, cùm alij complures occiſi ſunt, tùm Anaſtaſij filius, quem ex pellice ſuſceperat: quam ob cauſam ira ſuccenſus ille in multos animaduertit. Theoph.

Romæ quinta ſub Symmacho Synodus habetur contra Schiſmaticos, qui palmari præſertim Synodo audebãt obloqui. Inſertus eiuſdem Con-

Per. Iul. ☼. ⊙. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond	Æra Nab.
				cilij Actis Ennodij liber fuit, quo is Schiſmaticorum obiecta refellerat.				
5217 9. 11. 12 DC	4487	504	221	*Cethegus ſolus.* *Symmachi* 7. Celer Magiſter Officiorum vir ſtrenuus, aduerſus Perſas ab Anaſtaſio miſſus rem egregiè geſſit. Marcellinus. Theophanes. Romæ ſexta ſub Symmacho Synodus celebratur contra Eccleſiaſticorum bonorum occupatores. S. Equitius hoc tempore floruit. S. Greg. lib. 1, Dial. Africani Patres Eccleſiis vacuis paſtores ordinant. S. Fulgentius tùm Ruſpenſis Epiſcopus factus eſt. Qui cum aliis antiſtitibus à Thraſamundo rege perſecutionem excitante relegatur in Sardiniam. Eius Acta. Theodoricus victis Bulgaribus Sirmienſem Pannoniam ſibi ſubiecit. Caſſiodorus.	14	IV	1257	1252
5218 10. 12. 13 B	4488	505	222	*Sabinianus.* *Symmachi* *Theodorus.* 8. Hoc anno bello Perſico finis imponitur. Nam Cabades multis à Celere cladibus affectus, & Caduſiorum defectione coactus pacem cum Romanis pepigit. quibus Amidam, aliáque opida reſtituit. Theophanes. Ioanne Alexandrino Epiſcopo mortuo ſuffectus eſt Ioannes Nicæotes. Liberatus Machæotam vocat. Sabinianus Conſul contra Mundonem Getam dimicans fœdam cladem accepit. Marcell. Sub hoc tempus Chlodoueus hortatu coniugis ſuæ Eccleſiam in honorem SS. Petri & Pauli cœpit extruere: quæ nunc S. Genoueſæ dicitur. Hincmarus in vita S. Remigij.	15	Ol. 321	1258	1253
5219 11. 13. 14 A	4489	506	223	*Arcobinda.* *Symmachi* *Meſſala.* 9. Anaſtaſius conflatis ſtatuis multis propriam in foro Tauri collocauit. Marcell. Idem Macedonium Epiſcopum Conſtantinopolitanum ad hæreſim ſuam conatus eſt adducere, ac renitentem vexare inſtituit. Item Xenaiam, ſiue Philoxenum Manichæorum principem in vrbem introduxit. Sed Macedonio illius communionem auerſante, ac populo tumultuante noctu eundem ſubduxit. Macedonius ſicario cuidam, à quo appetitus erat, menſtruam annonam dari iuſſit, indéque manſuetudinis laude claruit. Theophanes. Anno Alarici Vviſigothorum regis ſecundo & vigeſimo prope completo, Agathæ in Narbonenſi Gallia Synodus habita IV Id. Septembris, in qua multi ad conſtituendam Eccleſiæ diſciplinam ſanciti Canones. Eodem anno Chlodoueus Francorum rex, cùm Alarico bellum induxiſſet, acie cum eo congreſſus in campo Vocladenſi, manu ſua illum occidit, ac fuſo eius exercitu, miſſo Theodorico filio, magnam illius ditionis partem obtinuit. Ruthenos	16	II	1259	1254

enim, Cadurcos, & Aruernos ille ſubegit, & ad patrem, qui in Burdegalenſi vrbe hiemabat, victor reuerſus eſt. Vide Gregor. Turon. lib. II, cap. XXXIX. & Aimoinum lib. I, cap. XXI, & XXII. Alaricus porrò XXII annos ſolidos regnauit, vt idem Gregorius narrat.

Amalaricus verò filius Alarici Hiſpaniam in poteſtate ſua retinuit. Extant apud Caſſiod. lib. III Var. initio aliquot epiſtolæ Theodorici Gotthorum in Italia regis ad Alaricum, Chlodoueum, & Gundibaldum Burgundionem regem, qui cum Chlodoueo conſpirarant, quibus ad pacem omnes hortatur.

Hunc annum Chlodouei victoriæ, & Alarici morti, adeóque Toloſano Gotthorum imperio præfinimus Gregorium ſecuti: qui Alarico duos tantùm & viginti annos tribuit, & quinto ante Chlodouei obitum anno id accidiſſe memorat. Quæ autem in Annalibus contra Gregorium afferuntur argumenta, annis duobus conſequentibus facilè diſſoluentur.

Circa hæc tempora S. Genouefa octogenaria maior exceſſit è vita, ſepultáque eſt in æde SS. Petri & Pauli, quæ hodie ab illa nomen accepit. Sur. III. Ian.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5220 12. 14. 15 G	4490	507	224	*Anaſtaſius Aug.* III. *Symmachi* *Venantius.* 10.	17	III	1260	1255

Anaſtaſium ſine collega ponit Marcellinus. Caſſiodorus Venantium addit.

Chlodoueus appetente vere Toloſam petiit. Indéque theſauris Alarici ſublatis, Engoliſmam, diuinitus ſubuerſis illius muris, obtinuit. ac Turonos reuerſus eſt. Gregorius & Aimoinus locis citatis.

Anaſtaſius cognitis rebus à Chlodoueo geſtis codicillos Conſulatus ad eum miſit, qui Turonis in baſilica S. Martini tunica blattea indutus eſt, & chlamyde; ac vertici diadema impoſuit. Quin & aurum argentúmque manu ſua populo ſparſit. & ab ea die tanquam Conſul, & Auguſtus eſt vocitatus. Nimirum inſignia Conſulatus accepit. Poſteà Pariſios veniens ibi ſedem regni conſtituit. Gregor. lib. II, cap. XXXVIII. & Aimoinus.

Daras opidum Meſopotamiæ in limite Perſici & Romani imperij muniuit Anaſtaſius, & Anaſtaſiopolim nominauit. Theophanes. Euagr. lib. III, cap. XXXVII.

Giſalaricus Alarici ſpurius Narbonæ princeps efficitur. Iſidorus Chron. Quod neceſſe non eſt eodem anno, quo Alaricus obiit, accidiſſe.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Consules	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5221 13. 15. 1 FE	4491	508	225	*Celer.* *Symmachi* *Venantius.* *11.*	18	IV	1261	1256 April. 22.

Theodoricus Gotthorum rex comparato exercitu Hibbam Comitem in Gallias deſtinat. qui Francos ingenti clade cecidit, occiſis in prælio plus XXX M. Francorum, ait Iordanus. Caſſiod. Chron. Procopius lib. I Goth. ſcribit Francos Carcaſonæ obſidionem ſoluiſſe; & omiſſa Narbo-

nenſi Gallia, Aquitaniam obtinuiſſe; eámque partem Theodoricum, quòd inde eos pellere non poſſet, illis reliquiſſe. Potuit autem Theodoricus anno interiecto poſt Alarici mortem expeditionem iſtam ſuſcipere. vt ex eo coniectura ſatis firma duci nequeat, Alaricum proximè antecedente anno mortem obiiſſe. Sic igitur Theodoricus Vuiſigothorum ditionem in ſuam poteſtatem redegit, eámque Amalarici pupilli nomine per Præfectos ſuos adminiſtrauit. quemadmodum & Hiſpaniam, vt ex Caſſiodori Variis conſtat.

Arelatenſis ciuitas diu à Francis obſeſſa, & à Gothis validè propugnata eſt. qua in obſidione S. Cæſarij & in captiuos inopéſque benignitas, & in tolerandis iniuriis patientia, & fortitudo inſignis eluxit. quam Cyprianus in eius vita recenſet.

Chlodoueus Pariſiis graui ægritudine correptus à S. Seuerino Abbate liberatur. Apud Sur. XI Feb. in vita S. Seuerini. Aimoinus lib. I, cap. XXIV.

Anaſtaſius Flauianum Antiochenum Epiſcopum Henotico ſubſcribere coëgit. Quin & Xenaias impius Manichæus Leonem Papam, vnà cum Calchedonenſi Synodo damnauit. Elias Hieroſolymorũ Epiſcopus Imperatori parere noluit. Theophanes. Sed Monachorum Palæſtinorum ad Alciſonem Epiſtola, quam deſcripſit Euag. lib. III, cap. XXXI; vbi fuſè res tota narratur, de Flauiano aliud ſuadet. Nam Xenaiam refert omiſſa Calched. Synodi mentione, Dioſcori, Theodori, Theodoreti, Ibæ, aliorúmque damnationem ab eodem extorſiſſe. Cùm autem & Synodi eiurationem impetrare vellet, nequaquam adigere potuiſſe.

Circa hoc tempus bellum ſecundum inter Chlodoueum, & Gundibaldum Burgundionum regem geſtum videtur. quando Franci cum Oſtrogothis aduerſus illos conſpirarunt. Sed moram conſultò trahentibus Gothis, Franci interim Burgundiones ſuperant. Ita ſuperuenientes Gothi placatis iiſdem in prædæ partem venerunt. Procopius lib. I de bello Goth. Caſſiod. lib. VIII, Ep. X. Gundibaldus vndique pulſus in Italiam confugiens miſerè periit. Sigiſmundus Gundibaldi filius Burgundionum imperij reliquias obtinuit; ac fidem Catholicam S. Auiti Viennenſis opera complexus eſt. Meminit eius pietatis S. Gregorius Turon. lib. III, cap. V.

Per. Iul. ☀. ⊙. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5222 14. 16. 2 D	4492	509	226	*Opportunus V.C.* *Symmachi 12.*	19	Ol. 322	1262	1257

Caſſiodorus Importunum vocat.

Chlodoueus Francorum rex in propinquos ſuos ſæuiit, Chararicum, Sigebertum, & Ragnarieum Cameraci regnantem; eorúmque ditiones occupauit.

Hæretici monachi ducenti ab Oriente Conſtantinopolim cum Seuero impio hæretico profecti ab Anaſtaſióque Imperatore honorificè ſuſcepti, contra Macedonium, & Calchedonenſem Synodum tumultus concitarunt. Ioannes verò

Alexandrinus Epiſcopus duo milia librarum Anaſtaſio pollicitus eſt, ſi Calchedonenſem Synodum penitus aboleret. Inſtante igitur apud Macedonium Imperatore, negauit is citra Oecumenici Concilij decretum, cui Romanus Pontifex præeſſet, hoc ſe poſſe facere. Ob id commotus in illum Imperator τῆς ἀσυλίας priuilegia ab Eccleſiis Catholicis ad hæretica conuenticula tranſtulit. Interim Catholici Palæſtinæ Monachi, audito Seuerum Conſtantinopolim irrupiſſe, fidei ardore ſuccenſi eôdem accelerant. Dorotheus porrò Monachus Alexandrinus pro Calchedonenſi Concilio ingens volumen elucubrauit, & Imperatori per Magnam illius fratris coniugem Catholicam fœminam obtulit. Huius erat hæc inſcriptio: τραγῳδία, ἤτοι προφητεία τῆς νῦν καταστάσεως. *Tragœdia ſiue Prophetia præſentis ſtatus.* Ob id in Oaſin ille relegatus eſt. Macedonius interim Flauianum Antiochenum, & eius apocriſiarios, cæteróſque, qui contra Synodum inſurrexerant, anathemate damnauit. Deuterius Arianorum apud Conſtantinopolim Epiſcopus, cùm Barbarum quendam hac verborum formula contra traditionem Eccleſiaſticam baptizaret: *Baptizetur Barbarus in nomine Patris per Filium in Spiritu ſancto*, ex fonte baptiſterij aqua ſtatim euanuit. Theophanes. Theodorus Collect. Sed de Flauiano relege quæ anno ſuperiore dicta ſunt.

Hoc initium fuit Seueri nefandi hæreſiarchæ. qui antea Synodi propugnator erat, & apocriſiarius ex Monacho Conſtantinopolim miſſus eſt: vt ait Liberatus in Breuiario, cap. XIX.

Orto Conſtantinopoli incendio, porticus, & inſignia quædam opera conſumpta ſunt. Marcellinus.

Per. Iul. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5223 15. 17. 3 C	4493	510	227	*Boëtius ſolus.* — *Symmachi 13.*	20	11	1263	1258

Theophanes Sidone in Phœnicia pſeudoſynodum Imperatoris nutu celebratam refert; in qua Calchedonenſis damnata Synodus. Sed eam paulo pòſt ab eodem Anaſtaſio per Eutropium Tribunum diſſolutam. qui Flauianum Antiochenum, & Eliam Hieroſolymitanum coëgit, vti Calchedonenſe Concilium reſpuerent. Flauianus tribus Synodis & Henotico ſubſcribens nullam Synodi mentionem fecit: Elias nominatim damnauit. Anaſtaſius verò per turbulentos Monachos Flauianum compulit, vt cum Synodo Calchedonenſi Diodorum Tarſenſem, Theodorum Mopſueſtenum, Ibam, & Theodoretum damnaret. Interim Conſtantinopoli in palatio, in Archangeli Michaëlis æde per deſertores Monachos, & conductos homines Triſagium hymnum cantari fecit Anaſtaſius cum nefaria hac appendice: *Qui crucifixus es pro nobis.* Sequenti Dominica cùm idem in Magna Eccleſia tentaſſent, ingens eſt orta ſeditio. Anaſtaſius inſtructa ſuorum manu, cuius princeps erat Seuerus, Macedonium oppugnare inſtituit. Sed Catholicis Monachis, Archimandritis, ac ci-

uibus acerrimè reſiſtentibus, ac martyrij tempus adeſſe vociferantibus, & in Anaſtaſium frementibus, conſenſu populi territus ille cedendum tempori putauit. Itaque Macedonium, quem ſe nunquã viſurũ iurauerat, in Palatium vocauit, ab eóq; ſeuerè caſtigatus patienter tulit. Hæc Theophanes. Sed Sidonium conciliabulũ biennio pòſt coactum eſt. Tum quæ de Flauiano & Elia tam Theophanes, quàm Theodorus Lector in Collect. II memorant, ſuſpecta redduntur cùm ex Cyrillo in vita S. Sabbæ, tùm ex Epiſtola Monachorum ad Alciſonem, cuius ſuprà meminimus. Ambo enim, atque imprimis Elias in fide conſtantes fuerunt.

Aurelianis prima Synodus à Francis Clodouei iuſſu celebrata, in qua multa ad Eccleſiæ vtilitatem inſtituta ſunt. Hincmarus. Sigebertus.

Haud multo pòſt Clodoueus Pariſiis obiit annos natus XLV, cùm regnaſſet XXX, & ſepultus eſt in æde SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, quam ipſe conſtruxerat. Gregor. Turon. in calce lib. III.

Succeſſerũt eius filij IV, Theodoricus, Chlodomirus, Childebertus, Chlotarius: qui regnum inter ſe partiti ſunt. Theodoricus ſedem regni ſortitus eſt Metis: Clodomirus Aurelianis: Clotharius Sueſſionis: Childebertus Pariſiis. Aimoinus lib. II, cap. I.

Porro cùm Clodouei initium, vti lib. XI dictum eſt, haud penitus exploratum ſit, non minùs probabiliter in annum ſequentem reiici, quàm hoc ipſo conſignari potuit.

Ab hoc anno regnum in Hiſpania Theodorici computari cœpit: vt Iſidorus in Chronico refert. Vide annum Chriſti DXVI.

Per. Iul. ✳. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5224 16. 18. 4 B	4494	511	228	*Secundinus. Felix.* *Symmachi 14.*	21	III	1264	1259

Anaſtaſius Imper. Macedonium Conſtantinop. Epiſcopum fraude circunuenit. Nam ab eo fidei profeſſionem extorſit, in qua Nicæni duntaxat, & Conſtantinopolitani Concilij fidem profeſſus eſt, Epheſini, & Calchedonenſis omiſſa mentione. Quanquam Neſtorium, & Eutychem damnauit. Sed & duos filios, duóſque Chriſtos; vt & naturas duas aſſeuerãtibus anathema dixit. Ideo Monachi ab eius cõmunione ſeparati ſunt. donec illis Calchedonenſis Synodi probatione ſatisfecit. Anaſtaſius interim grauiter ferens, quòd fidei ſuæ confeſſionem, quam Euphemio quondam, cùm in Imperatorem cõſecrandus eſſet, ſcripto tradiderat, & is Macedonio ſacrorum vaſorum cuſtodi commiſerat; ab eodem Macedonio Euphemij ſucceſſore recipere non poſſet, per Celerem Magiſtrum Officiorum detruſum hunc Epiſcopatu in Euchaita relegauit, Ariadna id ob amorem Macedonij, ægrè ferente. Pulſo Macedonio Anaſtaſius authentica Synodi Calchedonenſis Acta, quæ Macedonius in altari obſignata cõdiderat, furtim per Calopodium eunuchum ſurrepta in poteſtatem habuit. In locum verò Macedonij Timotheus

preſbyter, & vaſorum cuſtos ordinatur. qui ſtatim imagines Macedonij diſiecit. tum Nicænum ſymbolum per ſingulas ſynaxes pronunciari fecit: vt tacitè Macedonium notaret, quaſi minimè illud reciperet. cùm hactenus ſemel quotannis in ſancta Paraſceue diceretur; quo tempore catecheſin Epiſcopus inſtituebat. Theodorus Lector Collect. II. Marcellinus. Euagrius III, cap. XXXI. Theophanes.

Eodem anno, ſed Indict. V contigerunt, quæ Marcellinus refert. Die, inquit, dominico, dum iubente Anaſtaſio Cæſare, per Marinum, & Platonem in Eccleſiæ pulpito conſiſtentes in hymnum Trinitatis Deipaſſianorum quaternitas additur, multi Orthodoxorum priſtina voce pſallentes, perfidóſque præcones obiurgantes, in eiuſdem Eccleſiæ gremio cæſi ſunt. Idem & altera die contigit. Itaque commotus populus VIII Id. Nouemb. quo die memoria cineris dudum totam Europam tegentis apud Byzantium celebratur, in forum Conſtantini vndique confluit: ac deiectis Anaſtaſij ſtatius, diſturbatóque Celere & Patricio, qui placandi cauſa venerant, Areobindam Imperatorem poſtulant. Pòſt in Circum ad Anaſtaſium venientes, & ante eius ſolium conſiſtentes, hymnum Trinitatis iuxta morem Catholicorum concinunt; atque Euangelium, crucémque Chriſti ferentes è foro plurimi conuenerunt, Marinum, Platonémque prauitatis eius authores feris obiici iubentes. Quos periuriis ſolitis Anaſtaſius placauit. & mox apud Sidonem Conciliabulum colligi fecit LXXX pſeudoëpiſcoporum, aduerſus Catholicam fidem. Marcellinus. Hanc Synodum Theophanes præpoſterè collocauit. Ex quo, vt ex Theodoro Lectore, colligitur, bis hymnũ Triſagium adulterare publicè conatum Imperatorem, toties populi con ſenſu territum & in diſcrimen adductum fuiſſe. Nam id prius accidit, quàm Macedonius eiiceretur: & eo pulſo denuo factum eſt.

S. Sabbas annum agens LXXIII rogatu Eliæ Hieroſolymorum Epiſcopi legationem ad Anaſtaſium pro fidei Catholicæ cauſa ſuſcepit. quem & offenſum Eliæ placauit. Cyrillus in S. Sabba.

Alaricus Alarici Viſigothorum regis filius Clotildem Clodouei filiam duxit. Greg. Turo. lib. III, cap. I.

Per. Iul. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.			Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5225 17. 19. 5 A G	4495	512	229	*Paulus.* *Muſcianus.*	*Symmachi* 15.	22	IV	1265	1260 Aprilis 17.

Symmachus Papa ad Orthodoxos Illyrici, Dardaniæ, & Thraciarum encyclicam dedit.

Flauianus Epiſcopus Antiochiæ de ſede ſua pulſus, & in caſtellum, quod Petra dicitur, in extremis Palæſtinæ finibus, relegatus eſt: vbi & confeſſor Chriſti in Domino requieuit. Ita Marcellinus. Euagrius lib. III, cap. XXXII refert antequam eiiceretur, ingentem Antiochiæ tumultum exci-

Per. Iul. ☼. ⊙. Ind	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.

Imp. Rom	O-lymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.

tatum eſſe, cùm Xenaias Hierapolitanus pſeudoëpiſcopus perditos quoſdam Monachos aduerſus Flauianum concitaſſet, populus verò quàmplurimos ex iis occidiſſet.

Gens Erulorum in Romanorum agros & ciuitatis iuſſu Anaſtaſij recepta eſt. Marcell. qui hoc anno Solis defectum accidiſſe memorat. Sed nullum Tabulæ hoc anno repræſentant. tametſi medius Lunæ motus Iunij xxx promittere videatur. Sed latitudo Lunæ veri & apparentis Nouilunij non eſt ecliptica. Dani cum rege ſuo Chochilaicho Theodorici regnum infeſtant. Sed ab eius filio Theodoberto interfecto rege, claſſis eorum ſuperata, atque diſiecta eſt. Gregorius lib. III, cap. III.

Per. Iul. ☼. ⊙. Ind	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5226 18. 1. 6 F	4496	513	230	23	Ol. 323	1266	1261

Clementinus. *Symmachi*
Probus. 16.

Seuerus hæreticus Antiochenum thronum occupat anno, vt putat Euagrius, χρηματισμοῦ τῆς Αντιοχείας DCLXI. Hic Sozopoli oriundus in Piſidia primùm in foro verſatus eſt. tùm poſt baptiſmum Monachus in quodam Monaſterio factus, inter Gazam & Maiumam, indéque pulſus ob hæreſin, Conſtantinopolim venit. vbi conciliatus Anaſtaſio Antiochenam ab eo ſedem obtinuit; ac ſtatim collecto conciliabulo Synodicas ſcripſit, quibus Calchedonenſe Concilium damnauit. Quæ cùm à pleriſque non probarentur, magna in Orientalibus Eccleſiis orta perturbatio eſt. Euagrius lib. III, cap. XXXIII. Marcellinus cùm Seuerum hoc anno in Antiochenam ſedem intruſum eſſe memorat; tùm Dorotheum Ancyranum orthodoxum Anaſtaſio valdè repugnantem, vitæ finem, ceu prædixerat, habuiſſe.

Elias Hieroſolymitanus, quòd Synodicis Seueri, & Concilij Calchedon. damnationi aſſentiri nollet, expulſus eſt, eique ſuffectus Ioannes è Crucis cuſtodibus, cùm anathemate damnatâ Synodo Calchedonenſi Seueri communionem, & Synodicas literas admiſiſſet. Egregiam perturbatiſſimus iiſce temporibus operam Eccleſiæ nauauit S. Sabbas cum Monachis ſuis: cuius opera Ioannes Hieroſolymitanus ad meliorem mentem rediit, & Catholicam fidem publicè profeſſus eſt. Cyrillus in S. Sabba. Theophanes.

Theodorus Lector ſcribit Anaſtaſium Imperat. à Seuero iuſiurandum exegiſſe, priuſquam Antiochenus Epiſcopus fieret, Calchedonenſi Synodo anathema non dicturum: eundem verò contra iuſiurandum, ſimulatque in throno conſedit, ex ambone illi anathema dixiſſe. Quod quidem de Anaſtaſio probabile non videtur.

Alamundarus Saracenorum Phylarchus ad Chriſtianam fidem conuerſus eſt. ad quem cùm duos perfidiæ ſuæ fautores Epiſcopos Seuerus miſiſſet, prudenti ioco ſic iſtos eluſit: Literas ſe accepiſſe dixit, quibus S. Michaëlem Archangelum obiiſſe nunciabatur. quod illis fieri non poſſe cauſantibus ſubiecit Alamundarus: quomodo igitur Chri-

ſtus, ſi vnius eſt, ac diuinæ tantummodo naturæ, mori potuit, cùm ne Angelus quidem potuerit? Quo dicto rubore ſuffuſi diſceſſerunt. Theodorus Lector II.

S. Sabbas, vt oppreſſæ tributorum magnitudine Palæſtinæ ſuccurreret, ad Anaſtaſium iterum profectus, ac benignè ab eo exceptus eſt.

Cabades Perſarum rex, cùm in quodam caſtello theſaurum ineſſe didiciſſet, qui à dæmonibus aſſeruabatur, ad eóſque pellendos, Magorum ac Iudæorum præſtigias incaſſum adhibuiſſet: tandem Chriſtianorum illi opera fugati ſunt. quod admiratus Cabades Chriſtianis plurimùm detulit. ad eóſque quibus liberet tranſeundi poteſtatem conceſſit.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5227 19. 2. 7 E	4497	514	231	*Senator ſolus. Is eſt M. Aurelius Caſsiodorus.* — LII *Pontifex Hormiſda* I.	24	II	1267	1262

Vitalianus Scytha Comes Fœderatorum ab orthodoxis quibuſdam incitatus in Anaſtaſium conſurgit, armatis Romanorum equitum, peditúmque pluſquam LX millibus, & in Hebdomo congregatis: profeſſúſque ſe pro Orthodoxorum fide, ac Macedonio vrbis Epiſcopo ſine cauſa pulſo Conſtantinopolin venire. Sed Anaſtaſij ſimulationibus, & periuriis illuſus octauo quàm venerat die receſſit. Hinc Odyſſum Mœſiæ vrbem occupat; & Cyrillum ducem inter duas pellices dormientem iugulat, hoſtémque ſe Anaſtaſio palam exhibet. Marcellinus.

Theophanes ſcribit à Vitaliano ingentem pecuniæ vim interceptam, quæ ad rogas ſubmiſſa fuerat. tum LXV M. cæſa: captum Hypatium ducem Anaſtaſij, cuius mater patruelis erat Anaſtaſij. Ad hæc eundem Imperat. cum Timotheo Catholicos oppreſſiſſe, ac multos in Oaſim relegaſſe. porro Timothei Synodicis, & Macedonij exauthorationi ſubſcribere quoſdam noluiſſe ex Epiſcopis: alios metu ad id coactos. ipſum verò cum Seueri nomen in Diptycha referre vellet, & Flauiani delere, à populo prohibitum eſſe.

Iuliana fœmina primaria, quæ S. Virginis templum in Honoratis condiderat, Calchedonenſem Synodum acerrimè defendens cum Timotheo communicare noluit: ob idque multa ab Imperatore perpeſſa eſt. Contigit autem vt cùm Timotheus in Monaſterio Dij Archimandritam conſecraturus veniſſet, & is ab Hæretico conſecrari ſe nolle diceret, Calchedonenſem Synodum probaret. quod vbi Anaſtaſius reſciuit, & Timotheo exprobrauit, is continuò eandem Synodum eiurauit. Theophanes, & Theodorus Lector Collect. II.

Rurſus ob Triſagij deprauationem Conſtantinopoli grauis orta ſeditio: ſic vt Anaſtaſius in ſuburbio delituerit; Ariadna impietatem exprobrante. Theoph.

Symmachus Papa moritur XIV Kal. Aug. cùm ſediſſet annos XV, M. VIII, minus diebus IV. Poſt dies ſeptem, Auguſti XXVI, ſuffectus eſt Hormiſ-

Per. Iul. ✳. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.

da Campanus: itáque ſublato ſchiſmate pax Eccleſiæ optata rediit: vt ait Caſſiodorus.

Per. Iul. ✳. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5228 20. 3. 8 D	4498	515	232	25	III	1268	1263

Anthemius. *Hormiſdæ*
Florentius. 2.

Vitalianus contra Anaſtaſium vehementius inſurgens, cùm ad Vrbem exercitum admouiſſet, Syſthenenſe prædium ingreſſus eſt. Anaſtaſius Senatores ad eum miſit, qui pacis cum eo leges componerent. Conuênit vt reſtitutis in integrum Epiſcopis, qui ob fidem pulſi fuerant, Synodus cogeretur, cui & Romanus Pontifex intereſſet, & in ea quæ contra Orthodoxos geſta fuerant emendarentur. Quod cùm Imperator vna cum Senatu, & principibus, ac populo iuraſſet, pax eſt reddita, ingenti in Vitalianum pecuniæ vi depenſa. Secundianus, qui Anaſtaſij ſororem duxerat, Hypatium filium à Vitaliano vinctum multis lacrymis impetrauit. Scripſit ad Hormiſdã Anaſtaſius. Theodoricus verò Vitaliano ſtudens apud eundem Põtificem inſtare non deſiit: donec ille in Orientem Legatos deſtinaret, Ennodium Ticinenſem Epiſcopum, Fortunatum item Epiſcopum, Venantium preſbyterum, & Vitalem Diaconum: pollicitus ſi ſerio res ageretur, & Neſtorio, Eutyche, aliiſque tam hæreticis, quàm hæreticorum fautoribus damnatis, Acacij, & aliorum aboleretur memoria, ſe Conſtantinopolim eſſe venturum. Sed Anaſtaſius ſolita tergiuerſatione ſtudium Pontificis eluſit. Theoph. Marcellinus.

Cæterùm Euagrius lib. III, cap. XLIII naualis cum Vitaliano conflictus meminit, in quo Marinus Syrus Anaſtaſij dux illum ſuperauit. Zonaras quoque prodidit opera Procli Mathematici excellentis, qui ſpeculis ex ære fabricatis claſſem hoſtium incendit, victoriam hanc eſſe reportatam.

Hunni Armenia tranſmiſſa totam Cappadociam deuaſtantes vſque Lycaoniam perrexerunt. Ariadne Auguſta LX annis in palatio exactis vita deceſſit. Marcellinus. Contigit in illa Hunnorũ eruptione, vt Macedonius Conſtantinop. Epiſcopus Gangram ſe in tutum reciperet. quod vbi reſciuit Anaſtaſius, diligentius illîc eum aſſeruari iuſſit. quin & percuſſorem ſubmiſit. Sed interim fatis ille conceſſit: & ad S. Callinici Martyris ſepulcrum conditus eſt, vbi & miraculis claruiſſe memoratur à Theophane. Qui hoc inſuper addit; Theodorum eius familiarem in ſomnis ab eodem monitum, vt Anaſtaſium ad diuinum tribunal comparare ſe iuberet.

Theodoricus rex Amalaſuintam filiam ſuam Eutharico copulauit. Caſſiod.

Per. Iul. ✳. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5229 21. 4. 9 CB	4499	516	233	26	IV	1269	1264 Aprilis 16.

Petrus ſolus. *Hormiſdæ* 3.

Hoc anno Imperator Anaſtaſius ad Hormiſdam legatos cum literis miſit. quibus Catholicam fidem præ ſe ferebat, & ad ſpem conuocandi Concilij animum illius erigebat. Legati porrò quod Laïci forent ægrè tulit Hormiſda. quos etiam Eutychiana infectos labe cùm deprehendiſſet, remiſit.

ſit. déque tota re ad S. Auitum Vienneníem literas dedit. quibus teſtatur complures Thraciæ, Dardaniæ, & Illyrici Epiſcopos quà in Eccleſiæ Romanæ communione ſtabilitos, quà eidem reſtitutos eſſe.

Interim Anaſtaſius conciliato ſibi populo Vitalianum in ordinem redegit, eique ſucceſſorem Rufinum dedit ac tum palam fidem ſuam de legitima indicenda Synodo fefellit; cùm non modò Sacram ad Hormiſdam ſuper ea re per Vitalianum dediſſet: ſed etiam multi iam Epiſcopi conueniſſent. Clam verò ipſum ad Hormiſdam ne ſe Italia moueret, ſcripſiſſe author eſt Theophanes: additq; cùm populus perfidiam exprobraret, Manichæis inſtructum artibus reſpondiſſe, Imperatoribus peierare fas eſſe. Itaque in Catholicos Epiſcopos opprimendos totus incubuit. Helias Hieroſolymorum Epiſcopus in exilio moritur. Laurentius Lychnidenſis, Domnio Serdicenſis, Alciſſus Nicopolitanus. (Is es Ἀλκίσων, ad quē data à Palæſtinæ Monachis Epiſtola extat apud Euagriū lib. III, cap. XXXI) Gaianus Naiſitanus, & Euangelius Pautalienſis Illyriciani Epiſcopi Conſtantinopolim iuſſu illius adducti. Alciſſus & Gaianus ibidem mortui ſunt. Laurentius in atrio SS. Coſmæ & Damiani ingenti miraculo ſanitatem recuperauit. Marcellinus.

Ioannes Nicæota, vel Machiota Alexandrinus Epiſcopus, expletis annis x mortuus eſt. Succeſſit eidem Dioſcorus iunior Timothei Æluri conſobrinus. Niceph. Chron. Theophanes. qui & Alexandriæ turbas concitatas eſſe dicit; & Auguſtalis filium occiſum. Ob id interfectis viciſſim pleriſque ciuibus, exarſiſſe inſuper in illos Imperatorem. vnde Dioſcorus placandi eius cauſa Conſtantinopolim venit. Sed à populo contumeliis exceptus tanquam hæreticus, paulo pòſt fugit.

Ioannes alter in locum Alciſonis Nicopolitanus antiſtes factus, celebrata Synodo literas ad Hormiſdam dedit. cúmque propterea à Dorotheo Theſſalonicenſi, aliiſque vexaretur, quod ſe in communionem Rom. Pont. totum dediſſet, multum pro eo Pontifex laborauit. Epiſt. Hormiſdæ. Tom. II Conc.

Concilium Tarraconenſe in Hiſpania habitum eſt anno ſexto Theodorici regis; ex quo ſcilicet in Hiſpania regnare cœpit. quod anno Italici regni XVIII contigiſſe refert Iſidorus in Chron.

Clodouei filij matris Chrothildis hortatu Sigiſmundo Burgundiæ regi, eiúſque fratri Gundemaro bellum indicunt. Clodomirus fugato Gundemaro, Sigiſmundum vinctum abducit, & in finibus Aurelianenſis vrbis cum vxore, & liberis aſſeruauit. Gregorius Turon. lib. III, cap. VI.

Per. Iul. ✱.⊙. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5230 22. 5. 10 A	4500	517	234	*Anaſtaſius Imper.* *Hormiſdæ* *Agapitus.* 4.	27	Ol. 324	1270	1265

Getarum incurſione Macedoniæ duæ, Theſſa-

lia, ac vetus Epirus populatæ ſunt. Mille tunc librarũ auri denarios per Paulum Anaſtaſius ad redimendos captiuos Ioanni Præfecto Illyrici miſit. Deficiente pretio plerique trucidati ſunt. Marcel.

Hormiſda Pontifex Aprili menſe nouam ad Anaſtaſium legationem mittit. Legati fuere Ennodius Ticinenſis, & Peregrinus Miſenas Epiſcopi, quibus tam ad Imperat. quàm ad Timotheum Conſtantinopolitanum antiſtitem, alióſque literas dedit, cum libello Catholicæ profeſſionis. Sed Anaſtaſius legatos fruſtra muneribus tentatos fragilem in nauem impoſuit; & ad vllam ciuitatem vetuit appellere. At illi per fideles quoſdam Monachos Hormiſdæ literas vbique diſperſerunt.

Tum verò grauis in Syria perſecutio contra Catholicos, maximéque Monachos à Seuero Antiochiæ, & Petro Apameæ Epiſcopis concitatur. Anaſtaſius aſperas ad Hormiſdam literas reſcripſit. Hæc ex Epiſtolis Hormiſdæ.

Gerundenſe Cõcilium in Hiſpania VII Epiſcoporũ habitũ eſt, præſidente Ioanne Tarraconenſi, cui vices ſuas Hormiſda cõmiſit. Hormiſdæ Epiſt.

S. Fulgentius de fide ſcripſit ad Petrum.

Clodomirus rex Sigiſmundum Burgundionum regem, nequicquam deterrente S. Auito Miciacenſi abbate, apud Columnam Aurelianenſis vrbis vicum cum vxore, & liberis in puteum iactari præcepit. atque is poſt obitum miraculis claruit, & inter ſanctos relatus eſt. Inde cum Theodorico fratre contra Burgundos profectus primo conflictu victor, dum in hoſtes acriùs, longiúſque effertur, occiſus eſt. Eius vxorem Guntheucam Clotharius duxit: filios verò tres Clotildis ſecum habuit. Gregorius Turon. lib. III, cap. VI. Agathias. Lib. I.

Per. Iul. ☀. ⊙. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5231 23. 6. 11 G	4501	518	235	*Magnus ſolus.* *Hormiſdæ 5.* LII *Imp.* *Florentium collegam addunt alij.* *Iuſtinus.*	28 1	11	1271	1266

Conſtantinopoli rurſus ob Triſagij hymni deprauationem ingens coorta ſeditio eſt. qua territus Anaſtaſius poſitis Imperatoriis inſignibus miſerabilem ſe populo præbuit. qui ſubinde miſericordia commotus diadema vt reciperet hortatus eſt, promittens ſe in eius poteſtate futurum. Euagr. in calce lib. III.

Timotheus Conſtantin. Epiſcopus obiit. cuius in locũ ſuffectus eſt Ioannes Cappadox preſbyter, & Syncellus: iſque tertia die Paſchatis Pontificiis ornamentis indutus eſt, fautor Catholicæ fidei.

Anaſtaſio porrò per viſum vir terribilis apparuit. qui codicem manu tenens: ob ipſius impietatem quatuordecim ſe annos ex eius vita deleturum minatus eſt; & ſtatim induxit. Atque is octogenario maior Aprilis XI die fulmine, vt à pleriſque traditur, extinctus eſt. ipſa videlicet feria V maioris hebdomadæ. Nam Paſcha hoc anno XV die Aprilis incidit. Imperauit annos, vt refert Euagrius initio lib. IV, viginti ſeptem, menſéſque tres. cui & Marcellinus ſubſcribit. At

Theophanes menſes VII. qui & anno CCXXXIV Diocletiani mortuum tradit.

Huic Iuſtinus ſucceſſit genere Thrax. qui Iulij IX purpuram ſumpſit, anno Antiochenorum DLXVI, vt teſtatur Euagrius, ex Comite Excubitorum, vir ætate prouectus, ac religione pietatéque præſtans. Hæc ex Euagrio, Marcellino, Theophane, Chronico Alex. Cedreno, Zonara, &c. Euagrius porrò refert Amantium Anaſtaſij cubicularium, imperium, quod ad ſe, vtpote ſpadonem, transferre non poterat, Theocrito cuidam fidiſſimo ſibi voluiſſe tradere; ad idque pecuniarum vim maximam in milites diſtribuendam Iuſtino dediſſe. qui eaſdem ipſas nomine ſuo in populum, aut excubitores erogauit. Hæc ille. quæ meritò ſuſpecta ſunt. & videtur alioquin Euagrius in Anaſtaſium propenſior. cuius propinqui ab imperio deiecti ſunt.

Iuſtinus ſimulatque imperare cœpit, Lupiciam coniugem ſuam coronari fecit, & mutato nomine Euphemiam appellauit. Zonaras. Cedrenus.

Eodem tempore, quo mortuus eſt Anaſtaſius, Elias Hieroſolymitanus Patriarcha exulans diuinitus id reſciuit, & decimo pòſt die mortuus eſt, vt ipſe S. Sabbæ ſignificauit. Sed & Flauianus Antiochenus ob fidem exulans ſimili diuinitus admonitione certior redditus paulo pòſt diē obiit. Cyrillus in Sabba & Pratum Spirit. cap. XXXV.

Statim ergo Synodus à Ioanne Conſtantinopolitano Epiſcopo celebrata; in qua ſancta Synodus Calchedonenſis in ſacras tabulas relata; nec non S. Leonis Papæ, & Euphemij Macedoniíque nomina. Seuerus autem impius damnatus eſt. Concil. Conſtant. ſub Menna.

Vitalianus, qui ab Anaſtaſio defecerat, Iuſtini Imperat. amiciſſimus, ab eóque Magiſter militiæ factus, fidei catholicæ amore flagrans effecit, vt Iuſtinus Seuero linguam præcidi iuberet: idque Irenæo mandatum eſt Orienti præfecto. At Seuerus anno, vt ait Euagrius, Antiocheno DLXVII, menſe Septembri, cum Iuliano Halicarnaſſenſi fugit in Ægyptum, eámque prouinciam peſtiferi contagione erroris infecit. In eius locum Antiochiæ creatus eſt Epiſcopus Paulus. Porro Dioſcoro minore per id tēpus mortuo, Timotheus Alexandrinus Epiſcopus erat. Exinde frequentes vbique Catholicorum Synodi celebratæ ſunt. Iuſtinus quoque ſacroſanctam Synodum edicto confirmauit, & Catholicos omnes in integrum reſtituit. Xenaiam Apameæ pſeudoëpiſcopum eiecit.

Inter alios, qui ab exilio reuocati ſunt, fuit Appion Patricius, qui Nicææ vi preſbyter ordinatus, à Iuſtino ob ſingularem prudentiam Præfectus Prætorio factus eſt. Euagrius lib. IV, cap. III, & IV. Theophanes. Zonaras. Cedrenus. Liberatus cap. XIX.

Cùm autem Ioannes Conſtantinopolitanus ad Hormiſdam ſcripſiſſet, Romæ is collecta Sy-

nodo decreuit, niſi Acacio Conſtantinopolitano quondam Epiſcopo damnato, communionem illi dandam non eſſe.

Amãtius palatij Præpoſitus, cum aliis cubiculariis Manichæis interfectus eſt, nec non Theocritus, quem Amantius ſpado Imperatorem deſtinauerat.

Per. Iul. ✳. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom.	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5232 24. 7. 12 F	4502	519	236	*Iuſtinus Aug.* *Eutharicus.* — *Hormiſdæ* 6.	2	111	1272	1267

Eutharicus Cillica Theodorici gener Conſulatum magnificentiſſimè edidit; hoc eſt variis ſpectaculis ac largitionibus celebrauit, vt refert Caſſiodorus. qui Chronicon ſuum hoc anno terminat.

Hormiſda legatos Conſtantinopolim miſit, inque his S. Germanum Capuanum cum literis ad Iuſtinũ & Euphemiam eius vxorem, Iuſtinianum Comitem domeſticorum, & alios. Illi magno vbique cum honore ſuſcepti ſunt, ac quicquid in mandatis acceperãt, feliciſſimè perfecerunt. Damnati hæretici, Neſtorius, Eutyches, Dioſcorus Alexandrinus, Timotheus Ælurus, Petrus Mogus, Acacius Conſtantinopolitanus. tum Phrauitæ, Euphemij, Macedonij, & Timothei eiuſdem vrbis antiſtitum nomina è Diptychis eraſa. ſed & Zenonis & Anaſtaſij Imperatorum. Quin & à Legatis data opera eſt, idem vt in aliis ciuitatibus, ac prouinciis fieret. Conſtant hæc ex Epiſtolis Legatorum ad Hormiſdam & aliorum, quæ in Tom. 11 Concil. leguntur. Apparet autem hæc inchoata, impulſaque maiori in hebdomada.

Inter Victorem Diaconum orthodoxum, & Leontium Monachum Scytham Vitaliani Magiſtri militum affinem, alióſque Monachos Scythas altercatio grauis incidit. Hi Victorem Neſtorianæ hæreſis apud Legatos accuſantes, cùm is inter alia Calchedonenſe Concilium, & Epiſtolam S. Leonis admittere publicè profeſſus eſſet, inſtabant vt inſuper aſſeueraret; vnum de Trinitate paſſum eſſe. quam nouitatem improbantibus Legatis, monachi Romam ad Hormiſdam profecti ſunt. vbi à Pontifice detenti ad Legatorum vſque reditum, ad Africanos ſcripſerunt: iiſque communi nomine S. Fulgentius librum reſcripſit de Incarnat. Verbi, & gratia, ac libero arbitrio. Horum Monachorum mentio eſt in Epiſtolis Hormiſdæ.

Ioannes Epiſcopus vnus ex Legatis Theſſalonicam profectus, vt fidei profeſſionem à prouinciæ illius Epiſcopus exigeret, Dorothei Theſſalonicenſis factione, ac populari ſeditione crudeliſſimè ſauciatus, ac pene occiſus eſt. Accitus ad cauſam dicendam Dorotheus à Iuſtino, corruptis iudicibus, leui exilio defunctus, paulo pòſt ad Eccleſiam ſuam rediit. Epiſt. Hormiſdæ.

Per idem ferè tempus Alexandriæ orta eſt hæreſis, vel hæreſeon potiùs diuortia. Quæſtio enim incidit ecquid Chriſti corpus corruptibile eſſet, an incorruptibile. Nam Seuerus corruptibile aſſe-

uerabat. Iulianus verò Halicarnaſſenſis Epiſcopus negabat. Timotheo Alexandrino Seuero ſuffragante, Themiſtius Diaconus ab eius communione diſceſſit. Obiiciebat enim ſi corpus Chriſti corruptibile eſt, conſequens eſſe, vti quædam ignorauerit. quod cùm Timotheus inficiaretur, Themiſtius ſchiſma fecit, & Agnoëtarum hæreſin condidit. Ex priori verò contentione nata ſunt Corrupticolarum & Incorruptibilium, ſiue Phantaſtarum diſcrimina. Liberatus in Breuia. cap. XIX. Leontius de Sectis. Act. V, & X.

Herminefredus Thoringorum rex Bertarium fratrem ſuum regni collegam interfecit. cuius filia fuit S. Radegundis. Deinde Almabergæ vxoris inſtinctu Baderisum alterum fratrem, adſcito in belli prædæque partem Theodorico Clodouei filio, profligauit. Sed victoriæ præmio Theodoricum poſtea fruſtratus eſt. Gregor. lib. III, cap. IV. Vide annum Chriſti 527.

Per. Iul. ✱. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.			Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5233 25. 8. 13 ED	4503	520	237	*Vitalianus.* *Ruſticus.*	*Hormiſdæ* 7.	3	IV	1273	1268 April. 15.

Vitalianus Conſul VII menſe Conſulatus ſui, XVI vulneribus confoſſus, cum Celeriano & Paulo ſatellitibus ſuis interemptus eſt. Marcellinus. Theophanes à Conſtantinopolitanis id factum refert: qui ſuorum cædem à Vitaliano defectionis tempore patratam vlciſcebantur. At Euagrius Iuſtini dolo eandem imputat lib. IV, cap. III.

Veneta factio per id tempus principatum ferens per ciuitates crudeliſſimè bacchata eſt; ac Praſinorum cædibus direptionibúſque infeſta habuit omnia. Theophanes. Cedrenus.

Ioannes Cappadox Conſtantinopolitanus Epiſcopus obiit. In eius locum ordinatus eſt Epiphanius presbyter & Syncellus Febr. XXV. Theophan. & Epiſt. Hormiſdæ. Scripſerunt & Iuſtinus Aug. & Euphemia eius vxor; nec non Iuſtinianus ad Hormiſdam, aliíque nobiles. Sed & Epiphanius, qui paululum cunctatus erat, Synodales ad eum literas miſit, cum muneribus. Inter cætera poſtulatum id eſt ab Hormiſda, vt eorum, qui communicarant cum Acacio nomina in Diptychis recitari pateretur: quòd in pleriſque ciuitatibus acriter ea retinerent. quod & impetratum eſt. Scripſit & Iuſtinianus in fauorem Cæſarienſis Epiſcopi: qui Elia deiecto, ab hæreticis ordinatus in Catholicum mutatus erat. At Baronius Eliam iſtum putat Hieroſolymitanum fuiſſe, qui ſucceſſorem habuit Ioannem. Verùm hic ipſe Elias poſt X dies, quàm Anaſtaſius extinctus eſt, obierat.

Eodem anno literas à Theſſalonicenſibus, & à Dorotheo Epiſcopo Pontifex accepit: quibus crudele illud in Ioannem legatum facinus excuſabatur. Epiſt. Hormiſdæ.

Neſtoriani ſolenni ritu Theodoreti effigiem in vrbem Cyrum curru inuehunt. quod Iuſtinus improbauit, & in authores vindicauit. V Synodus Act. VII in fine.

Poſſeſſor Africanus Epiſcopus ad Hormiſdam ſcripſit de libris Fauſti Regienſis in Galliis Epiſcopi, quos de gratia Dei ediderat, quibus Semipelagiana hæreſis erat adſperſa. Reſcripſit Hormiſda, vnáque & de Scythis Monachis certiorem reddens, eorum nequitiam patefecit, & Fauſti libros damnauit.

Floruit hoc tempore Ioannes Maxentius Monachus, qui contra Hormiſdæ Epiſtolam, & contra Poſſeſſorem ſcripſit, atque Eutychiani fuligine erroris infectus videtur.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Conſules	Pont.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5234 26. 9. 14 C	4504	521	238	*Iuſtinianus. Valerius.*	*Hormiſdæ* 8.	4	Ol. 325	1274	1269

Famoſiſſimum hunc Conſulatum Iuſtinianus magnificentia ſua reddidit. Nam CCLXXXVIII ſolidorum millia in populum, ínque ſpectaculorum apparatum inſumpſit. Leones XX, pardos XXX, exceptis aliis feris, in amphitheatro ſimul exhibuit. *Numeroſos præterea, phaleratóſque in Circo caballos iam donatis quoque impertiuit aurigis: vna duntaxat vltimáque mappa inſanienti populo denegata.* Marcellinus.

Paulus Antiochenus Epiſcopus moritur. cui ſuccedit Euphraſius Hieroſolymitanus presbyter. Is Calchedonenſem Synodum auſus è Diptychis eradere vnà cum Hormiſdæ nomine, poſteà metuens Synodos IV approbauit. Theophanes. Meminit Euphraſij & Euagrius lib. IV, cap. IV.

S. Brigida Scota virgo moritur. Marianus Scotus.

Alexandriæ, eiecto Timotheo hæretico, Catholicus Epiſcopus ordinatur Aſterius, vt ex Actis S. Arethæ conſtat apud Surium XXIV Octobris.

Per. Iul.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Conſules	Pont.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5235 27. 10. 15 B	4505	522	239	*Symmachus. Boëtius.*	*Hormiſdæ* 9.	5	II	1275	1270

Tzathius Lazorum rex à Perſarum rege deficiens Conſtantinopolim venit ad Iuſtinum, vt Chriſtianis ſacris initiaretur. vbi voti compos factus, Valerianam quandam Chriſtianam fœminam duxit, & ab Imperatore regia dignitate, & inſignibus regiis donatus eſt. Nam & corona capiti eius impoſita eſt, & holoſerica chlamyde alba indutus prodiit, cum eiuſdẽ coloris tunica aureis clauis intertexta. Hoc vbi reſciuit Cabades, cum Iuſtino grauiter expoſtulauit. At eo factum excuſante, nihilominus offenſus Perſa Ziligbin Hunnorum regem contra Iuſtinum concitauit. Verùm is ad Romanam ſocietatem illectum donis barbarum induxit. Qui ſubinde accitus a Cabade cum XX milibus ei præſto fuit. Iuſtinus barbarorum perfidiam Cabadi renunciauit. Itaque Cabades explorata re Ziligbin occidit, eiúſque deleuit exercitum. ac per legatos cum Romanis amicitiam inſtaurauit. Chron. Alexand. Theophanes.

Eodem tempore Cabades Choſroen filium natu minimum ſucceſſorem deſignans à Iuſtino in filium adoptari petiit: ſed Proclo Quæſtore viro prudentiſſimo diſſuadente, Iuſtinus recuſauit.

Procopius lib. 1 Perſ. Theoph.

Dunaan Homeritarum rex ex Chriſtiano factus Hebræus Nagram Chriſtianorum ciuitatem expugnauit; in eáque contra datam fidem multos, qui à Chriſto deficere nollent, interemit. quos inter illuſtris fuit S. Arethas. Surius Octobris XXIV. Theophanes.

Thraſamundus Vvandalorum rex in Africa moritur, cùm regnaſſet annos XXVII cum menſibus aliquot. Procop. 1 Vand. Huic ſucceſſit Hildericus Hunerici F. ex Valentiniani filia natus. qui cùm iureiurando adactus eſſet à Thraſamundo, ne Catholicis vnquam Eccleſias reſtitueret, priuſquam regnum capeſſeret, ne ſacramenti religionem violaret, Eccleſias aperiri, & Epiſcopos reuocari iuſſit. Tùm igitur Epiſcopi ad Eccleſias ſuas reuerſi ſunt: inter quos inſignis erat S. Fulgentius. Creatus porrò tunc eſt Carthaginienſis Epiſcopus Bonifacius. Iſidorus in Chron. Acta S. Fulgentij.

Per. Iul. ✱.☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5236 28. II. I A	4506	523	240	*Maximus ſolus.* *Hormiſdæ* 10. LIII *Pontifex Ioannes* I.	6	III	1276	1271

Hormiſda mortuus eſt, cùm ſediſſet annos IX, dies X, octauo Idus Auguſti.

Poſt dies VII, ſubrogatus eſt Ioannes Etruſcus.

Iuſtinus contra hæreticos & infideles edixit, & Manichæos capite punire iuſſit, ex iiſque plurimos occidit. L. XII, Cod. de Hæret. & Manich. Theophanes. Cedrenus. Quin & eodem tempore Cabades Manichæos pœnis ſubiecit. Cùm enim iſti filium eius Phtaſuarſam ad ſectam ſuam pollicitatione regni perduxiſſent, Cabades per fraudem ſibi conciliatos, & in vnum cum Epiſcopo ſuo coactos immiſſis ſatellitibus ſuis concidit. Theophanes.

Mortua Euphemia coniuge ſua, Iuſtinus Theodoram duxit, quam & hoc anno coronauit. Idem pleroſque lapidatorum, percuſſorum, vrbiſque depopulatorum ſua ob ſcelera deprehenſos ferro, igni, ſuſpendióque puniuit: ac ſummam ea ſeueritate tranquillitatem ſuis, & in ſe beneuolentiam excitauit. Marcellinus, Theophanes.

Per. Iul. ✱.☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5237 I. 12. 2 G F	4507	524	241	*Iuſtinus Aug.* II. *Opilio.* *Ioannis* 2.	7	IV	1277	1272 Aprilis 24.

Anazarbus Ciliciæ ſecundæ metropolis terræ motu ſubuerſa eſt, cùm ei Calliopius Irenæi filius præeſſet. Hanc Iuſtinus inſtaurauit, & Iuſtinopolim nominauit. Edeſſa quoque Oſroënæ metropolis Scirto flumine, qui mediam illam perlabitur, vltra ſolitum exundante, vaſtata eſt. Inuentus in ea lapis eſt cum hac inſcriptione, Σκιρτὸς ποταμὸς σκιρτήσει κακὰ σκιρτήματα πολίταις. *Scirtus fluuius malos ſaltus ciuibus ſaltabit.* Ad vtramque ciuitatem erigendam Iuſtinus multa contulit. Per idem tempus fœmina gigantea corporis mole ſpectabilis è Cilicia prodiit, quæ proceriſſimum quemque cubito vno ſuperabat. Theophanes.

Iuſtinus hæreticorum, maximéque Arianorum

Per. Iul. ☀. ⊙. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.

Eccleſias Catholico ritu conſecrari iuſſit. quod Theodoricus audiens magnoperè commotus eſt. Miſcella.

Concilium Arelatenſe III hoc anno celebratum eſt, Opilione iſto Conſule, non priore, qui cum Vincomalo Conſul fuit anno CCCCLIII.

Per. Iul. ☀. ⊙. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5238 2. 13. 3 E	4508	525	242	8	Ol. 326	1278	1273

Philoxenus. *Ioannis*
Probus. 3.

Theodoricus Italiæ rex pro Arianis ſuis laborans Ioannem Pontificem ad Iuſtinum proficiſci coëgit, vt à perſequendis Arianis deſiſteret. alioquin minitans ſe Catholicos in Italia profligaturum. Ioannes aliquot in itinere miraculis editis, (vt ait S. Greg. III Dial.) Conſtantinopolim veniens miro honore exceptus eſt. Dexter dextrum Eccleſiæ inſedit ſolium, diémque Domini noſtri reſurrectionis plena voce Romanis precibus celebrauit. Marcellinus. Addit Theophanes Ioannem, cùm eſſet Conſtãtinopoli, cum reliquis Epiſcopis communicaſſe, præterquam cum Timotheo Alexandrino. Miſcella verò cum Ioanne miſſos refert Theodorum, Hypatium, & Agapitum Conſulares viros, atque Agapitum patricium. ab iiſque Iuſtinum exoratum Arianos ſui iuris reliquiſſe. Anaſtaſius demum Iuſtinum Imperatorem ſcribit coram Pontifice ad terram ſe proſtrauiſſe, ab eóque coronari voluiſſe. Ioannes quidem ipſe Pontifex in Epiſtola anno ſequenti data teſtatur ſe Arianorum quaſcumque Cõſtantinopoli reperire potuit Eccleſias, Catholicas conſecraſſe. Quæ cum Miſcellæ Diaconi narratione haud ſatis conſentiunt: niſi eatenus à Legatis ſaltẽ Ioannis comitibus impetratum eſſe velimus, vt Iuſtinus Arianis conuentus ſuos permitteret; neque moleſtiam iis faceret. tametſi Ioãnes interim ademptas illis ab Imperatore Eccleſias conſecrarit. quæ & eidem ſupplicij cauſſa fuerit. Nam reuerſos legatos Theodoricus in vincula coniecit.

Hoc anno menſe Octobri, Indictione IV ingenti, & immiſſo diuinitùs incendio Antiochia vaſtata eſt, quod ad ſex menſes perſtitit: ac cùm ædificia multa; tùm mortales innumeros abſumpſit. nec illius cauſa ſciri potuit. Nam à ſummis domorum faſtigiis, ac tegulis ipſis profectum vniuerſa corripiebat. Theophanes.

Priſcianus Cæſarienſis Grammaticus hoc tempore floruit. qui Conſtantinopoli Grammaticam docuit. Caſſiodorus lib. de Orthog. cap. XII.

Per. Iul. ☀. ⊙. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5239 3. 14. 4 D	4509	526	243	9	II	1279	1274

Olybrius ſolus. LIV *Pontifex.*
Felix IV.

Olybrius ſine collega ponitur apud Marcellinum. Maximus autem à S. Ioanne Papa. Sed mendum ſubeſſe creditur.

Indictione IV labente, menſe Maio, eiúſque XXIX die, feria VI, valido terræ motu quaſſata, & euerſa eſt pene omnis Antiochia ſub horam diei ſeptimam, vt ait Theophanes: vel meridie, vt Euagrius. Tum incendium ſecutum eſt. Motus autem

terræ annum integrum tenuit. Euphraſius Epiſcopus ruinis obrutus eſt. Euag. lib. IV, cap. V. Theophanes. Ex charactere feriæ, quem Euagrius concipit, & Indictione, quam Theophanes addit, perſpicuum eſt non ſuperiore anno, ſed præſenti potiùs iſta contigiſſe. Euagrius tamen annum Iuſtini VII numerat. Sed VIII reſcribendus eſt.

Ephræmius Orienti præfectus inſigni liberalitate ac prouidentia ſubuenit Antiochenſibus, ob idque Epiſcopus ab ipſis factus eſt. Hanc vrbis nobiliſſimæ vaſtitatem eodem momento ſenſit Zoſimas Monachus. Euagrius ib. cap. VI.

Ioannes Papa è vinculis ad Epiſcopos Italiæ ſcripſit, hortatúſque eſt, vt Arianos exemplo ſuo perſequerentur, atque extirpare ſtuderent. Poſtea verò confectus ærumnis obiit in carcere Rauennæ, Mai XXVII. Cuius corpus Romam tranſlatum honorificè ſepultum eſt in baſilica S. Petri, cùm ſediſſet annos duos, menſes IX, D. XIV. Poſt dies LVIII electus eſt Felix IV.

Exinde Theodoricus Boëtium, & Symmachum illius ſocerum falsò ad ſe delatos capitali ſupplicio afficit; viros illius ætatis facilè principes. Secundum quod ſcelus, cœnanti ipſi cùm caput piſcis miræ magnitudinis appoſitum fuiſſet, viſus eſt in eo ſibi Symmachi caput intueri. quo prodigio territus paulo pòſt expirauit. Procopius I de bello Goth. Eius animam à Ioanne Pontifice, & Symmacho in igneam voraginem detrudi ſolitarius quidam in Liparitana inſula vidit. Gregorius M. IV Dial.

Mortuo Theodorico ſucceſſit Atalaricus Theodorici nepos, Amalaſunthæ filius annos natus octo. Procopius I Goth.

Sigiſmũdus Gundebaldi filius, Burgundionum rex, cùm amiſſa priori cõiuge, Theodorici Gothorũ regis filia, è qua Sigyricum ſuſceperat, aliam duxiſſet, eius impulſu innocentem filium interfecit. ac mox pœnitentia ductus, in Agaunenſi monaſterio, quod extruxerat, multorum dierum ieiuniis, ac lacrymis culpam diluit. Gregor. lib. III, cap. V.

Dionyſius Exiguus hoc anno Cyclum ſuum condidit. Vide lib. XII, cap. III.

Per. Iul. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.		Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5240 4. 15. 5 C	4510	527	244	*Mauortius ſolus.* *Felicis* 2. LIII *Imperator. Iuſtinianus.*	10 1	III	1280	1275

Iuſtinus Imperator exactis in imperio annis VIII, menſibus IX, diebus V, vt ait Chron. Alex. vel diebus tribus, vt ait Euag. Iuſtinianum ſororis ſuæ filium imperij participem facit iamdudum à ſe Nobiliſſimum deſignatum, annos natum XLV, ſuíſque manibus diadema capiti eius imponit Kal. Apr. ſtatímque Theodora Iuſtiniani vxor Auguſta renunciatur. Factum id eſt anno Antiochenorum DLXXV. Poſtea Kalendis ipſis Auguſti Iuſtinus ex vlcere pedis ſagitta in prælio ſauciati moritur ſub horam diei tertiam, anno ætatis LXXVII. Ita imperauit in totum annos nouem, menſem I, dies aliquot. Theodora porrò Euty-

chianorum fouebat hæreſim. Euagrius lib. IV, cap. IX. Marcellinus Chron. Alex. Theophanes. Cedrenus. qui Iuſtinianum refert, poſtquam Imperator factus eſt, bona ſua omnia in Eccleſiam contuliſſe. Cæterùm Alexandrinum Chronicon refert annos imperij Iuſtinianei proceſſiſſe à Kal. Apr. huius anni, & Indict. V.

Idem porrò Iuſtinianus ipſo imperij ſui exordio Remp. optimis legibus ſtabiliuit, ac fidei Catholicæ, & Eccleſiarum dignitati conſuluit. L. V Cod. de Sum. Trin. varias hæreſes proſcripſit. At Nouella LXXXVI Epiſcopos prouincialibus Iudicibus præpoſitos eſſe iuſſit, ne quid contra iuſtitiæ ordinem ab illis gereretur.

Athalaricus pacem ab Iuſtiniano petiit, & impetrauit. idémque in fauorem Eccleſiæ Romanæ ſanctionem edidit. Caſſiod. lib. VIII, Ep. I, & lib. VIII, Ep. XXIV.

Patricius Armenus Comes orientis à Iuſtiniano factus eſt, iuſſuſque in interiori limite, qui Palmyra dicitur, Phœnicis Libaniticæ vrbem inſtaurare, ibique Ducem collocare. Theophanes.

Chlotildis filios ſuos hortata eſt, vt ad patris ſui necem vlciſcendam Sigiſmundo Burgundionum regi bellum indicerent. Clodomeris expeditione ſuſcepta Gundomarum Sigiſmundi fratrem fugat; Sigiſmundum in poteſtatem redigit, & cum vxore, liberíſque in Aurelianos abductum in præſidio quodam aſſeruari iubet. Interim Gundomarus collectis Burgundionibus regnum recuperat. Gregorius Turon. lib. III, cap. VI. Meminit & Procopius lib. I Goth. pag. 186 Burgundionum regis à Francis capti, & in cuſtodiam poſiti.

5241 5. 16. 6 BA | 4511 | 528 | 245 | *Iuſtinianus ſolus* III. *Felicis* 3. | 2 | IV | 1281 | 1276 Aprilis 13.

Annum hunc regiæ vrbis conditæ CXCVIII rectè numerat Marcellinus. Nam Conſtantinopolitanæ vrbis encænia celebrata ſunt anno Chriſti CCCXXX.

Iuſtinianus Kal. Ian. Conſulatus nomine ingentem in populum vim pecuniarum profudit, quantam Imperatorum hactenus nemo.

Cùm autem Tzatho Lazorum regi, quòd ad Romanos defeciſſet, Perſæ bellum intuliſſent, Iuſtinianus illi ſubſidia miſit, ducibus Beliſario, Ceryco, & Irenæo. quorum diſcordia, mutuáque proditio Romanam rem peſſundedit. His igitur exauthoratis, Iuſtinianus Petrum Notarium ſucceſſorem dedit. qui adiunctis Lazorum copiis magna Perſarum clade Romanos vlciſcitur.

Gethes Erulorum rex ad Romanos tranſit: & Conſtantinopolim veniens ipſo Theophaniorum feſto cum ſuis baptizatus eſt. Lætus inde in patriã rediens Imperatori ſe ſuáq; omnia libẽter obtulit.

Armeniæ στρατηλάτης hoc primùm tempore datus eſt Tzitas: cùm hactenus Duces, & Comites ei præfuiſſent. Adiunctum & validum præſidium ex Orientalibus copiis, quod aduerſus Perſarum excurſiones opportuniſſimum munimentũ extitit.

Boazer Balachi Hunnorum, qui Saberi vocantur, quondam regis vxor, tùm vidua, centum Hunnorum milibus ſtipata ad Romanos adiunxit ſeſe. Eadem duos alterius gentis Hunnorum reges à Cabade contra Romanos excitos, dum per fines ſuos iter haberent in Perſidem, cum xx milibus, oppreſſit, & horum alterum Glonem in acie iugulauit; alterum Styracem vinctum Conſtantinopolim miſit.

Per idem tempus Gordas rex Hunnorum, qui Boſphorum accolunt, Romanorum ſocietatem, & religionem pariter amplexus, ac baptiſmo initiatus, cùm rediiſſet in patriam, ac ſuorum idola conflaſſet, horum conſpiratione interfectus eſt, & ad ipſius fratrem Moageram imperium delatum eſt. Quinetiam Boſporum irruptione ſubita occupantes Hunni Tribunum Dalmatiæ cum aliquot præſidiariis militibus obtruncant. Iuſtinianus miſſo Ioanne exConſule Rufini Patricij filio, fugatis barbaris rem illîc Romanam conſtituit. Hæc Theophanes. Miſcella Pauli Diaconi, Chron. Alex. Cedrenus.

Iuſtinianus ſanctionem edidit, vti ne Epiſcoporum, Oeconomorum, atque Orphanotrophiis, & Xenodochiis pręfectorum bonis vlli ſuccederent, præterquam iis quæ ante ſuſceptam adminiſtrationem poſſidebant. ſed vt omnia, quæ deinceps quæſiſſent, ſacris locis attribuerentur. Theoph. Cedrenus.

Eſaias Rhodi, & Alexander Dioſpolis in Thracia Epiſcopi, aliique complures præpoſteræ libidinis conuicti ſunt. Quorum aliis veretrum amputari; aliis per genitales meatus acutos calamos inſeri, nudóſque per medium forum traduci iuſſit Imperator. Tùm aduerſus nefaria iſta crimina ſeueriſſimas leges edidit. Ad hæc Nouellarum conſtitutionum librum hoc anno publicauit. Theophanes. Cedrenus.

Eodem anno, xxix die Nouembris, Indict. vii, feria iv, hora diei tertia, biennio poſt priorem cladem, rurſus Antiochia vehementi terræ motu quaſſata eſt ad horam vnam. Sed & fremitus è cœlo ingens auditus: ædificia verò omnia, & quicquid ex priori calamitate ſuperfuerat, funditus corruerunt. Quatuor hominum millia, cum octingentis ſeptuaginta perierunt. reliqui per vrbes aut mõtes diſperſi. Tandem diuinitus admoniti ſunt, vt poſtibus inſcriberent, Χριστὸς μεθ' ἡμῶν, στῆτε. *Chriſtus nobiſcum eſt: manete.* Ita mali exitus repertus eſt. Theoph. Cedrenus.

Clodomirus Aurelianorum, rex audito Gundomarum Burgundionibus collectis regnum inſtauraſſe, nouam aduerſus illum expeditionem capeſſit, aduocato in auxilium Theodorico Metenſium rege. Antequam proficiſceretur, Sigiſmundum, quem in carcerem coniecerat, apud Columnam Aurelianenſis oppidi vicum cum vxore, ac liberis in puteum demerſit. neque quicquam S.

Auiti Miciacenſis abbatis apud illum preces valuerunt. qui niſi à captiuo rege crudelitatem abſtineret, celerrimum illi exitium interminatus eſt. Nec vaticinio defuit euentus. Dum enim victis hoſtibus in confertum globum audaciùs infertur, conto transfixus occubuit. Gregor. Turon. lib. III, cap. VI. Cæterùm poſt obitum Sigiſmundus miraculis claruit, atq; inter Sanctos relatus colitur Kal. Mai. Agathias lib. I huius hiſtoriæ meminit. Sed in eo ab Gregorio, & Annalibus noſtris diſcrepat, quod Burgundiones refert, cùm ex promiſſa cæſarie, quod regium apud Francos inſigne fuit, regis cadauer agnouiſſent, præciſum caput & haſtili impoſitum ob Francorum ora circuntuliſſe, itáque iniecto pauore æquas ab iis conditiones pacis expreſſiſſe. Verùm noſtri Francos aſſerunt ea clade ac regis ſui nece commotos, acriorem in hoſtes impreſſionem feciſſe; & iis fuſis, fugatíſque eorundem regionem ſibi ſubieciſſe.

Chlotarius Guntheucam Clodomiri fratris coniugem duxit, eiúſque regnum cum fratribus ſuis partitus eſt. Chlotildis verò tres Clodomiri filios, Theodoualdum, Guntharium, & Chlodoualdum ſecum habuit. Gundomarus interim regnum recepit. Gregorius ib.

In huius hiſtoriæ ordinãdo tempore à Sigeberto ac vulgatis Annalibus diſſentire cògimur, in quibus expeditio illa Burgundica ſolet anteuerti. Ea verò poſt Theodorici Gothorum regis obitum accidit, quantum ex Procopio, & S. Gregorio Turonenſi colligitur. Nam Procopius idipſum diſertè ſcribit lib. I Goth. Gregorius quoque non obſcurè ſignificat, dùm cap. V lib. III narrat Sigiſmundi coniugem his verbis priuignum apud patrem inſimulaſſe. *Hic iniquus regnum tuum poßidere deſiderat, téque interfecto id vſque in Italiam dilatare diſponit: ſcilicet vt regnum, quod auus eius Theodoricus Italiæ tenuit, & iſte poßideat.* Ergo iam Theodoricus exceſſerat. Aimoinus præterea narrationis ipſa ſerie idem adſtruit. qui & poſteriorem Clodomeris expeditionem anno altero à priori contigiſſe memorat. quod & nos ſecuti ſumus.

Theodoricus Metenſium rex memor iniuriæ ab Herminefrido Thoringorum rege acceptæ, à quo perfidioſè pacta mercede priuatus erat, euocato in auxilium Chlotario fratre, illi bellum indixit. Victi, magnáque ſtrage affecti ſunt Thoringi; & eorum regio à Francis ſubacta. Chlotarius Bertarij filiam Radegundem ſecum abduxit. Quæ cùm nondum nubilis eſſet, aliquot annis educata fuit antequam regi copularetur. Gregorius libro III, cap. VII. Fortunatus lib. I. vitæ S. Radegundis.

Interea cùm in Thoringis ambo fratres morantur, mutuis ſe inſidiis appetunt: ac ſimulata deinde cõcordia reuertuntur. Herminefredus à Theodorico data fide vocatus, paulo pòſt eiuſdem fraude interemptus eſt. Gregor. lib. III, cap. VIII.

Childebertus

Per. Iul. ☼. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.

Childebertus Aruernos proditione Arcadij Senatoris inuadit, dum in Thoringica expeditione Theodoricus adhuc verſaretur; ac falſus de eius obitu rumor eſſet allatus. Sed cùm è Thoringia reuerſum eſſe percrebuiſſet, Childebertus inde diſceſſit. Greg. cap. IX.

Per. Iul. ☼. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5242 6. 17. 7 G	4512	529	246	3	Ol. 327	1282	1277

Decius ſolus. *Felicis 4.*

Iuſtinianus Antiochiam inſtaurat, ac Theopolin appellat.

Alamundarus Saracenorum regulus Syriam primam populatur, contra quem mouentibus Romanorum Exarchis, profugit.

Aprili menſe Beliſarius cum copiis aduerſus Perſas profectus eſt. Decima quarta die menſis Mai Hermogenes Magiſter genere Scytha, qui Vitaliano prius inhæſerat, vir prudens legatus à Iuſtiniano de pace miſſus in Perſidem, Antiochiã venit. At Iunio menſe Samaritani, & Iudæi rebellantes Iulianum quendam regem conſtituunt. Inde contra Chriſtianos rapinis ac cædibus graſſati ſunt. Qui ab Iuſtiniano deinde comprehenſi omnes ac ſupplicio affecti ſunt: imprimiſque Iulianus tyrannus.

Perſarum rex legatis Romanorum admiſſis, acceptiſque muneribus, ſpe à Samaritanis prodendæ Palæſtinæ facta, pacem abnuit. Proditione detecta Samaritanorum principes è Perſide redeuntes à Beliſario intercepti, & quæſtione habita ſcelus confeſſi, ac necati ſunt. Alamundarus, perſequentibus denuo Romanis, ingenti relicta prædæ in Indiam fugit. Hæc Theophanes. Procop. I Perſ. qui & Rufinum legatũ ad Perſas miſſum eſſe refert, & Hierapoli tantiſper morari iuſſum. at Hermogenem non legatum, ſed copiarum cum Beliſario ducem fuiſſe.

Eodem anno, ſed Indictione VIII iam inchoata, Iuſtinianus gentiles, & hæreticos inſectatus eſt. quorum fortunas proſcripſit: ac nonnullis è primoribus comprehenſis magnum terrorem attulit. Demum ſanxit nemo vt gentilis, aut hæreticus magiſtratum gereret. Theophanes.

Codex Iuſtinianeus abſolutus, & authoritate publica promulgatus eſt XVI Kal. Mai. Cod. Iuſt. Chron. Alexand.

Concilium Arauſicanum ſecundum in Gallia celebratur, in quo aduerſus Pelagianos, & Semipelagianos de gratia & libero arbitrio Catholicum dogma ſancitum eſt. Sub idem tempus Carpentoractenſe, & Vaſenſe Concilia in Galliis peracta creduntur.

S. Fulgentius Kalendis Ianuariis obiit. cuius diſcipulus Ferrandus hac tempeſtate floruit.

S. Benedictus relictis Sublacenſibus montibus, diuino monitu Caſinum petiit. Sigebertus.

Per. Iul. ☼. ☉. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5243 7. 18. 8 F	4513	530	247	4	II	1283	1278

Lampadius. Oreſtes. *Felicis 5.* LV *Pontifex Bonifacius ſecundus.*

Perſæ duce Peroze, qui Mirrhanes erat. (No-

men id Magiſtratus apud illos fuit) cum Romanis ad Duras confligunt; ac tandem acie ſuperantur: Deo Perſici ducis inſolentiam ad hunc modum vlciſcente: qui Beliſario ſtolidè mandauerat, ſibi vti balneum eo die curaret. Cabades verò ſubinde Mermeroen cum copiis ſubmiſit; inter quas Hunni Σάβιροι cenſebantur. Sed Romani Sitta duce denuò vicerunt. Rufinus ſecundum Darenſe prælium ad Cabadem de pace legatus adiit. Sed ea conuenire non potuit. Ideo Rufinus ad Iuſtinianum reuertitur.

Narſes & Aratius fratres, ex Perſarum principibus ad Romanos cum matre ſua deficiunt. Hic ille Narſes fuit, qui in Italia Iuſtiniano ſtrenuam nauauit operam. Hæc anno IV Iuſtiniani eſſe facta ſcribit Procopius pag. 26.

Mundus Illyrico præfectus Getas in eâdem prouincia, & in Thracia Bulgaros fudit. Marcellinus.

Hildericus rex Vuandalorum in Africa à Gilimere conſobrino fratre, ac Genſerici nepote regno priuatus, & in vincula coniectus eſt, cùm regnaſſet annos ſeptem. in eiúſque locum rex creatus eſt Gilimer. quo cum Iuſtinianus per legatos egit, vt Hildericum reſtitueret, aut ad ſe Conſtantinopolim mitteret. contemnenti bellum minatus eſt. Procop. I Vand.

Iuſtinianus ſanxit, vt hæreticorum bonis ſoli Catholici filij ſuccederent L. XIX Cod. de Hæret.

Sanctus Sabbas legationem ad Iuſtinianum ob ſubleuandos Catholicos obiit, ac quæcumque voluit impetrauit. Cyrillus in eius vita.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.				Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5244 8. 19. 9 E	4514	531	248	*Poſt Conſulatum Lampridij & Oreſtis.*	*Bonifacij* 2.	LVI *Pont.* *Ioannes* I.	5	III	1284	1279

His Coſſ. (ait Marcell.) codex Iuſtinianus orbi promulgatus eſt.

Alamundarus Saracenorum Phylarchus homo ſtrenuus, qui quinquaginta annis Romanos plurimùm infeſtauit, Cabadem ad ſpem, & nouam contra Romanos expeditionem incitat. Dux ei præfectus eſt Azarethes: qui non ſolitis itineribus, ſed per Comagenem, quod anteà factum non erat, in Romanos fines irrupit. Sed cùm Beliſarius eius impreſſionis admonitus egregiè limitem firmaſſet, ac ſpe ſua fruſtrati Perſæ redirent, militum ſuorum inſolentia inuitus ad ineundum certamen coactus eſt Beliſarius: in quo magna vtrimque militum cæde, Perſæ vicerunt. Azarethes à Cabade ignominia eſt affectus, quod magno ſuorum cruore hanc ſibi victoriam peperiſſet. Iuſtinianus Saracenos alios, & Homeritas ſibi conciliare ſtuduit: nec magnum operæ pretium fecit. Procop. I Perſ. Qui & refert Hermogenem ſecundum victoriam ad Perſas impetrandæ pacis cauſa miſſum re infecta rediiſſe. Demum Beliſarium, vt contra Vandalos bellum capeſſeret, ſubſtituto in eius locum Sitta, reuocatum eſſe.

Bonifacius collecta Synodo Romæ contra Canones ſucceſſorem ſibi Vigilium diaconum de-

ſignauit. Sed paulo pòſt, altera coacta Synodo, idem Pontifex reum ſe faſſus, chirographum ſuum reſcidit, quo Vigilium deſtinarat. Anaſtaſius.

Moritur idem Pontifex hoc anno, Octob. XVII. cui ſucceſſit Ioannes cognomento Mercurius; incertum quo die. vnde nec de tempore, quo Bonifacius Eccleſiæ præfuit, omninò conſtat.

Amalaricus Vuiſigothorum in Hiſpania rex, poſtquam annis v regnauit, à Francis occiſus eſt. Id quemadmodum acciderit Gregorius Turon. lib. III, cap. X ita narrat. Chlotildis Chlodouei filia Amalarico Ariano nupſerat. à quo cùm ignominioſè haberetur, & aliquando cæſa crudeliter eſſet, infectum cruore ſuo ſudarium ad fratrem Childebertum miſit. qui rei indignitate cõmotus Hiſpaniam cum exercitu petiit. Amalaricus comparatis iam nauibus, dum in regiam ad theſauros exportandos reuertitur, ab hoſtibus interceptus, & ad Chriſtianorũ Eccleſiam confugiens occiſus eſt. Childebertus cum ingenti præda in Gallias reuertitur, abducta ſorore ſua, quę in itinere obiit. Iſidorus in Chron. ſcribit Amalaricum cùm annis v regnaſſet, Narbonæ prælio ſuperatum, & Barcinonam fugere parantem, Narbonæ in foro iugulatum fuiſſe. Meminit & Procopius lib. I Goth. Amalarico Theudis ſucceſſit. quem Procopius idem refert à Theodorico Vuiſigothorum exercitui præfectum, ſuperſtite adhuc Theodorico, & Amalarico, nobiliſſima ex Hiſpania ducta coniuge tyrannidem vſurpare cœpiſſe; cùm Amalarico tutor ab eodem Theodorico miſſus eſſet, vt ait Iornandes.

Hoc anno Toletanum Concilium ſecundum in Hiſpania celebratur.

Cyclus S. Cyrilli hoc anno terminatur: indidémque Dionyſij Cyclus annorum XCV incipit. vt ipſe Dionyſius Epiſt. II declarat.

S. Sabbas obiit anno ætatis XCII. Cyrillus.

Per. Iul. ☀. ☉. Ind.	Mundi	Anni Chr.	Æra Dioc.			Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5245 9. I. 10 DC	4515	532	249	*Poſt Conſulatum Lampridij & Oreſtis II.*	*Ioannis* 2.	6	IV	1285	1280 Aprilis 12.

Menſe Ianuario Cõſtantinopoli vehemens coorta ſeditio eſt, cuius teſſera fuit Νίκα, vnde & nomen obtinuit: Praſinis contra Calopodium Spatharium, & Cubicularium tumultuantibus, ac Venetis ex aduerſo reclamantibus. Ea fuſiſſimè à Chron. Alexandrino, & Theophane deſcribitur; qui ſermones vtrimque inter Praſinos & Mandatorem nomine Imperatoris habitos exponit. Poſtea cùm Præfecti tres è turba ſeditioſos corripuiſſent, Monachi S. Cononis vi illos ereptos, & in lembum impoſitos ad S. Laurentij templum deduxerunt, quod aſyli iure præditum erat. Præfecti milites ad illorum cuſtodiam è veſtigio ſubmittunt. Populus iracundia percitus iugulatis militibus, Prætorio, aliiſque ędificiis ignem ſubiicit. Arſit inter alia S. Sampſonis Xenodochium magnũ, in eóque ægri omnes extincti, nec non Alexandri,

& Zeuxippi balneum: tum Eccleſia magna cum admirandis columnis euerſa eſt. Interim Beliſarius cum Gothis irruens magnam ſeditioſorum ſtragem edidit. Die XVII Ianuarij, feria VII, nouis militum copiis in vrbem introductis, magna promiſcuæ multitudinis cædes facta eſt; ac viciſſim à populo ædificia multa concremata. Poſtridie, Ianuarij XVIII, Dominicâ, eâdem amentia percitus populus Hypatium Patricium imperatorem acclamauit. Iuſtinianus verò, cùm de arripienda fuga dubitaſſet, hortatu maximè Theodoræ coniugis palatium munire inſtituit. Demum Narſetis, Mundi, & Beliſarij opera compreſſis factioſis, ac multis mortalibus occiſis, Hypatius ad Iuſtinianum adductus, poſtero die, Ian. XIX, feria II, interfectus eſt. Cæſa ſunt vno die, qui fuit Ian. decimus octauus, hominum quinque, & triginta millia. Procop. XXX M. numerat. qui lib. I Per. fuſè rem proſequitur. nec non Chronicon Alexandr. & Theophanes. Marcellinus Hypatium, Pompeium, & Probum genere conſobrinos, & Anaſtaſij nepotes, imperium, quod ſibi ſinguli exoptabant, per factioſos Idibus Ianuariis inuaſiſſe refert, ac per dies quinque continuos in Vrbe ferro, & igni ſæuitum eſſe.

Iuſtinianus pacata ſeditione ad inſtaurandam vrbem, ac præſertim Eccleſiam magnam animum adiecit: vt iidem authores aſſerunt.

Cabades miſſis copiis cum tribus ducibus Martyropolin obſidet: ac paulo pòſt moritur. Succeſſit ex illius voluntate, & teſtamento Choſroes.

Chlotarius, & Childebertus Francorum reges in Burgundiam expeditionem faciunt: & fugato Gundomaro, regionem omnem in ditionem ſuam redigunt. Theodoricus, qui inuitatus à fratribus, cum iis proficiſci noluerat, in Aruernos veniens, totam hanc prouinciam peruaſtat. Gregor. L. IV, cap. XI, & ſeq.

Clotharius, Childeberto fratre ſceleris participe, Chlodomeris fratris filios duos, Theodoualdum, & Guntharium manū ſua iugulauit. quorum alter X, alter VII annos natus erat. tertius Chlodoualdus illorum crudelitati fuga ſe ſubducens, Clericus poſtea factus ſanctitate mirabili fuit. qui & hodie Nouigenti colitur. quod oppidum ab vrbe Lutetia milibus quatuor diſtat, ab eóque nomen accepit. Greg. lib. III, cap. XVIII.

Origeniſtæ in Palæſtina rurſus emergunt; præſertim Monachi, qui nefanda multa, & crudelia perpetrarunt. Cyrillus in S. Sabba. Inter Catholicos, & Seuerianos Conſtantinopoli iuſſu Imperatoris habita Collatio. quæ pleriſque ſalutem attulit. In ea cùm hæretici Dionyſij Areopagitæ ſcripta inter alia commemoraſſent, Catholici de falſitate authoris excipiunt. quòd illa neque Cyrillus, neque Athanaſius agnouerit. Extant apud Baronium Collationis acta.

Per. Iul. ☼.☽. Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom	Olymp.	Vrbis cond.	Æra Nab.
5246 10. 2. 11 B	4516	533	250	7	Ol. 328	1286	1281

Iuſtinianus Aug. III. *Ioannis 3.*

Hoc anno per Rufinum Patricium, & Hermogenem Magiſtrum Officiorum pacem cum Parthis depactam eſſe ſcribit in Chronico Marcellinus. quod annis antè tribus retulit. Theophanes.

Procopius lib. I Perſic. ἕκτον ἤδη ἔτος ἔχοντος Ἰουστινιανοῦ. *cùm iam ſextum in imperio annum ageret*, pacem illam initam eſſe demonſtrat. Sed tumultum popularem poſt acceptam vtrimque pacem acci-diſſe. quod verum non arbitror: ſiquidem Marcellinus pacem Indictione XI firmatam eſſe narrat: ſeditionem verò contigiſſe Indict. x. Tum ex Theophane, & Alexandrino Chron. imo verò ex Actis publicis, liquet Ianuario menſe anni antecedentis ſeditionem illam coortam fuiſſe. Nam hoc feriarum character oſtendit.

IN hac Romanos inter & Perſas pacis, ac concordiæ mentione, tanquam auſpicatiſſimæ rei, Chronologia noſtra deſinet. quam ab orbe condito ad finem vſque Cycli vnius Victoriani, vel, vt vulgò appellari ſolet, Dionyſiani perduximus. Neque verò fuit id initiò inſtituti, conſiliique noſtri, Chronologiam ſcribere: quod tam multi ante nos fecerunt, quotidiéque faciunt: ſed ipſam tantummodo ſcientiam temporum, nec non ſubiectæ huic illius artis principia tradere, ac præcipuas quaſque diſceptare controuerſias. Sed eò nos præter voluntatem Bibliopolæ precibus, & amicorum authoritate ſumus adducti, vt ad artem ipſam opus inſuper artis, ac ſpecimen adderemus. Nunc eiuſdem, cuius id hortatu ſuſceptum eſt, Bibliopolæ rationibus, ac deſiderio faciendum eſt ſatis: qui inſtante Francofurtenſi mercatu, moras increpat, ac receptui iamdudum canit. Nos quicquid eſt reliquum, ſi Deus dederit, aliàs pertexemus. Interim his in anteceſſum fruere, Lector, ac faue.

A

LIBRORVM

DE DOCTRINA TEMPORVM PARALIPOMENA.

B

DE ATHENIENSIVM REGNO.

Addenda ad Caput XXI *Libri* IX.

DE Melantho rege, qui XVI à Cecrope regnauit, quiddam animaduerſione dignum eſt. Hic enim ab Euſebio cœpiſſe memoratur anno Abraami DCCCXC. qui iniit anno Periodi Iulianæ 3586. Quare cum Euſebio Chronologia noſtra congruit, conſentiente Scaligero; nec non Iacobo Cappello, & aliis Chronologis. Id autem Heraclidarum κάθοδον antecedit apud Euſebium annis circiter XXV. Nam Heraclidarum Lacedæmonium, & Corinthiacum regnum coniicitur in annum Abraami DCCCCXVI, qui eſt octogeſimus ab excidio Troiæ, quod incidit in annum DCCCXXXV. Proinde in excerptis Georgij Monachi, qui eſt Græcus Liber Euſebij primus apud Scalig. Codro pag. 33.
C regnante contigiſſe dicitur ἡ τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδος εἰς Πελοπόννησον: quando & Iones in Atticam irruperunt.

Verùm Pauſanias ab Euſebio diſſentit. Nam in Corinth. refert Heraclidas pag. 60, & 61.
Peloponneſo potitos variis è ciuitatibus veteres incolas exturbaſſe: vt Lacedæmone, & Argis Tiſamenum Oreſtis & Hermiones filium: è Meſſenia Neleidas, qui & Neſtoridæ fuerunt; Alcmæonem Silli F. Thraſymedis nepotem, Neſtoris pronepotem; Piſiſtratum Piſiſtrati F. item Antilochi filios: cum iis quoque Melanthum Andropompi filium Bori nepotem: cuius pater fuit Penthilus, auus Periclymenus Neſtoris filius. Ex his Tiſamenus in Achaiam, quæ & Ægialea dicta, copias duxit, & aduerſus Ionas pugnans in acie cecidit. Neleidæ, excepto Piſiſtrato, Athenas profecti ſunt: vbi & interfecto Thymœte regnum occupauit Melanthus: idémque pulſos ab Achæis Ionas excepit. Hæc Pauſanias partim Corinth. partim Achaicorum initio. Quæ ſi vera ſunt, falſus eſt Euſebius, qui tot annis ante Heraclidarum reditum Melanthi primordium anteuertit.

An alios habuit authores, qui Melanthum non ab Heraclidis primùm fugatum in Atticam veniſſe memoriæ prodiderant? Dum ea de re conſtet, malim interim
D in Pauſaniæ ſententiam concedere: & vulgarem, adeóque noſtram caſtigare Chronologiam. Quocirca vel Athenienſium epocha annis quinque & viginti tardior eſſe debet; vt in annum relegetur Periodi Iulianæ 3181, vel 3182; ſi Euſebiana regum tempora immota conſiſtant: vel Thymœtæ anni XXXIV circiter imputandi, vt anno 3612 inierit Melanthus: ſed nonniſi XII regnarit annis. Vtrum ſit probabilius, iudicent eruditi.

 A

De Macedonum regibus. Explicantur dubia quædam de illorum ſucceſsione, præſertim de Perdiccæ tempore: ſuper quo Euſebij & vulgaris Chronologiæ error: item Athenæi & aliorum conuincitur. Plato item defenditur.

Addenda ad Caput XXXVI *Libri* IX, *pag.* 87.

IN horum ſucceſſione regum haud mediocris ſanè ab antiquis iuxtà ac recentioribus error admiſſus eſt: qui illorum tempora præpoſterè collocarunt. Duo ſunt maximè reges, qui hallucinationem detegunt, Alexander Amyntæ filius, decimus à Carano, & Perdiccas Alexandri F. vndecimus ab eodem Carano. In priore libro Græcæ editionis Euſebianæ, regum anni longè aliter putantur, quàm in vtroque Latino: & quidem magis ad hiſtoriam congruit prioris calculus. Nam in Chronico B Carani primus in annum confertur octauum & triceſimum ante primam Olympiadem. quod non improbamus. Decimus à Carano, vti dictum eſt, Alexander Amyntæ filius adſcribitur anno ſecundo Olympiadis LXIX, Abraami MDXIV. Additis ex methodo ad annos Abraami 2696, conficet annus Iulianæ Periodi 4210, cuius ab autumno iniit annus ſecundus Olympiadis LXIX Antiochenus. Igitur anno Darij Hyſtaſpis filij XIX cœpit Alexander, Periodi Iulianæ 4211. Regnauit annos XLIII; ac deſiit in eodem Chronico anno primo Olympiadis LXXX: qui incidit in Per. Iul. 4254, quo Perdicas iniit. cui XXVIII annos imputat Euſebius: adeo vt anno IV Olympiadis LXXXVI deſierit; eique ſucceſſerit Archelaus, cuius exordium comparatur cum ineunte Olympiade LXXXVII, quæ cœpit anno Periodi Iulianæ 4282. Euſebium imitatus Scaliger lib. II Iſagog. Can. pag. 163, Perdiccam iniiſſe ponit anno Periodi Iulianæ 4254: Archelaum verò anno 4282. Conſentit & Iacobus Cappellus: apud quem anno mundi 3540, Olympiadis LXXX primo, Perdiccas regnare cœpit. C

At ex ea ſententia abſurdum illud conſequitur; Perdiccam anno ante initium belli Peloponneſiaci deceſſiſſe. Huic verò hiſtoria omnis aduerſatur. Etenim Perdiccas ad XV annum belli Peloponneſiaci peruenit: vt lib. V narrat Thucydides. Vnde per imprudentiam Cappellus Perdiccam, quem anno, vti diximus, mundi 3540 iniiſſe ſcripſerat, cuique annos octo & viginti tribuerat, ſuperſtitem facit anno 3577, & 3583: hoc eſt IX & XV belli. qua ratione tribus & quadraginta regnarit annis, quod hypotheſin euertit. Quocirca tam huius, quàm Euſebij, & Scaligeri Chronologiam veritas ipſa redarguit.

pag. 400, edit. Græcol. 253 editionis Exenckelianæ

Athenæi error.

Athenæus haud diſſimili in culpa eſt, ſi quidem ſua illius orationi integritas conſtet. Nam lib. V paulo ante finem Platonis ἀνιστορησίαν reprehendit, qui in Gorgia, poſtquam Archelaum illo ipſo tempore, quo diſputantem inducit Socratem, regnare dixit, quibuſdam interpoſitis Periclem νεωστὶ, id eſt *paulo antè*, ac *nuper* obiiſſe ſcribit. Verba Poli Sophiſtæ cum Socrate diſputantis. Ἀρχέλαον δήπου τοῦτον τὸν Περδίκκου ὁρᾷς ἄρχοντα Μακεδονίας; *Archelaum hunc vtique Perdiccæ filium vides in Macedonia regnantem?* Poſteà verò: Τί δὲ, Θεμιστοκλέα οὐκ ἀκούεις ἄνδρα ἀγαθὸν γεγονότα, καὶ Κίμωνα, καὶ Μιλτιάδην, καὶ Περικλέα τουτονὶ τὸν νεωστὶ τετελευτηκότα, οὗ καὶ σὺ ἀκήκοας; *Quid porro? Themiſtoclem non audis, qui vtique vir bonus fuit; & Cimonem, & Miltiadem, & Periclem iſtum, qui nuper exceſsit è vita?* (Hi ſunt illi quatuor viri, pro quibus contra Platonem ſcripſit Ariſtides.) His Platonis verbis χρονικὸν ἁμάρτημα ſubeſſe Athenæus exiſtimat. Nam ſi verum tunc fuit, nuper obiiſſe Periclem, falſum erat Archelaum regnare. Nam Perdiccas Archelai pater regnauit annis, authore Nicomede, XLI, vel XXXV, vt ſcribit Theopompus. Anaximenes XL tribuit; Hieronymus XL. Marſyas & Philochorus XXIII. Sumatur minimus hic omnium numerus: ex quo ita colligit. Περικλῆς δ' ἀποθνήσκει κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, ἄρχοντος Ἐπαμείνονος, ἐφ' οὗ τελευτᾷ Περδίκκας, καὶ τὴν βασιλείαν Ἀρχέλαος διαδέχεται. πῶς οὖν νεωστὶ κατὰ Πλάτωνα τελευτᾷ Περικλῆς; *Pericles verò moritur circa tertium annum Peloponneſiaci belli, Archonte Epaminone. ſub quo Perdiccas moritur, eique ſucceſsit Archelaus. Quomodo igitur nuper exceſsiſſe Pericles*

A *apud Platonem dicitur*. Perſpicua eſt loci iſtius abſurditas: ſi quidem Perdiccam dicit obiiſſe eodem, quo Periclem, anno, & Archelaum iniiſſe. contra quam Athenæus contendit, qui longè poſt Periclis mortem initium Archelai contigiſſe ſtatuit.

Caſauboni error.

Itaque Caſaubonus lib. v Animad. cap. xviii, cùm mendoſa illa animaduertit eſſe verba, tùm ad eorum caſtigationem viam ſibi Chronologica illorum temporum diſputatione præſtruxit, cuius hæc ſumma eſt; anno Olympiadis lxxxvii vltimo Periclem Athenis, & Alexandrum in Macedonia mortem obiiſſe. huic ſucceſſiſſe Perdiccam; qui annis tribus & viginti regnauit. Hunc porro Archelaus excepit: quem Diodorus libro xiv refert obiiſſe anno ſecundo Olympiadis xcv, Prætore Athenis Ariſtocrate, cùm regnaſſet annos ſeptem. quibus de ſecundo Olympiadis xcv anno deductis, reliquus eſt Olympiadis xciii annus tertius, quo Archelaus regnare cœpit. Is eſt autem belli Peloponneſiaci viceſimus ſextus, quo Prætor Athenis erat Callias, Periodi Iulianæ
B 4308. Ex quo locum illum Athenæi ſic corrigit: ἐφ' οὗ τελευτᾷ Ἀλέξανδρος, καὶ τὴν βασιλείαν Περδίκκας διαδέχεται· ὃς ἐβασίλευσεν ἕως Καλλίου· ἐφ' οὗ τελευτᾷ Περδίκκας, καὶ τὴν βασιλείαν Ἀρχέλαος διαδέχεται. *Sub quo moritur Alexander, eique Perdiccas ſucceſſit. qui ad Prætorem vſque Calliam regnauit: ſub quo Perdiccas obiit, & ſucceſſorem habuit Archelaum.*

Refellitur Caſauboni caſtigatio.

Sed illa primùm Caſauboniana putatio cum hiſtoria, & Thucydidis authoritate pugnat. Etenim Perdiccas ante Periclis obitum Macedoniæ rex fuit: imò verò Peloponneſiacum ad bellum Lacedæmonios impulit, ſtatim poſt nauale Corcyræorum & Corinthiorum certamen. vti libro i Thucydides narrat. Vide & Diod. xii. Offenſum verò Athenienſibus eſſe Perdiccam ideo ſcribit τὸν Μακεδόνων βασιλέα, quod Philippo, atque Derdæ fratribus ſuis, quibus cum bellum ipſi erat, auxilia miſiſſent.

Pag. 38 edit. Vech.

De Alexandro Perdiccæ patre.

Quid in ea quæſtione probabilius videatur exponam, vbi nonnulla de Alexandro Perdiccæ parente dixero. Cuius exordium incidit in annum Olympiadis lxxxvii ſecundum, Periodi Iulianæ 4243, ex eâdẽ Caſauboni Chronologia.
C Regnauit enim annos xliii, vt ſcribit Euſebius: qui ab anno 4285, quo exceſſit è vita, computati relinquunt initio illius annum 4243, qui decimus eſt à clade Xerxis ad Salaminem. Atqui ex Herodoto liquet Alexandrum diu antè regnum cepiſſe. Nam libro viii, cap. cxxxvii editionis Francofurt. ſcribit hiſtoriæ pater altero anno, quàm victi ſunt Perſæ, Mardonium, qui à Xerxe relictus erat ad inuadendam Græciam, legatum Athenas miſiſſe illum ipſum Amyntæ filium Alexandrum: quem & lib. ix, vbi eiuſdem anni geſta pertexit, καὶ βασιλέα Μακεδόνων nominat. Ergo ſaltem anno Per. Iul. 4235, & ſecundo Olympiadis lxxv regnare cœpit.

Perdiccæ regnum.

Quæ cùm ita ſint; mea hæc ſententia eſt, Perdiccam regnum capeſſiuiſſe anno Per. Iul. 4278, primo Olympiadis lxxxvi, & anno 4301, Olympiadis xci quarto mortuum eſſe, quando & Archelaus regnare cœpit. Archelaus demum, poſtquam xiv imperauit annis, obiit anno 4315, Archonte Ariſtocrate: vt refert Diodorus. qui non plures quàm vii eidem annos imputat. Quòd ſi verius eſt; tùm demum Perdiccæ plures tribuendi ſunt. Nam & alioqui variæ ſunt de illius
D tempore veterum ſententiæ. Omninò verò ante bellum Peloponneſiacum ponenda ſunt eius primordia; exitus, non ante xv belli Peloponneſiaci ſtatuendus. De Alexandro Perdiccæ patre probabile mihi videtur, ipſum anno Per. Iul. 4235 mortuo patre regnum inchoaſſe. Quod non modò conſequentium regum ſeries oſtendit: ſed etiam Herodotus ipſe ſignificat. Nam lib. viii, cap. cxxxvi edit. Francof. cùm narraret à Mardonio, quem Xerxes accepta clade reliquit in Græcia, legatum Amyntæ filium Alexandrum Athenas eſſe miſſum, hunc ipſum non regem Macedoniæ; ſed ἄνδρα Μακεδόνα nominat. At lib. ix, cap. xliii, aliquanto interlapſo tempore vocat στρατηγὸν, καὶ βασιλέα τῶν Μακεδόνων, *ducem Macedonum ac regem*. Hinc igitur veriſimile fit Amyntam hoc anno deceſſiſſe, & Alexandrum iniiſſe. Atqui nos lib. xiii, dum communi illi, ſed falſæ ſententiæ pluſculum tribuimus, & cum Thucydide nihilominus eandem conciliare voluimus, biennio duntaxat ante belli Peloponneſiaci primordium Perdiccam Macedoniæ regem

fecimus. Sed ad Diagramma, quod in libri huius calcem coniecimus, Macedoniæ regum epochas dirigere ſatius eſt. Tametſi integrum cuique ſit, in tanta veterum inter ſe diſſenſione, reges illos aliter ordinare: dummodo contra hiſtoriam minimè peccetur. Carani tamen in anno Per. Iul. 3900 retinemus initium. His animaduerſis, velut πόρισμα iſtud exiſtit, quàm temerè Platoni Dipnoſophiſta ille Grammaticus obſtrepat; quòd Periclem ſcripſerit νεωστὶ, *nuper* obiiſſe, cùm id Archelao regnante dicatur. Nam XVII duntaxat annorum interuallum eſt. quod recens fuit, ſi cum Miltiadis, Themiſtoclis, ac Cimonis morte conferatur. quorum nouiſſimus iſte XXXVI annis circiter ante Archelaum mortuus erat. A

De Olympicorum agonum tempore. Expenditur, ac refellitur nupera quædam eruditi viri coniectura, qui autumno celebratos eſſe docuit. Exponuntur Pauſaniæ, Philoſtrati, Thucydidis, Ciceronis loca. Demonſtratur æſtiuo tempore ludos celebrari conſueuiſſe. B

Addenda poſt caput XLIV *libri* IX.

Petaui

OLYMPIADICOS agonas æſtiuo tempore, ac ſub ipſum Solſtitium in Græcia celebrari ſolitos eſſe, communis hactenus mortalium omnium ſententia fuit; & quidem certiſſima. Quare nihil ad eam perſuadendã corroborandamq; argumentis opus erat; nec omninò tam contritæ, & expeditæ rei attingenda diſputatio, niſi noua quædam paucis abhinc menſibus extitiſſet eruditi hominis opinio: qui inſitam illam omnium animis, & anteceptam de ludorum illorum tempore perſuaſionẽ conaretur euellere. Itaque cùm æſtate celebratos fuiſſe negari omninò non poſſit; id ita fatetur ipſe, vt æſtatis exitu, & autumno adeo ineunte peracti ſint. Quam etiam coniecturam ad inſtitutos à Domitiano Romæ quinquennales agonas Capitolinos tranſtulit. tùm alia quædam ad idem argumentum obiter annectit: à quibus quoniam magnoperè diſſentimus; præteriri à nobis quæſtio illa controuerſiáque non debuit, ne quis harum rerum forſitan imperitus conſultò nos diſſimulaſſe; vel ad noſtram communémque labefactandam, nouæ huic opinioni ſubeſſe momenti aliquid exiſtimet. C

Quibus argumentis autumnale tempus aſſeueretur. quæ ſingillatim refelluntur.

Quod igitur non æſtiuis diebus, ſed autumno potiùs Olympici ludi commiſſi fuerint, quinque potiſſimum authorum teſtimoniis approbare nititur. Sed ea partim nihil ad rem faciunt: partim illi ipſi coniecturæ vel maximè repugnant. Primus è Pindari Scholiaſte locus adducitur: qui agones Olympicos menſe Παρθενίῳ, vel Ἀπολλωνίῳ celebrari dicit: quando Sol τὴν Παρθένον, id eſt Virginem ingreditur. Atqui non id Scholiaſtes aſſerit Solem eo menſe Virginem ingredi: ſed ea ſcilicet interpretatio eſt vocabuli τοῦ Παρθενίου, quam Vir doctus ex ingenio ſuo protulit. Itaque nihil ad rem Scholiaſtes iſte pertinet. Poſſum enim Παρθενίου menſis ab Luna, quæ & Diana, & Virgo, & Apollinis ſoror eſt, originem repetere. Secundus eſt Pauſanias, qui Eliac. 1 refert Apollonium Rhantem cùm ad Olympia tardiùs adueniſſet, & ab Hellanodicis reiiceretur, excuſaſſe, quod ventis impeditus eſſet. quos vir doctus eteſias eſſe iubet, qui circa autumnum ſpirant. Sed hoc Pauſanias non dicit: neque verò neceſſe eſt eteſias potiùs quàm alium quemlibet ventum intelligi. D

Philoſtrati locus illuſtratur.

Tertius ex Philoſtrato locus eſt. Is lib. V de vita Apollonij cap. 11, refert Apollonium per id tempus, quo Nero ludos Olympicos in aduentum differri ſuum iuſſerat, dixiſſe in Olympia quidem victorem fore, ſed non Olympia victurum. Neque enim Olympia fore, quæ non ſuo, ac legitimo tempore celebrarentur: Πατρίου μὲν γὰρ τοῖς Ὀλυμπίοις τοῦ πέρυσιν ἐνιαυτοῦ ὄντος, ἐκέλευσε τοὺς Ἠλείους Νέρων ἀναβαλέσθαι αὐτὰ εἰς τὴν αὐτοῦ ἐπιδημίαν. *Nã cùm Olympicis ludis legitimus annus proximè elapſus eſſet, Nero Elidenſibus mandauit, vt illos in aduentum ſuum differrent.* Hæc mens eſt,

A & interpretatio Philoſtrati. Olympias CCXI anno Vrbis conditæ DCCXVIII, Chriſti LXV celebrari debuit, quo Neronis annus imperij XII inchoatus eſt. At is, qui ſequente anno nauigaturus erat in Græciam, differri in illud tempus voluit. quod & factum eſt. Itaque anno Chriſti LXV, & quidem legitimo, nulla ludorum commiſſio fuit. Vnde caſtigandus Euſebius: qui in Chronico victorem illo anno Neronem in Olympiade facit. Melius ad annum ſequentem: *Quidam*, inquit, *codices habent, quod* CCXI *Olympias acta non eſt, Nerone in ſuam præſentiam differente.* Hinc Pauſanias Phocicis, Olympiadem CCXI vnam ex omnibus in Eleorum monumentis prætermiſſam memorat. Pag. 355. Quòd vnam ex omnibus prætermiſſam hanc eſſe dicit, mirum valdè eſt. Nam & VIII, & XXXIV, & CIV è catalogo expunctas eſſe, & ἀνολυμπιάδας vocatas idem Scriptor aſſerit Eliac. II. An ideo iſtæ repudiatæ Pag. 201. ſunt, quia legitimæ non erant, nec ab idoneis moderatoribus adminiſtratæ; earundem tamen nonnulla in commentariis facta mentio cum ea τῶν Ἀνολυμπιάδων nota. at CCXI, quia nulla penitus fuit, funditus eſt omiſſa? Vtcumque res habet, Phi-
B loſtrati locus ille nouæ opinioni non fauet. Sed Interpretis hallucinatio colorem ei aliquem dedit. Vertit enim: *Cùm enim conſuetudo exigat, vt circa anni finem Ludi celebrentur.* Legiſſe videtur πέρασιν prò πέρυσιν, vt illud neſcio quid exſculperet de anni exitu. quod eruditum virum in fraudem impulit.

Quartò Thucydides lib. V, ſub finem anni XII ſcribit, *Argiuos, ſocióſque poſt Olympia Corinthum perueniſſe, vt fœdus inirent:* veniſſe eodem & Lacedæmoniorum legatos: cúmque fruſtra ſermones haberentur, domum quemque ſuam rediiſſe. Thucydidis locus expenditur. In his æſtatem expiraſſe. Cùm igitur modico interuallo vrbes illæ diſtarent, & perexigui temporis iter eſſet, non longè poſt Olympia annus ille deſiiſſe videtur. Verùm gratis ita concluditur. Hoc enim probabilius eſt, quòd ſecundum Olympia nihil æſtate reliqua memorabile geſtum eſſet, ſtatim exitum anni ſubieciſſe Thucydidem. Hic eſt autem annus, quo Olympias XC celebrata eſt; à qua Lacedæmonij ab Eleis excluſi ſunt, quòd per Olympicas inducias, quæ per Græciam inſtantibus ludis denunciari ſolebant, Lepreum occupaſſent: vt ad annum Per. Thucyd. p. 240.
C Iul. 4294 libro XIII notauimus: vbi corrigendum, quod errore librarij mendum irrepſit; ſcribendúmque, *Lacedæmonij ab Eleis à certamine Olympico ſunt excluſi.*

Denique Ciceronis ex lib. XV Epiſt. ad Atticum teſtimonio ſe tuetur. Nam Ciceronis locus illuſtratur. Epiſt. XXIV, *Etiam*, inquit, *ſcribe, quo die Olympia, cum Myſteria ſcilicet.* Idem libro XVI, Epiſt. VII, ita loquitur. *Nam XV Kal. Sept. cùm veniſſem Veliam, Brutus audiuit.* Mox lætatos ait amicos eſſe ſuos, quòd in Græciam minimè traieciſſet. *quòd eam vituperationem effugiſſem, me exiſtimari ad Olympia. Hoc verò nihil turpius quouis Reip. tempore.* Hinc apparet, inquit, Olympia poſt diem XVI Kal. Sept. acta fuiſſe. Nam Olympia Græca ſunt, non arcana illa neſcio quæ ab Scaligero cōficta: vt & nos lib. II, cap. LXXII demonſtrauimus. Quare Plenilunio Boëdromionis, quod anno Iuliano ſecundo, (quo Cæſar occiſus, & Epiſtolas iſtas ſcripſit Cicero) in VI Kal. Octob. incidit, Olympici ludi in Græcia commiſſi ſunt. Hæc ille.

Verùm nullus eſt locus, qui nouæ iſtius coniecturæ falſitatem; communis autem, ac receptæ fidem validius adſtruat, quàm qui ex illis Ciceronis Epiſtolis ab erudito viro proferuntur. Scripta eſt XXIV ad Atticum Epiſtola libri XV menſe
D Iunio, id eſt ante Kalendas Quinctiles, anno ſecundo Iuliano, cùm Roma profectus Cicero in Italia dubius hæreret, ecquid nauigaret in Græciam. Itaq; prid. Kal. inde, vbi ſcribebat, abire velle dicit. Has verò Quinctiles eſſe ſignificat Epiſtola ſequenti. *Ego*, inquit, *itinera ſic compoſueram; vt Non. Quint. Puteolis eſſem.* Nam VI Non. hanc ex Arpinati dedit. Poſtremam lib. XV, quæ eſt XXVIII, ſcripſit pridie Nonas Quinct. In ſequente verò, quæ eſt prima lib. XVI, *Nonis*, ait, *Quinct. veni in Puteolanum.* In ſecunda libri eiuſdem XVI, *Sexto*, inquit, *Idus duas Epiſtolas accepi.* Hic Quinctilis eſt menſis; vt ex IV colligitur. Iam Epiſtola V eodem menſe Quinctili data; & ante Kal. Sextiles. Quippe in VI ita ſcribit. *Nomina mea, per deos, expedi; exolue. bella reliqui. ſed opus eſt diligentia. cohæredibus pro Cluuiano Kal. Sept. perſolutū vt ſit.* Atqui antecedente, id eſt V, de Olympicis ludis iam tranſactis ita loquitur. *Sed tamen rumoris neſcio quid afflauerat, commiſſione Græcorum frequentiam non fuiſſe. quæ quidem me minimè fefellit. Scis enim quid ego de Græcis ludis exiſtimem.* Ergo Iulio menſe iam Olympici ludi confecti erant. Proinde quod Epiſt. VII libri eiuſdem

xvi ſcribit ſe xvi Kal. Sept. cùm veniſſet Veliam, à Bruto eſſe laudatum, quod in Græciam non traieciſſet, ne ad Olympia nauigaſſe putaretur, de ludis iam abſolutis, non futuris loquitur. Quòd autem hac eâdem in Epiſtola ſubiungit, *ſe verò Auſtro gratias miras agere, quod ſe à tanta infamia auerterit*, Auſtrum autem illum intelligit, quo ſe viii Id. Sext. reiectum ſcripſerat ad Leucopetiam: huius infamiæ nomen non ad illam opinionem pertinet, quam effugiſſe dicit, vt exiſtimaretur ad Olympia profectus: ſed ad alteram illam, quod deſperatam patriam reliquiſſe videretur. Ita nihil erit neceſſe Sextili menſe ludos Olympicos celebratos dicere. Hanc loci huius ſententiam ei præferimus, quam lib. ii, cap. lxxii tradidimus: vbi reflatu illo auſtri prohibitum, quo minus ad Olympicos ludos accederet, Ciceronem fuiſſe diximus. Anno Per. Iul. 4670, Iuliano ſecundo, Nouilunium contigit Iunij xvi, hora 6, 5′, 51″ ex Pariſinis tabulis. Plenilunium autem Kalendis Iuliis hora 0, 27′, 53″. Itaque Kalendis circiter Sextilibus, hoc eſt plenilunio, Olympia celebrata fuerint. aut ad ſummum exeunte Iulio, ſi Elidenſis anni Neomenia nunquam Solſtitium anteceſſerit. Boëdromione verò, vel vi Kalend. Octob. nullo modo contigit. B

Oſtenditur æſtiuo tempore celebrata Olympia. Cuius rei tria argumenta dabimus neceſſaria, & prorſus ἀναντίρρητα. Primum ex Herodoto; alterum ex Cenſorino; tertium ex Plutarcho ducemus. Herodotus l. vii, p. 252 ſcribit ſtatim ineunte vere Xerxem Sardibus profectũ, vt Helleſpontũ traiiceret. quem & diebus ſeptem cum exercitu tranſmiſit: vti pag 256 memorat. Idem porrò lib. viii, pag. 302 refert menſe poſt διάβασιν quarto, Perſas in Atticam perueniſſe: hoc eſt menſem circiter vnum ad Helleſpontum moratos eſſe: tùm poſt tres alios in Atticam veniſſe. Quare Auguſto circiter menſe Xerxes Atticam petiit. Antequam autem eò veniret, Olympia iam celebrata fuerant. Nam poſt conflictum ad Thermopylas ſciſcitanti de transfugis Xerxi quid rerum agerent Græci, reſponſum eſt, ὡς Ὀλύμπια ἄγοιεν, καὶ θεωροῖεν ἀγῶνα γυμνικὸν, καὶ ἱππικόν, *eos Olympia celebrare, ac certamen gymnicum, & equeſtre ſpectare.* Secundum hæc in

Herod. lib. viii, pag. 298.

Doridem, ac Phocidem & Bœotiam traductus eſt exercitus: & moræ interim aliquantum fuit. Vnde ſi rectè calculum poſueris, inuenies Iulio menſe ludos Olympicos commiſſos fuiſſe. Neomenia lunaris anno illo contigit Iulij vi, hora 7, 12′, 19″ poſt mediam noctem Lutetiæ. Plenilunium Iulij xxi, hora 1, 34′, 21″. Circa hoc tempus agones obiti ſunt. Boëdromione verò, quod noua coniectura ſtatuit, celebrari non potuerunt. Pugnatum eſt enim ad Salamina Boëdromionis xx, vt ex Herodoto, & Plutarcho demonſtratum eſt lib. x, cap. xxiv. quo tẽpore Græcia omnis in propulſandos ab aris fociſque ſuis barbaros intenta ludis iſtis vacare non potuit. Alterum argumentum è Cenſorino non minus rem conficit. Scripſit is anno Chriſti ccxxxviii; vti libro ix, cap. xlii declarauimus, & Vir ille doctus fatetur Diatribæ ſuæ cap. v. At hoc ipſo anno cœpiſſe dicit annum Vrbis nongenteſimum nonageſimum primum, Actiacum Ægyptiorum duconteſimum ſexageſimum ſeptimum: (cuiuſmodi annis initium dat xxix dies Auguſti, in qua Thoth ciuilis defixus eſt) nec non Iulianum ducenteſimum octuageſimum tertium. Annus primus Actiacus Ægyptiorum cœpit anno Iuliano decimo ſexto, Vrbis ex Varroniana putatione, ſeptingenteſimo viceſimo quarto; vti libro x, cap. lxix docuimus. Demptis igitur quindecim annis de ducentis octoginta tribus Iulianis, reſtant ducenti ſexaginta octo. Proinde anno Iuliano cclxxxiii, hoc eſt Chriſti ccxxxviii, inire debuit annus Actiacus cclxviii. Vnde Cẽſorinum neceſſe eſt librum ſuum ſcripſiſſe labente adhuc anno Actiaco cclxvii, adeóque ante xxix Auguſti, à quo cclxviii iniit. Atqui iam Olympicus annus milleſimus decimus quartus, ſiue Olympiadis ccliv ſecundus ex diebus æſtiuis inierat, quibus agon Olympicus, ait idem, celebratur. Igitur dies illi æſtiui, adeóque ludorum commiſſio Septembrem, & Boëdromionem anteceſſit.

Quanquam ad illud perſuadendum ſatis eſſe poterat ipſa *dierum æſtiuorum*, qua Cenſorinus vtitur, vel *æſtatis* appellatio. quam Liuius adhibet lib. xxvii, cùm ita ſcribit; *Olympiæ ludicrum ea æſtate futurum erat, quod maximo cœtu Græciæ celebratur.* Neque enim profecto æſtas aliud quàm æſtatem ſignificat. Quod enim Thucydidis exemplo vir ſe doctus tuetur, id alieniſſimum eſt. Hic enim hiſtoricus cùm Peloponneſiacum bellum deſcriberet, & quid anno quoque belli geſtum eſſet memo-

riæ

A riæ commendare vellet, annorum ſingulorum inde ſumpſit exordium, vnde bellum ipſum inchoatum erat. Id autem ineunte vere ſuſceptum eſt: vti lib. II initio refert, duobus menſibus ante exitum anni Attici. At cæteri cum æſtiuo tempore celebrari dicunt Olympiaca certamina, idipſum ſignificant, quod & Statius I Silu. in Tiburtino Manlij Vopiſci iis verbis adumbrauit,

-- *Piſæumque domus non æſtuat annum.*

Sic enim frigidum illud eſſe domicilium indicat, neque æſtuoſum illîc aërem eſſe; cuiuſmodi in Elide tunc eſt, cùm Olympia celebrantur.

Tertium argumentum eſt. Plutarchus Alexandrum ſcribit natum eſſe Hecatombæonis ſexto die: atque eodem tempore Philippo regi nunciatum eius ortum, & victoriam Olympicis ludis ſingulari equo reportatam. Igitur in Hecatombæonem ludicrum illud incurrit. At is ſub ipſum Solſtitium æſtiuum incidit. Nemo ergo deinceps dubitet, quin agones iſti æſtiuo tempore, & ſub Solſtitium; non autumno celebrati fuerint.

B

De Ægyptiorum quadrienniis. quid Piromides fuerint, déque iis eiuſdem viri docti coniectatio diſcutitur, qui Piromidas totidem quadrienniis reſpondere credidit: quod ipſum refutatur. Herodotus illuſtratur.

Reliqva ſunt ex eâdem Viri docti diſſertatione, quæ de quadrienniis, & Olympiadibus Ægyptiacis, ac de agone Capitolino Domitiani diſſeruit.

Placet erudito viro quadrienniorum Græcorum originem ex Ægyptiorum more inſtitutóque fluxiſſe. quod tantum abeſt vt improbem; vt vltrò fatear anni ſolaris, & reconditi notitiam ad Græcos ex Ægypto perueniſſe. quod in primo libro huius Operis oſtenſum eſt. Huic igitur aſſentior. Illud valdè miror; Piromidas, quorum mentionem facit Herodotus, ad hæc quadriennia transferri. Ac nouum ſanè, & παράδοξον eſt, quod ſuper hac Herodoti narratione diſputatur. Id vt intelligi poſſit, exponam breuiter quæ apud Herodotum Libro II referuntur.

C

Scribit Herodotus à primo Ægyptiorum rege ad Sethon regem Vulcaníque Sacerdotem; contra quem Sanacharibus Arabum, Aſſyriorúmque rex bellum geſſit; trecētas quadraginta & vnam γενεὰς interceſſiſſe, vt Ægyptij produnt: καὶ ἐν ταύτῃσι Ἀρχιερέας, καὶ βασιλῆας ἑκατέρους τοσούτους γενομένους. *& in his Pontifices totidem, totidémque reges extitiſſe.* Atqui, ſubiicit, trecentæ progenies decem annorum millia conficiunt. Quippe tres virorum progenies centum anni ſunt. Porrò vna & quadraginta reliquæ ſunt anni mille trecenti quadraginta. Ita totis vndecim millibus annorum, ac trecentis & quadraginta regnatum in Ægypto dicebant à mortalibus, non autem à Diis. Cùm autem Hecatæus hiſtoricus Thebas Ægyptias veniſſet, & originem ſuam ad Deum, à quo decimum ſextum ſe numerabat, referret: Ægyptij ſacerdotes (quod & ſibi feciſſe qui iſta memoriæ prodidit, Herodotus narrat) Hæcateum in ædem quandam deduxerunt, in qua coloſſi lignei totidem erant, quot dictum eſt; nempe CCCXLI. Ἀρχιερεὺς γὰρ ἕκαστος αὐτόθι ἱστᾷ ἐπὶ τῆς ἑωυτοῦ ζόης εἰκόνα ἑωυτοῦ. *Nam Pontifices ſinguli ſuam illîc ſtatuam, dum viuunt, erigere ſolent.* Perperam hæc Interpres ita vertit. *Ibi namque ſtabant Pontifices ſub imagine vitæ, qua quiſque vixerat.* Has itaque ſtatuas ſingillatim enumerantes, & monſtrantes, vnumquemque patris ſui filium eſſe dicebant; & initio ab eo, qui obierat proximè, facto, percurrebant omnes, φάμενοι ἕκαστον τὸν κολοσσῶν Πίρωμιν ἐκ Πιρώμιος γεγονέναι. *Dicentes vnumquemque coloſſorum Piromin ex Piromi progenitum eſſe.* Eſt autem Piromis idem quod *probus, & honeſtus.* Hac ratione docebant Hecatæum mortales ex mortalibus, non Diis eſſe procreatos. Ἤδη ὦν τῶν αἱ εἰκόνες ἦσαν, τοιούτους ἀπεδείκνυσαν σφέας πάντας ἐόντας, θεῶν δὲ πολλὸν ἀπαλλαγμένους. *Cuiuſmodi ergo fuerant ij, quorum indicabant imagines; tales ſe ipſos eſſe dicebant, & à Diis valdè differentes.* Hæc Herodotus. Hîc diſſertationis author Piromes, ſiue coloſſos regum ligneos tot fuiſſe putat, quot ſine biſextili quadriennia præ-

D (margin letter beside "dem erant, quot dictum eſt")

terierant: ita vt myſtica quadam ratione diei vnius defectum repræſentarent. Hoc modo ad Hecatæi tempora trecenti quadraginta quinque Piromides erant. qui annos efficiunt MCCCLXXX. Iam verò Diodorus Siculus lib. I reges Ægyptiorum ad ſua tempora numerat CCCCLXXV. ex quo colligas ab Hecatæo ad Diodorum reges fuiſſe CXXX. Vixit enim Hecatæus quaſi cum Amaſi; qui Olympiade XLIX rex factus eſt. Diodorus in Ægyptum venit Olympiade CLXXX, regnante Ptolemæo Auleta, qui & Bacchus cognominatus eſt. Vnde Hecatæum inter & Diodorum anni ſunt DXX. Atqui reges tantummodo numerantur interim XXXII. Igitur CXXX reges iſti Piromes ſunt, & quadriennia. Nam quater CXXX conficiunt DXX. Ita vir eruditus. A

Piromin non eſſe quadriennium.

Verùm noua hæc obſeruatio cohærere nullo modo poteſt. Non illud vrgeo, gratis hoc, & ſine authoritate ſcriptoris vllius aſſumi; Piromin eſſe quadrienniũ. hoc dico, tam alienum ab Herodoti mente, & narratione totum iſtud eſſe, nihil vt amplius poſſit. Docet Herodotus Ægyptios ſacerdotes à primo rege, qui proximè poſt Deos in Ægypto regnauit, numeraſſe γενεὰς trecentas quadraginta & vnam ad vſque Sethon Vulcani ſacerdotẽ, cui cum Sennacheribo rege Aſſyriorum bellum extitit. Hunc verò Sennacheribum illum eſſe, qui Ezechiæ tempore vixit, minimè dubium eſt. Nam tempora conſentiunt. Sennacheribi in Palæſtinam expeditio in annum incidit XIV Ezechiæ, qui eſt tertius Olympiadis XVI, Per. Iul. 4000, quo & Numa Pompilius iniit, vti nos arbitramur. Ab hoc tempore ad Amaſidis initium; quod anno IV Olympiadis LII ex Herodoti ratiocinio contigit, ac Per. Iul. 4145; anni ſunt CXLV. Hecatæus porrò Ariſtagora Mileſiis imperante floruit, vt eſt apud Herodotum in calce libri V, ſub Dario Hyſtaſpis filio, Olympiade circiter LXX, anno Per. Iul. 4214. ad quod tempus ab Sennacheribi clade anni interiecti ſunt CCXIV. Atqui ſi vera eſt noua illa coniectura, non amplius XVI annorum interuallum fuit. Si quidem γενεαὶ CCCXLI ab initio regum Ægypti ad Sethon Vulcani ſacerdotem euolutæ ſunt, vt ait Herodotus. ἔλεγον, inquit, ἀποδεικνύντες ἀπὸ τοῦ πρώτου βασιλέως ἐς τοῦ Ἡφαίστου τὸν ἱρέα τοῦτον τὸν τελευταῖον βασιλεύσαντα, μίαν τε καὶ τεσσαράκοντα, καὶ τριηκοσίας ἀνθρώπων γενεὰς γενομένας. *Narrabant à primo rege ad Vulcani ſacerdotem, qui poſtremo loco regnauit, trecentas quadraginta vnam expletas fuiſſe progenies.* Cùm igitur paulo pòſt dicat Hecatæi tempore Piromidas numeratos fuiſſe CCCXLV, quatuor omninò ſunt à Setho Vulcani ſacerdote ad Hecatæum: adeóque anni XVI, ſi Piromis merum quadriennium eſt. Sed neque ab Hecatæo ad Diodori aduentum in Ægyptum anni ſunt DXX. Etenim Olympias CLXXX, qua Diodorus eò profectus eſt, incurrit in annum Per. Iul. 4654. Demptis 520, reſiduus eſt annus Per. Iul. 4134, qui eſt octogeſimus ante annum illum, quo Hecatæum ab Ariſtagora in conſilium adhibitum eſſe ſcribit Herodotus. Quare nondum natus erat Hecatæus annis ante profectionem Diodori quingentis & viginti. proindéque Piromides CXXX, ſiue quadriennia totidem putari ab Hecatæo ad Diodorum minimè potuerunt. Quid quod Diodorus ipſe longè alia memorat, quàm quæ ab erudito viro illi tribuuntur? Non enim reges vniuersè dicit in Ægypto regnaſſe CCCCLXXV ad ſua tempora. ſed indigenas duntaxat totidem fuiſſe. præter quos Æthiopes quatuor annis XXXVI imperarunt. tum Perſæ à Cambyſe annis CXXX. ac poſtremò Macedones. Itaque ſi ad indigenas CCCCLXXV reliquos indigenas adieceris, cõfient ab initio regni Ægyptij, ad Olympiadem CLXXX, amplius CCCCXCIX. Verba Diodori. τοῖς δὲ λοιποῖς χρόνοις ἅπαντας διατελέσαι βασιλεύοντας τῆς χώρας ἐγχωρίους ἄνδρας μὲν ἑβδομήκοντα, πρὸς τοῖς τετρακοσίοις, γυναῖκας δὲ πέντε. *Reliquis temporibus* (demptis videlicet Perſis & Græcis) *regnaſſe porrò indigenas, viros* CCCCLXX *cum quinque mulieribus.* Ita nouæ coniecturæ robur ac firmamentum euertitur. Sed vt ad Herodotum reuertar; animaduertendum eſt ſtatuas iſtas, quibus Piromidis vocabulum accõmodabant, non regum propriè fuiſſe, ſed Pontificum; ſi Herodoti verba diligentius explorentur. Nam refert Pontifices, dum viuerent, ſtatuam ſibi conſueuiſſe ponere. Quanquam autem ad Sethon vſq; totidem Põtifices quot reges numeratos eſſe dixerit; tamen inde ad Hecatæi tempora plures omninò reges, quàm Pontifices vixerunt. Hi enim quatuor duntaxat fuerunt; ſi verè ſcripſit coloſſos CCCXLV tum percenſitos eſſe. reges autem multo plures extiterunt. Quod verò ad Sethon vſque,

A quaſi ex compacto, Pontifices totidem quot reges fuiſſe dicantur; id ſic accidere potuit, vt non omnes vtrobique parem annorum numerum in dignitate confecerint. (Hoc enim παράδοξον eſſet.) Sed vt compenſatione facta eò calculus redigatur annorum. Vt ſi, exempli cauſa, Pontifices aliqui diutius in magiſtratu fuerint quàm æquales principes, poſtea reges alij Pontificum quorundam interualla ſuperarint. Quanquam de regibus coloſſos illos ligneos Syneſius accepit lib. I de Prouidentia. Οὐ γὰρ ἀπιστοῦσιν, inquit, Αἰγύπτιοι μυρίους καθ' ἕνα θεοὺς αὐτῶν βασιλεῦσαι, πρὶν ὑπ' ἀνθρώπων ἀρχθῆναι τὴν γῆν, καὶ γενεαλογηθῆναι τοὺς βασιλέας Πείρωμιν ἐκ Πειρώμιδος. *Nec enim Ægyptiis incredibile eſt, infinita apud ſe numina ſingillatim imperaſſe, priuſquam ad mortales regionis perueniſſet imperium, regumque genus à maioribus vt Piromidis à Piromide cenſeretur.* Nam quod alicui venire poſſit in mentem, reges Ægyptiorum eoſdem & Pontifices fuiſſe, id eſt falſum. Ambos enim diſtinguit Herodotus eodem libro pag. 65. ἱερᾶται δὲ οὐκ εἷς ἑκάστου τῶν θεῶν· ἀλλὰ πολλοί, τῶν εἷς ἐστι ἀρχιερεύς. ἐπεὰν δέ τις ἀποθάνῃ, τούτου ὁ παῖς ἀντικατίσταται. *Sacerdotio porrò non vnus cuilibet Deo, ſed plures funguntur. quorum Pontifex vnus eſt. Is vbi deceſſerit, in eius locum filius ſuccedit.* Diodorus inſuper lib. I pag. 44 in fine diſcernit ἀρχιερέα ab rege.
B Tametſi ex ordine Sacerdotali reges aſſumerentur. vt ex Platone & Plutarcho ad Syneſium obſeruabamus. Pag. 36. Notarum.

De tempore agonis Capitolini à Domitiano inſtituti. addenda ad caput XX *libri* XI. *Sed hæc propter diſputationis ſeriem priori ſunt annexa.*

CAPITOLINVM agonem autumni tempore, & circa Eidus Octobris obitum fuiſſe, idem ille, qui de Olympiadibus nouam coniecturam edidit, vir doctus opinatur. cuius ſuſpicionem non ſatis firmam videri, & eodem, quo Olympiadas, tempore, hoc eſt æſtiuo ludos illos celebratos eſſe facilè demonſtrabimus. Coniecturæ illius argumentum ex Herodiano, & Maximini Imperatoris, nec non Balbini & Pupieni hiſtoria ſumitur. Cap. x.
C

Herodianus lib. VIII pontem deſcribens, quem Maximinus ad obſidendam Aquileiā è cupis vinariis ſtruxit, indicat circa vindemiæ tempus Maximinos ambos interfectos fuiſſe. Porrò imperarunt Balbinus & Pupienus menſes tres. creati ſunt ludis Apollinaribus VII Eid. Iulij, non, vt in vulgatis eſt, VII Kal. Iunij, vel Iulij. Igitur VII Eid. Octob. vitæ pariter & imperij finem nacti ſunt. Hæc ille.

Sed imprimis adulto iam vere, aut etiam æſtate pontem à Maximiano iniunctum fuiſſe non obſcurè ſignificat Herodianus idem; cùm ſcribit fluuium illum ſolutis niuibus per æſtatem intumuiſſe. τῶν γὰρ ὑπερκειμένων ὀρῶν τὰς δι' ὅλου τοῦ χειμῶνος παγείσας χιόνας λύουσα ἡ τοῦ ἔτους ὥρα παμμεγέθη τὸν χειμάρρουν εἰργάζετο. *Etenim anni tempore ſolutæ vicinorum montium niues, quas longa hiems durauerat, maximum torrentem effecerant.* Deinde Maximus, & Balbinus annum circiter ſolidum imperarunt, vti cap. XXIV libri XI docuimus. Denique Capitolinos ludos æſtiuo tem-
D pore peractos fuiſſe, perſpicuè Cenſorinus indicat, qui anno ab illorum nece proximo ſcripſit. Nam, vt ſuprà declaratum eſt, Auguſto circiter menſe libellum ſuum commentabatur: certè ante finem Auguſti, & initium anni fixi Ægyptij. Atqui pag. 41 cùm de agone quinquennali Capitolino loquitur; *Hoc nunc*, inquit, *anno qui celebratus eſt agon vndequadrageſimus numeratur.* Iam ergo confectus erat. proindeque non autumno, ſed æſtate celebratus eſt.

 A

De Piſiſtrato Athenienſium tyranno, Solone, Periandro Corinthio atque Crœſo. Herodoti error, & Euſebij.

Addenda ad lib. X, *inter caput* X *&* XI.

HORVM omnium tempora vnum in caput coniecimus, quod ſeſe inuicem illuſtrent, atque ad Herodoti παραχρονισμοὺς detegendos inter ſe comparanda ſint.

Piſiſtratus ter omninò tyrannidem Athenis arripuit. Primò cùm in ea vrbe Solon eſſet: quando callidè ſatellites clauigeros expreſſit à populo, quibus fretus arcem occupauit. quod Herodotus lib. I, pag. 14 refert; & in Solone Plutarchus. Sed non multo pòſt à Megaclis, & Lycurgi militibus deiectus eſt. μετὰ δὲ οὐ πολλὸν χρόνον &c. ait Herodotus. (Herod. pag. 15.) Secundò igitur reconciliato nuptiarum pactione Megacle, ſtolidiſſimo commento tyrannidem recuperauit, ſubornata in Mineruæ ſpeciem fœmina, quæ ipſum in arcem introduxit. B Pòſt eiuſdem factione Megaclis excidit, atque Eretriam conceſſit. Tum pecuniis, & auxiliis vndique contractis, διὰ ἑνδεκάτου ἔτεος, *poſt* XI *annos*, tertiò demum in tyrannidem reſtitutus eſt, quam & perpetuò retinuit.

Mortuo Piſiſtrato, tyrannidem Hippias tenuit, natu maior, vti libro VI Thucydides ſcribit. Huius frater Hipparchus longè illo moderatior, & humanitatis etiam literis excultus, ab Harmodio & Ariſtogitone interfectus eſt. Hippias anno deinde quarto à Lacedæmoniis, & Alcmæonidis pulſus ad Darium Hyſtaſpis F. confugit; cuius in exercitu anno poſtea viceſimo ad Marathonem contra ſuos conflixit. Hæc diſertè Thucydides: quibus Herodoti ſuffragatur hiſtoria. Euſebius in Chronico anno tertio Olympiadis LIII refert Piſiſtratum Athenienſium tyrannum in Italiam eſſe tranſgreſſum. Si id verum eſt, poſt ſecundam eiectionem contigit, quando XI annos in apparatu poſuit. Quocirca primæ tyrannidis initium aliunde quærendum eſt. Ad id vero præſtantiſſimus nobis ſcriptor præit C Ariſtoteles. qui lib. V. de Repub. cap. XII bis ait fugiſſe Piſiſtratum, adeò vt ex annis XXXIII ſeptemdecim duntaxat tyrannus fuerit; filij autem eius octodecim. Ita fiunt in totum anni XXXV. Δὶς γὰρ ἔφυγε Πεισίστρατος τυραννῶν· ὥστε ἐν ἔτεσι τριάκοντα καὶ τρισὶν ἑπτακαίδεκα ἔτη τούτων ἐτυράννευσεν· ὀκτωκαίδεκα δὲ οἱ παῖδες, ὥστε τὰ πάντα ἐγένετο ἔτη τριάκοντα καὶ πέντε. Illuſtris locus: cuius beneficio obſcuriſſimæ ſanè hiſtoriæ lux affulget. Triginta tres annos ab exordio occupatæ tyrannidis, ad Piſiſtrati mortem computat Ariſtoteles. ex iis XVII à tertia reſtitutione ad obitum Piſiſtrati. inde ad Piſiſtratidarum fugam, anni octodecim. Porro ex Thucydide conſtat Piſiſtratidas eiectos eſſe anno XX ante Marathoniam pugnam. Ea verò incidit in annum Per. Iul. 4224, vti lib. X, cap. XXII. docuimus. tertium videlicet Olymp. LXXII. Igitur anno 4204, ſiue tertio Olymp. LXVII, pulſus eſt Hippias. Ita anno Per. Iul. 4186, hoc eſt annis antè XVIII, Olymp. LXIII anno ſecundo Piſiſtratus obierit. Demptis inde triginta tribus annis, initium occupatæ tyrannidis conuenit in annum 4154, aut antecedentem. D Igitur anno primo Olymp. LV, ſub idem tempus, quo Cyrus Medorum imperium euertit, Piſiſtratus patriæ libertatem oppreſſit.

(Euſebij error.) Hinc apparet Euſebij παραχρονισμός, qui anno tertio Olymp. LIV poſterioris exilij tempus aſſignat; cùm nondum omninò tyrannidem eſſet adeptus. Sed neſcimus quantum in priori, vel poſteriori annorum habuerit. Illud ex Ariſtotele didicimus, triplex illud tyrannidis tempus XVII annos efficere. Sanè perbreues priores duas fuiſſe, ex Crœſi tempore pòſt paulo demonſtrabitur: hoc eſt vnum duntaxat annum integrum occupaſſe. Sed de priori videamus.

Scribit Plutarchus in calce vitæ Solonis, Piſiſtratum Comia Archonte dominari cœpiſſe: Hegeſtrato verò Archonte, qui Comiæ ſucceſſit, obiiſſe Solonem. Sigonius Comiam imputat anno tertio Olympiadis LIII; Hegeſtratum anno quarto. At qui librum de Archontibus nuper edidit, Sigonium redarguit, & anno primo Olymp. L Comiam Alchontem; ſequenti Hegeſtratum

A aſſignat, quo & mortuus eſt Solon. Nititur verò Anonymi Scriptoris autho-
ritate, quem Scaliger in Theſauro temporum ſub hoc titulo edidit, Ἱστοριῶν Pag. 317
συναγωγή. Ὀλυμπιάδων ἀναγραφή. Putauit hunc authorem è veteribus eſſe quem- Euſeb.
piam, quem Scaliger in lucem emiſerit. Atqui collectanea iſta Scaligeri ſunt,
qui in calce Animaduerſionum ſuarum ita loquitur. *Poſtremò συναγωγὴν ἱστορικὴν* Pag. 268.
à nobis partim ex editis, partim ex nondum editis Scriptoribus collectam, &c. Fruſtra
itaque Anonymus ille paſſim pro antiquo citatur, &, quod minimè tolerabile
eſt, etiam claſſicis authoribus antefertur. Sed hæc obiter. Iam ex iis, quæ A-
riſtoteles nos docuit, euidens eſt cùm Sigonium errare, qui Solonis obitum
ante primam tyrannidem Piſiſtrati collocarit: tùm multo magis alterum,
qui in annum primum quinquageſimæ Olympiadis reiecerit. Etenim anni XXXIII
ab initio occupatæ tyrannidis ad obitum Piſiſtrati numerandi ſunt. Hinc eſt
quod Heraclides in Excerptis de Rebuſpublicis, aſſerit Piſiſtratum XXXIII an-
B nis tyrannidem tenuiſſe. Iuſtinus verò, XXXIV. qui & in reliqua Piſiſtratida-
rum hiſtoria labitur, dum Dioclem eum nominat, qui Hipparchus eſt, & ali-
ter rem narrat.

Solonem Piſiſtrato tyrannidem gerente aliquandiù fuiſſe ſuperſtitem, nemo
dubitat. Eundem etiam in Lydiam ad Crœſum veniſſe, non minus conſtat.
Tametſi non defuerunt, qui ex certa ratione temporum, illius hiſtoriæ, collo-
quiique fidem eleuarent, vt Plutarchus aſſerit. Verùm id Herodotus libro I Pag. 7.
memoriæ prodidit. Qui quidem ſcribit Crœſum, poſtquam Sadyatte patre
mortuo regnum ſuſcepit, pene omnem Aſiam armis occupaſſe. tùm ad ipſum
conſtituto iam imperio pace, opibúſque florentem, inſignes quoſque Sophiſtas
è Græcia veniſſe: in iiſque Solonem Athenienſem. Addit hunc poſt leges A-
thenienſibus editas, decem ſibi annorum peregrinationem impoſuiſſe, quo in-
teruallo Sardes ad Crœſum ſeſe contulit. Huius peregrinationis meminit &
Plutarchus. Diogenes Laërtius poſt ſuſceptam à Piſiſtrato tyrannidem, pere-
grè profectum Solonem memorat, & in Ægyptum, Cyprúmque nauigaſſe; nec
C non ipſum Crœſum adiiſſe. Quin & Piſiſtrati ad eum literas refert ad reditum
hortantis, & Solonis id recuſantis alias. Quæ omnia Plutarcho valdè repu-
gnant. Is enim propemodum decrepito Solone Piſiſtratum patriæ dominatum
inuaſiſſe teſtatur, annóque poſtea Solonem exceſſiſſe. Gellius quoque lib. XVII,
cap. XXI ſcribit Solonem voluntarium in exilium abiiſſe, poſtquam Piſiſtratus
tyrannidem obtinuit. Equidem vt coniecturâ potiſſimum agatur, Solonis pere-
grinationem arbitror longè ante Piſiſtrati tyrannidem accidiſſe, poſtquam le-
ges Athenienſibus tulit: Crœſum autem viuo adhuc parente, ad communio-
nem regni vocatum Aſianas illas expeditiones obiiſſe; cùm & ætate prouecta
iam parens eſſet: (Annos enim ſeptem & quinquaginta regnauit) & ille ge-
rendis rebus idoneus. Siquidem annos XXXV natus erat, cùm pater eius obiit.
Crœſus à Cyro ſuperatus eſt anno XL poſt Olympiadem XLIX, vt Soſicrates
apud Diogenem in Periandro narrat, qui eſt annus Per. Iul. 4170. Ad hæc te-
ſtis eſt Herodotus, Crœſum cùm efferentem ſeſe Cyri Perſarúmque poten-
tiam ſuſpectam haberet, bellum aduerſus illos molientem omnia circunſpe-
D ctaſſe populorum auxilia: ac de Athenienſibus ita illi renunciatum eſſe, tertiò
iam ipſos Piſiſtrati armis, ac dominatui ceſſiſſe Itaque ſub idem fere tempus,
quo Crœſus contra Perſas exercitum parabat, Piſiſtrati de Alcmæonidis victo-
ria, & tyrannidis recuperatio contigiſſe videtur: vti pag. 15 ſignificat Herodo-
tus. Quocirca ſi, vt ex Ariſtotele ratiocinabamur, ſub annum Per. Iul. 4169
Piſiſtratus tertiò in dominatum reſtitutus eſt, eodémque tempore Crœſus in
apparatum bellicum intentus erat, veriſimile eſt, anno 4170 eundem in Cyri
poteſtatem veniſſe. Vnde & poſt patris obitum inierit, anno 4156. Nam XIV
annis regnum tenuit. Deducantur nunc ex anno 4169, quo Piſiſtratus tyran-
nide potitus eſt, anni XI: conſequens eſt anno ipſum 4158, id eſt primo Olym-
piadis LVI, ſecundò fuiſſe deiectum. Proinde cùm à tertiæ tyrannidis exordio,
nempe ab anno 4169, ad eiuſdem obitum, qui incurrit in annum 4186, anni in-
teriecti ſint ſolidi XVI; neceſſe eſt ad XVII complendos, quot integro dominatui
præfinit Ariſtoteles; vnicum duntaxat ex duplici tyrannide priore confici. Quare

anno exeunte 4155 expulſus, anno 4157 reſtitutus, ac rurſus anno 4158 exactus vrbe vndecim annos exulauit. A

De Solonis obitu libens in Plutarchi ſententiam conceſſerim; & anno 4155 Olympiadis LV ſecundo mortuum eſſe crediderim, altero quàm Piſiſtratus tyrannidem obtinuit. Porrò epiſtola Solonis ad Piſiſtratum quaſi ab abſente data, quam habet Diogenes, ſuppoſititia videtur: vt & aliæ quædam ab eo authore deſcriptæ: quas exercendi ſtyli, & ingenij cauſa, vt aſſolet, nonnulli confinxerunt. Itaque Comias Archon, me quidem fautore, incidit in annum primum Olympiadis LV; Hegeſtratus in ſecundum.

Hic eſt, niſi fallor, Hegeſtratus ille Piſiſtrati ſpurius, quem Piſiſtratus Sigei
pag. 204. tyrannum conſtituit: vt ſcribit Herodotus lib. v. Etenim Piſiſtratum ait Sigeum à Mitylenæis eripuiſſe, atque Hegeſtratum filium tyrannum ibi collocaſſe.

Quo quidem in loco magnopere fallitur Herodotus, & illius temporis hiſtoriam grauiſſimè conturbat. Subiicit enim, Hegeſtratum quem acceperat à patre dominatum non ſine armis retinuiſſe, ac diu Mitylenæos & Athenienſes de illius B oppidi poſſeſſione certaſſe: quos tandem Periander Cypſeli filius compromiſſarius arbiter inter ſe conciliauit. Quæro quî tùm potuerit ſuperſtes eſſe Perian-
pag. 5. der, quem ante multos annos obiiſſe conſtat eodem ex Herodoto. Quippe lib. I ſcribit Lydorum regem Alyattem anno quinto regni ſui bellum, quod cum Mileſiis ſex annis pater ipſius Sadyattes, quinque autem ipſe geſſerat, pace commutaſſe; cùm Periander Cypſeli filius Corinthi tyrannus Thraſybulum Mileti tyrannum de oraculo, quod Alyatti editum fuerat, monuiſſet. Alyattes, vt Herodotus teſtatur, annis LVII regnauit. Periander, ſi Diogeni Laërtio credimus, annis XL, vel, vt Ariſtoteli potiùs aſſentimur, XLIV. Non potuit igitur ad Piſiſtrati tempora peruenire: præſertim cùm & Olympiade XXXVIII dicat illum claruiſſe Diogenes, & mortuum anno vno ante Olympiadem XLIX. Sic enim Soſicratis apud Diogenem verba rectè quidam explicant. Σωσικράτης δέ φησι πρότερον Κροίσου τελευτῆσαι αὐτὸν ἔτεσι τεσσαράκοντα, καὶ ἑνὶ πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς ἐννάτης Ὀλυμπιάδος. *Soſicrates porrò refert ipſum quadraginta ante Crœſum annis obiiſſe, vno verò ante Olympiadem* XLIX. Ibi πρὸ Κροίσου, idem eſt atque ante Crœſi calamitatem. C Annus primus Olympiadis XLIX, eſt Periodi Iulianæ 4130. Ergo & anno 4129 mortuus eſt Periander, & 4170 Crœſus à Cyro captus. Extat eiuſdem epiſtola Periandri ad Sapientes, qua ipſos rogat Corinthum vt ad ſe veniant, quemadmodum anno præterito Sardes apud Lydiæ tyrannum conuenerant. Non poteſt is eſſe Crœſus, ſed Alyattes. Qui fortaſſis in pueri Crœſi gratiam florentes tum in ſapientia viros acciuerit. Erat enim, cùm Periander obiit, natus annos IX circiter Crœſus: qui eodem anno, quo Solon Athenienſium Remp. ordinabat, in lucem eſt editus, nimirum tertio Olympiadis XLVI. Atqui Plutarchus paulo poſt legum lationem peregrè Solonem abiiſſe memorat, quam peregrinationem decennalem fuiſſe refert Herodotus. Præclarè igitur ſecum hiſtoria conſentiet, ſi hoc ipſo interuallo Solonem dixerimus cum reliquis ſapientibus Sardes ad Alyattem veniſſe: ac rurſus adulto iam Crœſo, & cum patre regnum adminiſtrante eôdem aſpiraſſe, quando & memorabile cum eo colloquium illud habere D potuit.

Vixit Solon annos, vt ſcribit Diogenes, LXXX. Natus eſt ergo anno 4075, Olympiadis XXXV primo, vel ſecundo: eodémque, vel altero quàm Thales ortus fuerat.

Ex iis ordinanda ſunt, quæ ex Euſebij authoritate de Lydorum regno capite v, Libri X conſtituimus. Nam ille Crœſum captum à Cyro ſtatuit anno I Olympiadis LVIII. Probabilius verò eſt id anno I Olympiadis LIX contigiſſe. Vnde Gygis initium anno 4000 Periodi Iulianæ, & triceſimæ nonæ Olympiadis primo tribuendum eſt. Ardyſi verò primordium anno 3921 tribuendum, qui eſt XVIII ante primam Olympiadem.

A

De ortu & obitu Alexandri M. retractantur & illuſtrantur aliqua quæ lib. x, cap. xxxii, & xxxix dicta ſunt. Pag. 208.

IN epilogiſmo Iudaico, ac deſignatione menſis, quo natus eſt Alexander, quædam per imprudentiam vitioſè concepta ſunt. Hoc igitur tenendum; anno illo, quo Olympias cvi celebrata eſt, in curſu fuiſſe Iudaici computi annum 3405, Cyclo Solis xviii, Lunæ vii, lit. F. Huius Tiſri cœpit anno antecedente, Cyclo Solis xvii, Lunæ vi, litera A G, Septembris xxiii, feria i, cuius character eſt 1, 6, 1050. Addito charactere ix menſium, Neomenia Siuuan cadit in Iunij xvi, cuius character 1, 1, 627, feria prima. Plenilunium Iunij xxx feria prima, vel Iulij 1, feria ii.
B Nam character eſt 1, 19, 1023 $\frac{1}{2}$. Itaque diffunditur dies ex methodo. Hic menſis videtur eſſe Hecatombæon, & Olympicus. Nam Plenilunium poſt Solſtitium accidit. Hoc modo natus erit Alexander Iunij xxi, ſi quidem natus eſt ſexto die Hecatombæonis, vt ait Plutarchus. Quod autem Plutarchus eodem tempore ſcribit tria illa Philippo nunciata, κτ̃ τ̃ αὐτ̃ χρόνον, non rectè Latinus interpres vertit *eodem die*. Id enim fieri non potuit.

Sed de ætate Alexandri, & obitu non leuis ſuboritur quæſtio. Etenim Arrianus lib. viii ſcribit Archonte Hegeſia mortuum illum eſſe, Olympiade cxiv: vixiſſe annos xxxii, menſes viii, vt author eſt Ariſtobulus: regnaſſe xii annos, menſes itidem viii. Cum immota conſtet epocha natalis ipſius in anno 1 Olymp. cvi, Periodi Iulianæ 4358: annus ætatis eiuſdem triceſimus tertius exiens incidet in annum Periodi Iulianæ 4391: regni verò primus, vt & mortis Philippi, erit 4378. Rurſus Plutarchus ex diariis Alexandri refert, quid per morbum diebus ſingulis acciderit. ac primò tentatum ait febri Dæſij menſis xviii die; obiiſſe verò τρίτῃ φθίνοντος, id eſt xxviii. Ariſtobulus autem Dæſij xxx. Dæſius menſis
C lunaris reſpondebat Thargelioni, vel Siuuan, erátque vernus. Vnde conſequens eſt, Alexandrum exceſſiſſe anno 4391, ſi Hegeſia Archonte obiit. Hic enim magiſtratum iniit à Solſtitio anni 4390. Atqui natus ponitur Hecatombæone, ſiue Loo ineunte anni 4358. à quo ſi annos xxxii, cum viii menſibus numeres, deſineret calculus in Dyſtrum, ſiue Antheſterionem, vel Adar anni eiuſdem 4391. ab eo verò tertius eſt Dæſius. Præterea res eſt explorata, ineunte Olympiade cxiv Alexandrum obiiſſe, anno Periodi Iulianæ 4390, anno Nabonaſſari labente cccc xxiv, cuius Thoth iniit Nouembris xii, feria vii, anno Periodi Iulianæ 4389, cyclo Solis xxi, litera C B. Siquidem à Thoth Nabonaſſari, qui cœpit anno Periodi Iulianæ 3967, Februarij xxvi, ad Thoth Philippi, qui Alexandro ſucceſſit, anni ſunt Ægyptiaci ſolidi cccc xxiv. Ii ad Iulianos redacti conficiunt annos ſolidos cccc xxiii, dies cclix. Quos ſi ad xxv Februarij anni Periodi Iulianæ 3967 addideris, deſinet ſumma in xi diem Nouembris anni 4390. Similiter à Thoth Philippi ad Thoth Actiacum Ægyptiorum Ptolemæus eodem loco, id eſt lib. iii, cap. viii, computat annos Ægyptiacos ccxciv, qui ſunt Iuliani ccxciii,
D dies ccxcii. Hi detracti de annis Periodi Iulianæ 4683, diebus 242. (Quippe Thoth Actiacum incidit in annum Periodi Iulianæ 4684, diémque xxxi Auguſti, qui eſt 243 à Kalendis Ian.) reſidui erunt anni 4389, dies 315. Proinde Thoth Philippi conuenit in annum Periodi Iul. 4390, diémq; cccxvi à Kalendis Ianuariis. Ad hæc quandoquidem Cenſorinus anno illo, quo ſcribebat, qui fuit Chriſti ccxxxviii, Periodi Iulianæ 4951, dicit annum Philippi dlxii iniiſſe, eius porrò Thoth cœpit Iunij xxv: ſi de annis Periodi Iulianæ 4950, & diebus 175 completis detrahas Iulianos 560, dies 225, qui reſpondent Ægyptiacis 561 ſolidis; reſidui erunt anni Periodi Iulianæ 4389, dies 315. Quare anno 4390, Nouembris xii cœpit Thoth Philippi, qui eſt ab exceſſu Alexandri, vt loquitur Cenſorinus.

Itaque certiſſima eſt epocha mortis Alexandri. nec audiendi ſunt Chronologi plerique, qui in annum exeuntem Olympiadis cxiv conferunt, hoc eſt Periodi Iulianæ 4391. vt Buntingus, Caluiſius, Iacobus Cappellus. Ex quibus Buntingus exiſtimat Thoth Philippi, ſiue ab obitu Alexandri M. nominari illum, qui proximè

anteceſſit, non qui ſecutus eſt Alexandri mortem. Verùm vti Thoth Actiacus, qui incurrit in annum Vrbis conditæ 724, Iulianum XVI, ille eſt ipſe, qui proximè Antonij & Cleopatræ mortem conſecutus eſt, non qui anteceſſit; ita Thoth mortis Alexandri is eſt, qui poſt eius obitum proximè ſucceſſit. A

Quid igitur Diariis illis faciemus, quæ Dæſio menſi obitum illius aſſignant? Credideram verno tempore anni 4390 mortem illius incidiſſe. Quomodo & Pontacus in Notis Euſebij ſenſit. Nunc quid in mentem mihi venerit benignis Lectoribus impertiam. Magna ſanè mihi ſuſpicio eſt, Macedonicorum menſium ſitum alium Philippi, & Alexandri temporibus fuiſſe, quàm poſteà ſit inſtitutus. Etenim Philippus in epiſtola, quam ad ſocios ſcribit, quámque Demoſthenes Oratione περὶ στεφάνου recitat, & nos lib. I, cap. XXIX produximus, Loum cum Boëdromione componit. qua ratione Dæſius Hecatombæoni reſpondebit, Hyperberetæus Pyanepſioni. Poſtea mutatus eſt ſitus, & Hyperberetæus in Boëdromionem, Lous in Hecatombæonem, Dæſius in Thargelionem tranſitum fecerunt. B Quare id ita contigerit, quóue tempore, neſcimus: vt nec mutationis in Atticorum menſium ſitu, quam certò ſcimus eſſe factam, cauſam tempúſque cognoſcimus. Hoc ſi non abſurdè ex illa Philippi epiſtola ſuſpicamur; facile erit obitum Alexandri in Dæſij, hoc eſt Hecatombæonis, adeóque primi menſis Olympici, vel Elidenſis exitum coniicere. Hoc modo Hegeſia Prætore, & ineunte Olympiade CXIV, vt ait Euſebius lib. VIII de Demonſtr. Euang. pag. 244. mortuus erit, ἐν ἀρχῇ τῆς ριδʹ Ὀλυμπιάδος. *sed Arrianus ex Aristobulo vixiſſe eum ſcribit menſes 8 (Diodorus menſes 7) ſupra annos 12.* Verum illud inſuper fuerit, quod de Alexandri ætate plerique omnes aſſerunt, vixiſſe ipſum annos ſolidos XXXII, vt Cicero Phil. V. Euſeb. I de vita Conſtant. & alij paſſim. Nam aliquot dies clauſo iam, expletóque XXXII ſuperſtes fuit, & libauit de triceſimo tertio.

De Ægyptiorum regibus emendanda quædam lib. X, cap. XLVI, pag. 237. D.

C

DE Ptolemæo Aulete caſtiganda ſunt quæ Strabonem ſecuti coniectati ſumus, mortuum illum circa annum Vrbis conditæ DCC. Nam Strabo de eodem, poſtquam in regnum reſtitutus eſt, ſcribit χρόνον δ᾽ οὐ πολὺν τῇ βασιλείᾳ προσθεὶς τελευτᾷ νόσῳ, *Cùm non multo deinde tempore regnaſſet, morbo deceſſit.* Cui non coniecturam eiuſmodi tantus Scriptor exprimeret, vt ſequenti anno mortuum eſſe crederet? At id ſecus ſe habet. Nam Cælius ad Ciceronem lib. VIII, Epiſt. V, quæ data eſt anno ab Vrbe condita DCCIII Kal. Sext. ſcribit Alexandriæ regem eſſe mortuum. Ad hunc igitur annum vixit Auletes, hoc eſt quintum ab eo quo reſtitutus eſt: nec ſatis exactus eſt Strabo. Itaque annos XIII regnauit. Cleopatra verò circiter XXII, non tamen plenos.

De Veſpaſiani Conſulatibus. D

Addenda poſt Caput XVI Libri XI.

ANNO Vrbis conditæ octingenteſimo viceſimo quinto Coſſ. ponuntur ab Onufrio & à nobis, Veſpaſianus Aug. IV, Titus Cæſar Veſpaſianus II. Baronius ad annum Chriſti LXXIV contendit nonniſi tertiùm Conſulē anno iſto patrem fuiſſe. Primò quia Plinius lib. II, cap. XIII, Veſpaſianum III Conſulem cum Tito II comparat. Deinde quia primum Conſulatum non ordinarium, ſed ſuffectum Veſpaſianus habuit, vt Suetonius cap. IV indicat. At ſuffecti Conſules non ante Seueri tempora in Faſtis numerari cœperunt. Ex quo complures alios Faſtorum vulgarium errores corrigendos eſſe dicit idem Annalium pater. Sed rectè à nobis Veſpaſianum Coſ. IV cum Tito II fuiſſe compoſitum, præter

A Faſtorum Siculorum, & Ignoti illius authoris, quem citat Cuſpinianus, fidem; (nam Caſſiodorus Veſpaſianum IV, & Titum II coniungit:) veteres etiam inſcriptiones lapidum, & numorum idem perſuadent. Apud Occonem numi tres his ipſis Conſulatibus notati leguntur. vnus apud Onufrium. Deinde in alio numo Trib. Pot. II, & Coſ. III inſcribitur. Is eſt annus Chriſti LXXI, quo Tribunitiæ pot. annus ſecundus adhuc erat in curſu Kalendis Ian. quibus tertium Conſulatum iniit. At anno ſequenti Tribunitiæ poteſtatis III, non II fuit. Item Romæ in aquæductu Aquæ Claudiæ IMP. CÆSAR VESPASIANVS AVGVST. PONTIF. MAX. TRIB. POT. II. IMP. VI, COS. III. DESIG. IIII. Hic eſt annus idem Chriſti LXXI, quo tertium Conſulatum Kalend. Ian. cœpit, cùm in ſequentem deſignatus eſſet. Eiuſdemmodi ſunt & aliæ apud Onufrium epigraphæ: quibus vulgarium Faſtorum fides aſſeritur. De Plinio non leuis ſuſpicio eſt, vel IIII Conſ. pro III leg. vel, vt in MS. comparet, ſine vlla numerorum
B nota, Veſpaſianis patre, & filio Conſulibus.

Nam quod ad Dionem ſpectat, non ille ſuffectos Conſulatus negat in numerum ſolitos procedere; ſed Conſularia duntaxat inſignia. Etenim paulo antè ſcripſerat Senatum ταῖς τιμαῖς ὑπατικαῖς, *Conſularibus inſignibus* Octauum affeciſſe: poſteà verò Conſulatum VI à populo eundem extorſiſſe, collegámque Q. Pedium habuiſſe. οὐ μέντοι ὡς καὶ δεύτερον ὑπατεύων, ὅτι ταῖς τιμαῖς ταῖς ὑπατικαῖς ἐκεκόσμητο, ἐσεμνύνατο. *Non tamen ideo ſecundùm ſe Coſ. inſcripſit, etſi Conſularibus inſignibus honeſtatus eſſet.* Primus Plautianus ſub Seuero cùm inſignia Conſulatus accepiſſet antè, Conſul poſteà factus, ſecundùm Conſul vocatus eſt. quæ eſt inſignis obſeruatio. Nam in conſequentibus Faſtis pleroſque Conſules II legimus; quorum fruſtra nonnunquam aut ordinarius, aut ſuffectus quæritur prior. Quod autem ante Seuerum Conſulatus ſuffecti numerati ſint, conſtat ex Claudij Conſulatibus apud Sueton. cap. XIV.

C

De Conſtantini M. ac Licinij bellis, & huius clade. quæ ſuis temporibus aptantur. Codex Theodoſianus caſtigatur.

Inſerendum inter Caput XL *&* XLI *libri* XI.

SI vlla pars eſt hiſtoriæ in Chronologia noſtra conſtituta, & ab errore purgata; hæc ipſa profectò eſt, quæ Conſtantini & Licinij bella continet. quæ in vulgatis Annalibus & Chronicis perturbatiſſimè digeruntur. Quatuor inſignia Licinium inter & Conſtantinum prælia fuerunt. Primùm enim bis pugnatum eſt antequam in concordiam redirent. Semel ad Cibalim oppidum Pannoniæ: deinde in campo Mardienſi, qui in Thracia eſt, vt ex Zoſimo colligitur. Poſteà certis conditionibus inter ambos pax & concordia redintegrata eſt. Qua poſt annos aliquot denuò ſoluta, bis conflixerunt. primò ad vrbem Hadrianopolim in Thracia: tùm ad Cal-
D chedonem: vt de nauali prælio, quod interiectum fuit, nihil dicam. Annales Eccleſiaſtici priora duo certamina in annum Chriſti CCCXVII conferunt. poſteriora totidem in ſequentem: ita vt anno CCCXVIII Conſtantinus cum Licinio debellauerit, & quidem anni ipſius exordio. Verùm ex Idatij Faſtis, Aurelio Victore, Euſebio, & aliis longè ſecus rem habuiſſe conſtat. Nam vltima Licinij clades vndecimo à priore anno contigit apud Idatium. Siquidem Voluſiano II, & Anniano Coſſ. Cibalenſe prælium ponitur VIII Idus Octobris. Hadrianopolitanum, & Calchedonenſe Criſpo III, & Conſtantino III. Aurelius Victor à Schotto primùm editus poſt Licinij, & Conſtantiæ nuptias triennium quieuiſſe ambos Imperatores refert. tùm inter ſe geſſiſſe bellum: ac deinde compoſita pace, Cæſares feciſſe tres, Criſpum, Conſtantinum, Licinianum: quo tempore Solis defectio præſagium haud diuturnæ concordiæ fuit. Sexennio pòſt rupta pace rurſus in Thracia pugnarunt. Hæc Victor. Euſebius in Chron. Cibalenſe prælium aſſignat anno Conſtantini VII: Licinij verò perſecutionem anno eiuſdem XIV;

necem verò, quæ proximo ab eo quo victus eſt anno contigit, tribuit Conſtantini xvii. Ergo decimo circiter anno à Cibalenſi conflictu poſteriora prælia contigerunt. Ex his communis illa Chronicorum, & Annalium labes agnoſcitur, in quibus poſteriora duo certamina proximo à prioribus anno collocantur. A

Idatius, vti dictum eſt, Cibalenſe prælium refert ad Coſſ. Voluſianum ii, & Annianum. Sed id anno ſequente potiùs eueniſſe inde concludimus, quòd l. vi Cod. Theod. Tit. xxxv, lex prima edita legitur iiſdem Coſſ. Treueris, iv Kal. Nou. Atqui prælium ipſum viii Id. Oct. commiſſum. à quo tempore Conſtantinus deinceps in Thracia, & finitimis locis continuò fuit. certè Octobri menſe in Galliis eſſe non potuit. Proinde nos Cibalenſe certamen contulimus in annum Chriſti cccxv, Conſtantino iv & Licinio iv Coſſ. Poſt hæc leuati ſunt Cæſares tres, ait Idatius, Gallicano, & Baſſo Coſſ. Kalendis Martiis. Nec obſtat, quod Panegyricus Nazarij annum decimum-quintum Conſtantini cum quinquennalibus Cæſarum coniungit: at annus xv Conſtantini abſolutus eſt anno Chriſti cccxxi, quo quartus Cæſarum deſiit. Etenim quinquennalia, decennalia, & id genus alia nonnunquam ineunte anno quinto, decimo, &c. aliàs exeunte, ac vertente celebrata ſunt. Ita Conſtantinus vicennalia Nicomediæ dedit, poſt Nicænum Concilium anno Chriſti cccxxv, quo annus xx iniit. Romæ verò, ſequenti, quo xx abſolutus eſt. Itaque credibile eſt quindecennalia Conſtantini anno ipſius xv iam affecto, cum quinquennalibus ineuntis anni v Cæſarum in Galliis celebrata fuiſſe. Igitur anno Chriſti cccxvii Cæſares illi facti ſunt. quo etiam anno Sol defecit Decemb. xx, hora diei ix circiter. quod tempus notatum eſt ab Idatio. tametſi deliquium iſtud tribuat anno ſequenti, Coſſ. Licinio v, & Criſpo Coſſ. Quid ſi anni principium à Septembri, & Indictionis initio ſumpſerit Idatius, ac Conſules eos quibuſlibet annis aſſignarit, qui iam in curſu erant à Septembri? Id enim probabile eſt. ex eóque conſtabit cur eclipſin illam Solis non antecedentibus Coſſ. ſed conſequentibus ſubiecerit. Poſt creatos Cæſares ſexennio ferè ceſſatum eſt ab armis vſque ad annum cccxxiii, quo bellum recrudeſcere cœpit, quod ſequente anno patratum eſt. Quæ omnia in Chronico noſtro accuratè digeſſimus. Supereſt nodus, quem haud ita promptum eſt ſoluere. L. i Cod. Theod. de Veteranis Conſtantinus iv Eid. Apr. Licinio v & Criſpo Cæſare Coſſ. ſanctionem edidit in gratiam Veteranorum, *qui ex die quinta Nonarum Iuliarum, cum prima per Thraciam victoria vniuerſo orbi inluxit, & qui poſteà apud Nicomediam miſſionem meruerunt.* Conſules iſti conueniunt in annum Chriſti cccxviii, qui quartus eſt à pugna Cibalenſi. At nondum per id tempus Nicomedia potiebatur Conſtantinus, Hanc enim profligatis Licinij copiis anno demum cccxxiv in poteſtatem habuit. Deinde cur primam vocat Thracicam illam victoriam, quandoquidem vltima potiùs dicenda fuit, ſi anno cccxviii legem illam tulit? Nam altera poſt ipſam hactenus nulla contigerat. Quocirca falsò ſubſcriptos illos eſſe Coſſ. apparet: ac non ante annum cccxxiv, & vltimam victoriam, legem illam à Conſtantino ſancitam eſſe. Dubitationem pene omnem Idatius eximit; qui ſecundam in Thracia pugnam v Non. Iul. accidiſſe ſcribit, Coſſ. Criſpo & Conſtantino Coſſ. iii, anno cccxxiv. At is ipſe dies Thracicæ victoriæ Conſtantini lege notatus eſt.

B

C

D

De Democriti Abderitæ tempore animaduertenda ad lib. xiii, annúmque Periodi Iulianæ 4214.

EVSEBIVS variis ex authoribus Chronicon ſuum contexuit. quorum diuerſæ plerumque cùm ſententiæ ſint, hanc ipſam varietatem quâ prudens, quâ incautus in Opus ſuum intulit. Quinetiam floruiſſe plerumque dicit aliquos anno illo, quo reuera nati ſunt. Ex eo genere eſt quod ad Olymp. lxx de Democrito notauit: nempe Democritum Abderitam, & Anaxagoram eo tempore floruiſſe. Longè ab eo diſſentit Diogenes Laërtius: apud quem tamen non vna veterum extat opinio. Quidam enim Anaxagora iuniorem Democritum faciunt annis xl. Porro Anaxagoras anno, quo Xerxes traiecit in Græciam, agebat annum xx, vt nonnulli prodiderunt.

A Vnde natum oporteat anno Per. Iul. 4224. Democritum verò anno 4264. quod eſt falſiſſimum. Quippe Democritus ipſe teſtatus eſt ſe librum, qui Διάκοσμος μικρὸς inſcribebatur, elucubraſſe anno poſt excidium Troiæ DCCXXX. Is eſt 4259, vel 4260.

Apollodorus natum putauit Olympiade LXXX, qui eſt annus Per. Iul. 4254, quòd ſimiliter falſum. Omnium probabilis eſt maximè Thraſylli ſententia, qui natum poſuit anno tertio Olymp. LXXVII, ita vt anno vno maior fuerit Socrate. Hic eſt Per. Iul. annus 4244.

Non minor de eiuſdem obitu pugna Scriptorum. Nam Diodorus obiiſſe ſcribit anno I Olymp. XCIV, qui eſt Per. Iul. 4310; vixiſſe XC annos. Ita natus ſit anno 4220 circiter. Alij vixiſſe ferunt annos CIX. Si hoc poſterius cum Diogene ſequimur, vt anno Per. Iul. 4244 in lucem exierit, mortuus eſt anno 4253. qua in ſententia nos acquieſcimus. Itaque delenda ſunt hæc ex Chronico noſtro ad annum 4214. Democritus Abderita floret. Item ex anno 4256, quæ de eius obitu notantur. Hæc enim ad annum 4253 retrahenda ſunt.

REGVM ALIQVOT, VEL PRINCIPVM SVCCESSIONES.

Propoſitum initiò fuerat imperiorum ac regnorum διαδοχὰς *in calcem Operis omnes coniicere, vt vno aſpectu ſimul vniuerſas intueri poſſemus. Sed interim nonnullas ſparſim Operi inſeruimus ipſi. velut Iudicum, Regum Iudæ, & Iſraelis, Medorum, Perſarum. Cæteras ferè, quæ quidem à nobis diſputatæ ſunt, hîc tibi reddemus: in quibus paululùm interdum diuerſa regibus aliquot initia conſtituta ſunt, atque in Opere noſtro fecimus: vt ex poſteriore hac animaduerſione priora illa caſtiganda ſint: præſertim in Macedonico regno.*

PRIMA SVCCESSIO Aſſyriorum Regum.

		Anni regni.	Anni Per. Iul. quib. inierunt.
1	Belus,	LXV	2539
2	Ninus,	LII	2604
3	Semiramis,	XLII	2656
4	Ninyas,	XXXVIII	2698
5	Arius,	XXX	2736
6	Aralius,	XL	2766
7	Xerxes,	XXX	2806
8	Armamithres,	XXXVIII	2836
9	Belochus,	XXXV	2874
10	Balæus,	LII	2909
11	Althadas ſiue Sethos,	XXXII	2961
12	Mamythus,	XXX	2993
13	Aſcharius,	XXVIII	3023
14	Sphærus,	XX	3051
15	Mamylus,	XXX	3071
16	Sparthæus,	XL	3101
17	Aſcatades,	XL	3141
18	Amyntes,	XLV	3181
19	Belochus,	XXV	3226
20	Balatores,	XXX	3251
21	Lamprides,	XXX	3281
22	Soſares,	XX	3311
23	Lampares,	XXX	3331
24	Panyas,	XLV	3361
25	Soſarmus,	XIX	3406
26	Mithræus,	XXVII	3425
27	Teutamus,	XXXII	3452
28	Teutæus,	XL	3484
29	Thinæus,	XXX	3524
30	Dercylas,	XL	3554
31	Eupales,	XXXVIII	3594
32	Laoſthenes,	XLV	3634
33	Pyritiades,	XXX	3677
34	Ophracteus,	XX	3707
35	Ophratenes,	L	3727
36	Ocrazapes,	XLII	3777
37	Thonos Connoleros,	XX	3818

Anno Periodi Iulianæ 3838 deſiit Aſſyriorum Imperium, quod tenuit annos 1300.

SECVNDA SVCCESSIO Sicyniorum Regum.

		Anni regni.	Anni Per. Iul. quib. inierunt.
1	Ægialus,	LII	2550
2	Europs,	XLV	2602
3	Telchin,	XX	2647
4	Apis,	XXV	2667
5	Thelxion,	LII	2692
6	Ægydrus,	XXXIV	2744
7	Thurymachus,	XLV	2778
8	Leucippus,	LIII	2823
9	Meſapus,	XLVII	2876
10	Eratus,	XLVI	2923
11	Plemnæus,	XLVIII	2969
12	Orthopolis.	LXIII	3017
13	Marathon,	XXX	3080
14	Marathus,	XX	3110
15	Echyreus,	LV	3130
16	Corax,	XXX	3185
17	Epopeus,	XXXV	3215
18	Laomedon,	XL	3250
19	Sicyon,	XLV	3290
20	Polybus,	XL	3335
21	Ianiſcus,	XLII	3375
22	Phæſtus,	VIII	3417
23	Adraſtus,	IV	3425
24	Polyphides,	XXXI	3429
25	Pelaſgus,	XX	3460
26	Zeuxippus,	XXXIII	3480
27	Sacerdotes,	XXXIII	3514

Anno Periodi Iulianæ 3547, Sicyoniorum regnum funditus deſiit. quod annos durauit paulo minùs mille.

TERTIA

A

TERTIA SVCCESSIO regum Argiuorum.

		Anni regni.	Anni Per Iul. quib. inierunt.
1	Inachus,	L	2857
2	Phoroneus,	LX	2907
3	Apis,	XXXV	2967
4	Argus,	LXX	3002
5	Criaſus,	LIV	3072
6	Phorbas,	XXXV	3126
7	Triopas,	XLVI	3161
8	Crotopus,	XXI	3207
9	Sthenelus,	XI	3228

B

Gelanor ſucceſſit : quo pulſo deinceps Inachidis Danaidæ ſucceſſerunt.

10	Danaus,	L	3239
11	Lynceus,	XLI	3289
12	Abas,	XXIII	3330
13	Prœtus,	XVII	3353
14	Acriſius,	XXXI	3370

Anno Periodi Iulianæ 3402 regnum à Perſeo Mycenas tranſlatum, cum Argis regnatum eſſet annos 546.

C

QVARTA SVCCESSIO Regum Mycenæorum.

1	Perſeus,	LVII	3402
2	Sthenelus,	VIII	3459
3	Euryſtheus,	XLIII	2467
4	Atreus, & Thyeſtes,	V	3509
5	Agamemnon,	XVII	3514
6	Ægiſthus,	VII	3531
7	Oreſtes,	LXX	3538
8	Tiſamenus, & Penthilus,	III	3608

Mycenæorum regnum tenuit annos 210, ac deſiit anno 3611.

Ab Inacho ad illius finem anni 756.

D

QVINTA SVCCESSIO Athenienſium Regum, ac Prætorum.

1	Cecrops,	L	3156
2	Cranaus,	IX	3206
3	Amphictyon,	X	3215
4	Erichthonius,	L	3225
5	Pandion,	XL	3275
6	Erechteus,	L	3315
7	Cecrops,	XL	3365
8	Pandion,	XXV	3405
9	Ægeus,	LIV	3430
10	Theſeus,	XXX	3484
11	Meneſtheus,	XVII	3514
12	Demophoon,	XXXIII	3531
13	Oxyntes,	XII	3564
14	Aphidas,	I	3576
15	Thymœtes,	XXXVI	3577
16	Melanthus,	X	3612
17	Codrus,	XXI	3623

Hactenus Reges.

Sequuntur Archontes perpetui.

1	Medon,	XX	3644
2	Acaſtus,	XXXVI	3664
3	Archippus,	XIX	3699
4	Therſippus,	XLI	3718
5	Phorbas,	XXXI	3759
6	Megacles,	XXX	3790
7	Diognetus,	XXVIII	3820
8	Phereclus,	XIX	3848
9	Ariphron,	XX	3867
10	Theſpieus,	XXVII	3887
11	Aganeſtor,	XX	3914
12	Æſchylus,	XXIII	3934
13	Alcmæon,	II	3957

Hactenus Archontes perpetui.

Archontes decennales.

1	Charops,	X	3959
2	Æſimedes,	X	3569
3	Clidicus,	X	3979
4	Hippomenes,	X	3989
5	Leocrates,	X	3999
6	Apſandrus,	X	4009
7	Eryxias,	X	4019

Colliguntur Athenienſium regum tempora à Cecrope ad Codrum anni 488. A Cecrope ad Eryxiæ finem anni 874.

SEXTA SVCCESSIO Lacedæmoniorum Regum ex Pauſaniæ Lacon.

Prima Dynaſtia.

1. Lelex,
2. Myles,
3. Eurotas,
4. Lacedæmon Iouis F. cuius vxor Sparta,
5. Amyclas Lacedæmonis F.
6. Argalus,
7. Cynortas,
8. Oebalus,
9. Tyndareus, qui ab Hippocoonte pulſus, ab Hercule reſtitutus eſt,
10. Caſtor, & Pollux,
11. Menelaus,
12. Oreſtes,
13. Tiſamenus,

Sub hoc Heraclidæ Peloponneſum occuparunt.

A

LACEDÆMONIIS DEINceps regum familiæ imperarunt duæ.

Prima familia Euryſthenidarum, ſiue Agidarum.

		Anni regni.	Anni Per. Iul. quib. inierunt.
1	Euryſthenes Ariſtodemi F.	XLVI	3612
2	Agis Euryſthenis F.	I	3658
3	Echeſtratus Agidis F.	XXXV	3659
4	Labotas Echeſtrati F.	XXXVII	3694
5	Doryſſus Labotæ F.	XXIX	3731
6	Ageſilaus Doryſſi F.	XLIV	3760
7	Archelaus Ageſilai F.	LX	3804
8	Teleclus Archelai F.	XL	3864
	Hic à Meſſeniis in Limnis occiſus eſt. Pauſ.		
9	Alcamenes Telecli F.	XXXIX	3904
10	Polydorus Alcamenis F.		3943
	Sub hoc colonia Crotonam, & in Locros Zephyrios miſſa. Pauſ.		
11	Eurycrates Polydori F.		
12	Anaxander Eurycratis F.		
13	Eurycrates Anaxandri F.		
14	Leon Eurycratis F.		
15	Anaxandrides Leonis F.		
	Hic ſolus duas ſimul vxores habuit.		
16	Cleomenes Anaxandridæ F.		
	Hic Demaratum eiecit.		
17	Leonidas Anaxandridæ F. qui ad Thermopylas cum Xerxe pugnauit.		
18	Pliſtarchus Leonidæ F.	I	4234
19	Pliſtoanax Pauſaniæ tutoris Pliſtarchi F.	LXVIII	4235
20	Pauſanias Pliſtoanaƈt. F.	XIV	4306
21	Ageſipolis Pauſaniæ F.	XIV	4320
22	Cleombrotus Pauſaniæ regis F. frater Ageſipolidis.	IX	4334
23	Ageſipolis Cleombroti F.	I	4343
24	Cleomenes Cleombroti F. frater Ageſipolidis.	LXI	4344
25	Areus Acrotati F. Cleomenis frater.	XLIV	4405
26	Acrotatus Arei F.		4449
27	Areus Acrotati F. qui VIII natus annos obiit.		
28	Leonidas Cleonymi F.		
29	Cleombrotus gener Leonidæ.		
30	Cleomenes Leonidæ F.	XVI	
31	Ageſipolis Ageſipolidis F. Polybio teſte lib. IV.		

ALTERA LACEDÆMONIOrum regum familia Proclidarum, quæ & Eurypontidarum.

1	Procles Ariſtodemi F.
2	Sous adoptatus à Procle.
3	Eurypon Soi F.
4	Prytanis Eurypontis F.
5	Eunomus Prytanidis F.
6	Polydectus Eunomi F.
7	Charillus Polydecti F.
8	Nicander Charilli F. Sub hoc rege Teleclus alter rex occiſus eſt à Meſſeniis.
9	Theopompus Nicandri F.
10	Zeuxidamus Archidami F. Theopõpi N.
11	Anaxidamus Zeuxidami F. Sub hoc rege Meſſenijè Peloponneſo profligati.
12	Archidamus Anaxidami F.
13	Agaſicles Archidami F.
14	Ariſton Agaſiclis F.
15	Demaratus Ariſtonis F.
16	Leotychides Demarati F. Hic accuſatus ſponte ceſſit.
17	Archidamus Zeuxidami F.
18	Agis Archidami F. Hic Atticam ſæpè vaſtauit.
19	Ageſilaus Archidami F.
20	Archidamus Ageſilai F.
21	Eudamidas Archidami F.
22	Agis Eudamidæ F.
23	Eurydamidas Agidis F.
24	Epicilidas Leonidæ F.

B

C

SEPTIMA SVCCESSIO regum Corinthiorum ex Pauſania.

Prima Dynaſtia Siſyphidarum.

		A. Per Iul.
1	Siſyphus,	3303
2	Ornytion Siſyphi F.	
3	Thoas Ornytionis F.	
4	Damophon Thoantis F.	
5	Propodas Damophontis F.	
6	Doridas, & Hyantidas.	

Sub his Heraclidę Peloponneſum inuadunt.

D

Secunda Dynaſtia Heraclidarum.

		Anni regni.	Anni Per. Iul. ineuntes.
1	Aletes,	XXXV	3612
2	Ixion,	XXXVII	3647
3	Agelaus,	XXXVII	3584
4	Prymius,	XXXV	3721

A

Tertia Dynaſtia Bacchiadarum.

		Anni regni.	Anni Per. Iul. quib.⁹ inierunt.
1	Bacchis,	XXXV	3756
2	Agelaſtus,	XXX	3791
3	Eudemus,	XXV	3821
4	Ariſtodemus,	XXXV	3846
5	Agemon,	XVI	3881
6	Alexander,	XXV	3897
7	Teleſtes,	XII	3922
8	Automenes,	I	3934

B Fiunt ab Alete ad Automenem, anni CCCXXIII.

OCTAVA SVCCESSIO
Regum qui in Latio regnarunt.

1	Picus Saturni F.	XXXVII	3417
2	Faunus,	XLIV	3454
3	Latinus,	XXXVI	3498
4	Æneas,	IV	3534
5	Aſcanius,	XXXVIII	3537
6	Siluius Poſtumus,	XXX	3575
7	Æneas Siluius,	XXXI	3604
8	Latinus,	LI	3635
9	Alba,	XXXIX	3685
10	Capetus,	XXVI	3724
11	Capys,	XXVIII	3750
12	Calpetus,	XIII	3778
13	Tiberinus,	VIII	3791
14	Agrippa,	XLI	3799
15	Alladius,	XIX	3840
16	Auentinus,	XXXVII	3859
17	Procas,	XXIII	3896
18	Aimulius,	XLIII	3919
19	Numitor,	II	3960

C Huius anno ſecundo Romulus Vrbem condidit.

Romanorum Regum laterculum habes lib. X, cap. XXI.

NONA SVCCESSIO
Regum Macedoniæ. de qua vide Lib. IX, cap. XXXVI, & in Paralipomenis pag. 848.

D

		Anni regni.	Anni Per. Iul. quib. inierunt.
1	Caranus,	XXVIII	3900
2	Cœnus,	XXVIII	3928
3	Thurimas,	XLV	3956
4	Perdiccas,	XLVIII	4001
5	Argæus,	XXXII	4049
6	Philippus,	XXXV	4081
7	Europus,	XLIII	4116
8	Alcetas,	XXVIII	4159
9	Amyntas,	XLIX	4187
10	Alexander,	XLIII	4235
11	Perdiccas,	XXIII	4278
12	Archelaus,	XIV	4301
13	Oreſtes,	III	4315
14	Archelaus,	IV	4318
15	Amyntas.	I	4322
16	Pauſanias,	I	4323
17	Amyntas,	V	4324
18	Argeus,	II	4329
0	Amyntas iterum,	XII	4331
19	Alexander,	I	4343
20	Ptolemæus,	IV	4344
21	Perdiccas,	VI	4348
22	Philippus,	XXIV	4354
23	Alexander M.	XII	4378
24	Aridæus,	VII	4390
25	Caſſander,	XIX	4397
26	Philippus Caſandri F.	I	4416
27	Antipater & Alexander } Caſandri filij,	III	4417
28	Demetriꝰ Poliorcetes	VI	4420
29	Pyrrhus,	M. VII	4426
30	Lyſimachus,	VI	4426
31	Arſinoe Lyſimachi uxor,	M. VII	4432
32	Ptolemæus Lagi F. Κεραυνός.	II	4433
33	Meleager,	M. II	4434
34	Antipater,	D. XLV	4434
35	Soſthenes,	II	4434
36	Antigonus Gonatas,	XXXVI	4436
37	Demetrius Antig. F.	X	4472
38	Antigoni Δώσων.	XII	4482
39	Philippus Demetrij F.	XLII	4494
40	Perſeus,	X	4536

Deſiit Macedoniæ regnum anno Per. Iul. 4546, poſtquam tenuit annos DCCXXXVII.

DECIMA SVCCESSIO
Seleuci poſterorũ, ac Syriæ Regum.

1	Seleucus Nicanor,	XXXII	4402
2	Antiochus Soter eius F.	XIX	4433
3	Antiochus II, Θεός, Soteris F.	XV	4452
4	Seleucus II, Callinicus Θεοῦ F.	XX	4467
5	Seleucus II Ceraunus Callinici F. cognomento Pogon. Polyb. lib. II.	III	4487
6	Antiochus III, M. Callinici F.	XXXVI	4490
7	Seleucus IV, Philopator Antioch. M. F.	XII	4526
8	Antiochus IV Epiphanes Antioc. M. F.	XI	4538
9	Antiochus V Eupator Epiphanis F.	II	4550
10	Demetrius Soter Seleuci Philop. F.	XI	4552
11	Alexander Bala inſititius,	V	4563
12	Demetrius II Nicator Demetrij F.	V	4568
0	Antiochus Alexandri Balæ F.	0	

13	Tryphon qui & Diodotus tyrannus.	II	4573
14	Antiochus VII Sidetes Demet. Sote. F.	IX	4575
o	Demetrius II iterum,	IV	4585
o	Alexãder Zebina inſititius,	o	
15	Seleucus V,	I	4589
16	Antiochus VIII Grypus Demetrij Nicanoris F.	XII	4590
17	Antiochus IX Cyzicenus, Antiochi Sidetæ F.	XVIII	4601
18	Seleucus VI Grypi F.	I	4618
19	Antiochus X Euſebes Cyziceni F.	I	4619
20	Antiochus XI Grypi F.	o	4620
21	Philippus Grypi F.	o	
22	Demetrius III Grypi F. Eucærus,	o	
23	Tigranes à Syris electus,		
24	Antiochus XII Aſiaticus Pij F.	o	
	Deſiit hoc regnum circa annum 4648.	Colliguntur anni Syrię regum CCXLVII	

VNDECIMA SVCCESSIO
Ptolemæorum Ægypti regum.

		Anni regni.	Anni Per Iul. quib. inierunt.
1	Ptolemæus Lagi F.	XL	4390
2	Ptolemæus Philadelphus,	XXXVIII	4429
3	Ptolemæus Euergetes I,	XXVI	4467
4	Ptolemæus Philopator,	XVII	4493
5	Ptolemæus Epiphanes,	XXIII	4510
6	Ptolemæus Philometor,	XXXV	4533
7	Ptolemæus Euergetes II, Phyſcon Philom. frater,	XXIX	4568
8	Ptolemæus Lathurus Phyſconis F.	XVII	4597
9	Ptolemæus Alexander Lathuri frater,	X	4614
o	Ptolem. Lathurus ſecũdò.	VIII	4624
10	Ptolemæus Alexander II, Alexandri F.	D.XIX	4632
11	Ptolemæus Alexander III, Alexandri primi F.	XVII	4632
12	Ptolem. Auletes nothus,	XIII	4649
13	Ptolemæus Διόνυσος.	V	4663
14	Cleopatra, Periit anno Vrbis DCCXXIV, Per. Iul. 4684.	XVII	4667

Regnatum eſt à Ptolemæis annis CCLXXXV.

DVODECIMA SVCCESSIO
regum Pergami in Aſia.

1	Philetærus ſpado,	XX	4430
2	Eumenes Phileteri frater,	XXII	4450
3	Attalus: qui & primus rex appellatus.	XLIV	4472
4	Eumenes Attali F.	XL	4516
5	Attalus frater Eumenis,	XXI	4556
6	Attalus Eumenis F.	V	4576

Moriens Attalus anno Per. Iul. 4581, Vrbis DCXXI, populum Rom. heredem reliquit. Itaque tenuit iſta ſucceſſio annos CLIII.

A

XIII SVCCESSIO
Pontificum Iudæorum.

	1	Aaron,	In deſerto annis XXXIX ab anno mũdi 2454.
	2	Eleazar Aaronis F.	Sub Iudicibus ab anno mũdi circiter 2493, ad 2888, annis CCCXCV.
	3	Phineez Eleaz. F.	
	4	Abiſue Phin. F.	
	5	Bocci Abiſ. F.	
	6	Ozi Bocci F.	
	7	Zaraias Ozi F.	
	8	Meraioth Zar. F.	
	9	Amarias Mera. F.	
1. Paral. VI, à 3 ad 10.	10	Heli ex poſteris Ithamar,	
	11	Achitob Heli F.	Sub Samuele, Saule, & Dauide ab anno mundi 2889, ad annum 2969, annis LXXX.
	12	Achias ſiue Achimelech Achit. F.	
	13	Abiathar Achiæ F.	
	14	Sadoc ex Eleazari ſtirpe.	Sub Salomone.
	15	Achimaaz Sadoci F.	Sub Roboam
	16	Azarias Achim. F.	Sub Abia.
	17	Ioaannam Azar. F. Ioſepho Ioram.	Ioſaphat.
	18	Azarias, Ioan. F. Ioſ. Iſus.	Ioram.
	19	Amarias, Azar. F. Ioſ. Axioramus.	Ochozia.
IV Reg. XII.	20	Ioiadas, haud ſcio an Amariæ F.	Ioaz.
	21	Pedaias, Ioiadæ, vt opinor F.	
	22	Sedecias Pedaiæ F. Ioſ. Sudeas.	Amaſia.
Seder & Ioſephus.	23	Azarias Sedeciæ F. Ioſ. Iulus, Seder holam Ioel.	Ozia.
	24	Ioathan Sedeciæ F.	Ioathan.
	25	Achitob, Ioath. F. Ioſ. & Seder, Vrias.	Achaz.
1. Paral. VI, ab II ad 14, & cap. IX, II. Item Seder, & Ioſephus	26	Maraioth, Iiſdem Neria, Ach. F.	Ezechia.
	27	Sadoк II iiſdem Oſaias, Marai. F. Videtur & Eliachin Iudith.	Manaſſe.
	28	Sellum, qui & Meſollam. Ioſepho Saldumus.	Amon.
	29	Helcias,	Ioſia.
	30	Azarias,	Ioakim.
	31	Saraias,	Sedecia.
	32	Ioſedech.	Sedecia, & in captiuitate.
	33	Ioſue, qui & Ieſus,	Poſt reditum ſub Zorobab. & Cyro.
	34	Ioacim,	
Eſdræ II, cap. XII, 10.	35	Eliaſib,	Sub Perſarum regibus.
	36	Ioiadas II,	
	37	Ionatham,	
	38	Ieddoa, ſiue Iaddus à Ioſepho. Moritur eodem anno quo Alexander. Ioſephus.	Sub Perſis, & Alexandro.

B

C

D

A	Ioſephus lib. XI. Euſeb. Ol. 114.	39	Onias I Iaddi F.	Ptolemæo Lagi F.
	Euſ. Ol. 120.	40	Simon Oniæ F. Iuſtus,	Seleuco.
	Ioſeph. lib. XII, cap. III. Euſeb.	41	Eleazarus Simonis frater.	Ptolem. Philad.
	Ioſeph. ibid. & Euſeb.	42	Manaſſes Eleazari frater.	Antiocho Θεῷ.
	Ioſeph. & Euſeb.	43	Onias II Simonis F.	Seleuco Callin.
	Ioſeph. cap. IV, & Euſeb.	44	Simon II Oniæ II F.	Callinico, Cerauno, & Antioc. M.
	Ioſeph. ibid. & Euſeb. poſt II. Mac. III.	45	Onias III Simonis ſecundi F.	Antiocho M. & Seleuco eius F.
B	II. Mac. IV, 7. Ioſeph. & Euſeb.	46	Iaſon qui & Ieſus, Oniæ III frater.	Sub Epiphane.
	II Mac. IV. Ioſephus.	47	Menelaus Iaſonis frater.	Sub Epiphane.
	Ib. com. 29.	48	Lyſimachus Menelai frater.	Sub Epiphane.
	Ib. com. 50.		Menelaus iterum.	Sub Epiphane.
	I, Mac. VII, 9, Ioſeph. lib. XII, cap. XVII.		Alcimus Schiſmaticus.	Sub Epiphane.
	I, Mac. IV. Ioſ. lib. eod.	49	Iudas Macchabæus annis III.	Cœpit anno Græcorum CXLIX.
	I, Mac. IX, 31. Ioſeph. & Euſeb.	50	Ionathas annis XVII.	A. Græcorum CLII.
C	I, Mac. XIII. 41.	51	Simon annis VIII.	A. Græcorum CLXX.
	Ioſeph. lib. XIII, cap. XV.	52	Ioannes Hyrcanus annis XXXI.	A. Græcorum CLXXVIII.
	Ioſeph. lib. XIII. cap. XIX.	53	Ariſtobulꝰ, qui primus diadema ſūpſit, anno I.	Anno Periodi Iulianæ 4610.
	Ioſephus lib. XIII, cap. XXIII.	54	Alexander Iannæus Ariſtobuli frater annis XXVII.	Periodi Iul. 4610.
	Ioſephus lib. XX, cap. VIII. & lib. XIV, cap. I.	55	Hyrcanus II, Alexandri F. annis XI.	Periodi Iul. 4636.
D	Ioſephus lib. XX, cap. VIII.	56	Ariſtobul. Hyrcani F. annis III, M. III.	Periodi Iul. 4648.
	Ioſeph. ibid.		Hyrcanus II, iterum annis XXIV.	Periodi Iul. 4651.
	Ioſeph. ibid.	57	Antigonus Ariſtobuli F. annis III.	Periodi Iul. 4674.
	Ioſephus lib. XV, cap. II.	58	Ananolus ſub Herode.	Periodi Iul. 4677.
	Ioſ. lib. XV. cap. III.	59	Ariſtobul. Hyrcani nepos, anno I.	Sub Herode.
	Ioſephus.		Ananelus iterum.	Sub Herode.

Ioſephus lib. XV, cap. XV.	60	Ieſus Phabetis filius.	Sub Herode.
Ioſeph. ibid.	61	Simon Boëthi filius.	Sub Herode.
Ioſ. lib. XVII, cap. VIII.	62	Matthias,	Anno Periodi Iulianæ, 4710.
Ioſeph. ibid.	63	Ioazarus Simonis F.	Anno Periodi Iulianæ, 4710.
Ioſ. lib. XVII, cap. XV.	64	Eleazarus Boëthi F.	Ab Archelao, A. 4711.
Ioſephus lib. XVII, cap. XV.	65	Ieſus Siæ F.	
Ioſeph. XVIII. cap. I.	0	Ioazarus iterū.	
Ioſeph. XVIII. cap. III.	66	Ananus Sethi F.	Anno Chriſti 6.
Ibid.	67	Iſmaël Fabi F.	Chriſti 16.
Ibid.	68	Eleazarus Anani F. anno I.	Chriſti 17.
Ibid.	69	Simon Canuthi F anno I.	Chriſti 18.
Ibid.	70	Ioſephus Caiaphas annos XVII.	Chriſti 19.
Ioſeph. XVIII. cap. VI.	71	Ionathas Anani F.	Chriſti 36.
Ioſeph XIX. cap. V.	72	Theophilus Anani F.	
Ioſeph. ibid.	73	Simon Boëthi F. cognomento Cantheras, ab Agrippa factus anno I.	Chriſti 41.
Ioſeph. XIX, cap. VI.	74	Matthias Anani F. ab Agrippa factus anno I.	Chriſti 42.
Ioſeph. XIX, cap. VII.	75	Elionæus Cithæi F. anno I.	Chriſti 43.
Ioſephus XX. cap. I.	0	Simon Cantheras ſecūdò, vt Ioſephus indicat, qui ipſum ab Herode Chalcidis rege in ordinem ait eſſe redactū. fortè anno vno præfuit.	Chriſti 44.
Ibid.	76	Ioſephus Canei F. anno Claudij V, vt ex Ioſepho colligitur.	Chriſti 45.
Ioſeph. XX, cap. III.	77	Ananias Nebedæi F. ab Herode creatus.	
Ioſephus XX, cap. VI.	78	Iſmaël Fabi F. ab Agrippa iuniore.	Chriſti 54.
Id. cap. VII.	79	Ioſephus Cabei Simonis F. ab Agrippa factus.	Chriſti 60.
Id. cap. VIII.	80	Ananus Anani F. tribus tan-	Chriſti 61.

 A

		tum menſibus.		Ibid.	83	Matthias Theophili F.	
Ibid.	81	Ieſus Damnæi filius.	Chriſti 61.	Ibid.	84	Phanaſus tempore belli Iudaici.	
Ibid.	82	Ieſus Gamalielis F.					

Ioſephus lib. xx, cap. viii, Pontifices ab Aarone ad Phanaſum numerat lxxxiii. Quare noſtra computatio cum illo ſatis congruit; vt & illa diſtributio: cùm ab Aarone ad templum xiii fuiſſe ſcribit. inde ad captiuitatem Babylonicam, xviii. Sed ab hac epocha ad Antiochum Eupatorem nonniſi xv interponit: nos duos ampliùs legitimos inuenimus, Alcimo prætermiſſo. Rectè conuenit & numerus ab Herodis initio ad excidium Templi: qui eſt Pontificum octo & viginti.

Poſtremò nec illud omittendum eſt, Ioſephum lib. xx, cap. viii, poſtquam Ieſum Damnæi F. ab Agrippa iuniore Pontificem factum eſſe ſcripſit, exauthorato Anano; ſtatim Ananiam Pontificem ſubiicere: ὁ δὲ ἀρχιερεὺς Ἀνανίας καθ᾽ ἑκάστων ἡμέραν ἐπὶ μέγα προὔκοπτε δόξης. *At Ananias Pontifex in dies celebrior fiebat.* Atqui paulo pòſt Ieſu Damnæi F. ſubſtitutum refert Ieſum Gamalielis F. Quare Pontifex dicetur Ananias, quòd aliquando Pontificatum geſſiſſet. B

A

APPENDIX OPERIS
DE DOCTRINA TEMPORVM
VETERVM QVORVMDAM OPVSCVLA continens, de celebrandi Paſchatis ratione.

B

Epiſtola ſancti Proterij Alexandrini Epiſcopi ad beatiſſimum Papam Leonem Romanæ vrbis Epiſcopum de ratione Paſchali.

DOMINO meo dilectiſſimo fratri, & conſacerdoti, Leoni Proterius in Domino ſalutem. Piiſſimus, & fideliſſimus Imperator noſter Marcianus literis ad nos nuper venerabilibus vſus eſt; quibus aſſeruit æſtimare quoſdam, non diligenter adſcriptam diem feſti Paſchalis, quæ per octauam Indictionem futuram Deo præſtante celebranda eſt. Verumtamen non velut à ſe commotus hoc indicauit; ſed quæ ſcripta tuæ ſanctitatis acceperit; & præcipiebat oportere nos cauſam diligenter inquirere, adhibita nimis tenuiſſima ſcrutatione, quæ multnm ſolicitudinis, ac ſtudij contineret. Quapropter negligendum non fuit, quo minùs ſtatim negocium ventilarem: quando ex
C illo iam tempore, quo commonitorium tuæ venerationis accepi, plurimam curam rei huius habuerim: nunc legales libros inſpiciens: nunc antiquorum doctorum inſtituta contingens; ex quibus poſſibile eſt huiuſmodi compotum inueſtigare ſolertius. Sumens etiam & centenalem curſum Paſchæ deſcriptum à beatiſſimo patre, & Epiſcopo noſtro Theophilo; omnémque decurrens, ita reperi diligenter integréque compoſitum, vt quicumque ille ſit, auctoritatem ſcripturæ huius quolibet modo reprehendere, ac vituperare non poſſit. Erat enim inconſequens virum ita vigilantem, Deo cariſſimum, diuinarum etiam ditatum ſcientia ſcripturarum, in negocio tam magno ac neceſſario, prætermiſſo diligentiæ labore, potuiſſe delinquere. Sed fortè, ſicut tua ſanctitas ſcribit, mendoſi codicis, aut ſcriptoris Librarij error eſt; & propterea nos oporteret diem ſanctæ illius feſtiuitatis transferre, quæ abiit. Celebratur autem ita potiùs, vt centenarius annorum curſus eiuſdem beatiſſimi patris noſtri & Epiſcopi Theophili continet; qui antiquorum paginis omninò concordat; id eſt XXIX die menſis Pharmuti iuxta
D Ægyptios, qui eſt VIII Kalend. Maias. Et nos enim, & tota Ægyptia regio, atque Oriens vniuerſus, ſic ipſum diem celebraturi ſumus, Deo præſtante. Vt autem non arbitremur abſolutè quæ nobis videtur ſcribere, ſeu velle firmare, inſeruimus etiam cauſas huic epiſtolæ, quibus tua ſanctitas fortè æſtimet, non ſe debere reprehendere Ægyptiorum Eccleſiæ veritatem, quæ mater huiuſcemodi laboris extitit, diligentérque conſcripſit. Olim quidem Dominus per Moyſen tempus Paſchale ſignificauit dicens: *Cuſtodi menſem nouorum*, primum hunc eſſe pronuncians: ſicut iterum dicit: *Menſis iſte vobis initium menſium, primus erit in menſibus anni: & facies Paſcha Domino Deo tuo* XIV *die menſis primi.* Sed qui hæc per Moyſen locutus eſt Dominus, plenitudo Legis exiſtens, quando dignatus eſt homo fieri, quinta ferià, XIV Luna menſis primi in cænaculo cum Diſcipulis Paſcha manducans, paulo pòſt à Iuda traditur: & ſequenti die, XV Luna crucifigitur; id eſt VI feria, & ad inferos deſcendens, ac diſpenſationes ſalutis noſtræ perficiens, veſpere Sabbati luceſcente Dominico, reſurrexit à mortuis; in quo die Lunam XVII primi menſis, iuxta Hebræos, extitiſſe manifeſtum eſt. Nos er-

go Chriſtiani non ſolùm XIV Lunam in Paſcha requirimus. hoc enim Iudæi facientes ſine feſtiuitate ſunt. ſed etiam reſurrectionis diem Redemptoris noſtri, qui eſt XVII Luna præfati primi menſis nouorum, ſolicitius obſeruamus. Quæ ſi eodem modo plenilunium ſuperoccurrerit quinta Sabbatorum, quando Saluator Paſcha cum diſcipulis manducauit, omne tolletur ambiguum. Quia verò Lunæ curſus ad Solis curſum inæqualis eſt, & XIV Luna Paſchalis in die Dominico ſæpè contingit: non eſt autem poſſibile tunc feſtum celebrare: ſed nec pridie, Sabbato Luna XIII ieiunium ſoluere: in ſeptimanam ſequentem differendum eſt; maximè cùm habeamus intra eam XV Lunam, quando, ſicut ſcripſit Apoſtolus, *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus*. XIV namque Luna primi menſis iuxta Hebræos, vt ſuperius dictum eſt, IESVS Paſcha typicum manducauit: ſequenti ſexta feria, XV Luna, vt ouis occiſionis cruci pro nobis affixus eſt: & veſpere Sabbati luceſcente Dominico, XVII Luna reſurrexit à mortuis. Quia ergo in ſolennitate futura Paſchali, per octauam Indictionem, XXII die dominico Parmothi menſis nouorum, qui eſt XV Cal. Mai, occurrerit XIV Luna die Dominico, in ſeptimanam differre conuenit ſubſequentẽ. Habentes enim intra eam triduanum myſterium, hoc eſt XV Lunam, quando crucifixus eſt Chriſtus, quartædecimæ cohærentem. nec non XVI, & ſequentem ſeptimam decimam vigeſimo quidem VIII die menſis Parmothi, qui eſt IX Kal. Maij, ieiunia ſoluemus veſpere Sabbatorum. ſequenti verò luceſcente Dominico XXIX die menſis ipſius Parmothi, qui eſt VIII Kal. Mai, feſtiuitatem ſinceriſſimè celebrabimus. Nam & priſcis temporibus, ſi quando die Dominico XIV Luna reperta eſt, in ſequentem ſeptimanam eſt dilata feſtiuitas. ſicut in octogeſimo nono, & nonageſimo tertio anno à Diocletiani probatur imperio. Sic enim & tunc beatiſſimi patres noſtri feciſſe declarantur. In octogeſimo quidem nono anno ab imperio Diocletiani, ſuperſtite beatæ memoriæ patre noſtro, & Epiſcopo Anaſtaſio, cum XIV Luna Paſchalis XXVIII die menſis Phamenoth, id eſt nono Kalendarum Aprilium die proueniſſet, die Dominico, in ſubſequentem tranſlatum eſt hebdomadem. ita vt quinta die menſis Parmothi, hoc eſt pridie Kalendarum Aprilium celebraretur Paſcha Dominicum. In nonageſimo autem tertio anno ab imperio eiuſdem Diocletiani, cùm XIV Luna Paſchalis XIV die menſis Parmothi, qui eſt V Id. April. die Dominico contigiſſet, in ſequentem item ſeptimanam dilatio facta eſt: ita vt dominicum Paſcha XXI die menſis Parmothi, qui eſt XVI Kal. Mai, ſolenniter ageretur. In centeſimo quoque tertio ab imperio præfati Diocletiani, cùm Luna Paſchalis XIV Parmothi XXIII die, qui eſt XIV Kal. Mai, eſſet die Dominico ſuperuentura, iterum ſeptimana quæſita eſt, & Dominicum Paſchæ XXX die menſis ipſius Parmothi, qui eſt VII Kal. Mai conſtat eſſe celebratum, propter anguſtiam tẽporis imminentẽ. Item cum cẽteſimo ſexageſimo anno à Diocletiani imperio, XIV Luna Paſchalis Parmothi XXIII die, qui eſt XIV Kal. Mai occurrerit III feria ſeptimanæ, & Dominicũ Paſcha XXVIII die menſis ipſius Parmothi, qui eſt VIII Kal. Maias, tunc celebraſſe meminimus. Neceſſe eſt igitur & in ducenteſimo quinquageſimo anno à Diocletiani imperio in futuro Paſchali feſto indictionis octauę, XXII die Parmothi, quæ eſt XV Kal. Maias, Luna XIV occurrente die Dominico, in proximam ſeptimanam, iuxta præcedentem formam conuenienter extendi: vt XXVIIII die menſis Parmothi, qui eſt VIII Kal. Maias, Dominicum celebremus Paſcha, propter apprehendentem rurſus anguſtiam: ſicut patres noſtri fecerunt, XIV Lunas occurrentes die Dominico differentes. Nam ſi XXII die menſis Parmothi, qui eſt XV Kal. Maias, Luna XIV, ſicut dixi, ſæpius occurrẽte Dominico die, Paſcha celebremus, inueniemur pridie, id eſt Sabbato, XXI die menſis eiuſdem, qui eſt XVI Cal. Maias, XIII Luna tunc exiſtente, non ritè ieiunia ſoluere. Nec enim in XIII Luna comeditur Paſcha. Vnde quia XXII die menſis Parmothi, qui eſt XV Kal. Maias, dominico die, XIV Luna contingit; non autem conuenit die Dominico ieiunare: quia hoc Manichæorum eſt proprium: conſequens eſt in proximam tendere ſeptimanam; intra quam, vt diximus, habemus & XV Lunam, quando crucifixus eſt Dominus, & XVI Lunam, ſimul & XVII Lunam, quando reſurrexit à mortuis. ita

A vt XXVIII die menſis Parmothi, qui eſt IX Kal. Maias, veſpere Sabbati ieiunia pro more ſoluamus, & ſequenti Dominico, XXIX die menſis ipſius, qui eſt VIII Kal. Mai, feſtum Paſchale celebremus. Illud etiam neceſſariò vobis innoteſcimus, quod & in futuro CCLXV anno ab imperio Diocletiani, XIV Luna rurſus occurrente XXIII die menſis Parmothi, qui eſt XIV Kal. Mai, Dominicum Paſcha XXVIII die menſis ipſius, qui eſt VII Kal. Maias, Domino præſtante celebrabitur. Sed nonnulli ſubtilitatem Paſchalis compoti forſitan ignorantes, Iudaicis ſeducti fabulis, æſtimabunt nos in ſecundum menſem recedere, ſi feſtiuitatem eatenus exigamus. neſcio prorſus vnde hoc affirmantes. Nam XIV Luna ipſius menſis occurrente, XXII die menſis Parmothi, qui eſt XV Kal. Mai; quomodo querelam ſuſtinebimus, quin ſecundo menſe Paſcha celebremus? Iudæi namque ignorantes Dominum tempus quoque Paſchæ ignorant. Vnde ſæpius à primo menſe recedunt, & in XII menſe Paſcha celebrare aliquatenus arbitrantur. Sed B beatiſſimi patres noſtri cyclum decemnouennalem certius affigentes, quem violari impoſſibile eſt, velut crepidinem, ac fundamentum, & regulam hunc decemnouennalem compotum ſtatuerunt. non iuxta Iudæorum nunc indoctas, atque ineptas actiones; neque ſecundum exterorum putatiuam, fictámque prudentiam; ſed ſecundum gratiam Spiritus ſancti inſtituti in reuolutione ſæpe memorati decemnouennalis circuli, XIV Paſchales Lunas diligentius annotarunt. His itaque confectis, illud etiam oportet attendere, quòd errent nimium qui primi menſis initium lunaris curſus à XXV die menſis Phamenoth, qui eſt XII Kal. Apr. omninò eſſe conſtituunt: eo quod tunc initium verni temporis ab his, qui hoc inuenire valuerunt, cum omni diligentia præfixum eſſe videatur. & manifeſtè quidem ſecundum curſum Solis, XXV die menſis Phamenoth, qui eſt XII Kal. Apr. æquinoctium eſſe cognoſcitur. Sed non oportet ab hoc æquinoctio primi menſis exordium, iuxta curſum Lunæ prorſus affigere. Alioquin per omnia Solis circulo Lunæ diſcurſus concordare debuerat. Verùm quia cunctis habentibus intellectum certum eſt, quod velociſſimum Lunæ motum curſus Solis minimè conſe-C quatur; age iam nunc breuiter Deo præſtante dubios inſtruamus, quòd in ſecundum menſem nullo modo poſſimus excedere. Si enim in æquinoctio, id eſt XXV die menſis Phamenoth, qui eſt XII Kal. Apr. iuxta curſum Lunæ, menſis conſtitueretur initium, rationis eſſet opinari nonnullos in ſecundum menſem nos poſſe recedere. Nunc autem, quia XIV Luna primi menſis per octauam Indictionem, quæ ventura eſt XXII die menſis Parmothi, qui eſt XV Kal. Mai inuenitur; certum eſt, quod initium eiuſdem menſis primi iuxta Lunæ curſum nono die Parmothi, qui eſt Prid. Non. Apr. occurrat. Cùm ergo XIV Luna XXII die menſis Parmothi inueniatur, qui eſt XV Cal. Mai, Dominicum Paſcha XXIX die menſis ipſius Parmothi, qui eſt VIII Kal. Mai celebrantes, in ſecundum menſem minimè recedimus; cùm Lunam tunc XXI indubitate habeamus. Quomodo igitur excurremus in menſem ſecundum, quandoquidem initium primi menſis iuxta Lunæ curſum, ſicut paulo antè dictum eſt, IX die menſis Parmothi, qui eſt prid. Non. Apr. exiſtat, & XIV Luna XXII die menſis ipſius; id eſt XV Kalendarũ Maiarum die proueniat. Hoc autem ita declarato, certum eſt, quod in ſecundum men-D ſem nullatenus excurramus XXIX die menſis Parmothi, qui eſt octauo Kal. Mai Dominicum Paſcha celebrantes. Cognoſcant itaque per tuam ſanctitatem, qui in illis partibus ambigunt, quòd legitimè per octauam Indictionem Paſcha peragimus. Propterea enim ſcripſi Patrum, & in hoc Eccleſiaſticas formulas ſubſequens, & exinde occaſiones rei huius aſſumens. Sic namq; & præcurſores noſtri, ſiquando dubietas orta eſt, prædicere feſtinabant; vt vbique conſonanter ageretur ſancta feſtiuitas. Quod etiam nunc iuxta priſcam conſuetudinem credimus in Domino prædicari in Eccleſiis, vnam fidem; vnum Baptiſma; vnam ſolemnitatem ſacratiſſimam Paſchalem ab omnibus Chriſtianis vbique celebrari in Chriſto Ieſu Domino noſtro: quia in ipſo viuimus, & mouemus, & ſumus. Transferre verò hanc Epiſtolam in Latinæ vocis eloquium non ſatis certum eſſe putauimus; nec forte Græcizantes potiùs apud nos, nec enim iam valentes hæc diligenter exprimere, læderent veritatem propter informem ſermonem, atque congruum: & qui fortè non ita poſſit ardenter, ſcientérque transferri, ſicut cauſa

poſcebat. Saluta eam, quæ tecum eſt, fraternitatem. te quæ nobiſcum eſt, ſalutat in Domino. Et alia manu: Valere te, & noſtri meminiſſe Domine precor dilectiſſime, & deſideratiſſime. A

EPISTOLA PRIMA DIONYSII EXIGVI.

DOMINO beatiſſimo, & nimiũ deſiderantiſſimo Patri Petronio Epiſcopo, Dionyſius exiguus. Paſchalis feſti rationem, quam multorum diu frequenter à nobis expoſcit inſtantia, nunc adiuti precibus veſtris explicare curauimus, ſequentes per omnia venerabilium CCC, X, & VIII Pontificum, qui apud Nicæam ciuitatem Bithyniȩ contra veſaniam Arrij conuenerunt. etiam rei huius abſolutam verámque ſententiam, qui quartas decimas Lunas Paſchalis obſeruãtiæ per X, & IX annorũ redeuntem ſemper in ſe circulum ſtabiles immotáſq; fixerunt: quæ cunctis ſeculis eodem quo reponuntur exordio ſine varietatis labuntur excurſu. Hanc autem regulam præfati circuli non tam peritia ſæculari, quàm ſancti Spiritus illuſtratione ſanxerunt, & vel ut anchoram firmam & ſtabilem huic rationi lunaris dimenſionis appoſuiſſe cernuntur. quam poſtmodum nonnulli vel arrogantia deſpicientes, vel tranſgredientes inſcientia, Iudaicis inducti fabulis, diuerſam atque cõtrariam formam feſtiuitatis vnicæ tradiderunt. Et quia ſine fundamenti ſoliditate non poteſt, ſtructura vlla conſiſtere, longè aliter in quibuſdam annis Dominicum Paſcha, & Lunæ compotum præfigere maluerunt, inordinatos circulos ordientes, qui non ſolùm nullam recurſus ſtabilitatem: verùm etiam curſum præferrent errore notabilem. Sed Alexandrinæ vrbis Archiepiſcopus beatus Athanaſius, qui etiam ipſi Nicæno concilio tunc ſancti Alexandri Pontificis diaconus, & in omnibus adiutor interfuit: & deinceps venerabilis Theophilus, & Cyrillus ab hac Synodi veneranda conſtitutione minimè deſciuerunt. Immo potiùs eundem decẽnouennalem circulum, qui enneacaidecaëterida Græco vocabulo nuncupatur, ſollicite retinentes, Paſchalem curſum nullis diuerſitatibus interpolaſſe mõſtrantur. Papa denique Theophilus C annorum curſum Theodoſio ſeniori principi dedicans, & Sanctus Cyrillus cyclum temporum XC, & V annorum componens, hanc ſancti Concilij traditionem ad obſeruandas quartas decimas Lunas Paſchales per omnia ſeruauerũt. Et quia ſtudioſis, & quærentibus ſcire quod verum eſt, debet eiuſdem circuli regula fixius inhærere, hanc poſt præfationem noſtram credidimus adſcribendam. XCV autem annorum hunc cyclum ſtudio, quo valuimus, expedire contendimus: vltimum eiuſdem beati Cyrilli, id eſt quintum circulum, quia VI adhuc ex eo anni ſupererant, in noſtro hoc opere præferentes: ac deinde quinque alios iuxta normam eiuſdem Pontificis, immo potius ſæpedicti Nicæni concilij nos ordinaſſe profitemur. Quia verò ſanctus Cyrillus primum cyclum ab anno Diocletiani CLIII cœpit, & vltimum in CCXLVII terminauit: nos à CCXLVIII anno eiuſdem Tyranni potiùs quàm Principis inchoantes, noluimus circulis noſtris memoriam impij & perſecutoris innectere. ſed magis elegimus ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti annorum tempora prænotare: quatenus exordiũ ſpei noſtræ notius nobis exiſteret, & cauſa reparationis humanæ, id eſt paſſio redemptoris noſtri euidentius eluceret. Hoc præterea lectorem putauimus admonendũ, quod circulus iſte XC, & V annorũ, quem fecimus, cum finito tempore in id ipſum reuerti cœperit, non per omnia propoſitam teneat firmitatẽ. Nam licet anni Domini noſtri Ieſu Chriſti ordinem ſuum cõtinuata ſerie cuſtodiãt, & Indictiones per annos XV ſolita reuolutione decurrant, epactas etiam, quas Græci vocant, id eſt adiectiones annuas lunares XI, quæ XXX dierum fine in ſe redeũt, fixis regulis inuenias annotatas, decẽnouennalẽ quoq; recurſũ & Paſchales quartas decimas Lunas eaſdem omnium æuorum reuolutione reperias: tamen tenorẽ ſimilem conſtantiȩ nequeũt cuſtodire concurrentes dies hebdomadũ, & dies Paſchæ Domini, Lunaq; ipſius diei Dominici. Concurrentiũ autẽ hebdomadũ ratio, quȩ de Solis curſu prouenit, ſepteno annorum iugi circuitu terminatur. In quo per annos ſingulos vnum numerare curabis. in eo tantummodo anno, in quo biſſextus fuerit, duos adiicies. quæ cauſa etiam facit vt non per omnia circulus iſte XCV annorum ſuo recurſui

A concordari videatur. Nam cùm in cæteris annis non diſſentiat, in his aliis ſolis, in quibus ſe biſſextus interſerit, Paſcha dominicũ cum ſua Luna vario modo rationis occurrit. Sed hi qui ordine fixo per omnia decurrunt tẽpora, mobiliũ caſuum ſua ſtabili circuitione ſine vlla poſſunt difficultate dirigere. Et ideo poſt expletionem XCV annorum, cùm harum rerum diligens ad exordium redire voluerit, non ad quintum cyclum S. Cyrilli, quem nobis neceſſarium propoſuimus: ſed ad noſtrum primum vigilanter excurrat. & ordine, quo diximus, per eos, qui firmũ curſumretinẽt, eorum progreſſum qui videntur titubare ſuſtentet. Illud quoque non minori cura notandũ eſſe cenſuimus, ne in primi menſis agnitione fallamur. Hinc enim penè cunctus error diſcrepantiæ Paſchalis exoritur, dum temporis initium ignoratur. Nam cùm Dominus omnipotens hanc ſacratiſſimam ſolennitatem celebrandam filiis Iſraël, qui ex Ægyptia ſeruitute liberabantur, indiceret, ait in libro Exodi ad Moyſen & Aaron in terra Ægypti. Menſis iſte principium menſium primus erit in menſibus anni. Itémque ibidem: Primo, inquit, menſe XIIII B die menſis ad veſperum comedetis azyma vſque ad XXI eiuſdem ad veſperum. In Deuteronomio quoque idem legiſlator Moyſes ita populum de hac re commonet dicẽs: Obſeruate menſem nouarum frugum, & verni primum temporis, vt facias Paſcha Domino Deo tuo quoniam in iſto menſe eduxit te Dominus Deus tuus de Ægypto noctu. Tanta hac auctoritate diuina claruit primo menſe XIV die ad veſperum vſque ad XXI, feſtiuitatem paſchalem debere celebrari. Sed quia menſis hic vnde ſumat exordium, vel vbi terminatur, euidenter ibi non legitur, præfati venerabiles CCC, decem & VIII pontifices antiqui moris obſeruantiam, & exinde à ſancto Moyſe traditam, ſicut in ſeptimo libro Eccleſiaſticæ refertur hiſtoriæ, ſolertius inueſtigantes, ab VII Idus Martij vſque in die nonarum Aprilium natam Lunam facere dixerũt primi menſis exordium: & à XII die Kal. Apr. vſque in XIV Kalendas Maias Lunam XIV ſolertius inquirendam. Quæ quia cum Solis curſu non æqualiter voluitur, tantorũ dierum ſpaciis occurſum vernalis æquinoctij conſequatur, qui à XII Kalendarũ Aprilium die cunctorũ orientalium ſententiis, & maximè Ægyptiorum, qui calculationis præ omnibus gnari ſunt, ſpecialiter C annotatur. In quo etiam ſi Luna XIV Sabbato contigerit: quod ſemel in XCV annis accidere manifeſtum eſt: ſequẽti die Dominico, id eſt vndecimo Kal. Aprilis Luna XV celebrandum Paſcha eadem ſancta Synodus ſine ambiguitate firmauit. Hoc modis omnibus cõmonens, vt ante XII Kalendas Aprilis Lunam XIV paſchalis feſti nullus inquireret, quæ non primi menſis, ſed vltimi eſſe conſtaret. Sed nec hoc prætereundum eſſe putauimus, quod nimis errant, qui Lunam peragere curſum ſui circuli XXX dierum ſpatiis æſtimantes, duodecim lunares menſes in CCCLX diebus annumerant. quibus etiam quinque adiiciunt, quos intercalares appellauit antiquitas, vt Solarem annum adimplere videatur. Cùm diligens inquiſitio veritatis oſtenderit in duobus Lunæ circulis non LX dies, ſed LIX debere numerari. Ac per hoc in XII lunaribus menſibus CCCLIV dierum ſummam colligi. cui epactas Ægyptij annuas, id eſt XI dies accommodant: vt ita demum lunaris emerſio rationi Solis adæquetur. Quod veriſſimum eſſe, atque certiſſimum ſupraſcriptorum Patrum ſententia comprobatur. qui iuxta hanc Ægyptiorum calculationem XIV Lunas Paſchalis obſeruãtiæ. *** Sed nonnulli tantæ D ſubtilitatis, ſiue potius ſanctionis ignari, dum alia ſupputationis argumenta perquirunt, à veritatis tramite recedunt. Vnde plerumque contingit, vt quando ſæpedicti Patres decimam quartam Lunam ponunt, eam iſti XV ſuſpicentur; & quæ XXI eſt, XXII eſſe pronuntient. Sed nobis, quibus amor, & cura eſt Chriſtianæ religionis, nulla prorſus oportet ratione diſcedere: ſed præfixam ab his Paſchalem regulam ſinceriſſima conuenit obſeruatione ſeruare. Quantâ verò in Eccleſiis toto terrarum orbe diffuſis horum Patrum nitamur authoritate, non labor eſt oſtendere: cùm ſecundum Concilium apud Nicæam poſt tempora non longa conueniens, eorum primitus definitione, quam de Paſchali ratione protulerant. *** Denique in Sanctis canonibus, ſub titulo LXXIX, qui eſt primus ipſius Antiocheni Cõcilij, his verbis inuenitur expreſſum. Omnes, qui auſi fuerint diſſoluere definitionem ſancti, & magni Concilij, quod apud Nicæam congregatum eſt, ſub præſentia piiſſimi, & venerandi principis Conſtantini, de ſalutifera ſolenni-

tate Paſchali, excommunicandos, & de Eccleſia pellendos eſſe cenſemus. ſi ta- A
men contentioſi aduerſus ea, quæ benè ſunt decreta perſtiterint. Et hæc quidem
de laicis dicta ſint. Si quis autem eorum, qui præſunt Eccleſiæ, aut Epiſcopus, aut
Preſbyter, aut Diaconus poſt hanc definitionem tentauerit ad ſubuerſionem po-
pulorum, & Eccleſiarum perturbationem ſeorſum colligere, & cum Iudæis Pa-
ſcha celebrare; ſancta Synodus hunc alienum iam hinc ab Eccleſia iudicauit.
quòd non ſolùm ſibi, ſed plurimis cauſa corruptionis, ac perturbationis extite-
rit. Nec ſolùm à miniſterio tales remouet; ſed etiam illos, qui poſt damnationem
huiuſmodi communicare tentauerint, damnati ſunt, omni quoque extrinſecus
honore priuati, quem ſancta regula, & Sacerdotium Dei promeruit. His non diſ-
ſimilia venerabilis Papa Leo ſedis Apoſtolicæ Præſul pronunciat dicens: Contra
ſtatuta canonum paternorum, quæ ante longiſſimæ ætatis annos in vrbe Nicæa
ſpiritalibus ſunt fundata decretis, nihil cuiquam audere conceditur: ita vt ſi quis
diuerſum quid velit decernere, ſe potiùs minuat, quàm illa corrumpat. Quæ ſi vt
oportet à cunctis Pontificibus intemerata ſeruentur, per vniuerſas Eccleſias pax B
erit, & firma concordia. & iterum: In omnibus, inquit, Eccleſiaſticis cauſis his
legibus, obſequimur, quas ad pacificam obſeruantiam omnium Sacerdotum per
CCCXVIII antiſtites Spiritus ſanctus inſtituit: ita vt etiamſi multi plures aliud,
quam illi ſtatuêre, decernant, in nulla reuerentia ſit habendum quicquid fuerit à
prædictorum conſtitutione diuerſum. Sufficienter, vt putamus, cunctis indicitur,
ne deinceps aliter, quàm à ſanctis conſtitutum eſt Patribus, ſacratiſſimum Paſcha
celebretur. Quod ſi teſtimonia tantorum Sacerdotum forſitan quis obſtinata
mente deſpexerit, etiam hiſtoria Eccleſiaſtica paria breuiter intimata reperiet,
multorúmque relatione Pontificum, & maximè beati Athanaſij, cuius ſuprà me-
minimus, hæc eadem vulgata cognoſcet. Idipſum verò Epiſtola ſancti Proterij A-
lexandrinæ vrbis Epiſcopi ad eundem Papam Leonem pro hac eâdem Paſchali
quæſtione directa teſtatur. quam ante hos annos transferentes è Græco, huic operi
nectendam eſſe perſpeximus: nec non & argumenta Ægyptiorum ſagacitate quæ-
ſita ſubdidimus; quibus, ſi forſitan ignorentur Paſchales tituli poſſint facile re-
periri, id eſt quotus ſit annus ab Incarnatione Domini, & quota ſit Indictio. quo- C
tus etiam lunaris circulus decemnouennalis exiſtat; cæterique ſimiles ſupputa-
tionis compendio requirantur. Orantem pro nobis beatitudinem veſtram diuina
gratia cuſtodire dignetur.

EPISTOLA DIONYSII II
de ratione Paſchæ.

DOMINIS à me plurimùm venerandis Bonifacio primicerio nota-
riorum, & Bono ſecundicerio, Dionyſius exiguus ſalutem.

Reuerentiæ Paſchalis regulam diu ſancto, ac venerabili Petronio
Epiſcopo commonente, tandem ſtilo commendare compulſus, om-
nem deinceps diuerſitatis oppugnationem ſublatam fore credide- D
ram; maximè quod Sanctorum CCCXVIII antiſtitum, qui apud Nicæam conuene-
rant, auctoritatem totis niſibus inſinuare curaueram. qui in ipſo Concilio vene-
rando decemnouennalem Cyclum regulariter affigentes, quartas decimas Lunas
Paſchalis obſeruantiæ per omnia tempora legis ſuæ reuolutionis immobiles an-
notauerunt. Sed quoniam ſanctitas veſtra orta rei huius quæſtione, de archiuo
Romanæ Eccleſiæ Paſchaſini venerabilis Epiſcopi ſcripta, quem conſtat pro per-
ſona beatiſſimi Papæ Leonis ſancto Calcidonenſi præſediſſe Concilio, ad eundem
Papam per idem tempus directa nunc protulit, quæ Sanctis Patribus euidenti ra-
tione conſentiunt, huic præſenti indidimus operi: vt huius etiam viri teſtimonio
niteremur, qui manifeſto miraculo venerabilium Pontificum Paſchalia decreta
confirmat. Quod verò in ſcriptis ipſis communium annorum, & emboliſmorum
mentio facta eſt, & à nonnullis hæc ratio, quæ ex Hebræorum, vt fertur, tradi-
tione deſcendit, magnoperè quæritur, ſcire volentibus, vtrum huic paterna re-
gula conſonare videatur, neceſſarium duximus & hanc notitiam, ne probetur in
aliquo

A aliquo diſſidere, coacta breuitate digerere. Nouerimus itaque quia idem decemnouennalis cyclus per ogdoadem, & endecadem ſemper in ſe reuoluitur. Octo namque & vndecim ipſe numerus explicatur. Ogdoas ergo, quæ incipit à primo decemnouennali cyclo, qui eſt lunaris XVII, hac ratione peragitur; vt annos primum & ſecundum, communes, id eſt minores habeat: tertium emboliſmum, id eſt maiorem: annum quartum, & quintum item communes; ſextum emboliſmum; ſeptimum communem; octauum emboliſmum. Ac per hoc ogdoadis communes anni quinque, & tres emboliſmi iugiter aſcribuntur. Communis autem annus XII lunares menſes colligit, qui † CCCLIV efficiunt. Emboliſmus autem annus, & Lunas XIII, & dies CCCLXXXIV habere monſtratur. Item hendecas hac lege diſcurrit. Incipit † anno cyclo decemnouennali, qui eſt lunaris ſextus. cuius primus & ſecundus annus communis eſt; tertius emboliſmus; quartus & quintus communis; ſextus emboliſmus; ſeptimus & octauus communes; nonus emboliſmus; decimus communis; vndecimus emboliſmus: ſicque B hendecas communibus annis ſeptem, emboliſmis IV terminatur. Emboliſmorum autem iſta ratio probatur exiſtere, quia annorum communium videtur damna ſupplere; quatenus ad ſolare tempus lunaris exæquetur excurſio. Quamuis enim anni ſolaris circulum per ſingulos menſes Luna circumeat, tamen eius perfectionem XII ſuis menſibus implere non præualet. Denique in annis communibus ad rationem ſolaris anni, XI dies Lunæ deeſſe cernuntur. In emboliſmis verò XIX diebus eundem annum videtur ſolarem Luna tranſcendere. Deeſt vox dies. Cor. nono.

Quapropter ogdoadis, & hendecadis annos iuxta præfati circuli ordinem in medium proferamus; & liquidò probabimus per VIII annos & XI Lunæ curſum cum Sole contendere: quando tot dies iſta colligat, quot ille cucurrerit. In ogdoade diximus V annos eſſe communes, tres emboliſmos. Quinquies ergo trecenteni quinquageni quaterni fiunt II DCCLXX, & ter trecenti octogeni quaterni II CLII, ac per hoc ſimul fiunt II DCCCCXVII. Similiter VIII anni ſolares, ſi in ſummam redigantur, id eſt octies trecenti ſexageni quini, & quadrans, faciunt C ſimul II DCCCCXXII. Simillimè & hendecadis annos, qui ſunt communes VII, & IV emboliſmi, ſi in ſummam ea, qua diximus, ſupputatione congeſſeris, tantundem pene reperies, quantum XI ſolares anni conficiunt; hoc eſt IIII XIV. Hæc eſt ergo emboliſmorum, ſicut prædiximus, ratio, vt incrementis ſuis communium annorum detrimenta compenſent. Sed iam pulcherrimam vobis atque præclaram collectionem ipſius cycli decemnouennalis oſtendam, per quam omnem deinceps ambiguitatem, ſi qua mota fuerit, auferatis. nec ſit ita quis nimio ſtupore perculſus, qui demonſtrata ſibi veritatis luce non gaudeat, & ignorantiæ relictis tenebris, tantæ rationi protinus non acquieſcat. A decima quinta Luna Paſchalis feſti, verbi gratia, præcedentis (inclusive) vſque XIV ſequentis, quod quærimus, ſi communis annus eſt, CCCLIV dies habebit. Si emboliſmus CCCLXXXIV. Quod ſi dies vnus plus, minúſve contigerit, euidens error eſt. excepto videlicet anno primo ſæpedicti decemnouennalis cycli, quem à XIV Luna Paſchæ vltimi, id eſt nonidecimi anni, vſque ad XIV eiuſdem primi numerare curamus: propterea quod idem vltimus epactas, id eſt adiectiones lunares XVIII tunc retinet. Primo anno non XI, vt in D cæteris, ſed XII dies accommodat. Et quia XXX dierum fine voluuntur: nulla epacta in principio ipſius cycli ponitur. Secundus autem annus XI ſuſcipit. & ideo, ſicut diximus, à XV Luna Paſchæ primi cycli vſque ad finem eius, in communibus & emboliſmis annis præfixos dies nos inuenire non dubium eſt. Quod ſi aliter aliquando calculantium imperitia fuerit fortaſſis expoſitum, hac obſeruantia rationis eorum falſitas arguatur. Atque vt hoc manifeſtius poſſit intelligi, præſentis anni monſtremus exemplum. Beda cap. XI de Rat. Temp.

Indictio quippe IV eſt, & lunaris circulus vndecimus; decemnouennalis cyclus XIV. & quoniam hendecadis ſextus annus eſt, eum emboliſmum eſſe neceſſe eſt. A XV itaque Luna præteriti feſti vſque ad XIV præſentis quot ſunt dies diligentiùs inquiramus, & inueniemus procul dubio quando Paſcha celebrare debeamus. Tranſacto anno Indictione III, Luna XIV nono Kalendarum Aprilium die, id eſt XXIV menſis Martij fuiſſe quis dubitet, qui curam rei huius habere quantulumcumque cognoſcitur? Et ideò ab VIII Kalendarum Aprilium die nu-

merandi ſumamus exordium ; habemus Martij dies vii, Aprilis xxx, Mai xxxi, A
Iunij xxx, Iulij xxxi, Auguſti xxxi, Septembris xxx, Octobris xxxi, Nouembris xxx, Decembris xxxi, Ianuarij xxxi, Februarij xxviii, Martij xxxi. Aprilis xii dies, quod eſt pridie Id. Aprilis. fiunt ſimul ccclxxxiv. Quod ſi iuxta eorum diffinitionem, qui Lunam aliter, quàm ſe veritas habet, computant xiv, non pridie Iduum Aprilium, ſed tertio Iduum demus occurrere, ccclxxxiii dies imminuto numero colligemus. quod nullo fieri pacto conceditur. Et ita ſemper quotiens dubitatio talis occurrerit, à xv Luna tranſactæ feſtiuitatis vſque in xiv Paſchæ, quod quærimus, dies ſollicitè computemus. Et ſi communis annus eſt, cccliv dies, ſi emboliſmus eſt, ccclxxxiv inueniemus. nec inæqualitas prorſus eueniet. quia regula cycli huius hac ratione ſubſiſtit, cuius enucleatam formulam ſubiecta deſcriptione pandemus.

Anno decemnouennali primo, lunari decimo ſeptimo, à decimo quinto Kalendas Mai, vſque Nonas Aprilis, quia communis annus eſt, ſunt dies cccliv.

Anno decemnouennali ſecundo, lunari decimo-octauo, ab octauo Idus Apr. vſque in octauo Kalendas Aprilis, quia communis eſt, ſunt dies cccliv. B

Anno decemnouennali tertio, lunari decimo-nono, à ſeptimo Kalendas Apr. vſque in Idus Aprilis, quia emboliſmus eſt, fiunt dies ccclxxxiv.

Anno decemnouennali quarto, lunari primo, à decimo-octauo Kalendas Mai, vſque in quartum Non. Aprilis, quia communis eſt, fiunt dies cccliv.

Anno decemnouennali quinto, lunari ſecundo, à iii Nonas Aprilis, vſque ad vndecimum Kalendas Aprilis, quia communis eſt, fiunt dies cccliv.

Anno decemnouennali ſexto, lunari tertio, à decimo Kalendas Aprilis, vſque in quartum Idus Aprilis, quia emboliſmus eſt, fiunt dies ccclxxxiv.

Anno decemnouennali ſeptimo, lunari quarto, à tertio Idus Aprilis, vſque in tertium Kalendas Aprilis, quia communis eſt, fiunt dies cccliv.

Anno decemnouennali octauo, lunari quinto, à prid. Kal. Apr. vſque in decimum quartum Kalend. Mai, quia emboliſmus eſt, fiunt dies ccclxxxiv.

Anno decemnouennali nono, lunari ſexto, à decimo-tertio Kalend. Mai, vſque in ſeptimum Idus Aprilis, quia communis eſt, fiunt dies cccliv. C

Anno decemnouennali decimo, lunari ſeptimo, à ſexto Idus Aprilis vſque in ſextum Kalend. Aprilis, quia communis eſt, fiunt dies cccliv.

Anno decemnouennali vndecimo, lunari octauo, à Kalend. Aprilis vſque in ſeptimum Kalendas Mai, quia emboliſmus eſt, fiunt dies ccclxxxiv.

Anno decemnouennali duodecimo, lunari nono, à ſexto Kalend. Mai, vſque in prid. Non. Aprilis, quia communis eſt, fiunt dies cccliv.

Anno decemnouennali decimo tertio, lunari decimo, à Non. Aprilis, vſque in nonum Kal. Aprilis, quia communis eſt, fiunt dies cccliv.

Anno decemnouennali decimo-quarto, lunari vndecimo, ab octauo Kal. Apr. vſque in ſecundo Idus Aprilis, quia emboliſmus eſt, fiunt dies ccclxxxiv.

Anno decemnouennali decimo quinto, lunari duodecimo, ab Idibus Aprilis, vſque in Kalendas Aprilis, quia communis eſt, fiunt dies cccliv.

Anno decemnouennali decimo-ſexto, lunari decimo-tertio, à quarto Non. Aprilis, vſque in duodecimum Kal. Aprilis, quia communis eſt, fiunt dies cccliv. D

Anno decemnouennali decimo-ſeptimo, lunari decimo-quarto, ab vndecimo Kal. Apr. vſque in quinto Idus Apr. quia emboliſmus eſt, fiunt dies ccclxxxiv.

Anno decemnouennali decimo-octauo, lunari decimo-quinto, à quarto Idus Apr. vſque in quarto Kal. Apr. quia communis eſt, fiunt dies cccliv.

Anno decemnouennali decimo-nono, lunari decimo ſexto, à tertio Kalendas Aprilis, vſque in decimum-quintum Kalend. Mai, quia emboliſmus eſt, fiunt dies ccclxxxiv.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΤΟΝ θεῖον νόμον γινομένου κατ' ἐνιαυτὸν ἁγίου, καὶ σωτηριώδους Πάσχα, καὶ τῶν τούτου ζητημάτων σύντομος μετ' ἀποδείξεως ἀπόλυσις.

ΤΟ μὲν ἅγιον καὶ μακάριον Πάσχα τοῦ θεοῦ διαῤῥήδην ὑπογράφει ὁ νόμος, ὁμοῦ καὶ τὸν μῆνα δηλῶν καθ' ὃν δὴ τοῦτο ποιεῖν· καὶ τὴν ἡμέραν κελεύων διατηρεῖσθαι μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας· θεοῦ γάρ ἐστιν * ἐν αὐτῷ φερομένη τῷ νόμῳ· φύλαξαι τὸν μῆνα τῶν νέων, καὶ ποιήσεις τὸ Πάσχα κυρίῳ τῷ θεῷ σου τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ πρώτου μηνός. μῆνα δὲ νέον λέγει, ὃν καὶ πρῶτον καλεῖ, ἐν ᾧ τεθηλότες οἱ καρποὶ τὴν γινομένην τῶν παλαιῶν προσημαίνουσι κατάπαυσιν. ἐν δὲ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς τοῦ πρώτου ἐπιτηρεῖσθαι τὸ Πάσχα συνέταξεν, οὐκ ἄλλου τοῦτο χάριν, ἢ ἵνα κατὰ μίμησιν τοῦ τῆς σελήνης φωτὸς πλήρη τὸν ἴδιον κύκλον ἐχούσης, τὸ μὲν τῆς διανοίας φῶς ὥσπερ ἡμεῖς τέλειον ἔχοντες, ἐν σκότῳ ἁμαρτίας μὴ διατρίβωμεν· θάλλοντες δέ που παντοδαπαῖσιν ἀρεταῖς, καὶ τοῖς τούτων πετάλοις οἷα τερπνὰ φυτὰ σκεπόμενοι, λητῶν δίκην φαιδροὶ διαμείνωμεν. τεσσαρεσκαιδεκάτην δὲ τοῦ μηνὸς λέγει, οὐ κατὰ τὸν ἡλιακὸν κύκλον, ἀλλὰ κατὰ τὴν σελήνην· Ἑβραίων γὰρ παῖδες, οὐκ ἐκ τοῦ ἡλιακοῦ δρόμου, ἀλλ' ἐκ τοῦ τῆς σελήνης κύκλου τὸν μῆνα ποιεῖν ἐπαιδεύθησαν· ἐπεὶ καὶ ὁ μὴν κατὰ τὸ ὄνομα τῆς σελήνης λέγεται. μήνη γὰρ αὕτη ὀνομάζεται ἑλλάδι τῇ φωνῇ. Αἰγύπτιοι γοῦν πρῶτον διὰ τὸ τὸν τῆς σελήνης δρόμον ὀξύτατον εἶναι, καὶ ἐκ τούτου συμβαίνειν πλάνην τῶν ἡμερῶν παρά τισι γίνεσθαι, ἐξ ἡλίου τὰς τοῦ μηνὸς ἡμέρας ἐπενόησαν ψηφίζεσθαι, βραδύτερον τοῦ τῆς σελήνης κατὰ τὸν ἑαυτοῦ δρόμον κινουμένου, ὡς καὶ δυναμένου τοῦτον * ῥᾷον καταλαμβάνεσθαι· τούτων τοίνυν οὕτως ὄντων, πολλοὶ καὶ τὸν πρῶτον μῆνα τοῦ ἐνιαυτοῦ συντελεῖν ὄντα τῆς χειμερινῆς τροπῆς, ὡς πρῶτον δι' ὅλου τοῦ-

Deeſt vox φωνή.

For. διὰ τοῦτο. Mutila ſunt hîc Græca.

PROLOGVS THEOPHILI Alexandrini Epiſcopi ad Theodoſium Imperatorem de ſancto Paſcha, quod ſecundum legem diuinam annis ſingulis faciamus, & eius quæſtionibus breuis & cum dilucida expoſitione aſſertio.

SANCTVM quidem, & beatum Paſcha apertè lex diuina diſtinguit. Menſem quoque eius, in quo debeat fieri ſignificat: diem etiam cum cautela maxima obſeruari iubens. Hæc enim Dei vox eſt in eâdem lege propoſita: *Obſerua menſem nouorum, & facies Paſcha Domino Deo tuo* XIV *die menſis primi.* Menſem autem nouum dixit, quem & primum vocat, in quo adulti fructus, † aduentum ſuum prænunciant veterum ceſſationem. In XIV autem die ipſius menſis obſeruari Paſcha præcepit, non propter aliam cauſam, niſi propter ſimilitudinem Lunæ, quæ tunc in fulgore plenum habet globum proprium, vt nos quoque perfectum ſplendorem fidei & ſenſus gerentes, à peccati tenebris ſegregemur, & vt vegetati diuerſarum varietate virtutum earúmque foliis, veluti amœnæ arboris adumbratione velati, tanquam latæ, atque fructiferæ ſegetes, pullulemus. XIV autem diem menſis appellat non ſecundum Solis curſum, ſed ſecundum Lunam. Hebræi enim non ex Solis circulo, ſed ex Luna, menſem fieri debere dixerunt: quoniam & menſis ſecundum Lunæ dicitur nomen, quod Achiua lingua *mene* vocatur. Ægyptij enim primi propter Lunæ celeritatem, ex qua apud quoſdam noſtrorum erroris cauſa naſci ſolebat, ex Solis curſu menſes, ac dies ſupputandos faciliùs crediderunt, eo quod Sol tardius cœlum quàm Luna circumeat, atque ideò poſſit faciliùs comprehendi. His igitur ita ſe habentibus, multi & primum menſem, & in eo Paſchæ XIV diem neſciunt; quia frequenter ſecundum Hebræos XII menſem anni hiberni temporis mutationis confinem atque contiguum, vt per omnia primum ſtatuant. Hoc autem faciunt,

Vertendum erat factum

quod vernæ immutationis initium XII Kalend. Aprilis die iuxta Solis curſum ſemper incurrat; quod ante omnia obſeruare non conuenit; † niſi fortè in hac ipſa mutatione inferiùs adhuc, & longiùs conſtituta per errorem quis XIV computet Lunam, in Paſchalis calculi ratione fallatur, quaſi primi eam æſtimans menſis. Neque enim in XIV menſis immutationis hibernæ, vt prius dixi, nouorum fructuum ponitur menſis: necdum fructibus nouis matureſcentibus. quandoquidem nec falces ſupponi meſſibus poſſunt. Hoc enim maximè ſignum primi menſis lex diuina conſtituit. Sed quia accidere interdum ſolet, vt occaſione XIV Lunæ menſis primi, nonnulli in errorem cadant, ſi XIV ipſa Luna in dominicum diem veniat; quo facto neceſſe eſt ieiunium ſolui Sabbati die, quando XIV Luna venire monſtratur, & incipimus legi contraria facere: conuenit itaque diligenter attendere, vt quotiens XIV Luna in Dominicum incurrit diem, in ſequentem ſeptimanam Paſchalem diem potiùs differamus. duplici hoc modo. Primùm quidem, ne XIII Luna inuenta in Sabbati die, ſoluamus ieiunium: quod conſequens non eſt. quod nec ipſa lex præcipit. maximè cùm & lumen ipſius Lunæ imperfectum adhuc in proprio loco eſſe videatur. Deinde ne Dominica Luna XIV conſtituta ieiunare cogamur, indecentem rem, illicitámque facientes. Hoc enim Manichæorum ſectæ conſuetudo poſſidet. Quoniam igitur nec XIV Luna veniente in Dominicam diem ieiunare debeamus, neque conſequens eſt vt, ſi in Sabbati die XIII Luna veniat, ſoluamus ieiunium, neceſſariò aſſerimus hoc in ſeptimanam ſequentem debere differri. ſicuti paulò ſuperiùs comprehendi. non tamen ex hac dilatione præuaricatione aliqua circa Paſchalem calculum perpetrata. Quemadmodum enim decimus [nonus] complectitur nonum: ſic & quoties XIV Luna in Dominicum incurrerit diem, eo quod in ea ieiunare non

Cor. ne ſi

τυγχάνουσιν. τοῦτο δὲ ποιοῦσιν ἀγνοοῦντες ὅτι τῆς ἐαρινῆς τροπῆς ἀρχομένης, ἥτις ἀπὸ τῆς πρὸ ιβʹ. καλανδῶν Ἀπριλλίου τυγχάνει· ὅ ἐστιν Φαμενὼθ κεʹ, Μαρτίου καʹ. (κατὰ δὲ Σύρους, Ἀντιοχέας καὶ Μακεδόνας Μαρτίου καʹ· δύστρου μιᾷ καὶ εἰκάδι) κατὰ τὸν ἡλιακὸν δρόμον τὴν ἐπιτηρεῖν προσήκει μάλιστα, μήπω ταύτης κατωτέρω πεπλανημένως τις, τὴν τεσσαρεσκαιδεκαταίαν κατὰ σελήνην τάξας διαμάρτῃ τοῦ Πάσχα· ὡς τοῦ πρώτου μηνὸς νομίζων εἶναι ταύτην. οὐ γὰρ ἐν τῷ δωδεκάτῳ μηνὶ χειμερινῆς τροπῆς, ὡς προεῖπον, οὔσης ὁ τῶν νέων τάττεται μήν, οὔπω τῶν καρπῶν τῶν νέων πεπονημένων, οὐδὲ δυναμένου δρεπάνου ἐν ἀμήτῳ πέμπεσθαι. τοῦτο γὰρ μάλιστα σημεῖον τοῦ πρώτου μηνὸς ὁ θεῖος ἔταξε νόμος. ἀλλ᾽ ἐπεὶ συμβαίνει προφάσει τῆς τεσσαρεσκαιδεκαταίας κατὰ σελήνην τοῦ αὐτοῦ πρώτου μηνὸς εἰς πλάνην ἐμπίπτοντας τινας ἀπαντώσης αὐτῆς ἐν κυριακῇ, ἢ ἐν Σαββάτῳ, παραλύειν τὰς νηστείας, τεσσαρεσκαιδεκάτης εὑρισκομένης τότε κατὰ σελήνην, ὡς ξένα τοῦ νόμου πράττειν· τοῦτο σκοπεῖν προσήκει, ὅτι περ εἰ συμβῇ τὴν αὐτὴν τεσσαρεσκαιδεκαταίαν τῆς σελήνης ἐν κυριακῇ εὑρίσκεσθαι, εἰς τὴν ἑξῆς ἑβδομάδα ἄμεινον ὑπερτίθεσθαι, δύο τούτων ἕνεκα. πρῶτον μὲν ἵνα μὴ τρισκαιδεκαταίας κατὰ σελήνην, Σαββάτου τότε εὑρισκομένου, παραλύσωμεν τὰς νηστείας. ὅπερ οὐκ ἀκόλουθον, τοῦ νόμου τοῦτο μὴ προστάξαντος· ἀλλὰ καὶ τοῦ φωστῆρος τῆς σελήνης ἔτι περ ἀτελοῦς περὶ τὸν κύκλον τὸν ἑαυτοῦ ὄντος. ἔπειτα ἵνα μὴ καὶ κυριακῆς οὔσης, καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταίας κατὰ σελήνην ὑπαρχούσης, ἀναγκασθῶμεν νηστεύειν, ἀπρεπὲς πρᾶγμα ποιοῦντες. Μανιχαίων γάρ ἐστιν ἴδιον πρᾶγμα τὸ τοιοῦτον. οὐκοῦν ἐπειδὴ οὐδὲ τῆς τεσσαρεσκαιδεκαταίας κατὰ σελήνην ἐν κυριακῇ εὑρισκομένης νηστεύειν δεῖ· οὔτε ἀκόλουθον ἐν Σαββάτῳ τρισκαιδεκάτης ἀπαντώσης παραλύειν τὰς νηστείας, ἀναγκαία ἡ ὑπέρθεσις εἰς τὴν ἑξῆς ἑβδομάδα· ὡς ὀλίγῳ πρόσθεν εἴρηται· οὐ παραλύσεως γινομένης ἐν τῷ Πάσχα διὰ τῆς ὑπερθέσεως. ἀλλ᾽ ὥσπερ ὁ δέκατος ἀριθμὸς περιλαμβάνει τὸν ἐννέα. οὕτως ἡ τεσσαρεσκαιδεκαταία τῆς σελήνης ἐν κυριακῇ εὑρισκομένη,

A διὰ δὲ μὴ δεῖν ἐν ταύτῃ νηστεύειν, εἰς τὴν ἑξῆς ἑβδομάδα ὑπέρθεσις γίγνοιτο, οὐ τοῦ Πάσχα ἐλάττωσιν ποιοῦσα· τῶν ἓξ ἡμερῶν, περιλαμβανουσῶν καὶ τὰς ἄλλας. ἄλλως τε ἐπεὶ ὁ σωτὴρ ἡμῶν τῇ μὲν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ παρεδόθη, τουτέστι τῇ πέμπτῃ τοῦ Σαββάτου· τῇ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἐσταυρώθη, ἐν τριημέρῳ ἀναστὰς, τουτέστιν τῇ ἓξ καὶ δεκάτῃ τῆς σελήνης, ἥτις ηὑρέθη τότε ἐν κυριακῇ, ὡς ἡ τῶν εὐαγγελίων ἔχει παρατήρησις· ἔχομεν παραμύθιον τοῦ καλῶς ποιεῖν τὸ Πάσχα
B κἂν ὑπέρθεσις γένηται, διὰ τὴν καταλαβοῦσαν ἀνάγκην. ἂν μὲν οὖν ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη τοῦ ἁγίου Πάσχα ἔρχηται ἐν Σαββάτῳ, ἢ πρὸ τοῦ Σαββάτου ἐν ταῖς ἄλλαις τῆς ἑβδομάδος ἡμέραις ἀδιαφόρως τοῦτο ποιεῖν προσήκει· ἐὰν δὲ ἐν κυριακῇ ἀπαντήσῃ ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη τῆς σελήνης τοῦ πρώτου μηνὸς, ὑπερθετέον πάντως εἰς τὴν ἑξῆς ἑβδομάδα. ἡ γὰρ κυριακὴ πρώτη ἡμέρα τῆς ἑβδομάδος ἐστὶν, ὡς προείρηται.

liceat, in proximam ſeptimanam differri neceſſe eſt diem Paſchæ. Nulla enim ex hoc imminutio fieri Paſchæ videtur; quia ipſi ſequentes dies complectuntur & reliquos. Aliter autem, quòd & Saluator noſter XIV quidem eſt traditus Luna; hoc eſt quinta poſt Sabbatum, XV autem crucifixus, die tertio reſurrexit, hoc eſt ſeptima decima Luna, quæ tunc in Dominica die videtur inuenta: ſicuti & ex Euangeliorum obſeruatione comperimus. Habemus ergo ſolatium, quod rectè facere Paſcha poſſimus, etiamſi dilatio fuerit conſecuta, propter incurrentem neceſſitatem: vt ſi XIV primi menſis † incurrit, Sabbato euenerit Luna. aut ſi in aliis ante Sabbatum diebus ſeptimanæ ſequentis acciderit, ſine dubitatione Paſcha celebremus. Si verò in Dominicum inciderit, omnimodo in ſeptimanam ſequentem, vt ſæpiùs dictum eſt, differamus propter eas, quas præfati ſumus, cauſas.

Scribe ex Beda lib. de Rat. Temp. cap. LVIII. vt ſi XIV primi menſis in Sabbato, &c.

His ergo demonſtratis, atque patefactis, hoc etiam conſiderandum eſt, quod
C & lex frequenter cauſa neceſſitatis eos, qui conſtrictione temporis quadam non potuerunt in primo menſe Paſcha celebrare, ſecundo idem facere præcipit. Melius enim eſt in neceſſitate poſitos ſuperiora, quàm inferiora ſectari. quoniam inferiora ſuperioribus continentur, ſuperiora autem ab inferiore numero non includuntur. Illud iterum quod poſuimus declarantes, quoniam decimus numerus nonum intra ſe contineat: nonus autem decimum continere non poſſit. Quod ſi lex ad ſecundum menſem tranſire nos præcipit; ſi non poſſimus ſanctum Paſcha primo menſe celebrare, propter quaſdam neceſſitates; non intelligo cur non, ſi XIV in Dominicum diem incurrerit Luna, rationabiliter in ſeptimanam ſequentem dilationem Paſchæ facere debeamus: manente & primo menſe, & XV Luna, in qua Saluator crucifixus eſt; manente etiam & XVII, † quoniam poſt triduum reſurrexit. Hæc igitur mediocriter à nobis ordinatione diſpoſita vniuſcuiuſque anni calculum, qui ad ſupputationem pertinet Paſchæ *** diligentérque poſuimus. à primo Conſulatu religioſiſſimi Imperatoris Theodoſij centum vſque annos adnectentes ſimul, ac manifeſtantes XIV Lunæ notitiam & Dominici Pa-
D ſchalis diei.

Beda, quando.

PROLOGVS S. CYRILLI.

SANCTVM Paſchæ myſterium, eiúſque clara ſolennitas, ſi ſicut eſt à Saluatore noſtro Apoſtolis tradita obſeruaretur, illibata manſiſſet, ſi eam quorumdam peruerſitas inter cætera fidei ſacramenta minimè temeraſſet. illi etiam qui eorum prauitati reſpondere conati ſunt, & LXXXIV annorum Paſchalem circulum inſtituerunt, perfectæ rationis circulum tenuiſſent, ſi in ſupputatione menſium, vel annorum humanam, ſeu diuinam traditionem ſequi potuiſſent. Vnde tantæ ſunt ignorantiæ tenebris inuoluti, vt in vtrumque Paſchalis ignorantiæ periculum deciſſent. Ita etiam à XIV Luna, quam vulgus putat XVI, cùm adhuc orbis ſui circu-

lum non impleſſet, ad veſperam Sabbati, & ante menſem nouorum Paſcha celebrando, contra præceptum Domini frequenter docentur erraſſe. Quod alij præuidentes, ac reprehendentes, & quaſi emendare cupientes, quia non diuina reuelatione illuminati, ſed humanæ ſcientiæ præſumptione elati ſunt, peius aliud addiderunt; & ſicut illi per ſex quatuordecennitates; ita & iſti per ſeptem ſedecennitates, & quaſdam dimenſionum pergulas, duplicatos, vel multiplicatos numeros, ac monogrammos adnotando ſcribere niterentur: per quorum difficultates anguſtas, & infinitas controuerſias, quibus ſe inuicem impugnantes noti ſunt, offenſi nonnulli, vt relictis obſeruationibus omnibus VIII tantummodo Kalendarum Aprilium die, quotacúmque Luna, vel feria incidiſſet, iam non Paſcha Domini, quod eſt in die ſolemnitas Reſurrectionis, & in Luna plenitudo luminis, ac ſocietas ſempiterni Solis; ſed natale mundi tantummodo irrationabiliter celebraſſent. Superfluè autem quis extendet humanum ingenium, & linguam habebit expolitam, niſi ab eo, qui ſtultam fecit ſapientiam huius mundi, ad veram ſapientiam ſenſus condirigatur. Cum his igitur, atque huiuſmodi diſſenſionibus per vniuerſum orbem Paſchalis regula turbaretur, ſanctorum totius orbis ſynodi conſolatione decretum eſt, vt quoniam apud Alexandriam talis eſſet reperta Eccleſia, quæ in huius ſcientia clareret, quota Kalend. vel Iduum, quota Luna Paſcha debeat celebrari, per ſingulos annos Romanæ Eccleſiæ literis intimaret. vnde Apoſtolica authoritate vniuerſalis Eccleſia per totum orbem diffinitam Paſchæ diem ſine vlla diſceptatione cognoſceret. Quod cùm per multa ſæcula partem cuſtodiſſent, nullámque inde Scripturarum quiſpiam crederet, vbi nulla quæſtio ſolueretur, & nonnunquam occurreret, vt in Sabbato Luna XX, quæ illi XXIII, decimo quinto Kalendarum Maiarum vſque in VIII, quaſi in ſecundo menſe Paſcha celebrare metuerent, eſſétque magna confuſio in omni Eccleſia, Prætorio, vel Palatio; Theodoſius religioſiſſimus Imperator, qui non ſolùm in humanis, verùm etiam in diuinis legibus placere Deo ſemper ſtuduit; ſanctum Theophilum totius Alexandrinæ vrbis Epiſcopum ſuis literis conrogauit, vt ſacramentum Paſchæ euidentiſſima ratione diſſerere, ſibíque dirigere dignaretur. Cuius ſanctiſſimis præceptis obtemperans, CCCCXVIII annorum circulum Paſchalem inſtituit, eiúſque clementiæ, à primo anno Conſulatus eius vſque ad centum calculans, quoto Kalend. vel Iduum, & quota Luna Paſcha debeat celebrari, ſubiectis ſuis literis deſtinauit, manifeſtámque veritatem ſub libello breuiter perſtrinxit. In quo reuelante ſibi Domino, perfectæ rationis ordinem pandit, omnéſque errores, ac ſuperfluas quæſtiones luce clarius expugnauit, atque diſſoluit. Sed quoniam iam illi diuerſi circuli per totum orbem diſſeminati, etiam noſtrorum animos inconcuſsè poſſederunt; iſte, qui nuper eſt editus, vix ad paucos potuit peruenire. Cuius cum nimia profunditate penè omnes ſenſus excedere peruidiſſem, reuelationem Domini poſtulaui, & hoc, quod de ipſo fonte haurire promerui, in iſto libello præſumens expoſui, quod nec illos, apud quos ipſum circulum vidi, intellexiſſe cognoui. Et ne forte quadringentorum XVIII annorum infinita congeries aut faſtidium cognoſcendi, aut pigritiam deſcribendi quibuſdam afferret; in nonaginta quinque annos eumdem circulum breuiaui, quos per illos annos voluere ſine vlla differentia recognoui. Vnum tantum aſſem in quibuſdam annis propter rationes biſſexti, qui occurrere non potuit vſque ad illum ſummum circuli vltimum annum, qui redit ad caput, adiiciendum, vel potiùs dimittendum admonui. A XII autem Kalendarum April. die, vſque in VII Kalend. Mai per dies XXXV, qui faciunt ſeptimanas V, ſanctum Paſcha celebrare confirmans. De ipſa ſeptimana habere manifeſtum eſt, reliquos eius quinque dies adiicit; vt propter Dominicam diem à XIV Luna vſque ad XXI, ſicut præceptum eſt, diſtendiſſet. Quæquidem Luna efficitur XIV à XII Kalendarum April. die, vſque in XIV Kalendarum Maiarum: & propterea hos quoque dies protendere minimè dubitaui: quòd ipſa Luna in VII Kalend. Mai protenditur infra primi menſis terminum, & naſcitur, & impletur ſecundum ſupputationem Hebræorum, quibus Paſcha in præfiguratione Chriſti præceptum eſt. Poſt annus emboliſmicus occurrit, qui XIII menſes lunares, id eſt CCCLXXXIV dies habere ſancto Moyſi diuinitùs reuelatum eſt. Vnde

Hæc mendoſa ſunt.

Hæc mendoſa.

A conſtat hos quinque dies menſis nouorum additos, id eſt non ſecundi menſis eſſe, ſed primi, qui etiam ſi ſecundi eſſent, propter Domini reſurrectionem erga Eccleſiæ plenitudinem non immeritò viderentur adiici. Illi etiam, qui longiùs habitabant, vel immundi in anima fuerant, in ſecundo menſe iuſſi ſunt Paſcha celebrare. quod in typum intelligitur ſanctæ Eccleſiæ: quæ cum omnibus dæmonibus fornicata immunda videbatur in anima; ſalubri verò confeſſione mundata ad ſecundam natiuitatem, quaſi ad ſecundum menſem, tranſire præcipitur. Ante menſem autem nouorum, menſis eſt vltimus, & in quo verum Paſcha fieri penitus abnegatur. Sed vt breuiter dicam quæ ſint in eorum diſputatione diuerſa, Luna, quam illi tertiam, vel XVI, vel XXIII impropriè nuncupant, hanc ſanctus Theophilus primam, vel XIV, vel XXI cælo demonſtrante confirmat. Paſcha autem, quod vltra XII Kalend. Mai celebrare formidant, ſanctus Theophilus vſque VII Kalend. Mai differre non dubitat. In ordine autem annorum illorum quidam in XIV anno, quidam XVI, vnam diem de incrementis lunaribus addiderunt: hanc ſanctus Theophilus in XIX adiicit. Vnde illorum
B ſupputatio, quia inconueniens, ac diuerſa eſt, properat: huius autem, quia veritate ſubnixa eſt, ſuperat, & in perpetuum perſeuerat. Ita enim XIV Lunam vult videri in cælo Theophilus, vt pleno orbis circulo eodem momento oriatur, quo occidit Sol, eadémque nocte tranſacta, Lunâ occidente Sol oriatur. Vnde euidenter apparet, quod Luna illi XXIII vigilare in Sabbato Paſchæ formidant, ipſe XXI aſſignans ſine vlla trepidatione ſanctum Paſcha cenſeat celebrare. & quod illi præterito Sabbato XV mentientes anticipant ipſe XIII oſtendens, non eos iuſtè celebrare contendens, ad XXI differre non dubitat. XX autem IX & ſemis dies Lunam habere manifeſtum eſt. quæ duplicata efficiunt LIX, quibus vna dies præter illos duos ſemiſſes adiicitur, vt LX videantur impleri, & efficitur lunaris legitimus ſaltus. vt ſi verbo tenus fuerit Luna V, alia die non dicatur ſexta, ſed ſeptima: XXX autem Luna medietatem creſcentis exinde quæ dicitur XXX, quæ & prima calculemus, nullus ignorat. Talis ergo debet videri XXIX, qualis poſt pridie ad veſperam prima. XXX autem Luna videri omninò non poteſt; quæ ad vltimum finem medio ipſo XXX die conſumitur, Solique coniungitur, eodémque momento renaſcitur, paulatimque ab eo recedens, & per reliquam ipſius diei
C XXX partem, vſque ad aliam diem, quæ prima dicitur, creſcens poſt Solis occubitum ſic videtur, quemadmodum dixi ante pridie XXIX diluculo cernebatur. Qualis ergo eſt cæcitas mentis, vel dementia, vt cùm videri non poſſit XXX, videatur adhuc deficiens, & dicatur prima, nonnunquam etiam & ſecunda? ac ſic per omnem ordinem mentiuntur. Sicut enim pro XXX, ſecundam, & pro prima tertiam vocant; ſic pro XIV, XVI, & pro XXI, dicere compelluntur XXIII, ſicut illius paruitate, qui dictus eſt, biſſexti dies inueniſſe, vt per hanc fallaciam Diabolus inter ipſa fidei ſacramenta aucupetur animas Chriſtianas. Hoc itidem in ſummo & inſeparabile ponit exemplo, quod Saluator noſter Luna XIV, quinta feria, Paſcha cum ſuis Diſcipulis celebraſſet, & vt ſemper ita fieret imperauit. Quod hodiéque, ſicut eſt traditum, celebratur, ſanctúmque chriſma conficitur, & cœna Dominica anniuerſaria ſolennitate completur. quod eſt perfectum, ac maximum ſacramentum: ſicut ſanctus Apoſtolus ſibi traditum, & ita tradidiſſe Corinthiis gloriatur. XIV traditur, XV paſſus, & XVII reſurrexit: ea videlicet Lu-
D na, quæ nullis interiectis tenebris, etiam ſecundum ſupputationem vulgi Solis lumine diluculo ſociatur. Hoc enim veræ ſalutis indicium, vt poſt tergum relinquentes tenebras totius malitiæ æterno illo Solis lumine perfruamur. Hunc ergo biduum Lunæ ſuperfluum ſi dimiſeris, illos quinque dies menſis nouorum iuxta rationem additos intellexeris; ſed & illum diem de incrementis lunaribus in XIX annos, non XIV, vel ſedecim adieceris, omnem vim, & rationem veritatis huius myſterij recognoſces. Luna autem, quæ ab his dicitur III, hodiéque à Iudæis, & Græcis dicitur prima, & meritò videtur ad veſperam, quia iam & ſemis habere de XXX, & quæ, & æquè & prima.

A

EPISTOLA S. CYRILLI EPISCOPI.

DOMINIS honorabilibus, ſanctis fratribus Epiſcopis, Aurelio & Valentino, ſed & omni ſanctæ congregationi in Carthaginenſi Synodo congregatæ V Kalend. Decembris, Cyrillus ſalutans in Domino charitatem veſtram. Scripta venerationis veſtræ multam habentia quærimoniam cum omni lætitia per filium noſtrum Innocentium Preſbyterum ſuſcepi, à nobis ſperantia, vt de ſcrinio Eccleſiæ noſtræ veriſſima exemplaria ex authentica Synodo apud Nicæam ciuitatem Bithyniæ metropolim à ſanctis Patribus conſtituta, atque firmata, ſub fidei noſtræ profeſſione, veſtræ dilectioni porrigamus. Vnde Domini honorabiles fratres ſalute præeunte neceſſe habui per horum latorem filium noſtrum Innocentium Preſbyterum fideliſſima exemplaria ex authentica Synodo in Nicæna ciuitate metropoli Bithyniæ habita veſtræ charitati dirigere; quæ & in Eccleſiaſtica hiſtoria requirentes inuenimus. De Paſcha verò, vt ſcripſiſtis, mandamus vobis IX Kalend. Maias nos futura Indictione celebrare. Et alia manu. Deus & Dominus ſanctam Eccleſiam, id eſt, congregationem cuſtodiat. B

Quod optamus, cariſſimi fratres, vt ſimul Paſcha celebremus IX Kalend. Mai, propter rationem emboliſmi anni. Quod ſi faciatis VII Kalend. April. Luna XXII, vt cùm præparatis communem annum facitis de emboliſmo, dum obſeruatis Lunam incenſam in III Non. Martias, iuxta regulam Latinorum Kalend. Ian. Dominica Luna XXVII; & non obſeruandum eſt in hoc anno pro cauſis, quas ſuprà diximus. Sicut enim vitandum eſt Paſcha quæ diximus in hoc anno; ita cauendum eſt, ne faciamus Paſcha anni emboliſmi in anno communi, & communis in emboliſmo. Debemus enim inueſtigare Epactas lunares in menſibus totius anni, vt celebremus Paſcha in Luna primi menſis, in principio anni, poſt veris exordium. Sol enim ipſe quotidie terra, marique pariter cluditur in fine diei, & in diei initio aperitur, & finit Sol curſum totius anni in XII Kalend. Apr. & lunaris globi plenitudo vel diminutio digitorũ motu, rationis magiſterio, & calculi ſupputatione aliqua præuidetur: vt numeremus XII tantum Lunas iuxta ſupputationem legalem Hebræorum in anno communi, & XIII in emboliſmo, ſecundum computationem dierum. Indicabo verò vobis, quod Pachomius Monachus inſignis factis Apoſtolicæ gratiæ egregius fundator Ægypti cœnobiorum, edidit ad Monaſterium, quod lingua Ægyptiorum vocatur bonum, literas, quas Angelo dictante perceperat, vt non errorem incurrerent in ſolemnitatis Paſchalis ratione; ſciréntque Lunam primi menſis in anno communi, & emboliſmo. Cariſſimi Domini mei in mente habetote quod conſtitutum eſt Paſcha primum in Ægypto, ad commonitionem, vt manducarent filij Iſrael agnum in typo veri agni, in Luna primi menſis. Poſterius autem Paſcha factum eſt ad recordationem, in quo manna deſcendit: quod oſtendit, quod recederet agnus vmbralis, quando deſcendiſſet verum manna. Dominus autem noſter Ieſus Chriſtus coniunxit in vna die agnum Iudæorum verum manna, quando benedixit panem & vinum dicens: *Hoc eſt corpus meum, & ſanguis meus*, in Luna primi menſis, in anni principio. Ideo recordemur, & memores ſimus offerre quæ obtulit Ieſus pro nobis in primò menſe. Dixit enim Dominus Ieſus: *Hæc quotieſcumque feceritis, in mei recordationem & memoriam facietis*. Scruteminíque diligentiſſimè quæ ordinauit Synodus Nicæna, Lunas XIV omnium annorum per decemnouennalem cyclum, vt non fallamur in Luna primi menſis, & celebremus Paſcha in ſequenti Dominico, & non faciamus in Luna XIV cum Iudæis & Hæreticis, qui dicuntur Teſſareſcædecatitæ; & conſtitutum eſt in omnibus Synodis, præter Synodum Gangrenſem, & Cæſarienſem, vt non faceret vlla Eccleſia, vel ciuitas, & omnis regio contraria his quæ ſtatuta ſunt de Paſcha in Nicæno Concilio. Credite mihi, quod ſi non ſcripſiſſet Synodus Nicæna cyclum lunarem primi menſis, ſufficeret cyclus lapidis Silenitis in Perſide ad exemplum rationis Paſchalis, cuius candor interior cum Luna primi menſis creſcit, & decreſcit. Ideo nuntiaui vobis

A hæc omnia, eo quod dubitaſtis de Luna primi menſis in hoc anno. Ideo præcipio vobis ne faciatis Paſcha in menſe Martij in anno emboliſmi, ſed in IX Kal. Mai in vnitate Eccleſiæ Catholicæ verum agnum veri Iſraelitæ immaculatum immaculati comedamus. quia in vna domo præceptum eſt Iſraëli carnali agnum anniculum comedere. De quo agno immaculato veraciſſimè præceptum eſt: *Non occides agnum in lacte matris ſuæ*: hoc eſt in proximo Paſcha conceptionis ſuæ in vtero matris ſuæ. Ideo prægnantem Mariam, ne ſicut ſtuprata, & adultera lapidibus interficeretur, clam voluit eam dimittere. Vt verò non occideretur agnus in lacte matris ſuæ in Paſcha natiuitatis ſuæ proximo fugit Ioſeph in Ægyptum, Angelo præcipiente in menſe Martio, anno reuertente. in quo menſe eduxit Cain Abel iuſtum in campum, vt ociderent eum in typo Chriſti educti ad Prætorium Pilati in ſexta feria: quia in eodem die conceptus in vtero eſt, & mortuus in cruce, dum in ſexta feria mortuus eſt Adam in anima pro peccato, in Paradiſo, & in eodem die obiit in corpore. Reſponſum eſt, vt opinor, omnibus, quibus interrogaſtis me, & omnia ſcripta authentica Synodi Nicænæ protuli.
B

HILARI AD VICTORIVM EPISTOLA.

DILECTISSIMO honorabili ſancto fratri Victorio, Hilarus Epiſcopus Archidiaconus Vrbis Romæ. Cùm pleraque de ratione Paſchali tam de Græco tranſlata, quàm à Latinis condita recenſerem, diſcrepare inter ſe vtrorumque ſententias, atque ſibi inuicem reſultare perſpexi: vt ne vtraque pars dum impugnatur, ab altera putetur euidenter adſtruere huius obſeruantiæ diſciplinam. Quo fit vt cùm inſtitutio Latina vel Græca † eruditione domeſticæ magis fauere contendit præcipuo numeri per- eruditioni agenda inter errorum diſſenſiones tempus ſæpe non congruat. Quapropter, dilectiſſime frater, tantarum rerum ambiguitate permotus, tuæ dilectionis ſtudio fidenter iniungo, vt per otium diligenter inquiras, vel vnde ſupradicta diuerſitas oriatur, vel qua potiſſimùm ratione veritas indagetur: vt deinceps diſſonæ opinionis errore ſublato, idem ſemper tenere poſſit vniuerſitas: quatenus
C cuncti in commune fideles à dubiis omnibus expediti, in ſummi celebritate myſterij inoffenſo deuotionis tramite dirigantur.

EPISTOLA VICTORII AD HILARVM *Papam.*

DOMINO verè ſancto, & venerabili in Chriſto Papæ Hilaro Vrbis Romæ Epiſcopo, Victorius. Vtinam præceptis tuis, ſancte Papa Hilare, tam affectu valeam parêre, quàm voto. Eſt enim & hoc opus arduum, & meæ intelligentiæ facultas exigua. Ego autem, quod ad me attinet, etiamſi † delicatæ materiæ ſuper quantitate ſatis *For.* delegatæ. habeo iuſſioni tuæ poſſibilitatis meæ non obedientiam defuiſſe: quæ tamen etſi miniſterium minimè expleret iniunctum, certè debitum exſolueret obſe-
D quium. téque deprecor, vt ſi quippiam ſecus, quàm voluiſti, prouenerit, imbecilitatem meam, atque onus impoſitum æquo iure perpendens, imperfecti laborem negotij officio malles æſtimare, quàm merito. Maximum enim indicium meæ erga te reuerentiæ eſt imperiis tuis amplius me impendere voluiſſe, quàm poſſim. Quod ſi dignum aliquid tua lectione confecero, id erit profectò diuini muneris: tum etiam beneuolentiæ tuæ; cuius fauor oblectans inertes quoque excitat ad profectum: nec dubitabitur huius fide perficiendum, cuius eſt † adoratione ſuſceptum. *For.* id ora. cùm mihi quoque fiducia ſit peragi poſſe quod præcipis, cui id tam confidenter iniungis. Quiſnam non intelligat tuis orationibus iámque præſumptum, quod etiam per me credis implendum? Neque enim temerè delegaſſe, vbi non tam meæ doctrinæ induſtriam, quàm tuum iudicium videris expoſci.

A

VICTORII PRAEFATIO PASCHALIS FESTI.

PASCHALIS igitur feſti curſum tuis potiùs orationibus, quàm meo fretus ingenio, quantum res ſinet, explorare contendens, datæ ad me eandẽ formam ſecutus epiſtolæ, quæ inter huiuſcemodi Scriptores ſit cauſa diſcordiæ paucis expediam, ac deinde quid magis videatur congruere veritati, quantum valuero, Domino donante, diligenter abſoluam. Diſcrepare inter ſe diſputatores præcipuæ feſtiuitatis primùm omnium neceſſitas illa compellit. † Qui Paſchalis cycli, ſiue qui poſt LXXXIV: ſeu poſt XCV annos, vel etiam qui poſt C & XII annorum ſpatia propagati, eodem, quo præterierant, ordine in principium ſui, atque originem redire creduntur. † In aliquibus quidem dierum ſunt parilitate concordes, ſed in Lunæ varietate diſſentiunt. Et rurſus cùm in lunari ſupputatione reperiuntur ſtabiles, dierum mobilitate confligunt. Neque ſolum alio alius eſt propria diffinitione diſſimilis: verùm etiam ſinguli quique eorum in ſemetipſis alternatione prædicta lunari ſcilicet, ac dierum nunc varietate ſubſiſtunt, nunc aſſertione deficiunt. Hûc accedit, quod lunaris ipſa dinumeratio ita cunctorum eſt variata ſententiis, vt cùm iſti, verbi gratia, eandem Kalend. Ian. primam fuiſſe pronuncient, alij XXX, nonnulli ſecundam proueniſſe contendant. Tum deinde hi, qui cyclum annorum LXXXIV ediderunt, XII peractis annis, Lunam vnam per idem tempus certis annua reuolutione minutis aſſerunt calculandi lege ſuccreſcere, adiiciendam legitimo curſui eſſe præcipiunt. Item ſunt qui hanc eandem XV demum incipiente anno magis adnumerari definiunt. Porrò hi qui poſt CXII annos in id cyclum, vnde ortus fuerat, reuerti confirmant, ea ipſa incrementa lunaria, quæ ſuperiùs nominaui, poſt annos XVI ſubnecti debere conſtituunt. Hi verò, qui annorum V, & XC cycli obſeruantiam comprehendunt, poſt X, & IX annos Ægyptiorum more continuato ordini, quod eſt verius, hoc argumentum lunare ſubiiciunt. Adcreſcit præterea etiam aliud erroris genus, dum in regulis primi menſis, quo Paſcha Dominicum celebrari ſtatuunt, magna oritur vtriſque contentio.

F. quod Paſchales.

F. creduntur, in.

B

C

Latini namque à tertio Nonas Martij vſque in III Nonas Aprilis, diebus ſcilicet XXIX, obſeruandum maximè cenſuerunt, vt quocumque eorum die Luna fuerit nata, efficiet primi menſis initium. Cuius Luna XIV ſi feria VI fuerit, ſequens Dominicus, id eſt, Luna XVI, feſtiuitati Paſchali ſine ambiguo deputetur. Sin autem dies Sabbati Plenilunium eſſe contigerit, & conſequenti Dominico Luna XV reperiri, eadem hebdomada tranſmiſſa, in alterum diem Dominicum, id eſt Luna XXII transferri debere Paſcha dixerunt: ne minus eiuſdem Dominicæ reſurrectionis † peragendo myſterio deſtinarent, quàm XVI, nec amplius quàm XXII Lunam aliquando reciperet: eligentes potiùs in Luna XXII diem feſti Paſchalis extendi, quàm Dominicam paſſionem ante Lunam XIV vllatenus inchoari. Quartaſdecimas porrò Lunas menſis eiuſdem à XV Kalend. Aprilis, vſque in XVII Kalend. Mai aſſerunt eſſe ſeruandas. Sanctæ memoriæ contrà Theophilus quondam Alexandrinus antiſtes ad Theodoſium Imperatorem datis epiſtolis, ex primo ipſius, & Gratiani quinquies Conſulatu conditum Paſchale direxit. in quo annuntians ab VIII Id. Martij vſque in diem Nonas Aprilis, quolibet medio eiuſdem temporis ſpatio natam perhibet Lunam facere primi menſis initium. à XII verò Kalend. Aprilis vſque in XIV Kalend. Maij Lunam XIV ſolerter inquiri, etiam ſi diem incidat Sabbatorum, poſt ſequenti Dominico Luna XV celebrandum Paſcha ſine dubitatione conſcripſit: hoc regulariter, cautéque cuſtodiens, ne ante XII Kalend. Aprilis Plenilunium, id eſt Luna XIV huic definiendo ſacramento patiatur apponi. neque hoc in primo menſe, ſed XII æſtimat computandum. Plerumque ſanè partis vtriuſque ſententia in vnum quidem ſolennitatis huiuſcemodi diem concurrit, & conuenit; ſed in Lunæ dinumeratione variatur. cúmque eam Ægyptij XV Lunam in diem Paſchæ verbi gratia numerarent, non † in eadem XVI, vel XVII calculantur. atque ita cùm apud Ægyptios prima aut viceſima Luna lectione Paſchæ producitur, à Latinis XII, vel

Al. paſſionis.

Al. XVI.

D

F. nos & calculamus.

A etiam XXIII perhibetur. Fit itaque, vt Paſchæ diem, quam illa delegerit, iſta pars
reſpuat. quod indè, ſicut iam diximus, euenire certiſſimum eſt, quia tam in regu-
lis temporum, quàm in diſputatione lunari pars alterna non congruit. Neque mi-
rum ſi diuerſarum opinionum cycli ſibi inuicem oppoſiti, atque collati non co-
eunt, cùm in propria quiſque inſtitutione, qua præfinito tempore in idipſum re-
dire, & fideli creditur ratione decurrere, hæc eadem reuolutione nequaquam in
omnibus doceatur diffinitionis propoſitæ tenere conſtantiam. Quod etiam beatæ
memoriæ Theophilus tacitus quodammodo † iudicauit, cum vniuerſis cyclorum
limitibus, circuliſque diſpectis, qui etiam legitimi putabantur, laterculi ſui for- *Al.* indica-uit.
mam huic operi deſtinatam ab omni neceſſitate præfinitæ recurſionis exutam, ab-
ſolutè in centum annorum promulgauit ætatem. quod aut noſtris arbitratus ſuffi-
cere poſſe temporibus, aut curioſioris diligentiæ laborem declinans, ſcrutandum
poſteris negotium reliquit.

Has inter conflictiones diuerſa opinantium, eorum ſcilicet, qui regularem tra-
B mitem, ſeriémque temporum Lunæ ratione, quibus oportet peragi Paſchale ſa-
cramentum, variis licet ſententiis, ingenti tamen ſtudio condere, ſtylóq; explicare
conati ſunt, audax quidem videtur eſſe huius rei quenquam profiteri veritatem,
de qua tales, tantique nutauerunt. Verùm quia *apud Dominum non eſt acceptio perſo-
narum*, orationibus veſtræ ſanctitatis adiutus, videre mihi videor iſtius diſciplinæ
ſecretum luculentiſſimè poſſe reſerare, ſi ab ipſius mundi primordiis dierum inſti-
tutio, ac Lunæ, vel temporum, ac deinceps huius ſolennitatis initium requiratur:
atque ita per digeſtum ordinem ſæculorum quæſtionis obſtruſæ expletur integri-
tas. Recenſitis igitur fidelibus hiſtoriis veterum, beati ſcilicet Euſebij Cæſarien-
ſis Palæſtinæ ciuitatis Epiſcopi, viri imprimis eruditiſſimi, atque doctiſſimi Chro-
nicis, Prologóque, ac perinde his, quæ à ſanctæ memoriæ Hieronymo his de
Chronicis ſunt adiecta presbytero, per quem in Latinum quoque probantur
tranſlata ſermonem: hiſque etiam, quæ à ſancto, & venerabili viro Proſpero vſ-
que ad Conſulatum Valentiniani Auguſti VIII, & Anthemij conſtat fuiſſe ſup-
C pleta: reperi à mundi principio vſque ad diluuium II CCXLII annos. item à diluuio
vſque ad natiuitatem Abrahæ, annos DCCCCXLII. Natum autem Abraham XLII
anno regnante iam Nino eadem monimenta teſtantur: à cuius tempore etiam
geſtarum rerum publici ſcriptores apud barbaros eſſe cœperunt. Quapropter vir
venerabilis prædictus Euſebius Chronicorum abhinc exorſus hiſtoriam, volens
induſtriæ ſuæ fidem mundanarum quoque annalium coætaneo relatu perpendi,
& profeſſæ veritatis etiam Gentilium literas teſtes ſciſcitari, contentus eſt præte-
rita ſæcula ſacris voluminibus explicare, ætates tantarum ſummarum conſum-
matas retro generationum ex Prologi textu patefaciens, & operis plenitudine ſub
annorum recapitulatione pariter comprehendens. Cuius tenorem vir vene-
rabilis Proſper ſecutus iiſdem Chronicis hæc eadem egregia breuitate compo-
ſuit; vt eorum initium à mundi inchoaretur exordio. Porro ab Abraham vſque in
ſextum Valentis Conſulatum, & Valentiniani ſecundum, II CCXCV. ac deinde ab
Auſonio, Olybrióque Conſulibus, qui ſequuntur, ad VIII Valentiniani Auguſti
Conſulatum, & † Anthimi, VII, & LXX. & ſimul omnes à mundi origine vſque *Cor.* Anthe-mij.
D ad Conſtantinum, & Rufum Conſules præſentes, V DCLVIII anni referuntur: qui-
bus ob veritatem certiùs indagandam biſſextos etiam copulaui: quo manifeſtiùs
appareret, vtrum ſibi vel biſſextorum ratio V dierum tam Kalendarum Ianuaria-
rum, quàm VIII Kalendarum Aprilium, qui † mundo traditur inſtitutus, con- *Cor.* quo mundus.
tinuata diſputatione concineret. Quibus vndique † peruerſis congruentibus, re- *For.* perverſus.
ſtabat inquiri ſi Lunæ dinumeratio, quæ die quarta exiſtentis mundi, id eſt V Kal.
Aprilis plena, hoc eſt XIV, iubente Creatore in inchoatione noctis exorta eſt, pari
lege tranſactis, præſentibúſque temporibus conſonaret, quam tot à ſæculis com-
putatam, & Kal. Ian. III feria, Luna XX, & VIII Kal. Apr. II feria XIV Luna Con-
ſtantino & Rufo Conſulibus perſeueranti oratione perueniſſe compertum eſt,
iuxta Ægyptiam diſciplinam; qua euidentiſſimè deprehenſum eſt, quod XIX an-
norum porrecta curriculis in ſemet ipſa ſemper iiſdem veſtigiis ſe reuoluens,
annum, quem XX inchoat, hunc eandem metiatur & primum. Cùm itaque nihil
reſediſſet ambigui, diebus, Lunis, atque biſſextis inde à conſtitutione mundana

in noſtram vſque progeniem mirabili decurſione concordibus, neceſſarium fuit, A
propter quam maximè huic inquiſitioni ſecundum venerationis tuæ mandatum
mea deſudabat intentio, vt inſtituta Paſchalia perſcrutarer, vel illius temporis,
quo præceptione diuina per Moyſen à filiis Iſrael agnus eſt immolatus in Ægy-
pto: vel illius præcipuè, quo pro redemptione noſtra, atque ſalute ille verus agnus,
cuius figura præceſſerat, *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.*

Rurſuſque omnibus annis, temporibus, diebus, ac Luna maximè, quæ iuxta
Hebræos menſes facit, ritè decurſis à mundi principio, ſecundum prædictæ hiſto-
riæ fidem, vſque in diem, quo filij Iſrael Paſchale myſterium cœleſti initiauêre
mandato, & ab Ægyptia clade agni occiſione ſaluati ſunt, biſſextorum pariter ne-
ceſſitate decurſa, quantum fida ſupputatio inueſtigauit, anni III DCLXXXIX, V fe-
ria IX Kalend. Aprilis, Luna XIII incipiente iam veſpera docentur impleti. Cu-
ius ſequenti die tertio milleſimo ſcilicet anno, ac ſexcenteſimo nonageſimo præ-
cedente menſe primo, VI feria, VIII Kalend. Apr. Luna XIV noctis initio He- B
bræos claruit agni ſacrificium peregiſſe. Paſcha quippe, ſicut omnimoda traditio-
ne cognoſcitur, anni principio, non in fine celebratur. Paſſum autem Dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum peractis V CCXXVIII annis ab ortu mundi eâdem Chro-
nicorum relatione monſtratur. Quod geſtum inchoante † XXVIII anno non po-
Cor. XXIX. teſt dubitari. ſiquidem VIII Kal. Aprilis primo menſe, Luna XIV veſpere præce-
dente, ſicut ab initio creaturæ quarta die facta eſt, cœpiſſe doceatur, adiunctiſque
biſſextis ad ſummam V CCXXVIII annorum, ſequenti XXIX anno, V feria docet ſe
traditione præuentum. Primo verò azymorum die Dominus noſter Ieſus Chri-
ſtus cœnans cum diſcipulis ſuis, poſtquam ſui corporis, & ſanguinis ſacramenta
patefecit, ad montem Oliueti, ſicut Euangelia ſancta teſtantur, progreſſus, ibi-
que detentus eſt à Iudæis, tradente diſcipulo. deinceps VI feria ſubſequente, id
eſt, VIII Kal. Aprilis crucifixus eſt, & ſepultus tertia die, hoc eſt VI Kal. Aprilis
Dominico ſurrexit à mortuis. Quapropter omnibus fixo limite conſonis, neceſſa-
rium erat propter Paſchalis obſeruantiæ rationem, dies & lunares annos à mundi
ipſius deſcribi principio, quo poſſit rerum curſus euidenter agnoſci. Sed quia im- C
menſum opus maioris otij eſt, ne diutiùs præcepta differrem, breuiarium eius in-
For. quo. terim explicaui. † Quod tamen ex ipſius plenitudinis ordinatione deſcendat, ex
tempore Dominicæ Paſſionis, diebus Kal. Ian. & nominibus Conſulum à duobus
Geminis, Rufo ſcilicet, & Rubellio, vſque ad Conſulatum Conſtantini & Rufi
diligenti annotatione collectos, per CCCC & XXX annos cum Lunis, atque tem-
poribus, ac deinceps ſine Cõſulibus per annos centum & duos futuros, vt DXXXII
annis omnis ſumma conſtat, patefacere properaui. Quæ ſumma ita cunctarum,
quibus excepta eſt; ſeries regularum ſua reuolutione complectitur, vt eodem tra-
mite & in id, vnde eſt orta, reuocetur, & ad finem priſtinum de nouo circumacta
perueniat. Aderit autem miſericordia Domini, vt conſummatam potioris negotij
veritatem, quam ſuperiùs comprehendi, iam præmiſſa ſæculorum omnium ratio-
ne, qua ſacra feſtiuitas abſque ſcrupulo celebranda pandatur, non magis ſenſibus,
intimatã, quàm præſentatam veſtris aſpectibus æſtimetis. Illud præterea inſinuare
non diſtuli propter diuerſorum Paſchalium conditores, vbi hoc in eodem cyclo D
dies Paſchæ geminata deſignatione poſitus inuenitur, id eſt, vbi Luna XV, & dies
Dominica, & poſt VII dies XXII conſcribitur, non meo iudicio aliquid definitum,
ſed pro Eccleſiarum pace Apoſtolici Pontificis electione ſeruatum. quatenus ne-
Fortè non pertinebat, vel certè non præterirem. gotium, quod ad meum † pertinebat officium, præterirem, & in eius conſtitue-
retur arbitrio, qui vniuerſali Eccleſiæ præſideret, quænam potiſſimùm dies in tali
conditione ſolennitati præcipuè deputetur. Nam cæteris, quæ à latere ſimiliter
adiecta ſunt, non firmatur authoritas, ſed varia ſignificatur opinio. Cùm verò
conigerit Luna XXVII Sabbato, vel maximè die Kalend. Ian. prouenire abſque
biſſexto, nouerit ſanctitas veſtra Paſcha niſi XIII Kalend. Aprilis ſecundum La-
tinos haud vnquam celebrandum, etiamſi Luna conueniat, penitus inuenitur:
aut VIII Kalend. Mai ſecundum Ægyptios, quod aliquotiens obſeruatum eſt,
reperiri non poſſe.

AD

A

AD APPENDICEM,

ID EST,

SCRIPTORVM VETERVM OPVSCVLA, DE PASCHATIS CELEBRITATE,

NOTAE.

B

AD EPISTOLAM PROTERII.

DE epiſtolæ huius argumento, ac tempore, habes lib. II, cap. LXIV, pag. 222. De Paſchate anni Diocletianei CLXXI, Chriſti CCCCLV, heſitatio ſuborta erat, de qua conſultus Proterius à S. Leone, reſpondet.

P. 872 B. *In octogeſimo quidem anno.*] Meminit vtriuſque S. Ambroſius in Epiſtola eiuſdem argumenti ad Epiſcopos Æmiliæ. Annus Diocletiani LXXXIX iniit à Thoth fixo anni Chriſti CCCLXXII. Igitur anno ſequenti, Chriſti CCCLXXIII, labente eodem anno Diocletiani, orta eſt altercatio ſuper Paſchate, cyclo Lunæ XIII, Solis XVIII, litera F. Neomenia Paſchalis XI Martij, feria II. decima-quarta, Martij XXIV, feria VII. Ideo nonnulli in termino celebrarunt: Catholici autem Martij vltimo. Præerat tunc Romanæ Eccleſiæ Damaſus: Alexandrinæ legitimus Epiſcopus erat Petrus, qui Athanaſio ſuffectus erat mortuo iam
C anno CCCLXXI. Itaque diuinandum eſt quid S. Proterius ſibi velit, cùm ſuperſtitem ait fuiſſe tunc patrem, & Epiſcopum Anaſtaſium. An Athanaſium ſcripſit, & hallucinatus credidit eum, qui biennio antè deceſſerat, adhuc illo tempore vixiſſe?

In nonageſimo autem tertio.] Chriſti CCCLXXVII, cyclo Lunæ XVII, Solis XXII, litera A. Terminus Paſchalis Aprilis IX, Dominica. Ideo XVI eiuſdem menſis ritè celebratum eſt.

Item cum centeſimo ſexageſimo.] Chriſti CCCXLIV. Vide lib. II, pag. 221.

Neceſſe eſt igitur & in ducenteſimo.] Scribe, & in centeſimo ſeptuageſimo primo.

P. 873, A. 3. *Illud etiam neceſſario.*] Corrigendum, & in futuro centeſimo nonageſimo octauo. Hic eſt Chriſti CCCCLXXXII. Cyclus erat Lunæ VIII, Solis XV, litera C. Igitur neomenia Paſchalis Nicæna V Aprlis, Terminus Aprilis XVIII, ſiue XIV Kalend. Aprilis Dominica die. Itaque diffundendum Paſcha fuit in VII Kalend. id eſt XXV Aprilis.

D

AD EPISTOLAM I DIONYSII EXIGVI.

HAnc Epiſtolam Dionyſianarum primam eſſe in poſteriori non obſcurè author indicat. Ea in regio codice, quem vtendum mihi Cl. V. D. Rigaltius dedit, vnica reperitur, eáque paulo quàm in Sirmondiano caſtigatior. Itaque cùm illam typis iam expreſſam cum regio contuliſſem, vnum & alterum locum, cui aſteriſcos adſcripſeram, ex eo ſuppleui: & in errata retuli. In eodem porro exemplari regio poſt Epiſtolam iſta ſequebantur.

Incipit cyclus decemnouennalis, quem Græci enneacædecaëterida vocant, conſtitutus à ſanctis Patribus, in quo quartaſdecimas Paſchales omni tempore ſine vlla reperies falſitate. Tan-

ùm memineris annis ſingulis qui cyclus Lunæ, & qui decemnouennalis exiſtat. In præſenti namque tertia Indictio eſt, Conſulatu Probi iunioris, tertiuſ-decimus circulus decemnouennalis, decimus lunaris eſt. A

Hæc Dionyſij ipſius eſſe verba ſatis intelligimus. quibus iſta ſubiecta ſunt.

Hic autem cyclus Dionyſij v *decemnouennalibus conſtat, hoc eſt* xcv *annis, ſumitque exordium à* dxxxii *anno Incarnationis Domini, & deſinit in* dcxxvi *anno. Hunc ergo cyclum prætermiſimus, eo quòd totus præterierit.* Hæc ibi.

Ex prioribus Dionyſij verbis colligitur annus, quo hanc epiſtolam author elucubrauit, ac cyclum ſuum xcv annorum deſcripſit: nimirum æræ communis dxxv, Philoxeno, & Probo Coſſ. Indict. iii, aureo numero xiii.

Pag 874. B. *Quam poſt modum nonnulli.*] Credas de Scaligero vaticinari Dionyſium; qui diſponendi, ac celebrandi Paſchatis rationem ex Iudaico computo præſcripſit: nec aliter cenſuit ritè peragi poſſe, niſi recutitorum ille cyclus in vſum Eccleſiæ veniret: quod ſatis v libro refutatum eſt.

C. *Papa denique Theophilus.*] Lege caput lxvii, & lxviii lib. ii. Inde ſcies falſum eſſe Gennadium, qui à Nicæno Concilio conditum fuiſſe putauit annorum xcv cyclum, eundémque Theodoſio principi oblatum à Theophilo. Atqui Cyrillus Theophili ſucceſſor, hunc primum fabricatus eſt: vt hîc Dionyſius indicat. B

xcv *autem annorum.*] De cyclo Dionyſiano multa & ab aliis dicta ſunt, & à nobis variis in locis allata: quorum ſummam non alibi oportuniùs, quàm ad ipſa Dionyſij verba colligemus.

Annus Alexandrinus (Inde enim diſputandi ſumatur initium) quatuor menſibus ciuilis Romanorum anni primordium antecedit: Eccleſiaſtici verò, qui à Paſchate proficiſcitur; menſibus amplius ſeptem. Rurſus Dionyſius Exiguus annos cycli ſui à decima-quinta Luna Paſchali orſus eſt; vt ex Epiſtolæ ſecundæ diagrammate liquet. Quare Paſchalis neomenia anni finem: Paſcha ipſum, anni primordium occupat. Iam verò Cyrillus cyclum ſuum inchoaſſe dicitur ab anno Diocletiani liii. qui apud Alexandrinos cœpit à xxix die Auguſti in anno Chriſti ccccxxxvi, cyclo Lunæ Romano xix. Alexandriæ verò i ineunte. Vnde primum Paſcha Cyrilliani cycli fuit anni Chriſti ccccxxxvii. Poſt expletas enneadecaëteridas quatuor, & annos xiii de quinta, hoc eſt confectis annis lxxxix de enneneecontapentaëteride Cyrilli; Dionyſius Exiguus, cùm labem cycli iſtius animaduerет, animum adiecit ad emendandum. Scribit enim epiſtola ſecunda, ſex adhuc annos de Cyrilli quinta enneadecaëteride reliquos eſſe. Ergo inter Paſcha anni Chriſti dxxv, Indictioniſque tertiæ, & anni dxxvi Indictionis quartæ commentabatur iſta Dionyſius; vt ex eius verbis intelligitur, quæ lib. xii, ſub finem capitis iii caſtigauimus ex Mariano Scoto. Poſtremum Paſcha Cyrilliani cycli incidit in annum æræ communis dxxxi, labente anno Diocletiani ccxlvii, aureo numero xix. Ideo primus annus cycli Dionyſiani initium habuit à decima quarta Paſchali, quæ eſt xv Kal. Maias, ſiue dies Aprilis xvii. ac neomenia, vt ita dicam, anni primi Dionyſiani eſt illa ipſa decima-ſeptima dies Aprilis. Quod cum Beda, cæterique hactenus non animaduertiſſent, Dionyſianam æram, atque cyclum vno anno labefactarunt. Primus annus cycli Dionyſiani cœpit anno Periodi Iulianæ 4712, aureo numero xix. deſiit autem anno 4713, Aprilis v. Sed omninò videnda ſunt, quæ lib. xii, cap. ii, & iii de hac re ſcripſimus. C D

Cæterùm ex hac epiſtola Dionyſij liquidò conſtat cyclum ab eo conſtitutum fuiſſe non annorum dxxxii, vti nos cum pleriſque omnibus arbitrabamur; ſed annorum xcv. Quanquam nonnihil ex iis, quæ ſubiicit idem Dionyſius, dubitationis oritur: vti paulo pòſt dicetur.

D. *Nam licet anni Domini.*] Laterculus Dionyſianus octo, vel nouem verſibus conſtabat, in quibus erant anni ab Incarnatione Domini, Indictiones, epactæ, concurrentes, cyclus nouemdecim annorum, decima-quarta Luna, dies Paſchæ, & fortean litera Dominicalis, ad eundem modum, quo in cyclis Bedæ præſcripta ſunt. Quod annos Incarnationis attinet, teſtatur Dionyſius ſe quintam Cyrilli enneadecaëteridem cyclo ſuo præfixiſſe. Itaque cœpit ab anno Chriſti dxiii, quo quinta Cyrilli enneadecaëteris iniit: ita tamen vt poſtremos annos ſex, qui ex eâdem ſupererant, à prioribus iam elapſis diſcerneret. Veriſimile eſt autem ad an-

A
num illum, qui communis æræ numeratur hodie quingenteſimus decimus tertius,
Dionyſium adſcripſiſſe annum quingenteſimum decimum quartum; cùm Incar-
nationem Domini ſtatuerit in eo anno, cui numerus aureus competit I, éſtque
Periodi Iulianæ 4713: à quo quingenteſimus decimus quartus eſt ille ipſe, qui
vulgò putabatur DXIII. de quo plura lib. XII, cap. II, & III diſputauimus.

Tamen tenorem ſimilem conſtantiæ.] Explicatum eſt lib. II, cap. LXVII, pag. 226, & 227.

Pag. 875 A 3. *Sed hi qui ordine fixo.*] Concurrentes Cyrilli, nec non literæ Domi-
nicales, propter labem cycli, tenorem ſuum retinere non poterant. Ob id aliam ſe-
riem Dionyſius appoſuerat concurrentium, & literarum; initio ab anno primo en-
nenecontapentaëteridis ſuæ ducto, qui eſt vulgaris Chriſti DXXXI. Vnde pro eo
quod in manuſcriptis, & apud Bedam legitur, *mobilium caſuum*, emendandum
cenſuimus, *caſum.*

Et ideò poſt expletionem XCV *annorum.*] Cyclis ſuis quinque Dionyſius vltimum
B præfixerat Cyrilli, de quo ſex erant anni reſidui. Admonet igitur, vt expletis annis
ſuis XCV, redeatur ad idem initium non cycli Cyrilli quinti, ſed primi ſui. In quo
perdifficilis ineſt quæſtio. Videtur enim Dionyſius cyclum annorum XCV talem
exiſtimaſſe, vt in orbem ferias, & Paſchales Dominicas, ac Lunæ dies repræſenta-
ret. quod tamen paucis ante verſibus negauerat: & res ipſa fieri non poſſe demon-
ſtrat: vt ex Laterculo diſces, quod lib. II, pag. 227 deſcripſimus. Itaque Præfa-
tionis illius author, quæ apud Bedam circulis Dionyſij præfigitur, primum illum
Dionyſij cyclum, ad quem confectis annis XCV recurrendum eſſe monuit, de cy-
clo magno DXXXII annorum interpretatur. Verùm nihil eiuſmodi Dionyſianis ex
verbis exſculpi poteſt. Nam primum cyclum ſuum appellat eum, quem à ſe con-
ditum paulo antè dixerat, annorum quinque & nonaginta. Crediderim equidem
Dionyſium ad eundem cyclum XCV annorum, concurrentium, literarum Domi-
nicalium, Dominicarum Paſchalium, ac Lunæ dierum geminatos appoſuiſſe ver-
ſus; & notaſſe quibus vertentibus cyclis quæ concurrentium, ac literarum, &c. ſe-
ries capienda foret. Fortaſſis etiam ex Periodi Victorianæ annorum DXXXII me-
C thodo illas ipſas mutabilium characterum ſeries adſcripſit. In cyclo magno Victo-
rij ennenecontapentaëterides ſunt quinque ſolidæ cum annis LVII, ſiue cyclis tri-
bus. Sex igitur iſtiuſmodi verſus Dionyſius inſtituit, qui cõcurrentium, literarum,
&c. ordinẽ continerent. Anno Chriſti CCCCXXXVII, quo primum Cyrilli Paſcha
fuit, cyclo Solis XXVI, litera Dominicalis erat C. Concurrentes IV. Paſcha Aprilis
XI. Euolutis XCV, anno Chriſti DXXXII, concurrentes fuerunt IV, litera Dominic.
D C. Sed biſextilis rationes conturbat. Quippe anno quarto cycli Cyrilliani pri-
mi, qui eſt Chriſti CCCCXL, litera fuit G F, cyclo Solis I, Lunæ IV. concurrentes
Martio menſe I, Paſcha Aprilis VII. At anno quarto cycli primi Dionyſiani, qui
fuit Chriſti DXXXV, litera Dominicalis erat G; concurrentes VII; Paſcha Apr. VIII.
Itaque non redeunt in orbem annales characteriſmi poſt annos XCV. Nam & pau-
latim diſcrepantia maior exiſtit: vt ex Laterculo libri ſecundi pag. 227 patet. Ideo
diuerſos characteriſmorum iſtorum ordines ad ennenecontapentaëteridem ſuam
Dionyſius accommodauit, quos ſine dubio ex maioris cycli methodo (vti dixi-
mus) accepit.

D C. I. *In quo etiamſi Luna.*] Notetur hoc Dionyſij, imò Nicæni Concilij decre-
tum, contra Scaligeri, Caluiſij, & id genus Kalendarij artificum dogma: qui Luna
XV Paſcha celebrari nefas putant. Etenim cùm Luna XIV in Sabbatum incidit XII
Kal. Apr. hoc eſt Martij XXI, poſtridie Paſcha peragetur. Id nonniſi Lunæ cyclo,
vel aureo numero XVI euenire poteſt; cyclóq; Solis III, aut XIV, aut XX, aut XXV. Ita-
que quater in tota Periodo Victoriana cõtingit: vt in annis Chriſti LXXII, CCCXIX,
CCCCXIV, DIX. qui ſunt prioris Periodi. In ſecũda verò, annis Chriſti DCIV, DCCCLI,
MXLI, MCXXXVI. Proinde ſemel in ennenecontapentaëteride Cyrilli; & in Dio-
nyſiana ſemel item accidit. In hac anno ipſius LXXIII, qui eſt Chriſti DCIV.

Sed nec hoc prætereundum putamus.] Memorabilis hic locus; ex quo ætate illâ Dio-
nyſij diſcimus quoſdam fuiſſe, qui lunarem menſem XXX diebus circumſcriberẽt.
quæ fuit veterum, maximè Græcorũ perſuaſio, vti lib. I, cap. VII demonſtrauimus.

D. *Vnde plerumque contingit.*] Non dubium eſt iſtos, qui hîc à Dionyſio reprehen-
duntur; aſtronomicas tabulas ſecutos eſſe, ac προήγησιν animaduertiſſe. Anno

Chriſti cccxxv, aureo numero III, Nouilunium medium incidit in Martij xxx, fe- A
ria 3, hora 23, 34 à media nocte in horizonte Regiomontano. Itaque neomenia Pa-
ſchalis fuit Martij xxxi: quo in die obſignata eſt à Nicæna Synodo. Plenilunium
medium Aprilis xiv, feria iv, hora 17, 56′. Igitur Terminus in Aprilis xiii defixus
eſt. quæ Luna xiv tum erat. Anno verò Chriſti dxxxiv eodem cyclo Lunæ iii,
Nouilunium medium Regiomonte Martij xxx, feria v, hora 13, 31′. Plenilunium
Aprilis xiv, feria vi, hora 7, 53′. Verum quoniam annus dxxxiv ſecundus eſt poſt
biſextilem, prior autem ille proximus ab eodem: ideò ſex horis ablatis ex poſterio-
re, ſi eundem cum priore ordinem teneret in Iuliano quadriennio, contigiſſet No-
uilunium hora 7 31′: vt προσθήκησις conflata ſit horarum xvi, circiter in annis du-
centis. Proinde Neomenia lunaris aſtronomica conueniebat in Martij xxx; deci-
ma-quarta in Aprilis xii. Quæ cauſa fuit, cur nonnulli Dionyſij tempore Lunam
illam xv putarent, quæ Nicæno ſæculo fuit xiv. Itaque caſtigandi non erant, niſi
quatenus ciuilem & Eccleſiaſticam obſeruationem priuata authoritate labefa- B
ctabant. Nam alioqui rectè de Luna ipſa ſecundum aſtronomicas rationes exiſti-
mabant: tametſi minus ad Paſchalem eccleſiæ ritum faceret hæc illorum ἀκρίβεια.

Denique in ſanctis Canonibus.] Canon iſte lxxx ponitur in Cod. Canonum.

AD EPISTOLAM II DIONYSII.

Pag. 877 EXcepto *videlicet anno.*] Valdè perplexa, & impedita eſt Diony-
ſiana hæc oratio. Sententia quidem in hunc ferè modum ex illius
doctrina concipi poteſt. Annus quilibet communis diebus conſtat cccliv: embo-
limæus verò, ccclxxxiv. Excipe decemnouennalem primum; qui cccliii dies
duntaxat obtinet. Nam prima dies illius eſt decima-quinta Paſchalis, aurei nume-
ri xix, quæ eſt xv Kal. Maias, ſiue Aprilis xvii. vltima dies eſt decima-quarta Pa-
ſchalis aurei numeri i, nempe quinta dies Aprilis. Proinde cccliii dies ei anno
competunt. Etenim aureus numerus xix ad epactas priores xviii, non xi dies, vt C
cæteri, ſed xii adiicit: ex quibus epactæ xxx, vel o, id eſt nullæ conficiuntur, quæ
congruunt aureo numero i, vti lib. iv demonſtratum eſt. Hinc lunaris ſaltus ori-
tur, cùm dies vnus ſupprimitur, ac diſſimulatur. At Dionyſius ficulneum huic in-
commodo remedium parauit. Iuſſit enim eundem bis numerari diem. Nam vlti-
mus dies eius anni, qui numero aureo xviii præditus eſt, id eſt Aprilis xvii, ſiue
decima-quarta Paſchalis aurei numeri xix, primus dies computatur anni ſequen-
tis, qui aureo numero xix labente incipit. Itaque dies vterque plenos habet, ille
ccclxxxiv, iſte cccliv: vt ex Diagrammate Dionyſiano liquet. Sed idem minimè
ſibi conſtat, dum eundem modò vltimum, modò primum appellat annum. De-
monſtratum eſt lib. vi cap. x annum primum cycli decemnouennalis eum eſſe,
qui à decima quarta Luna incipit aurei numeri xix, nimirum à xv Kal. Maias, &
in Nonas Apriles deſinit, habétque dies cccliv; vt in Diagrammate diſertis ver-
bis aſſeuerat. Secundus autem incipit à xv Luna aurei numeri i, videlicet à vi die
Aprilis, ac deſiit in viii Kalend. Aprilis, quæ eſt Luna xiv, aurei numeri ii. Ita- D
que primus annus cycli cùm aureum numerum habeat xix, eius epactæ ſunt
xviii; ſecundi o, vel xxx. At hoc loco Dionyſius contrarium indicat, & ſeipſum
euertit. Quippe verbis iſtis; *excepto videlicet anno primo*, &c. primum appellat an-
num, qui à Paſchate cœpit aurei numeri xix, eiúſque ix ferè menſes occupat ad
exeuntem vſque Decembrem. Cùm autem ſubiicit illum ipſum *cycli decemnouen-
nalis annum primum à* xiv *Luna Paſchæ vltimi, id eſt nonidecimi anni progredi;* vltimum
eundem vocat, quem paulo antè primum nominabat. Hæc ſunt incondita. Vide-
tur Dionyſius primum, ac ſecundum annum cycli pro primo, ac ſecundo aureo
numero vſurpare voluiſſe.

Indictio quippe iv.] Hunc locum expoſuimus lib. xii, cap. iii in fine: vbi & oſten-
dimus legendum paulo pòſt. *Tranſacto anno*, *Indictione* iii, non v. quod & in ſcri-
ptis, & cuſis apud Bedam extabat, & nobis impoſuerat. Eodem igitur anno
Iuliano poſterior hæc ſcripta eſt, quo prior epiſtola.

AD PROLOGVM THEOPHILI.

HVNC Latinè, niſi fallor, tranſtulit Dionyſius Exiguus. Græcum autem ipſum in ſchedis nacti ſumus, quas ex veteri codice ſuapte manu deſcripſit, ad nóſque miſit R. P. Petrus Caſtelarnauius Societatis noſtræ, ex Cæſarauguſtano Collegio in Hiſpania. In his Opuſculum erat Petri Alexandrini Martyris titulo inſcriptum de XIV Paſchali à Iudæis obſeruata. cui ſubiectus erat hic Theophili Prologus ſine authoris nomine; nec integer tamen. ex quo Latinam interpretationem in nonnullis, quæ apertè mendoſa erant, caſtigauimus, & viciſſim Græcis ipſis ex Latina verſione ſuccurrimus.

Quod Achiua lingua.] Ita Græcos vſus ætatis illius appellauit. Marcellinus Comes Indict. IV Euſtathio & Agricola Coſſ. *Theodoſius Imperator Eudociam Achiuam duxit vxorem.* Idem Coſ. Leone Auguſto II, Indict. XV. *Iacobus natione Achiuus, religione paganus.*

B

Aliter autem, quòd & Saluator noſter.] Cum Latinis Græca non conſentiunt. Nam illa Chriſtum aiunt Luna XIII ſub noctem traditum, & comprehenſum fuiſſe; paſſum verò Luna XIV, ac XVI ſurrexiſſe. At Latina Lunâ XIV comprehenſum, paſſum XV, decima verò ſeptimâ ſurrexiſſe. quemadmodum etiam Cyrillus in Prologo ſcripſit. Itaque Græculos arbitror Theophili verba commutaſſe, vt ad ſententiam ſuam accommodarent: de qua in Animaduerſ. ad Epiph. Hær. LI diſputauimus. Exiſtimant enim Chriſtum Luna XIII cœnam vltimam obiiſſe pridie Paſchatis legitimi.

C

AD PROLOGVM S. CYRILLI.

Pag. 881. ET LXXXIV *annorum Paſchalem circulum.*] Talis eſt Epiphanij Cyclus à nobis Hær. LI declaratus, in quo biduo Neomeniæ præuertunt. Vide omninò quæ illîc à nobis diſputata ſunt. Nam ex iis cognoſces quemadmodum ij, quos notat Cyrillus, Lunam, exempli cauſa, XVI putabant, quæ erat XIV.

CCCCXVIII *annorum.*] Corr. CCCCXXXVII, vti lib. II, cap. LXVII oſtendimus.

P. 882. *In ordine autem annorum.*] Hic eſt Saltus Lunæ. Nam epactis vna dies accedit. Vide librum VI.

Ita enim XIV *Lunam.*] Vide lib. V, cap. XIV, pag. 442.

AD EPISTOLAM S. CYRILLI.

D p. 884 DE hac Epiſtola vide quæ lib. II, cap. LXIV, pag. 221 docuimus. Scripſit ad Africanos Patres Cyrillus anno Chriſti CCCCXIX; ſed perbreuem Epiſtolam, quæ eſt in Tomo I Concil. Huic aſſuta eſt lacinia quædã alterius Scriptoris, quem penè ducentis annis poſteriorem fuiſſe pòſt paulo certis argumentis efficiam. Verumtamen, quod in antiquis membranis quotidie cernimus; cùm in eundem codicem farrago quædam variorum Scriptorum congeſta eſſet, ac primo loco breuis illa Cyrilli epiſtola cum eius nominis inſcriptione cerneretur, cætera, quæ deinceps ſine authoris titulo ſubiecta ſunt, eidem ſunt attributa Cyrillo. Sed peruetus hæc hallucinatio videtur. Nam Beda lib. de Rat. Temp. cap. XLI, quædam ex Cyrilli Epiſtola profert de Pachomio, & Selenitide lapide, quæ in hac ipſa leguntur. Sed & libro de Argum. Lunæ, pag. 151 hanc Epiſtolam à Cyrillo ad S. Leonem Papam ſcriptam eſſe dicit.

Quod optamus chariſſimi fratres.] Quæ ſit ætas appendicis iſtius ex Paſchate illo, quod celebrandum præſcribit, coniici poteſt. Etenim eodem anno Paſcha & ab Latinis in VII Kalend. Aprilis indictum fuiſſe ſignificat, Luna XXII, cùm neomenia in III Non. Martij, ſiue diem eiuſdem V incidiſſet: & à Catholicis in IX Ka-

lendas Mai, in anno embolimæo, quem alij communem faciebant. Oportet igitur aureum numerum eſſe XIX, cui cyclus lunaris Latinorum reſpondet XVI, & ſolarem cyclum V, aut XI, aut XXII, aut XXVIII; qui ſcilicet Dominicalem literam habent A. Eiuſmodi autem anni ſunt Chriſti LXXV, CLXX, CCLXVI, CCCLX, DCVII, DCCII, DCCXCVII, DCCCXCII, vt de aliis inferioribus taceam. Ex his omnibus nullus alius prudenter eligi poſſit, quàm DCVII, qui & Bedam anteceſſit, & Cyrillo poſterior eſt annis ferè CC. Ad hunc igitur annum referri debet hæc authoris incerti lacinia. qui cyclum Solis XXII cum aureo numero XIX coniunctum habuit. A

AD PRAEFATIONEM VICTORII.

DE hoc conſule quæ nos lib. II, cap. LXIII, & ſequentibus expoſuimus. Pag. 886. *Hiſque etiam quæ à ſancto.*] Si hæc vera ſunt; mutilum eſt hodie Proſperi Chronicon annis decem. Definit enim in Coſſ. Valentinianum VI, & Nonium. At Victorius ad Valentinianum VIII, & Anthemium perueniſſe dicit, qui eſt annus CCCCLV, quod & ſubinde confirmat idem Victorius: qui apud Proſperum LXXVII annos eſſe dicit à Conſulatu Auſonij, & Olybrij, in quem deſiit Hieronymus, ad VIII Conſulatum Valentiniani. B

Vſque ad Conſtantinum & Rufum.] Anno Chriſti CCCCLVII, quo Victorius iſta ſcribebat; qui eſt S. Leonis Papæ XVIII. Hunc enim certis poſtea notis exprimit. Ianuariis Kalendis feriam ait fuiſſe III; & VIII Kalend. Aprilis feriam II, Lunám que XIV. quæ omnia in Chriſti CCCCLVII competunt. Nondum igitur Papa erat Hilarus, quando Victorius in hanc operam incubuit.

Quapropter vir venerabilis.] Quæ deinde diſputat Victorius, ea Librariorum quidem oſcitantia mendis inquinauit: ſed authoris ipſius culpa multò fœdioribus ſunt inſcitiæ notis aſperſa. Horum eſt caput; tam ipſo anno exitus Iſraëlitarum ex Ægypto, quàm quo paſſus eſt Chriſtus, feriam VI incidiſſe in VIII Kalend. Aprilis, qui eſt Martij XXV. Porrò annus exitus ex Euſebianis calculis ab illo putatur mundi ter milleſimus ſexconteſimus nonageſimus iniens, ab VIII Kalend. Aprilis. Ab orbe condito ad annum Chriſti CCCCLVII, ſiue ad Coſſ. Conſtantinum & Rufum, numerat annos 5658. Nam ad Diluuium anni ſunt 2242. Hinc ad ortum Abraami, 942: ab hoc ad Conſulatum Auſonij, & Olybrij, anni ſunt 2395: adde iam LXXIX ad Coſſ. Conſtantinum & Rufum. Summa conficet annorum 5658. Annus Chriſti 457, eſt Periodi Iulianæ 5170. ad hunc adiecta integra Periodo Iuliana, & ex aggregato 13150, detractis 5658, reſidua ſunt 7492. Igitur anno 7493 prolepticæ Periodi incidit epocha mundi Victoriana. Iam ſi ad 7492 addideris 3690; & ex conflata ſumma integram Periodum Iulianam dempſeris, habebis annum 3202 Periodi Iulianæ, quo exitus Iſraëlitatum contigit; qui eſt XXII à vero anno, quem nos ſtatuimus Iulianæ Periodi 3183. Anno 3202 aureus numerus fuit X, Solis cyclus X, litera B. quæ eſt ad Victorij mentem idonea. Nam feriam VI exhibet Martij XXV. Sed Luna Nicæna tum erat XII, non XIV. Nouilunium porrò contigit anno illo Martij XIX, hora 15, 16′, 3″ Lutetiæ. Itaque Luna VI incurrit in Martij XXV: & fruſtrà eſt Victorius. Rurſus paſſum idem Chriſtum exiſtimat Geminis duobus Coſſ. anno mundi 5229. Deductis 5228, de 5658, ſuperſunt 430. ac totidem reuera annos à Paſſione colligit ad Conſulatum Conſtantini & Rufi. Demptis 429, de 457, reſtat annus Chriſti 28, quo paſſionem obierit. Quanquam Geminorum Conſulatus æræ communis annum obſidet XXIX. quem & habuit in animo Victorius. Opus enim illi fuit litera B, quam idem annus exhibet. Sed Luna XXIII Nicæna tunc in XXV Martij competebat. Ideo vaniſſimum eſt hominis commentum. Sanè hæc omnia non ſunt nauci. Conferri tamen poſſunt cum ſimili Computiſtarum figmento, de quo lib. XII, cap. XI diſſeruimus. C D

Quæ die quarta exiſtentiis mundi.] Rectè igitur à nobis epocha mundi Victoriana conſtituta eſt ab anno Periodi Iulianæ prolepticæ 7493. Nam cyclus erat Solis XVII, litera A G. Vnde VIII Kalend. Aprilis, ſiue Martij XXV, erat feria I, & V Kalend. Aprilis feria IV. Sed quod Æquinoctium illo die tum fuiſſe dicit; id

A verò perabſurdum eſt. Nam ab eodem anno, ad Nicænæ Synodi tempus, quo Æquinoctium circa Martij XXI conſtitit, anni ſunt 5525, quo interuallo diebus XLII ferè anteuertunt æquinoctia. Quare Mai ſecundo circiter die conueniret æquinoctium, ſi tunc mundus extitiſſet.

Hoc eſt XIV *iubente Creatore.*] Vides quo ſenſu Victorius plenam Lunam appellarit decimam-quartam: videlicet eò quòd in noctem illam deſinat, cuius initio Luna Solem ex aduerſo reſpiciens pleno orbe reſplendet. quemadmodum Clauius contra Scaligerum aſſeuerabat. quod immeritò iſte redarguit.

Pag. 888. *Illud præterea inſinuare.*] In Paſchali ſuo Victorius duplex Paſcha notauerat, alterum Latinorum; Alexandrinorum alterum: vt vtrique parti conſuleret. Teſtatur hoc Victor Capuanus apud Bedam lib. de Rat. Temp. cap. XLIX. vbi Victorium refellit: qui anno illo poſt Conſulatum Baſilij nouies: (Malè in cuſis Proconſule Baſilio legitur. In membranis regiis, Paſcha Baſilij.) Paſcha præ-
B ſcripſerat alio die, quàm VIII Kalendas Maias obeundum: tametſi illum quoque deſignaſſet, quo Catholici celebrarunt. Erat hic annus Chriſti DL, cyclo Solis XXVII, B: cyclo Lunæ XIX, Indict. XIII. Latini Paſcha peregerunt Aprilis XVII in ipſo termino. At Catholici XXIV die menſis eiuſdem.

F I N I S.

Operi huic de Doctrina Temporum, extrema manus impoſita eſt Lutetiæ Pariſiorum Februarij xv, feria 2.

Anno Periodi Conſtantinopolitanæ Indictionalis, 7135.

Anno Periodi Conſtantinopolitanæ Lunaris, 7119.

Anno Per. Iul. 6340, cyclo { Solis XII. Litera Iuliana G. Gregoriana C. Lunæ XIII, Epacta Iuliana XXIII, Gregor. XIII. Indictionis X. }

Anno mundi, 5610.

Anno Iudaici computi 5387. cuius Tiſri character 2, 6, 652, feria 2: anno Chriſti 1626, Septemb. XI Iuliano: Gregoriano verò XXI. Schebat XXIX, in anno communi abundanti.

Anno quarto Semitah, ſiue hebdomadis annalis.

Anno viceſimo-quinto Iubilæi LXIV.

A Diluuio, 3955.

Ab exitu Iſraëlitarum ex Ægypto, 3158.

Anno Iphiti 2402, ſiue Olympiadis 601 anno ſecundo.

Ab Vrbe condita ſecundum Varronem, 2379.

Nabonaſſari 2375, Phamenoth 28, cuius Thoth incidit in Iulij XXIII, feria V. anno Chriſti MDCXXVI.

Ab excidio Templi Salomonici anno 2215.

Periodi Calippicæ viceſimæ ſextæ anno LVI, embolimæo. Gamelionos XXV, propter μετέμπτωσιν dierum 6, horarum 4, 51'. quæ ſi detrahantur, tùm Neomenia Antheſterionis continget Februarij XV, feria 2, hora 15, 39' à media nocte, in meridiano Attico. Vnde Gamelionos vltimus idem ille dies eſſet.

Anno Philippi, & mortis Alexandri, 1951.

Anno Alexandreo Iudaico, ſiue Græcorum à vere ineunte } 1938.
Anno Contractuum, ſiue Dhilkarnaim }

Anno Iuliano, 1672.

Anno æræ Hiſpanicæ, 1665.

Anno Ægyptiorum Actiaco, 1656, Mechir XXI.

Anno æræ Chriſtianæ, 1627.

Anno ab natali Chriſti ſecundum Ioſephi, & Dionis ratiocinia, 1631.

Anno à Paſſione Chriſti 1596 exeunte, ſequente 1597.

Anno ab ſecunda Templi deſolatione, 1557.

Anno Diocletiani, vel æræ Martyrum, 1343.

Anno Hegiræ 1036, Giumadi prioris XXIX, cuius Muharram iniit anno Chriſti MDCXXVI, Septembris XXII, feria 3.

Anno Periodi Canicularis Perſicæ 1303 } Thir XXVIII. Nam Alfrurdin
Anno Iezdegirdis, 996 } cœpit Oct. XXI, anni MDCXXVI.

Anno XXXII Periodi quartæ Victorianæ, quæ vulgo Dionyſiana dicitur.

Nouilunium medium commiſſum eſt Lutetiæ, Februarij XV, hora 12, 23', 28''. Verum autem Februarij XVI, hora 0, 8' circiter à media nocte.

Verus locus tempore veræ coniunctionis in Piſcium gradu 27, 16'. Igitur ἕνῃ καὶ νέᾳ menſis XI lunaris abſolutum eſt hoc opus.

Regnante Chriſtianiſs. Rege Ludouico XIII, cuius hic annus agitur XVII.

AVTHORVM CATALOGVS,

QVI IN POSTERIORI PARTE OPERIS DE DOCTRINA TEMPORVM

citantur, illuſtrantur, notantur.

A

ABEN *HeZra* 442. 482
Abulenſis, 45. 46. 50. 143. 239. 254. 421. 423. 431. 436. 443
Abydenus, 164. 168
Acro, 273 *caſtigatur*.
Acta S. Sebaſtiani, 709
Acta S. Stephani, 703
Acta S. Petri Martyris, 714
Acta Silueſtri, 371
Actorum liber, 40. 41. *explicatur*, 73. 74. *illuſtratur*, 82. 253. 254. 315. 316 317. 318. 319 *illuſtratur*, & *cap.* XIII, *lib.* XI. & *cap.* XIV, 412. 520. 525. 666, & *ſeq.*
Ado, 430
Ælianus, 579
Æſchyli Schol. 568
Africanus, 4. 21. 30. 31. 32. 36. 161. 177. 297. 422. 445. 455. *illuſtratur*, 476. & 477. *illuſtr.* 504
Agathias, 179
Agathobulus, 427
Aggæus, 562
Aimoinus, 384. 796. 798. 808. 812. 815, & *ſeq.*
Albategnius, 215. & *cap.* XXXIX *lib.* X. 219. 287. 388
Alexander Polyhiſtor, 44. *error*, 126. 157
Alfraganus, 215. 388
Ambroſius, 39. 43. 363. 733. 743. 745. 750. 752. 753. 756. 758
Ammianus, 347. 373, *vbi* & *defenditur*. 731. & *ſeq.* *error*, 755
Anaſtaſius, 514. 813
Ancyranus lapis, 294. 411
Andreas Reſendius, 278. 279. 281
Annales Turcici, 393
Annales nondum editi, 416
Annius, 47. 85. 116
Anonymus in hiſtoria Conſtantini, 115. 713 & *ſeq.*
Anonymus author Præfat. ad Bedam, 415
Anonymus quidam, 388
Anonymus apud Sigonium, 496
Anthologia explicatur, 330. & 331
Arϑος, 393
Antonius de Dominis refellitur, 309. & *cap.* XIII *lib.* XI
Apollinaris Laodic. 446
Apollodorus, 37. 44. 69. 70. 581
Appianus, 228. *error*, 230. 231. 232. 233. *error*, 234. 236. 237. 264. *emendatur*, 501. 627. 634. 636. & *ſeq.*
Archilochus, 71
liber de Archontib. 548
Arrianus 212. 596. & *in ſeq.*
Ariſtobulus, 427
Ariſtophanes, 211
Ariſtoph. Schol. 211. 578
Ariſtoteles, 92. 552. 561. 594. *illuſtratur*, 856
Aſconius, 566. 649
Athanaſius, 47. 363. 713. 721. 722. 725. & *ſeq.*
Athenæus illuſtratur & *refellitur*, 848, & *ſeq.*
Auguſtinus, 19. 32. 41. *vbi* & *illuſtratur*, 45. 46. 47. 74. 170. 241. 410. 421. 422. 442. 452. 415. 696. 702. 711. 713. 714. 716. 738. 745. 750. 751. 753. 757. 760. 764. 765. 767. 769. 771. 773. 776. 778. 781
Aurelius Victor, 269. 325. 336. 338. 339. 343. 347. 349. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 701. 706. & *ſeq.*
Auſonius 93, *illuſtratur*, 270. 304
Author libri de claris Orat. 271

B

B*Alſamo*, 757
Baronius, 252. 316. 335. 338. 339. 348. 349. 352. 355. *defenditur*, 359. 362. *defenditur*, 367. 375. 407. *defenditur*, *ibid.* 418. 421. 437. 453. 679. 782, & *paßim.*
Baruch, 163. 465
S. Baſilius, 703. 704. 738. 740. 743
Beda, 13. 74. 159. 188. 311. 364. 399 400. *error* 401. 402. 403. *notatur. lib.* XII, *cap.* IV. *notatur*, 422. & *cap.* X, *lib.* XII *illuſtratur*, 430. *emendatur* 431. 779
Bedæ Scholiaſtes, 427
Bellarminus, 471
Beroaldus, 236
Beroſi inſignis locus illuſtratur, *cap.* LVIII *libri* IX, 144. 148. 163. 171. 177. 552. 558
Bezæ error, 253. *item* 317
Blondus Foroliuienſis, 410
Bonfinius, 393
Bonifacius Papa, 776
Carolus Bouillus, 18

Buntingus, 68. 96. *error*, *error*, 125. *error*, 166. 184. 372. 490

C

Abaſilas, 215
Cæſar, 264. 266. 652
Caietanus, 421. 460
Calendarium Rom. 185
Calliſthenes, 63
Caluini error, 311. *refellitur*, 310
Caluiſij error, 231. & 500. *error*, 640. *error*, 664
Canon Ptolemæi, 125. 165. 179. 215. 272. 334
Capitolinus, 336. 337. *illuſtratur*, 678. 688. 689. 690. & *ſeq.*
Iacobus Cappellus, 68. *error*, 100. 231. 388. *error*, 436. *error*, 611. *error*, 613
Marcus Ant. Cappellus refellitur lib. XI, *cap.* VII. & *lib.* XII, *cap.* VI, 414
Caſauboni error, 104. *error*, 252. & 253. *error*, 298. *error*, 407. *error*, 453. & 455. *error*, 849
Caſſianus, 775
Caſſiodorus, 189. 190. 235. 323. 338. *error*, 339. 343. 346. *error*, 349. 365. 370. 371. 378. 384. 767. & *deinceps.*
Caſtor, 534
Catalogus Rom. Pontif. 332
Catena M S. in Danielem, 483
Catena Græca M S. 39. 447
Catena M S. in Euang. 421
Cedrenus, 235. 358. 362. 369. 371. 372. 377. 379. 386. 387. 408. 790. 800. 814. & *paſſim. illuſtratur*, 718
Cephalio, 32
Cenſorinus, 68. *illuſtratur*, 98. & 99. 124. *vbi & defenditur : illuſtratur*, 113. 215. 260. 281. 283. 330. 335. 453. *illuſtratur*, 495. 677. 700. 852. 859
Chalcondylas, 395
Chriſtianus Longomont. 19. 96
Chriſtmanni error, 184. & 185. 215. *error*, 260. *error*, 283. 284. 334. 350. & 390
Chronicon Alexand. 5. *caſtigatur*, 6. 21. 220. 234. 235. 237. 235. *illuſtratur*. 268. 343. 348. 349. 358. 361. *illuſtratur*, 362. 363. 364. 369. 370. 377. *emendatur*, 386. 756. *ac deinceps. emendatur*, 763. & 770
Chronicon Hebr. minus, 248
Chronicon Hungaricum, 394
Chronicon anonymi, 415
Campanus, 400
Chronologus anonymus, 68. 306
Chronologus vetus apud Clementem. 532
Chryſoſtomus, 47. 419. 443. 447. 452. 485. 682. 753. 763. 864
Cicero, 113. 116. 167. 178. 236. 263. *illuſtratur*, 264. 493. 501. 620. 645. 650. 652. 654. *illuſtratur*, 851. 860
Claudianus, 763
Clemens Alexandr. 4. 32. 43. 44. 60. 68. 70. 74. 154 177. 178. 180. 202. 203. 204. 207. 235. 237. 238. 272. 282. 302. 306. 326. 328. 399. 408. 422. 429. 445. 474. *vbi & refellitur*, 475. 527. 529. & *deinceps*. 540.
Codex Canonum Eccleſiæ Africanæ. 762
Codex Iuſtiniani, 759. 838. 842
Codex Theod. 362. 363. 376. 700. 718. 719. & *ſeq. illuſtratur*, 862
Codinus, 369
Collotiana Tabula, 256. 259
Concilia Carthag. 279. 756. 774
Concilia Gallicana, 279
Concilia vetera, 729. 772. 782. 832
Concilij Rom. Synodica, 806
Conc. Rom. ſub Symmacho illuſt. 818. & *ſeq.*
Concilium Aurelian. 385
Concil. Conſtant. ſub Menna, 831
Concilium Cæſarienſe. 423. 429. 455
Concilium Calchedon. 363. 788. 789. & *ſeq.*
Conciliũ Eph. 779. 781. 783
Concilium Nicænum, 363
Concilium Romanum, 363
Concilium Tolet. 764
Concilium Valentinum, 385
Conſtantinus Porphyrogenetus, 387
Conſtantius, 779
Copernicus, 96. 100
Cruſius, 391
Cteſias, 31. 32. 34. 84. 165. 167. 173. 176. *illuſtratur*, 177. 178. 202. 204. 470
Curius Fortunatianus, 363
Q. Curtius, 212. 214. 596
Cuſpinianus, 113. 187. 256
Cyprianus, 701. 702
Cyrillus, 399. 404. 447. 452. 731. 780
Cyrillus in Euthymio, 795. 803. *Idem in Sabba*, 817. 825. 826. 831. 843

D

Daniel illuſtratur, 143. *illuſtratur*, 165, & 168. 169. 172. *vbi illuſtratur*; & 172. & 173. 219. 459. 465 *illuſtratur. explicatur, & illuſtrantur eius hebdomadæ cap.* XXXI & *ſeq.* 556. & *ſeq.*
Dekerius, 292. 413. 414. 418
Demetrius, 44. *caſtigatur*, 56. 523. *emendatur*, 524
Demoſthenes, 860
Deuteronomium, 81. 442 *illuſtratur.*
Dexippus, 86. 542. & *deinceps.*
Dio, 120. 237. 256. 257. *defenditur*, 259. 260. 269. 271. 272. 273. *error*, 275. 276. 278. 279. 281. 282. 283. 284. 285. *illuſtratur*, 291. 295. 296. 299. 300. 302. 305. 306. 308. 312. 316. 318. 325. 326. 332. 335. 361. 407. 413. 420. 500. & *cap.* XLIII *lib.* XII, 655. & *paſſim lib.* XIII. *illuſtratur*, 861
Diodorus caſtigatur, 32. 34.

67. 68. 69. *error*, 70. 71. 72. 84. *error*, 85. 103. 107. 118. *illuſtratur*, 119. 165. 167. 173. 181. 182. 194. 196. 197. 198. 202. 204. 207. 209. 210. 214. 219. 245. *emendatur* 458. *illuſtratur*, 503. 519. 525. 530. 568. *& paſſim lib.* XIII. *error*, 593. *illuſtratur*, 854.
Diogenes Laërtius, 72. 180. 204. 502. 551. 553. *& paſſim*, *lib.* XIII. *illuſtratur*, 556. 574. *illuſtratur*, 857. *& ſeq.* 862
Dionyſius Alexandrinus, 455
Dionyſius Argiuus, 64
S. Dionyſius, 458
Dionyſius Exiguus, 13. 188. 363. 399. 400. *illuſtratur lib.* XII, *cap.* II, *& cap.* III. *explicatur*, 406. 418. 843
Dionyſius Halicarn. 64. *emendatur*, 66. *illuſtratur*, 67. *defenditur*, 68. 107. 108. *error*, 109. *& toto cap.* XLVI *lib.* IX. 118. 153. 161. 186. 190. *explicatur*, 191. 194. 195. 205. 416. *explicatur*, 496. 531. 532. *& deinceps.*
Durandus de riibus, 423

E

Eccleſiaſtici liber illuſtratur, 227
Elias Thiſbi, 220
S. Eligius, 365
Emmanuel Sa, 77
Ennodius, 799. 810. 814. 816
Ephorus, 63
Epiphanius, 21. 39. 43. 101. 235. 236. 237. 238. 323. 338. 344. 382. 399. 421. 428. 429. 437, *illuſtratur.* 446, *illuſtratur.* 458. 676. 681. 684. 685. 701. 716. 724. 735. 744. 755
Epitome Liuij, 232. 257. 491. 493. 497. 499. 613. 616. *& ſeq.*
Eraſmi error, 311
Eratoſthenes, 63. 66. 68. 71. 207
Eſdræ liber, 78. 239. 240. 466. 467. 473. 560. 561
Eſther capp. XXVIII, *&* XXIX *illuſtratur*, 479. 570. *& ſeq.*
Euagrius, 265. *illuſtratur*, 267. 268. 754. 783. *illuſtratur*, 784
Eudemus, 154
Eugipius, 809. 813
Eunapius, 704
Ephorus, 71
Euripidis Schol. 578
Euſebius, 2. 30. *defenditur*, 31. 32. 33. 36. 37. 43. 44. 51. 56. 65. 68. 71. 73. 74. 84. *explicatur*, 86. 88 *illuſtratur.* 101. 102 *explicatur*, 153. 157. 160. 163. 178. 180. 186. 190. 196. 202. 212. 219. 229. 231. 232. 233. 234. 236. 237. 238. 246. 247. *error*, 253. 254. 265. 267. 272. 273. *illuſtratur, cap.* LXVII, *lib.* X. 280. 283. *hallucinatio* 293. 297. 299. 308. 316. 322 *illuſtratur.* 323. 324. 325 *defenditur.* 326. 329. 332. 335. 338. 339. 344. 346. 350. 351 *illuſtratur*, *&* 352. 353. 354. 355. *illuſtratur*, 358. 357. 359. 367. 370. 371 *illuſtratur.* 373. 418. 427. 429. 446. 455 *illuſtratur. illuſtratur*, *ac refellitur*, 475. *&* 476. 484. *In lib.* XIII, *cit. paſſim aut caſtigatur. error*, 847. 856
Euſtathius, 411
Eutropius, 190. 212. 263. 272. 325. 332. 336. 337. 338. 339. 340. 344. 354. 355. 357. 376 *illuſtratur. &* 492. 618. 643. 649. 677. 701. 701. *& ſeq.*
Euthymius, 452
Exodi liber, 19. 55. 57. 58. 76. *explicatur*, 246. 444. *in lib.* XIII *paſſim.*
Ezechiel, 63 *illuſtratur*, 148. 149. 182. *vbi & explicatur*, *&* 183

F

Faſti Capitolini illuſtrantur, 114. 118, 120. 195. 205. 256. 258. 305. 491. 597. 220. 623. 653
Faſti Cuſpiniani, *cap.* XX, *lib.* X.
Faſti Siculi, 339. 343
Faſti vulgares illuſtrãtur, *lib.* XI, *cap.* XXVII. *& lib.* XII, *à cap.* XXXVI *illuſtrantur*, 861
Fauſtus Regienſis, 278. 279. 810.
Felix Papa, 803
Feneſtella, 495
Firmicus, 705
Florus, 499. 616. 637. 638. 650
Fortunatus, 737
Fredegarius, 384
Frontinus, 305. 643
S. Fulgentij vita, 810. 818. 835
Funccius, *refellitur*, 125

G

Galenus, 208
Garcias Loiſa, 279
S. Gaudentius, 445. 751
Gauricus, 85. 189. 425
Gelaſius Papa, 791 799. 814
Gelenius, 314
Gellius, 493. 555. 578. 619. 620. 648
Geminus, 23. 67. 91
Gennadius, 793. 798
Genebrardus, 39. 42. 55 *refellitur*, *&* 166. 460
Geneſis, 22. 38. 40. 41. 42. 43. 45. *illuſtratur ibid.* 46. *vbi & explicatur*, 47. 48. *vbi & illuſtratur*, 49. 50. 53. 55. 56. *In lib.* XIII *citatur paſſim.*
Georgius Alexandrinus notatur lib. XI, *cap.* XLVII. 763. 764
Georgius Chryſococces, 388 *illuſtratur*, *&* 391
Georgius Monachus, 4 *illuſtratur*, 7. *caſtigatur*, 8. 31. 215. 287 *caſtigatur & explicatur error*, 362. 409. 542. 847
Germanicus, 274
Gerundenſis, 278
Gildas, 786
Glareanus refellitur. 67. 111

Gloſſæ veteres, 387
Glycas, 377
Gregorius Nazianz. 737. illuſtratur, 743. 744. 748. & ſeq.
Gregorius Turon. 374. lib. XI, cap. XLVIII illuſtratur, ac defenditur, præſertim pag. 385. 431. 707. 716. 744. 757. 796. 802. & ſeq.
Gregorius Magnus, 820. 837
Gregorius Nyſſenus, 456

H

Harmenopulus, 377
Haytonus, 387
Hermannus, 279
Herodianus, 336. 337. 387. 692. & ſeq. illuſtratur, 855
Herodotus, 71. 72. 84. defenditur, 91. 134. illuſtratur lib. X, cap. I 157. 158. 160. 165. 168. 173. 176. illuſtratur, 177. 178. 181. 183. 192. 193. illuſtratur, & redarguitur cap. XXIV lib. X. illuſtratur, 196. 287. 463. 470 illuſtratur. 509. & cap. XLV lib. XII. 519. 537. 552. & paſſim lib. XIII. illuſtratur, 849. 852. explicatur 853. & ſeq. 856
Heſychius emend. 211
Hieronymus, 47. 48. 63. 86. 134. 147. 158. 170. 189. 228. 311. 318. 319. 323. 327. 367. 368. 370. 371. 372. 373. 422. 429. 446. 454. 455. 485. 619. 627. 633. 637. 679. 681. 684. & ſeq. 746. 752. 754. 760. 761. 764. 768
Higinus, 525
Hilarius, 39. 485. 728. 734. 755
Hincmarus, 279. 820. 824.
Hirtius, 246. 257. 258. 261. & 262. vbi illuſtratur. 655
Hirtius de bello Africano, 264
Hiſtoria politica Græca, 391
Horatius, 272. illuſtratur 273. 331
Horatij Scholiaſtes vetus, 273
Hubertus Goltzius, 256
Hugo Cardinalis, 77

I

Ianſenius, 39. 409. 421. 452. 453
Idatius, 279. 280. 340. illuſtratur 342. 343. 347. 349. 353. 354. 357. 358. 367. 369. 370. 378. emendatur 379. 394. 709. & ſeq. emendatur 795. illuſtratur, 861. & ſeq.
Ieremias, 58. illuſtratur 143. 144. 161. 162. illuſtratur 163. 169 explicatur, & 170. 183. illuſtratur cap. XXII lib. XII. & cap. XXIII. 553
Ignatius nuperus Patriarcha Antiochenus, 139. 390
S. Ignatius, 412. 679
Ilias parua, 69
Innocentius Papa, 766. 772
Inſcriptiones veteres, 256. 258. 307. 329. caſtigantur, 335. 338. 339. illuſtrantur, 340. 344 347. 349. 375. 376. 593
Ioannis Euang. 254. 411. 418. illuſtratur, 439. & cap. XVI lib. XIII. ac ſeq. cap.
Ioannes Lucidus, 96. error eius, 102. 420
Ioannes Heruuartus, 302. 303. 325. 420
Ioannes de Muris, 425
Ionathan Vzielis F. 442
Iordanus, 758. 765. 783. 792. 821
Ioſephus, 3. 27. 43. 45. 59. 62. 73. 74. 134. 136. 143. 144. 145. vbi illuſtratur, & caſtigatur. hallucinatio C. 146. 147. caſtigatur. illuſtratur, 150. 158. 159. 162. 163. 164. illuſtratur, caſtigatúrque cap. VII, VIII, & ſeq. lib. X. 165. 166. 168. 223. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 238. & ſeq. 242. 243 error. 245. 246. error, 248. 249. error, 250. 251. 252. 258 caſtigatur. 268. 274 error. 275. 276. 277 illuſtratur. lib. XI, cap. I plurimùm illuſtratur. 294. explicatur ibid. 295. 296. 297. 298. 309. 310 à S. Luca differt. 311. illuſtratur ibid. 312. & toto cap. XI lib. XI. & cap. XII emendatur. 317. 326. & cap. XVII lib. XI. 329. 413. illuſtratur. lib. XII, cap. VIII. 427. 435. 460. 466. error 467. 471. 473. 485. 531. 537. & deinceps. 629. & paſſim lib. XIII
Ioſue liber, 73. 74. 447. 528. & deinceps.
Irenæus, 323. 422. illuſtratur 446. illuſtratur, 485. 689
Iſaacus Argyrus illuſtratur, 16. 388. 390 illuſtratur.
Iſaias. 58. 134 illuſtratur. 161. 169. 387. 446. 473
Iſidorus, 280. 379. 404 illuſtratur, & 405. 431. 767. 784. 821. 824
R. Iſſachar, 327
Iudas Apoſtolus, 220
Iudicum liber, 72. 73. 74. illuſtratur 76. 77. 78. explicatur 78. illuſtratur, 240. 447. 528. & deinceps.
Iudith liber, 42. illuſtratur cap. XXVI, lib. XII. 548
S. Iulianus Toletanus, 247. 280
Iulianus Aug. 725. 732
Ius Orientale Græcorum, 5
Iuſtinus hiſtoricus, 32. 34. 87. 165. 167. 172. error 196. 197. 214. 228. 231. 232. 234. 235. 237. 535. 546. 548. & deinceps.
Iuſtinus Martyr, 323. 399. 411
Iuuenalis, 170 explicatur. 330

K

Keplerus, 291. 292. 295. 412. 418
Kimhius, 38. 83. 387. 484

L

Lactantius, 69. 359
Lambini error, 273
Lampridius, 336. 691
Leo Oſtienſis, 805

S. Leo,

S. Leo, 279. 787. 791. 795. 796
Leontius, 386. 806. 833
Leuitici liber, 57. 58. *explicatur*, 59. 60. 61. 62. 442
Liberatus Diaconus, 781. 783. 789. 803
Liuius, 87. 106. & 107. 112. *error*, *cap*. XLVI *libri* IX. 118. 122. 186. 190. 197. 205. 206. 212. 218. 229. 323. 488. & *cap*. XXXVII, *ac ſeq. lib*. XII. 505. *illuſtratur*, 509. *ac cap*. XLV *lib*. XII. 545. & *deinceps*.
Lipſij error, 315. 452. *error*, 500
Lucanus, 359
S. Lucas, 38. *illuſtratur* 39. 163. & *ſeq*. 253. 304. 310. 311. *illuſtratur*, *lib*. XII, *cap*. I. & *cap*. V, 417. 435. *illuſtratur* 439. & *cap*. XVI, *lib*. XII. & *ſeq. cap*. & 512
S. Luciani epiſtola, 771
Lycophron, 102
Lyranus, 143. 239. 421. 460. 461. 482

M

M*Achab. libri*, 59. *defenduntur*, *cap*. XLII *lib*. X, & *cap*. XLIII. 228. 229. 230. 243. 244. *illuſtrantur*. 245. 247. 248. 417. 485. 630. & *ſeq*.
Macrobius explicatur, *cap*. XXXIX *lib*. XII.
Maldonatus, 447. 452. 453. 455
Mamertinus illuſtratur, 348
Manetho, 36
Manilius, 116
Paulus Manutius, 236
Al. Manutius, 231. 236
Marcellinus Comes, 362. 363. 370. 377. 378. 380. 747. & *ſeq. error*, 763
Marcus author vitæ S. Porphyrij, 762. 763
S. Marcus, 241. 311. 412. 435 *illuſtratur*. & 439. & *cap*. XVI *lib*. XII. *ac ſequentibus capitibus illuſtratur*. 512. & *ſeq*.
Marcus Antonius Cappellus refellitur, 137. & 150
Mariana, 407. 425. 431
Marianus Scotus, 372 *error*. 407. 423. 424. 812. 834
Martyrologium Romanum, 4. 410. 418. 430. 679. 682. 690. 699
An. Maſius, 80
Matthæus Paris, 407. 424
S. Matthæus illuſtratur, 39. 240. 311. 412. *explicatur*, 421. *illuſtratur*, 439. & *cap*. XVI, *lib*. XII, *ac ſeq. cap*. 485 *explicatur. illuſtratur*, 512
Matthæi Hebraicum Euang. 457
Maximus Monachus, 6. *vbi* & *illuſtr. item* 15. 362. 408
Megaſthenes, 164
Memnon, 596
Melchior Canus, 77. 453. 454
Menandri hiſtorici error, 145. 146
Menologium, 369
Mercator, 96. *error*, 124. & 153. *error*, 269. *error*, 299. *error*, 372
Meſſala explicatur, *capite* XXXVIII *lib*. XII.
Metaphraſtes, 726
Meyerus, 391
de Mirabilibus Scripturæ liber, 14. 20. 134
Miſcella, 761. 765. 778. 782. 793. 836. 838
Miſnaioth, 35
R. Moſes, 387. 435. 440
Mullerius, 96. 115
Munſterus, 83. 439

N

N*Ahum*, 157
Nazarius, 718
Nemeſianus, 344. *illuſtratur*.
Nicephorus hiſtoricus, 369. 377. 788. 796. 799. & *ſeq*.
S. Nicephorus, 251. 285. 286. 387. 718. 747
Nicolaus Coeffeteauius, 320
Neemiæ liber, 466. 467
Nonius, 278
Nonnus, 454
Nouæ Chronologiæ author, 103. 114. 116. 120. *c*. XL, *l*. X. 268. 270. 272. 277. 280. 284. *c*. III *l*. XI. 300. *c*. VII *l*. XI. 304. 305. 307. 365. 434 *Fuſius verò l*. XII *à c*. XXXVI
Nouellæ, 786. 794
Numeri, 239. 527
Numi veteres Occonis, 257. 302. 329. 339. 349
Numi alij 331. *illuſtr*. 360. 715

O

Iulius O*Bſequens*, 235. 270. *illuſtratur*, & *emendatur*, *cap*. XL *lib*. XII.
Olympiodorus, 49
Onkelos, 442
Onufrius, 111. 117. *error*. 118. & 119. 191. 205. 239. 256. 305. 314. 328. 335. *error*, 336. 338. 339. 343 *error*. 347. 357. *error* 358. *error* 359. *error* 363. & 407. 409. *error* 415. 801
Optatus, 359. 711. 713. 716. 729
Oracula vetera, 69
Origenes, 46. 326. 422. 429. 446. 672
Oroſius, 4. 284 *caſtigatur*. 285. 308. 317. 323. 338. 359. 378. 379. 499. 613. 618. 622. 623. 640. 644. 669. 726. 767
Ouidius, 93. *error* 191. 268. 653

P

P*Agninus*, 484
Palæphatus, 530
Palladius, 378. 753. 763. 764. 775
Panegyrici veteres, 342. 353. 358 *illuſtrantur*, & *caſtigantur*.
Panodorus, 5. 409
Paræus refellitur, 56
Paralipomenon libri, 38. 48. 49. 58. 131. 134. 142. 145. 182. 239. 240. 241. 242. 253. 416. 442. 459. 460. *illuſtrantur* 463. 469. 539. & *deinceps*.
Paſchaſinus, 773. 787

Catalogus Authorum.

S. Pauli epiſtolæ, 53. 56. 299. 317. & cap. XIII lib. XI. 482. 667. 672
Paulinus in vita S. Ambroſij, 742. 747. 752. 754. 756
Paulus Burgenſis, 425. 436. 444
Paulus Diaconus, 409
Paulus Foroſempronienſis, 13. 185. 189. refellitur cap. LXI lib. X. 299. 366. 400. error 407. 410. 425. 426. 431. error 432. 439. error 455
Paulus Vuarnefridus, 384
Pauſanias, 36. 37. 43. 44. 51. 69. 70. 88. 103. 245. 496. 532. 534. 535. 544. 545. & deinceps. emendatur 550. 560. 570 illuſtratur. & emendatur. 615. 847
G. Peliſſerius, 305. 324
Perrerius, 19. 27. 39. 46. 49. 169 407. 409. 465
Card. Perronius, 755. 762
Perſij Schol. 673
Petronius Arbiter, 69. 259
Petrus Alexandrinus, M S. 428. 512
S. Petrus Chryſologus, 780
Phœnicum Archiua, 147. 149
Philippi epiſtola, 860
Philo, 62. 272. 427. 668
Philo ſuppoſititius, 47
Philochorus, 71
Philoſtratus, 71. 247. cap. XLIII lib. XII, illuſtratur. 679. 680. 851
Phlegon, 101. 458
Photius, 167. 352. 366. 377. 436. 504. 547
Pighij Faſti, 256. 257. 499
Pindari Schol. 102. 554. 558. illuſtratur 850
Pindarus, 102
Pirke Aboth, 254
Plato illuſtratur ac defenditur, pag. 848. & ſeq.
Plautus, 572
Plinius, 66. 153. 154. 205. 211. 269. error 308. 313. 488. 495. illuſtratur. 503. 505. 560. 562. 564. 570. 574. 593. 609. 635. 642. 646. 650. 673. 861
Plinius Iunior, 678. 679. 680. 681
Plutarchus, 113. 116. 190. 195. illuſtratur 196. illuſtratur 197. & ibid. error eiuſdem. 206. 207. defenditur 208. 209. 210. 211. illuſtratur 212. 214. error, 264. 269. 270. 499. & cap XLII lib. XII. vbi & emendatur. 500. 505. 546. 558. & paſſim 852. illuſtratur, 856. & ſeq.
Polybius, 70. 72. 103. 104. emendatur 105. explicatur 106. 118. 122. & 123. 187. 484. 592. & paſſim lib. XIII.
Pomponius Iuriſc. 622
Pontacus, 4. 354
Pontius, 702
Porphyrio, 273
Porphyrius, 289. 698. 704. 704. 705
Poſsidius, 753. 755. 758
Pratum ſpiritale, 831
Procopius, 793. 796. 798. 802. & ſeq.
Proſper, 375. 377. 378. 380. 384. 422. 746. 747. & ſeq.
Pſalmi, 81, 387. 465
Pſellus, 287
Ptolemæus, 123. & 124. 127. 137. 178. & 179. 180. 183. 184. 185. 213. vbi & emendatur. 215. 282. 328. explicatur, cap. XXII lib. XI. & cap. XXIII. 415. 546. 561. 564. 566. 586. 628. 635. 638. 640. 641. 679. 680. 686. 687

R

Regum libri, 35. 39. 58. 72. 73. 74. 76. explicantur, 77. & 81 inſigniter. 82. 83. 84. 85. 86. 125. 126. illuſtrantur cap. LV libri IX. 133. 134. 142. 145. 146. 161. 162. 163. 169. 173. 182. 240. 241. 242. 243. 253. 254. 460. 534. & deinceps.
Ribera 75. refellitur 76. 157. 441. 453
Ricordanus Malaſpinus, 514
Rogerius Bachon, 425
Ruffinus, 147. 149. 162. error, 167. caſtigatur, 258. error, 290. 292. 296. 305. 311. 314. error, 317. 460. 721. 743. 754. 756
Rupertus, 159
Rufus, 190. 273. 499. 563

S

R. Saadias, 146. 460. 482
Sabellicus, 393. error. 394
Salluſtius, 643. & ſeq. 650
Saluianus, 785
Sanctius, 482
Sanhedrin, 452
Saracenus, 388
Sederholam, 53. 242. 460
R. Selomoh, 38. 83. 146. 465
Seneca, 307. error 308. 313. 494. illuſtratur 503
Septuaginta Interpretes, 11. caſtigantur 21. 39. 56. 131
Sepulueda, 278. 279
Serrarius, 19. 78. 215. 221. 246. 444. 471
Seruius, 146. 269
Sidonius Apollinaris, 384. 779. 799. 810
Sigebertus, 375 errat. 400. 410. 423. 424. 808. 841
Sigonius, 111. 118. error 119. 191. 192. error 247. error 251. 254. 256. 318. 328. 497. 650
Simplicius, 33
Simplicius Papa, 804. 805
P. I. Sirmondus, 384. 779
Siricius Papa, 755
Sixtus Senenſis, 3
Socrates, 94 caſtigatur. illuſtratur 95. 355. 356. 357. 377. 378. 716. & ſeq.
Solinus defenditur 91. 116. 121. illuſtratur, & caſtigatur, 146. 153. 212. 306. 551. 563. 714
Sophoclis Schol. 565
Sozomenus, 367. 368. 377. 716. & ſeq.
Spartianus, 304. 333. error 335. 683. 684. 685. & ſeq.
Statius, 37. 44. explicatur 331. 853

Stæflerus, 366
Strabo, 70. 235. 237. 308. 312. 318. 612. & ſeq. error 628. 630. 639. error 860
Suetonius, 236. 256. 257. 270. 272. 283. 284. 294. illuſtratur cap. VII, lib. XI. 301. 303. 304. 305. 306. 307, vbi & illuſtratur. 308. 313. 324. emendatur, 325. notatur 325. 326. 328. 330. 619. 651. 655. 662. & ſeq.
Suidas, 49. 370. 557. 558. 559. 562. 567. 570. 597. 684
Sulpicius Seuerus, 134. 168. 323. 352. 375. 399. 422. 460. 471. 477. 669. 684. 703. 711. 732. & ſeq.
Surius, 338. 703. 707. 711. 796. 806. 821. 834. 835
Symmachus, 743
Syneſius, 768
Synodus quinta, 833

T

Tacitus, 272. 273. 283. 299. 300. illuſtratur 302. 303. 306. 312. 313. 314, vbi illuſtratur. & 315. 324 defenditur, 325. 408. 500. illuſtratur 503. 643. 669. & ſeq.
Talmud, 248. explicatur, 435
Tatianus, 43 68
Temporarius, 68. refellitur ibid. 98. refellitur, 124. error 310
Tertullianus, 420. 422. 430. 445. 483. 514. 688. 694. 695. 696
Thallus, 458
Themiſtius, 78. 750
Theo, 215. 286 illuſtratur.
Theodoretus, 58. 159. 460. 482. 483. 485. 672. 721. & ſeq.
Theodorus lector, 795. 815. 818. 823. & ſeq.
Theophanes illuſtratur 7. caſtigatur, 8. & 10. 265 358. 359. 363. 369. 370. illuſtratur 371. 373. 386. 387. 408. 723. 763. ac deinceps. error 765
Theophilus, 4. 146. emendatur 180. 271. emendatur. 272
Theophilus Cæſarienſis, 423
Theophraſtus, 92
Theophylactus, 454. 455. 485
S. Thomas, 421
Thomas Magiſter, 567
Theopompus, 71
Thucydides illuſtratur 96. 97. 192. 193. illuſtratur 197. illuſtratur cap. XXVII libri X. 201. 533. 534. 545. 553. 554 & paſſim lib. XIII. illuſtratur 849. & 851
Thucydidis Schol. 546. 578
Tibullus, 331
Timæus, 68
Tobias, 86. 157. 158. illuſtratur, 159. 477. 478
Toletus, 441. 453. 454. 457
Torniellus, 45. 61 refellitur, & 79. 158. 170. 221. 460
Torrentius, 236. 305
Trebellius, 704. 705. 706
Trogus Pompeius, 146. 167. 230. 235. 237
Turnebus, 324
Tzetzes, 102

V

Valerius Maximus, 566. 578. 604. 610. 616. 617. 619. 640
Vaſæus, 279. 280
Vatablus, 460. 484. 485
Velleius, 86. 120 illuſtratur. 146. 194. emendatur 295. illuſtratur lib. XI, cap. VII. & cap. XLII, lib. XII. 534. 553. 620. 638. 641. 642. 646. 660. & ſeq.
Hier. Vecchiettus refellitur à cap. XLIV lib. XII.
Verrius Flaccus, 186
Victor Vtic. 785. 792. 793. ac deinceps.
Victorius Aquitanus, 4. 349. 429
Vincentius Lirinenſis, 702
Virgilius, 69. 268
Vita S. Arſenij, 749
Volcatius, 690
Vopiſcus, 240. illuſtratur, 343. emendatur, 344. 703. 706. & ſeq.
Vſuardus, 430. 761
Vulgata editio Latina defenditur, 38. 50. 83. defenditur, 317. 442. 485

X

Xenophon, 107. 165. 166. caſtigatur cap. IX lib. X. 172. errata caſtigantur, cap. XXVIII lib. X. 580. & ſeq.
Xiphilinus, 329. 387. 978. 690. 692. & ſeq.
Xylandri error, 817

Z

Zacharias Propheta illuſtratur 459. illuſtratur, 465. 562
Zonaras, 325. 369. 387. 617. 810
Zoſimus Papa, 772
Zoſimus hiſtoricus, 338. 353. error 355. 358. 359. 376. illuſtratur 378. 701. 702. 706. & ſeq.

INDEX
RERVM MEMORABILIVM
QVÆ IN POSTERIORI PARTE OPERIS DE DOCTRINA TEMPORVM continentur.

Quæ Romanis characteribus excuſa ſunt ſine vlla librorum, capitúmve nota, ea in decimo tertio libro requirenda ſunt. numerus autem adſcriptus eſt annus Periodi Iulianæ.

A

AARON naſcitur, 3100. fit Pontifex, 3184. moritur, 3222.
Abaris Scytha, 4143.
Abdera condita, 4058.
Abel naſcitur, 732.
Abiam rex Iuda, 3756.
Abimelechus fratribus occiſis tyrannidem inuadit, 3500. moritur, 3503.
Abraamus naſcitur anno Thare LXX, 2678. vocatur à Deo primùm, 2747. vocatus à Deo ſecundò in Chananæam profectus eſt annos natus LXXV. 2752. In Ægyptum abiit, 2753. inde reuerſus à Loto ſeiungitur. ibid. Sobolem ei promittit Deus, 2757. Hagarem tradente Sara ducit, 2762. circumciſionis mandatum accipit, 2776. Angelos excipit hoſpitio, & de exitio Sodomorum diuinitùs admonetur, ib. peregrinatur in Geraris, 2778. fœdus cum Abimelecho ſanxit, 2783. Cethuram duxit, 2817. moritur, 2852.
Abraamus anno 70 à patre genitus, & primogenitus, lib. IX. *cap.* XVIII. 41. *de Abraami ortu, nempe 70. Thare patris anno, Auguſtini ſententia quatenus probetur*, 41. 42. *noſtra de ea re ſententia proponitur, & quæ in eam obiecta ſunt, diluuntur, ibid.*
Abſalom Amnonem fratrem perimit, 3678. patrem ſuum eiicit, 3685.
Acacius Conſtantinopol. epiſcopus, 5184. moritur, 5201.
Academia noua à Lacyde orta, 4473.
Acephali vnde orti, 5196. eorum diuortia, 5232.
Achab regnat, 3797. Nabothis vineam occupat, 3815. moritur, 3817.
Accius poëta, 4574.
Achæorum reipublicæ fundamenta iacta, 4430. duos Prætores eligunt, 4459. contra Ætolos conſpirant, 4495.
Achæus in Aſia nouum regnum condit, 4495. obſidetur ab Antiocho, 4499.
Achaia cum multis aliis in prouinciam redacta, 4787.
Achaicum bellum, 4567. 4683.
Achaz rex Iuda, 3973.
Actiaca pugna, lib. X, *cap.* LXIX. 281.
Actiaci anni, lib. X, *cap.* LXIX, 281.
Actiaci anni, ſiue Auguſtorum, ibid. 282. C.
Actiaci anni, 4684.
Adamus creatur, & peccat, 730. moritur, 1660.
Æacides rex Epiri occiditur, 4401.
Ædiles curules creati primùm, 4347.
Ægidius comes, 5171.
Ægos potamos, in quem lapis è cælo decidit, 4247. ad eundem victi Athen. 4309.
Ægyptiacæ dynaſtiæ qua coniectura colliguntur, lib. IX, *cap.* XV. 36.
Ægyptij reges nouiſſimi, lib. X, *cap.* XVII, 182.
Ægyptus quo tempore à Perſis occupata, lib. X, *cap.* XVII. 181.
Ægyptus à Perſis deficit, 4227. rurſus Inaro rege, 4251. recepta, & Inarus in crucē actus, 4258.
Ælia vocata eſt Hieroſolyma ab Adriano, 4843.
Æneas in Italiam proficiſcitur, 3530. peruenit, 3532. regnat, 3533. moritur, 3537.
Æquinoctium autumnale à Ptolemæo obſeruatum, 4845.
Æra communis & hodierno vſu recepta à natali Chriſti, lib. XII, *cap.* IV. 406. 407. *Græcorum ſuper ea re opinio*, 408. B.
Æra Dionyſiana, lib. XII, *cap.* II. 401.
Æra contractuum lib. X, *cap.* XLI, *pag.* 219. *eiuſdem diuerſa in libris Machab. exordia, cap.* XLII.
Æra Seleucidarum, 4402. Dionyſij, 4429. Antiochena, 4665. Hiſpanica, 4676. Vide in Hiſpanica. Chriſti. 4714.
Æſculapius Romam illatus, 4422.
Æſchylus naſcitur, 4174. alij, 4202. floret, 4236. obiit, 4238.
Æſopus, 4142. occiſus eſt, 4150.
Aëtius ſtrenuè ſe gerit, 5142.
Aëtius vtriuſque militiæ dux Patricius appellatur, 5149.
Ætoli Achæis adiungũtur, 4471. cõtra illos conſpirant cum Cleomene, & Antigono, 4487.
Ætoli victi, 4525.
Africani ſchiſmatici cum traditoribus iuncti

Carthagine Synodum cclxx epiſcoporum coegerunt, 5021.
Africanus ad viſendum Heraclam Alexandriam proficiſcitur, 4944.
Agabus Propheta famem prædicit; lib. xi, *cap.* xii, *pag.* 316.
Agamemnon regnat, 3514.
Agar à Sara offertur Abraamo, 2762. Iſmaelem parit, 2763.
S. Agatha patitur, 4964.
Agathenſe concilium, 5219.
Agathocles Lyſimachi F. Ptolemæi Lagidæ gener, 4422. occiſus à patre, 4429.
Agathocles tyrannus, 4397. paulatim euehitur, 4400. vincitur à Carthagin. 4403. bellum in Africam transfert, 4404. relictis ſuis fugit in in Siciliam, 4407. moritur, 4425.
Agelmundus primus Longobardorum rex, 5102
Ageſilaus Lacedæm. rex in Aſia bellum gerit, 4318. patriam ab Epaminondæ incurſione tuetur, 4351. in Ægypto contra Perſas pugnans moritur, 4352.
Ageſipolis rex Lacedæm. 4334. moritur, 4344.
Agis rex Lacedæm. 4376.
Agon Neronis, lib. xi, *cap.* xv. *Capitolinus Domitiani, c.* xx, *& l.* xiii. *p.* 855. Vide annum 4799.
Agrigentini ſub Theronis tyrannide, 4238. Thraſydæum eius filium occidunt, & libertatem recuperant, 4242.
I. Agricola Britannos domuit, 4792.
Agrippa Caſtor, 4836.
Agrippa iunior, lib. xi, *cap.* x, *pag.* 311.
Agrippa Mathematicus, 4805.
Agrippa Auguſto carus fit Ædilis, 4681. Iuliam ducit, 4693. moritur, 4701.
Agrippa. Vide Herodes.
Agrippæ Auguſti nepoti toga virilis datur, 4718. idem in Planaſiam inſulam relegatur, 4720.
Agrippina nubit Claudio, 4762. à Nerone filio interficitur, 4772.
Agrippinenſe concilium, 5059.
Agrippinus Carthaginienſis epiſcopus, 4928.
Agro Illyriorum rex, 4481.
L. Aimilius Paulus Perſeum vincit, 4546. moritur, 4554.
Alagabalus imperat, 4931. moritur, 4935.
Alamanni & Marcomanni Romanum imperium infeſtant, 4984.
Alamundarus Saracenus, 5242.
Alaricus à Stilicone vincitur, 5116. Romam capit, & paulo pòſt moritur, 5123.
Alaricus rex Viſigothorum iniit, 5197. occididitur, 5219.
Alba condita ab Aſcanio, 4562.
Albanus lacus intumuit, 4316.
Clodius Albinus imperium occupat, 4906. occiditur, 4911.
Alcæus Poëta, 4115.
Alcibiades, 4294. In Siciliam miſſus, 4298. ob Hermas abſciſſos in crimen adducitur, 4299. fugit, ibid. reuocatur, 4302. Athenis exulat, 4306. moritur, 4310.
Alcimus Auitus, 5207.
Alcimus Pontifex intruſus, 4552.
Alcman poëta, 4104.
Alectus tyrannus, 5006.
Alexander Ariſtobuli F. ſecuri percuſſus, 4665
Alexander Pheræorum tyrannus, 4344.
Alexander Polyſperchontis filius, 4396.
Alexander Zebina, 4589.
Alexander Ægypti rex moriens Pop. Rom. hæredem facit, 4649.
Alexander Epiri rex occiditur, 4388.
Alexander Caſſandri F. 4417. contra fratrem Pyrrhum euocat poſt Demetrium, 4418.
Alexander Veles Syriæ rex, 4561.
Alexãd. Iannæus rex Iudeæ, 4611. moritur, 4636.
Alexander M. naſcitur, 4358. regnat, 4378. Imperator à Grecis contra Perſas eligitur, 4379. Thebas euertit, ibid. in Aſiam traiicit, 4380. Perſas vincit ad Granicum, ibid. ægrotat, 4381. Tyrum capit, 4382. Iadduam Pontif. Iudæorum honorat. ibid. ad Arbella vincit, 4383. In Darij throno ſedet, 4384. in luxum degenerat, 4385. Porum vincit, 4387. moritur, 4390.
Alexandri magni initium, eiuſq; natalis, lib. x, *cap.* xxxii, 207. *eius conflictus ad Arbela cum Dario, lib.* x, *cap.* xxxvi, 210. *de eius obitu, cap.* xxxix, *&* xl, *&* xli. *nec non in Paralipomenis, pag.* 859. *æra ab eiuſdem obitu iiſdem locis explicatur. & cap.* xlii. *Vide lib.* xiii, *pag.* 859.
Alexander Papa iniit, 4832. martyrio coronatur, 4843.
Alexãder Seuerus Rom. Imperator cæpit, 4935. Artaxerxem deuincit, 4947. in Gallia cum matre perimitur, 4948.
Alexander epiſcopus Alexandriæ, 5024. Arium eiicit, 5031.
Alexander Byzantij epiſc. 5030. moritur, 5053.
Alexandria condita, 4383.
Alexandria quo tempore condita, lib. x, *cap.* xxxv, 212, *B.* Ius ei Baleutarum datur à Seuero, 4914. ab Antonino ciues occiſi 4928. Bruchium euerſum, 4982. à Diocletiano capta, 5009.
Allienſis Romanorum cladis tempus, lib. x, *cap.* xxx, 205.
Allobroges victi, 4593.
Alphrurdin primus apud Perſas menſis eſt, lib. ix, *cap.* xi, 29.
Aluerni victi, 4592.
Amalaſuntha Theodorici filia, 5239.
Alyattes Lydorum rex, 3957.
Amalaricus Viſigothorum rex, 5219. occiditur, 5244.
Amaſias rex Iudæ naſcitur, 3851. regnũ iniit, 3876
Amaſis Ægypti præfectus primò, 4138. regnare cœpit, 4145. moritur, 4188.
Amazones in Atticam irrumpunt, 3505.
Ambracia capta, 4525.
Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus creatur, 5087. pro Catholica fide ſcribit, 5093. moritur, 5110.
Ameſtris Xerxis vxor, crudelis femina, 4235.
Amidam opulentiſſimam ciuitatem Cabades Perſarum rex Monachorum proditione occupat, 5215.
Amilcar in Sicilia victus & occiſus, 4405.
Amilcar alter in Hiſpania occiſus, 4486.
Ammon Loto patre naſcitur, 2778.
Amnon Dauidis filius ſororem Thamarem vitiat, 3676. interficitur ab Abſalomo, 3678.
Ammonius Chriſtianus Philoſophus Platoni-

camPhiloſophiã Alexandrię profitetur,4945.
Amram Moſis pater naſcitur, 3025. moritur, 3167.
Amri regnat Iſraëlitis, 3785.
Amphia à Lacedæmoniis obſeſſa,& capta,3971.
Amphion & Zethus Thebis regnant, 3297.
Amphipoli magiſtratus eponymi Syracuſis, 4371.
Amphipolis Athen. colonia, 4250.
Amphitheatrum à Tito conditum, 4793.
Anacharſis Athenas venit, 4122.
Anacletus Papa iniit, 4814. obiit,4823.
S. Anaſtaſius Martyr quo tempore Chriſto nomen dedit,lib. XI, *cap.* XLIX, 386. *B.*
Anaſtaſius Papa iniit 5111. obiit 5115.
Anaſtaſius Papa ſecundus iniit,5209.obiit, 5211.
Anaſtaſius Imper. iniit,5204. obiit,5131.
Anaſtaſius Imperator in Perſas armat, 5216.
Anatolius Laodicenus Epiſcopus, 4991.
Anatolius Conſtantin. Epiſcopus 5167. moritur 5171.
Anaxagoras philoſophatur,4234.moritur 4286.
Anaxarchus, 4374.
Anaxilaus Rhegij tyrannus moritur, 4238.
Anaximander natus,4104. floret,4170.
Anaximenes floret 4159. obiit 4170.
Ancus Martius, 4075.
Ancyrana Synodus celebrata, 5027.
Ancyrana Synodus Semiarianorum, 5071.
Andegauenſe concilium, 5166.
Andriſcus Perſei ſe filium mentitur, 4595. victus, 4567.
Anicetus Papa iniit,4878. moritur,4886.
Annas Caiphæ ſocer quo tempore Pontificatum inierit,lib. X, *cap.* LV, 252. *A.Scaligeri & Caſauboni opinio refellitur.* ibid.
Anni Auguſtorum Romani lib. X, *cap.* LXX, 283. 284.
Anni mundani caput ab Autumno deducitur, lib. IX, *cap.* XI, 29.
Anni Patriarchalis forma à quibuſdam conſtituta refellitur, lib. IX, *cap.* IX, 23. *B.*
Annorum varia initia, lib. IX, *cap.* III, 5.
Annorum numerus ab orbe condito cur certò ſciri non poſſit. cap. VI, 17. *C.*
Annorum octo labes, quam faſtis vulgaribus noua Chronologia tribuit, lib. XII, *cap.* XXXVII, 488. 489. 490. *trium annorum labes ex eâdem, cap.* XXXVIII, 491. 492. *quinque annorum labes in Faſtis reſediſſe eadem exiſtimat, cap.* XL. *De eâdem labe fusè iterum tractatur, cap.* XLII, 500. 501. *refellitur cap.* XLIII, 502. 503. 504. 505.
Annus ciuilis Græcorum à Septembri incipit, lib. IX, *cap.* III, 10. *A.*
Annus Confuſionis, 4667.
Annus Iulianus primus, 4699. ab Ægyptiis aſcitus, 4689.
Actiacus, 4684.
Auguſtorum, 4687.
Annus Iulianus emendatus ab Auguſto, 4706.
Annus Primitiuus Vecchietti explicatur & refutatur, lib. XII, *cap.* XLIV, 506. 507. *tum eius errores hiſtorici, & argumenta omnia diluuntur, cap.* XLV, 508. 509. 510. 511. *Quantum in Herodis tempore, & Paßionis Chriſti ſit hallucinatus Vecchiettus oſtenditur, cap.* XLVI, 512.
Annibal Amilcaris nepos dux Carthag. 4304. 4305.
Annibal Pœnorum dux bello Punico primo, 4457.
Annibal Punico bello ſecundo dux Carthag. naſcitur, 4467. in Hiſpaniam ducitur, 4477. ei præeſt, 4494. bellum Punicum ſecundum aggreditur, 4496. Romam petit, 4503. redit in Africam, 4511. vincitur, 4512. fugit ad Antiochum, 4516. obiit, 4532.
Antalcidas ignominioſam pacem cum Perſis facit, 4327.
Anterus Papa iniit, 4948. martyrio afficitur, 4949.
Anthemius Imp. iniit, 5180. obiit 5185.
Antiates victi 4379.
Antigonus Alexandri ſucceſſor, 4390. eius res geſtæ deinceps expoſitæ.
Antigonus Gonatas rex Macedoniæ, 4436.
Antigonus Δώσων, 4482.
Antigonus Herodis opera necatus, 4677.
Antinous Hadriani delitiæ in Nilo demergitur, 4844.
Antiochena æra, 4665.
Antiochiæ ſedes à Petro inſtituta, lib. XI, *c.* XIV, 322.
Antiochenorum æra, lib. X, *cap.* LXII. *Scaligeri diſcrepantes ſententiæ*, 265. *B. Euagrius ab Octobri annos Antiochenos incipit*, 267. *B Euſebij ſententia, C.*
Antiochia condita, 4414.
Antiochiæ controuerſia ſuper Iudæorum ritibus orta, vnde primum Concilium Apoſtolorum, 4762.
Antiochiæ ſynodus contra Samoſatenum cogitur, 4979.
Antiochiæ Dominicum aureum conſecratum, & canones editi, 5054.
Antiochiæ factio triplex, Euſtathianorum, Meletianorum, & Arianorum, 5073. Sublatum eſt ſchiſma, 5202.
Antiochiæ terræ motus horrendus ſub Traiano, 4828. & rurſus, 5170.
Antiochus Alexandriæ imminet 4512. cum eo bellum à Romanis ſuſceptum, 4522. victus à L. Scipione, 4524. moritur, 4527.
Antiochus Soter Syriæ rex, 4433.
Antiochus ὁ θεός, 4452.
Antiochus Epiphanes, 4538. Hieroſolymam primò venit, 4540. prima in Ægyptum expeditio, 4542. ſecunda in Ægyptum expeditio, 4543. templum profanat Hieroſolymis, 4649. obiit, 4550.
Antiochus Eupator, 4550.
Antiochus Balæ filius, 4569.
Antiochus Sidetes, 4574. contra Parthos profectus, 4584. occiſus eſt, 4585.
Antiochus Grypus, 4590. matrem interimit, 4593.
Antiochus pædagogus Theodoſij, 5121.
Antipater Alexandri ſucceſſor, 4391.
Antipater Caſſandri F. matrem interficit 4417. à Lyſimacho ſocero occiſus, 4420.
Antipater Herodis parens, 4666.
Antoninus Pius naſcitur, 4799. imperare cœpit, 4851. obiit, 4874.
Antonini pij Rom. Imperat. initium, lib. XI, *cap.* XXIII, 334. 335.
Antoninus Seueri filius Imperator creatur

4912. Patrem interficere tentat, 4923. eos occidi iubet qui patrem interficere noluerāt, 4924. Getam fratrem ſuum in matris gremio necat, 4925. ad Iſtrum, & Septentrionem proficiſcitur, 4926. Alexandriam venit, 4928. Artabanum Parthorum regem fraude circumuenit, 4919. occiditur ab Opilio Macrino, 4930.
Antoninus Alagabalus Imperator, 4931. templum ſibi vt Deo condidit, 4932. Alagabalus cum matre Iulia occiditur, & in Tiberim proiicitur, 4935.
M. Antonius Triumuiri pater, 4639.
Antonius & Cleopatra quando ſibi mortem intulere, lib. X, *cap.* LXIX, 281.
M. Antonius Conſul, 4670. Octauiam ducit, 4674. moritur, 4684.
Antonius monachus in Ægypto naſcitur, 4963. ætatis anno moritur CV in eremo, 5071.
Anxur captum, 4308. & 4314.
Aod Iſraëlem liberat, 3313.
Apamea condita, 4410.
Apelles hæreticus, 4859.
Apiarius damnatus, 5131.
Apollinares ludi inſtituti, 4502.
Apollinaris Hierapolitanus, 4883.
Apollinaris hæreticus Romæ à Damaſo damnatus, 5086.
Apollinis Daphnæi templum, quod Antiochus Epiphanes condidit, exuſtum, 5075.
Apollinis Delphici templum incenditur, 3263.
Apollonius Tyaneus Romæ cauſa dicta euaneſcit, 4802. obiit, 4810.
Apollonius Senator Chriſtianæ religionis accuſatus ſecuri percutitur, 4900.
Appia via munita, 4402.
Appius Claudius Romam migrat, 4210.
Apries Ægypti rex, 4120. mortuus, 4138.
Aquæ Sextiæ conditæ, 4590.
Aquila Scripturæ interpres, 4841.
Aquileienſe Concilium, 5094.
Aratus Sicyonius 4463. 4471. Antigonum ſibi adiungit, 4490. moritur, 4500.
Arauſicanum concilium primum, 5154. ſecundum, 5242.
Arbaces Medorum primus rex, 3838.
Arbaces Medorum regni primordia iecit, lib. IX, *cap.* XXXIV, 85.
Arbellica pugna, 4383.
Arcades in vnum corpus redacti, 4344. vincunt Lacedæmonios, 4345. victi, 4346.
Arcades in patriis locis conſtiterunt, lib. IX, *cap.* XXX, 70.
Arcadius in hæreticos reſcribit, 5109. imperare cœpit, 5108. obiit, 5121. *Vide lib.* XI, *cap.* XLVII, *pag.* 377, *&* 378.
Arceſilaus, 4415. floret, 4444.
Archæanactidæ Boſphori reges deſinunt, 4276.
Archagathus Agathoclis filius à ſuis occiditur, 4407.
Archelaus Mithridatis dux, 4628.
Archelaus Herodis F. 4710. ab Auguſto relegatur, 4719.
Archelaus Cappadociæ rex Romæ moritur, 4730.
Archidamus Lacedæm. rex in Italiam graſſatur, & moritur, 4376.
Archilochus poëta, 4014.
Archimedes, 4500.
Archontes annui cœperunt, 4027.
Ardabures contra Ioannem tyrannum miſſus, 5137.
Arelatenſe Concilium primum, 5027.
Arelatenſe Concilium, 5203.
Areopagi iudicium conſtitutum, 3205.
Areopagitarum ius imminutum, 4254.
S. Arethas martyr, 5235.
Arginuſæ. ad eas Athenienſes Lacedæmonios nauali prælio ſuperant, 4308.
Argis templum Iunonis incenditur, 4264.
Argiuorum regni primordia, lib. IX, *cap.* XVIII, 43.
Argiuorum regnum iniit, 2857. regum ſucceſſio ex libri calce petenda. prima ſacerdos Callithyia, 3072.
Argiui contra Lacedæm. & Athen. duces à reliqua Græcia delecti, 4293. ad Athen. adiunguntur, 4294. vincunt Lacedæm. 4295. vincuntur ab iiſdem, 4296. ſocietatem cum ipſis ineunt, 4297.
Argonautarum expeditio, 3451.
Ariadna Leonis Imp. filia, 5184.
Ariarathes rex Cappadociæ, 4495.
Ariarathes alter. 4620.
Ariminenſe Concilium, 5072.
Ariobarzanes, 4620.
Ariſtagoras Mileto præficitur, 4207. deficit à Perſis 4209. occumbit 4215.
Ariſtides æquitate ſua ſocios conciliat Athenienſibus, 4237.
S. Ariſtides pro Chriſtianis ſcribit, 4837.
Ariſtobulus primus rex Haſamonæorum, 4610.
Ariſtobulus Hyrcanum eiicit, 4648. captus à Pompeio, 4651. necatur, 4665.
Ariſtobulus Mariammes frater ab Herode necatur. 4679.
Ariſtodemus Heraclida de cœlo tactus, lib. IX, *cap.* XXX, 70.
Ariſtodemus Meſſenius filiam ſuam iugulat, 3977. regnat, 3984. ſeipſum occidit, 3990.
Ariſtomachus Heraclida in prælio cadit, lib. IX, *cap.* XXX, 70.
Ariſtomenes Meſſeniis perſuadet, vt deficiant à Lacedæmoniis, 4029. vincit Lacedæmonios, 4030.
Ariſtonicus Aſiam inuadit, 4583.
Ariſtophanes, 4277. Nubes docet, 4290. & ſecundò, 4291.
Ariſtoteles naſcitur, 4330. Platonem audit, 4346. moritur, 4392.
Arius rex Lacedæm. obiit, 4449.
Arius in ſpargenda hæreſi deprehenſus, 5029. Alexandriam redire molitur, 5040. ficta fidei profeſſione Imperatorem illudens miſerè perit, 5049.
Arminius Germanus occiditur. 4732.
Arnobius in Africa Rhetor floruit, 5039.
Arphaxad filius Sem naſcitur, 2388. obiit, 2726. *Vide lib.* IX, *cap.* XVII.
Arphaxad qui & Deioces victus ab Aſſyriæ rege Nabuchodonoſore, 4025.
Arrhidæus Alexandri ſucceſſor, 4360. occiſus, 4396.
Arianus Philoſophus Nicomedienſis floruit, 4860.
Arſenius à Damaſo ad Theodoſium mittitur, 5096.

Arſinoe ſoror Lyſimachi nubit Ptolemæo regi Macedoniæ, 4433. Sed malè ab eo accipitur, occiſis eius filiis. ibid.

Artabanus ab Artaxerxe occiditur, 4249.

Artaxerxes appellatur Magus ille, qui Cambyſæ ſucceſſit, 4192.

Artaxerxes Longimanus in ſocietatem regni aſſumptus à Xerxe, 4240. ſolus regnat, 4249. 4249. is eſt Aſſuerus. moritur, 4290.

Artaxerxes μνήμων, 4309. contra hunc rebellat Cyrus, 4313. Græcos ad concordiam hortatur, 4339.

Artaxerxis duplex initium, lib. x, *cap.* xxv, 197. 198.

Artaxerxis Longimani epocha, lib. x, *cap.* xxix, 203. 204. *Artaxerxis Mnemonis epocha.* ibid.

Artaxerxis Mnemonis in Ægyptum expeditio, 4340. Græcos rurſus hortatur ad pacem, 4342.

Artaxerxes Perſarum inſtaurat imperium, victis Parthis, 4946.

Artemo machinarum bellicarum inuentor, 4273.

Aruernenſium vrbem obtinent Gothi, 5193.

Aſa rex Iuda, 3759. Zaram vincit, 3776. æger Deum non requirit, 3798. moritur, 3800.

Q. Aſconius Pedianus, 4788.

Aſdrubal Annibalis pater in Hiſpaniam miſſus, 4477. ei præeſt, 4486. moritur, 4494.

Aſdrubal Annibalis frater peremptus, 4507.

Aſpar & Ardaburius, 5181. occiſi, 5184.

Aſpaſia Mileſia, 4273.

Aſſuerus Eſtherem ducit, 4251.

Aſſyriorum imperium cœpit, 2539. cuius reges extant in calce operis.

Aſſyriorum regum epocha, lib. ix, *cap.* xv, 36. *paulatim imperium labefactatum, pag.* 35. *B.*

Scaligeri error de eorum primordiis refellitur, lib. ix, *cap.* xii, 30. 31.

Aſſyriorum noui reges in Scriptura celebrati, lib. ix, *cap.* xxxv, 85.

Aſſyrij imperium recuperant. ibid. 86.

Aſſyriorum ſecundi Imperij poſtrema tempora, lib. x, *cap.* iii, 157.

Aſtacus condita, 4002.

Aſtyages vltimus Medorum rex, lib. xx, *cap.* xxxiv. 85.

Aſtyages regnat, 4120. à Cyro exuitur, 4155.

Athalaricus Gothorum rex, 5239.

Athalia ſtirpem regiam abolet, 3830.

Athanaricus Gothus à ſuis pulſus Conſtantinopolim ad Theodoſium venit, eodémque menſe diem obiit, ac regio honore ſepultus eſt, 5094.

Athanaſius Alexandriæ factus Epiſcopus, 5039. Arianorum factione relegatur à Conſtantino, 5049. Reſtituitur, 5051. Iterum pellitur, 5054. reſtituitur, 5062. damnatur iterum, 5068. ad necem quæſitus euadit, 5075. eodem poſt Georgij mortem Alexandriam reuerſo ſynodus cogitur, ibid. moritur, 5084.

Athenæ à Xerxe ſuccenſæ, 4234.

Athenæ captæ à Sulla, 4628.

Athenæus Dipnoſophiſta, 4880.

Athenienſes victis Perſis muros inſtaurant, 4236. Inaro regi contra Perſas opitulantur, 4251. eoſdem vincunt, 4252. & Memphin vſque perſequuntur, 4253. Sed à Perſis obſeſſi, ac dimiſſi, 4258. Corcyræos ſibi ſocios adiungunt, 4278. bellum cum Peloponneſiis ineunt, 4283. peſte laborant, 4284. Leontinis contra Syracuſanos opitulantur, 4287. quadringentos Reip. præficiunt, 4302. mox iis abrogatis quinque millia, 4303. triginta deinde tyranni, 4310. eorum arces occupat Caſſander, 4396.

Athenienſium regnum cœpit. 3156.

Athenienſium regnum triplicem adminiſtrandi formam expertum eſt, lib. ix, *cap.* xxi, 51.

Athenienſium & Bœotorum ad Cheroneam clades, lib. x, *cap.* xxxiv, 209.

Athenagoras pro Chriſtianis ſcribit, 4890.

Atilius Serranus, 4457. in Africa bellum gerit, 4458. vincitur, 4459.

Atlas, 3076.

Atreus Mycenis regnat, 3509.

Attalus Pergami rex primò nominatus cœpit, 4472. eius liberi, 4516.

Attalus Romam venit, 4556.

Attalus hæredem inſtituit Pop. Rom. 4581.

Attalus tyrannus in mari captus Honorio exhibetur, & truncata manu vitæ relinquitur, 5125.

Attalus Gotthorum ope tyrannidem in Galliis ſumit, 5127. capitur, 5128.

Atticus Sebaſtenus è Monacho factus epiſcopus Conſtantinopolitanus, 5119.

Attila tota Europa graſſatur, 5160. Galliam populatur, 5164. ab Aëtio in campis Catalaunis vincitur.

Attila Aquileiam, Ticinum, & Mediolanum vaſtat, & Romam tendens, ſancti Leonis interuentu placatur, ac recedit, 5165.

Attila vino ſe in nuptiis ingurgitans ſanguinis vomitu interiit, 5167.

Atys Crœſi filius occiditur, 4165.

SS. Audifax & Abacus, 4981.

S. Auguſtinus naſcitur, 5067. annos natus xxix clam matre Romam ad docendam rhetoricam ſe contulit, 5096. Mediolanum ad docendam Rhetoricam à Symmacho mittitur; vbi in Bautonis ingreſſu orationem Panegyricam in laudem Imperatoris habuit, 5097. ad fidem Catholicam conuertitur, 5098. baptizatur. 5102. Preſbyter ordinatur. 5104. Hippone Epiſcopus ordinatur, 5108. cum Fortunato Manichæorum Preſbytero publicè contulit, eûmque ſuperauit, 5105. mortuus eſt. 5143.

Auguſtus naſcitur, 4651. Romam venit poſt Iulij necem, 4670. Pontifex Max. fit, 4701. annum emendat, 4706.

Auguſtus ærarium militare conſtituit, 4719. Nolæ moritur, 4727.

Auguſti primordium, lib. x, *cap.* lxiv, 271. *obitus, libro* xi, *cap.* vi.

Auguſtulus vltimus Romanorum Imperator, 5178 & 5179.

Auguſtorum anni Romani, 4687. *& lib.* x, *cap.* lxx.

Auidius Caſſius tyrannidem arripit, 4888.

Auitus Imperator cœpit, 5168. obiit, 5170.

Aurei numeri Kalendarij veteris, lib. xii, *cap.* xiii. 432, C.

Aurelianus Imperator quo tempore cœpit, lib. xi, *c.*

xxvi.339.*D.interregnū poſt eius mortem*,340.*D.*
Aurelianus in Chriſtianos ſæuit, 4985. idem contra Zenobiam in Orientem proficiſcitur, ibid. vincit, 4986. Tetricum apud Catalaunos tyrannum in deditionem accipit, 4987. Soli templum & agonem conſtituit, ibid. Mneſthei ſecretariorum notarij fraude occiditur, 4988.
Aureliæ ab Attila liberantur, 5164.
Aureliis prima Synodus Clodouei iuſſu habita, 5225.
M. Aurelius Imper. 4874. in Orientem cum Fauſtina vxore proficiſcitur, 4889. cum Marcomãnis bellum ſuſcipit, 4891. moritur, 4893.
Aurelius Victor, 5082.
Aureolus tyrannus, 4981.
Auxentius Arianus, 5087.

B

BAſa rex Iſraelis, 3761.
Babel turris extructa, 2539.
Babylon à Dario deficit, 4262. eam recipit per Zopyrum, 4204.
Babylas Epiſcopus Antiochiæ, 4952.
Bacchanalia Romæ ſublata, 4528.
Bacaudæ, 4998.
Bacchylides poëta, 4246. & 4263.
Balearicum bellum, 4591.
Balbinus Imp. 4950.
Baltaſar rex Babylonis ſub patris tutela, 4153. ſolus regnat, & à Dario Medo occiditur, 4158.
Bardeſanes nouæ hæreſis conditor, 4885.
Barnabas Apoſt. Antiochiam miſſus, 4753. corpus eius inuentum, 5190.
Baſemath Iſmaelitis Eſaū coniux, lib. ix, *cap.* xx, 50.
Baſiliſcus Leonis Imperatoris præfectus ſponte ſua ab Vandalis vincitur, 5181. fit tyrannus, 5188. obiit, 5189.
S. Baſilius Athenis ſtudet, 5067. fit Epiſcopus, 5082. deceſſit, 5092.
Baſilius Ancyranus Semiarianorum concilium habuit, 5071.
Baſina Biſini regis Thoringorum vxor relicto viro ad Childericum venit, eique nupſit, 5178.
Battus Cyrenen condidit, 4084.
Beliſarius contra Perſas bellum gerit, 5242.
Bellum ciuile Cæſaris & Pompeij, 4665.
Belus Aſſyriorum imperij conditor, 2539.
Benadad rex Syriæ ab Achabo vincitur, 3813. & 3814.
S. Benedictus naſcitur, 5194. cum nutrice ſeceſſit, 5207. Caſinum petit, 5242.
Beorgor Alanorum rex occiditur, 5177.
Berenice vxor Antiochi, 4467.
Beryllus Arabiæ Epiſcopus ob hæreſin damnatus ad ſaniorem mentem Origenis ope rediit, 4956.
Beſſus Darium occidit, 4384. ab Alexandro necatur, 4386.
Bias Prienæus, 4106.
Boëtius occiditur à Theodorico, 5240.
Bocchus rex Mauritaniæ, 4608.
Bœotij contra Lacedæmones cum Græcis aliis conſpirant, 4319.
Bonifacius comes, 5140. obiit, 5145.
Bonifacius Papa iniit, 5131. obiit. 5136.
Bonifacius ſecundus iniit, 5243.
Braſidas Lacedæm. dux, 4290. occidit, 4292.
Brennus in Græciam irrumpit, 4436.
S. Brigida Scota, 5234.
Britanniam intrat Cæſar, 4659. inſulam primus Agricola comperit, 4792.
Brunduſium colonia, 4470.
Brutij primùm dicti, 4358.
Brutus Tarquinium eiicit, 4205.
M. Brutus Cæſarem occidit, 4670. moritur, 4672.
Bulgari Thraciam vaſtant, 5215.
Burdegalæ Synodus contra Priſcillianum, 5098.
Burgundiones Germaniæ populi partem Galliæ occupant, 5126. à Francis victi, 5241.
Burrhus à Nerone veneno necatur, 4775.
Byzantium ab Alcibiade captum, 4305 à Seuero muris euerſis Perintho contribuitur, 4910.

C

CAath Leui filius naſcitur, 2495. moritur, 3068.
Cabades Perſarum rex Choſroem filium adoptari vult à Iuſtino, 5225. moritur, 5245.
Cadmus ex Ægypto Tyrum profectus, 3256.
Cæcilia virgo Romana, Tiburtius, Valerianus, &c. pro Chriſto patiuntur, 4943.
Cæcilianus in Menſurij Carthaginienſis Epiſcopi locum ordinatus, 5019.
L. Cæcilius Prætor à Gallis occiſus, 4431.
Cæleſtinus Papa iniit, 5136. obiit, 5145.
Cæleſtius Pelagij diſcipulus Carthagine in Synodo damnatur, 5125. proſcribitur, 5133.
Q. Cæpio à Cimbris, & Teutonis victus, 4609.
C. Cæſar Prætor fit, 4652. cum Pompeio, & Craſſo conſpirat, 4654. Galliæ præeſt, 4655. Heluetios fundit, 4656. Germanos delet, 4659. bellum ciuile gerit, 4665. vincit Pompeium, 4666. moritur, 4670. Vide in Iulius.
C. Cæſar Auguſti nepos ex Iulia naſcitur, 4694. in prouincias mittitur, 4710. obiit, 4717.
L. Cæſar Auguſti nepos naſcitur, 4697. Conſul deſignatur, 4712. moritur, 4716.
Caius & Lucius Cæſares, eorúmque tempus, lib. xi, *cap.* iii, 294. B.
S. Cæſarius Arelatenſis de gratia, & libero arbitrio ſcribit, 5203.
Cæſo Quintius Româ exulat, 4253.
Caiaphas & Annas Pontifices, lib. x, *cap.* lvi, 253. *num pontifices duo eodē iure præfuerint, ib.* 254. *D*
Cain naſcitur, 731. Abelem occidit, 859.
Cainan naſcitur, 1055. moritur, 1965.
Cainani nomen in Hebræis & Latinis Libris reticetur, lib. xi, *cap.* xvii, 39. *pro Cainano quæ afferri ſolent refelluntur, ibid. vbi & quidam Matthæi locus excutitur. ibid.*
Caius Papa iniit, 4906. obiit, 5009.
Calchedon à Megarenſibus condita, 4029.
Calchedonenſis Synodus Oecumenica quarta, 5164.
Caius Caligula naſcitur, 4725. imperat, 4750. moritur, 4754.
Cai Caligulæ initium & imperium, lib. xi, *cap.* viii.

eius conſulatus, 305.
Calandio Antiochenus Epiſcopus, 5195.
Calippi periodus cœpit, 4384. ſecundæ initium, 4460. *Vide lib.* x, *cap.* xxxvii.
Callicratidas dux Lacedæm. 4307. occiditur, 4308.
Calliſthenes hiſtoricus, 4327.
Calliſtus Papa iniit, 4932. martyrio afficitur, 4937.
Calocerus magiſter pecoris camelorum Cyprum occupat, 5039.
Camarina à Syracuſanis euerſa, 4162.
Cambyſes cœpit, 4185. occupat Ægyptũ, 4189.
Cambyſis initium, lib. x, *cap.* xvi, 180.
Camillus Veios expugnat, 4318. Gallis pulſis patriam liberat, 4324. Manlium occidit, 4330. moritur, 4349.
Campani Romanis ſe dedunt, 4371.
Cannenſe prælium, 4498.
Canon mathematicus Babyloniorum regum, *lib.* ix, *cap.* lii, *pag.* 126.
Capitolinus agon primus Domitiani, 4799.
Capitolium quadrato ſaxo conſtratum, 4326.
Capitolium incenſum, 4782.
Capitolium de cælo tactum, & bibliothecæ ſuccenſæ, 4901.
Capitula tria, 5148.
Capua condita, 3913.
Caranus è genere Heraclidarum primus Macedonici imperij conditor, *lib.* ix, *cap.* xxxvi, 86.
Carauſius Maximiani Imperatoris præfectus ab eo deficit, 4999. occiditur, 5007.
Carbonis ciuile bellum, 4630.
Carinus imperat, 4995. Ludi eius, 4997.
Carneades obiit, 4586.
Carpentoractenſe concilium, 5142.
Carthaginienſe concilium primum ſub Grato Carthag. Epiſc. 5061.
Carthaginienſe concilium ſecundum, 5103.
Carthaginienſe concilium tertium, 5110.
Carthaginienſe concilium quartum, 5111.
Carthaginienſe concilium quintum, 5114, ſextum & ſeptimum, 5132.
Carthaginienſe generale concilium in Donatiſtarum cauſa cogitur, 5116.
Carthaginienſes primùm fœdus cum Romanis ineunt, 4205. à Gelone ad Himeram victi, 4234. in Siciliam ab Egeſtanis exciti veniunt, 4304. ingenti apparatu nouam expeditionem in eandem inſulam faciunt, 4307. contra Timoleontem bellũ gerunt, & vincuntur, 4374.
Carthaginienſes ab Agathocle victi liberos immolant, 4404. victi à Scipione, 4512.
Carthaginis conditus, *lib.* ix, *cap.* lxii, 146.
Carthago à Didone condita, 3828.
Carthago à Scipione funditus euerſa, 4568.
Carthago à Vandalis capta, 5152.
Carus Narbonæ natus Imperator creatur, 4995. Meſopotamiam ſubigit, & moritur, 4996. *Vide lib.* xi, *cap.* xxviii.
Caſſander Antipatri filius, 4393. Olympiade cæſa ducit Theſſalonicen, 4398. moritur, 4416.
Caſſius Romæ tyrannidem affectat, 4228. occiditur, 4229.
Caſſius Conſul à Tigurinis occiſus, 4607.
Caſſius Syriam tuetur, 4662. moritur, 4672.
Caſtinus dux Hiſpanienſis exercitus contra Vvandalos, 5135.
Catenæ S. Petri, 5152.
Catilinæ coniuratio. 4651.
M. Cato Conſul, 4519. Cenſor, 4530.
M. Cato iunior Cæſari reſiſtit, 4659. in Cyprum miſſus, 4658.
Catulus contra Cimbros cum Mario pugnat, 4613.
Catullus poëta naſcitur, 4628.
Caudinæ furcæ, 4393.
Cecrops primus Athenienſium rex, *lib.* ix, *cap.* xxi, 51.
Celer Magiſter officiorum in Perſas bellè ſe gerit, 5217.
Cenſiones variæ ab Auguſto diuerſis temporibus conſtitutæ, *lib.* xii, *cap.* viii, 420.
Cenſores primi, 4271. à quinquennio ad ſeſquiannũ redacti, 4280. è plebe primus. 4435.
Cenſores priuati eſſe deſierunt, 4692.
Cenſorinus, 4951.
Cenſura reſtituta, 4644. Veſpaſiani & Titi memorabilis, 4787.
Cenſus Quirini, *lib.* xii, *cap.* viii, 419.
Cenſus Romæ cœptus, 4141.
Chabrias dux Athen. 4321. vincit Lacedæm. 4337. occiditur, 4338. moritur, 4356.
Chaldæi contra Phœnices pugnant, 3168.
Chares dux Athen. 4347.
Charidemus á Dario interfectus, 4381.
Charondas Thuriorum legiſlator, 4268.
Chæronea. ad eam Philippus Athen. vicit, 4376.
Cherroneſus Thracica Athenienſibus conceſſa, 4361.
Cherſobleptes Thraciæ rex Cherroneſum Athen. permittit, 4361.
Childebertus I regnat, 5223.
Childericus quartus Francorum rex Merouco ſuccedit, 5169. à ſuis ob luxuriam & impotentiam pellitur, 5171. reuocatur, 5178.
Chium obſident Athen. 4302.
Chlodoueus. vide Clodoueus.
Chlotarius I regnat, 5223. fratris filios occidit, 5245.
Chlotarius Francorum rex, *lib.* xi, *cap.* xlviii. 380. *D. eius filij*, 381. *B.* 384. *D.*
Choſroes Cabadis filius adoptari vult à Iuſtino, 5235. imperat, 5245.
Chramni Chlotarij filij obitus, *lib.* xi, *cap.* xlviii, 380. *D.*
Chriſti ætas vnde colligitur, *lib.* xii, *cap.* v, 410. 411. baptiſmus, 4742. paſſio, 4744. *de ea noua quorundam opinio, qui anno Chriſti* xxxiv, *Martij* xxv, *Luna* xv, *paſſum putant*, *Geminis duobus Conſulibus*, *ac Tiberij nihilominus anno* xvii, *vel* xviii, *refellitur*, *p.* xii, 435. 436. 437.
Chriſtianorum in Perſide perſecutio, 5133.
Chronologiæ cuiuſuis examinandæ ratio, *lib.* ix. *cap.* i. *pag.* 2.
Chronologia tutior eſt, quæ ad annos mundi Iuliana Periodi annos adiungit, *cap.* vi, 18.
Chronologia quantum cœleſtium motuum notatione opus habeat, *lib.* xi, *cap.* xlviii, 383. *A.*
Chuſan Meſopotamites Iſraëlitas opprimit, 3247. opprimitur viciſſim, 3255.
Chryſargyron tributum, 5212.
Chryſippus Stoicus naſcitur, 4433.
Cicero natus eſt, 4608. pro Roſcio Amerino

dicit, 4634. Quæſtor in Sicilia, 4639. contra Verrem agit, 4644. Ædilis fit, 4645. Prætor, 4648. Conſul, 4651. exulat, 4656. reuocatur, 4657. Ciliciæ præeſt, 4663. moritur, 4671.
Cimbri Alpes tranſgreſſi, 4601. victi à Mario, 4612. & 4613.
Ciminus ſaltus, 4404.
Cimon Theſei oſſa refert, 4233. dux electus vrbes Aſiæ recipit, Perſaſque nauali prælio vincit, 4244. oſtraciſmo pellitur, 4254. Perſas terra, maríque ſuperat, 4264. Perſas cogit ad ignominioſas conditiones pacis: ac poſteà moritur, 4265.
Cineas Pyrrhi legatus, 4435.
Cinna vrbe pellitur ab Octauio, 4627. occiditur, 4630.
Circuncisionis præceptum editum Abraamo, 2776.
Cirtæ in Numidia concilium, 5125.
Claudianus Mamertus, 5203.
P. Claudij ob ſpretam religionem claſſis incenſa creditur, 4465.
Claudius Nero, & Calphurnius Piſo Coſſ. quo anno inierunt, lib. IX, *cap.* XXIX, 66.
Claudius Imperator natus, 4704. *quando cœpit, lib.* XI, *cap.* IX. & anno 4754. Iudæos Roma pellit, 4762. moritur, 4767.
Claudius alter Imperator, de cuius initio, lib. XI, *cap.* XXVI. Gotthos vincit, 4982. peſte moritur, 4983.
Cleanthes Stoicus, 4450.
Clearchus Byzantinorum tyrannidem occupat, & ad Cyrum confugit, 4311.
Clearchus Heracleæ tyrannus, 4350. occiſus, 4361.
Clemens Alexandrinus floruit, 4906.
Clemens Papa iniit, 4804. obiit, 4814.
Cleo dux Athen. Lacedæmonios in Sphacteria expugnat, 4289. occubuit, 4292.
Cleobulina celebratur, 4263.
Cleombrotus rex Lacedæm. 4334.
Cleomenes Lacedæm. rex, 4490. fugit, 4492.
Cleomenicum bellum, 4992.
Cleonymus Spartanus Lucanos vincit, 4411. victus à Romanis, 4412. Polybium contra patriam euocat, 4441.
Cleopatra Alexandri ſoror occiditur, 4406.
Cleopatra Antiochi filia Ptolemæo nubit, 4522.
Cletus Pontifex iniit, 4792. affectus martyrio, 4804.
Clitæ Cappadociæ populi domiti, 4749.
Clodio Francorum rex, lib. XI, *cap.* XLVIII, 380. B. Cœpit anno. 5141.
Clodius inceſti accuſatur, 4653. ad plebem tranſit, 4654. occiditur, 4662.
Clodomirus rex Sigiſmundum Burgundionum regem in puteum cum vxore & filiis iactari præcipit, & moritur, 5231.
Clodoueus naſcitur, 5179. Francis regnare incipit, 5194. *Vide & librum* XI, *cap.* XLVIII. *vbi & de eius filiis agitur.*
Clodoueus Syagrium Ægidij comitis filium acie vincit, 5198. Chlotildem Chilperici Burgundi filiam ſibi coniugio copulat, 5199. Thoringos ſibi ſubiicit, 5203.
Clodoueus Francorum regnum Sequanam vſque dilatat, 5207. à Chlotilde regina ſæpius de amplectenda Catholica fide commonitus, eam poſt victos ad Tolbiacum Alemannos ſuſcipit, 5208.
Clodoueus Francorum rex Alaricum in Vocladenſi campo manu ſua occidit, 5219. tum ab Anaſtaſio Conſul renunciatur, 5220. Pariſiis graui ægritudine correptus à S. Seuerino liberatur, 5221. Clodoueo Pariſiis mortuo eius filij regnum inter ſe partiuntur, 5223.
Codex Theodoſ. promulgatur, 5148.
Codex Iuſtiniani promulgatur, 5242.
Codorlahomor Sodomitas, & alios populos ſibi ſubiicit, 2744.
Codrus Rex Athenienſium pro patria moritur, 3643.
Cœleſyria. de ea pugnauit Antiochus, & Ptolemæus, 4496.
Colluthus Alexandriæ Preſbyter doctrinæ ſuæ virus inſtillat, 5029. ſed in ordinem redigitur, 5032.
Colonienſis Synodus prima, 5059.
Coloſſus in ſacra via erectus, 4788.
Commodus Aurelio patri ſuccedit, 4893. rebus cum Germanis cōpoſitis Romæ triumphat, 4894. conſpiratione Martiæ pellicis occiditur, 4905.
Computationes variorum authorum ab orbis initio, lib. IX, *cap.* II. 4.
Computus lunaris & Paſchalis Scaligeri qui dicatur, lib. IX, *cap.* V, 12.
Confuſionis annus explicatur, lib. IX, *cap.* LIX.
Conimbrica à Sueuis occupata & vaſtata, 5180.
Conſtans Conſtantini F. Cæſar leuatus eſt, 5046. obiit, 5063.
Conſtantiæ Auguſtæ Conſtantini filiæ corpus Conſtantinopolin ingreditur, 5096.
Conſtantij Chlori obitus, lib. XI, *cap.* XXXV. 356. *Vide & annum*, 5019.
Conſtantinopolis condita, 5043.
Conſtantinopoli magna fames, & regiæ ciuitatis templum combuſtum, 5159.
Conſtantinopoli Synodus in cauſa Agabij & Gebadij celebrata, 5107.
Conſtantinopolis conditus, lib. XI, *cap.* XLII, 369. *explicatur.*
Conſtantinopolis muri cum LVII turribus concidunt, 5160. horrenda ſeditio ſub Iuſtiniano, 5245.
Conſtantinopolis quo anno à Turcis occupata, lib. XI, *cap.* LIII, 393.
Conſtantinopolitana Synodus Oecumenica ſecunda à CL Epiſcopis celebratur, 5094.
Conſtantinopolitana Eccleſia igni cremata inſtauratur, 5128.
Conſtantinus tyrannus quo tempore imperauit, lib. XI, *cap.* XLVI, 376.
Conſtantinus magnus, eiúſque imperium, lib. XI, *cap.* XXXVI, 357. *eius obitus, cap.* XLIII. *de eius baptiſmo*, 376. A.
Conſtantinus M. obſes apud Diocletianum & Galerium relinquitur, 5017. cæleſti crucis oſtento ad fidem conuertitur, 5025. contra Maxentium bellum ſuſcipit, ibid. cum Licinio bellum gerit, 5028. & 5037.

Conſtantinus Hieroſolymorum vrbem inſtaurat, 5039. Fauſtam in balneo interfici iubet, 5040. contra Gothos Sarmatis opem præbet, 5045. *Vide lib.* XIII, *pag.* 861.

Conſtantinus ipſo die Pentecoſtes è vita diſceſſit, 5050.

Conſtantinus, Conſtantius, & Conſtans, imperium inter ſe partiuntur, ibid.

Conſtantinus iunior Conſtanti fratri bellum infert, 5053.

Conſtantius imperat, lib. XI *cap.* XLI, & anno 5074. moritur.

Conſtantius Gallus in Oriente crudeliter ſe gerit, 5065. in inſula Flauona occiditur, 5067.

Conſtantius à Theodoſio in conſortium regni aſſumitur, 5133.

Conon dux Athen. claſſi Perſicæ præficitur, 4315. vincit Lacedæm. ad Cnidum, 4320. muros in Piræeo excitat, 4321.

Conſulatus intra quos natalis Chriſti, vita eius, & Paſſio coercetur, in Procœmio lib. XII.

Conſules Romæ cœperunt, 4205. de plebeio creando lex promulgata, 4338. & extorta, 4347. ambo ex plebe primùm, 4541. Kalendas Ian. inire cœperunt, 4561.

Conſulum Romanorum annus & regifugij, lib. X, *cap.* XIX. *vbi à Scaligero dicta refelluntur*, 187. *Fragmentum Paſchalis magni, quod ex Cuſpiniano producit Scaliger, diſcutitur, cap.* XX.

Corbulo contra Parthos miſſus, 4767. ſibi manus affert, 4779.

Corcyra à Corinthiis condita, 4011. graui ſeditione iactata tandem in Athen. inclinat, 4287.

Core cum ſociis abſorbetur, 3184.

Corinthiacum bellum cœpit, 4273.

Corinthiacum aliud, 4320.

Corinthiorum regnum, lib. IX, *cap.* XXXI, 72.

Corinthus à Siſypho frequentari cœpta, 3303. Corinthiorum regnum iniit, 3612. deſiit, 3935. cum Corcyræis bellum gerunt, 4275, victi Corinthij à Corcyræis, 4279. ab Argiuis vrbs capta, 4324. Romanos in ſocietatem Iſthmiorum vocant, 4486. euerſa Corinthus à Mummio, 4568.

Coriolanus exulat, 4223. contra patriam Volſcos ducit, 4225. à matre placatur, 4226.

Cornelia Maximilla Veſtalis viua defoditur, 4805.

Cornelius Papa iniit, 4964. martyrio afficitur, 4966.

Coſſus de Tolumnio opima ſpolia retulit, 4277.

Cotradis prædo cum comitibus piratis occiditur, 5151.

Cotta Prætor, 4644.

M. Craſſus Seruile bellum conficit, 4643. contra Parthos bellum gerit, 4659. perit, 4661.

Crates Comicus, 4263.

Crates Philoſophus, 4444.

Cratinus Comicus, 4259.

Cremutius Cordus hiſtoricus, 4738.

Creſphontes ex Heraclidarum ſtirpe Meſſanam obtinet, lib. IX, *cap.* XXX, 70.

Creticum bellum, 4646.

Criſpus Cæſar Conſtantini F. fit Cæſar, 5030. contra Licinium bellum gerit, 5037. occiditur, 5039.

Criſpi Conſtantini F. mors, lib. XI, *cap.* XLI, 367. *A.*

Crœſus Lydorum rex, 4156. contra Cyrum bellum parat, 4167. ab eo vincitur, 4169. cùm Cambyſen admoneret, iuſſus ab eo necari, ſeruatus eſt, 4190. *Vide lib.* XIII. *pag.* 856.

Crotona condita, 4006.

Cuma Æolica in Aſia condita, 3680.

Curtius in voraginem inſilit, 4352.

Cyaxares Medorum rex, 4080. Scythis occiſis latè imperat, 4108. rurſus Scythas alios excipit, & offenſos illos, ac profugos à Lydorum rege depoſcit, 4110. neganti Lydo bellum denunciat, 4111. Id finitum interuentu eclipſis, 4117. *Vide lib.* IX, *cap.* I.

Cybera Aſiæ ciuitas demerſa, 5130.

Cybioſactes, 4657.

de Cyclo duplici inſcita Scaligeri ſententia, lib. IX, *cap.* V, 13. *C.*

Cyclorum apud Bedam deprauatio, lib. XII, *cap.* XIII, 433. *B.*

Cyclus lunaris Romanus, lib. X, *cap.* LXVII, 277.

Cyclus Dionyſianus, lib. XII, *cap.* II, *pag.* 402. *B. c.* III, *vt in eo cyclo aberratum ſit oſtenditur*, 404.

Cyclus Cyrillo falsò imputatus, lib. XII, *cap.* III, 404. *D.*

Cylo Athenis inuadit arcem, 4114.

Cyprianus fit Epiſcopus, 4961.

Cyprianus librum de mortalitate ſcripſit, 4965

Cyprianus collecta ſynodo hæreticos denuò baptizandos cenſet, 4969. martyrium obiit, 4971.

Cyprus oppugnatur à Perſis, 4363.

Cyprus à Pop. Rom. obtinetur, 4658. exempta Patriarchatui Antiocheno, 5190.

Cypſelus Corinthiis regnat, 4056.

Cyrene Populo Rom. legata, 4618.

Cyri initium, lib. X, *cap.* XII. *ſuper eo variæ & diſſidentes Scaligeri ſententiæ diſcuſſæ*, 174. 175. *diagramma Scaligerianæ diſcordiæ ſuper eadem epocha*, 175. 176.

Rerum à Cyro geſtarum hiſtoria ex Herodoto, Cteſia, & Beroſo perſtringitur, cap. XIII. 176.

Cyrus quando Babylonico regno potitus, cap. XV, 176.

Cyri obitus, cap. XVI, 180.

Cyri initium Perſicum, 4155. Crœſum vincit, 4169. initium Babylonicum, 4176.

Cyrus ſecundus Darij F. Lyſandro fauet, 4306. contra fratrem eius expeditio, 4313.

Cyrus poëta, 5154.

Cyriades è XXX tyrannis Imperator ſalutatur, 4971. occiditur, 4972.

Cyrillus Hieroſolymorum Epiſcopus, 5061. moritur, 5099.

S. Cyrillus Alexand. Epiſcopus, 5125. obiit, 5157.

Cyrilli cyclus primus cœpit, 5150.

Cirthæ in Numidia ſynodus, 5016.

Cyzicus condita, 3432.

D

DACICVM bellum à Domitiano geritur, 4801.

Dalmatia in Romanorum poteſtatem redit, 4721.

Dalmaticum bellum, 4722.

Damaſippus Prætor, 4632.

Damaſus Papa iniit, 5080.

Damaſippus Prætor, 4632.
Damaſus Papa iniit, 5080.
Damaſus contra Auxentium ſynodum cogit, 5081. obit, 5097.
Dan naſcitur Iacobo patre, 2925.
Danaus Ægyptius Argis regnat, 3239.
Danitæ Micham abducunt, 3245.
Daniel in Babyloniã abductus, 4107. interpretatur ſomniũ Nabuchodonoſori, 4138. multa per reuelationem cognoſcit, 4158. &, 4579.
Daniel Stylita, 5174.
Danielitica abominatio deſolationis quæ ſit, lib. XII, cap. XXXV, 485. B.
Daphnenſis lucus Antiochiæ inſtituitur, 4650.
Dardanus regnat in Phrygia, 3298.
Darij Hyſtaſpidæ initium, lib. X, cap. XVIII, 183. duæ illo imperante eclipſes contigerunt, 184.
Darij nothi epocha, lib. X, cap. XXIX, 203.
Darius Medus Danielis, lib. X, cap. VIII, 165. veterum ſententiæ expenduntur, 166.
Darium Medum eſſe Nabonidum Beroſi, non Baltaſarem, cap. IX, vbi recentiorum ſententiæ excutiuntur, 167. 168.
Darius Medus Babylone regnat occiſo Baltaſare, 4159. exuitur regno, 4176.
Darius Hyſtaſpis F. Perſis imperat, 4193. Babylonem capit, 4204. eius in Scythas expeditio, 4206. aquam, & ignem à ciuitatibus petit, 4219. obit, 4229. 4219.
Darius Nothus, 4290. cum Lacedæm. fœdus iniit, 4302.
Darius Codomanus, 4378. victus ab Alexandro ad Arbela, 4383. occiſus, 4384.
Dauid naſcitur, 3629. inungitur à Samuële, 3651. poſt Saulis obitum Hebrone regnat, 3659. toti Iſraëli imperat, 3667. Sionem expugnat, 3668. eius adulterium, 3675.
Debbora quo tempore regnauit, lib. IX, c. XXXIII, 79.
Debbora Iudæos liberat, 3413.
Decebalus Dacorum rex cum Domitiano bellum gerit, 4801. à Traiano victus, poſtea ſibi manus attulit, 4815.
Decij Rom. Imperat. initium, lib. XI, c. XXVI, 339. B.
Decius pro exercitu ſe deuouet, 4373. Idem facit & filius, 4419.
Decius imperium occupat, 4962. ſeptimam in Chriſtianos perſecutionem commouet. 4963.
Deioces, qui & Arphaxad rex Medorum, 4018.
Delus expiatur, 4228.
Demades orator, 4376. occiditur, 4393.
Demaratus Corinthius in Italiam nauigat, 4056.
Demetrius XI Alexandriæ Epiſcopus, 4902.
Demetrius Phalereus Athenis præficitur, 4396. fugit, 4407. bibliothecæ Alexandrinæ præfectus, 4430. obit, ibid.
Demetrius Poliorcetes Athenas liberat, 4407. vide res illius deinceps. vincitur à regibus conſpirantibus, 4413. Athenas obſidet, 4417. captis benignè vtitur, 4418. Lacedæm. obſidet, 4419. regnat in Macedonia, 4420. ingentem apparatum molitur, 4424. victus eſt, 4425. ab eóque deficiunt omnes, ibid. Seleuco ſe tradit, 4426. moritur, 4427.
Demetrius Antigoni F. rex Maced. 4422, obiit, 4482.
Demetrius Pharius, 4493.
Demetrius Philippi F. obſes datus, & à Romanis remiſſus, 4523.
Demetrius Perſeo fratri inuiſus, 4531. occiditur à patre, 4534.
Demetrius Seleuci F. 4552.
Demetrius Nicator, 4573. in Perſidem profectus ibi capitur. ibid. dimittitur, 4585. occiſus, 4589.
Democritus naſcitur, 4244, moritur, 4353. non, 4256. itáque corrigendum. *Vide lib. XIII, pag. 862.*
Demophilus Arianus, 5083.
Demoſthenes dux Athen. 4288. Pylum munit, 4289. in Sicilia cadit, 4301.
Demoſthenes orator, 4379. exul, 4391. reuocatur, 4392. & moritur. ibid.
Deogratias Epiſcopus, 5166.
Dercyllidas Lacedæm. dux vrbes Aſiæ in libertatem aſſerit, 4315.
Deucalion in Parnaſſo regnat, 3172.
Deucetius Siculorum dux, 4263. victus à Syracuſanis Corinthum mittitur, 4265. obiit, 4274.
Dianæ tẽplum incenſum Epheſinæ, 4358. 4973.
Dicæarchia condita, 4185.
Dictator primus, 4216. clauo pangendo, 4351.
Dido in Africa Carthaginem condit, 3828.
Didymus cæcus, 5084.
Diluuium, eiúſque ſeries, & hiſtoria, 2385. Ogyge regnante contigit in Attica, 2958.
Diluuium anno mundi 1656 ineunte contigit, lib. IX, cap. VIII, 21. D.
Dilnuij hiſtoria è ſcriptura declaratur, cap. IX, 22. eius explicandi variæ rationes numero 24 expoſitæ reuocantur, cap. X, 25.
In Diluuij narratione ordo menſium ab anni ciuilis exordio repetitur, lib. IX, cap. X, 27. An in diluuij ratione tempore, quadraginta dies pluuiæ in 150 contineantur, lib. IX. cap. X, de anni in quem diluuium incidit charactere Chronologico, cap. XI, 29.
Dina naſcitur Iacobo patre, 2928. ſtuprum ei offertur, 2944.
Dio contra Dionyſium conſpirat, 4356. deiicit illum, 4357. occiditur, 4360.
Dio Romanæ hiſtoriæ ſcriptor, 4942.
Diogenes Cynicus naſcitur, 4301. moritur, 4390.
Diocles Syracuſanorum legiſlator, 4302.
Diocletiani Imperat. Rom. initium Scaligerianũ refutatur, lib. XI, c. XXIX, 345. 346. Annus & dies quo imperare cœpit, c. XXX. Vide annum, 4997.
Diocletianeæ perſecutionis tempus, cap. XXXI, lib. XI.
Diocletianus & Maximianus in ordinem rediguntur, cap. XXXII, 353.
Diocletianus imperat. A. 4997. imperium exuit, 5017. Salonæ moritur, 5029.
Dionyſius, qui & Liber, è Semele naſcitur, 3323. in Indiam expeditionem agit, 3381.
Dionyſius tyrannus Hermocratis miles Syracuſas irrumpens cum duce, ſauciatur, 4306. quibus artibus tyrannidem occuparit, 4309. vincitur à Carthag. & fugit Syracuſis: & mox reuerſus Carthag. ad pacis fœdus adigit, 4309. rurſus Syracuſios domat, 4310. contra Carthag. bellum gerit, 4317. 4318. quadrigas ad Olympia mittit, 4326, moritur, 4346.
Dionyſius tyrãnus iunior à Dione eiectus, 4357. Corinthum mittitur, 4371.
Dionyſius exiguus cyclum condit, 5239

Dionyſius Mathematicus, 4429.
Dionyſius Areopagita ad fidem conuertitur, 4763.
Dionyſius Corinthius, 4883.
Dionyſius Epiſcopus Alexandrinus, 4961. in hæreſis ſuſpicionem adducitur, 4974.
Dionyſius Halicarnaſſenſis quando ſcripſerit, lib. IX, *cap.* XXIX, 66.
Dionyſius Papa iniit, 4972. obiit, 4983.
Dionyſius Alexandrinus, 4961.
Dioſcorus Alexand. Epiſcopus, 5157.
Diyllus hiſtoricus, 4375.
Dolabella, 4670.
Domitianus quo tempore imperauit, lib. IX, *cap.* XIX.
Domitiani Capitolinus agon, lib. XI, *cap.* XX, 330.331.
Domitianus Tito ſuccedit, 4794. Deum ſe vocari iubet, 4800. De Dacis ridiculè triumphat, 4802. ſecundam in Chriſtianos perſecutionem mouet, 4806. omnes de ſtirpe Dauid occidi imperat, 4808. occiditur, 4809.
Domitilla in Pontiam relegatur, 4808.
Domitius Aluernos, & Allobrogas vicit, 4592.
Domitius Labeo Iuriſc. 4852.
Domnus Antioch. Epiſcopus, 5149.
Donatiſtæ in Africa tumultuantes contra Cæcilianum Carthaginienſem Epiſcopum Conſtantinum interpellant, 5026. Arelatæ damnantur, 5027.
Donatiſtæ à Iuliano exilij releuationem impetrant, 5075.
Donatiſtæ in Numidia Bagaienſe concilium celebrant, 5107.
Donatus, à quo Donatiani, Carthagine pellitur, 5068.
Donatus Grammaticus, 5068.
Dorotheus Theſſalonic. Epiſcopus, 5232.
Dorotheus Monachus Alexandrinus pro Calchedonenſi concilio ingens volumen edit, ideóque in Oaſin relegatur, 5222.
Draco legiſlator Athenienſium, 4091.
Druſus Liuiæ filius in Germania bellum gerit, 4702.
Duilius primus Romanorum naualem victoriam refert, 4454.
Dunaan Homeritarum rex è Chriſtiano Hebræus in Chriſtianos ſæuit, 5235.

E

EBion hæreticus, 4785.
Echemus Arcadiæ rex, lib. IX, *cap.* XXX, 70.
Eclipſis Solis admiranda, quæ Paſsionis tempore contigit, lib. XII, *cap.* XXI, 458.
Eclipſes variæ ſuis annis aſſeruntur, lib. XII, *c.* XXXVII 489. *B.*
Eclipſis Solis, quæ Cyaxare & Alyatte rege pugnantibus accidit, lib. X, *cap.* I, 152. *quid de ea Herodotus ſcripſerit*, 153. *A quid veteres alij B. quid Scaliger. C. Cyaxaris tempore, non Aſtyagis contigit*, 154. 155. *ex hoc deliquio Scythicæ graſſationis, & Medorum, ac Lydorum pugnæ tempus aperitur, cap.* II, 156.
Edeſſa condita, 4410.
Editio V ab Origene reperta, 4930.
Egidius comes, 5171.
Eleuſinij Eumolpo ſibi adſcito cum Athenienſibus bellum gerunt, 3341.
Eleutherus Papa iniit, 4890. obiit, 4905.
Elias prodit, 3809. Baalis ſacerdotes iugulat, 3812. curru igneo rapitur, 3817.
Eliſæus Eliæ ſuccedit, 3817. regibus ſiti laborantibus aquam impetrat, 3818. obiit, 3884. oſſa Alexandriam deportata, 5176.
Elxai pſeudopropheta, 4816.
Empedocles, 4270.
Engoliſmæ muri cadunt diuinitus, 5220.
Ennius naſcitur, 4475. obiit, 4545.
Ennodius Ticinenſis, 5230.
Enoch naſcitur, 1352. raptus eſt, 1717.
Enos naſcitur, 965.
Epaminondas dux Thebanorum, 4339. Lacedæmonios vincit ad Leuctra, 4343. Spartam obſidet, 4345. victis Thebanis in acie dux eligitur, & rem reſtituit, 4346. moritur, 4351.
Epheſina Synodus λῃϛρικὴ, 5162.
Epheſinum concilium contra Neſtorium celebratur, qui ter vocatus non adfuit, 5144.
Ephialtes Areopagitarũ poteſtatẽ minuit, 4254.
Ephorus hiſtoricus, 4373.
Epicurus naſcitur, 4373. in fame ſe fabis ſuſtentat, 4417.
Epidamnus à Corcyræis condita, 4096.
Epimenides Athenis expiat, 4117.
S. Epiphanius Panarium ſcribit, 5088.
S. Epiphanius Ticinenſis Epiſcopus floret, 5202.
Epiroticum bellum, 4434. finitum, 4440.
Equites Rom. equo merere cœperunt, 4311.
S. Equitius, 5217.
Eraſiſtratus medicus, 4420.
Eretria à Perſis incenſa, 4223.
Eſaü naſcitur, 2837. alienigenas duxit, 2877, benedictione paterna fraudatur à fratre, 2914.
Eſtheris tempus, lib. XII, *cap.* XXVIII, 470. *quomodo Scaliger in appellatione hallucinatus ſit oſtenditur B. refutatur D. verum eius tempus conſtituitur, cap.* XXVIII, 471.
Euagoras Cyprum recuperat, 4323. cum Perſis bellum gerit, 4328. occiſus, 4340.
Euagrius Antiochiæ epiſcopus, 5102
Euander in Italiam venit, 3470
Euaricus Viſigothorum rex, 5179, obit, 5197
Euariſtus Papa iniit, 4823. obiit, 4832.
Euboicum fretum obſtructum, 4304.
Eudocia Theodoſij vxor Hieroſolymam voti ſoluendi cauſa mittitur, 5151. Catenarum S. Petri alteram ad Eudoxiam filiam mittit, alteram Conſtantinopoli ſeruat, 5152.
Eudoxia nubit Arcadio, 5108.
Eudoxiæ mors, lib. XI, *cap.* XLVII, 377. & A. 5117.
Eudocia Valentiniani filia à Gẽſerico capta, 5168.
Eudoxia Hunerici vxor in loca ſancta clam profugit, ibique mortua eſt, 5185.
Eudoxius Arianus, 5079. moritur, 5083.
Eudoxus floret, 4292. & 4327.
S. Eugenia martyr, 4972.
Eugenius tyrannus occiſus, 5107.
Euilmerodach iniit, 4150.
Eumenes, 4390. & deinceps. captus ab Antigono, 4399.
Eumenes Pergami princeps, 4450.
Eumenes Attalo ſuccedit, 4516.
Eumenes Eumenis filius regnat, 4556.
Euphaës rex Meſſeniorum occiditur, 3984.
Euphemius epiſcopus Conſtantinop. 5202.
Euphron Sicyoniorum tyrannus, 4346.
Euripides naſcitur, 4234, floret, 4271.

Europa ab Ioue rapitur, 3268.
Eurydice Arhidæi vxor ab Olympiade cæſa, 4396.
Euryſtheus Heraclidas inſequẽs occiditur, 3509.
Euſebia Conſtantio nubit, 5049.
Euſebij epocha Chronologica, & annorum caput declaratur, *lib.* IX, *cap.* I.
Euſebius Chronicon ſuum terminat, 5038. moritur, 5053.
Euſebius Papa iniit, 5022. obit. 5024.
Euſebius Vercellenſis obiit, 5083.
Euſebius Nicomedienſis Conſtantinopolitanus Epiſc. moritur, 5055.
Euſtathius Antiochenus, 5053.
Euſtochium moritur, 5132.
Eutychianus Papa iniit, 4988. martyrio coronatur, 4996.
Eutharicus Amalaſuntham ducit, 5228.
Eutropius, 5109.
Eutyches damnatus primò, 5161. rurſus, 5164.
Exodus Iſraëlitica in quod tempus inciderit, lib. IX, *cap.* XXIV, 54. *à mundo condito ad Exodum annorum certa ratio.* ibid. *Falſa Genebrardi ſententia exponitur & confutatur*, 55.
Exuperius Toloſanus, 5107.
Ezechias naſcitur, 3963. regnat, 3987. ægrotat, 4000. legatos Merodach excipit, 4001. *De eius anno* XIV *vide lib.* IX, *cap.* LVI.
Ezechiel in Babyloniam abducitur, 4115. prophetat, 4119.

F

FABIANVS Papa, 4949. moritur, 4963.
Fabij trecenti opponunt ſe Veientibus, 4235. cæduntur, 4237.
Fabij Maximi in filium pietas, 4423.
Fabius Gurges de Samnitibus triumphat, 4423.
Fabius Allobrogas vicit, 4593.
SS. Fauſtinus & Iouita, 4833.
Fauſtus Regienſis, 5203. eius libri damnati, 5234.
Fabricius Roman. dux Pyrrho oppoſitus, 4436.
Faliſci dedunt ſe Camillo, 4320. rurſus domiti, 4358.
Faſtorum recenſio, *lib.* XI, *cap.* XXVI.
Feliciſſimus presbyter in Africa ſchiſma conflat, 4964.
S. Felicitas martyr, 4886.
Felix Papa iniit, 4984. obiit, 4988.
Felix Papa tertius iniit, 5196. obiit, 5205.
Felix IV iniit, 5239, obit, 5243.
Felix Manichæus Hippone regio ab Auguſtino conuincitur, 5117.
Felix Procurator Iudaæ, lib. XI, *cap.* XI, *pag.* 315.
Fidenates à Romanis victi, 4288.
C. Fimbria, 4629. occidit, 4630.
L. Flaccus à Fimbria occiſus, 4629.
Ælia Flacilla Theodoſij coniux, 5098.
L. Flaminius Senatu mouetur, 4530.
Flauianus Epiſcopus Antioch. 5101. alter cognominis, 5225.
Flauius Clemens conſul Domitiani conſobrinus Chriſtianæ religionis cauſa necatur, 4808.
Flauia Domitilla relegatur, 4808.
Floralia inſtituta, 4541.
Florianus Imper. 4989.
Fortunæ reducis aræ, 4695.
Francorum regnum incipit, 5133.
Franci Salij, 5071.
Fredibalus Vvandalorum rex ingenioſè captus ad Honorium deſtinatur, 5129.
Fritigil Marcomannorum Regina ad Chriſtum conuertitur, 5019.
Corn. Fronto, 4860.
S. Fructuoſus, 4972.
Frumentius Tyrius Euangelium in Indiam importat, 5040.
S. Fulgentius, 5217. obiit, 5242.
Fuluia Antonij vxor moritur, 4674.
Furius Bibaculus, 4612.

G

GAbinius, 4658. reducit Ptolemæum, 4659.
Gainas contra Rempub. rebellat, & in Aſia cũ Tribigildo perbacchatur, 5112. Arianis Eccleſiam petit, ſed à Chryſoſtomo deterretur. tandem ab Arcadio hoſtis denuntiatur, & fugiens in Thracia occiſus eſt, 5113. eius caput haſtili præfixum Conſtantinopolim allatum, 5114.
Galba imperium occupat, 4781. ab Othone occiditur, 4782.
Galbæ Imperium, *lib.* XI, *cap.* XVI, 325.
Galenus Medicus, 4852.
Galerius Maximianus cum Auguſto Conſtantio Chloro imperium partitur, 5017.
Galerius Maximianus Armentarius Conſtantinum patri repoſcenti miſit, 5019. aduerſus Maxentium bellum gerit, 5020.
Galerius Maximianus peſtilenti vulnere extinguitur, 5024. à Maxẽtio inter diuos relatus, ib.
Galerius Maximinus Imper. prælio à Conſtantino & Licinio vincitur, 5026.
Galla Placidia nubit Theodoſio, 5099.
Galli Cluſium obſident; indéque Romam occupant, 4323. & 4324. Ciſalpini cum Romanis fœdus ineunt, 4380. in Romanos fines irrumpunt, 4410. 4415. rurſus id faciunt, ſed magna ſua clade, 4419. Arretium obſident: & vincuntur, 4431. 4432. in Græciam irrumpunt, 4436, & ſequentem. victi, 4489.
Gallicinium duplex, *lib.* XII, *cap.* XIX, 452. *A.*
Gallienus Imperator cœpit anno, 4967. *Vide lib.* XI, *cap.* XXVI, 339. *D.*
Gallienus in Poſtumum bellum gerit, 4976. decennalia celebrat. ibid. fraude Martiani & Cecropij occiditur, 4981.
Gallus & Voluſianus quando ceperunt Imperium, lib. XI, *cap.* XXVI, 339. *C.* Vide A. 4964.
Cor. Gallus poëta moritur, 4688.
Gallus Iuliani frater fit Cæſar, 5064. occiditur, 5067.
Gangrenſis Synodus, 5032.
Ganymedes à Tantalo rapitur, 3338.
Gaza ſolo æquata, 4618.
Gedeon Iſraëlitas liberat, 3460. moritur, 3500.
Gelaſius Papa iniit, 5205. obiit, 5209.
Gelo Syracuſis tyrannidem occupat, 4223. Pœnos acie vincit, 4234. obiit, 4236.
Geminianus Preſbyter Antiochiæ, & Hippolytus clari ſcriptores, 4940.
Genebaudus Laudunenſis Epiſcopus, 5208.
Gennadius Romæ orator, 5066.
Gennadius Conſtantinopolitanus Epiſcopus iniit, 5171. Danielem interpretatur, 5183. moritur, ibid.

S. Genoueſa Deo à ſancto Germano deſponſata, 5142. obiit, 5219.
Genſericus in Africam euocatur, 5149. Carthaginem capit, 5152. obiit, 5190.
Gentius Illyrici rex victus, 4646.
Georgius Alexandrinus Epiſcopus ab Alexandrinis occiſus, 5071.
Germanicus in Pannoniam mittitur, 4720. Germanos vincit, & in Parthos mittitur, 4729. moritur in Syria, 4732. Romam caput eius defertur, 4733.
Geta Seueri F. 4912. occiditur, 4925.
S. Germanus Antiſiodorenſis, 5142.
S. Germanus Capuanus, 5210.
Gildo Maurici reguli filius à Theodoſio Africæ comes, & vtriuſque militiæ magiſter factus rebellans opprimetur, 5111.
Gilimer Vandalorum rex, 5243.
Glaucus ferrum glutinat primus, 4018.
Glycerius imperat, 5186. pellitur, 5187.
Gordiani præſertim iunioris initium, lib. XI, cap. XXIV, 336. 337.
Gordiani ambo Carthagine imperium vſurpant, 4949. iidem à Capeliano perempti, 4950.
Gordianus Imperator eligitur, 4951. Miſithei doctiſſimi filiam ducit, 4954. contra Perſas tendit, 4955. à Philippo præfecto Prætorij trucidatur, 4957.
Gorgias primùm Athenis auditus, 4287.
Gotthi Conſtantini metu repreſſi, 5037.
Gotthi à Hunnis expulſi, à Romanis recepti, & in Thracia collocati, 5089. aduerſus Romanos rebellant, 5090. Stiliconem vincunt, 5113.
Gotthorum in Africam profecta claſſis tempeſtate in Gaditano freto periit, 5127. Aquitania illis data, 5132.
Gothorum principes Iudices, non Reges appellantur, lib. IX, cap. XXXIII, 78.
C. Gracchus occiſus, 4593.
Græcorum computus triplex, ſed vltimus receptior, lib. IX, cap. III, 5. horum ratio declaratur, cap. IV, 7. Characteriſmi annorum in illis tribus, 9. D.
Græcorum annus ad Olympiadas accommodatus, lib. IX, cap. XXXIX, 90.
Græcorum annorum, qui in libris Machabæorum ſic appellantur, epocha, lib. X, cap. XLIII.
Græcorum computorum exploratio, lib. IX, cap. III, 7. B.
Græcorum computatio varia, lib. IX, cap. XLII, 369. D.
Græcorum triplicis computi origo, lib. IX, cap. IV, II.
De eodem à Scaligero dicta refelluntur, cap. V, 12.
Gratianus Valentiniani filius naſcitur, 5072. Conſtantij poſtumam Conſtantiã ducit, 5074. imperat, 5080. moritur, 5096.
S. Gregorius Thaumaturgus, 4944. & 4970. obiit, 4979.
SS. Gregorius, & Baſilius è ſolitudine vt Arianis reſiſterent reuocantur, 5079.
S. Gregorius Nazianzenus obiit, 5102.
Gryphina ſororem Cleopatram interficit, 4602. interficitur mox ipſa, 4603.
Gundericus rex Vvandalorum à dæmone correptus perit, 5139.
Gundebaldus rex Burgundionum, 5209.
Gylippus dux Lacedæm. in Siciliam mittitur, 4299.

H

HAdriani Imperat. Rom. tempus, lib. XI, cap. XXII, 332. 333. ex Ptolemæo dubia quædam loca explicantur, C. Cur idem Ptolemæus à vera Chronologia diſcrepet, 334. B.
Hadrianus Imperator naſcitur, 4789.
Hadrianus Roma in Africam proficiſcitur, 4838. in Orientem profectus per Athenas iter facit, 4839. in Aſiam venit, 4840. Hieroſolyma inſtaurat, 4842. ex Ægypto in Syriam reuertitur, 4845.
Hanno Carthag. occidit, 4455.
Harmodius & Ariſtogito Piſiſtrati filium Hipparchum interficiunt, 4201. ſtatuæ illis poſitæ, 4204.
Harpalus ab Alexandro fugit in Græciam, 4387.
Haſamonæi Pontifices vnde dicti, lib. X, cap. LII, 246. Eorum deinceps ſeries vſque ad Herodem vſque ad cap. LV.
Hebdomades Danielis incipiunt, 4260.
Hebdomades abbreuiatæ, cap. XXXV, 482. Danielis verba ex c. IX, ſingillatim explicantur, c. XXXV.
Heber naſcitur, 2487.
Hegiræ anni, lib. XI, cap. I, 387. C.
Helena Conſtantini mater Crucem Domini reperit, 5039. moritur Romæ, 5040.
Helenam Theſeus rapit, 3505. Paris eandem rapit, 3520.
Helenopolis vnde dicta, 5040.
Heli pontifex naſcitur, 3521.
Heli decimus ab Aarone pontifex, lib. X, cap. XLVIII, 241. B.
Heliodorus templum Hieroſol. inuadit, 4528.
Hellanicus ſcriptor hiſtoriæ, 4219.
Helotes rebellantes à Lacedæmoniis domiti, 4245.
Heluidius Priſcus Stoicus cum Stoicis, Cyniciſque à Veſpaſiano vrbe ſummotus, 4786.
Henoticon Zenonis, 5195.
Heraclianus in Africa tyrannidem occupat, 5125. in æde Memoriæ occiditur Carthagine, 5126.
Heraclidæ Peloponneſum primò occupant: ſed ſtatim pulſi ſunt, 3509. rurſus obtinent, ibique regnant, 3611.
Heraclidarum variæ in Peloponneſum expeditiones, lib. IX, cap. XXX. 69.
Heraclitus Epheſius, 4210.
Heraclius Imperator quo tempore initium habuit, lib. XI, cap. XLIX. 385.
Her Iuda patre naſcitur, 2945.
Hercules in Italiam venit, 3476. moritur, 3496. & 3611.
Herdonius Sabinus Capitolium occupat, quod recuperatur, 4254.
Hermæ abſciſſi, 4299.
Herminefredus Thoringorum rex fratrem Bertarium regni collegam interficit, 5232.
Hermocrates Syracuſanus exul Pœnos oppugnat, 4305. occiditur Syracuſis, 4306.
Herodis magni initium, & hiſtoria, lib. X, cap. LXV, 274. 275. Scaligeri ſuper eo initio errata caſtigantur, cap. LXVI.
Herodis obitus ex Ioſepho & Dione, lib. XI, cap. I, 291. Euſebij hallucinatio de Herodis annis, cap. II. In nouæ Chronologiæ ſententiam inquiritur de Herodis initio, cap. III.
Herodis exceſſus à Scaligero diſputatus refellitur, cap. IV.

Herodes Aſcalonita an Idumæus, cap. v, 297. quod Idumæus fuerit, 298. Quo ſenſu alienigena dicatur, 299. A.
Herodis poſteri, ij maximè, quos ſacræ paginæ complectuntur, lib. xi, cap. x.
Herodes Mariamnem ducit, 4672. regnum obtinet primò, 4674. ſecundum initium, 4677. eius annus xiii, 4689. annus xvii, 4694. moritur, 4710.
Herodes Antipas in exilium truditur, 4753.
Herodes Agrippa, 4754. *Vide lib. xi, cap. x, p. 310.*
Herodias, ibid. pag. 311.
Herodotus naſcitur, 4231. hiſtoriam in Thuriis ſcribit, 4270.
Heros vir ſanctus Arelatæ Epiſcopus, 5125.
Hetruſcum bellum, 4402.
Hicetas tyrannus, 4434.
Hiero rex Siciliæ, 4236. moritur, 4247.
Hiero alter Syracuſis regnat, 4445. Romanos adiuuat, 4488.
S. Hieronymus in Syriæ ſolitudine degit, 5085. à Paulino Antiocheno Preſbyter ordinatur, 5092. Conſtantinopoli Gregorio Nazianzeno præceptore vtitur, 5092. in Syriam nauigat, 5098. librum de Scriptoribus Eccleſ. edit, 5105. in Vigilantium hæreticum ſcribit, 5119. moritur, 5133.
Hieroſolyma obſeſſa à Nabuchodonoſore, 4122. capta & diruta, 4125. *Vide & lib. x, cap. vi.* capta ab Herode, 4677. priuſquam à Romanis caperetur, portenta quædam futurum excidium denunciant, 4778. exciſa ſunt à Tito, 4783. *Vide lib. xi, cap. xvii.* inſtaurata ab Adriano, 4843.
Hieroſolymitanum concilium Apoſtolorum tempore, lib. xi, cap. xii, 318.
Higinus Papa iniit, 4865. obiit, 4869.
S. Hilarionis mors, 5085.
S. Hilarius Pictauorum Epiſcopus exilio mulctatur, 5068. ad Gallias redit, 5073. moritur, 5082.
S. Hilarius Arelatenſis vexatur, 5158.
Hilarus Papa iniit 5174. obiit, 5180.
Hildericus Hunerici F. Vandalis regnat, 5235. exauthoratur, 5243.
Himerei ad Hieronem confugientes ab eo proditi, 4238.
Hipparchus æquinoctium obſeruat, 4552. 4555. 4556. 4567. 4568. 4571. 4579. 4586.
Hipparinus Dionyſij iunioris filius, 4361.
Hippias & Hipparchus Piſiſtrati filij, 4187.
Hippias pulſus ad Perſas confugit, 4204.
Hippias Sophiſta, 4278.
Hippicus poëta, 4174.
Hippocrates medicus, 4278.
Hippolytus Portuenſis Epiſcopus Canonem Paſchalem inchoauit, 4935.
Hippomenes filiam ſuam cum equo incluſam fame enecat, 3987.
Hipponax Iambographus, 4026.
Hipponenſe concilium celebratur, 5106.
Hiſpaniæ Prætores duo diuiſâ primùm prouinciâ, 4517.
Hiſpanica æra, 4676.
Hiſpanica æra, eiuſque initium, origo, & vſurpatio, lib. x, cap. lxviii, 278. 279, 280. Cœpit anno 4676.
Hiſtiæus Mileti tyrannus cum Dario in Perſidem abiit, 4207. author eſt Ariſtagoræ vt deficeret, 4209.
Holofernes à Nabuchodonoſoro in Syriam mittitur, lib. xii, cap. xxvi, 469. *B.*
Holofernes à Iudith occiſus, 4026.
Homeri ætas, lib. ix, cap. xxx, 71.
Homerus naſcitur, 3688.
Honoria Valentiniani Imperatoris ſoror à procuratore ſuo ſtuprata, 5147.
Honorius Imperat, 5106. eius edictum de carceratis laude dignum, 5122. moritur, 5136.
Horatius Cocles, 4207.
Horatius poëta moritur, 4703.
Hormiſda Papa iniit, 5227. obiit, 5236.
Hortenſius Dictator legem tulit de Plebiſſcitis, 4428.
Himera euerſa, 4296. 4305.
Hiramus Tyri rex, lib. xi, cap. lxii.
Hunericus iniit, 5179. in Catolicos ſæuit, 5194. & 5197. quo & moritur.
Hyllus Delphico Apollinis oratulo deluſus, lib. ix, cap. xxx. occiditur, ibid.
Hypatia Theonis philoſophi filia membratim conciditur Alexandriæ, 5128.
Hyperbolus Athenis Oſtraciſmo relegatus, moritur, 4303.
Hyrcanus quo tempore pontificatum inierit, lib. x, cap. liv. 249. quot annis pontificatum tenuerit, 251. A.
Hyrcanus Alexandri F. in Iudæa regnat, 4636. Pontificatum tenet, 4645. à fratre eiicitur, 4648. reſtituitur à Pompeio, 4651. à Parthis mutilatur, 4674.

I

Iabin Iſraelitas opprimit, 3393
Iacob naſcitur, 2837. ad paternam benedictionem obrepit, 2914. ideo in Meſopotamiam fugit ad Laban, ibid. Liam & Rachelem ducit, 2921. fugit è Meſopotamia, 2934. in Ægyptum ad Ioſeph proficiſcitur, 2967. obiit, 2984.
Iacobi poſteri; eius profectio in Ægyptum, & ratio temporum in ſtirpis propagatione declarantur, lib. ix, cap. xix. 44. 45.
Iacobus frater Domini occiditur, 4774.
Iacobus Niſibenus, 5051.
Iaddua Pontifex Alexandro it obuiam, 4381.
Iani templum clauſum, 4479. iterum ab Auguſto, 4704.
Ianus in Italia regnat, 3385.
Iared naſcitur, 1190. moritur, 2152.
Iaſon Pheræus, 4344.
Iaſon Pontificatum ab Epiphane obtinet, 4538.
Ibas bis accuſatus, 5161.
Iberi fidem ſuſcipiunt, 5040.
Idæ montis conflagratio, 3273.
Idææ matris ſimulacrum Romam aduectum, 4510.
Idrieus Cariæ princeps, 4363.
Idumæi duces & reges, lib. xi, cap. xx, 50.
Idumæi ab Hyrcano domiti, & circuncisi, 4586. *& lib. xi, cap. v,* 298.
Iehu rex Iſraelis, 3830.
Iephte Iudex, 3548.

Ieremias, 4115. in Ægypto populum increpat, 4126.
Ieroboamus rex Iſraelis, 3739. moritur, 3760.
Ieroboamus alter, 3890.
IESVS CHRISTVS naſcitur, 4709.
Dom. Ieſus videndum ſe palam ſuper Oliueti montem præbuit, 5132. *reliqua vide in Chriſtus.*
Iezabel nubit Achabo, 3797. Nabothem interficit, 3815. occiditur, 3830.
Iezdegirdis Perſæ ara, lib. XI, cap. LI, 387.
S. Ignatius ad beſtias damnatur, 4820. laniatur in amphitheatro, 4821.
Ilium conditum, 3387. dirutum, 3530. *reliqua vide in Troia.*
Illus patricius, 5193. occiſus, 5201.
Illyricum bellum contra Teutam, 4485.
Imilco dux Carthagin. contra Dionyſium, 4317. victus, 4318.
Imperium Occidentale concidit, 5179.
Inachus Argiuorum rex cœpit, 2857.
Inarus rex Ægypti deficit à Perſis, 4251. in crucem actus, 4258.
Indictio Conſtantini, lib. XI, cap. XXXIX. vbi Scaligeri, & Georgij Monachi errata redarguuntur, p. 360. 361. Quid de hac Indictione veteres ſenſerint exponitur, cap. XL. Dies vnde Indictio cœpta, 364. B. Nouæ Chronologiæ de origine Indictionum ſententia, 365. D. vide & A. 5025.
Indictionum ratio in Græcis computis, lib. IX. cap. III, 10. B.
Induciæ inter Athenienſes & Lacedæmones annorum quinque, 4264. tùm annorum XXX, 4268. annuæ, 4291.
Innocentius Papa iniit, 5115. obiit, 5130.
Ioabi & Abneris prælium, 3661.
Ioakim rex Iuda, 4104. capitur à Nabuchod. 4115.
Ioakimi annus quartus ex Scaligeri ſententia excutitur, lib. IX, cap. LX. ſed ex rei veritate ſtabilitur, cap. LXI, 140.
Ioannes Baptiſta naſcitur, 4709. baptizat, 4741. eius caput Conſtãtinopolim deportatur, 5103. eiuſdẽ reliquiæ Alexandriam tranſlatæ, 5109.
S. Ioannes Apoſtolus in oleum feruens immittitur, 4806. Apocalypſim ſcribit, 4808. ab exilio reuertitur, 4809. Euangelium 90 ætatis anno ſcribit, 4810. moritur, 4812.
Ioannes Hyrcanus Simonis F. Pontifex, 4579.
S. Ioannes Chryſoſtomus presbyter ordinatur, 5100. fit Epiſcopus, 5111. exilio damnatur, 5117. *Vide & lib. XI, cap. XLVII. pag. 377.* obiit A. 5120. nomen eius in diptycha refertur, 5125. corpus Conſtantinop. delatum, 5152.
Ioannes Hieroſolymitanus, 5105.
Ioannes Papa iniit, 5236. obiit, 5239.
S. Ioannes Eleemon, lib. XI, cap. XLIX, 387. C.
Ioannes tyrannus Rauennæ occiditur, 5138.
Ioannes Silentiarius, 5204.
Ioannis Antiochenæ parœciæ presbyter contra Eutychianos ſcribit, 5199.
Ioannes Talaida Epiſcopus Alexand. 5195.
Ioas rex Iſraelis, 3885.
Ioatham rex Iuda, 3957.
Iob naſcitur ex Zara nepote Eſaü, 2951. vexatur à Sathana, 3000. moritur, 3139.
Iobi origo, lib. IX, cap. XX, 47. Duæ ſuper ea re ſententiæ proponuntur, ſed vltima magis probatur. ibid. explicatur quomodo Iobus ab Eſaü propagatus fuerit, 48. 50.
Iobus CXL annis poſt calamitatem vixit. ſed in totum CCXVII. obiit XXX circiter annis ante exitum Iſraelitarum. ibid. tota vitæ illius ſeries exponitur. 50. 51.
Ioiadas natus eſt, 3741. Ioam regem Iudæ prouehit, 3836. moritur, 3870.
Ionas propheta, 3890.
Ionathas Iudæ frater Pontifex, 4553. occiſus, 4570.
Iones victi à Dario, 4212. & 4216.
Ionica migratio, 3660.
Ioram rex Iſraelis, 3818.
Ioram rex Iudæ, 3825.
Ioſaphat naſcitur, 3765. regnare incipit, 3800. ad docendum populum anno Sabbatico Leuitas deſtinat, 3802. cum Ioramo contra Idumæos pugnat, 3818. Philiſtæos & Ammonitas vincit, 3823. moritur, 3825.
Ioſephus Iacobi filius naſcitur, 2928. à fratribus venditur, & in Ægyptum ducitur, 2945. ad ſtuprum ſolicitatus ab hera detrectat, & in vincula mittitur, 2955. ſomnia vinctorum interpretatur, 2956. Pharaoni oblatus eius ſomnium enarrat, ac toti Ægypto præficitur, 2958. obiit, 3038.
Ioſephus hiſtoricus naſcitur, 4750.
Ioſias naſcitur, 4065. regnat, 4073. occiditur, 4103.
Ioſue dux à Moyſe populi conſtituitur, 3223. Populum in Chananæam introducit, ibid. moritur, 3236.
Iouianus Imperator à militibus eligitur, 5076. Catholicum ſe profitetur, ibid. Idolorum templa claudi & aboleri ſacrificia iuſſit. moritur cruditate, 5077.
Iouinianus hæreticus à Siricio damnatus, 5103. relegatur, 5125.
Iphicrates dux Athen. 4321.
Iphitus Olympicum agonem inſtaurat, lib. IX, cap. XXXVII.
Iphitus agonem inſtituit, 3938.
S. Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus, 4891. moritur, 4916.
Iromus Tyri rex, 3666. diu regnauit, 3722.
Iſaac naſcitur, 2778. ablactatur, 2783. immolandus à patre ducitur anno ætatis XXV, 2802. vxor ei quæritur per ſeruum, & adducitur Rebecca, 2817. Huic ſterili prolem impetrat à Deo, 2837. peregrinatur in Geraris, 2852. Iacobo benedicit, 2914. moritur, 2958.
Iſaias prophetat, 3957.
Iſidis ſacra Romæ recepta, 4894.
Iſboſeth occiditur, 3667.
Iſmael naſcitur, 2763. eiicitur, cum matre, 2783. moritur, 2900.
Iſmenias Thebanorum dux, 4346.
Iſocrates obiit, 4385.
Iſraelitæ legem per Moyſem accipiunt, 3184. quæ in deſerto contigerunt, ibid. promiſſam terram ingrediuntur, 3223. ager illis diuiditur, & colere incipiunt, 3228. prima ſeruitus illorum, 3247. liberantur ab Otho-

niele, 3255. ſecunda ſeruitus, 3295. liberantur ab Aod, 3313. tertia ſeruitus, 3393. liberantur à Debora, 3413. quarta ſeruitus ſub Madianitis, 3453. liberantur à Gedeone, 3460. à Iepthe, 3548.
Iſraelitarum exitus à Scaligero & aliis demonſtratiuè colligitur, lib. IX, *cap.* XXII. *Sed refelluntur, cap.* XXIII, 52.
Iſthmia inſtituta, 3353.
Italia ingenti peſte vexatur, 4901.
Ithacius excommunicatur, 5098.
Iubilæi anni quinquaginta, aut quadraginta nouem annis definiti, lib. IX, *cap.* XXVII, 60. *rationes ex vtraque parte afferuntur, ſed vltima ſententia de* XLIX *annis antefertur*, 61. 62. *an eos annos perpetuò tenuerint Iudæi, nihil certi colligitur*, 63.
Iubilæus annus primus cœpit ab autumno anni 3276.
Iuda naſcitur, 2925. Chananæam ducit vxorem 2945.
Iudæa terra vendita, 4784.
Iudææ procuratores ab obitu Auguſti ad excidium Hieroſolymorum, lib. XI, *cap.* XI, 314. *D.* 315.
Iudæi ſub Romanis an gladij ius habuerint, lib. XI, *cap.* XIX, 452. *B.*
Iudæi Chriſtianos multos Alexandriæ occidunt, 5128.
Iudæi à quibuſnam Perſidis regibus Templi, vrbiſque inſtaurandæ poteſtatem acceperunt, lib. XII, *cap.* XXXI, 473. *B.*
Iudæis ad Cyprum appellere quolibet modo, capitale fuit, 4829.
Iudæorum deportatio triplex, lib. XII, *cap.* XXI, 454. *D.*
Iudæorum deportatio in Babyloniam prima, 4107. ſecunda, 4115. tertia, 4125. Pulſi Roma à Claudio, 4762.
Iudæorum Cyrenenſium inſignis crudelitas, 4827.
Iudaicum & Samariticum bellum, 4910.
Iudas Machabæus, 4547. Pontificatum iniit, 4550. occidit, 4553.
Iudicia à Senatoribus ad equites tranſlata, 4644.
Iudicum Iſraelitarum officium & nomen, lib. IX, *cap.* XXXIII. 77. 78.
Iudices non toti ſemper populo præfuerunt. ibid.
In Iudicum libro ſeruitutum diſcrimen valde notandum, 79.
Iudith tempus, lib. XII, *cap.* XXVI, 468. 469. *eius ætas. ibid. D*
Iudith Holophernem perimit, 4026.
Iugurthinum bellum, 4603.
Iulia Auguſti filia nubit Agrippæ, 4693. relegatur, 4712.
Iulia Manichæa fœmina cum S. Porphyrio diſputans moritur, 5116.
Iuliana fœmina primaria Calchedonenſem ſynodum accerrimè defendit, 5227.
Iuliana Periodus ſola ex Chronolog. Scaligeri libris reprehenſionem effugit, lib. IX, *cap.* I, *eius vſus. ibid.*
Iulianus annus, 4669.
Iulianus annus primus quando cœperit, lib X, *cap.* LIX, 260. *Refellitur Pauli Foroſempronienſis opinio de anno Iuliano primo, cap.* LXI, 263.
Didius Iulianus imperat, 4906.
Iulianus, qui poſteà Imperator fuit, contra Germanos accingitur, 5070. Alemannos bello vexat, & ad pacem petendam ſubigit, 5072. Lutetiæ Pariſiorum Auguſtus acclamatur, 5073. *Vide lib.* XI. *cap.* XLIV.
Iulianus vocatis ad ſe Chriſtianis Epiſcopis, vnumquemque ſuæ ſectæ ſeruire iubet, 5074. idem idolorum fana reſerauit, & in Pontificem maximum profanis ritibus conſecratus eſt, 5074.
Iulianus contra Perſas profectus Miſopogonem in Antiochenſes ſcribit, 5075. in Cteſiphontis obſidione cæſus, 5076.
C. Iulij Cæſaris Conſulatus, lib. X, *cap.* LVII, *bellum ciuile quando cœpit*, 255. *D. de Dictaturis eius quæſtio*, 256. *B. communis opinio à veteribus diſſentiens. D. Conſulatuum & Dictaturarum ordo*, 257. *C. noſtra de eo ſententia*, 258. *D. Solis defectio quæ ciuile Pompei & Cæſaris bellum anteceſſit, cap.* LVIII, 259. *annus quo Cæſar occiſus eſt in Senatu, lib.* X, *cap.* LXIII. *luminarium defectiones quæ circa tempus illud acciderunt*, 269. 270. *anni monarchiæ eiuſdem, pag.* 270. *Vide in C. Cæſar.*
C. Iulius Vindex à Nerone deficit, 4781.
Iulius Papa iniit, 5049. obiit, 5065.
Iulius Pollux, 4895.
Iuſtina Valentiniani Auguſti mater, Arrianam hæreſim promouere ſtudet, 5093. S. Ambroſium in exilium mittere conatur, 5100.
Iuſtinus hiſtoricus, 4852.
Iuſtinus Imperator iniit, 5231. obiit, 5240.
Iuſtinianus iniit, 5240.
Iuſtinus Martyr primam pro Chriſtianis apologiam edidit, 4852. pro Chriſto patitur, 4876.
Iuſtus Tiberiadenſis hiſtoricus, 4810.
Iuuencus Presbyter Hiſpanus Euangelia carmine vertit, 5041.
Iuuenalis Epiſcopus Hieroſolym. 5167.

L

Laboſoarchodus rex Babylonis, lib. X, *cap.* IX, *pag.* 168.
Lacedæmoniorum regnum iniit, 3612. victi à Meſſeniis vxores ſuas ad ſufficiendam ſobolem proſtituunt, 3988. terræ motu territi deficientibus Helotibus Athenienſium opem implorant: & remittunt offenſos, 4245. in Atticam irrumpunt, 4267. Victi ab Epaminonda ad Leuctra. 4343. obſeſſi, 4345. contributi Achæis, 4526.
Lacedæmoniorum & Corinthiorum ab Heraclidis fundata regna. lib. IX, *cap.* XXXI, 71.
Lacedæmoniorum regum duæ familiæ, ibid. & lib. XII, *pag.* 866.
Lachares Athen. tyrannus, 4415. fugit, 4418.
Lactantius Arnobij diſcipulus floruit, 5039.
Lacydes author Academiæ nouæ, 4473.
Læuinus Prætor, 4502.
Lamachus dux Athenienſis, 4290.
Lamech naſcitur, 1604.
Lamiacum bellum, 4391.
Laodice vxor Antiochi, 4466.
Laodicea condita, 4410.
Laodicea, Hierapolis, &c. terræ motu colla-

pſæ, 5207.
Latini contra Romanos bellum cient, 4213. victi, 4376.
S. Launomarus Carnotenſis, 5204.
S. Laurentius martyr, 4972.
Laurentius ſchiſmatis Romæ eſt author, 5211.
Lectiſternia Romæ primùm inſtituta, 4315.
Legis liber inuentus ſub Ioſia, 4090.
Legum quærendarum cauſa legati tres in Græciam à Romanis miſſi, 4260.
Leo primus Imperator iniit, 5170. in Vandalos & Geiſericum expeditionem ſuſcipit, 5181. obiit, 5187.
Leo iunior, 5187.
S. Leo Papa iniit, 5153. obiit, 5174.
Leonides Origenis pater & martyr, 4916.
Leoſthenes dux Athen. 4388. occiditur, 4391.
M. Lepidus mortuo Sulla ciuile bellum excitat, 4637.
Leporius Monachus mira de ſe præſumens à ſancto Auguſtino conuerſus, edito libro errorem ſuum retractauit, 5133.
Leuctrica pugna, lib. x, *cap.* xxxi, 207.
Leuctrica pugna, 4343.
Leui naſcitur, 2924. moritur, 3061.
Lex agraria primùm à Caſſio lata, 4228.
Lex Petilia, 4356.
Lex Hortenſia de plebiſcitis, 4428.
Lex Oppia abrogata, 4519.
Lex Fannia lata, 4553.
Lex Domitia de ſacerdotiis, 4611.
Lex Cæcilia Didia, 4616.
Lex Calpurnia, 4647.
Lia nubit Iacobo, 2922.
Libanius, 5075.
Liberius Papa iniit, 5065. obiit, 5080.
Libycum bellum à Carthagin. geſtum, 4473.
Licinius fit Cæſar, 5020. Imperator, 5021. Chriſtianos in odium Conſtantini vexat, 5032. cum Conſtantino confligens, ac ſæpè victus pacem facit, ſed denuò nouis rebus ſtudens perimitur, 5038.
Linus Papa iniit, 4780. moritur, 4791.
Litorius captus à Gothis, 5152.
Liuia nubit Auguſto, 4676. Auguſtum ad lenitatem inflectit, 4717. ægrotat, 4735. moritur, 4742.
Liuius poëta, 4474.
M. Liuius Druſus, 4623.
Longinus Iſaurus, 5211.
Longobardi primùm è Scandia egreſſi, 5092.
Loth cum Abraamo migrat in Chananitidem, 2752. ab eodem ſeparatim habitat, 2753. captiuus abducitur à Codorlahomor, & ab Abraamo liberatur, 2757. è Sodomorum incendio eripitur, 2776.
Lucanus poëta moritur, 4778.
S. Lucianus martyr, 5024.
Lucifer Caralitanus, 5069. ſchiſma facit, 5075. moritur, 5083.
Lucilius poëta naſcitur, 4566. moritur, 4611.
Lucilla Commodi ſoror in eum cum multis aliis conſpirat, 4898.
Lucius Papa, 4966. obiit, 4968.
Lucretia violatur, 4205.
L. Lucullus contra Mithridatem mittitur, 4640.
Ludi ſæculares Auguſti, 4697.
Ludis Senatus primùm à plebe diuiſus, 4520.
Lugdunenſes martyres, 4890.
Lupus præfectus templum Iudæorum ab Onia Pontif. conditum demolitur, 4784.
S. Lupus Trecenſis obiit, 5191.
Luſitani ſubacti, 4615.
De luſtro Olympico coniectatio Scaligeri expenditur. vbi demonſtratur Iulianum quadriennium nunquam pro Olympiade ſumptum. Auſonij ſententia ſuper ea re explicatur. Socratis itidem varia loca, lib. ix, *cap.* xl.
Lutatius Pœnos vicit, 4472.
Lycortas Achæorum præfectus, 4532.
Lycurgus, 3830. eius leges ſublatæ, 4526.
Lydorum regum, lib. x, *cap.* v, 160. 161.
Lydorum regnum Heraclidæ obtinent, 3492. cum Mileſiis annis xi confligunt, 4093. & 4103.
Lyſander dux Lacedæm. 4306. victis Athenienſibus vrbem obſidet, 4309. capit, 4310. Heraclidis abrogare contendit imperium, 4311.
Lyſandra vxor Agathoclis Lyſimachi filij, 4422. fugit ad Seleucum, 4429.
Lyſias naſcitur, 4255. in Thurica colonia migrat, 4270.
Lyſimachus Alexandri ſucceſſor, 4390. à Getarum rege capitur, ac dimittitur, 4422. in Macedonia regnat, 4426. filium occidit, 4429. occumbit in prælio contra Seleucum, 4432.

M

MAcedoniani concilium cogunt, 5078.
Macedonicum bellum primum iniit, 4514. deſiit, 4518.
Macedonicum bellum ſecundum incipit, 4543. deſiit, 4646.
Macedonicum bellum tertium, 4572.
Macedonius hæreſim contra Spiritum ſanctum publicat, 5073.
Macedonius Epiſcopus Conſtantinopol. 5211.
Macedonicum regnum cœpit, 3900.
Macedonum Imperij primordia, lib. ix, *cap.* xxxvi, 86. *& lib.* xii, *pag.* 867. *vide & Paralipomena, lib.* xiii, *pag.* 848.
Machabæi ſeptem fratres, 4546.
Machabæi pontifices enumerantur, lib. x, *cap,* lii, 246.
Machabæorum nominis origo, ibid.
Machabæorum libri aduerſus Scaligerum defenſi, lib. x, *cap.* xliii.
Machanidas Lacedæm. tyrannus, 4508.
Macrinus Imperator, 4930.
Madianitæ Iſraelitas opprimunt, 3453.
Magi Perſarum imperium occupant, 4192. à ſeptem principibus occiduntur, 4193.
Magi quo tempore Bethleemum aduenerint, lib. xii, *cap.* viii.
Magi Chriſtum adorant, 4710.
Magnentius à Conſtantio victus, 5064. deſperatis in Galliis rebus, ſe apud Lugdunum interficit, 5066.
Mago Carthag. dux, 4321.
Malaleel naſcitur, 1125. obiit, 2020.
Maiorianus imperare cœpit, 5170.

Maldias germanum ſuum fratrem interficit, 5172. poſteà iugulatur, 5173.
Mamertini ad Romanos confugiunt, 4449.
Manahem rex Iſraelis, 3943.
Manaſſes naſcitur, 4004. regnat, 4016. captiuus in Babyloniam abducitur, 4024. reſtituitur in integrum, 4027.
Mancinus, 4577.
Manichæorum hæreſis, 4990.
Manichæi intercepti, & eorum codices combuſti, 5156.
Maniliam legem tuetur Cicero, 4648.
Manſiones Iſraelitarum in deſerto, 3183, & 3184. & 3222.
Manius Curius de Samnitibus triumphat, 4424.
Manlius à Camillo de ſaxo deiectus, 4330.
T. Manlius à patre rus ablegatus eundem periclitantem ſeruat, 4352. idem Gallo cæſo torquem detrahit, 4353.
Mantinæenſe prælium, 4351.
Marathonia pugna, 4224. *Vide & lib.* x, *cap.* xxii, 192.
Marcellinus Trib. in Africa, 5124.
Marcellinus Papa iniit, 5009. obiit, 5017.
Marcellus Syracuſas obſidet, 4500. occiditur, 4506.
Marcellus Octauiæ F. moritur, 4691.
S. Marcellus Papa iniit, 5018. pro Chriſto patitur, 5022.
Marcianus imperat, 5163. eius memorabilis hiſtoria deſcribitur ex Theophane, 5164. moritur inſigni pietate commendatus, 5170.
Marcio hæreſim ſuam vulgat, 4847. & 4859.
Marcomanicum bellum, 4882.
Marcus primus è gentibus Hieroſolymorum Epiſcopus, 4848.
Marcus Imperator in Quados bellum gerens Chriſtianorum precibus victoriam obtinet, 4817.
Mardochæus abducitur in Babyloniam, 4115.
Mardokempadi initium, 3993. legatos ad Ezechiam mittit, 4001.
Mardokempadus Babylonis rex, & eius epocha ab eclipſibus lunaribus inſignis, lib. ix, *cap.* liii, 127.
Mardonius à Dario miſſus in Aſiam tyrannos ſuſtulit, 4218. ad Plateas vincitur, 4235.
Maria ſoror Moſis naſcitur, 3097. contra Moyſem murmurat, 3184. moritur, 3222.
Mariamne nubit Herodi, 4672. interficitur, 4686.
Marina patre Arcadio nata, 5116.
C. Marius Iugurtham vincit, 4607. Cimbros fundit, 4612. fugatur à Sulla, 4626. vrbem capit, 4627. moritur, 4628.
Marius iunior, 4632.
Maronitæ à Philippo trucidati, 4530.
Marſicum bellum init, 4623.
Martianus Arelatenſis Epiſcopus in Gallia Nouatiani dogma complectitur, 4969.
S. Martinus naſcitur, 5029.
S. Martinus Turonum Epiſcopus, 5088. cum Ithacianis inuitus communicat, 5099. moritur, 5114. *Vide lib.* xi, *cap.* xlv, 374.
Maſaniſſa, 4511. moritur, 4566.
Maſſilia condita, 4175.
Maternus Hiſpaniam Galliáſque populatur, 4901.
Mathathias, 4546. moritur, 4547.
Mathathias an Pontifex ſit habendus, lib. x, *cap.* lii, 247. A.
Mathematici Româ pulſi, 4765. docere permiſſi, 4938.
Mathuſalem naſcitur, 1604. obiit paulo ante diluuium, & eodem anno 2385.
Mauritius Andegauorum Epiſcopus, 5107.
Mauuia Saracenorum regina, Chriſtianam fidem complectitur, 5085.
Maxentius tyrannus, 5019. *à Conſtantino magno vincitur, lib.* xi, *cap.* xxxvii. & anno 5025.
Ioannes Maxentius Monachus floruit, 5233.
Maximianus Herculius quando imperium tenuit, lib. xi, *cap.* xxxi, 349. *Auguſti & Cæſares qui per idem tempus extiterunt, cap.* xxxiv. 354. Vide & annum 4998. &, 4999. moritur, 5023.
Maximini primi Imperatoris initium, 4948. *Vide lib.* xi, *cap.* xxiv, *pag.* 336. moritur, 4950.
Maximini poſterioris initium lib. xi, *cap.* xxxiv, *& A.* 5017. perſecutionem in Chriſtianos inſtaurat, 5025. eiuſdem iuſſu ſceleratiſſimus liber in Chriſtum vulgatus eſt, 5025. periit, 5026.
Maximus contra Gratianum tyrannidem occupat, 5096. Gratianum Menelaus occidit, 5097. Vincitur à Theodoſio, 5101.
Maximus alter poſt Valentinianum occiſum tyrannidem inuadit, 5161.
Maximus Tyrius, 4860.
S. Maximus abbas Aurelianenſis, 5204.
Mecænas obiit, 4706.
Medi à Dario Notho deficiunt, 4306.
Medicus Romæ primùm, 4495. Iacobi medici audax facinus ſub Leone Imper. 5175.
Mediolanenſe concilium indictum à Conſtantio, 5068.
Medorum rex imperium iniit, 3838.
Medorum regum ſucceſſio, lib. ix, *cap.* xxxiv, 84.
Megarenſes à Corinthiis vexati ad Athen. confugiunt, 4256. Athenienſis longos muros ipſis ædificant, ibid. deficiunt ab Athen. ſed à Pericle domiti, 4266.
Melania Hieroſolymam nauigat; ſed Origenis erroribus afflatur, 5085. ſenior moritur, 5122. iunior cella ſe claudit, 5132.
Melanthus rex Athen. lib. xiii, *pag.* 847.
Melchiades Papa cœpit, 5024. moritur, 5026.
Melchiſedech rex Salem occurrit Abraamo, 2757.
Meletius Lycopolitanus Epiſcopus ſchiſmatis in Ægypto author fuit, 5020.
Melij ab Athen. deficiunt, mox puberes omnes occiſi, 4298.
Meliſſus, 4270.
Melito Sardenſis Epiſcopus, 4883.
Melius tyrannidem ambiens Romæ occiditur, 4275.
Memnon cuius ſtatua vocalis, 3096.
Memnon Perſarum dux, 4381.
Memphis ab Api condita, 2975.
Memphis obſeſſa ab Athen. à Perſis liberatur, 4258.

Menander naſcitur, 4372. moritur, 4421.
Menelaus intruſus in Pontificatum, 4541.
Menſes tricenarij Patriarcharum ac Diluuij tempore, lib. IX, *cap.* IX, 24.
Mentor Perſarum regi operam nauat, 4364. ab Ocho honoratus, 4365.
Merodach quando vixerit, lib. XII, *cap.* XXVI 468. C.
Meroueus Francorum rex, lib. XI, *cap.* XLVIII. 380, *B.* & A. 5161.
Meſſalina Claudij coniux, 4756. necatur, 4761.
Meſſeniacum bellum à Lacedæmoniis ſuſceptum, 3971. recruduit, 3975. victi Meſſenij Ithomen ſe recipiunt, 3977. vincunt Lacedæmonios, 3988. Ithome capta finitur bellum, 3991. deficiunt rurſus Ariſtomene duce, 4029. Lacedæmonij fraude ſuperant, 4032. Meſſene decem annis oppugnata, ibid. Ira expugnata bellum Meſſeniacum finitum, 4043.
Meſſenij coloni in Siciliam nauigant, Meſſana ab iiſdem condita. 4044.
Meſſenij tota Græcia à Lacedæmoniis expulſi, 4313.
Q. Metellus Achæos vincit, 4568.
Q. Metellus Macedonicus, 4584.
Metellus Iugurtham vincit, 4605.
Metellus ab exilio reuocatur, 4615.
Q. Metellus contra Sertorium pugnat, 4634.
Meto enneadecaëteridem publicat, 4281.
Metrophanes Byzantij Epiſcopus, 5030.
S. Michaelis crypta in Gargano monte inuenta, 5206.
Midas in Phrygia regnat, 3405.
alius Midas ibidem, 3998.
Miletus condita, 3439. euerſa, 4216.
Mileuitanum concilium primum, 5115. alterum, 5129.
Milo Clodium occidit, 4662.
Miltiades pro Chriſtianis apologiam ſcribit, 4883.
Miltiades dux Athenienſium Perſas ſuperat, 4224. infelici contra Parios expeditione ſuſcepta in vincula coniicitur, & moritur, 4225.
Mindarus dux Lacedæm. occumbit, 4303.
Mineruius Burdigalenſis Rhetor, 5066.
Minos regnare incipit, 3305.
Miſenus & Vitalis legati Rom. Pontif. lapſi, 5197. Miſenus reconciliatur, 5208.
Miſitheus Gordiani ſocer dolo necatur, 4956.
Mithridates Romanos ciues interficit, 4626. moritur, 4651.
Mithridaticum bellum, 4620. 4626.
Mitylenæi ab Athen. deficiunt. ſed vrbs capta, 4286. rurſus à Pachete capti, & damnati liberantur, 4287.
Moab naſcitur Loto patre, 2778.
Modeſtinus IC. 4935.
S. Monica Auguſtini mater obit, 5102.
Montanus cum Priſcilla & Maximilla hæreſi apud Phryges initium dedere, 4892.
Montenſes Donatiſtæ dicti, 5069.
Moyſes naſcitur, 3103. Ægyptium occidit, & in Madianitidem fugit, ac Sephoram ducit, 3143. à Deo in Ægyptum redire iubetur, 3182, variis editis miraculis Pharaonem fruſtrà flectere conatur, ac tandem populum educit, 3183. legem fert populo, 3184. Tum alia per idem geſta tempus ibidem vide. moritur, 3223.
Moyſes Anachoreta, 5081.
Mucius Aſiam ſanctiſſimè rexit, 4619.
Muhammedes Arabum princeps, lib. XI, *cap.* L, 386.
Muhammedani ſextam feriam colunt, lib. XI, *cap.* L.
L. Mummius Achæos vincit, 4568.
Mundi epochæ demonſtratio expenditur ex apogei progreſſu, lib. IX, *cap.* VII, 19. 20.
Mundi annus primus cœpit anno Periodi Iulianæ 730, *Octobris circiter* XXVI, *lib.* IX, *cap.* VI. 10.
Mundi annorum calculus ex noſtra ſententia declaratur, ibid.
Mundus Autumno conditus, lib. IX, *cap.* VI, 18. 19.
L. Muræna cum Mithridate bellum gerit, 4632.
Muſa medicus, 4691.
Mycenæ ab Argiuis euerſæ, 4246.
Mycenis primus regnauit Perſeus, 3402.
Myronides dux Athenien. Corinthios vincit, 4257.
Myſteria Cereris inſtituta, 3327.

N

NAbis Lacedæm. tyrannus, 4522.
Nabonaſſari æra quo anno cœperit è cæleſtibus obſeruationibus eruitur. Exponuntur lunaria quædam deliquia à Ptolemæo notata. Cenſorinus illuſtratur, lib. IX, *cap.* LI, & LII. vide A. 3967.
Nabonidus Beroſi, lib. X, *cap.* VIII, 165. 166. *quis eo nomine cenſendus, cap.* IX, 167.
Nabopolaſſari initium ex Scaligeri ſententiæ, cap. LVII. *ſed vera & certa ratio conſtituitur, cap.* LVIII. *vbi Nabopollaſſarum non eundem cum Nabuchodonoſoro extitiſſe demonſtratur,* 136. D.
Nabopollaſſarus Babylone regnat, 4089.
Nabuchodonoſor rex Aſſyriæ, 4013.
Nabuchodonoſor Babylonius à patre mittitur in Syriam, 4106. regnare cœpit, 4107. Ioakimum capit, 4115. Tyrum obſidet, 4123. multos populos ſubiugat, 4130. Tyrum cepit, 4136. ſomnium videt, 4138. moritur, 4150.
Nabuchodonoſori Babyloniæ regis annus primus ſtatuitur, lib. IX, *cap.* LXI, 142. 143. 144.
Nabuchodonoſori ſucceſſorum vera hiſtoria, lib. X, *cap.* VII, 164. D.
Nachor naſcitur, 2579. obiit, 2727.
Narbonam colonia ducta, 4596.
Narciſſus Hieroſolymorum epiſcopus, 4910.
Næuius obiit Vticæ, 4511.
Naſica Romanorum vir optimus, 4510.
Narſes Perſa ad Romanos tranſit, 5243.
de Natali Chriſti anno veterum computatione explicatur, lib. XII, *cap.* I, 399. 400.
Natalis Chriſti tempus conſtituitur, lib. XII, *cap.* VI, 413. 414. 415.
Natalis Chriſti quomodo Græcis computis accommodetur, lib. XI, *cap.* III, 8. D.
Natalis Chriſti vulgaris incidit in annum mundi 3983, *cap.* VI, 18.
Natalis Chriſti dies conſtituitur, lib. XII, *cap.*

VII, & communis Eccleſiæ traditio, contra eos qui ex Ephemeriarum ſacerdotalium ordine nouam ſententiam inuehunt, defenditur, pag. 416. 417. 418.
Naxos ad quam nauali pugna Chabrias vicit Lacedæmonios, 4337.
Necao rex Ægypti, 4098.
Nectanebos pulſus Ægypto, 4364.
Nectarius Conſtantinop. Epiſcopus, 5103.
Nectenebos Ægypti rex, 4353.
Nemeacus agon ab Argiuis victus primùm, 4138.
Nemeſianus poëta, lib. XI, *cap.* XXVIII.
Neocæſarea in Ponto ſubuerſa, 5057.
Neocæſarienſe concilium à ſancto Gregorio celebratum, 4974.
Nephthali ex Bala Iacobi filius naſcitur, 2926.
Nepos Imperatoris Auguſtuli pater, 5187.
Nepotianus Eutropia Conſtantini ſorore natus à Magnentianis ducibus opprimitur, 5064.
Neriglisſarus rex Babylonis, 4153.
Nero virilem togam accipit, 4764. annos XVI natus Octauiam ducit, 4766. Poppæam deperit, 4771. quinquennale ludicrum inſtituit, 4773. Gymnaſium dedicat, 4774. vrbem incendit, 4777. in eum coniuratur, 4778. moritur, 4781.
Neronis tempus, lib. XI, *cap.* IX.
Neronis agon, obitus, ætas, cap. XV, 324.
Neſtorius Conſtantinopolitanus Epiſcopus fit, 5141.
Neſtorij libri interdicti, & incendio damnati. ille edicto Theodoſij in Oaſim deportatur, 5148.
Neſtorius per Ægyptum aliáſque prouincias hæreſim ſuam diſſeminat, 5142.
Cocceius Nerua in exilium truditur, 4802. Domitiani imperio ſuccedit, 4809. in eum coniuratur, 4810. moritur, 4811.
Neruæ Imp. Rom. tempus, lib. XI, *cap.* XXI, 332.
Nicæa ingenti terræ motu quaſſata, 5081.
Nicæna Synodus à CCCXVIII Patribus contra Arium celebrata, 5038.
Nicæni Concilij tempus, lib. XI, *cap.* XLI. *Triennale non fuiſſe, ibid. C.*
Nicanor à Iuda occiſus, 4552.
Nicias dux Athenien. in Siciliam nauigat, 4298. ibi infelicem exitum habet, 4300. tandem occubuit, 4301.
Nicocles in Cypro occiditur, 4404.
S. Nicolaus Myrenſis Epiſcopus, 5037.
Nicomedes vrbem, quæ Aſtacus antea dicebatur, cognominem facit, 4452.
Nicomedes Cretenſis muſicus poëta floruit, 4858.
Nicomedes Bithyniam Pop. Rom. legauit, 4639.
Nicopolis & Cæſarea terræ motu concidunt, 4841.
Niger contra Seuerum Antiochiam fuga dilapſus, eáque capta ad Euphratem properans occiditur, 4907.
Niniue bis, & quandonam euerſa, lib. X, *cap.* III, 158. 159.
Ninus, qui & Aſſur, 2604.
Noë naſcitur, 1786. arcam ædificare incipit, 2266. ex arca digreſſus Soteria celebrauit, 2386. moritur, 2736.
Neemias in Iudæam ab Artaxerxe mittitur, 4259.
Nonnus Edeſſæ Epiſcopus, 5144.
Nouatianus contra Cornelium Papam ſchiſma conflat, 4964. cuius gratia Romæ Synodus coacta, 4965.
Nouatus Epiſcopus in errorem inducitur, 4964.
Numa Romanorum rex, 4000.
Numantinum bellum cœptum, 4573. finitum vrbe ſubuerſa, 4582.
Numerianus Imperator, 4997.
Numerianus Grammaticus miro inſtinctu pro Seuero contra Albinum copias contrahit, 4911.

O

OBeliſcus in Circo maximo erectus, 5070.
Ochoſias rex Iſraelis, 3816.
Ochozias rex Iuda, 3829.
Ochus Perſarum rex, 4348.
Octauia ſoror Auguſti moritur, 4704.
Octauia Claudij filia nubit Neroni, 4766. necatur, 4775.
Octauius. vide Auguſtus.
Cn. Octauius legatus occiſus, 4551.
Octauius Cinnam eiicit, 4627.
Odenatus Palmyrenorum rex in Oriente imperium obtinet, 4977.
Odoacer Italiam inuadit, 5206. à Theodorico ad pontem Candidium noctu ſuperatur, 5204. ab eodem Theodorico occiditur, 5206.
Oenomai duo Philoſophi, 4832.
Ogyges Eleuſinam condidit, 2932.
Olibrius Imp. iniit, 5185.
Olympia à Pelope celebrata, 3391. ab Hercule inſtaurata, 3496.
Olympias prima, 3938. à Piſæis contra morem celebrata, 3966. coronatus eſt primus Daicles, 3962. nudi primum decurrerunt, 3994. Pancratium additum, 4066. excluſi ab iis Lacedæm. 4294. anolympias, 4350.
Olympiades à Pelope conditæ ſunt, ab Hercule inſtauratæ, ab Iphito reſtitutæ, lib. IX, *cap.* XXXVII. 87. *de veterum Olympiadum temporibus ante Iphitum, ex Pauſan. & Euſebio, vbi Scaligeriana ſomnia diſcutiuntur,* 88. 89. *De menſe diéque ludicri Olympici, eiúſque epocha, cap.* XXXIX, 90. 91. 92.
in Olympiadibus putandis Copernici & Lucidi errores excutiuntur & refelluntur; Euſebius aduerſus Scaligerum defenditur, cap. XLIII, 100. 101. 102. *De tribus Olympiadibus ab Elidenſibus è Catalogo detractis: de quibus expenditur noua eruditi Chronologi ſententia, qui à Polybio illius* μεταχρονισμοῦ *rationem haberi credidit. quod ipſum refutatur, & Olympiadum communis epocha defenditur. Illuſtrantur Polybij ac Liuij hiſtorica quædam, cap.* XLIV, 103. 104. 105. 106. 107.
Olympiadica certamina æſtate peracta, lib. XIII, *pag.* 850.
Olympias mater Alexandri à Caſſandro interfecta, 4398.
Olynthij à Lacedæmoniis domiti, 4334.

Onan Iuda patre naſcitur, 2946.

Oneſimus ſancti Pauli diſcipulus lapidibus obruitur, 4822.

Onias Pontifex, 4468.

Onias ab Iaſone deiectus, 4538. occiſus, 4541.

Onias quis ille ſit, ad quem Arius Lacedæmoniorum rex epiſtolam ſcripſit, lib. x, *cap.* II, 245. *Tres de eo ſententiæ, B. noſtra declaratur,* 246. *C.*

Onomarchus Phocenſium dux, 4361.

Ophitæ, Cainani, Sethiani hæretici, 4854.

Opimianum vinum, 4593.

Optatus Donatiſta, 5086.

Origenes ſeipſum caſtrat, 4919. Cæſareæ preſbyter ordinatur, 4941. Alexandriæ à Demetrio Epiſcopo vexatur, 4943. Cæſaream confugit, Hexapla & Octapla componit, 4944. moritur anno 4967.

Origeniſtæ damnati ab Anaſtaſio Papa, 5114.

Orithyia rapitur à Borea, 3324.

Oroſius preſbyter Hiſpanus ſeptem libros hiſtoriarum ſcripſit, 5129.

Oſee rex Iſraelis iniit primò, 3976. ſecundò regnat, 3985.

Oſius Cordubenſis Alexandriæ generalem Synodum cogit, 5032.

Oſtrogothę ſeſe in varias partes diuidunt, 5186.

Otho Imp. lib. XI, *cap.* XVI. ſuapte manu concidit, 4782. *Vide lib.* XI, *cap.* XVI.

Othoniel populum ab oppreſſione liberat. 3255.

Ouatio primùm cœpta, 4211.

Ouidius naſcitur, 4671. in exilio moritur, 4730.

Oxylus expeditionis Heraclidarum dux ab Apolline τριοφθάλμῳ *nomine electus, lib.* IX, *cap.* XXX, 70. *qui deuicta Peloponneſo Elidem mercedis loco impetrat. ibid.*

Ozias rex Iuda, 3905. lepra percutitur, 3951.

P

PAcuuius moritur, 4560.

Paganorum appellatio quando orta, 5064.

Palæpolitanis indicitur à Romanis bellum, 4387. domiti, 4388.

Palæſtinæ ciuitates terræ motu collapſæ, 5132.

Pannoniæ legiones ſeditioſæ, 4727.

Pannoniæ ex Hunnis ab Romanis receptæ, 5140.

Pantænus Clementis Alexandrini præceptor, 4893.

Pantheum Romæ fulmine concrematũ, 4823.

Papirius curſor, 4389. Dictator, 4390.

Para rex Armeniæ iuſſu Valentis occiditur, 5086.

Paraſceue an de aliis diebus, quàm de Sabbati die dicta fuerit, lib. XII, *cap.* XVI, 441.

Parmenianus à Donatiſtis in Donati locum ordinatur, qui contra Catholicos ſcribit, ſed ab Optato luculenter confutatur, 5081.

Parmenides, 4270.

Parthenij Lacedæmoniorum filij, 3988. Tarentum occupant duce Phalanto, 4017. non in 4011.

Parthi à Labieno exciti irrumpunt in Syriam, 4674. ſigna Romana remittunt Auguſto, 4694.

Parthi Armeniam occupant, 4767.

Parthici imperij origo, 4464.

de Paſchate controuerſia Victoris Papæ tempore, 4910.

Paſcha legitimum an vltimo Chriſti anno celebratum, lib. XII, *cap.* XV, 438.

Paſcha vtrum eodem die à Chriſto, quo à Iudæis celebratum. ibid. C. *&* 439. *Ceremoniæ, quæ à Iudæis obibantur in Paſchatis celebritate.* C. *Paſcha pridie Chriſtus quàm Iudæi celebrauit, cap.* VI, 44.

Paſchata tria potiſſimum à Chriſti baptiſmo ab eo celebrata enumerantur, cap. XVII, 446. 447. *Geſta anni primi vſque ad Paſcha, cap.* XVIII, 447. C. D. *ſecundi anni vſque ad alterum Paſcha* 448. C. 449. *tertij anni vſque ad Paſſionem* 450.

Ob Paſcha ſoluti rei, 5080. & 5098.

Paſchaſinus Lilybetanus, 5157.

Paſſionis Dominicæ annus tribus principiis firmatur, lib. XII, *cap.* IX, *variæ ſuper eo veterum ſententiæ,* 422. *Computiſtarum inextricabilis ſententia,* 423. *B. refellitur,* 424. *A. Ecquid* XV *Luna paſſus ſit Chriſtus, cap.* XI. *vbi oſtenditur corrupto cyclo vſos eſſe Iudæos,* 427. 428.

Paſſionis Dominicæ, & eorum, quæ poſt eam acciderunt hiſtorica explanatio, lib. XII, *cap.* XIX, 451. *de tempore quo affixus eſt cruci diſſeritur,* 452. *D.* 453.

Patriarchales anni in Scaligeri ſententia excutiuntur, lib. IX, *cap.* IX, 23.

Patriarcharum ætas ab orbe condito ad diluuium, lib. IX, *cap.* VIII, 21. *D.*

S. Patricius Hyberniæ primus Epiſcopus moritur, 5204.

Patroclus Arelatenſis, 5135.

S. Paula moritur, 5117.

S. Paulus ad Chriſtum conuertitur, 4746. variæ peregrinationes eius, 4762. & ſeq. *& lib.* XI, *cap.* XII. *ſcribit ad Theſſalon.* 4763. ad Corinthios I, 4767. ſecundam verò, vt & primam ad Timotheum, ad Titum, ad Romanos, 4768. ad Timotheum ſecundam, 4770. ad Philipp. ad Coloſſ. & ad Philem. nec non ad Galatas, & Hebræos, 4771. Vinctus Romam perductus eſt, 4769. moritur, 4780.

S. Pauli Apoſtoli corpus in Baſilicam ab eo dictam deportatur, 5094.

S. Paulinus cum Theraſia coniuge ſæculo renuncians in Nolanum ſeceſſum abiit, 5107. moritur, 5144.

Paulinus Antiochenus Epiſcopus, 5074.

Paulinus magiſter officiorum in Cæſarea Cappadociæ interemptus, 5153.

Paulus Aimilius Perſeum vicit, 4646.

Paulus Iuriſc. 4935.

Paulus Eremita, 4963. moritur, 5056.

Paulus Cõſtantinop. Epiſcopus occiditur, 5064.

Paulus Samoſatenus iterum in Antiochena ſynodo damnatur, 4985.

Pauſanias contra Græciam conſpirat, 4237.

Pauſanias rex Lacedæm. exulat, 4320.

Pelagius Brito dogma nominis ſui erigit, 5126. Dioſpoli damnatur, 5120. item in Africa, 5129. obrepit Zoſimo, 5130. damnatur in Epheſina ſynodo, 5144.

Pelopidæ fugere coacti, lib. IX, *cap.* XXX, 70.
Pelopidas Thebanus, 4345. captus ab Alexandro Pheræo, 4346. recipitur, 4347.
Peloponneſiacum bellum iniit, 4283. deſiit, 4310.
Peloponneſiacum bellum certis characteribus adſtruitur, lib. X, *cap.* XXVII, 199, 200. *Xenophonteæ hiſtoriæ labes, quod ad annos iſtius belli attinet, cap.* XXVIII. 201. 202.
Peloponneſij Athenis inferunt bellum, 3630.
Pelops Hippodamiam ducit, 3364.
Penteres Syracuſis facta primò, 4315.
Perdiccas ad Athenienſes deficit, 4291. ab iiſdem diſſidet, 4297. *Vide lib.* XIII, *pag.* 849.
Perdiccas Alexandri ſucceſſor, 4390. occiditur, 4392.
Peregrinus viuum ſe comburit, 4878.
Periander Corinthi regnat, 4086. moritur, 4129. *Vide lib.* XIII, *pag.* 856.
Pericles dux eligitur, 4259. Athenienſium rem erigit, 4268. moritur, 4285.
Perſici imperij primordium, lib. X, *cap* XIV, 178. vide A. 4155. *interuallum eiuſdem, lib.* X, *cap.* XXIX. 204.
Perſæ victi ad Mycalen, 4235. vide & 4234. victi ad Eurymedontem à Cimone, 4244. Perſicum prælium ad Singaram, 5061. inſtauratur imperium ab Artaxerxe, 4946.
Perſæ contra Romanos bellum mouent, 5072.
Perſarum regum ſeries in ſacris libris expreſſa, lib. XII, *cap.* XXV, 466. 467.
Perſecutio Chriſtianorum prima ſub Nerone, 4777. ſecunda, 4806. tertia, 4820. quarta, 4831. vel 4875. quinta, 4915. ſexta, 4948. ſeptima, 4963. octaua, 4970. nona, 4985. decima, 5015.
Perſei expeditio, 3353. auum imprudens occidit, 3402. obiit, 3459.
Perſeus rex Macedoniæ, 4536. cum Romanis bellum gerit, 4543. victus, 4646.
Perſicus annus, lib. XI, *cap.* LI, 388.
Perſius Satiricus poëta moritur, 4775.
Pertinax imperat, 4906.
Peſtis Athenis, 4284.
Petri Apoſtoli Romana, & Antiochena ſedes, lib. XI, *cap.* XIII. *Spalatenſis argumenta proponuntur*, 320. *refelluntur*, 321.
Petrus Apameenſis hæreticus, 5230.
Petrus ab Herode mittitur in carcerem, 4754. Antiochenam ſedem inſtituit, 4750. Romanam verò, 4756. obiit, 4780.
S. Petrus Chryſologus fit Epiſcopus, 5147.
Petrus Fullo inuaſor & hæreticus, 4176. moritur, 5199.
Petrus Mogus, 5196. obiit, 5203.
S. Petrus Alexandrinus illuſtri martyrio coronatur, 5023.
Phaceas rex Iſrael, 3953.
Phacee filius Romeliæ, 3955. cum Razin Iudæos aggreditur, 3971.
Phalanthus Tarentum obtinet, 4711.
Phalaris regnat, 4147. moritur, 4162.
Phaleg naſcitur, 2487.
Pharamundi & primorum Franciæ regum initia excutiuntur, lib. XI, *cap.* XLVIII. 380. Cœpit A. 5133.
Pharez ex Iuda naſcitur, 2961.
Pharnabazus Perſarum dux, 4314.
Pharnaces Mithridatem patrem interimit, 4651.
Pharſalica pugna, 4666.
Pharus extructa, 4430.
Phauorinus Philoſophus, 4846.
Phayllus Phocenſium dux, 4362.
Pheræ à tyrannide liberatæ, 4362.
Pherecydes Syrius, 4170.
Phidias Mineruæ ſtatuam facit, 4282.
Philetærus Pergami regnat, 4429.
Philippi annorum epocha, ſiue mortis Alexandri, lib. X, *cap.* XXXVIII, 214. *falſa Scaligeri de Philippi annis ſententia. D. eiuſdem epochæ verum tempus conſtituitur, cap.* XXXIX.
Philippus Herodis F. moritur, 4748.
Philippicum bellum, 4514.
Philipporum initium, lib. XI, *cap.* XXV. *An Philippus Chriſtianus fuerit, ibid. C. Quot annos Philippi regnauerint, cap.* XXVI, 336.
Philipporum initium, 4957. mors, 4962.
Philippus rex Macedoniæ pater Alexandri M. 4355. Olynthios vincit, 4366. Phocenſes perdomat, 4366. dux à Græcis eligitur, 4377. occiditur, 4378.
Philippus Caſſandri F. rex Macedoniæ, 4416.
Philippus Perſei pater init, 4493. contra Romanos parat traiicere, 4497. cum Annibale fœdus iniit, 4499. cum Romanis bellum gerit, 4502. victus à Romanis, 4516. moritur, 4536.
Philiſtæi Iſraelitis ſuperatis Arcam capiunt, 3618.
Philiſtus hiſtoricus pro Dionyſio prædem ſe dedit, 4309. moritur, 4358.
Philomelus Phocenſium dux ſacrilegus, 4359. moritur, 4360.
Philopœmen, 4506. obiit, 4531.
Philoxenus Cythereius, 4316.
Phlegon Hadriani libertus, 4850.
Phocæi à Perſis oppreſſi Maſſiliam in Galliis frequentant, 4175.
Phocenſes Delphicum templum expilant, 4357. vrbes illorum euerſæ, 4366.
Phocylides, 4177.
Phorbas Rhodum obtinet, 4137.
Phœmonoë prima verſibus oracula fundit, 3347.
Phœnix Tyrum & Sidonem obtinet, 3256.
Phoroneus rex Argiuorum, 2907.
Photinus Ancyranus nouæ hæreſeos conditor. 5055. Sirmij in Synodo damnatur, 5064. moritur, 5088.
Phraates Parthorum rex ſigna remittit erepta Craſſo, 4694.
Phraortes Niniuen obſidens moritur, 4079.
Phrauardin, ſiue Phrurdin primus menſis anni Perſici, lib. XI, *cap.* LI, 388. *C.*
Phrurdin primus Gelali, ſiue Sultani qua ratione conſtituitur, lib. XI, *cap.* LII, 388. 389. 390.
Phryxus cum Helle fugit, 3331.
Phul Aſſyrius populatur Iſraelitidem, 3943.
Picentinum bellum, 4445.
Picti & Scoti Britanniam inuadunt, 5159.

Pictoris manus exaruit, 5175.
Pilatus Iudææ Procurator, 4740. ſeipſum interemit, 4753.
Pindarus naſcitur, 4195. obiit, 4279.
Pinianus cum Melania coniuge per Ægyptum Monachos inuiſunt. ille monaſticam vitam ſuſcipit, hæc autem apud montem Olíueti ſeſe in cellam includit, 5132.
Piræeus extruitur, 4221. portus in eo fit, 4237.
Piratæ multas inſulas vaſtant, 5151.
Piromides quid fuerunt, lib. XIII, *pag.* 853.
Cn. Piſonis coniuratio, 4648.
Piſiſtratidarum imperium penitus extinctum, 4204.
Piſiſtratus Athenis tyrannidem occupat primò, 4154. eiicitur, 4155. ſecundò tyrannus, 4157, deiicitur iterum, 4158. obiit, 4187. *Vide lib.* XIII, *pag.* 856.
Piſonis in Neronem conſpiratio, 4778.
Pittacus Mitylenæus, 4103.
Pius Papa iniit, 4869. martyrio coronatur, 4878.
Platææ captæ & dirutæ, 4287.
Placidia Auguſta ab Honorio fratre cum filiis pulſa, 5136. moritur, 5165.
Plato Comicus, 4259.
Plato Philoſophus naſcitur, 4286. Socrati nauat operam, 4306. moritur, 4366.
Plautianus Caracallæ ſocer, 4903.
Plotinus Philoſophus obiit, 4983.
Plotius Gallus primus Romæ docet Rhetoricam, 4627.
Plautus obiit, 4514.
Plebei magiſtratus permiſſi, 4243.
C. Plinius in Veſuuio periit, 4793.
Plinius iunior Conſul, 4814. Proconſul Bithyniæ, 4815.
Plutarchus, 4832.
Polemo Philoſophus obit, 4444.
Polemo Rhetor, 4846.
Polycarpus Smyrnæ Epiſcopus Romam venit, 4878. in Aſia cum Pionio patitur, 4880.
Polycrates Sami tyrannus, 4189. ab Orœte necatur, 4192.
Polydorus Pheræorum tyrannus, 4345.
Polyſperchon Græciam libertate donat, 4394.
Cn. Pompeius natus eſt, 4608. ad Sullam adiungit ſeſe, 4631. contra Mithridatem mittitur, 4648. Hieroſolyma capit, 4651. Iuliam ducit, 4656. cum Cæſare bellum ſuſcipit, 4664. moritur, 4666.
Sex. Pompeius mare obtinet, 4673. occiditur, 4679.
Pomponius IC. 4935.
Pontianus Papa iniit, 4944. patitur, 4948.
Pontifices ab Herode ad vrbis excidium, lib. X, LV, 251.
Pontificum Hebræorum ſeries ac ſucceſſio, lib. X. *cap.* XLVII. 238.
Pontifices olim perpetui, ibid. C.
Pontifices qui ab Aarone ad conditum templi Synagogæ præfuerunt, cap. XLVIII. *enumerantur ab Aarone ad Heli,* 239. & 240.
de Pontificibus qui à templo condito ad eiuſdem excidium Synagogæ præfuerunt, cap. XLIX.
de Pontificibus Hebræis à deportatione Babylonica ad Haſamonæos, ac præſertim Menelao, Lyſimacho, Iaſone, Alcimo, cap. LI, 243. 244. *de his omnibus vide Paralip. pag.* 868.
Popilius Romanorum legatus Antiochum ab Ægypto deterret, 4546.
Poplicola Sabinos & Veientes vincit, 4210.
Poppæa nubit Neroni, 4775. occiſa, 4778.
M. Porcius Cato primus Romanorum ex Cenſoriis tabulis annum primorum Conſulum & Regifugij collegit, lib. IX, *cap.* XLV. 107.
Porphyrius Romam venit Plotinum ſecutus, 4976.
S. Porphyrius Gazenſis Marnæi templi ſubuerſionem impetrat, 5114. & Theodoſium baptizat, ibid.
Porſena Romanis bellum infert, 4207.
Poſtumius Regillenſis Trib. mil. ob ſæuitiam ab exercitu lapidibus obrutus, 4300.
Poſtumius tyrannus, 4980.
Potamiena martyr, 5023.
Prætores Romæ IV, 4487.
Prætores duo primùm in Hiſpaniam miſſi, 4517. facti LXVII, 4676.
Praxilla floret, 4263.
Priſcianus Cæſarienſis Grammaticus floruit, 5238.
Priſcillianus Epiſcopus de Gallæcia hæreſim ſui nominis ex Manichæorum & Gnoſticorum dogmate condit, 5092.
S. Priuatus martyr, 4972.
Probi Imperatoris initium, lib. XI, *cap.* XXVII. *vbi & Faſtorum perturbatio,* 340. 341. *de Conſulatibus Probi tempore difficilis quæſtio,* 343. *A.* imperium cœpit A. 4989. in Galliis Barbaros fundit, 4990. Illyricum recipit, ac Getas ſubigit, 4992. in Orientem proficiſcitur, 4993. in Thraciam redit, 4994. à militibus occiditur, 4995.
Procles & Euryſthenes Heraclidæ in patris locum ſubſtituuntur, lib. IX, *cap.* XXX. 70. *& Lacedæmone parta in Peloponneſo victoria potiuntur, ibid. regnum Spartanum obtinent,* A. 4612.
Proclus Conſtantinopol. fit Epiſcopus, 5147. obiit, 5160.
Proconſulum origo, 4250.
Proconſularis dignitas, etiam citra imperium communicata, lib. XI, *cap.* VII, 303.
Proculus IC. 4935.
Procuratores Iudææ declarantur, lib. XI, *cap.* XI.
Prodicus, 4278.
Prohæreſius Sophiſta, 5075.
Prometheus vixit, 3029.
Proſper Regienſis obiit, 5179.
Pruſias rex, 4495.
Protagoras, 4271.
Protagoras rex Salaminis, 4364.
S. Proterius Alexandrinus epiſcopus eligitur, 5165.
Prutenicarum tabularum epocha conſtituitur, lib. IX, *cap.* I, 3.
Ptolemæi Philadelphi, & Philometoris initium, lib. X, *cap.* XLIV, 227.
Ptolemæorum in Ægypto ſucceſſio, lib. XI, *cap.* XLVI.
Ptolemæus Alorites rex Macedonum, 4346.

Ptolemæus Lagida, 4390. moritur, 4430.
Ptolemæus rex Macedoniæ Seleuco occiſo, coniugis ſuæ filios necat, 4433.
Ptolemæus Philadelphus, 4429. bibliothecam adornat, 4430. cum Romanis ſocietatem iniit, 4441. cum Antiocho pacem facit, 4466.
Ptolemæus Euergetes, 4467.
Ptolemæus Philopator, 4493. Iudæos vexare conſtituit, 4497.
Ptolemæus Epiphanes, 4510. Cleopatram ducit Antiochi filiam, 4516.
Ptolemæus Philometor, 4533.
Ptolemæus Euergetes, 4542. hic Phyſcon dictus regnat, 4568. eius crudelia facinora, 4585.
Ptolemæus Lathurus, 4597. à matre pulſus, 4614. reſtituitur, 4625.
Ptolemæus Auletes, 4649. pellitur, 4657. reducitur, 4659. moritur, 4663.
Ptolemæus Appio, 4597. moriens populum Rom. hæredem inſtituit Cyrenaici regni, 4618.
Ptolemæus Cypri rex, 4658.
Pulcheria naſcitur, 5112. Auguſta appellatur, 5127. moritur, 5166.
Punicum bellum primum cœpit, 4450. deſiit, 4473.
Punicum bellum ſecundum iniit, 4496. finitum, 4512.
Punicum bellum tertium cœpit, 4565, deſitum, 4568.
Pupienus Imperator, 4950.
Pylus à Lacedæm. capta, 4305.
Pyrrhus in Demetrij caſtris pugnat, 4413. in Macedonia regnat, 4425. ſed excidit, 4426. in Italiam venit, 4434. ex Italia in Siciliam tranſit, 4436. redit ac vincitur, 4439. redit in Epirum, 4440. moritur, 4442.
Pythicus agon χρηματίτης factus, 4127. Athenis celebratus, 4423.
Pythagoras floret, 4177. in Italiam venit, 4205. obiit, 4217.

Q

Quadratus Apoſtolorum diſcipulus pro Chriſtiana religione ſcribit, 4837.
Quæſtorum numerus auctus, vt eſſent quatuor, 4293. tres è plebe primùm facti, 4305.
Quinctius Philippum vincit, 4516. 4517.
Quinquegentiani in Africa domiti, 5009.
Quinquennalia Criſpi & Conſtantini Cæſarum celebrata, 5034.
Quoduult Deus Epiſcopus, 5152.

R

Rachel nubit Iacobo, 2921. Ioſephum parit, 2928. obiit, 2944.
Radagaiſus in Italiam excurrit, 5119.
Radegundis, 5241.
Rahuel, Eſaü, & Baſemath filius, genuit Zaram. lib. IX, cap. XX, 50.
Razias ſeipſum necat, 4553.
Rebaptizandos hæreticos decreuit Cyprianus, 4969.
Reges Roma pulſi, 4205. *de tempore, lib. X, cap. XXI. Horum ſeries, ibid. pag. 191.*
Reges Iudæ, & Iſraelis ordine deſcripti ſunt, lib. IX, cap. LV. vbi & inter ſe conciliantur.
Regienſe concilium, 5152.
Regillianus tyrannus, 4975.
Regillum ad lacum victi Latini, 4218.
S. Remigius, 5198.
Reſurrectio Dominica, lib. XII, cap. XX, 456.
Reu naſcitur, 2517. moritur, 2576.
Rhegium occupat Romana legio, 4434. Sed ea pœnas luit, 4443.
Rhodus obſeſſa à Demetrio, 4409. ſed fruſtrà, 4410.
Rhoilas, 5138.
Ricimer patricius, 5174. & 5180.
Roboamus Salomoni ſuccedit, 3739.
Romæ vrbis epocha duplex, lib. IX, cap. XLVI, 108. *duæ celeberrimæ de natali vrbis ſententiæ, ibid. B. Catonis ea de re ſententia vnde collecta, ibid. D.*
Roma quo tempore condita. Eclipſes quæ eo tempore contigerunt excutiuntur, lib. IX, cap. XLVIII, & ſequentibus.
Roma Octobri menſe condita, ibid. pag. 116. *variæ annorum vrbis rationes, ac duæ præſertim ſententiæ reliquis celebriores, déque iis veterum quorumdam opiniones expenſæ, tùm Onuphrij & aliorum, cap. XLIX,* 117. 118. 119. 120. *Caput annorum ab vrbe condita: illius epochæ characteres chronologici, cap. L,* 121. 122.
Roma condita, 3960. plebis ſeceſſio, 4221. à Mario capitur, 4627.
Roma à Gallis capta, lib. X, cap. XXX, 205. & 206.
Roma ab Alarico capta, lib. XI, cap. XLVII. Vide A. 5123. A Giſerico capta, A. 5168.
Romæ incendium Titi tempore, 4793.
Romæ concilium à Iulio Papa celebratum, 5050. Ibidem concilium in Athanaſij cauſa, 5053.
Romæ Synodus in cauſa ſchiſmatis à Laurentio concitati habetur, 5214. & ſequentibus.
Romanæ cathedræ tempus, lib. XI. cap. XIV, 323. Anno 4756.
Romani ſub pellibus hiemem agere cœperunt in obſidione Veiorum, 4311. rem nauticam aggreſſi, 4453. Ptolemæum contra Antiochum tuentur, 4512.
Romanum Imperium fœdè laceratur, 4971.
Romulus Romam condidit, 3960. Sabinas rapit, 3964. Camerinis victis triumphat, 3976. moritur, 3999. *Vide lib. IX, cap. XLVIII.*
Roſtra in foro Romæ facta, 4376.
Roxane vxor Alexandri necata, 4403.
Ruben è Lia naſcitur, 2922.
Ruffinus Stiliconis opera cæſus, 5108.
Ruminalis ficus tempore Neronis aruit, 4771.
P. Rutilius Rufus exulat, 4619.

Index rerum memorabilium.

S

S. SAbbas, 5224.
de Sabbaticis annis explicatur & refellitur Scaligeri ſententia, lib. IX, *cap.* XXV, 57. 58.
Sabbatici anni qua ratione conſtituendi ſint probabiliter oſtenditur, lib. IX, *cap.* XXVI, 58.
Sabbatici anni de quibus conſtat, tres ſunt, cap. XXVI, 59. *quis primus fuerit exponitur,* 60. *& lib.* X, *cap.* XLII, 222, 223.
Sabbaticus annus primus, 3234.
Sabbaticorum annorum vtrum perpetua ſeries extiterit dubitatur, lib. IX, *cap.* XXVI, 59.
Sabæ regina venit ad Salomonem, 4722.
Sabellius Noëti dogma renouat, 4970.
Sabinarum raptus, 3964. arce Tarpeia occupata cum Romanis conueniunt Sabini, 3967.
Sadyattes Lydiæ rex Mileſiis bellum infert, 4093.
Sæculares ludi primi, 4258.
Sæculares ludi quando initium habuere, lib. XI, *cap.* XXV, 336.
Sæculares ludi Romæ celebrati, 4917.
de ludis Sæcularibus à Philippis editis, lib. XI, *cap.* XVI.
Sæculares ludi editi ſunt, 4961.
Saguntus capitur, 4495.
Salaminiæ pugnæ menſis, diéſque, lib. X. *cap.* XXIV, 195 *C.* anno 4234.
Sale naſcitur, 2423. moritur, 2855.
Salentinum bellum, 4447.
Salij domiti, 4590.
Salluſtius hiſtoricus obiit, 4679.
Salmanaſar Iſraelitas in ſeruitutem abducit, 3993.
Salome vxor Ariſtobuli, 4610. moritur, 4645.
Salomon naſcitur, 3676. deſignatur rex à Dauide annos natus 23. XXIII, 3698. regnare incipit, 3699. Pharaonis filiam ducit, 3700. Deus illi apparet, 3701.
Saluianum edictum, 4845.
Samij ab Athenien. deficiunt, & à Pericle ſubiugantur, 4273.
Samnitum cum Romanis fœdus, 4360. inchoatum bellum Samniticum, 4372. eius annus XLVI, vel, XLVIII, 4419. ſub iugum miſſi, 4420. victi ingenti clade, 4423. poſt annos LXXI ſublatum bellum, 4442.
Samſon Iudex, 3579. moritur, 3599.
Samuel naſcitur, 3580. præeſt populo, 3619. populum conuertit, ad Dominum, 3639. moritur, 3657.
Sapores Chriſtianos perſequitur, 5039.
Sapores Perſarum rex Niſibin obſidet, 5051.
Sappho, 4115.
Sapricius pro Chriſto morte damnatus, fidem eiurat, 4971.
Sara naſcitur, 2688. moritur, 2814.
Saraceni Phenicen & Syriam incurſant, 5213.
Sardanapalus, 3818.
Sardicenſis Synodus, 5060.
Sarmatarum ſerui contra dominos rebellant, 5047.
Sarug naſcitur, 2549. moritur, 2749. moritur, 2779.
Saturninus Trib. Pleb. 4614.
Saturno ædes Romæ dicata, 4217.
Satyrus hiſtrio, 4366.
Saul eligitur rex à populo, 3646. occumbit in prælio, 3659.
Saulus, qui & Paulus, conuertitur, 4746. obit, 4780.
Scapula Proconſul Chriſtianos vexat, 4914.
Scythæ monachi hæretici, 5232.
Scientiæ vſus ac fructus duplex, l. XII, *c.* XXXVI, 486.
Scione à Braſida capta, 4291.
P. Scipio in Hiſpania bellum gerit, 4504. & deinceps. in Africam traiicit, 4508. vincit Pœnos, 4511. vincit Annibalem, 4512. dies illi dicta, & ſponte exulat, 4527. obiit, 4531.
L. Scipio vicit Antiochum, 4524. peculatus damnatus, 4527.
P. Scipio Aimilianus Carthaginem euertit, 4568. Numantiam euertit, 4581. obiit, 4585.
Scipiones ambo in Hiſpania cæſi, 4502.
Scoti Britanniam inuadunt, 5159.
Scythæ in Mediam irrumpunt, 4081. à Cyaxare profligati, 4108.
Sebaſtianus comes, 5152. & 5153.
S. Sebaſtianus martyrio coronatur, 4998.
de Sedeciæ clade falſa Scaligeri opinio conuincitur, & ratio probabilis conſtituitur, lib. X, *cap.* VI, 161. *C.*
Sedecias regnat, 4115. in Babyloniam deportatur, 4125.
Ælius Seianus, 4736. occiditur, 4744.
Seleucia Aſſyriæ vrbs capta, 4878.
Seleucidarum, ſiue Regum Syriæ ſucceſſio, ſtemma, & res geſtæ, lib. X, *cap.* XLV, *pag.* 228.
Seleucienſis Synodus coram Lauricio Iſauriæ Præſide, & Leona comite inita, 5072.
Seleucus contra Antigonum inſurgit, 4399. Seleucidarum æra, 4402. vxorem ſuam Antiocho filio collocat, 4420. Lyſimachum occidit, 4432. occiditur, 4433.
Seleucus Callinicus, 4467.
Seleucus Callinici F. 4487.
Seleucus Philopator, 4527.
Selinuntij Syracuſanos in auxilium euocant, 4304. capta illorum vrbs ab Annibale, & euerſa, 4305.
Sem naſcitur, 2288.
Semiramis Babylonem amplificauit, 2656.
Seneca Philoſophus occiditur, 4778.
Sennacherib in Iudæam irrumpit, 4000.
Sennacheribi expeditio, lib. IX, *cap.* LII, 134.
Septuaginta anni ab Hieremia commemorati exponuntur, lib. XII, *cap.* XXII. *& variæ de ea re ſententiæ afferuntur,* 459. *anni illi à Ioakimi* IV *anno inchoandi, cap.* XXIII, 461. *terminanda verò anno primo Cyri. D.*
Septuaginta anni Ieremiæ ineunt, 4107. deſinunt, 4177.
Septuaginta Hebdomades variè explicantur, lib. XII, *cap.* XXX, 474. 475. 476. 477. *Hebdomades* LXX *deſinunt in Paſſionem Chriſti, cap.* XXXII, 480. *earum initium ab anno* XX *Artaxerxis Longimani,* 481.
Septuaginta interpretes, 4430.
Sepulturæ Chriſti tempus, & quomodo de eiuſdem triduo inter ſe authores conciliantur, l. XII, *cap.*

xx, 455. *ad ſepulchrum quoties fœminæ venerunt*, 457. *B.*
Serapis Alexandriam tranſlatus, 4428. eius templum incenſum, 4895. euerſum iuſſu Theodoſij, 5102.
Q. Sertorius in Hiſpaniam profectus, 4631. occiſus, 4641.
Serui contra Romam coniurant, 4295.
Seruile bellum, 4580. &, 4641.
P. Seruilius Iſauricus piratas domuit, 4640.
Seruius Tullius Romæ rex, 4137.
Seruilius Hala Melium occidit, 4275.
Seſac Ægypti rex Hieroſolymam diripit, 3744.
Seth naſcitur, 860. moritur, 1772.
Alexandri Seueri initium, lib. XI, *cap.* XXIV, 336.
Seuerianus Gabalitanus, 5114.
S. Seuerinus Noricorum Epiſcopus moritur, 5195.
Seuerus hæreticus Antiochen. thronum occupat, 5226. pellitur, 5231.
Seuerus Imperator cœpit, 4906. cum Nigro in Oriente bellum gerit. 4907. Byzantium triennio obſidet, 4907. ad Lugdunum cum Albino pugnat, 4911. in Orientem contra Parthos expeditionem ducit, 4913. in Britanniam cum filiis proficiſcitur, 4920. ibidem proſperè bellum gerit, 4922. moritur Eboraci, 4924.
Seuerus alter Imper. iniit, 5174. obiit, 5178.
Sextus Chæronenſis Philoſophus, 4860.
Sibyllinos libros Chriſtiani oderant, 4984.
Sicarij in Iudæa, 4781.
Sicula Carthaginenſium clades, lib. x, *cap.* XXXIII, 209.
Siculi ex Italia pulſi in Siciliam traiiciunt, 3430. Sicilienſe bellum Athenien. ſuſcipiunt, 4298. victi Athen. 4301.
Sicyoniorum regum epocha, lib. IX, *cap.* XVI. 36.
Sicyoniorum regnum iniit, 2550. cuius reges extant in calce Operis deſiit, 3514. vel, 3547.
Sidæ concilium celebratur, 5141.
S. Sidonius Apollinaris Aruernorum Epiſcopus creatur, 5185.
Sigiſmundus Burgundiorum rex, 5221. occiſus, 5230.
M. Silanus à Cimbris fuſus, 4605.
Silueſter Papa iniit, 5027. obiit, 5049.
Simeon è Lia naſcitur, 3923.
Simon Oniæ F. pontifex, 4414.
Simon Pontifex Ionathæ ſuccedit, 4571. occiſus eſt, 4579.
Simon Pontifex Mathathiæ frater, lib. x, *cap.* LIII, 248.
Simon Magus Romam venit, 4755. periit, 4780.
Simonis Magi duplex Romam aduentus, lib. XI, *cap.* XIV, 323. *D.*
Simplicius Papa iniit, 5180. obiit, 5196.
Simonides naſcitur, 4157.
Simonides, 4177. obiit, 4246.
Simplicianus, 5088.
Singara, ad quam Conſtantius cum Perſis pugnauit, 5061.
Sinope condita, 4085.
Sinueſſæ Synodus, 506.
Siricius Papa iniit, 5098. obit, 5111.
Siphax captus à Scipione, 4511. in triumpho ductus, 4513.
Sirmienſe concilium contra Photinum, 5064.
Siſinnius Conſtantinop. Epiſcopus, 5139.
Sixtus primus iniit, 4843. martyrio afficitur, 4853.
Sixtus II Papa iniit, 4970. martyrio tollitur, 4972.
Sixtus III iniit, 5145. obiit, 5153.
Smyrna à Cumæis condita, 3688.
Sociale bellum, 4623.
Socrates natus, 4245. floret, 4278. moritur, 4314.
Sodoma, & aliæ ciuitates flammis exuſtæ, 2776.
Sela Iudæ filius naſcitur, 2947.
Solarium Romæ primum, 4421.
S. Solennis Epiſcopus Carnotenſis, 5199.
Solon Athenienſibus leges tulit, 4120. moritur, 4155. *Vide lib.* XIII. *pag.* 856.
Solſtitium Metonis, lib. x, *cap.* XXVI, 198.
Sophocles naſcitur, 4219. moritur, 4308.
Sophoniſba, 4511.
Soſthenes Macedoniæ rex, 4434. occiſus à Gallis, 4436.
Soſtratus Cnidius Pharum exſtruit, 4430.
Soter Papa iniit, 4886. obiit, 4890.
Sparta condita eſt, 2996.
Sparti Thebis è terra oriundi, 3391.
Speuſippus Platoni ſuccedit, 4366. moritur, 4375.
S. Spiridio, 5051.
Sphacteria inſula, vbi Lacedæmonij capti, 4289.
Stagira condita, 4058.
Stephani martyrium quo tempore, lib. XI, *cap.* XII, *vbi & nonnullæ res geſtæ, quarum Lucas in Actis meminit, déque ſingularum temporibus*, 316. 317. 318. 319. Vide A. 4744.
S. Stephani reliquiarum inuentio, 5128.
Stephanus Papa iniit, 4968. obiit, 4970.
Stephanus Antiochenus martyr, 5192.
Steſichorus poëta, 4102. moritur, 4158.
Stilico, 5108. occiditur, 5121.
Strato Lampſacenus, 4426.
Stratonice vxor Seleuci priuigno nubit, 4420.
Studitarum monaſterium, 5175.
Sueui Hiſpanias ingreſſi, 5122. profligati, 5169.
Sulla Iugurtham capit, 4608. contra Mithridatem bellum ei mandatur, 4626. Marium fugat, ibid. Archelaum inſigni prælio vicit, 4628. in Italia bellum ciuile gerit, 4631. de Mithridate triumphat. 4633. moritur, 4636.
Sulpicius Trib. pl. necatur, 4626.
Sybaris condita, 4006.
Sybaritæ victi à Crotoniatis, vrbs æquata ſolo, 4206. inſtaurata, 4262.
Syloſon Polycratis frater ad Darium accedens Sami principatu donatur, 4201.
Symmachus Papa iniit, 5211. obit, 5227.
Symmachus pro ara Victoriæ ſcribit, 5097.
Symeon Stylites moritur, 5174.
Synedria in Palæſtina conſtituta, 4658.
Syneſius Cyrenenſis Philoſophus, 5123.
Syracuſani pulſo Thraſybulo libertatem recu-

perant, 4248. contra Athen. bellum gerunt, 4300. eoſdem magna clade afficiunt, 4301. Syracuſæ obſeſſæ à Marcello, 4500. captæ, 4502.

Syria prouincia Cæſaris. miſsi ad eam Præſides & Procuratores ab Auguſti obitu ad excidium Hieroſolymorum, *lib.* IX, *cap.* XI, 312. 313.

Syrianus dux Alexandriam veniens in Eccleſiam irrumpit, 5069.

T

Tacitus Imperator à Senatu ſancitur, 4988. moritur, 4989.

Tachos rex Ægypti à Perſis deficit, 4353.

Tarentinum bellum à Romanis ſuſceptum, 4432. denunciatum, 4433. victi à Romanis Tarentini, 4442.

Tarentum ab Annibale captum, 4502.

Tarquinius Priſcus Romæ regnat, 4100.

Tarquinius Superbus iniit, 4181. eiicitur, 4205.

Tatianus Encratitarum hæreſeos author, 4884.

Tatius Sabinorum rex occiditur, 3972.

Tauromenium conditum, 4356.

Taurus Berytius Platonicus Philoſophus, 4859.

Tectoſages, 4608.

Telchines & Caryatæ cum Phoroneo bellum gerunt, 2925. pulſi Peloponneſo Rhodum incolunt, 2973.

Teleptenſe concilium, 5131.

Teleſilla poëtria, 3976.

Teleſphorus Papa iniit, 4853. pro Christo cæſus, 4865.

Teleſtes Dithyrambicus, 4316.

Telluri ædes vota, 4446.

Temenus Heraclida Argos obtinet, lib. IX, *cap.* XXX, 70.

Templi Salomonici conditi tempus explicatur, lib. IX, *cap.* XXXII, 72. 73. *Communis ſententia ſuper ea re proponitur*, 74. *refellitur*, 75.

Templi Salomonici tempus ab exodo ex noſtra ſententia declaratur, *lib.* IX, *cap.* XXXIII, 80. *Annus & dies*, *quo templum ædificari cœptum*, 83. 84.

A Templi Salomonici conditu ad eius excidium interuallum. vbi exponitur vtriuſque regni Iudaici ſeries, *lib*, IX, *cap*, LIV, 127. 128.

Templi poſterioris incenſi annus & menſis, lib. XI, *cap.* VII, 326. 327.

Templum à Salomone cœptum, 3702. abſolutum, 3709. arca in illud importata, 3710. euerſum, 4125. à Zorobabele inſtauratur, ſed in medio opere prohibetur, 4178. demum perficitur, 4194. & 4199.

Templum Hieroſolymitanum ab Antiocho profanatur, 4546, repurgatur, 4549. inſtauratur ab Herode, 4695.

Terentius Comicus obiit, 4555.

Tertullianus in Africa habetur inſignis, 4918. contra Marcionem ſcribit, 4920. librum de pallio ſcribit, 4921. in Montani hæreſim labitur, 4927. librum de Monogamia iam Montani imbutus errore in lucem edidit, 4928.

Tetricus tyrannus, 4987.

Teuta Illyriorum regina, 4484.

Teutoni Alpes tranſgreſſi, 4601.

Thales naſcitur, 4074. eclipſis ab eo prædicta, 4117. Crœſo in expeditione contra Cyrum adfuit, & mortuus eſt, 4169.

Thamar nubit Her Iudæ filio, 2957. & rurſus Onan, qui à Deo necatur, 2958. geminos parit, 2961.

de Tharai annis, lib. IX, *cap.* XVIII, 40.

Thare pater Abraami naſcitur, 2608. moritur, 2813.

Thaſij ab Athen. ſubiugati, 4250.

Theatrum ex lapide fieri vetat Naſica, 4560. à Pompeio dedicatum, 4659.

Theatrum Pompei incenſum, 4961.

Thebæ à Demetrio captæ, 4421. rurſum deficiunt, & capiuntur, 4422.

Thebæ obſeſſæ à VII ducibus, 3493. rurſum ab Epigonis obſeſſæ, 3503. euerſæ, 4379. inſtauratæ, 4399.

Thebæ ab Alexandro M. euerſæ, lib. X, *cap.* XXXV, 210.

Thebani arcem recuperant, 4336. pacem à Perſis oblatam reſpuunt, 4339.

Themiſtius floruit, 5088.

Themiſtocles Perſas vincit, 4234. exulat, 4243. obiit, 4251.

Themiſtoclis fuga, lib. X, *cap.* XXV, 197.

Theodoretus Epiſcopus creatur, 5136.

Theodoricus Francorum rex moritur, lib. XI, *cap.* XLVIII, 381.

Theodobertus in eius locum ſuccedit. ibid. A.

Theodoricus Triarij F. moritur, 5194.

Theodoricus Viſigothorum rex Hiſpanias ingreditur aduerſus Rechiarium, 5169. moritur, 5179.

Theodoricus Valamer vtramque Macedoniam Theſſaliámque depopulatur, 5195.

Theodoricus Oſtrogothorum rex Italiam obtinet, 5002. Anaſtaſij Imp. & Clodouei ſibi beneuolentiam conciliat, 5206. Francos vincit, 5221. moritur, 5239.

Theodoſij codex promulgatur, 5148.

Theodoſius Sirmij Imperator ordinatur, 5092. Gothos è Thracia pellit, 5092. ab Acholio Catholico Antiſtite baptizatur, 5093. in Arbogaſten & Eugenium contendit & vincit, 5107. moritur, 5108.

Theodoſius Arcadij F. naſcitur, 5114. Auguſtus creatur, 5115. moritur, 5163.

Theodotio ſacras literas Græcè interpretatur, 4894.

Theodotus Bactrianorum præfectus ab Antiocho deficit, 4464.

Theognis floret, 4166.

Theophilus Alexandrinus Epiſcopus centum annorum Computum Paſchalem orſus eſt, 5093. Alexandriæ fit Epiſcopus, 5098. moritur, 5125.

Theophilus qui ad Autolycum ſcripſit, 4881.

Theophraſtus, 4392. moritur, 4426.

Theopompus hiſtoriam definit, 4319. aliam incipit à Philippi initio, 4355.

Theramenes dux Athen. 4305. occiſus eſt, 4310.

Thermæ Alexandrinæ Romæ ædificatæ, 4939.

Thermopylæ. ad eas Perſæ à Lacedæmoniis ſuſtinentur, 4234.

Thero Agrigenti tyrannus, 4238. moritur,

4242.
Theſeus Minotaurum occidit, 3483. oſſa eius Athenas relata, 4233.
Theſſalonice Alexandri ſoror nubit Caſſandro, 4398. occiditur à filio, 4417.
Thimbro dux Lacedæm. 4324.
Thoth fixum Ægyptiorum, ſiue annus Iulianus ab iis receptus, dèque eius ab anno Actiaco quinquennali diſcrimina noua & probabilis obſeruatio, lib. x, cap. LXXI, 285. 286. 287. 288.
Thraſea Pætus occiſus, 4779.
Thraſillus dux Athen. 4303.
Thraſamundus Vandalorum rex, 5208. moritur, 5235.
Thraſybulus Syracuſanorum tyrannus pellitur, 4248.
Thraſybulus dux Athen. 4303. tyrannos triginta deiicit, 4313. occidit, 4324.
Thraſydæus Theronis F. impotens tyrannus, 4238. ab Hierone vincitur, & à ciuibus occiditur, 4242.
Thucydides naſcitur, 4244.
Thuriorum vrbs inſtaurata, 4268. eò coloni Athenis miſſi, 4270.
Tiberij Cæſaris initium, lib. XI, cap. VII. vbi inquiritur in eorum ſententiam, qui Tiberium ante Auguſti mortem imperaſſe putant, pag. 301. nouum Tiberiani Imperij primordium expenditur, pag. 302. D. Proconſularis dignitas ei citra imperium datur, p. 303. C. Iuliam ducit, 4702. Tribunitia poteſtate donatur, 4708. Rhodi habitat, 4709. ab Auguſto adoptatur, 4717. templum Concordiæ dicat, 4723. cum Germanico Germaniam populatur, 4724. eius Imperij annus primus, 4727. moritur, 4750.
Tiberius Gracchus contra Pœnos rem gerit, 4500. interfectus, 4502.
Tiberius Gracchus huius F. occiſus, 4581.
S. Tiburtius Chromatij filius, 4998.
Tigranes Pompeio ſe dedit, 4648.
Tigurini Caſſium fundunt, 4607.
Timocharidis obſeruatio, 4419.
Timoleon dux Corinthum à tyrannide liberat, 4368. Siracuſas item, 4371. Pœnos vincit, 4374. obiit, 4377.
Timotheus Phliaſius Dithyrambicus, 4316.
Timotheus dux Athen. 4338.
Timotheus Ælurus per vim Alexandriæ thronum inuadit, 5171. pellitur, 5173.
Timotheus Solophaciolus, 5173.
Tiridates Romam ad Neronem venit, 4779.
Tiſamenus Oreſtis filius quo tempore Lacedæmone regnarit, lib. IX, cap. XXV, 70.
Tiſſaphernes Perſarum dux, 4314.
Titi initium, lib. XI, cap. XVIII, 328.
Titus Veſpaſiani F. naſcitur, 4754.
Titus Hieroſolymam obſidet, 4783. imperat, 4792. moritur, 4794.
Tleſias Archon annuus Athenis, 4029.
Tobiæ vtriuſque tempora, lib. X, cap. IV, 159. 160.
Tobias ſenior natus, 3965. abducitur in captiuitatem, 3993. cæcatur, 4020. moritur, 4066.
Tobias iunior patri viſum reſtituit, 4024. moritur, 4092.
Toletanum primum concilium, 5118. ſecundum, 5244.
Tolmides dux Athen. ſtrenuus, 4258. occumbit, 4267.
Thrachin Lacedæmoniorum colonia, 4288.
Traditores vnde dicti, 5015. ex iis Donatiſtæ emerſerunt. ibid.
Tragici agones primùm inſtituti, poſtquam Theſei oſſa Athenas importata, 4233.
Traiani Imp. Rom. tempus, lib. XI, cap. XXI, 332.
Traianus imperio potitur, 4811. victo rege Decebalo, Daciam in prouinciam redigit, 4815. in Armenos & Parthos expeditionē ſuſcipit, 4818. tertiam perſecutionem mouet, 4820. contra Iudæos bellum gerit, 4829. moritur verò, 4830.
Traſumenus lacus ad quem victi Romani, 4497.
Tribuni Plebis primùm, 4221. contra ipſos collegarum auxilium adhibitum, 98.
Tribus Romæ additæ duæ, 4396.
Triſagium inſtitutum, 5160.
Triumphus in Albano monte primum actus, 4483.
Triumuiratus, 4671.
Trochilus primus currum iunxit, 3143.
Troia capta, 3530.
de Troiæ excidio diuerſæ veterum opiniones explicantur, lib. IX, cap. XVIII, & XXIX, 64. extricatur Scaligeri ſententia, pag. 64. 65.
Troiani excidij tempore quæ anni forma à Dionyſio Halicarnaſſenſi tradita, cap. XXIX, 66.
Exponitur noſtra ſententia de Troiæ excidio, ad quam probandam plurimum confert Dionyſij ille locus 67.
Tryphon Syriæ tyrannidem occupat, 4573.
Tullus Hoſtilius Romæ rex, 4043.
Turpilius Comicus, 4611.
Tyri Conciliabulum celebratum, 5048.
Tyriorum Regum priorum exordia, eorúmque ſucceſſio, lib. IX, cap. LXII. poſterorum Tyri regum epochæ, cap. LXIII, 151.
Tyri conditus, 3462.
Tyri obſidio à Nabuchodonoſoro quando patrata, lib. IX, cap. LXII, & LXIII. nec ab eodem omninò euerſa. ibid. pag. 151. Annus primus obſidionis, 4123. vltimus, 4136.
Tyrtæus conſiliarius ab Athenienſibus Lacedæmoniis datus: qui victos ſolatur, 4031.

V

Valens imperat, 5077. moritur, 5091.
Valentiniani vtriuſque initium, lib. XI, cap. XLIV.
Valentinianus ſenior cœpit, 5077. Saxones & Alemannos vincit, 5083. apoplexia moritur, 5088. eius corpus Conſtantinopolim defertur, 5089.
Valentinianus Iunior, & II, Valentiniani filius naſcitur, 5079. fit Imperator, 5088. moritur, 5105.
Valentinianus tertius Rauennæ naſcitur patre

Conſtantio & matre Placidia, 5131. Theodoſij filiam Eudoxiam duxit, 5150. necatur, 5168.
Valentinum in Gallia concilium, 5087.
Valentinus hæreſiarcha, 4866.
Valerianus Imperator quo tempore, lib. XI, *cap.* XXVI, 339. *D. Imperat A.* 4967.
Valerianus in Chriſtianos ſæuit, 4970. captus à Sapore, 4974.
Valerius Aſiaticus bis Conſ. occiditur, 4760.
M. Valerius Coruinus à coruo dictus, 4365. Conſul fit anno ætatis XXIII, 4366.
Vallia aduerſus Alanos & Vvandalos Silingos bellum capeſſit, 5128.
Vandali & Alani Gallias ingrediuntur, 5119. Hiſpanias, 5122. in Africam traiiciunt, 5140.
Vandali perſecutionem in ſacerdotes exercent, 5203.
Variana clades, 4722.
Varro Atacinus naſcitur, 4632.
Vaſenſe concilium, 5242.
Varus Syriæ præeſt, 4709.
S. Vedaſtus, 5199.
Veiens bellum, 4231.
Veientes occidione deleti, 4238. iiſdem bellum infertur, 4308. obſeſſi, 4309. & 4311. à Camillo capti, 4318. Veios migrare plerique Romani cupiunt, 4319,
Ventidius Parthos vincit, 4675.
Venuleius Iuriſc. 4935.
Ver ſacrum à Lacedæm. Heracleam deſtinatur, 4292.
Verus ab Adriano adoptatur, 4850. moritur, 4851.
L. Verus apoplexia moritur, 4882,
Veſpaſiani tempus, lib. XI, *cap.* XVI, 336. *A. B.*
Veſpaſianus imperio potitur, 4782. cum filio de Iudæis triumphat, 4784. templum pacis dicat, 4788. moritur, 4792.
Veſtalis viua defoſſa, 4441.
Veſuuius Campaniæ mons ignibus æſtuat, 4792. & 5185.
Vicennalia Conſtantini Romæ edita, 5039.
Victor Papa iniit, 4905. Aſiaticos excommunicare vult, 4910. obiit, 4914.
Vincentius & Euphrates Sardicenſis Synodi legati, 5061.
Vincentius Lirinenſis libellum ſuum ſcripſit, 5147.
Vindex. vide in Iulius.
Aur. Victor, 5082.
Victorinus Rhetor Romæ inſignis, 5068.
S. Vigilius Trident. Epiſcopus cùm idolum comminuere vellet, à ruſticis lapidibus obruitur, 5113.
Virgilius naſcitur, 4644. obit, 4695.
Viriathus, 4568. occiſus, 4574.
Vitalis hæreticus, 5086.
Vitalianus tyrannus, 5227. obit, 5233.
Vitellij Imperium, lib. XI, *cap.* XVI, 325. *D.*
Vitellius Galbæ ſuccedit, 4782. moritur, ibid.
Vlpianus IC. 4935.
Volæ à Romanis captæ, 4300.
Vologeſes Parthorum rex, 4875.
Volſcis indictum bellum, 4219. domiti à Camillo,
Voluſius Mætianus, 4860.
Vrbanus Papa iniit, 4937, martyrio afficitur, 4944.
Vrſicini ſchiſma, 5080.
Vrſacius & Valens nouam fidei expoſitionem concipiunt. mox alteram ſub Liberij nomine condunt, 5070.
Vſtazanes martyr, 5056.

X

XAnthippus Lacedæm. in Africa contra Atilium dux Carthag. eum ſuperat, 4459.
Xenaias, ſiue Philoxenus origine Perſa, conditione ſeruus, Hieropolitanus Epiſcopus, 5198.
Xenocles poëta Euripidem vincit, 4298.
Xenocrates Philoſophus, 4375. moritur, 4400.
Xenophanes, 4161.
Xenophon Græcos ab expeditione Perſica reducit, 4313. & ne Byzantium diriperent obſtat, 4314. obiit, 4355.
Xerxes regnat, 4229. Ægyptum recuperat, 4230. expeditio eius in Græciam, 4233. traiecit in Græciam, 4234. victus à Græcis. ib. ab Artabano necatur, 4249.
Xerxis initium & tranſitus ex Scaligeri ſententia, lib. X, *cap.* XXIII. *Eiuſdem* διαβάσεως *annus accuratiſſimè deſcribitur, cap.* XXIV, 195.

Z

Z*Acharias Ioiadæ filius an pontifex, lib.* X, *cap.* XLIX, 243. *A.*
Zacharias Ioiadæ F. occiſus, 3874.
Zacharias rex Iſraëlis, 3942.
Zacharias pater S. Ioannis, 4708.
Zara Iobi pater. vide Iobum.
Zeno Eleates, 4278.
Zeno Stoicus obit, 4450.
Zeno Auguſtus iniit, 5187. pellitur, 5188. reſtituitur, 5189. henoticon ſancit, 5195. moritur, 5204.
Zenobia Odenati Palmyrenorum regis vxor principatum obtinet, 4980. ab Aureliano in triumphum ducta, 4987.
Zenodori tetrarchia, 4694.
Zephyrinus Papa iniit, 4914. moritur, 4932.
Zeuxis pictor, 4246.
Zopyrus Babylonem recuperat, 4204.
Zorobabel templum inſtaurans prohibetur ab æmulis, 4178.
Zoſimus Papa iniit, 5130, obiit, 5131.

FINIS.

Quæ in poſteriore tomo errata, vel omiſſa ita corriges.

IN Prolegom. pag. 2. B, 8, leg. obſequeremur, p. 3. ver. 8. leg. monimentíſque profiteti. pag. 4, C. 9. leg. triceſimo primo. Operis. p. 4, D 4, ſcr. de annis mundi 5855. p. 19. B 4, leg. fuit E. p. 30. A 9, leg. Nouembris XXV. A 10, feria VII. mox Pachon VII, pag. 60 A 6. leg. annalis ſextum. pag. 97. A 7 leg. Per. Iul. 4383. A 8. leg. quadringenteſimo triceſimo primo. B 8, leg. Apparens autem hora 8, 17' matutina. Cœpit poſt Solis ortum vna hora circiter. p. 99 D 3, leg. ducenteſimus triceſimus octauus. pag. 115 D 1, leg. hora 5, 1' à media nocte. D 3 leg. Sign. XI, 20, 30', 31''. Latitudo vera 49', 54''. pag. 122 A 3, leg. hora poſt meridiem 1, 54'. Apparens hora 3, 14'. Initium hora 2, 3'. A 4, leg. Finis hora 4, 20'. B 1, leg. ſcrup. 26', 44''. C 1, leg. circiter 20 à media nocte. C 3, leg. ab hora quinta. Mox vſque 10. 5'. C 4, leg. hora 7, 42'. C 6, leg. æquinoctialem 10, 22'. pag. 12 leg. ferme 11, 12'. Maxima, &c. pag. 123, A 2, leg. Per. Iul. 4495. A 4, leg. deficere hora 0, 18'. Tenuit horas 3, 24'. D 6, leg. trecenteſimo octogeſimo tertio. pag. 124, A 1, leg. mediam 7, 54'. Mox, initium eius hora 6, 56'. Finis hora 8, 51'. pag. 127, B 8, leg. erat 10, 55'. pag. 132. A 9, leg. anno ſexto Ezechiæ. pag. 137. A, leg. Ianuarij XXVI, feria IV. A 10 leg. hoc eſt, $3\frac{717}{693}$ pag. 153 C 9 leg. Sept. XXI. C 10 leg. hora 12, 10'. Apparens autem hora 12, 27'. C 11, leg. 6, 0, 26', 36''. pag. 166, D 1, leg. Babyloniorum. pag. 190, D 3, leg. Eutropius dant XXIII. D 4, leg. annis XXXVIII. pa. 194, B 7, leg. anno Nabonaſſari. pag. 199, C 12, leg. elapſis 5, 53'. C 15, leg. feria II. ver. vlt. leg. hora VIII, 17'. pag. 200, A 8, leg. hora 10, 15', 27'' a meridie diei Auguſti XXVII. pag. 206, B 4, leg. cyclum enim oportuiſſet eſſe II, non XII. B 5, leg. cyclus II adhæſit diei IIX Iulij. B 7, leg. Aut igitur II cyclo. Mox: aut certè XIII. pag. 207, D 4, leg. Lunæ VII. pag. 208, A 2, leg. Tiſri character 1, 6, 1056. Septembris XXIII, & cætera, vt in Paralipomenis, p. 859 A. p. 209. B 7, leg. Septembris XXVI. B 9, leg. Mai XX. B 10, leg. Mai XXVI. pag. 217, B 8, leg. hora 5, 48'. C 11, leg. initium hora 1, 11'. Durauit horas 3, 38'. pag. 218, D 5, leg. quinquageſimum primum. pag. 219, A 12, omiſſus eſt titulus ante, Græci aliquot, &c. *De æra contractuum ſiue Dhilkharnaim*, CAPVT XLI. pag. 222, A 7, leg. erroris arguentur. pag. 233, A 6, leg. Grypi filium. A 7, leg. viginti: in totum. ver. pen. leg. 4618. pag. 237, D, corrigenda ſunt, vt in Paralipomenis 860 oſtendimus. Ita & pag. ſequenti 238 A. pag. 299, C 6, leg. in horizonte Pannoniæ. pag. 300, C 15, leg. Potuit id verò. pag. 306, B 4, leg. hora 7, 43'. Mox, ac tenuit horas 2, 18'. pag. 316, D 9, leg. lib. LX. pag. 317, A 2, leg. quam Ioſephus memorat. pag. 330, B 11, leg. quarto quoque anno confecto, & ineunte quinto. pag. 356, B 11, leg. quo calendis Aprilis ambo. pag. 375, ver. quarto ante finem, leg. non VI. pag. 383, B 7, leg. feria 4. pag. 394, B 9, leg. *Quæcumque igitur*. pag. 451, A 13, leg. ſecundus exiens, & tertius inchoatus. pag. 511, B 13, leg. Plenilunium medium in Diagrammate. In eodem C 8, leg. ſyzygiam auferendam, 0, 5'. S.

In lib. XIII.

Pag. 521, pro anno Per. Iul. 2824, pone 2836, & ſubiice cyclum Solis 8, lit. E, cum cyclo Lunæ 5. pag. 531, ad A. 3410, leg. annis XIX. pag. 533, ad A. 3533. ver. 2, leg. tribus annis, & quartum attigit. pa. 535, ver. 3, leg. in Achaia pugnans. P. 537, pro anno 3710, ſubſtitue annum 3709, cum cyclo Solis 13, litera FE; Lunæ 4. Item pro anno 3711. pone annum 3710. cum cyclis ſuis. p. 545, ad A. 3976 in linea æræ Nabon. hæc verba Thoth VI Cal. priores Martij, adſcribe ad A. ſequentem. p. 555, ad A. 4122, hæc verba, Nabuchodonoſor Tyrum &c. adſcribe ad A. 4123. p. 567, ad A. 4234, ver. 11, leg. milibus quatuor. p. 168. A. 4238, ver. 11, leg. produntur Theroni. p. 569. ad A. 4240 adſcribe: Macedonum X rex Alexander hoc anno cœpit, & regnauit annis XLIII. ver. 5, leg. & inſulas paulatim. pag. 573, A. 4265. ver. 12, leg. roſtrata non. pag. 575, ver. 7, leg. exulauit. pag. 576, A, 4283, ver. 21, leg. à media nocte. pag. 578, A. 4294. ver. 7, leg. Lacedæmonij à certamine. pag. 580, ver. 5, leg. Auguſti XXVII, feria III, hora 10, 15' à meridie. pag. 582, ver. 13, leg. cap. XXIX. pag. 590, A. 4358, ver. 3, leg. omnibus cum. pag. 591, ver. 5, delenda hæc, vt ait Diod. XVI. ad A. 4361, ver. 11, leg. Dionyſij iunioris F. pag. 616. ver. 4, leg. propagandi anſam. pag. 619, ad A. 4467, ver. 8, leg. Sed prior quàm Antiochus obiit pag. 620, ad A. 4472, ver. 9, leg. Alexandro XIII. pag. 632, ad A, 4541, leg. L. Poſtumius Albinus. A. 4542, ver. 4, hæc verba, Antiochus primam, &c. reiice in annum ſeq. pag. 633, ver. 6, quæ de diſceſſu Antiochi ex Ægypto notata ſunt confer in A. 4544. A. 4543 delenda hæc, Iaſon Pontifex, &c. A. 4544. Conſules ita nominandi, C. Hoſtilius Mancinus, C. Attilius Serranus. Item ver. 4, leg. Prætore Aliartus, &c. A. 4546, ver. 8, leg. profectus, Alexandriam, quo Ptolemæi confugerant, aggreſſurus erat. Sed Legatorum Romanorum, imprimiſque Popilij authoritate deterritus iram vertit in Iudæos. Nam Hieroſolymam ingreſſus, templum, &c. pag. 641, A. 4585, ver. 15, dele, Attalo Eumenis, &c. pag. 647, A. 4628, ver. 2, leg. C M. peditum, X M. equitum. pag. 653, A. 4662, ver. 2, leg. Metello. pag. 660, A. 4702, ver. 2, dele, ab Auguſto prius adoptatus. pag. 709, A. 5004, ver. 4, leg. feria VI. pag. 728, A. 5059, ver. 11, leg. feria VI. pag. 785, ver Mortuo, cor. Firmo Epiſcopo. pag. 789, A. 5162, del. XILX Imper. Marcianus: quod ad annum ſequentem attinet. pag. 806, ver. nis, leg. abhorrerent, pag. 813, ver. 9, delenda Periocha, Petrus Cnapheus, vſque ad, factus eſt. pag. 825, ver. Alar. leg. Amalaricus. pag. 875, A 6. leg. neceſſatiò. B 10, leg. ab VI Idus. C 15, leg. obſeruantiæ tradiderunt. D 9, lege protulerant, nullomodo violandam eſſe cenſuerunt.